This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Digitized by Google

2° Opp. 56 (2

C.I. 2078/4
Suche de 12 vol.

<36611543920018

<36611543920018

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Digitized by Google

I. Dom Ferretti inv. et del. *Carol. Gregori sculp.*

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNIS MEVRSI

OPERVM

VOLVMEN SECVNDVM

EX RECENSIONE

IOANNIS LAMI

LVCVBRATIONES QVAE IN EO CONTINENTVR
SEQVENS PAGINA INDICAT.



FLORENTIAE. CIↃ. IↃ. CC. XLIIII.
REGIIS MAGNI ETRVRIAE DVCIS TYPIS
APVD TARTINIVM, ET FRANCHIVM
CVM ADPROBATIONE.

Ib/62/970

Digitized by Google

THEMIDOS ATTICAE LIBRI II.
SOLON.
AREOPAGVS.
ELEVSINIA.
PANATHENAEA.

BIBLIOTHECAE ATTICAE LIB. IX.
AESCHYLO, SOPHOCLE, ET EVRIPIDE IN EA COMPREHENSIS.
ATTICARVM LECTIONVM LIB. IV.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

ALterum *Ioan. Meurſii* Commentariorum Volumen in vulgus prodit, & quidem res Atticas, non ſecus ac primum, complexum. Quid in eo praeſtiterim nunc breviter dicam. Themin Atticam partim meis, partim ex *Sam. Petiti* Commentariis ad Leges Atticas repetitis, Obſervationibus, & Adnotationibus inluſtravi; & ab eodem *Petito* collectis Legibus, & a *Meurſio* praetermiſſis, auxi, & ſupplevi. Antiquas etiam, quas aptas idoneaſque reperi, Inſcriptiones addidi, quod quidem & in aliis huius Voluminis opuſculis pro viribus exſequutus ſum. Alia quaedam tamen ad explicationem luculentiorem, quorum deinde in mentem venit, heic adtexere animum induxi; primumque ad calcem *Cap.* VII. *Lib.* I. *Col.* 23. D. illud *Tertulliani Apologet. Cap.* xxxix. adducam, quod ita habet: *In illo loco conſortium ſolvimus, in quo ſolo ceteri hominum conſortium exercent, qui non amicorum ſolummodo matrimonia uſurpant, ſed & ſua amicis patientiſſime ſubminiſtrant, ex illa credo maiorum, & ſapientiſſimorum diſciplina, Graeci Socratis, & Romani Catonis, qui uxores ſuas amicis communicaverunt, quas in matrimonium duxerant, liberorum cauſſa & alibi creandorum, neſcio quidem an invitas: quid enim de caſtitate curarent, quam mariti tam facile donaverant? O ſapientiae Atticae, o Romanae gravitatis exemplum! Leno eſt Philoſophus, & Cenſor.* Exemplum huius indulgentiae inſigne in *Antiocho* patre, & filio *Seleuco*, apud *Plutarchum*, alioſque Hiſtoricos, legitur. Quam ad *Cap.* IV. *Lib.* II. *Col* 69. E. ex *Grutero* dedimus Inſcriptionem, caſtigatiorem iterum produximus ad calcem Panathenaeorum ex *Montefalconio*. Quaſcumque vero Inſcriptiones ex *Sponii Itinerario* protulimus, eas cum Cl. V. *Ant. Mar. Salvinii* caſtigationibus laudatiſſimis exhibuimus, nonnullis etiam de noſtro additis, aut a *Welbero* mutuo acceptis, ut ad *Cap.* XIX. *Lib.* II. praecipue videre eſt. Ad *Cap.* XXVI. *Lib.* II. obſervandum eſt Iuramenti Heliaſtarum formulam exactiorem produci a *Meurſio* noſtro in *Cap.* XI. *Areopagi Col.* 443. F.

§. II.

Ad Solonem animadvertendum eſt, Virum Clariſſimum *Io. Valentin. Schramnum*, in Diſſertatione *De Vita, & Scriptis Io. Meurſii* teſtari, a *Meurſio* adnotata fuiſſe Graeca loca Scriptorum, quae excuſo Soloni addi cupiebat; at quum id numquam praeſtitum fuiſſet, nos Graeca ex ipſis

Auctо-

Digitized by Google

Auctorum fontibus petita adpoſuimus, ut hic Commentarius locupletior, abſolutiorque pareret. Ad *Caput* XXIII. huius libri *Col.* 322. B, reſtituendus eſt locus mutilus, & hiulcus, & ubi legitur: *Inſuper Adverſario noſtro, quum Romani &c.* reponendum: *Inſuper Adverſario noſtro & hoc regeremus*. Huic libro Tabulam cum Solonis, aliorumque Atticorum Sapientum, imaginibus ex Marmoreis Protomis, quae Florentia in Muſeo Mediceo adſervantur delineatis praefiximus; quo magis Meurſianus Solon, ac deinde Bibliotheca Attica etiam, inſtruerentur, exornarenturque; ſed & in eadem Tabula duas Philoſophorum effigies, ex Statuis Florentiae in aedibus Nicolinianis exſiſtentibus, deſumtas exhibuimus, ut Philoſophica hiſtoria amplius declaretur, ac perficiatur.

§. III.

Ad Areopagi *Caput* V. *Col.* 389. E, ita reſtituenda, & legenda ex *Sponio* eſt Inſcriptio, quam *Meurſius* adfert:

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΤΟΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ ΑΝΘΥ
ΠΑΤΟΝ ΤΗΣ ΕΛΛΑΔΟΣ ΡΟΥ
ΦΙΟΝ ΦΗΣΤΟΝ ΚΑΙ ΑΡΕΟΠΑ
ΓΕΙΤΗΝ Η ΕΞ ΑΡΙΟΥΠΑΓΟΥ
ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Η ΒΟΥΛΗ ΤΩΝ
ΤΡΙΑΚΟΣΙΩΝ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
Ο ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΕΥΝΟΙΑΣ ΕΝΕ
ΚΑ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ ΤΗΣ ΠΕΡΙ
ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ
ΠΡΟΝΟΙΑ ΦΛΑΒΙΟΥ ΠΟΜ.
ΔΑΔΟΥΧΟΥ ΤΟΥ ΔΙΑΣΗΜΟ
ΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟΚΟΜΙΤΩΝ

Ad *Caput* IX. *Col.* 414. D. Secunda Inſcriptio ita ſupplenda, & legenda eſt:

ΚΟΣΜΗΤΕΥΟΝΤΟΣ ΣΤΑ. ΣΕΡΑ
ΠΙΩΝΟΣ ΚΟΛΛΕΙΔΟΥ
ΑΝΤΙΚΟΣΜΗΤΕΥΟΝΤΟΣ ΚΑΣΙ. ΑΠΟΛ
ΛΩΝΙΟΥ ΣΤΕΙΡΙΕΩΣ
ΣΟΦΡΟΝΙΣΤΗΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΣΠΕΝΔΟΝΤΟΣ ΕΛΕΥΣΕΙ
ΝΙΟΣ
ΤΟΙΣ ΕΦΗΒΟΙΣ ΤΟΝ ΗΡΑ
ΚΛΕΑ ΑΠΟ ΤΗΣ ΕΝ ΕΛΕΥ
ΣΕΙΝΙ ΝΙΚΗΣ
ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝΤΟΣ ΑΒΑΣ
ΚΑΝΤΟΥ
ΤΟΥ ΕΥΜΟΛΠΟΥ ΚΗΦΕΙ
ΣΙΕΩΣ ΕΤΟΣ ΗΓ.

Ad

Digitized by Google

Ad idem *Caput Col.* 420. F. Alia Inſcriptio, qua honores ab Areopago decernuntur, ex *Sponio* addi poteſt, quae eſt inſequens:

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗ
Λ. ΕΓΝΑΤ. ΟΥΙΚΤΟΡΑ ΛΟΛΛΙΑ
ΝΟΝ ΑΝΤΙ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΕΑΥ
ΤΟΥΣ ΕΥΝΟΙΑΣ ΤΗΣ ΔΕ ΚΗ
ΔΕΜΟΝΙΑΣ ΤΩΝ ΑΘΗΝΩΝ
ΤΟΝ ΡΗΤΟΡΑ.

At illud ΤΗΣ ΔΕ ΚΗΔΕΜΟΝΙΑΣ, ex *Salvinii* eruditiſſimi mente legendum, ΤΗΣ ΤΕ ΚΗΔΕΜΟΝΙΑΣ.

§. IV.

Ad *Caput* VII. *Eleuſiniorum Col.* 475. F. An ita in Anaglypho Athenis reperto vere ſcrofa exhibeatur dubitat *Welherus*, quum ſculptura corrupta ſit, nec ipſe ideo probe, diſtincteque, quod nam animal eſſet, cognoverit.

Ad *Eleuſiniorum* vero *Cap.* XXIX. *Col.* 525. Vas antiquum aere caelatum exhibui, quod eius figuris ritus & ceremoniae Eleuſiniae illuſtrari aliquatenus poſsint.

§. V.

Ad *Panathenaeorum Cap.* IX. Quaecumque περὶ τῶν ἀνδρείων dixi corrigenda ſunt ex aliis, quae ad *Miſcellanea Laconica* adnotavi. Tabulas duas, Ταυραχοθαψίαν ex *Prideaux* mente exhibentes ad *Panathenaea* illuſtranda protulimus.

§. VI.

Ad *Bibliothecam Atticam Col.* 607. F. Scholion forte corrigendum eſt; nam Megarenſes cum Atticis confundi videantur, quod Megara prope in agro Attico eſſet. *Col.* 654. F. *Agapius*, *Apollonius*, & *Apharcus* minime a *Meurſio* omiſſi fuerant. Huic Bibliothecae Tabula imagines Scriptorum Athenienſium aeri inciſas continens ad illuſtrationem, & ornamentum praefixa eſt; non ſecus ac *Soloni* iam feceramus, quae quidem prima Tabula, ut diximus, hiſtoriae Philoſophicae declarandae non parum conferre poſſe cognoſcitur. Atticorum Eruditorum imagines, quae in ea ſpectandae proponuntur, ab *Vrſinio*, & *Bellorio* mutuas accepimus fere omnes; non autem eas univerſas eſſe veras illorum Sapientum effigies ſtatim dixerimus; nam ſaepe Viri eruditi, ubi ſymbola certa, aut inſcriptiones deſunt, de antiquis ſtatuis, & vultibus, arbitratu ſuo, ne dicam temere, iudicant, incertaque pro certis venditant. Id omne verum eſſe evincunt marmoreae Epicuri, & Metrodori protomae, ſimul iunctae cervicibus averſis, & Hermarum in morem oblongae petrae innixae, quae anno MDCCXLI. Romae iuxta Baſilicam Liberianam defoſſae, detectaeque ſunt, adſcriptis Philoſophi utriuſque nominibus. Mirum quantum hic Epicuri vultus ab alio, qui vulgo Epicurus credebatur, differat;

Digitized by Google

rat; & quam aperte pateat hunc non esse Epicurum, ut illum, sed potius Socratem. Quo nos errorem tamdem deprehensum, & cognitum, in nostra Tabula corrigamus, has veras Epicuri, & Metrodori, effigies, aeri incisas heic subiicimus.

Haec sunt, de quibus, Lector benevole, te monitum volebam. Vale.

THE-

Digitized by Google

THEMIS ATTICA

SIVE

DE LEGIBVS ATTICIS

LIBRI II.

Digitized by Google

AMPLISSIMO, ET CLARISSIMO VIRO

SAMUELI PVFFENDORFIO

SERENISSIMO

SVECORVM REGI

A CONSILIIS, ET SECRETIS,

NEC NON

REGNI SVECICI HISTORIOGRAPHO

S. P. D.

IOANNES GEORGIVS GRAEVIVS.

Edeunt ad te, quos mecum ex Augusta Sereniss. Regis Vestri Bibliotheca communicasti, IOANNIS MEVRSII De Legibus Atticis *libelli, quos typis nostris mandari iussi. Dignissimi enim sunt, ut cetera Viri doctissimi scripta omnia, quae lucem adspiciant. Tibi vero non possum non publice hic gratias agere pro tuo hoc bene de praeclaris artibus merendi studio, quarum decus auges non solum tuis pereruditis lucubrationibus, quibus Ius Naturae, & Gentium illustrasti, nec non praeclaris illis rerum Svecicarum commentariis, qui nunc exercent nostra prela, & brevi volabunt per ora virum, sed & aliorum doctorum curis, quas ex Bibliothecarum latebris in dias luminis auras producis, aliisque producendi das facultatem. Tibi enim debetur Laurenbergii Vetus Graecia: Tibi debentur Meursii Milcellanea Laconica, Ceramicus, Creta, Rhodus, Cyprus, Theseus, & quam nunc recipis, Themis Attica. Absque tua fuisset cura his, utilissimarum doctissimi Viri disputationum fructu forte semper caruisset res literaria. Nunc speramus te propediem ad nos curaturum esse, quae ibidem, unde haec eruisti, habentur eiusdem Meursii* de Regibus Laconicis, & Piraeeo, *postumi foetus, ut hic quoque cumulus tuis in doctrinarum politiorum studia meritis accedat. Simul nobis reddentur, simul committentur typis. Vale, Vir Eximie, cum perillustri fratre tuo, Esaia, & me ama. Traiecti A. D.* IX. *KAL. Maias* CIↃ IↃC LXXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

I

II

EX MUSEO MEDICEO

IIII

IV

EX MUSEO MEDICEO

V

SOPHOCLES

VI

EURIPIDES

EX MUSEO MEDICEO

I Manabwonj del.

C. Gregory Sculp.

Digitized by Google

IOANNIS MEVRSI THEMIS ATTICA SIVE DE LEGIBVS ATHENIENSIVM[a] LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

Legum Atticarum conditores varii. Leges Triptolemi tres; de parentibus honorandis, Diis colendis, & non laedendis animalibus. Harum secunda, a Dracone, qui indigenas quoque Heroes illis addit, confirmata.

Leges prima Athenienſibus Ceres (b) dedit, & ab ea mox Triptolemus, quae ſeu nimia vetuſtate obſoletae, ſive non ſufficientes, a Dracone inſtauratae, atque auctae: verum aliquae quum ſeveriores eſſent, quam ut tolerari poſſent, Solon partem abrogavit, aliasque iſtis mitiores poſuit (c). Et obtinuere iſtae uſque ad triginta Tirannorum tempora: qui quum eas pro libidine ſuſtuliſſent, mox Euclides, quum remp. Thraſybulus reddidiſſet, revocavit, atque a ſe novas addidit. Hinc Archontes ſubſequuti, prout viſum expedire reipublicae, ipſi quoque numerum earum auxere. Equidem, quas Solon tulit, nuper dixi in eius Vita, quam deſcripſi. Sed & hic repraeſentabo opere peculiari, & adiungam aliorum, uti ſeſe quaeque offerent; nulla temporis, quod obſcurum, atque ordinis, qui incertus ob hoc ipſum, inſtituta ratione.

Ac principio tres omnino antiquiſſimas a Triptolemo, Eleuſine adſervatas memorabo. Eae erant: Γονεῖς τιμᾷν (d). Θεὸς καρποῖς ἀγάλλειν (e). Ζῶα μὴ σίνεσθαι (f). *Parents honorare. Deos fructibus colere. Animalia non laedere.* Porphyrius De Abſt. lib. IV. Τῶν μὲν Ἀθήνῃσι νομοθετῶν Τριπτόλεμον παλαιότατον παρειλήφα-

A μεν, περὶ ὃ Ἕρμιππος, ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν νομοθετῶν, γράφει ταῦτα. Φασὶ δὲ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι, καὶ τῶν νόμων αὐτῷ τρεῖς ἔτι Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος λέγει διαμένειν Ἐλευσῖνι τόσδε. Γονεῖς τιμᾷν. Θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν. Ζῶα μὴ σίνεσθαι. *Legislatorum Athenienſium antiquiſſimum fuiſſe Triptolemum accepimus: de quo Hermippus, ſecundo de legumlatoribus libro, iſta ſcribit. Aiunt vero & Triptolemum Athenienſibus leges tuliſſe; atque ex illis etiamnum a Xenocrate philoſopho memo-*
B *rari Eleuſine tres exſtare, quae ſe hunc in modum habeant. Parentes honorare. Deos fructibus colere. Animalia non laedere.* Hieronymus adverſus Iovinianum lib. II. *Xenocrates Philoſophus de Triptolemi legibus apud Athenienſes tria tantum praecepta Eleuſine reſidere ſcribit. Honorandos parentes. Venerandos Deos. Carnibus non veſcendum.* Quod ad Deos vero attinet, eos quoque, & indigenas heroes, qui ceu Dii habebantur, etiam colendos Draco multo poſt id tempus ſanxit. Por-
C phyrius citato libro in ipſo fine. Καὶ Δράκοντος νόμῳ μνημονεύεται τοιῷδε. Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις, κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον Θεοὺς τιμᾷν, καὶ ἥρωας ἐγχωρίους, ἐν κοινῷ, ἑπομένους νόμοις πατρίοις, ἰδίᾳ, κατὰ δύναμιν σὺν εὐφημίᾳ, καὶ ἀπαρχαῖς καρπῶν, πελάνοις ἐπετείοις. *Et Draconis lex eiuſmodi memoratur: Sanctio aeterna*

(a) Eruditiſſimus *Iac. Gronovius Praefat. in Volum. V. ſui Theſauri Graecarum Antiquitatum* haec habet. *Nihilominus quum ante Solonem conſtet Athenis alias leges obtinuiſſe, non debui cunctari, quin praemittenda eſſet Themis Attica, praeſertim quum ea compoſita ſit per ſaturam, nullo ordinis cuiuſquam nexu partes eius colligante. Itaque in uno capite deprehendes non diverſas modo conſtitutiones, ſed alieniſſimam, & nulla vicinia cohaerentem materiam complexas, privatis publiciſque non ſatis decenter mixtis, adeo ut Meurſius, ille iuſti & accomodati ordinis tam diligens ac tenax cuſtos, in hoc ſcripto ſit, plane ſibi diſſimilis. Id quod tanto magis mirandum, quod nihil certe eum potuerit impedire, quo minus cognatarum rerum leges colligeret in eoſdem loculos ipſis negotiis manifeſte monſtrantibus; & exemplum in collectoribus legum Romanarum haberet ante oculos. Quin etiam quum plures leges Athenis fuerint, nonnullae quoque in antecedentibus ſcriptis advocatae, quae cauſa hunc laborem in tantas coegit anguſtias, ut alias omittere, & in nonnullis nonniſi ſimpliciter poſitis*
D *iuberet lectorem ad Atticas Lectiones recurrere, ut quae ibi dicta erant, nunc repeterentur?*

(b) Hinc Θεσμοφορῖον, feſtum in Cereris honorem Athenis, de quo *Meurſius noſter* in *Graecia feriata*, & *Petrus Caſtellanus* in ſimili Opere. Hinc & primas leges, Athenis latas adcreditum. Conſulendus *Meurſius* lib. *de Fort. Athen.* cap. I.

(c) Vide *Plutarchum* in *Solone*.

(d) Sic *Moſes*: *Parentes honora*. Aurea Carmina: Τούς τε γονῆας τίμα, τοὺς τ' ἄγχις' ἐκγεγαῶτας *Et parentes honora, & proxime cognatos.*

(e) Sunt qui cenſeant primis mundi temporibus animalia nulla fuiſſe ſacrificata, ſed rebus tantum inanimis ſacra conſtitiſſe, vel pecudes citra caedem oblatas. Indicat *Moſes Geneſ.* cap. IIII. & *Ovidius* confirmat, lib. XV. *Metam.* & I. *Faſtor.*

(f) Conſulenda oratio Pythagorae apud *Ovidium* lib. XV. *Metamorphoſ.* & *Porphyrius* περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψυχων. An Pythagoras ab eſitandis animalibus abſtinuerit, vide apud *Gellium* lib. IIII. cap. XI.

Digitized by Google

terna Atticam incolentibus, quae in omne tempus rata habeatur: Deos honorare, & heroas indigenas, communiter secundum leges patrias: ac privatim, pro virili, cum fausta adprecatione, fructuumque primitiis, & libis anniversariis (a).

CAP. II.

De parentum in liberos potestate, & officio liberorum in parentes, leges variae. Ius vitae, & necis; tum nominis dandi, & delendi. Patris sepultura neglecta morte, aut exilio vindicata, & exheredatione. Causae patrocinium neglectum infamia notabatur. Auxilii non lati poena capitis; Contumeliae exheredatio; ac si pater eam non persequeretur, ipse infamis habebatur. Libanii locus illustratus. Verberanti manus amputata; aut lapidatio parata. Qui adflixisset insepultus manebat. Tum in novem quoque Archontes inquisitum, ante quam crearentur, an his ipsis bene facerent. Denique in parricidas quare legem non statuerit.

AC prima quidem lex Triptolemi, uti dixi, honorandos esse parentes statuebat; quod ut cogerentur facere, metu poenae, qui naturae pravitate detrectabant, ius parentibus in liberos vitae, & necis Solon dedit (b). Sextus Empir. Pyrrh. Hypotyp. lib. III. cap. XXIV. Καὶ ὁ Σόλων Ἀθηναίοις τὸν περὶ τῶν ἀκρίτων νόμον ἔθετο, καθ' ὃν φονεύειν ἐκάστῳ τὸν ἑαυτοῦ παῖδα ἐπέτρεψε. *Quin etiam Solon Athenienſis legem de indemnatis posuit, per quam unicuique filium suum interficere permisit.* Hermogenes de Invent. lib. I. cap. I. Ἐνώπιόν τις τῆς μητρὸς ἀπέκτεινε τὸν υἱὸν κατὰ τὸν ἀκρίτων νόμον. *Occidit quis filium coram matre, iuxta legem de indemnatis.* Curius Fortunatianus Rhet. lib. I. *Lege quemadmodum sit absoluta qualitas? Indemnatos liberos liceat occidere. Tres filios lege indemnatorum occidit; reus est uxori maletractationis. Hic enim se dicit lege feciſſe.* Ac de matre quoque est locus Sopatri in Divis. Quaest. Ἐξεῖναι καὶ μητράσιν ἀκρίτους ἀναιρεῖν τοὺς παῖδας. *Licere etiam matribus liberos indemnatos occidere.*

A Nominis quoque imponendi, atque rursum auferendi potestas erat. Demosthenes Orat. in Boeotum de Nom. Ὁ μὲν νόμος, ὃν πάντες ἐπίστασθε, ὁμοίως ἐμοὶ, τοὺς γονέας ποιεῖ κυρίους οὐ μόνον θέσθαι τοὔνομα ἐξ ἀρχῆς, ἀλλὰ κὴ πάλιν ἐξαλεῖψαι, ἐὰν βούλωνται. *Lex quidem, quam nostis omnes, aeque mecum, parentibus dat potestatem non imponendi modo nominis in principio, verum & delendi rursum, si voluerint* (c). Quin & plures leges erant, quibus liberi ad parentes honorandos cogebantur.

B Qui patrem insepultum relinquebat, mortis reus censebatur. Sopater in Hermogenem. Νόμος, τὸν πατέρα ἄταφον περιορῶντα, θανατοῦσθαι. *Lex est, ut, qui patrem insepultum neglexerit, morte puniatur.* Alia lex extorrem patria esse iubebat, & carere hereditate. Syrianus in eumdem alio loco. Νόμος, τὸν μὴ θάψαντα τὸν αὐτοῦ πατέρα, τῆς πατρῴας ἐλαύνεσθαι χώρας, τῶν ἐκείνου μηδένος μεταχόντα. *Lex erat, qui patrem non sepeliret, is ut patria tellure expelleretur, & paterna hereditate*
C *plane excideret.*

Qui eorum causae non patrocinaretur, infamia notabatur. Syrianus ibidem. Νόμος, τὸν μὴ ἐπαμύνοντα δεομένοις τοῖς γονεῦσιν, ἄτιμον εἶναι· ῥήτορος γονεῖς ἔθεντο διαζύγιον. ἐκάλεσαν ἀμφότεροι εἰς τὸ δικαστήριον εἰς συνηγορίαν. συνηγόρησε τῇ μητρί. νενίκηκεν. ὁ πατὴρ ἡττηθεὶς ὑπάγει αὐτὸν τῇ ἀτιμίᾳ. *Lex est, qui parentum indigentium causam deserat, is infamia ut notetur. Rhetoris parentes divortium fecerunt; vocantque ambo, ut in foro*
D *causam suam tueatur. Suscipit matris patrocinium; eaque causam obtinente, victus pater infamiae ipsum reum facit.*

Qui vim quoque patienti non opitulatus esset, capite plectebatur. Curius Fortunatianus Rhet. lib. I. *Qui auxilium parentibus non tulerit, capite plectatur.* Sulpitius Victor in Institut. Orat. *Qui parentibus auxilium non tulerit, capite puniatur.*

Qui contumelia adfeciſſet, exheres esse iubebatur; nec licebat patri gratiam filio delicti facere; si feciſſet, ipse infamis
E censebatur. Sopater ad Hermogenem. Τὸν ὑβρίσαντα τὸν αὐτοῦ πατέρα, μὴ μετέχειν τῆς οὐσίας· καὶ τὸν ὑβρισθέντα πατέρα μὴ ἐπεξιόντα τῷ παι-

apud Persas quoque erat, ut prodit improbans *Aristoteles* VIII. *Nicomach.* Cap. XII. Adeoque hoc ius sensim antiquatum est. *L.* XI. *D. De liberis, & postumis heredibus instituendis.*

(c) Inter patriae potestatis iura, & istud fuit *Abdicandi*, in eamque rem scripta lex: Τὸς γονέας κυρίους εἶναι ἀποκηρύξαι. *Parentibus liberos abdicare ius esto.* Meminit huius legis *Demosthenes* ἐν τῷ πρὸς Βοιωτόν. Quod iuris non tantum in liberos, quos genuerant, sed etiam in adoptivos habuisse constat ex Oratione eiusdem πρὸς Σπουδίαν. Non abdicabantur autem nisi caussa cognita, & probata apud Iudices. *Quinctilianus*, sive alius *Declamat CCLX. XIII. Lucianus in Abdicato.* Romanorum legibus comprobata non est *Abdicatio. L.* VI. *C. de Patria Potestate.* Interdum ius erat Patriae potestatis filias vendere. Μὴ ἐξεῖναι θυγατέρας πωλεῖν, μήτ' ἀδελφὰς, πλὴν ἂν μὴ λάβῃ παρθένον ἀνδρὶ συγγεγενημένην. *Filiam aut sororem vendere nemini ius esto, nisi in ea adhuc virgine moechum deprehenderit.* Meminit huius legis *Plutarchus in Solone.* Apud Romanos tamen liberos vendere ius fuit Lege Decemvirali. Sed postea id abrogatum est *L. X. C. de Patria potestate.* Quamquam certis casibus aliquando concessum, quos videre est apud *Paulum* V. *sentent. Tit.* I §. I. & *L.* II. *C. de Patribus, qui filios suos distraxerunt.*

(a) *Aureа* Pythagoreorum *Carmina*:

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς νόμῳ, ὡς διάκεινται
Τίμα, καὶ σέβου ὅρκον, ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυούς,
Τούς τε καταχθονίους σέβου δαίμονας ἔννομα ῥέζων.

Immortales primum Deos lege, ut dispositi sunt,
Cole, & venerare iusiurandum, deinde Heroes illustres,
Et terrenos venerare Deos, legitima sacrificans.

Lex XII. Tabularum apud Romanos: *Separatim nemo habeſſit Deos, neve novos; ſed ne advenas, niſi publice adſcitos, privatim colunto.* Item: *Feriis iurgia amovento, easque in famulis, operibus patratis habento. Itaque, ut ita cadat in annuis anfractibus, deſcriptum eſto: certasque fruges, certasque bacas ſacerdotes publice libanto. hoc certis ſacrificiis, ac diebus, &c.* Consulendi *Plato* lib. IV. *De Legibus*, & *Cicero* II. pariter *De Legibus.* Hac lege cautum videtur ne peregrinae religiones reciperentur; & hinc explicatur dica Socrati scripta, & quod de Paulo Apostolo narrat *Lucas Actor.* cap. XVII.

(b) Apud Romanos quoque Patres ius vitae, & necis in filios habebant. Consulendi *Dionyſ. Halicarnaſſ. Lib.* II. *Leg.* XI. *D. De Lib. & Poſtum. Leg. ultima C. de Patr. Poteſt.* Lex quidem tyrannica, quam propterea aliae gentes repudiarunt, ut notat *Simplicius* ad *Epicteti Enchiridion*: quamquam simile patrium ius

Digitized by Google

παιδὶ ἄτιμον εἶναι. *Filium, qui in patrem contumelioſus fuerit, facultatum minime participem eſſe; quin & patrem, contumelia adfectum, niſi filium in ius rapiat, infamem eſſe.* Et de patris quidem infamia iterum agit paulo poſt. Ὁ δὲ πατὴρ ἐπὶ τ νόμον μεταλίθησι τὴν αἰτίαν, τ εἶναι ἄτιμον κελεύοντα τὸν μὴ ἐπεξελθόντα πατέρα τῷ ὑβρίσαντι παιδί. De filii vero exheredatione eſt Libanii quoque locus capiendus Tom. I. Declam. XXXVII. Ἰσχυρὸς εἶ συ, καὶ μέγας· ἀλλ' οὐκ ἰσχυρότερ@ τῷ νόμῳ, ὃς κεῖται πάλαι, πατράσιν ἀδικουμένοις βοηθῶν. ὅτ@ ἐκβάλλῃ σε τ οἰκίας. *Et tu quidem fortis, & magnus, ſed non fortior lege, quae, iam dudum lata, patribus iniuria adfectis opitulatur. Haec te domo eiicit.*

Qui verberaſſet, ei manus amputare lex iubebat. Heraclides Ponticus in Alleg. Hom. Οἱ νομοθέται τὰς πατροτύπας χειροκοπῶσι. τὸ δυσσεβῆσαν αὐτῶν μέρ@ ἐξαιρέτως ἀποτέμνοντες. *Legislatores parentes verberantibus manus praecidunt; illam potiſſimum partem amputantes, quae impie fecit.* Quintilianus Declam. CCCLXXII. *Qui patrem pulſaverit, manus ei incidantur.* Marcellinus in Hermogenem. Ἐτύπτησέ τις τὸν πατέρα, ὑπὸ τῦ τυράννυ κελευόμεν@. κινδυνεύει μετὰ τὴν τυραννίδα περὶ τῶν χειρῶν, νόμ@ κελεύοντ@. *Verberavit quis patrem, a tyranno iuſſus, poſt tyrannidem, periclitatur de manibus, lege iubente.* Et Syrianus. Τύραννος ἀνέπαυσε τρεῖς παῖδας, τῷ πρώτῳ τυπλῆσαι τ πατέρα προσέταξεν· ὁ τυπλήσαντα ἀπέκλεινε. ὁ τ δεύτερον ὁμοίως, ὁ τρίτ@ ὑπήκουσεν, ἐσώθη. μετὰ τ τ τυραννίδ@ κατάλυσιν, κινδυνεύῃ περὶ τῶν χειρῶν. τῦτο γὰρ ὁ νόμ@ ἐκέλευσεν. *Tyrannus retraxit tres filios; primum autem iuſſit verberare patrem, non parentem interfecit; ſecundum, eodem modo; tertius, quum paruiſſet, ſalvus evaſit; poſt tyrannidem everſam venit in diſcrimen manuum; ſiquidem lex iubebat.* Alia lex lapidibus eum obruendum ſtatuebat. Auctor Problematum Rhetoricorum cap. LVII. Νόμ@ ἐκέλευσε τ τύψαντα αὐτῦ τὸν πατέρα λιθοβολῆσθαι ὑπὸ τῦ δήμου ἀκρίτως. *Lex iubet, qui patrem verberaverit, ut a populo, cauſa indicta, lapidibus interficiatur.* Ariſtophanes ſimpliciter turpe dicit, in Avibus. Εἰ γὰρ ἐνθάδ' ἐστὶν αἰσχρὸν τ πατέρα τύπτειν νόμῳ. *Si enim lege turpe eſt verberare patrem.*

Qui adfixiſſet, eaque re ad mortem etiam adegiſſet, ſepultura privabatur. Syrianus in Hermog. Νόμ@, τ λυπήσαντα τὰς αὐτῦ πατέρας, ἐὰν τελευτήσῃ, ἄταφον μένειν. *Lex eſt, qui parentes adfixerit, ſi contingat eos mori, uti inſepultus maneat.* Et Archontes quoque novem, quando creaturi eſſent, prius in eorum vitam inquirebant; & in primis, an parentibus bene facerent. Obſervare eſt apud Demoſthenem in extrema Oratione in Eubulidem. Ἔτι τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τὰς ἐννέα ἄρχοντας ἀνακρίνετε, εἴτε τοὺς γονέας εὖ ποιοῦσιν. *Etiam nunc, Iudices, in novem archontes inquiritis, an parentibus bene faciant.* De eorum ſex poſtremis, quos Theſmothetas dicebant tradit Pollux lib. VIII. cap. VIII. ſect. 1. Ἐκαλεῖτο δέ τις θεσμοθετῶν ἀνακρισις, ἐὰν Ἀθηναῖοί εἰσιν ἑκατέρωθεν ἐκ τριγονίας, καὶ τῶν δήμων πόθεν, καὶ ἐὰν Ἀπόλλων ἐστὶν αὐτοῖς Πατρῷ@, καὶ Ζεὺς Ἕρκει@, καὶ ἐὰν τοὺς γονέας εὖ ποιῶσι. *Dicebatur etiam quaedam in Theſmothetas inquiſitio; an utrinque tertia generatione Athenienſes forent, & e quo populo; tum an Patrium Apollinem, & Herceum Iovem haberent; & an bene parentibus facerent* (a). In parricidas nullam omnino legem ſtatuit; & interrogatus cauſam, non ſperaſſe, ſe reſpondit, quemquam ſcelus hoc auſurum. Cicero in Orat. pro S. Roſcio Amerino. *Prudentiſsima civitas Athenienſium, dum ea rerum potita eſt, fuiſſe traditur. Eius porro civitatis ſapientiſsimum civem Solonem fuiſſe dicunt; eum, qui leges, quibus hodie quoque utuntur, ſcripſerit. Is, quum interrogaretur, cur nullum ſupplicium conſtituiſſet in eum, qui parentem necaſſet, reſpondit: ſe id neminem facturum putaſſe. Sapienter feciſſe dicitur; quum de eo nihil ſanxerit, quod antea commiſſum non erat; ne non tam prohibere, quam admonere videretur.* Quem locum reſpexit B. Hieronymus Epiſt. CLI. *Et Tullius de parricidarum ſuppliciis apud Athenienſes Solonem ſcripſiſſe negat; ne non tam prohibere, quam admonere videretur.* Paulus Diaconus de Publicio Malleolo agens, qui matrem occiderat Hiſt. Miſc. lib. V. *Solon Athenienſis decernere non auſus fuerat, dum fieri non poſſe credidit.* Meminere etiam Diogenes Laertius in Vita eius lib. I. Sopater in Hermogenem, & Oroſius lib. V. cap. XVI. (b)

CAP. III.

Actio filiis adverſus patrem non dabatur, niſi amentiae. Sopater pluribus locis emendatus. Qui non aluiſſet parentes, infamis erat; niſi ſi aut artem ipſi eos nullam docuiſſent, aut ex meretrice etiam genuiſſent, ad turpem item quaeſtum elocaſſent. Parentes vero quinam dicti.

TAntam vero reverentiam parentum leges eſſe cupiebant, ut non darent actionem adverſus eos, niſi dementiae. Curius Fortunatianus Rhet. lib. I. *Filiis adverſus patrem ne ſit actio, niſi dementiae.* Sopater de Diviſ. Quaeſt. Ὁ νόμ@ περὶ τ ἰδιωτικῶν ἐστὶ γραφῶν, ὁ περὶ τ δημοσίων, κεκυρωμέν@· καὶ ἐν μὲν ταῖς ἰδιωτικαῖς ἄλλως ὁ δίδωσι τοῖς παισὶν, ἢ τ παρανοίας γραφήν. *Lex de privatis actionibus, non de publicis conſtituta eſt; & in privatis quidem non concedit aliam filiis actionem, quam dementiae.* Corruptus alter eius locus. Κατὰ πρὸς μὴ εἶναι δίκλω, ἢ τ παραινίας· Reſtituo. Κατὰ πατρὸς μὴ εἶναι δίκλω, ἢ τ παρανοίας. *Adverſus patrem non eſſe actionem, niſi dementiae.* Iterum poſtea. Σαφῶς διηγόρευσεν ὁ νόμ@, μηδεμίαν ἄλλως δέχεσθαι ζημίαν οὐκ ἐᾶ ἄρχειν τοῦτον, ὡς οὔτε ἃ τὰ ἱερὰ εὐσεβῶς θυσάμενα ὑπὲρ τῆς πόλεως τούτῳ θύοντ@, οὔτε ἄλλο καλῶς ἢ δικαίως οὐδὲν ἂν τούτῳ πραξαντ@.

(a) Ad rem *Xenophon* Ἀπομνημονευμάτων *Lib.* II. Οὐκ οἶσθα ὅτι ἡ πόλις ἄλλης μὲν ἀχαριστίας ἀδεμίας ἐπιμελεῖται, οὐδὲ δικάζει, ἀλλὰ περιορᾷ τοὺς εὖ πεπονθότας χάριν οὐκ ἀποδιδόντας. Ἐὰν δέ τις γονέας, οὐθεραπεύῃ, τοιούτῳ δίκην τε ἐπιτίθησι, καὶ ἀποδοκιμάζουσα οὐκ ἐᾶ ἄρχειν τοῦτον, ὡς οὔτε ἃ τὰ ἱερὰ εὐσεβῶς θυσάμενα ὑπὲρ τῆς πόλεως τούτῳ θύοντ@, οὔτε ἄλλο καλῶς ἢ δικαίως οὐδὲν ἂν τούτῳ πραξαντ@.

(b) Similia de Romulo, qui nihil de Parricidio ſanxit, commentatur *Plutarchus* in *Vita*.

ϑαι γραφὴν, ἢ ἢ τ᾽ παρανοίας. *Clare lex cavet, ne qua alia actio recipiatur, quam dementiae.* Etiam corrupte illic παροινίας, *temulentiae*, hodie legitur. Et oportebat, antequam liceret agere dementiae, manifestos esse apud cunctos. Idem Sopater paulo post de lege eadem, Πᾶσαν μὲν ἐκώλυσε κατηγορίαν εἰσάγεσθαι, τὴν δὲ τῆς παρανοίας συνεχώρησεν· εἴ τις πᾶσιν ἦν φανερὰ τοῖς ὁρῶσι, τοῖς δικάζουσι, τοῖς παρεξῶσιν ἅπασιν. *Omnem accusationem introduci prohibuit; dementiae vero permisit; modo manifesta esset intuentibus, iudicantibus, & adstantibus universis.* Neque illic recte editur παροινοίας pro παρανοίας, quod omnino reponendum (a). Denique,

Parentes alere tenebantur, lege Solonis. AElianus Hist. Anim. lib. IX. cap. I. Καὶ Σόλων μὲν τοῖς λέγουσι ταῦτα οὐ κελεύει, νομοθετῶν τρέφειν τοὺς πατέρας ἐπάναγκες. *Et Solon leonibus haec non praescribit; qui lege lata, liberis parentes alendi necessitatem imponit.* Respexit hanc legem Theophylactus Simocatta Ep. VII. Τὴν ὑποζύγιον ἵππον ὅταν ἐνδεᾶ τῆς θρεψαμένης θεάσαιντο, καὶ πόῤῥω που τὴν τεκοῦσαν, οἷα συμβαίνει, τὴν τῆ γλυκήματος, δρῶσί τι χρυσικόν· οὐ γὰρ τῆς ἑαυτῶν ἐπιλανθάνονται Φύσεως· καὶ τεθάλπασι τὸ μονωθὲν, κατ᾽ οὐδὲν δυσχεραίνουσαι, ὥσπερ ἔγγονα συνεχῆ τε καὶ γνήσια. καὶ Φύσις μὲν ταύταις ὕστω Φρονεῖν, οὐ γὰρ Σόλωνος ἠνάγκασε νόμος. *Lactentem adhuc equum quum nutrice destitutum vident, & longius, ut fit interdum, abesse matrem, quae pullum peperit, aliquid maternum faciunt; (neque enim naturae suae obliviscuntur) & fovere relictum non gravantur, tamquam veros, proprioque foetus. Et hae quidem ita a natura sunt adfectae; neque enim lex Solonis illas cogit.* Qui negligeret, is infamia notabatur. Diogenes Laertius in Solone lib. I. Δοκεῖ δὲ καὶ καλλιστα νομοθετῆσαι· Ἐάν τις μὴ τρέφῃ τοὺς γονέας, ἄτιμος ἔσω. *Optime videtur etiam legem tulisse: Si parentes quis non alat, esto infamis.* Alia lex vinciri iubebat. Curius Fortunatianus Rhet. lib. I. *Qui parentes non aluerit, vinciatur* (b). Sed non tenebantur tamen ad praestanda alimenta ii filii, quos parentes artem nullam docuissent. Vitruvius in Praefatione lib. IV. *Omnium Graecorum leges cogunt parentes ali a liberis; Atheniensium non omnes, nisi eos, qui liberos artibus erudiissent.* Plutarchus in Vita Solonis. Νόμον ἔγραψεν, υἱῷ τρέφειν τὸν πατέρα, μὴ διδαξάμενον τέχνην, ἐπάναγκες μὴ εἶναι, *Legem tulit, ne filius patrem, qui ipsum artem non docuisset, alere cogeretur.* Galenus in Exhort. Orat. ad Artes. Ἐπαινέσῃ δ᾽ ἄν τις καὶ τὸν Ἀθήνησι νομοθέτην, ὃς τὸν μὴ διδάξαντα τέχνην ἐκώλυε πρὸς τοῦ παιδὸς τρέφεσθαι. *Laudaverit vero aliquis etiam legislatorem Atheniensium, qui vetabat filium alimenta dare patri, a quo arte nulla imbutus esset.* Sed nec ille tenebatur, quem ex meretrice pater suscepisset. Plutarchus in Solonis Vita. Ἐκεῖνο δὲ ἤδη σφοδρότερον, τὸ μηδὲ τοῖς ἐξ ἑταίρας γεγονόσιν ἐπάναγκες εἶναι τὸς πατέρας τρέφειν. *Iam vero illud durius, quod ad alendos parentes non obstringerentur e meretricibus procreati* (c). Neque qui ad turpem quaestum aperte elocatus esset. AEschines Orat. in Timarchum. Καὶ (λέγει ὁ νόμος) μὴ ἐπάναγκες εἶναι τῷ παιδὶ ἡβήσαντι τρέφειν τὸν πατέρα, μηδὲ οἰκησιν παρέχειν, ὃς ἂν ἐκμισθωθῇ ἑταιρεῖν. Et (*ait lex*) *non necesse esse puero, ubi adoleverit, ut patrem alat, aut excipiat domicilio, si ab eo ad turpem quaestum elocatus fuerit.* Parentum vero nomine, nam & hoc dicendum est, censebantur etiam avus, aviaque; item proavus, & proavia; si adhuc in vivis essent. Isaeus docet Orat. VII. Κελεύει γὰρ (ὁ νόμος) τρέφειν τοὺς γονέας. γονεῖς δ᾽ εἰσὶ μήτηρ, καὶ πατὴρ, καὶ πάππος, καὶ τήθη. καὶ τούτων μήτηρ καὶ πάππος, ἐὰν ἔτι ζῶσιν. *Iubet (lex) parentes alere. Parentes vero sunt, pater, & mater, & avus, & avia; tum & proavus, ac proavia; si quidem supersunt.*

(a) Huius quoque legis meminit *Aristophanes Nubibus:*
Οἴμοι. τί ὁρασω παροφρονοῦντος τοῦ πατρός;
Πότερον παρανοίας αὐτὸν ἀσαγαγὼν ἑλω;
Xenophon lib. I. Ἀπομνημονευμάτων, & *Plato Lib.* XI. *de Legibus* idem tradunt. Convictus autem pater, a re familiari removebatur, potestate data liberis in eius bonis. *Cicero lib. De Senectute: Sophocles ad summam senectutem Tragoedias fecit: quod propter studium quum rem familiarem neglegere videretur, a filiis in iudicium vocatus est, ut quemadmodum nostro more, Male rem gerentibus patribus bonis interdici solet: sic illum quasi desipientem, a re familiari removerent iudices. Tum senex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat, & proxime scripserat, Oedipum Coloneum recitasse iudicibus, quaesisseque, num illud carmen desipientis videretur. Quo recitato sententiis iudicum est liberatus.* Iudicabant οἱ Φρατῆρες. Colligere est e Graeco Comici interprete ad Ranas. Εἰσηγαγε δὲ ποτὲ Σοφοκλῆς ἐν δράματι τον Ἰωφῶντα αὐτῷ φθονοῦντα, καὶ πρὸς τοὺς φράτορας ἐγκαλοῦντα τῷ πατρὶ, ὡς ὑπὸ γήρως παροφρονοῦντι. οἱ δὲ τῷ Ἰοφῶντι ἐπετίμησαν. Σάτυρος δέ φησιν οὕτω εἰπεῖν· ἃ μὲν ἐμὶ Σοφοκλῆς, οὐ παραφρονῶ· ἃ δὲ παραφρονῶ, Σοφοκλῆς οὐκ ἐμί. καὶ τότε Οἰδίποδα ἀναγνῶναι. Eadem habet Auctor Anonymus Vitae Sophoclis.

(b) Huius Atticae legis meminere etiam *Lysias* ἐν τῷ κατ᾽ Ἀγοράτου; *Aeschines* ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου; *Demosthenes* ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους. *Aristophanes Avibus* ludens suo more πελαργικὸν νόμον adpellavit. Meminit etiam *Isaeus* ἐν τῷ περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου. Apud Romanos legibus quidem cogebantur liberi parentes alere, sed id tantum, nulla poena ei irrogata, qui secus fecisset. Adi titulum *C. & D. De Alendis liberis & parentibus.* Ceterum id quod de vinculis *Fortunatianus* ait, respicit Solonis legem, quae refertur a Demosthene ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους, atque ita habet: Ἐὰν δέ τις ἀπάχθηται τῶν γονέων κακώσεως, ἁλοὺς ὑπὸ ὧν μὴ χρὴ, δήσαν οἱ ἕνδεκα, καὶ ἀσαγόντων αὐτὸν εἰς τὴν Ἡλιαίαν, κατηγορείτω δὲ ὁ βουλόμενος ἀπὸ ἕξεως. Ἐὰν δὲ ἁλῷ τιμάτω ἡ Ἡλιαία ὅτι χρὴ παθεῖν αὐτὸν ἢ ἀποτίσαι. Ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ, δεδέσθω τέως ἐὰν ἐκτίσῃ. *Si quis damnatus malae parentum tractationis, & deprehendatur ingredi loca, quibus arcetur, undecim viri capitales eum vinciunto, & in iudicium apud Heliaeam rapiunto: quicumque voluerit, cui licet, accusato Heliaea ei convicto poenam, vel multam irrogato. Si multa irrogata fuerit, quousque eam solverit in vinculis esto.*

(c) Sed nec matrem eiusmodi filii iure Graecorum alere tenebantur. Rhetor apud *Synesium* Epistola III. Ὁ υἱὸς ὁ ῥήτωρ ἀφιέσθαί φησι τῆς ἀναγκης τοῦ νόμου μητέρα τρέφειν ἑταίραν.

CAP.

Digitized by Google

CAP. IV.

Poena adulteriis varia constituta a Dracone, ac Solone. Ac adulteros quidem licuit interficere, pecunia multare, excaecare, stigmate notare; tum & fana iis omnia interdicta. Occidere vero indemnatos ab initio non permissum; sed vocare in iudicium oportebat.

VT parentum auctoritatem, ita quoque matrimonii dignitatem graviter leges vindicarunt, varia in adulteros poena. Primus auctor vindicandi adulterii apud Athenienses Draco memoratur. Pausanias Boeoticis. Πρῶτος δὲ ὕστος ὁ Υ῎ητλος δίκλω μοιχίας λαβὼν δῆλός ἐστι· κ) χρόνῳ ὕστερον, Δράκοντος, Α῾θηναίοις θεσμοθελήσαντος, ἐκ τ ἐκείνε καλέσω νόμων, ὃς ἔγραφεν ἐπὶ τ ἀρχῆς, ἄλλων τε ὁπότων ἄδηλον εἶναι χρὴ, καὶ δλὴ καὶ τιμωρίας μοιχοῦ. *Primum vero hunc Hyettum de adulterio poenas sumsisse constat, ac postea Draco, quum Athenien sibus dedisset sanctiones suas, ex legibus eius, quas in magistratu scripsit, constituit, tum quarum rerum aliarum impunitas foret, tum & de adultero poenas sumi libere posse.* Post hunc Solon etiam capitis damnavit. Plutarchus in eius Vita. Μοιχὸν ἀνελεῖν τῷ λαβόντι δέδωκε. *Adulterum interficere deprehendenti permisit.* Hermogenes in Part. Stat. Ε῎ξῆν ἀποτινυῦναι κ) τ μοιχὸν, κ) τὴν μοιχευομένλν. *Licebat interficere & adulterum, & adulteram.* Syrianus in Commentario. Μοιχεύοντά τις, κατὰ τὸν περὶ τοὺς μοιχοὺς νόμον, ἀπέκτεινεν. *Adulterum quispiam, iuxta legem de adulteris, interfecit.* Et Sopater. Νόμος, τ μοιχὸν τεθνάναι. *Lex est, adulterum occidi.* Curius Fortunatianus Rhet. Schol. lib. 1. *Adulteros licet occidere.* Marius Victorinus in Ciceronis Rhet. lib. 11. *Adulterum cum adultera liceat occidere.* Sulpitius Victor in Instit. Orat. *Adulteros deprehensos licet occidere* (a). Itaque concessa isthic caedes erat; sed qui nollet interficere, pecunia multare poterat. Auctor Problematum Rhetoricorum cap. xx. Νόμος, τ μοιχὸν χρήματα διδόναι, ἢ παραυτίκα ἀποθνήσκειν. *Lex est, adulterum pecuniam dare, aut statim mori.* Et videre est apud Lysiam in Orat. de caede adulteri Eratosthenis. Κἀκεῖνος ἀδικεῖν μὲν ὡμολόγει, ἠντιβόλει δὲ, κ) ἱκέτευε, μὴ αὐτὸν κτεῖναι, ἀλλ' ἀργύριον πράξασθαι. ἐγὼ δ' εἶπον, ὅτι οὐκ ἐγώ σε ἀποκτενῶ, ἀλλ' ὁ τ πόλεως νόμος· ὃν σὺ παραβαίνων, περὶ ἐλάττονος τ ἡδονῶν ἐποίησας, καὶ μᾶλλον εἶναι τοιοῦτον ἁμάρτημα ἐξαμαρτάνειν εἰς τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν, καὶ εἰς τοὺς παῖδας τοὺς ἐμοὺς, ἢ τοῖς νόμοις πείθεσθαι, κ) κόσμιος εἶναι. *Et ille fatebatur quidem iniuriam, sed orabat, ac supplicabat, ne se interficerem, sed pecuniam exigerem: ego vero inquiebam, non me occisurum ipsum, verum civitatis legem, quam transgressus, voluptate inferiorem existimasset, ac flagitium istiusmodi in uxorem, liberosque etiam meos admittere maluisset, quam obedientem legibus, ac modestum se praebere.* Hermogenes de Invent. lib. 11. cap. 1. Τὸς μοιχὸς χρήματα ἀποτινῦναι (ὁ νόμος κελεύει.) *Adulteros pecuniam pendere (lex iubet.)* Et haec poena non dumtaxat in uxoribus violatis, verum etiam in concubinis constituta. Lysias in eadem Orat. non multo post ubi de eadem lege illi sermo. Καὶ οὕτω σφόδρα ὁ νομοθέτης ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς γυναιξὶ δίκαια ταῦτα ἡγήσατο εἶναι. ὥστε κ) ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς, ταῖς ἐλάττονος ἀξίαις, τὴν αὐτὴν δίκλω ἐπέθηκε. *Atque ipse legislator adeo haec iusta esse existimavit, ut in concubinis etiam, dignitate inferioribus, poenam eamdem constituerit.*

Nec occidere dumtaxat, aut pecunia multare, sed & excaecare licuit. Auctor Problem. Rhet. cap. LVIII. Νόμος ἐκέλευε τὸν μοιχὸν καταλαμβανόμενον τυφλῶσθαι ἀκρίτως. *Lex iubebat adulterum deprehensum excaecare indemnatum.* Curius Fortunatianus Rhet. Schol. lib. 1. *Adulteros deprehensos licet excaecare.*

Quin & stigma inurere permittebatur. Hermogenes Part. Stat. Sect. XIII. Ε῎ξεστ στίζειν τὸς μοιχός. στίζων τις ἀπέκτεινε, κ) φεύγει φόνε. *Stigma adultero inurere licet. Inurens quispiam interfecit, & reus sit caedis.* Syrianus. Νόμε ὄντος, τ μοιχὸν στίζειν. *Quum lex sit, moechum stigmate notare.* Marcellinus. Νόμος, τὸν μοιχὸν στίζειν. στίζων τὸν μοιχὸν, ἀπέκτεινε, καὶ κρίνεται φόνε. *Lex est, adulterum stigmate notare. Notans aliquis, occidit, & damnatur caedis.* Sopater. Ἰατρὸς, ἐπὶ τ μοιχῶν ἰώμενος στίγματα, κρίνεται. *Medicus, adulterorum curans stigmata, condemnatur.*

Neque templum ingredi licebat. Sopater in Hermogenem. Νόμος, τ μοιχὸν εἰς ἱερὸν μὴ εἰσιέναι. *Lex est, adulterum non ingredi templum.*

Et interficere quidem in principio, id est, ante Draconis tempora, non licebat. Libanius indicat Tom. 1. Declam. XXXIII. Καὶ λογιζόμενος εὕρισκον τ τὸς νόμους ἐν ἀρχῇ τεθεικότα τῇ πόλει, τὰ μὲν ἄλλω διελόντα καλῶς, κ) τὰς τε ὠφελίας, ἣ χρῆν, τελιμηκότα· κ) τοῖς τὰ ἄλλα ἀδικοῦσιν, ὰ καλῶς προσενεγεγραμένον· τοῖς μοιχοῖς ὃ τύτοις ὰ πᾶν ὅσον ἐχρῆν, ἐπενεγκόντα. ἀλλ' ἂν μέν τις ἀφαιρῆται τῶν χρημάτων, ἔδωκεν εὐθὺς ἀμυνομένῳ κτεῖναι. κ) καθαρὸς ὁ τῦτα δεδρακὼς νενόμισται. τ γυναῖκα ὃ ἂν ἀφαιρῆταί τις τ γεγαμηκότα, ἐκβαλὼν, γράφει, φησί. κ) τοῖς θεοῖς εὔχε δικασηρίᾳ τυχεῖν. κτεῖναι ὃ, οὐκ ἔδωκεν. *Et cum animo reputans comperiebam, eum, qui leges civitati condiderat, partim quaedam pulcre divisisse, & virtutes, quatenus oportuit, honorasse; partim cum iis, qui cetera quidem deliquissent, non recte egisse; adulteris vero istis, minime, quod aequum erat, intulisse. Verum, si quis pecuniis aliquem spoliasset, hunc concessigatione, aut multa.* Tacitus De Moribus Germanorum. *Paucissima in tam numerosa gente adulteria, quorum poena praesens, & maritis permissa. Accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit.* Nihil de adulterio statuit *Lycurgus*, quod nullum fore in suo populo prospexerat. Consulatur *Plutarchus* in eius *Vita*.

(a) Idem Iure Romano obtinebat. Adi Iureconsultos *ad L. Iuliam de Adulteriis.* Omnium autem antiquissimus *Moses* ita sancit: *Si dormierit vir cum uxore alterius, uterque morietur, idest adulter, & adultera, & auferes malum de Israel. Deuter. Cap.* XXII. Apud Germanos tamen, gentem quondam pudicitiae, & castitatis laude praesignem, crimen adulterii morte punitum non invenio, sed leviore castiti-

Digitized by Google

ceſsit defendendo ſibi occidere; quique eum occidiſset, ille purus cenſebatur. At marito ſi uxorem quis ſurripiat, eum eiiciens, defer, inquit, & a diis, ut iudicium nanciſcaris, ſupplex pete: at occidere non conceſsit.

Et adulterum etiam tantum voluntate, non effectu, puniebant. Maximus Tyrius Diſſert. 11. Καὶ γὰρ μοιχὸν κολάζει ὁ νόμος ὃ τὸν δράσαντα μόνον, ἀλλὰ κὴ τὸν βυληθέντα. *Etenim adulterum lex punit, non dumtaxat eum, qui commiſit adulterium, verum etiam qui voluit* (a).

(a) Quum quaedam a *Meurſio* noſtro omiſſa fuerint ad adulterii poenam pertinentia, & ſcitu quidem digna, ea ex docto laborioſoque *Samuelis Petiti* ad Leges Atticas Commentario huc tranſcripta huic Capiti ſubnectere non ſupersedemus: *Non ſemper tamen*, inquit, *occiſi ſunt adulteri in ipſa turpitudine deprehenſi; ſed id pro mariti arbitrio, ut tam diximus: unde Eratoſthenes in adulterio deprehenſus*; ηντιβόλει κὴ ικέτευε μὴ αὐτὸν κτάναι, ἀλλ' ἀργύριον πράξασθαι. *Frequentiſſima haec, & uſitatiſſima poena fuit. Deprehenſos in adulterio moechos quadrupedes conſtituebant, & eis nates depilabant cinere calido; deinde etiam raphanos praegrandes in podicem immittebant; hanc poenam vocabant* παρατιλμὸν κὴ ραφανίδωσιν. *Sed pauperiorum fuit; divites enim pecunia redimebant. Ariſtophanes Pluto dicebat ipſi Pluto:*

Ὁ δὲ ἀλὼς γε μοιχὸς διὰ σέ πω παρατίλλεται.

Scholia: ἔθος ἦν τὸν ἁλόντα μοιχᾶς παρατίλλεσθαι, ἵνα δῷς ἀργύριον ποινῆς λυθῇ. παρατίλλεται δέ, διασύεται τὰς τρίχας τῷ πρωκτῷ τίλλεται. αὕτη γὰρ ὕριζε δίκη τοῖς μοιχοῖς πέννησιν, ἀποραφανίδωσις κὴ παρατιλμός. οἱ γὰρ πλούσιοι χρήματα παρέχοντες ἀπελύοντο. παρατίλλεται δέ φησι διὰ τὸ μὴ δύνασθαι χρήμασι λυτρῶσθαι τὴν πυγήν. δημόσια γὰρ ταῦτα ἔπασχον. *Et alibi idem Interpres ad Nubes:* Οὕτω γὰρ τοὺς ἁλόντας μοιχοὺς ᾐκίζοντο, ραφανίδας λαμβάνοντες καθίεσαν εἰς τοὺς πρωκτοὺς τούτων· κὴ παραλλάττοντες αὐτοὺς, τέφραι θερμὴν ἀπέπασσον βασάνους ἱκανὰς ἐργαζόμενοι. *Aliquando etiam vicem raphanorum mugiles per poſticum impingebantur. Catullus:*

Quem attractis pedibus, patente porta,
Percurrent raphani, mugileſque.

Iuvenalis Satyra X.

Necat hic ferro, ſecat ille cruentis
Verberibus, quosdam moechos & mugilis intrat.

Abdomen aliquando admittebant, & teſtes caudamque ſalacem demetebant ferro. Quod ſi de deprehenſo in uxore viſum eſſet ad Magiſtratum iudicium, & quaeſtionem referre, ſcribebatur dica apud Theſmothetas. Pollux libro VIII. cap. IX. Γίγνονται δὲ πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας γραφαὶ μοιχίας. *Poena autem, an e iudicum ſententia mors erit? nequaquam: Lyſiae enim iſta* ἐν τῷ κατὰ Ἀγοράτου. γυναῖκας τοίνυν τῶν πολιτῶν τοιοῦτος ὢν μοιχεύειν κὴ διαφθορεῖν ἐλθερέας ἐπεχείρησε, κὴ ἐλήφθη μοιχός· κὴ τεθνάναι ἡ ζημία ἐστίν. *Intelligenda ſunt de iure illius, qui deprehenſum in uxore adulterum poterat occidere.*

Verum habitus in privata cuſtodia apud illum, qui moichias accuſabat, ſi in ius rapiebatur, & falſo moichias eſſet inſimulatus, ſine noxa dimittebatur: convictus vero, ab eo, qui in uxore eum deprehenderat, pro arbitrio iudicum, ſi mortem excipias, plectebatur: Qua de re Lex haec exſtat:

Ἐάν τις ἀδίκως ἕρξῃ ὡς μοιχὸν γράφεσθαι πρὸς τὰς θεσμοθέτας ἀδίκως ἀρχθῆναι, κἂν μὲν ἑλὴ τὸν ἕρξαντα

CAP. V.

Adulterae pariter atque adulteri occidi poterant. Etiam dote mulctabantur, & ornari vetabantur, tum & ornatarum poena, vendebantur, & prohibebantur templis; quae ſi intrare tumen auſae unquam eſsent, quolibet modo, a quocumque, impune divexabantur, niſi quod occidi haud poſsent. Nec maritis ultra eas retinere in matrimonio licebat; ſi feciſsent, infames erant. Actio adulterii data quinto die menſis deſinentis.

DIximus ſupplicia adulterorum; nunc, ut feminarum item memoremus conſectaneum exiſtimo. Eae vero, uti viri, eadem lege occidi indemnatae poterant. Hermogenes citato loco. Ἐξῆν ἀποτυννῦναι κὴ τὴ μοιχὸν, κὴ τὴ μοιχευομένην. *Licebat interficere & adulterum, & adulteram.* Marius Victorinus itidem citato loco. *Adulterum cum adultera liceat occidere.* Auctor Problem. Rhet. cap. LXVI. Τύραννος, μοιχεύων γυναῖκά τινος, ἀνῃρέθη ὑπ' αὐτῆς. νόμος κελευόντων, τὴ μὲν ἀνελόντα τύραννα, κὴ δόξῃ ἀδίκως ἐπιβεβεβουλεῦσθαι, ἀθῷον εἶναι αὐτὸν, κὴ τοὺς ἐγγυητὰς ἀπηλλαχθαι τῆς ἐγγύης. ἐὰν δὲ δόξῃ μοιχὸς εἶναι παραδοῦναι αὐτὸν τοῖς ἐγγυητὰς τῷ ἑλόντι. ἐπὶ δὲ τῷ δικαστηρίῳ ἀιθ' ἐγχειριδίῳ χρῆσθαι ὅ, τι ἂν βυληθῇ ὡς μοιχῷ ὄντι. Si quis tamquam adulter in cuſtodia habeatur, libellum ſupplicem Theſmothetis offerto, quod iniuſte in cuſtodia habeatur. Si apud Iudices probaverit iniuſte vinctum fuiſſe, innoxius dimittitor, & vades eius ſponſione liberantor. Si vero adulterii damnatus fuerit, vades dato ei, qui in uxore deprehenderit, iudices, excepta capitis poena, pro arbitrio in eum animadvertunto.

Legitur haec Lex apud Demoſthenem ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας. *Vades autem dare debebat convictus adulterii apud Theſmothetas, ut caveretur ei qui deprehenderat illum in turpitudine, multam, quam irrogaturi erant iudices, ſolutum iri: Iudices enim morte non multabant, nam ſi is, qui in rebus ipſis Venereis adulterum deprehenderat, adulterum, ira adverſus eum ſumta, in continenti non occidit, quod Lege tamen illi concedebatur, Iudices aequum non eſt eumdem morti addicere. Atque haec conſtituta ſunt in illos, qui non vi, ſed illecebris, pudicitiam feminarum expugnaſſent: Iudicabat enim ſapientiſſime Legislator, eos uxorum erga maritos amicitiae corruptores eſſe: Quare illis gravior poena irrogabatur, quam* Raptoribus: *His enim multa tantum pecuniaria irrogatur ex hac Lege:*

Ἐάν τις γυναῖκα αἰσχύνῃ βίᾳ διπλοῦν τὴν βλάβην ὀφέλειν. Si quis per vim vitium feminae intulerit, duplo multator.

Lex exſtat apud Lyſiam ἐν τῇ ὑπὲρ τοῦ Ἐρατοσθένους φόνου ἀπολογίᾳ, *rationemque addit,* ὅτως, ὦ ἄνδρες, τοὺς βιαζομένους ελάττω ζημίας ἀξίους ἡγήσατο εἶναι ἢ τοὺς πάθοντας. τῷ μὲν γὰρ θάνατον καταγνῶ, τοῖς δὲ διπλῆν ἐποίησε τὴν βλάβην· ἡγήμενος, τοὺς μὲν διαπρατομένους βίᾳ, ὑπὸ τῶν βιασθέντων μισεῖσθαι· τοὺς δὲ πάσαντας, ὅτως αὐτῶν τὰς ψυχὰς διαφθείρειν, ὡς τ' οἰκειοτέρας αὐτοῖς ποιεῖν τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας, ἢ τοῖς ἀνδράσι, καὶ πᾶσαν ἐπ' ἐκείνοις τὴν οἰκίαν γεγονέναι· κὴ τοὺς παῖδας ἀδήλους εἶναι ὁποτέρων τυγχάνουσιν ὄντες, τῶν ἀνδρῶν, ἢ τῶν μοιχῶν. ἀνθ' ὧν ὁ τὴν νόμον τιθεὶς, θάνατον αὐτοῖς ἐποίησε τὴν ζημίαν. *Licebat igitur marito eum, quem in uxore illecebris expugnata deprehenderat, occidere in continenti: non vero eum, qui vi compreſsiſſet; ſed duplo multabatur: cum Legislatore paria facit Xenophon in Hierone:* ὃ μὲν δὴ λέληθεν οὐδὲ τοὺς πόλεις, ὅτι ἡ φιλία μέγιστον ἀγαθὸν κὴ ἥδιστον ἀνθρώποις ἐστί. μόνους γὲν τοὺς μοιχοὺς νομίζουσι πολλαὶ τῶν πολεων νηποινεὶ ἀποκτένειν, δηλονότι διὰ ταῦτα ὅτι λυμαντῆρας αὐτοὺς νομίζουσι τῆς τῶν γυναικῶν φιλίας πρὸς τοὺς ἄνδρας εἶναι. ἐπεὶ ὅταν γε ἀφροδισιασθῇ κατὰ συμφοράν τινα γυνὴ, οὐδέν ἐστιν τούτου ἕνεκεν λιμῶσιν αὐτὰς οἱ ἄνδρες, ἐάνπερ ἡ φιλία δοκῇ αὐτοῖς ἀκήρατος διαμένειν.

Digitized by Google

ραννον τιμᾶσθαι δημοσίως· ἢ ἢν μοιχευθεῖσαν, ἀποθνήσκειν. ὁ μὲν ἀνὴρ αὐτῆς, λέγει, αὐτὴν ἀναιρεῖσθαι. ἡ δὲ πόλις, λέγει, αὐτὴν τιμᾶσθαι. *Tyrannus, adulterium committens cum alterius uxore, ab ea occiditur. Quum lex iuberet, publice tyrannicidam honorari, adulteram puniri capite, vult maritus, capitis ſupplicium, de ea exigendum eſſe; civitas vero, honorandam ipſam cenſet.*

Etiam dote mulctabantur, eaque cedebat viro. Sopater in Diviſ. Quaeſt. Νόμος, τῆς μοιχευθείσης ἢ προῖκα εἶναι τοῦ ἀνδρός. *Lex eſt, ut dos adulterae ſit mariti.* Et hinc capiendus eſt Libanii Locus Tom. I. Declam. XXXV. Συλλογίζεται ὁ νόμον, ὑφ' οὗ τὸ μηδὲν ἔχειν ἢ μοιχευομένῳ διώρισται. *Legem animo revolvit, qua adulteram nil habere definitum eſt.* Et Anonymus in eius Declamationis Argumento. Νόμος, τὸν ἄνδρα τὴν προῖκα τῆς μοιχευθείσης κερδαίνειν. *Lex eſt, ut dotem adulterae vir lucretur.*

Tum ornari vetabantur; ac, ſi facerent, tum diripere ornatum, veſtimenta lacerare, atque eas verberare, dummodo non interficeret, aut mutilaret, integrum cuique erat. AEſchines Orat. in Timarchum. Ὁ δὲ Σόλων, ὁ τῶν νομοθετῶν ἐνδοξότατος, γέγραφεν ὀρχαίως, καὶ σεμνῶς, περὶ τῆς γυναικῶν εὐκοσμίας. ἢ γὰρ γυναῖκα, ἐφ' ᾗ ἂν ἁλῶ μοιχὸς, οὐκ ἐᾷ κοσμεῖσθαι. ἐὰν δὲ κοσμῆται, ἢ ἐντυγχάνουσα κελεύει καταῤῥηγνῦναι τὰ ἱμάτια, καὶ τὸ κόσμον ἀφαιρεῖσθαι, καὶ τύπτειν. ἐργόμενον θανάτου, καὶ τοῦ ἀνάπηρον ποιῆσαι. *Solon autem, legumlatorum celeberrimus, more antiquo, & graviter de diſciplina matronarum ſcripſit. Mulierem enim, apud quam adulter fuerit deprehenſus, ornari non ſinit; aut, ſi ornata fuerit, quemvis dilacerare eius veſtimenta, & ornatum diripere iubet, & eam verberare; hactenus tamen, ne occidat, mutiletve.*

Etiam venum dabantur. Auctor Probl. Rhet. cap. XXIV. Ἀνὴρ μοιχευθεῖσαν ἢ γυναῖκα, κατὰ τὸν νόμον, ἤγαγε πωλῆσαι· ἀδένος δὲ ὠνουμένου. χρῆται αὐτῇ ὡς κακούργῳ ἀνδροπόδῳ. *Vir quidem uxorem adulteram, ut permiſſum lege erat, venum abducit; nemine vero emente, utitur ea tamquam improbo mancipio.* Iterum cap. XXXVIII. Νόμος ἐκέλευε τὴν μεμοιχευμένην πωλεῖσθαι. *Lex iubebat adulteram vendi.*

Denique fanorum ingreſſu arcebantur; quae ingreſſae autem eſſent, has cuivis, quovis modo, dum ne occideret, divexare licitum erat. Demoſthenes Orat. in Neaeram. Λάβε δή μοι τὸν νόμον ἐπὶ τούτοις τουτονί, καὶ ἀνάγνωθι, ἵν' εἰδῆτε, ὅτι οὐ μόνον προσῆκεν αὐτὴν ἀπέχεσθαι τῶν ἱερῶν τούτων τοιαύτην οὖσαν, καὶ τοιαῦτα διαπεπραγμένην, τοῦ ὁρᾶν, καὶ θύειν, καὶ ποιεῖν τι τῶν νομιζομένων ὑπὲρ τῆς πόλεως πατρίων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων τῶν Ἀθήνησιν ἀπάντων. ἐφ' ᾗ γὰρ ἂν μοιχὸς ἁλῶ γυναικὶ, οὐκετ' ἔξεσιν αὐτῇ ἐλθεῖν εἰς οὐδὲν τῶν ἱερῶν τῶν δημοτελῶν, εἰς ὃ τι καὶ τὴν ξένην, καὶ τὴν δούλην, ἐλθεῖν ἐξουσίαν ἔδοσαν οἱ νόμοι, καὶ θεασομένην, καὶ ἱκετεύσουσαν εἰσιέναι, ἀλλὰ μόναις ταύταις ἀπαγορεύουσιν οἱ νόμοι ταῖς γυναιξὶ μὴ εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ, ἐφ' ᾗ ἂν μοιχὸς ἁλῶ. ἐὰν δ' εἰσίωσι, καὶ παρανομῶσι, ποιεῖ παθεῖν τοῦ βουλομένου, ὅ, τι ἂν πάσχῃ, πλὴν θανάτου. *Age, cape mihi legem his de rebus latam, & legge; ut ſciatis, non decuiſſe tantum eam abſtinere ſacris his, quae talis eſſet, talisque patraſſet, nec vel videre, vel immolare, vel facere quidquam pro patrio urbis ritu; ſed ceteris etiam ſacris Athenarum ei eſſe interdictum. Cum qua enim muliere deprehenſus fuerit adulter, ei in nullum templum populare licet ingredi; cum in ea, & peregrinis mulieribus, & ancillis liberum aditum praebuerint leges, tum ſpectandi, tum & ſupplicandi gratia; ſolas iſtas mulieres ingreſſu publicorum fanorum leges prohibent, cum quibus adulter fuerit deprehenſus. Sin ingreſſae fuerint, contemtis legibus, impune quovis modo a quolibet tractari, vitae modo dum parcatur.* Et poſtea in verbis legis. Μηδὲ τῇ γυναικὶ ἐξέστω εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ, ἐφ' ᾗ ἂν μοιχὸς ἁλῶ· ἐὰν δ' εἰσίῃ, νηποινεὶ πασχέτω, ὅ, τι ἂν πάσχῃ, πλὴν θανάτου. *Neque mulieri ingredi liceat in fana publica, cum qua adulter deprehenſus fuerit. Sin ingreſſa fuerit, impune quidvis in eam liceat, praeter mortem.* Cauſa erat, ne matronas, famae integras, ullo ſuo interventu inquinarent, aut corrumperent. AEſchines in Timarchum. Τὴν γυναῖκα, ἐφ' ᾗ ἂν ἁλῶ μοιχὸς, οὐκ ἐᾷ (ὁ Σόλων) εἰς τὰ δημοτελῆ ἱερὰ εἰσιέναι, ἵνα μὴ ἀναμαρτήτους ἢ γυναικῶν ἀναμιγνυμένη διαφθείρῃ. *Mulierem, apud quam adulter deprehenſus fuiſſet, non ſinit (Solon) in fana publica ingredi, ne alias, peccati iſtius expertes, permiſta illis, corrumpat.* Nec marito retinere in matrimonio eam licebat, niſi infamis eſſe vellet. Demoſthenes ibidem. Ἐπειδὰν ἢ ἕλῳ τὸν μοιχὸν, (ſunt verba legis) μὴ ἐξέστω τῷ ἑλόντι συνοικεῖν τῇ γυναικί. ἐὰν δὲ συνοικῇ, ἄτιμος ἔστω. *Poſtquam autem adulterum deprehenderit, ei, qui deprehendit, mulierem eam in matrimonio porro habere ne liceat; ſi habuerit, infamis eſto.* Nec iudicium dabatur, niſi in eos, eaſve, quos, vel quas in opere deprehendiſſent. Vlpianus in L. Quod ait XXIII. D. Ad legem Iul. de adult. coerc. clare exprimit. *Quod ait lex.* IN FILIA ADVLTERVM DEPREHENDERIT, *non otioſum videtur. Voluit enim ita demum hanc poteſtatem patri competere, ſi in ipſa turpitudine filiam de adulterio deprehendat. Labeo quoque ita probat; & Pomponius ſcripſit, in ipſis rebus Veneris deprehenſum occidi. Et hoc eſt, quod Solon, & Draco dicunt,* Ἐν ἔργῳ. Lucianus in Eunucho. Εἰ δὲ μὴ, ψεύδονται οἱ περὶ αὐτὸ λέγοντες, καὶ μοιχὸς ἑάλω ποτὲ, ὡς ἀξων (τὸ Σόλωνός) φησιν, ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχων. *Alioqui mentiuntur, qui ferant, eum aliquando in adulterio deprehenſum, membra in membris, ut tabula (Solonis) loquitur, habentem.* Et hoc indicat loquendi modus Oratorum Graecorum, ex verbis legis deſumtus, quo videmus eos uti in citatis ante verbis. Ἐφ' ᾗ ἂν μοιχὸς ἅλῳ. *In qua adulter deprehenſus fuerit.* Actiones vero adulterii, ut adiungam quoque iſtud, die menſis deſinentis quinto inſtituebantur. Suidas. Πέμπτῃ φθίνοντος. ἐν ταύτῃ αἱ τῆς μοιχείας γραφαὶ ἐδίδοντο. *Quinto die deſinentis menſis. Hoc dabantur actiones adulterii.*

Digitized by Google

CAP. VI.

Poena in eos, qui corpora ſua proſtituerent. Viris, nec rempub. adminiſtrare, neve cauſas agere permiſſum fuit; non legatione fungi, non in publica fana ingredi, nec corona in feſtis uti, neque intra fori ſepta pedem ponere. Feminis habere ancillas non permiſſum, nec aurata veſte uti, aut corona item aurea, neque pompam etiam ſequi, aut templum ingredi, atque ſacris intereſſe. Ex his nati, verba facere in repub. vetabantur. Excepti tamen, ſi parentes, aut tutores proſtituiſſent. Tum lenonum quoque poena.

VAria quoque corpora proſtituentium poena erat. Habes ecce verba legis apud AEſchinem Orat. in Timarchum. Ἂν τις Ἀθηναῖος ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι· μηδὲ ἱερωτύνῃ ἱεράσασθαι, μηδὲ συνδικῆσαι τῷ δήμῳ, μηδὲ ἀρχὴν ἀρχέτω μηδεμίαν, μήτε ἔνδημον, μήτε ὑπερόριον, μήτε κληρωτὴν, μήτε χειροτονητήν. μηδὲ ἐπὶ κηρυκείαν ἀποστελλέσθω· μηδὲ γνώμην λεγέτω· μηδὲ εἰς τὰ δημόσια ἱερὰ εἰσίτω· μηδ' ἐν ταῖς κοιναῖς στεφανηφορίαις στεφανούσθω· μηδ' ἐντὸς τῶν τῆς ἀγορᾶς περιῤῥαντηρίων πορευέσθω. ἐὰν δέ τις ταῦτα ποιῇ, καταγνοσθέντος αὐτοῦ ἑταιρεῖν θανάτῳ ζημιούσθω. *Si quis Athenienſis ſe proſtituerit, ei ne liceat in Novemviros cooptari, neque rem divinam facere, nec populi cauſam agere, nec ullo fungi magiſtratu ſive domi, ſive peregre, ſive ſortito, ſive ſuffragio mandari ſolito; neque fecialis mittatur, neque ſententiam dicat, neque in publica fana ingrediatur, neque in ſolennibus feſtis coronam de more geſtet; neque intra fori ſepta progrediatur. Si quis autem haec fecerit, impudicitiae condemnatus, morte mulctetur.* Vides poenas ſingillatim. Alii ſimpliciter dicunt, non licuiſſe rempub. adminiſtrare. Anonymus in Argumento Orationis de falſa legatione. Νόμος, τὸν ἡταιρηκότα μὴ πολιτεύεσθαι. *Lex eſt, ne quis, qui proſtituit corpus, rempub. adminiſtret.* Ac totidem verbis in Argumento Orationis in Androtionem, & Sopater in Commentario in Hermogenem. Quod autem lex haec prohibuerit, ne in publico verba faceret, idem quoque Auctores alii atteſtantur. Demoſthenes in Androtionem. Πολλαχόθεν μὲν ἂν ἄν τις ἴδοι τοῦτο. ὑχ ἥκιστα δ' ἐκ τούτου τοῦ νόμου μήτε λέγειν, μήτε γράφειν, ἐξεῖναι τοῖς ἡταιρηκόσιν. *Hoc quum ex aliis multis legibus perſpicitur, tum vero maxime ex hac, qua vetat, ne ii, qui ſe proſtituerunt, in publico vel dicant, vel agant.* Syrianus in Hermogenem. Κατὰ τὸν νόμον, τὸν κελεύοντα, τὸν ἑταιροῦντα μὴ λέγειν. *Iuxta legem, quae eum, qui ſe proſtituit, dicere vetat.* Marius Victorinus in Cic. Rhet. lib. II. *Impudicus ne concionetur.* Hoc ipſum eſt, quod dicit Diogenes Laertius in Solone lib. I. Τόν τε ἡταιρηκότα εἰργεῖν τοῦ βήματος. *Eum, qui ſe proſtituiſſet, tribunali prohibere* (a).

Ac de viris quidem iſta: nunc de feminis, quae ſtatuerint videamus. Atque his habere ancillas non permiſſum; ſi haberent, eae publicae cenſebantur. Curius Fortunatianus Rhet. Schol. lib. I. *Meretrices, ſi ancillas habuerint, ſint publicae.*

Nec aurata item veſte uti licuit, aut, ſi forte uti auderet, ea quoque publica erat. Curius Fortunatianus libro citato: *Meretrix aurata veſte ne utatur, ſi uſa fuerit, publicetur.* Verum florida utebantur. Suidas in E. Νόμος Ἀθήνησι, τὰς ἑταίρας ἀνθινὰ φορεῖν. *Lex eſt Athenis, ut meretrices veſtes floridas geſtent* (b).

Et nec corona aurea permittebatur, quam ſi haberet tamen, etiam illa uti veſtis publica erat. Marius Victorinus in Ciceronis Rhet. lib. II. *Meretrix coronam auream ne habeto, ſi habuerit, publica eſto.*

Imo univerſim nullum plane aurum geſtare licuit. Hermogenes Par. Sect. IV. Ἑταίρα, χρυσία ἢ φορεῖν, δημοσία ἔστω. *Meretrix, ſi ornamenta geſtet aurea, publica eſto* (c).

Pompam quoque cum matronis aliis ducere, templa intrare, & ſacris item intereſſe vetabatur. Obſervare eſt apud Iſaeum Or. V. Ἡ δὴ τούτων μήτηρ, οὕτως ὁμολογουμένη ἅπασα δούλη, καὶ ἅπαντα τὸν χρόνον αἰσχρῶς βιοῦσα ἦν, ἃ δὴ παρελθεῖν εἴσω τοῦ ἱεροῦ ἐδεῖ, οὐδ' ἰδεῖν ἢ ἔνδον εὐδεῖν, ὅσης τ' θυσίας ταύταις ταῖς θεαῖς, ἐτόλμησε συμπέμψαι ἡ πομπὴν, καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ ἰδεῖν ἃ οὐκ ἐξὸν αὐτῇ. *Haec vero iſtorum mater, quum ſit ſerva omnium confeſſione, ac vitam omnem turpiter egerit, quam nec templum intrare decuit, nec videre, quae in eo, quum ſacra his deabus fierent, auſa eſt, & pompam proſequi, templum intrare, ac videre, quae nequaquam ei licita.*

Qui ex ea natus eſſet, verba facere in republ., & cauſas agere vetabatur. Sopater in Hermogenem. Κωλύει λέγειν, τῶν νόμον εἶναι, τὸν ἐξ ἑταίρας μὴ λέγειν. *Prohibet verba facere, quia lex eſt, ne quis ex meretrice natus verba faciat.* Aſines cap. Περὶ λύσεων. Ὁ νόμος κελεύει τὸν ἐξ ἑταίρας μὴ λέγειν. *Lex vetat e meretrice natum verba facere.*

Excipiebantur tamen, qui inviti a parentibus, aut tutoribus proſtituti eſſent; & in illos lege agebatur, qui elocaſſent, conduxiſſent. AEſchines in Timarchum. Διαῤῥήδην γὰρ λέγει ὁ νόμος, ἐάν τινα ἐκμισθώσῃ ἑταιρεῖν, πατὴρ, ἢ ἀδελφὸς, ἢ θεῖος, ἢ ἐπίτροπος, ἢ ὅλως τῶν

(a) Melius quidem Moſes, ut videtur, huiuſmodi punivit, ita ſtatuens: *Qui manſerit cum maſculo manſione muliebri, aſpernamentum eſt, ambo moriantur:* Iure tamen Romanorum, *qui voluntate ſua ſtruprum, flagitiumque impurum* patiebatur, nonniſi *dimidia parte bonorum ſuorum* multabatur, *nec teſtamentum ei ex maiore parte facere* licebat, ut ait *Paulus Libro Sententiarum* ſub titulo de Adulteriis. Mentem tamen legis Moſis, Imperatoris Theodoſii Conſtitutio ad plenum ſequuta cognoſcitur, omnes enim, quibus flagitioſus luxus eſt, viri corpus muliebriter conſtitutum alieni ſexus damnare patientia, ſpectante populo iubet, flammis vindicibus expiare, & habetur Codice Theodoſiano.

(b) Eadem indicat *Artemidorus Lib.* II. *Cap.* III. & *Clemens Alexandrinus Lib.* III *Paedagogi Cap.* III. Eamdem legem ſuis Locrenſibus poſuit Zaleucus, ut auctor eſt Diodorus Siculus, & uſi ſunt Syracuſani, quod ſcribit *Philarchus* apud *Athenaeum Lib.* XII.

(c) Ratio harum Legum eſt, quia volebant μὴ ὁμοίαν εἶναι ταῖς ἐλευθέραις, μηδὲ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι, ut ait *Hermogenes*.

Digitized by Google

τῶν κυρίων τις, κατ' αὐτῆ μὲν τῆ παιδὸς οὐκ ἐξῆν γραφὴν ἑταιρήσεως εἶναι, κατὰ δὲ τῦ μισθώσαντος, ἢ τῦ μισθωσαμένου. *Lex certe ait: si pater, aut frater, aut patruus, aut tutor, aut denique is, cuius est auctoritas, aliquem mercede prostituat, non licere puerum accusare, sed tam eum, qui elocavit, quam qui conduxerit* (a).

In lenones vero poena capitis constituta. AEschines alibi in citata Orat. Καὶ τοὺς προαγωγοὺς γράφεσθαι κελεύει· κἂν ἁλῶσι, θανάτῳ ζημῶν. *Lenones item accusari iubet, & si convincantur, capite plecti.* Plutarchus de viginti tantum drachmis ait in Solone. Ε'ὰν δ' ἁρπάσῃ τις ἐλευθέραν γυναῖκα, καὶ βιάσηται, ζημίαν ἑκατὸν δραχμὰς ἔταξε. κἂν προαγωγεύῃ, δραχμὰς εἴκοσι. *Si quis mulierem ingenuam rapuerit, aut violaverit, centum drachmarum mulctam constituit; si quis vero lenocinaretur, drachmas viginti.*

CAP. VII.

Leges variae de stupro, quod pecunia, sive morte aestimatum. Ac pecuniae quidem mulcta, drachmae mille; sed si in panegyri illatum esset decies mille. Alia lex in corpore libero, supplicium mortis; in servili centum talentorum mulctam statuebat. Aliter in corpore ingenuo, dupli poena: in muliere coniugata, mors proposita. Denique, qui vim intulisset, pro arbitrio violatae, aut indotatam eam ducere, aut mortem obire tenebatur; sed frequentia delinquentium legis illa pars de nuptiis abrogata est. Mulierem quoque, quae se in amorem servi proiecisset, ex lege interficere propinquis datum. Licebat viro uxorem suam alteri fruendam tradere.

DE stupro variae leges erant. AEschines Orat. in Timarchum. Α"ν τῆς Α'θηναίων ἐλεύθερον παῖδα ὑβρίσῃ, γραφέσθω ὁ κύριος τῦ παιδὸς πρὸς τοὺς θεσμοθέτας· τίμημα ἐπιγραψάμενος, ὃ ἂν τὸ δικαστήριον καταψηφίσηται, παραδοθεὶς δὲ τοῖς ἕνδεκα, τεθνάτω αὐθημερόν, ἐὰν δὲ εἰς ἀργύριον καταψηφισθῇ, ἀποτισάτω ἐν ἕνδεκα ἡμέραις μετὰ τὴν δίκην, ἐὰν μὴ παραχρῆμα δύνηται ἀποτίνειν. ἕως δὲ ἀποτίσαι, ἐρχθήτω. ἔνοχοι δὲ ἔστωσαν ταῖσδε ταῖς αἰτίαις, καὶ οἱ εἰς τὰ οἰκετικὰ σώματα ἐξαμαρτάνοντες. *Si quis Atheniensis puero ingenuo contumeliam fecerit, is in cuius potestate puer est, illum apud Sexviros accusato; ea litis aestimatione adscripta, qua iudicium eum condemnaverit. Qui si Vndecimviris traditus fuerit, eadem die occidatur. Sin ei mulcta pecuniaria irrogata fuerit, intra dies undecim post iudicium solvat; si statim solvere non poterit, donec vero solverit, in carcere teneatur; iisdem porro criminibus ii quoque teneantur, qui servilia corpora violaverint.* Ecce tibi, pecunia delictum illud aestimatum, aut morte fuit. Ac pecunia non exigua solvebatur. Auctor Problem. Rhet. cap. xxxvii. Νόμος κελεύοντος, τὸν βιασάμενον χρυσὸν πολὺν διδόναι. *Quum lex iubeat, eum, qui violavit, multum aurum persolvere.* Pendebantur autem drachmae mille. Marcellinus in Hermogenem. Νόμος, τὸν βιασάμενον κόρην Α'θήνησι, χιλίας διδόναι. *Lex est, qui virginem Athenis violaverit, uti mille drachmas solvat.* Et iisdem fere verbis Sopater in Divis. Quaest. Νόμος, τὸν βιασάμενον κόρην, διδόναι χιλίας. *Lex est, ut, qui virginem violaverit, drachmis mille luat.* Hinc intelligenda illa Syriani in Hermogenem. Νόμος, τὸν ἐξιόντα στρατηγὸν εἰς πόλεμον ἔχοι θυγατέρα, παρατίθεσθαι τῷ συστρατηγῷ τὴν θυγατέρα λαβὼν ἐκεῖνος ἐβιάσατο. ἐπανελθὼν ὁ στρατηγὸς, κρίνει αὐτὸν δημοσίων ἀδικημάτων· ὁ δὲ, ὡς βιασάμενος, τὰς χιλίας διδόναι. *Lex erat, ut dux exercitus ad bellum exiturus, si filiam haberet, eam apud collegam deponeret; ille acceptam violavit; dux reversus agit contra eum de publica iniuria; ille vero, veluti qui violasset, drachmas mille deberi contendit.* Qui in panegyri virginem aliquam violasset, drachmas decies mille dabat. Sopater in Divis. Quaest. Ο' νόμος δίδοσθαι κελεύει τὰς μυρίας, ἐὰν βιάσηται κόρην ἐν πανηγύρει. *Lex iubet dare decies mille drachmas, si quis virginem in panegyri violaverit.* Ita intelligendus Sulpitius Victor in Institut. Orat. *Qui virginem vitiaverit, det decem millia.* Ea summa faciebat centum minas. Auctor Probl. Rhet. cap. xvii. in corpore libero mortem statuit; in servili talenta centum. Νόμος κελεύοντος, ἢ μὲν ἐλευθέραν βιασάμενον, ἀποθνήσκειν. τὸν δὲ δούλου, ἑκατὸν διδόναι τάλαντα. *Lege iubente, qui liberam violaret, ut capite plecteretur; qui servam, ut centum talentis mulctaretur.* Sed haec alia lex fuerit, & posterius item lata. Lysias, in hominem, si quis ingenuum deliquisset, dupli poenam, si in aliquam coniugatam, mortem dicit constitutam in Oratione de caede Eratosthenis. Α'κούετε, ἄνδρες, ὅτι κελεύει (ὁ νόμος) ἐάν τις ἄνθρωπον ἐλεύθερον, ἢ παῖδα αἰσχύνῃ βίᾳ, διπλῆν τὴν βλάβην ὀφλεῖν· ἐὰν δὲ γυναῖκας, ἐφ' αἷσπερ ἀποκτείνειν ἔξεστιν, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι. *Auditis, viri, iubere legem, ut, si quis hominem ingenuum, puerumve per vim dedecoret, dupla poena teneatur: si mulieres coniugatas, propter quas occidere licet, iisdem poenis sit obnoxius.*

Alia lex capitis poenam, aut violatae matrimonium (b) statuebat. Hermogenes Partit. Sect. iv. Η' βιασθεῖσα, ἢ γάμον, ἢ θάνατον, αἱρείσθω τῦ βιασαμένου. *Violata, aut nuptias, aut mortem eius, qui vim intulit, eligat.* Marcellinus ad eum locum. Ε'βιάσατό τις δύο κόρας μετὰ ταυτόν. νόμος ὃν ὄντος, ἢ γάμον, ἢ θάνατον, αἱρεῖσθαι τοῦ βιασαμένου· ἡ μὲν, αἱρεῖται τὸν γάμον· ἡ δὲ, τὸν θάνατον. *Violavit aliquis duas virgines eodem tempore. Quum lex esset, ut eius, qui vim intulisset matrimonium,*

(a) Poena, ut plurimum, mors erat constituta, ut ex hac ipsa *AEschinis* oratione colligere est.

(b) *Plautus Aululariae;*

Si quid ego erga te imprudens peccavi, aut gnatam tuam,

Vt mihi ignoscas, eamque uxorem mihi des, ut leges iubent,

Moses Deuteron. Cap. xxii. idem sancit, & insuper Patri puellae quinquaginta siclos argenti dare iubet.

Digitized by Google

nium, aut mortem optaret; illa quidem nuptias eligit, ista mortem. Eratque matrimonium id sine dote (a). Sed quum multi nihilominus isthic etiam delinquerent, hoc negato, sola mortis poena constituta fuit. Syrianus in Hermogenem. Νόμος, τὴν βιασθεῖσαν ἢ γάμον ἄπροικον, ἢ θάνατον, αἱρεῖσθαι τοῦ βιασαμένου. πολλῶν βιαζομένων, γράφει τις νόμον, θανάτῳ ζημιοῦσθαι τοὺς βιαζομένους. ἀφῆρηκε γὰρ τὸ, γάμον ἄπροικον αἱρεῖσθαι. *Lex est, quae violata est, ut eius, qui vim intulit, nuptias sine dote, aut mortem eligat. Multis nihilominus vim inferentibus, fert quis legem, ut sublato sine dote matrimonio, capite, qui violassent, punirentur.*

Si qua mulier in amorem servi sese proiecisset, eam interficere propinquis leges permittebant. Observare est apud Philostratum in Hermocrate Sophist. lib. II. Λογιζομένῳ ὦ τὴν αἰτίαν, καὶ ὅτι ἡ μητέρα ἀπέστερξεν ἐπὶ δούλῳ ἔρωτι, ὁ μὲν, συμβαίνων τοῖς νόμοις φαίνοιτο ἂν, οἱ δεδώκασι τὸ ἐπὶ τοιαύσδε αἰτίαις κτείνειν· ἡ δὲ ἀξία μισεῖσθαι καὶ τοῖς μὴ προσήκουσιν, ὑπὲρ ὧν ἑαυτὴν, καὶ τὸν υἱὸν, ἤσχυνεν. *Verum causam expendenti, quod alieno a matre animo fuisset, quia illa servi amore tenebatur, ipse quidem, consentanea legibus fecisse iure videatur, quae ob crimina istiusmodi etiam occidere concedunt; ista vero digna odio etiam non propinquorum, quod seipsam, filiumque tanto probro adfecisset.* Licebat tamen viro uxorem suam alteri fruendam tradere. Sopater in Hermogenem. Καλὰ γὰρ τοὺς Ἀττικοὺς νόμους, ἐξῆν τοῖς ἀνδράσι τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ἑτέροις ἐκνομίζειν. *Nam, iuxta leges Atticas, licebat viris uxores suas ad alios introducere.* Et adducit ibi exemplum cuiusdam, qui filio novercam amanti, eius copiam fecisset (b).

CAP. VIII.

Lex ambitus, eiusque poena supplicium capitis. Archonti ebrietas capitalis. Eumdem neque in Comoedia nominatim traducere, neque verberare licebat; qui delinquerent, pro delicti qualitate, decem millibus drachmarum, aut infamia mulctabantur.

LEge ambitus capitis proposita poena illis erat, qui largitione populum, iudicesve, aut magistratum corrupisse, aut corrumpere voluisse convicti forent. Demosthenes adversus Leptinem. Ἔστι δ' ὑμῖν νόμος, ἐάν τις ὑποσχόμενός τι, ἢ δῆμον, ἢ βουλὴν ἢ δικαστήριον ἐξαπατήσῃ, τὰ ἐσχατα πάσχειν. *Est vero & lex apud vos, si quis pollicitationibus, vel populum, vel senatum, vel iudicium deceperit, eum extremo supplicio adficiendum esse.* Iterum postea. Ἔστιν ὑμῖν νόμος ἀρχαῖος, ἃ καλῶς δοκούντων ἔχειν, ἐάν τις ὑποσχόμενός τι τὸν δῆμον ἐξαπατήσῃ, κρίνειν· κἂν ἁλῷ, θανάτῳ ζημιοῦν. *Est vobis lex antiqua, ex iis, quae probatae sunt, si quis aliquid pollicendo verba populo dederit, ut iudicio sistatur, ac convictus morte mulctetur.* Isocrates Orat. de Pace. Πλείους δὲ τιθέμενοι νόμους, ὅτως ὀλίγον αὐτῶν φρονοῦμεν, ὥστε, θανάτου τὴν ζημίαν ἐπικειμένης, ἤν τις ἁλῷ δεκάζων, τοὺς τοῦτο φανερὰν ποιοῦντας στρατηγοὺς χειροτονοῦμεν. *Quum plurimas tulerimus leges, ita parum has curamus, ut, quum poena capitis in eum sit sancita, qui ambitus convictus fuerit, eos, qui largitionem palam faciunt imperatores deligamus.*

Archon, ebrius deprehensus, capite luebat. Diogenes Laertius in Solone, ubi eius leges quasdam repraesentat. Τῷ ἄρχοντι, ἂν μεθύων ληφθῇ, θανατον εἶναι τὴν ζημίαν. *Archontem, si ebrius deprehensus foret, capite plectendum esse.*

Neque palam in Comoedia eum traducere licitum erat. Scholiastes Aristophanis ad Nubes. Παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ὁ νόμος φανερῶς ἐκώλυε τὸν ἄρχοντα κωμῳδεῖν. *Apud Athenienses lex vetabat palam Archontem in Comoedia traducere.*

Nec licebat verberare: qui fecisset, decem millibus drachmarum mulctabatur. Sopater in Divis. Quaest. Ὁ ἄρχοντα τύψας ἀποτινύτω τιμωρίας· ὁ ἰδιώτης, χιλίας. ἄρχων ἄρχοντα ἔτυψε. κἀ ὁ μέν, αἰτεῖ τιμωρίας· ὁ δὲ, χιλίας δίδωσι, ἡ κατάκρισις ἡ τοῦ κατηγόρου ἔχει τὴν γνώμην τῶν θεμένων τὸν νόμον τῶν περὶ τῶν πληγῶν, καὶ τὴν διαφοράν, τίνος ἕνεκεν· ἐπὶ μὲν ἰδιώτου, χιλίας ἔταξεν, ἐπὶ δὲ ἄρχοντος μυρίας. Sed corruptus valde sane iste locus, & hoc modo corrigendus, Ὁ ἄρχοντα τύψας, ἀποτινύτω μυρίας. *Qui Archontem verberaverit, drachmas decies mille solvat.* Deinde: Καὶ ὁ μὲν, αἰτεῖ μυρίας, ὁ δὲ χιλίας δίδωσι. *Et ille quidem, drachmas decies mille petit; ille vero mille exhibet.* Denique, Ἔχει τὴν γνώμην τῶν θεμένων τὸν νόμον. *Habet mentem eorum, qui legem posuerunt.* Et occurrit illic postea locis pluribus.

Si quis etiam coronatum verberasset, aut convitiis proscidisset, is infamis censebatur. De-

(a) *Terentius Adelphis Act. IV. Sc. VII.*

D. *O stulte, tu de Psaltria me somniat*
Agere, hoc peccatum in virginem est civem.
M. *scio.*
D. *Obo, scis, & patere?* M. *Quidni patiar?*
D. *Dic mihi,*
Non clamas? non insanis? M. *Non.* D. *Malim quidem.*
Puer natus est. M. *Di bene vortant.* D. *Virgo nihil habet.*
M. *Audivi.* D. *Et ducenda indotata est?* M. *Scilicet.*

Ex hoc *Terentii* loco colligi videtur, tunc tantum indotatam ducendam fuisse, quando virgo corrupta nihil haberet. Ceterum si pretium virgo, aut mater eius accepisset ab adolescente, qui compresserat, leges non cogebant eam in uxorem ducere. Ex Terentianae Sostratae verbis, Eunucho, coniicit eruditissimus *Samuel Petitus* ad Leges Atticas.

Peiore res loco non potis est esse, quam in hoc quo nunc sita est.
Primum indotata est: tum praeterea, quae secunda ei dos erat
Periit: pro virgine dari nuptum non potest, hoc reliquum est,
Si inficias ibit, testis mecum est annulus, quem a. miserat.
Postremo, quando conscia mi sum, a me culpam hanc procul esse, nec
Precium, neque rem ullam interceisse illa, aut me indignam: experiar Geta.

(b) Idem ex Lycurgi legibus etiam Lacedaemoniis permissum erat. Adi *Plutarchum in Lycurgo.*

(c) Huiusmodi severitatem Romanae leges imitatae non sunt, nam quum Romae plures leges de ambitu latae fuerint, ut Calpurnia, Cornelia Baebia, Fabia, Iulia, Pinaria, Poetelia, nulla tamen delinquentibus mortem irrogavit.

Digitized by Google

Demosthenes in Midiam. Καὶ πάλιν γε ἡ ἀρχοντία, ταὐτὸ τοῦτο. ἐὰν μὲν ἐστεφανωμένον πατάξῃ τις, ἢ κακῶς εἴπῃ, ἄτιμος ἔστω. *Ac rursum de Archonte idipsum esto, quique coronatum verberaverit, aut convitiis prosciderit, infamis esto.* Ad convitia quod adtinet, exstat etiam de istis locus Lysiae in Orat. pro Milite. Τῷ μὲν νόμῳ διαῤῥήδην ἀγορεύοντος, τὸν ἀρχὴν ἐν τῷ συνεδρίῳ λοιδορεῖσθαι ζημιοῦν, ἀκηκόατε. *Legem, quae diserte iubet magistratui, in consessu convitiantem mulctare audivistis.*

CAP. IX.

Novorum armorum inventori praemium positum. Qui arma hosti dedisset, infamis erat; qui alteri omnem armaturam concessisset, reus capitis habebatur. Libanii locus illustratus. Qui deseruisset ordinem, capite luebat, etiam quicumque ex acie profugisset, clypeumve abiecisset; at qui eum amisisset, drachmis quingentis luebat. Nec oppignerare item arma licitum. Si quis se equitibus inseruisset, non probatus, bonis omnibus excidebat, & infamia notabatur. Lysiae locus emendatus.

QVi nova arma inveniisset, eum praemio donari lex iubebat. Syrianus in Hermogenem. Νόμος, τὸν καινὸν ὅπλον εὑρηκότα, δωρεὰν λαμβάνειν. *Lex est, qui nova arma invenit, ut praemio cohonestetur.* Et alio loco. Νόμος, τὸν καινὸν ἐπιδείξαντα ὅπλον, γέρας λαμβάνειν. *Lex est, qui nova ostenderit arma, is ut praemium accipiat.*

Qui arma sua hosti daret, is infamia mulctabatur. Syrianus in eodem Commentario. Καὶ νόμος, ἡ ἀποδόμενον τὰ ὅπλα, ἄτιμον εἶναι. *Et lex iubet, qui arma dedisset eum ipsum infamem esse.*

Qui vero omnem armaturam suam alteri concessisset, reus capitis censebatur. Sopater ibidem. Νόμος, τὸν ἀποδόντα τὴν σκευὴν θανάτῳ ζημιοῦσθαι. *Lex iubet eum, qui armaturam suam alienaverit, morte puniri.* Huc pertinet Libanii locus Tom. I. Declam. XVII. Καὶ νόμων μὲν ὑμεῖς τεθείκατε ἄν τις ὡς Φίλιππον ὅπλα ἄγων ἁλῷ, ἢ σκεύη τριηραρχικὰ, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν. *Si quis ad Philippum arma ferre convincatur, aut armaturam ad triremium praefectos pertinentem, capite luat.* Quae vero in armatura censita fuerint, docet Apsines in Arte Rhetorica. Ξίφος εἶχεν, ὑποδήματα εἶχεν, χρυσίον, ἐσθῆτα, ἀσπίδα, δόρυ, πάντα ὅσα σκευὴ κέκληται. *Gladium habuit, calceos habuit, aurum, vestem, scutum, hastam, & quaecumque armaturae nomine comprehenduntur.*

Aristoteles tria dicit lege prohibita in militia, Ethic. Nicom. lib. V. cap. I. Προστάττει δὲ ὁ νόμος, καὶ τὰ τοῦ ἀνδρείου ἔργα ποιεῖν. οἷον μὴ λείπειν τὴν τάξιν, μηδὲ φεύγειν, μηδὲ ῥίπτειν τὰ ὅπλα. *Iubet vero lex, etiam viri fortis opera facere; nempe ordinem non deserere, neque fugere, neque arma item abiicere.* Nunc haec ordine explicemus.

Qui deseruisset ordinem, mortis reus censebatur. Syrianus in Hermogenem. Νόμος, τὸ λιπόντα τὴν τάξιν ἀναιρεῖσθαι. *Lex est, qui ordinem deseruerit, ut e medio tollatur.* Auctor Problem. Rhet. cap. XL. Νόμος ἐκέλευε, τὸν λιπόντα τὴν τάξιν ἐν πολέμῳ ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ ἀναιρεῖσθαι. *Lex iubebat, qui in bello ordinem deseruisset, ut ab Imperatore is occideretur.* Curius Fortunatianus Rhet. Schol. lib. I. *Desertor capite plectatur. Desertor quidam fortiter fecit, vult petere praemium.* Marius Victorinus Ciceronis Rhet. lib. II. *Lex iubet, desertor capite puniatur.* Calpurnius Flaccus Declam. XV. *Desertor capite puniatur.* Meminit legis de puniendis desertoribus etiam Lysis Orat. in Alcibiadem.

Qui ex acie se in fugam conieciisset, itidem capitis damnabatur. Marcellinus in Hermogenem. Νόμος, τὸν καταφάχοντα φυγάδα θανάτῳ ζημιοῦσθαι. *Lex revertentem profugum occidere iubet.* Et Syrianus. Νόμος, τοὺς καταφάχοντας φυγάδας ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ θανάτῳ ζημιοῦσθαι. *Lex est, ut profugi, quum redierint, ab Imperatore capitis supplicio adficiantur.* Cyrus Sophista de diff. stat. Ἐξὴν ἀναιρεῖν τοὺς φυγάδας. *Licebat profugos interficere.*

Qui clypeum abiecisset, capite luebat. Sopater in Hermogenem. Νόμος, ἡ ῥίψαντιν θανάτῳ ζημιοῦσθαι. *Lex est, qui clypeum abiecerit, capite plecti.*

Qui non bene custoditum amisisset, quingentis drachmis mulctabatur. Ita capio Lysiam Orat. in Theomnestum. Καίτοι περὶ μὲν τοῦ ῥίψαι, οὐδὲν τῷ νόμῳ εἰρῆσθαι. ἐὰν δέ τις εἴπῃ, ἀποβεβληκέναι τὴν ἀσπίδα, πεντακοσίας δραχμὰς ὀφείλειν κελεύει. *Quum tamen de abiiciendo quidem nihil lex dicat; sed, si quis dicat, amisisse clypeum, mulctam indicit drachmas quingentas.* Ad haec,

Neque oppignerare arma licebat. Suidas in Ἐνέχυρον. Φαίνεται δὲ κἀ ἡ ἀπηγορευμένων εἶναι, μὴ θεῖναι τὰ ὅπλα ἐνέχυρα. λέγει γὰρ περὶ τῆς πενίας ὁ Κωμικὸς, ὅτι αὐτὴ τῇ ἑαυτῆς βίᾳ ἀναγκάζει καὶ τοὺς νόμους παραβαίνειν, τοὺς θεσπίσαντας, ὅπλα ἐνέχυρα μὴ τιθέναι. *Videtur vero etiam vetitum fuisse arma oppignerare. Itaque de paupertate dicit Comicus, quod sua vi cogat transgredi leges, quae sanxerunt, ne arma oppignerentur.* Verba Comici, quae respexit, ista ecce sunt e Pluto Aristophanis.

Ποῖον γὰρ ἐ θώρακα, ποίαν ἀσπίδα,
Οὐκ ἐνέχυρον τίθησιν ἡ μιαρωλάτη.
Nam quam loricam, aut quem clypeum
Non oppigneravit haec scelestissima?

Ad quem locum Scholiastes: Φαίνεται ἀπηγορευμένον εἶναι, μὴ θεῖναι τὰ ὅπλα ἐνέχυρα. *Videtur prohibitum fuisse, ne arma pignori darentur.*

Vt autem deserere ordinem capitale omnino erat; ita si quis se equitibus miscuisset, antequam probatus esset, bonis omnibus mulctatus, etiam infamia notabatur. Est insignis in rem istam locus Lysiae Orat. in Alcibiadem I. Ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι διὰ τοῦθ' ἡμᾶς δικαίως ἂν αὐτῷ ὀργίζεσθαι. ὅτι, τοῦ νόμου κελεύοντος, ἐάν τις ἀδοκίμαστος ἱππεύῃ, ἄτιμον εἶναι. - τόλμησεν ἀδοκίμαστος ἱππεύειν. καί μοι ἀνάγνωθι τὸν νόμον. ΝΟΜΟΣ. Ὅτι τοίνυν εἰς τοῦτ' ἦλθε πονηρίας, καὶ οὕτως ὑμῶν καταφρόνησε, καὶ τοὺς πολεμίους ἔδεισε, καὶ ἱππεύειν ἐπεθύμησε, καὶ τῶν νόμων

μων ὐκ ἐφρόνησεν, ὥστε ὐδὲν αὐτῷ τ κινδύνων ἐμέλησεν, ἀλλ' εβηλήθη κ ἀτιμ@ εἶναι, κ τὰ χρήμαλα αὐτὸ δημευθῆναι, κ πάσαις τ κειμέναις ζημιαις ἔνοχ@ γενέσθαι, μᾶλλον ἢ τ πολιτῶν εἶναι, και ὁπλίτης γενέσθαι. *At ego existimo, nos iure ipsi succensere, quod non probatus, equitare ausus fuerit, quum lex iubeat, infamem esse, quisquis antea non probatus equitaverit. Ac legem quidem mihi recita. LEX. Itaque huc perversitatis ipse venit, atque ita vos contemsit, timuitque etiam hostes, ut voluerit equitare, nec periculorum istorum rationem ullam habuerit, verum & infamis esse, & mulctari bonis suis, atque poenis, quotquot constitutae, adfici potius duxerit, quam censeri inter cives, ac militia gravis armaturae fungi.* Sed in fine mendum censeo. Quid enim, an equites Athenienses non censendi inter cives? Quis id sanus adfirmaverit? Ergo emendo, Μᾶλλον ἢ κατὰ τ ὁπλιτ εἶναι. *Potius quam eum gravis armaturae militibus censeri.* Ac non licuisse inter equites adscisci, nisi probatos, indicat eiusdem Lysiae iste locus in Orat. pro Mantitheo. Ἑτέρων ἀναβάντων ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀδοκιμάστων παρὰ τὸν νόμον. *Aliis equos inscendentibus, quum probati nondum essent contra legem.*

CAP. X.

Militare vetabantur qui aegroti, aut infames. Qui ter fortiter fecisset, praemium quidvis petebat: tum deinceps a militia vacabat, & in templo arma cuncta consecrabat. Qui hostilem aciem perrupisset: itidem quodcumque praemium postulabat; sicut etiam, quisquis urbem conservasset. Qui in bello mutilati, ex aerario alebantur ex lege Pisistrati. Qui in bello cecidissent, ipsis pariter, ac parentibus quoque eorum, liberisque summus honos habebatur. Ipsi quidem, domum relati, sumtu publico sepulti; & sacris ludis, funebrique oratione, quam dicebant primo patres, inde optimi oratores, honestati. Parentes vero ab iniuria qualicumque vindicati. Liberi publice educati usque ad pubertatis tempus; hinc remissi domum suam, & donati universa armatura. Ludorum funebrium, uti & orationum, ab oratoribus habitarum, origo denique indicata.

ARcebantur a militia quotquot morbo laborarent. Sopater in Divis. Quaest. Νόμ@, τὸν νοσοῦντα μὴ στρατεύεσθ. *Lex vetabat militare male habentem.*

Etiam infamis quisque. Marius Victorinus ad Ciceronis Rhet. lib. 11. *Infamis ne militet.*

Qui ter fortiter fecisset, is quod vellet postulare praemium poterat. Sopater in Hermogenem, Νόμ@, τὸν τρισαριστέα αἰτεῖν ὃ βούλεται. *Lex eum, qui ter fortiter fecisset, praemium quodvis petere iubet.* Idem in Divis. Quaest. Νόμ@, τὸν ἀριστέα λαμβάνειν ἣν βούλεται δωρεάν. *Lex est, qui fortiter fecit, ut praemium, quod velit, accipiat.* Auctor Problem. Rhet. capit. 11. Νόμ@ ἐκέλευε, τὸν ἀριστεύσαντα ἐν πολέμῳ λαβεῖν, ὅπερ ἂν αἰτήσηται, *Lex iubebat eum, qui fortiter in bello fecerat, accipere quicquid peteret.* Ac videndus idem rursum capit. XIX. LI. LX. Et id quidem intra diem tricesimum. Sopater in Divis. Quaest. Νόμ@, ἐντὸς ἡμερῶν τριάκοντα τὸν ἀριστέα λαμβάνειν τὸ γέρας. *Lex est, ut qui fortiter fecit, intra dies triginta praemium accipiat.* Neque hoc tantum illi honoris ergo datum, verum etiam ut deinceps a militia vacaret. Calpurnius Flaccus Declam. XV. *Ter vir fortis, militia vacet.* Itaque arma universa in templo aliquo dedicabat. Syrianus in Hermogenem. Νομ@ τὸν ἀριστέα εἰς ἱερὸν τὴν πανοπλίαν ἀνατιθέναι. *Lex est, qui fortiter fecit uti arma universa in templo consecret.* Hinc ille apud Calpurnium Flaccum in citata Declamatione. *Consecrata iam dudum arma deposui.*

Qui hostilem quoque aciem perrupisset, itidem, quod vellet, praemium postulabat. Syrianus in Hermogenem. Νόμ@, τὸν ῥήξαντα τὴν φάλαγγα τῶν πολεμίων, αἰτεῖν ἣν βούλεται δωρεάν. *Lex est, qui phalangem hostium perrupisset, ut praemium, quod vellet, peteret.* Et Marcellinus. Νόμ@, τὸν πρῶτον διαρρήξαντα τὴν φάλαγγα τ πολεμίων. ἀξιοῦσθαι δωρεᾶς. *Lex est, qui primus hostium phalangem perrupisset, ut praemio honestaretur.*

Pari modo, quisquis urbem conservasset. Libanius Tom. 1. Declam. XXXI. Ἐντεῦθεν ὑμῖν, ωσπερει κήρυξ, ὁ νόμ@ βοᾷ· δότε τῷ σεσωκότι τὴν πόλιν ἣν βούλεται δωρεάν. *Hinc vobis lex, ceu praeco clamat; date urbis servatori praemium quodcumque volet.*

Qui in bello mutilati, ex aerario alebantur. Syrianus in Hermogenem. Τῷ νόμου κελεύοντ@ τοὺς πηρούς τρέφεσθαι ἐκ τοῦ ταμείου. *Lege iubente, ut mutilati ex aerario alantur.* Aristides de iisdem capiendus in Panathenaica. Μόνοι δ' ἁπάντων ἀνθρώπων ἐνομίσατε, τοὺς ἀδυνάτους τ πολιτῶν δημοσίᾳ τρέφειν. *Soli omnium hominum lege sanxistis, ut publice invalidi cives alerentur.* Erat autem lex haec lata a Pisistrato; ut de eo auctor nobis est Plutarchus in Solone. Καὶ νόμους αὐτὸς (ὁ Πισίστρατ@) ἑτέρους ἔγραψεν. ἐν οἷς κ ὁ τοὺς πηρωθέντας ἐν πολέμῳ δημοσίᾳ τρέφεσθ κελεύων. *Et leges ipse (Pisistratus) alias scripsit; inter quas & illa est, quae in bello mutilatos publice alere iubet* (a).

Qui

(a) Non omittenda quae ad hanc legem commentatur doctissimus *Sam. Petitus* quaeque ita habent: *At non quivis*, inquit, *mutilati in bello debebant publicis sumtibus ali; nam excipiebantur illi, quibus divitiae domi suppeterent; unde in Lysiana illa* περὶ τοῦ Ἀδυνάτου, *inter cetera, quae adferuntur argumenta, cur non oporteat* Ἀδύνατον λαμβάνειν τὸ παρὰ τῆς πόλεως ἀργύριον. *hoc non parvi momenti legitur, posse* ἄνθ τοῦ δ.δομένου τούτου ζῆν. *Itaque soli illi* δημοσίᾳ τρέφονται *Lege hac, quorum reditus annuus erat intra tres minas tantum. Harpocratio:* Ἀδύνατοι, οἱ ἐντὸς τριῶν μηνῶν κεκτημένοι τὸ σῶμα πεπηρωμένον. ἐλάμβενον δὲ οὗτοι δοκιμασθέντες ὑπὸ τῆς βουλῆς, δύο ὀβολοὺς τῆς ἡμέρας ἑκαστης. *Corruptus est locus; emendo:* οἱ ἐντὸς τριῶν μνῶν κεκτημένοι, τὸ σῶμα πεπηρωμένοι. *Vox enim* μηνῶν *nihil est: Quare etiam* ἐδοκιμάζοντο, *inquit Harpocratio, apud Quingentorum Senatum, non tantum, an essent* τὸ σῶμα πεπηρωμενοι, *& revera* ἀδυ-

Qui in bello cecidiſſent, ipſis pariter, ac parentibus, liberiſque item eorum ſummus honos habebatur. At ipſorum quidem corpora Imperator reportare tenebatur. Sulpitius Victor in Inſtitut. Orat. *Imperator militum corpora in proelio peremtorum revehebat in patriam; orta tempeſtate, cadavera abiecit. Accuſatur, quod laeſerit Remp.* Hinc ſepulti ſumtu publico, ſacris item, atque ludis honorati; liberique publice educabantur. Lesbonax in Protreptico. Ποῖ© ἡδίων θάνατ©, τίνες εὐκλεέστεροι οἱ ἀποθανόντες; δημοσίου τάφου ἀξιοῦνται. θυσίαι ἐπὶ τούτοις γίγνονται· ἀγῶνες ἐπὶ τούτοις τίθενται· ἀντὶ θνητοῦ σώματ© ἀθάνατον μνῆμα καταλέπουσιν. οἱ δὲ τούτων παῖδες δημοσίᾳ ἐκτρέφονται. *Quaenam mors dulcior? aut quorum poſt mortem maior gloria eſt? ſepulcro publico digni eſſe exiſtimantur, ſacra in honorem eorum peraguntur, ac pro corpore mortali monumentum immortale relinquunt; liberi vero eorum publice enutriuntur.* De publico funere, & oratione funebri eſt Demoſthenis iſte locus in Orat. adverſus Leptinem. Πρῶτον μὲν γὰρ μόνοι τῶν πάντων ἀνθρώπων ἐπὶ τοῖς (ἐν πολέμῳ) τελευτήσασι δημοσίᾳ τὰς ταφὰς ποιεῖσθε, καὶ λόγους ἐπιταφίους, ἐν οἷς κοσμεῖτε τὰ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔργα. *Primum enim ſoli omnium mortalium eos, qui in bello ceciderunt, publice ſepelitis, & orationibus funebribus ornatis, in quibus facta virorum fortium praedicantur* (a). Quod liberi educarentur, etiam Diogenes Laertius tradit in Solone lib. I. Μόνων ἐκείνων τῶν ἐν τοῖς πολέμοις τελευτησάντων, ὧν καὶ τοὺς υἱοὺς δημοσίᾳ τρέφεσθαι καὶ παιδεύεσθαι. *Tantum eorum, qui in bellis cecidiſſent: quorum liberos publice alendos eſſe, & docendos.* Alebantur vero uſque ad pubertatem; tunc donati integra etiam armatura, domum ſuam remittebantur. Ariſtides in Panathenaica ſua. Μόνοι δ' ἁπάντων ἀνθρώπων τρία ταῦτ' ἐνομίσατε. τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς πόλεως τελευτησάντων, αὐτῶν μὲν ἐπαίνους ἐπὶ ταῖς ταφαῖς καθ' ἕκαστον ἔτ© λέγειν· τοὺς δὲ παῖδας δημοσίᾳ τρέφειν ἄχρις ἥβης, καὶ πανοπλίαις ἀποπέμπειν ἐπὶ τὰς πατρῴους οἰκίας μείζω τῶν πανοπλιῶν· τοὺς δ' ἀδυνάτους τῶν πολιτῶν δημοσίᾳ τρέφειν. *Soli autem omnium hominum tria haec ſanxiſtis lege; ut, qui pro patria obiiſſent, quum ipſi quotannis ad ſepulcra publice laudarentur, tum eorum quoque liberi uſque ad pubertatem publico ſumtu alerentur, poſtea paternam domum integra cum armatura remittendi; debileſque item cives publice nutrirentur.* (b) Nec dumtaxat liberis proſpectum fuit, verum etiam parentibus; quos iniuria ulla adficere lex vetabat. Plato docet in Menexeno. Τῆς δὲ πόλεως ἴσε ως καὶ αὐτοὶ τὴν ἐπιμέλειαν, ὅτι, νόμως θεμένη περὶ τοὺς τ' ἐν τῷ πολέμῳ τελευτησάντων παῖδάς τε καὶ γεννήτορας, ἐπιμελεῖται, καὶ διαφερόντως τῶν ἄλλων πολιτῶν προσέταξε τῇ ἀρχῇ, ἥπερ μεγίστη ἐστὶν, ὅπως ἂν οἱ τούτων μὴ ἀδικῶνται πατέρες τε καὶ μητέρες, τοὺς δὲ παῖδας, συνεκτρέφει αὐτή. *Et ipſi reip. curam noſtis; quae, quum leges ferret de eorum, qui in bello cecidiſſent, liberis*

alendis, ut videri volebant, ſed etiam an annuus reditus eſſet intra tres minas, ſive trecentas drachmas, vel maior; nulla enim habebatur ratio eorum, quorum proventus tribus minis maior; neque quicquam e publico accipiebant; mutilus quoque hac de re Heſychii locus: Ἀδύνατοι, οἱ ἐντὸς κεκτημένοι τριῶν περὶ Ἀτλικοίς. ἐλάμβανον δὲ παρὰ τῆς βουλῆς δύο ὀβολούς. *Reſcribendum puto:* οἱ ἐντὸς κεκτημένοι τριῶν μνῶν παρὰ Ἀτλικοῖς. *Pecunia, quam in dies accipiebant* οἱ ἀδύνατοι, *obolus erat, ut ex Ariſtotele docet Harpocratio:* ἐλάμβανον δὲ οὗτοι δοκιμασθέντες ὑπὸ τῆς βουλῆς ὀβολὸν τῆς ἡμέρας ἑκάστης, ὡς φησιν Ἀριστέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ; *& teſtatur Lyſias loco laudato;* καὶ ὑμᾶς ἐμοὶ μετὰ ἀφαίρεσθαι τὸν ὀβολὸν, ὡς ὑγιαίνοντος, ἰούτῳ δὲ ψηφίσασθαι πέντε, ὡς ἀναπήρῳ; *& extrema Oratione:* ἀναμνησθέντες ὅτι περὶ ὀβολοῦ μόνου ποιοῦμαι τοὺς λόγους. *At Philocborus auctor eſt* ἐννέα δραχμὰς κατὰ μῆνα, *quinquaginta quatuor obolos in menſes ſingulos accepiſſe* τοὺς ἀδυνάτους. *Alii exiſtimant diurnum illorum fuiſſe duos obulos. Heſychius:* ἐλάμβανον δὲ παρὰ τῆς βουλῆς δύο ὀβολούς. *Harpocratio:* ἐλάμβανον δὲ οὗτοι δοκιμασθέντες ὑπὸ τῆς βουλῆς, δύο ὀβολοὺς τῆς ἡμέρας ἑκάστης. *At in mendo cubat Suidae locus:* Ἀδύνατοι, οἱ πεπηρωμένοι τὸ σῶμα, ἐλαμβανον δὲ οὗτοι δοκιμασθέντες ἀπὸ τῆς βουλῆς οἱ μὲν πενταδίσιοι ἑκάστης ἡμέρας, ὀβολοὺς δύο, οἱ δὲ ὀβολὸν, *medicinam facio:* ἐλάμβανον δὲ οὗτοι δοκιμασθέντες ἀπὸ τῆς βουλῆς πενταδίσιοι, οἱ μετὰ ἑκάστης ἡμέρας ὀβολοὺς δύο, οἱ δὲ ὀβολόν. *Non enim, qui e quingentis erant, accipiebant in diem duos obolos, ceteri vero unum tantum: Neque ea mens Ariſtoteli, aut ei, quem deſcripſit Suidas, Harpocrationi; ſed adnotant non ſibi conſtare veteres, aliis in unum, aliis in duos obolos diurnos, alii demum in menſtruas drachmas novem conſentientibus; niſi forte dicamus ſubinde mutaſſe rationem, & modum huius* τῶν ἀδυνάτων δημοσίας τροφῆς, *quod verius puto; Hoc unum fatentur omnes, penes Quingentorum Senatum arbitrium fuiſſe cenſendi* περὶ τῶν Ἀδυνάτων, *an eſſent* ἀνάπηροι, καὶ τῶν ὀβολῶν, *an accipere deberent, necne; itaque Oratio illa Lyſiana* περὶ τοῦ Ἀδυνάτου *ad Senatum habetur.*

(a) *Thucydidis Lib. II.* verba non minus in hanc rem producenda fuerant, quae quidem ſunt, quae ſequuntur: ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χειμῶνι, οἱ Ἀθηναῖοι τῷ πατρίῳ νόμῳ χρώμενοι, δημοσίᾳ ταφὰς ἐποιήσαντο τῶν ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ πρῶτον ἀποθανόντων, τρόπῳ τοιῷδε. τὰ μὲν ὀστᾶ προτίθενται τῶν ἀποθνομένων, πρότριλα σκηνὴν ποιήσαντες, καὶ ἐπιφέρει τῷ αὐτοῦ ἑκάστῳ ἤν τι βούληται. ἐπειδὰν δὲ ἡ ἐκφορὰ ᾖ, λάρνακας κυπαρισσίνας ἄγουσι ἅμαξαι, φυλῆς ἑκάστης μίαν. ἔνεσι δὲ κατὰ τὰ ὀστᾶ τῆς ἑκάστου ἦν φυλῆς. μία δὲ κλίνη κενὴ φέρεται ἐστρωμένη τῶν ἀφανῶν, οἳ ἂν μὴ εὑρεθῶσιν ἐς ἀναίρεσιν. ξυνεκφέρει δὲ ὁ βουλόμενος καὶ ἀστῶν καὶ ξένων. καὶ γυναῖκες παρῆσαν αἱ προσήκουσαι ἐπὶ τῶν τάφων, ὀλοφυρόμεναι. τιθέασιν ὧν εἰς τὸ δημόσιον σῆμα, ὅ ἐστιν ἐπὶ τοῦ καλλίστου προαστείου τῆς πόλεως. καὶ αἰεὶ ἐν αὐτῷ θάπτουσι τοὺς ἐκ τῶν πολέμων, πλὴν γε τοὺς ἐν Μαραθῶνι. ἐπειδὰν δὲ κρύψωσι γῇ, ἀνὴρ αἱρεθεὶς ὑπὸ τῆς πόλεως, ὃς ἂν γνώμῃ τε δοκῇ μὴ ἀξύνετ© εἶναι, καὶ ἀξιώματι προήκῃ, λέγει ἐπὶ αὐτοῖς ἔπαινον τὸν πρέποντα, μετὰ δὲ τοῦτο ἀπέρχονται. ὧδε μὲν θάπτουσι. καὶ διὰ παντὸς τοῦ πολέμου, ὁπότε ξυμβαίνει αὐτοῖς, ἐχρῶντο τῷ νόμῳ. Legem autem hanc, qua conſtitutum eſt publice in publicis ſepulturis de mortuorum laudibus dicere, tulerunt poſt Romanos noſtri Athenienſes; etſi enim iam ab ipſo Cecrope hic mos permanſiſſet, ut de mortui laude, quum quid veri erat, praedicaretur apud epulas, laudatio haec non publica, ſed privata tantum in circumpotatione erat. Publica, de qua M. Tullius, ex Athenienſium Lege inſtituta eſt, poſtquam adverſus Perſas eſt pugnatum. Dionyſius Halicarnaſſeus Lib. V. ὀψὲ γάρ ποτε Ἀθηναῖοι προσέθεσαν τὸν ἐπιταφιον ἔπαινον τῷ νόμῳ, εἶτ' ἀπὸ τῶν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ καὶ περὶ Σαλαμῖνι, καὶ ἐν Πλαταιαῖς ὑπὲρ τῆς πατρίδ© ἀποθανόντων ἀρξάμενοι, εἶτ' ἀπὸ τῶν περὶ Μαραθῶνα ἔργων.

(b) Non omittendum fuerat locus inſignis Aeſchinis Κατὰ Κτησιφῶντ©, qui non armaturae tantum, ſed & Praeconii etiam, quod fieri ſcribit Dionyſiis, & πρεδρίας, qua honorabantur, meminit. Ὅτι ταύτην ποτὲ τὴν ἡμέρα (Διονυσίοις) μηνόντων, ὥσπερ νυνὶ, τῶν Τραγῳδῶν γίνεσθαι (ὅτ' εὐνομεῖτο μᾶλλον ἡ πόλις καὶ βελτίοσι προσάταις ἐχρῆτο) προσελθὼν ὁ κήρυξ, καὶ παρασησάμην© ἰοὺς ὀρφανοὺς, ὧν οἱ πατέρες εἰσὶν ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότες, νεανίσκοις πανοπλίᾳ κεκοσμένοις, ἐκήρυπε τὸ χάλλιστον κήρυκα, καὶ προτρεπτικώτατον πρὸς ἀρετήν· ὅτι ἰοὺς δὲ ἰοὺς νεανίσκους ὧν οἱ πατέρες ἐτελεύτησαν ἐν τῷ πολέμῳ, ἄνδρες ἀγαθοὶ γεγόμενοι, μέχρι μετὰ ἥβης ὁ δῆμ© ἔτρεφε. νυνὶ δὲ καθοπλίσας τῇδε τῇ πανοπλίᾳ, ἀφίησιν ἀγαθῇ τύχῃ τρέπεσθαι ἐπ' ἰα' ἑαυτῶν, καὶ καλεῖ εἰς προεδρίαν.

Digitized by Google

liberis, ac parentibus, ſupremo magiſtratui mandavit, ut curaret, ne in bello defunctorum parentes, ſupra ceteros cives omnes, iniuria ulla adficerentur; liberos vero ipſa una educat. Obſerva autem in citatis Ariſtidis, ſtatim verbis, virtutem eorum ad ſepulcra annis ſingulis (a) laudatam; id ipſum vero uti facerent, honoris ergo parentibus eorum datum. Ecce tibi apud Polemonem in lemmate Orationis funebris, quae Cynaegiro dicta fuit, & Callimacho. Νόμου ὀντ@ Ἀθήνησι, τὸν παλέρα τῦ ἄριςα ἀποθανόντ@ ἐν πολέμῳ λέγειν τὸν ἐπιτάφιον, Καλλιμάχῳ καὶ Κυναιγείρῳ παλέρες δικάζονται. *Quum lex ſit Athenis, ut pater eius, qui bello fortiſſime cecidit, orationem funebrem dicat, Callimachi, & Cynaegiri patres in iudicio contendunt.* Vnde mox in Declamatione ipſa, Callimachi pater. Διὰ ταῦτα ἐμοὶ τὸν λόγον προσήκειν μᾶλλον δίκαιον. ὑπ' ἐμῦ γὰρ δεῖ καὶ λέγοντ@ καλῶς τιμηθῆναι τὸν τάφον, ὃν ἐκόσμησα τῷ πολλῷ μου νεκρῷ. *Propterea mihi iuſtius oratio convenit, etenim me dicente oportet pulcre honorari ſepulcrum, quod ingenti cadavere meo ornavi.* Poſt Mardonium profligatum, ut hoc optimis oratoribus mandaretur, conſtitutum eſt. Diodorus Siculus in ea hiſtoria lib. XI. Καὶ νόμον (ὁ τ Ἀθηναίων δῆμ@) ἔθηκε, λέγειν ἐγκώμιον τοῖς δημοσίᾳ θαπτομένοις τὸς προαιρεθέντας τ ῥητόρων. *Et legem (populus Athenienſis) poſuit, ut virtutem eorum, qui publica ſepultura honeſtati forent, delecti ad hoc oratores praedicarent.* Quod ad ludos autem adtinet, etiam illi eo tempore inſtituti. Diodorus loco citato, Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμ@ ἐκόσμησε τὰς τάφυς τῶν ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ τελευτησάντων, κ τὸν ἀγῶνα τὸν ἐπιτάφιον τότε πρῶτον ἐποίησε. *Ad hunc modum Athenienſium quoque populus ſepulcra eorum, qui bello Perſico ceciderant, exornavit; & funebrium tunc ludorum certamen primum inſtituit.*

CAP. XI.

Dux exercitus eſſe non poterat, qui litem in iudicio haberet; nec qui antea non militaſſet, liberoſve non haberet, neve electus item eſſet. Electus, revocari haud poterat. In bellum exiturus, filiam, ſi quam haberet, apud collegam deponebat. Bellum non decernebatur, niſi poſt deliberationem tridui; nec educebatur miles ante diem menſis ſeptimum; neque proelium commiſſum, niſi agnum, quem mittebant per praeconem, hoſtium quidam accepiſſet. Ea re quid indicatum. Poſt victoriam praeda ad ducem pertinebat.

IN exercitus imperatore eligendo varia cavebant leges. Inter iſta.

Ne cum quoquam in iudicio litem haberet. Syrianus in Hermogenem. Νόμ@, τὸν στρατηγὸν μὴ ἔχειν δίκας. *Lex eſt, ne exercitus imperator lites habeat.*

Neque eum legere permiſſum fuit, qui non ante militaſſet. Syrianus in eumdem. Νόμ@, τον ἀστράτευτον μὴ στρατηγεῖν. *Lex eſt, qui non militavit, ne exercitum ducat.*

Nec, qui liberis careret. Auctor Problem. Rhet. cap. III. Νόμ@ ἐκέλευε, τ ἄπαιδα μὴ στρατηγεῖν. *Lex eum, qui liberos non haberet, exercitum ducere prohibebat.* Sopater in Hermogenem. Νόμ@, τὸν ἄπαιδα μὴ στρατηγεῖν. *Lex eſt, qui liberos non habet, ne exercitum ducat.*

Neque illi ducere permiſſum fuit, qui non electus eſſet. Sopater alibi ad eumdem. Νόμ@, τ ἀχειροτόνητον μὴ στρατηγεῖν. *Lex eſt, ne quis non electus exercitum ducat.*

Poſtquam autem lectus foret, & exercitum eduxiſſet, ne liceret revocare, cautum eſt ab Alcibiade. Scholiaſtes Aphthonii. Ἀλκιβιάδης, μετὰ τὰ καλὰ Κύζικον, εἰσφέρει νόμον, μηδένα στρατηγὸν ἐκ τῦ στρατοπέδυ ἀνακαλεῖσθαι. *Alcibiades, poſt res apud Cyzicum geſtas, legem ſtatuit, ne dux quiſpiam ab exercitu revocetur.*

In bellum autem egreſſurus, filiam, ſi forte haberet, apud collegam deponebat. Syrianus in Hermogenem. Νόμ@, τὸν ἐξιόντα στρατηγὸν ἐπὶ πόλεμον, εἰ ἔχοι θυγατέρα, παρατίθεσθ τῷ συστρατηγῷ τὴν θυγατέρα. *Lex eſt, ut dux exercitus, ad bellum exiens, filiam, ſi habeat, apud collegam deponat.*

Bellum vero antequam decerneretur, triduo deliberare lex iubebat, Aſines cap. Περὶ κατασάσεως. Νόμυ ὄντ@, ἐν τρισὶν ἡμέραις βυλεύεσθ περὶ πολέμυ, ἀξιοῦντ@ Δημοσθένυς ἐξιέναι αὐθημερὸν, Αἰσχίνης ἀνθίσαται. *Quum lex iuberet, triduum de bello deliberare, ac Demoſthenes uno, eodemque die exeundum cenſeret, Aeſchines reſiſtit.* Marcellinus in Hermogenem. Νόμ@ ἐκέλευε. ἐν τρισὶν ἡμέραις περὶ πόλεμον βυλεύεσθ. *Lex iubebat per tres dies de bello deliberare.* Syrianus. Ὥσπερ ἐποίησε Δημοσθένης, τὴν Ἑλάτειαν Φιλίππυ καταλαβόντ@, λύσας τὸν νόμον, τὸν ἐν τρισὶν ἡμέραις βουλεύεσθαι περὶ πολέμου προσάτλοντα. *Quemadmodum Demoſthenes fecit, quum capta a Philippo Eiatea, legem, quae triduum de bello deliberandum ſtatuebat, abrogaſſet.*

Ac, quum iam decretum eſſet, educere exercitum ante ſeptimum menſis diem non licebat. Suidas. Ἀθήνησιν ἀπειρηλο, ἐντὸς ἑβδόμης στρατιὰν ἐξάγειν, *Vetitum Athenis erat, exercitum educere ante diem ſeptimum.* Plenius Heſychius. Ἀπείρηλο Ἀθήνησι, στρατιὰν ἐξάγειν πρὸ τῆς τῦ μηνὸς ἑβδόμης. *Interdictum Athenis erat, exercitum educere ante ſeptimum menſis diem.* Ac totidem verbis Zenobius Cent. III. Proverb. LXXIX. & Lucillus Tarrhaeus in Collect. Proverb. in Ἐντὸς ἑβδόμης.

Poſtquam vero exercitus eductus eſſet, pugnam inire non licebat, antequam emiſſum agnum hoſtium quis, hunc exſpectans, accepiſſet. Heſychius. Νόμ@ ἦν Ἀθήνησι, μὴ πρότερον συμβάλλειν, πρὶν ἢ τὸν ἄρνα προσμένων τις λάβῃ τῶν πολεμίων. *Lex erat Athenis, non ante confligere, quam agnum aliquis hoſtium, qui exſpectabat, accepiſſet.* Ac quid ſibi hac re

(a) *Cicero de Oratore: Sed in populari oratione, qua mos Athenis laudari in Concione eos, qui ſint in proeliis interfecti, quae ſic probata eſt, ut eam quotannis, ut ſcis, illo die recitari neceſſe ſit. Plato Menexeno.* Αὐτῆς δὲ τῆς τελευτήσαντας τιμῶσα οὐδέποτε ἐκλείπει καθ' ἕκαστον, αὕτη τὰ νομιζόμενα ποιοῦσα κοινῇ πᾶσιν, ἅπερ ἴδια ἑκάστῳ ἰδίᾳ γίγνεται.

Digitized by Google

re vellent, docet Diogenianus Cent. II. Proverb. XCVI. Οἱ πόλεμον αἴρειν βυλόμυοι, κήρυκα ἔπεμπον, ἄρνα ἐπιφερόμυων, ὃν ἡφίει ἔνδον· ἐνδεικνύμενοι, μηλόβολον αὐτῶν τὴν ὐσίαν ἔσεσθαι, καὶ τὴν πόλιν. *Qui ſuſcipere bellum vellent, praeconem mittebant, agnum adferentem, quem intro dimittebat; ſignificans, ipſorum bona, atque urbem ovibus depaſcendam fore.* Lucillus Tarrhaeus in Ἄρνα προβάλλειν. Οἱ πολεμεῖν βυλόμυοι, κήρυκα ἔπεμπον, ἄρνα ἐπιφερόμυον, ὃς ἡφίει ἔνδον τὸν ἄρνα. μηλόβολον τὴν πολιν αὐτῶν ἐκ τύτων δεικνύων ἔσεσθαι. *Qui bellum gerere cuperent, praeconem mittebant, agnum adferentem, & eum intro dimittentem; ea re oſtendens fore, ut eorum urbem agni etiam depaſcerentur.*

Poſt commiſſum autem proelium, ſi ſuperiores eſſent, praeda ad exercitus ducem pertinebat. Syrianus in Hermogenem. Νόμος, τὰ εὑρισκόμυα λάφυρα τῦ στρατηγοῦ εἶναι. *Lex eſt, ut ſpolia inventa ſint ducis.*

CAP. XII.

Diſtractis factione civibus, non licebat inter partem utramque medium conquieſcere. Legis ratio, & peccantium hic poena; ſed quae varie memoratur.

IN diſſidio inteſtino, qui ſe neutri parti adiungeret, ex Solonis lege quadam infamis erat. Plutarchus in eius Vita. Τῶν δ' ἄλλων αὐτῦ νόμων, ἴδιος μὲν μάλιστα, καὶ παράδοξος, ὁ κελεύων ἄτιμον εἶναι, τὸν ἐν στάσει μηδετέρας μερίδος γενόμυον. *Ex ceteris eius legibus, peculiaris quidem maxime eſt, ac praeter communem opinionem, illa, quae eum, qui in ſeditione partem neutram ſequutus fuiſſet, infamem eſſe iubet.* Item, De ſera numinis vindicta. Παραλογώτατον δὲ τὸ τῦ Σόλωνος, ἄτιμον εἶναι, τὸν ἐν στάσει πόλεως μηδετέρᾳ μερίδι προσθέμυων. *Alieniſſimum vero a ratione etiam iſtud Solonis; ut infamis ſit, qui in ſeditione neutri ſe parti adiunxerit.* Ac rurſum occurrit in Praeceptis reip. ger. & de ſolertia animalium. Ioannes Cantacuzenus Hiſt. lib. IV. cap. XIII. *Lycurgi legum parum obſervantes, uni tantum Solonis ſtudioſe obediunt, notantis infamia cives, qui in civitate neutrarum partium fuiſſent.* Quod poenam adtinet, aliam, & graviorem, refert Gellius, bonorum nempe publicationem, & exilium. Ecce verba lib. II. cap. XII. *In legibus Solonis, illis antiquiſſimis, quae Athenis axibus ligneis inciſae ſunt, quaſque latas ab eo Athenienſes, ut aeternae manerent, poenis, & religionibus ſanxerant, legem eſſe Ariſtoteles refert, ſcriptam ad hanc ſententiam. Si ob diſcordiam, diſſenſionemque ſeditio, atque diſcordia(a) populi in duas partes fieret, & ob eam cauſam, irritatis animis, arma utrimque caperentur, pugnareturque, tum qui eo tempore, in eoque caſu civilis diſcordiae, non alterutri parti ſeſe adiunxerit, ſed ſolitarius, ſeparatuſque a communi malo ſeceſſerit, is domo, patria, fortuniſque omnibus careto; exſul, extorriſque eſto.* Cicero vero omnium graviſſimam dicit, nempe mortem. Verba eius habent ad Atticum lib. X. epiſt. I. *Ego vero Solonis, popularis tui, ut puto, etiam mei, legem negligam, qui capite ſanxit(b), ſi quis in ſeditione non alterius utrius partis fuiſſet.* Vides hic diſſenſum Auctorum. Meminit legis etiam Nicephorus Gregoras lib. IX. Οὔτε γὰρ δίκαιον ἦν, ἡμᾶς μηδεμιᾷ προσκεῖσθαι μερίδι, τῦ Σόλωνος τῦτο προτρέποντος. *Neque enim aequum erat, nos neutri parti ſtudere, Solone ad id exhortante.* Rationem vero huius legis exponit ipſe Plutarchus loco citato. Βέλεται δὲ, ὡς ἔοικε, μὴ ἀταθῶς, μηδ' ἀναισθήτως, ἔχειν πρὸς τὸ κοινὸν, ἐν ἀσφαλεῖ, θέμενον τὰ οἰκεῖα, καὶ τῷ μὴ συναλγεῖν, μηδὲ συνωδεῖν τῇ παλρίδι, καλλωπιζόμενον· ἀλλ' αὐτόθεν τοῖς τὰ βελτίω καὶ δικαιότερα πράττυσι προσθέμενον, συγκινδυνεύειν, καὶ βοηθεῖν μᾶλλον, ἢ περιμένειν ἀκινδύνως τὰ τῶν κρατίνων. *Vult enim, ut videtur, ne quis, rebus ſuis in tuto collocatis, nullo publici incommodi ſenſu adficiatur, aut ſe ullo publici doloris adfectu commoveri glorietur; ſed ut illico, partibus ſe melioribus, iuſtioribuſque multo, applicando in periculi communis ſocietatem veniat, opemque ferat potius, quam ſine periculo ſuſtineat, dum victorem fors oſtendat.* Et Aulus Gellius loco citato. *Quum hanc legem Solonis, ſingulari ſapientia praediti, legiſſemus, tenuit nos gravis quaedam in principio admiratio, requirentes, quam ob cauſam dignos poena exiſtimaverit, qui ſe procul a ſeditione, & civili pugna removiſſent. Tum, qui penitus, atque alte uſum, ac ſententiam legis inſpexerat, non ad augendam, ſed ad deſinendam ſeditionem, legem hanc eſſe dicebat. Et res prorſum ſic ſe habet. Nam, ſi boni omnes, qui in principio coercendae ſeditioni impares fuerint, populumque partitum, & amentem non deterruerint, & ad alterutram partem diviſi ſeſe adiunxerint, tum eveniet, ut, quum ſocii partis ſeorſum utriuſque fuerint, eoque partes ab iis, ut maioris auctoritatis viris, temperari, ac regi coeperint, concordia per potiſſimum reſtitui, conciliarique poſſit; dum & ſuos, apud quos ſunt, regunt, atque mitificant; & adverſarios ſervatos magis cupiunt, quam perditos.*

(a) *Gronovius Praefat. Volum. V. Theſaur. Graecar. Antiquit.* haec ad hunc locum adnotat. *Invitus animadverti, quum locus ille Gellianus de Solone tantopere illi inhaeſerit, ut & Themidos huius libro I. cap. XII. citaret, iterumque adduceret in Solone cap. XV. utrobique ſic ab auctore noſtro adduci* ſi ob diſcordiam diſſenſionemque ſeditio atque diſcordia populi in duas partes fieret, *quaſi tanta iſti uberrimo lepidiſſimoque ſcriptori fuiſſet verborum egeſtas, aut non priſcae iam editiones perpulcre exhiberent* atque diſceſſio populi.

(b) *Sam. Petitus* putat idem eſſe Ciceroni *Capite ſanxiſſe*, quod Plutarcho ἄτιμον εἶναι.

Digitized by Google

CAP. XIII.

Orbae, impotenti nuptae, transire ad alterum licebat. Ducere quoque eam genere proximus, aut elocare, & dotem quingentarum drachmarum attribuere tenebatur. Postea tamen mille drachmae constitutae: ita tamen, ut discrimen inter pentacosiomedimnos, equitesque, & Zygitas aliquod esset. Si quis nollet, hunc deferre ad archontem cuilibet permissum fuit: isque, si deesset muneri, drachmis mille mulctabatur.

EX eiusdem Solonis lege orbae opulentae licuit, si, qui eam ex lege sibi vindicasset, ad complexum impotens esset, proximis consanguineis se adiungere (a). Plutarchus in Solone. Ἄτοπος δὲ, καὶ γελοῖος, δοκεῖ ὁ (νόμος) τῇ ἐπικλήρῳ διδοὺς, ἂν ὁ κρατῶν, καὶ κύριος γενόμενος κατὰ τὸν νόμον, αὐτὸς μὴ δυνάμενος ᾖ πλησιάζειν, ὑπὸ τῶν ἔγγιστα τῆ ἀνδρὸς ὀπυίεσθαι. *Absurda autem, & ridicula videtur lex illa, quae orbae concedit; si ille, qui eam ex lege habet, dominus illius factus, rem cum ipsa habere nequeat, ut ex mariti proximis quemquam admittat.* Sed mox quoque causam reddit. Καὶ, τοῦτο δ' ὀρθῶς ἔχειν τινές φασι πρὸς τοὺς μὴ συνιέναι δυναμένους, χρημάτων δ' ἕνεκα λαμβάνοντας τὰς ἐπικλήρους, καὶ τῷ νόμῳ καταβιαζομένους τὴν φύσιν. ὁρῶντες γὰρ, ᾧ βούλεται, τὴν ἐπίκληρον συνιοῦσαν, ἢ προῖκα διδόντες τὸν γάμον, ἢ μετ' αἰσχύνης καθιέντες, φιλοπλουτίας, καὶ ὕβρεως δίκην διδόντες. εἰ δ' ἔχει καὶ τὸ, μὴ πᾶσιν, ἀλλὰ τῶν συγγενῶν ἀνδρὸς ᾧ βούλεται διαλέγεσθαι ἡ ἐπίκληρος, ὅπως οἰκεῖον ᾖ, καὶ μετέχον τοῦ γένους, τὸ τικτόμενον. *Atqui aiunt nonnulli, recte id constitutum fuisse in eos, qui, inhabiles quum sint ad Venerem, pecuniae tamen causa divites illas orbas matrimonio sibi iungunt, inferuntque vim naturae ob legis privilegium. Quum enim cernunt, licere orbae, quem velit, admittere, vel abstinebunt ab iis nuptiis, vel retinebunt eas, cum opprobrio avaritiae, & improbitatis, poenam dantes. Bene est etiam, quod non quemlibet, sed e viri necessariis quem eligeret, orba admittat, quo proles de familia sit, & stirpe eius.* (b) In illis vero legis verbis altera quoque memoratur, quum inquit: Ὁ κρατῶν, καὶ κύριος γενόμενος κατὰ τὸν νόμον. *Qui eam habet, & dominus factus est iuxta legem.* Intelligit autem illam legem etiam a Solone latam, quae iubebat, ut orbam genere proximus duceret, aut, quingentis drachmis datis, elocaret. Diodorus Siculus lib. XII. Τρίτος δὲ νόμος διωρθώθη ὁ περὶ τῶν ἐπικλήρων, ὁ καὶ παρὰ Σόλωνι κείμενος. ἐκέλευσε γὰρ τῇ ἐπικλήρῳ ἐπιδικάζεσθαι τὸν ἔγγιστα γένους, ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ἐπίκληρον ἐπιδικάζεσθαι τῷ ἀγχιστεῖ (c). ᾧ ἦν ἀνάγκη συνοικεῖν, ἢ πεντακοσίας ἐκτίσαι δραχ-

(a) Veteres non multum soliciti erant de violato quodammodo matrimonio, dummodo id lege fieret. Sic *Lycurgus* concessit maritis, ut alios, si luberet, in uxorum complexum certa de causa adducerent, ut in *Vita Plutarchus* tradit. Notum est Platonem uxorum communitatem admisisse, vulgaremque concubitum, sed statis tantum temporibus. Sic apud Athenienses pariter licebat viro uxorem suam alteri fruendam tradere. Consule superius *Cap.* VII.

(b) Ceterum haec lex ideo etiam lata fuisse videtur ne irrita videretur alia lex quae habet: Τρὶς ἑκάστου μηνὸς ἐντυγχάνειν πάντως τῇ Ἐπικλήρῳ τὸν λαβόντα. Maritus dotalis feminae ter singulis mensibus cum ea pernoctato.

Habet Plutarchus ibidem, qui hanc illius rationem explicat. Καὶ γὰρ ἡ μὴ γίγνοιντο παῖδες, ἀλλὰ λιμή τις ἀνδρὸς αὔτη πρὸς σώφρονα γυναῖκα καὶ φιλόφρονα σύνη, πολλαὶ τῶν συλλεγομένων ἑκάστοτε δυσχερῶν ἀφαιροῦσα, καὶ ταῖς διαφοραῖς οὐκ ἐῶσα παντάπασιν ἀποσφαγῆναι. *Quod si maritus* τὴν Ἐπίκληρον *male tractaret, vel ipsa* ἡ Ἐπίκληρος, *vel quicumque vellet eius partes tutari, Lege agebat malae tractationis adversus maritum.* Grammatici: Κακώσεως, δίκης ὄνομά ἐστι ταῖς ἐπικλήροις κατὰ τῶν γεγαμηκότων. ὅτι δὲ ἐξῆν παντὶ τῷ βουλομένῳ ταῖς Ἐπικλήροις βοηθεῖν, δηλοῦνται ἔν τε τῷ ὑπὲρ τοῦ Πυράνδρου κλήρου λόγῳ Ἰσαίου, καὶ ἐν τῷ Λυσίου κατὰ Φιλωνίδου βιαίων, ἐγγνήσεως. ἦν δὲ ἡ ἄνευ ὕδατος. *Postrema ista verba in superioribus sumus interpretati: Dica haec scribebatur apud Praetorem. Pollux Libro* VIII. *cap.* VIII. Δίκαι δὲ πρὸς τὸν Ἄρχοντα λαγχάνονται κακώσεως. *Isaeus* ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύρρου κλήρου. ᾗ οὐκ ἂν εἰσήγγελες πρὸς τὸν Ἄρχοντα, κακοδοξεῖν τῷ Ἐπίκληρον. *Licebat, cui lubebat, hanc dicam scribere:* ᾧ ἐξῆν ᾗ παντὶ τῷ βουλομένῳ ταῖς Ἐπικλήροις βοηθεῖν. *idque sine ullo suo periculo, etsi causa caderet. Isaeus* ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύρρου κλήρου. ἄλλως τε ᾗ μόνων ταύτων τῶν δικῶν ἀκινδύνων τοῖς διώκουσιν οὐσῶν, καὶ ἐξὸν τῷ βουλομένῳ βοηθεῖν ταῖς ἐπικλήροις. ὅτε γὰρ ἐπιτίμιον ταῖς πρὸς τὸν Ἄρχοντα εἰσαγγελίαις ἔνεσιν, οὐδ' ἐὰν ὀφείλῃ μίαν τῶν ψήφων οἱ εἰσαγγείλαντες μεταλάβωσιν, ὅτε πρυτανεῖα, ὅτε παράσασις οὐδεμία τίθεται τῶν εἰσαγγελιῶν· ἀλλὰ τοῖς μὲν διώκουσιν ἀκινδύνως ἔξεσιν τῷ βουλομένῳ. *Hanc dicam* εἰσαγγελίαν *vocat Isaeus, & paria faciunt Grammatici:* ἑτέρα δὲ εἰσαγγελία λέγεται, ἐπὶ ταῖς κακώσεσιν· αὗται δὲ εἰσὶ πρὸς τὸν Ἄρχοντα, ᾗ τῷ Ἄρχοντι ἀζήμιοι, κἂν μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων. *Atque in his totum versabatur argumentum dramatis Cratini, cui titulus est* Πιτύνη, *quod lucem praefert his, quae iam diximus. Interpres Comici ad Equites:* τὴν Κωμῳδίαν ὁ Κρατῖνος ἐπλάσατο αὐτῷ εἶναι γυναῖκα, ᾗ ἀφίεσθαι τοῦ συνοικεσίου τοῦ σὺν αὐτῷ θέλειν, ᾗ Κακώσεως αὐτῷ δίκην λαγχάνειν. φίλους δὲ περιτυχόντας τῷ Κρατίνῃ δεῖσθαι μηδὲν προπετὲς περιποιῆσαι, καὶ τῆς ἔχθρας ἀνερωτᾶν τὴν αἰτίαν. τὴν δὲ μέμφεσθαι αὐτῷ ὅτι μὴ κωμῳδοῖ, ἢ μηκέτι σχολάζοι τῇ μέθῃ. *Effectus actionis* Κακώσεως *tales est, ut possent a viris divertere,* ἀφίεσθαι τοῦ συνοικεσίου τοῦ σὺν ἀνδράσι, *ut est in laudatis Scholiastae verbis. Inter ceteras autem causas, cur* Κακώσεως δίκη *marito scriberetur, haec praecipua videtur fuisse, si ad alias adplicasset animum mulieres, & si ubi ad uxorem ventum esset, ut loquitur apud Terentium dotalis Nausistrata, tum fieret senex. Diogenes Laertius in Polemone ex Antigono Carystio* ἐν τοῖς βίοις. φυγεῖν δὲ τὸν Πολέμωνα καὶ δίκην Κακώσεως ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ὡς μειρακίοις συνόντα. *Huc spectant Cratini e dramate laudato versus, quibus Cratini amicis causam aperit Comoedia, cur illi malae tractationis dicam impegerit.*

Ἀλλ' ἐπαναστρέψαι βούλομαι εἰς τὸν λόγον
Πρότερον. ἐκεῖνος πρὸς ἑτέραν γυναῖκα ἔχων
Τὸν νοῦν, κακὰς εἶπεν πρὸς ἑτέραν, ἀλλ' ἅμα μὲν
Τὸ γῆρας, ἅμα δὲ μοι δοκεῖ θεὸς αὐτοῦ.
Πρότερον.

quae quidem commentatur ad hanc legem eruditissimus *Samuel Petitus*.

(c) *Samuel Petitus Commentar. ad Leges Atticas: Sed haec verba,* ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν Ἐπίκληρον ἐπιδικάζεσθαι τῷ ἀγχιστεῖ, *& quae sequuntur, spectant* τὰς ἐπικλήρους θηλικὸν τελούσας, *non autem* dotales, *de quibus Lex haec est, easque ambiebant cognati, & sibi vindicabant tamquam iure civili desponsatas sibi. Isaeus* ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύρρου κλήρου. δῆλον μὲν γὰρ ὅτι Ἐπίκληρον μὲν καταλιπὼν, ἀκριβῶς ἂν ᾔδει ὅτι δυοῖν θατέρου ἔμελλεν ὑπάρξειν αὐτῇ. ἢ γὰρ ἡμῶν τινα τῆς ἐγγύτατα γένους ἐπιδικασάμενον ἔξειν γυναῖκα, ἢ, εἰ μηδεὶς ἡμῶν ἐβούλετο λαμβάνειν, τῶν θείων τινὰ τούτων μαρτυρούντων· εἰ δὲ μή, τῶν ἄλλων τινὰ συγγενῶν τὸν αὐτὸν τρόπον περὶ πάσης τῆς οὐσίας ἐπιδικασάμενον, κατὰ τοὺς νόμους ἔχειν ταύτην γυναῖκα. *Quare etiam* dotales *hae feminae* ἐπίδικοι *dicebantur, quarum nuptias petebant plures, ut iure civili ad se delatas. Pollux:* ἐπίδικος δὲ ἡ Ἐπίκληρος λέγεται ὑπὲρ ἧς ἀμφισβητοῦσί τινες ἀλλήλοις, ὡς αὐτοῖς τῆς ἀγχιστείας καθηκούσης. *Harpocration:* ἐπίδικος δὲ ἡ ἀμφισβητουμένη Ἐπίκληρος, ὅτῳ χρὴ αὐτὴν

δραχμὰς ἐς προικὸς λόγον τῇ πεντχρᾷ ἐπικλήρῳ. *Tertia etiam lex de orbis, quam & Solon promulgavit, correcta fuit. Iubebat enim, ut genere proximus orbam iure in matrimonium sibi poſceret, & viciſſim illa quoque nuptias ſibi genere proximi ex lege adſereret. Atque huic neceſſe erat orbam ducere, quamvis pauperem, aut quingentas ei drachmas dotem dare.* Et eſt haec ipſa lex, de qua Auctor Etymologici. Θῆττα ἠπίκλω, οὐκ ἔχουσα φερνὴν, πενιχρὰ καταλαρθᾶσα ὑπὸ τ πατρὸς, καὶ ὑπὸ τ ἀγχιστέων προικιζομένη κατὰ τ νόμον. *Thetta cognomento, dotem non habens; inops relicta a patre, & a genere proximis dotata iuxta legem.*(a) Si quis autem elocare recuſaret, ipſe ducere cogebatur. Iulius Pollux lib. III. cap. III. Η μέντοι κλῆρον ἐκ ἔχουσα πατρῷον, θῆσσα καλεῖται· ἣν ὁ ἀγχιστεὺς ἐκδίδωσιν, ἂν ἑτέρᾳ συνοικῇ, ἢ πάνυ γαμεῖ. *Quae paternam hereditatem non habet, Theſſa vocatur, quam, ſi alteri cohabitet genere proximus elocat, aut omnino ipſe ducit.* Sic Terentius capiendus eſt in Phormione Act. I. Sc. II.

Lex eſt, ut orbae, qui ſint genere proximi,
Eis nubant: & illos ducere eadem haec lex iubet.

Ubi Donatus. *Orbam proximus ducat; Atticum ius eſt. Lex eſt, ut orbae eis nubant, qui ſint proximi.* Dotem autem lex praeſcribebat minas quinque, ut iam dixi, ac confirmat Harpocration in Ε'πίδικος. Δείκνυται καὶ ὅτι τὰς ἀπορουμένας κόρας ἐξεδίδοσαν οἱ ἄγχιστα γένους, πέντε μνᾶς ἐπιδιδόντες. *Oſtenditur etiam, quod virgines inopes elocabant genere proximi, additis quinque minis.* Iterum in Θῆτες. Ε'πάναγκες δὲ ἦν τοῖς ἔγγιστα γένους τὰς θήσσας ἢ λαμβάνειν πρὸς γάμον, ἢ πέντε μνᾶς διδόναι. *Neceſſarium erat genere proximis virgines egenas aut*

τῶν γαμηθῆναι. *Omnes autem oportebat* Ε'πικλήρους *ſibi apud Praetorem vindicare, & iudicio experiri, quamquam nullus controverſiam faceret: id enim haec cautum eſt Solonis Lege.*

Κληροῦν δὲ τὸν κλῆρον, ᾗ ἐπίκληρον, ὅσοι εἰσὶ μῆνες πλὴν τῆ σκιῤῥοφορίωνος, ἀνεπίδικον δὲ κλῆρον μὴ ἔχειν. Hereditatem, dotalemque virginem in iure tibi vindicato: iudicia redduntor ſingulis menſibus, excepto Scirrhophorione: nullus hereditatem poſſideto, aut dotalem virginem in matrimonio habeto, niſi iudicio expertus.

Legem deſcripſimus, ut mendoſe legitur apud Demoſthenem ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν β. *ſed vertimus, ut legendam putamus hoc modo.* κληροῦν δὲ τὸν κλῆρον ᾗ ἐπίκληρον, ὅσοι εἰσὶ μῆνες πλὴν τοῦ σκιῤῥοφοριῶνος, ἀνεπίδικον δὲ κλῆρον, ᾗ ἐπίκληρον μὴ ἔχειν. *Emendationis fundus eſt ipſe Demoſthenes, cuius haec praecedunt:* τὸν τοίνυν νόμον ἐπὶ τούτοις ἀναγνῶθι, ὃς κελεύει ἐπιδικασίαν εἶναι τῆς Ε'πικλήρων ἁπασῶν, ᾗ ξένων ᾗ ἀστῶν. ᾗ ἀνεπίδικον μὴ ἐξεῖναι ἔχειν, μήτε κλῆρον, μήτε Ε'πίκληρον. *Itaque Soſitheus apud Demoſthenem* ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον *dicit ſe iudicio fuiſſe expertum apud Praetorem de Philomaches nuptiis, etſi nullus ei negocium exhiberet, & de Philomache contenderet.* ὑδεὶς αὐτῆς οὔτ' ἠμφισβήτησεν, οὔτε τῆ κλήρου τῆ Α'γνίου, οὔτε τῆς Ε'πικλήρου, ὡς ἐγὼ ἔχω ἐπιδικασάμενος. *& paullo ante,* ᾗ ἐγὼ ταῦτ' ὑπηρέτησ' αὐτῷ, ὁ τὴν Ε'υβουλίδη θυγατέρα ἔχων ἐπιδικασάμενος ὡς γένει ὢν ἐγγυτάτω. *Haec ἐπιδικασία fiebat ſingulis anni menſibus, Scirrhophorione excepto:* ὅσοι εἰσὶ μῆνες πλὴν τοῦ σκιῤῥοφοριῶνος. *Ratio eſt, quia menſis Scirrhophorion eſt ultimus anni, eoque obeunt plerique Magiſtratus, aut in referendis rationibus ſunt occupati. Fiebat* ἐπιδικασία *apud Praetorem, qui ſignabat Faſtos, ſi feminae illae* Ε'πίκληροι *eſſent cives: ſin inquilinae, apud Polemarchum. Demoſthenes ea, ex qua Legem hanc deſcripſimus, Oratione.* νόμος κελεύει ἐπιδικασίαν εἶναι τῆς Ε'πικλήρων ἁπασῶν, ᾗ ξένων, ᾗ ἀστῶν. καὶ περὶ μὲν τῆς πολιτῆς, τὸν Α'ρχοντα εἰσάγειν, ᾗ ἐπιμελεῖσθαι, περὶ δὲ τῆς μετοίκων τὸν Πολέμαρχον. *Hinc Pollux libro* VIII. *cap.* IX. πρὸς Α'ρχοντα λαγχάνονται κλήρων ᾗ Ε'πικλήρων ἐπιδικασίαι. *de Polemarcho Ariſtoteles.* Πολέμαρχος εἰσάγει δικαστὰς (γρ. δίκας τάς) τε τῆς κλήρων ᾗ Ε'πικλήρων τοῖς μετοίκοις. *Debebat itaque e Lege, qui ad ſe delatas iure credebat* dotalis *virginis nuptias, ceteros in ius vocare, ut ſciret, an vellent controverſiam ei facere de* dotali *femina, alioquin iure ipſo nulla erat haec* ἐπιδικασία. *Neque tamen, adhuc* ἀνεπίδικος *erat,* ἡ Ε'πίκληρος, *quamquam* μετὰ τῆς νόμων ᾗ τῆς ψήφου *in mariti, qui eam ſibi adſeruerat, manum conveniſſet: poterat qui ſibi factam credebat iniuriam, in ius vocare illum, qui* τῷ Ε'πίκληρον *uxorem habebat iudicio eviſtam & quaeſitam.*

Ε'ὰν δὲ ἐπιδεδικασμένου ἀμφισβητῇ τοῦ κλήρου ἢ τῆς ἐπικλήρου προκαλεῖσθω τὸν ἐπιδεδικασμένον πρὸς τὸν Α'ρχοντα, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων δίκων. παρακαταβολὰς δ' εἶναι τῷ ἀμφισβητοῦντι. ἐὰν δὲ μὴ προκαλεσαμένος ἐπιδικάσηται, ἀτελὴς ἔσται ἡ ἐπιδικασία τοῦ κλήρου. ἐὰν δὲ μὴ ζῇ ὁ ἐπιδικασάμενος τοῦ κλήρου προσκαλεῖσθω κατὰ ταῦτα ᾧ ἡ προθεσμία, μήπω ἐξήκει τὴν

δ' ἀμφισβήτησιν εἶναι τῷ Α'ρχοντι, καθότι ἐπεδίκασατο οὗ ἂν ἔχῃ τὰ χρήματα. Si quis de hereditate, aut dotali puella iudicio evicta controverſiam faciat, provocato eum, qui evicit iudicio, apud Praetorem, ut in aliis cauſis, cum ſponſione. Si is qui iudicio evicit, alios non provocarit, nulla eſto evictio illa hereditatis. Si ſuperſtes iam non ſit is, qui evicit hereditatem, provocato ſi nondum definitum tempus abiit. Controvertito apud Praetorem, quemadmodum qui hereditatem iudicio evicit.

Lex habetur apud Demoſthenem ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον, *cuius iſta:* ἐὰν δὲ μὴ ζῇ ὁ ἐπιδικασάμενος τοῦ κλήρου. *ad finem uſque, feminas* dotales *non ſpectant, itaque ſuo loco infra, Deo dante, a nobis expendentur. Poterat igitur controverſia fieri de* dotali *femina ei, qui iam in iure ſibi eam adſeruerat: citabatur autem apud Praetorem: iſque qui cum eo agebat, ſacramentum deponebat, quod* παρακαταβολὴν *dicunt, nempe decimam eorum partem bonorum, quae* dotalis *femina ſecum ferebat.* παρακαταβολὰς δ' εἶναι τῷ ἀμφισβητοῦντι. *Sed haec* ἀμφισβήτησις *intra definitum aliquod tempus fieri debebat, intra quinque annos puto: nam hic eſt* προθεσμίας νόμος, *ut e Demoſthene docet Harpocration: certe in bonorum petitione id eſt definitum tempus. Iſaeus:* ἐν τῷ ὑπὲρ Πύῤῥου κλήρου. ὁ δὲ νόμος πέντε Ε'τῆς κελεύει δικάσασθαι τοῦ κλήρου, ἐπειδὰν τελευτήσῃ ὁ κληρονόμος.

Nec potior erat eorum conditio, qui dotales *has virgines a patribus deſponſatas, etiam ſupremis tabulis, uxorem duxerant, poterant enim in ius vocari ex hac Lege:*

Τὰς μὲν ὑπὸ τῶν πατρῶν ἐκδοθείσας ᾗ συνοικούσας ἀνδράσι γυναῖκας, ἂν ὁ πατὴρ αὐτῶν τελευτήσας, μὴ καταλιπὼν αὐταῖς γνησίους ἀδελφοὺς, ἰοῖς ἐγγύαλα γένους ἐπιδίκους εἶναι. Feminas a patribus elocatas, & a maritis domum deductas, ſi pater obeat nullis ſuperſtitibus liberis legitimis maſculis, proximiores cognatione iure ſibi vindicanto.

Legem deſcripſimus, ut vulgo editur apud Iſaeum ἐν τῷ ὑπὲρ Πύῤῥου κλήρου. τὰς μὲν ὑπὸ τῶν πατρῶν ἐκδοθείσας ᾗ συνοικούσας ἀνδράσι γυναῖκας (περὶ ὧν τις ἂν ἄμεινον ἢ ὁ πατὴρ βουλεύσαιτο;) ᾗ ἰοῖς ὅτῳ δοφέσας, ἂν ὁ πατὴρ αὐτῶν τελευτήσας, μὴ καταλιπὼν αὐταῖς γνησίους ἀδελφοὺς, ἰοῖς ἐγγύαλα γένους ἐπιδίκους ὁ νόμος εἶναι κελεύει· ᾗ πολλοὶ συνοικοῦντες ἤδη ἀφῄρηνται ἰοῖς ἑαυτῶν γυναῖκας. Ἔνια ἰοῖς μὲν ὑπὸ τῶν πατρῶν ἐκδοθείσας διὰ τὸν νόμον ἐξ ἀνάγκης ἐπιδίκους εἶναι προσήκει. *Sed reſcribendum eſt ubique* ὑπὸ τῶν παλέρων *in locum horum* ὑπὸ τῶν πατρῶων. *arguunt Iſaei iſta,* περὶ ὧν τις ἂν ἄμεινον ἢ ὁ πατὴρ βουλεύσαιτο; *De deſponſatis ſupremis patrum tabulis Demoſthenes* ἐν τῷ καὶὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν β. ὑκοῦν αὐτῷ, ἅπερ ἐβούλετο ὀρθῶς διαπράττεσθαι, λαχὼν ἔδη τῆς Ε'πικλήρου, ἥτε καὶὰ δόσιν αὐτῷ προσήκει, ἥτε καὶὰ γένος· ἡ μὲν ὡς ὑπὲρ αὐτῆς, πρὸς τὸν Α'ρχοντα, ἡ δὲ ὑπὲρ ξένης, πρὸς τὸν Πολέμαρχον. *Hinc intelligendus Ariſtophanes Veſpis.*

Κἄν ἀποθνήσκων ὁ πατὴρ τῷ δῷ καταλιπὼν παῖδ' Ε'πίκληρον,
Κλαίειν ἡμᾶς μακρὰ τοὺ κεφαλοὺ εἰπόντες τὴν διαθήκην,
Καὶ τὴ κόσχῃ τῇ πάνυ σεμνῶς τοῖς σημείοισιν ἐπούσῃ,
Ἔδομῷ ταύτην ὅς τις ἂν ἡμᾶς ἀντιβολήσας ἀναπείσῃ.

(a) Huius legis etiam *Iſaeus* meminit.

Digitized by Google

aut ducere uxores, aut minas quinque dare. Et ecce iterum in citata Phormione, Act. II. Sc. III.

Et si mihi facta iniuria est, verum tamen,
Potius quam lites sectem, aut quam te audiam,
Itidem ut cognata si sit, id quod lex iubet
Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe.

Suidas de quingentis drachmis ait, quod tantundem est: siquidem quingentae drachmae, uti notum viris doctis, quinque minas faciebant. Θῆττα, ἐπίκληρ@, ὐκ ἔχουσα φερνὴν, πενιχρὰ καταλειφθεῖσα ὑπὸ τῦ πατρός. ὑπὸ δὲ τῶν ἀγχιςέων προικιζομένη, κατὰ τ νόμον τ πεντακοσίων δραχμῶν. *Thetta, orba, dotem non habens, egena a patre relicta: sed a genere proximis dotem accipiens, iuxta legem de quingentis drachmis.* Sed sciendum, discrimen fuisse inter pentacosiomedimnos, equites, & Zygitas. Nam quingentas has drachmas, sive quinque minas, primi illi tantum pendebant; equites trecentas drachmas, seu tres minas: Zygitae drachmas centum supra quinquaginta, sive etiam sesquiminam. Observare est ex Demosthene Orat. in Macartatum. Τῶν ἐπικλήρων, ὅσαι θητικὸν τελῦσιν, ἐὰν μὴ βύληται ἔχειν ὁ ἐγγύτατα γένυς, ἐκδιδότω ἐπιδύς. ὁ μὲν πεντακοσιομέδιμν@, πεντακοσίας δραχμάς· ὁ δ' ἱππεὺς, τριακοσίας· ὁ δὲ ζυγίτης, ἑκατὸν πενῆκοντα πρὸς τοῖς αὐτῆς. *Pupillarum aliquam, quae in proletariorum ordine sunt, si habere noluerit genere proximus, dote data, elocato. Pentacosiomedimnus quidem, quingentis drachmis; eques, trecentis; Zygita, centum quinquaginta, praeter ea quae ipsa habeat.* Ad pentacosiomedimnos quod attinet, & quingentas horum drachmas, postea quum parum id esse videretur, decem minas, sive mavis drachmas mille, dotem earum esse placuit (a). Id Eustathius nos docet, ex Aristophane Grammatico, ad Iliad. φ'. Θῆτα μέντοι παρ' αὐτῷ καινότερον δηλοῖ, θῆτα γάρ, φησι, ἣν πατήρ καταλέλοιπε πένης ὢν, αὕτη δέ, φησιν ἐπὶ τ πλησίον τῦ γένυς πορεύεται κατὰ νόμον ἀναγκάζοντα τῦτο. καὶ ὁ μὴ αἱρύμεν@ γῆμαι, πέντε μνᾶς ἀποτίνει, ὡς ἔταξε Σόλων. ἐν δὲ τοῖς ἐπικαινισθεῖσι νόμοις, μετέδοξε τῦτο ὡς μικρὸν, καὶ ἐγένοντο δέκα μναῖ. *Thessa quidem apud ipsum recentius aliquid significat; Thessa enim, inquit, est, quam relinquit inops pater. Haec vero, ait, ad proximum consanguineum transit iuxta legem, quae id cogit: & qui ducere illam nollet, quinque drachmas*

(a) Haec mutatio facta est post aetatem Demosthenis, qui legem, ut a Solone facta est, refert; itemque post Apollodorum Comicum, e quo *Terentius in Phormione.*

——— Id quod lex iubet
Dotem dare, abduce hanc: minas quinque accipe.

Ad hanc legem adludunt Latini Scriptores.

——— Ritu decies centena dabuntur
Antiquo.

(b) Aliter Solonis legem interpretatur *Sam. Petitus*, & iure quidem, ut videtur, cuius verba sunt, quae sequuntur: *Verum an intelligit Solon, nullam aliam marito dotem detulisse sponsam matrimonii ergo, praeter has tres vestes, & vasa parvi pretii? Ita quidem nobis non videtur. Sed distinguuntur dos, & hae tres vestes atque vasa, ut videre est in Graecorum Commentariis de solemni illa pompa, qua postridie nuptiarum delata sunt ad sponsam vestes, & vasa, quae erant mundi muliebris, ad sponsum vero dos*, καλεῖται δ' ἐπαύλια, ᾗ τὰ μετὰ τὴν ἐχομένην ἡμέραν τῶν γάμων παρὰ τῦ τῆς νύμφης πατρὸς δῶρα φερόμενα τῷ νυμφίῳ ᾗ τῇ νύμφῃ ἐν πομπῇς σχήματι. παῖς γὰρ ἡγεῖται χλανίδα λευκὴν ἔχων ᾗ λαμπάδα καιομένην. ἔπειτα μετὰ τῦτον κανηφόρ@. ἔιθ' αἱ λοιπαὶ ἀκολουθοῦσιν ἐφεξῆς φέρουσαι χρυσίου λεκανίδας, σμήγματα, φορεῖα, κτένας, κοίτας, ἀλαβάςρους, σανδαλια, θήκας, μυρόλιπτρα. ἐνίοτε δὲ, ᾗ τὰ ἄλλα τῷ νυμφίῳ φέρουσιν. *Itaque hac Lege Solon obviam ivit excrescenti suorum luxui, cavitque ne tribus vestibus plures deferrentur, neve haec ἐπαύλια mundi muliebris, aut constantia essent magno, aut elaboratae artis, quae* in dotem *cedebant; nam* in dotem *dabantur; adpellat enim Solon* τὴν φερνὴν *nomine. Quemadmodum etiam* in dotem *cedebant ea dona, quae sponsae, sive* Ἐπίκληρ@, *sive* ἐπίπροικ@ *fuerit, a marito eiusque cognatis, & sodalibus dabantur,* *perfolvebat ex praecepto Solonis. Sed in legibus renovatis id mutandum visum fuit, veluti parvum, ac constitutae minae decem.* Ex hac lege renovata, hoc est, quod Eugraphius dicit in citatum e Terentii Phormione locum. *In lege scriptum est, Orbam proximus ducat, aut decem millia dotis det, ut, accepta dote, discedat.* Decem millia, nempe aeris, (sic Latine maluit dicere) idem sunt, quod decem minae; nam denarius, & drachma idem omnino valebant; uti notum eruditis. Quod si vero eodem gradu plures forent, ex aequo contribuebant, ac si plures item cognatae, is qui proximus, unam tantum elocare tenebatur, & si quispiam recusaret, eum cuilibet ad archontem deferre permittebatur, qui parere legi cogeret. Ille vero, nisi muneri satisfaceret, drachmis mille, Iunoni sacris, mulctabatur. Demosthenes loco citato. Ἐὰν δὲ πλείυς ὦσιν ἐν αὐτῷ γένει τῇ ἐπικλήρῳ, πρὸς μέρ@ ἐπιδιδόναι ἕκαστον. ἐὰν δ' αἱ γναῖκες πλείυς ὦσι μὴ ἐπάναγκες εἶναι ᾗ μίαν ἐκδῦναι τῷ ἐν γένει, ἀλλὰ τὸν ἐγγύτατα δεῖ ἐκδιδόναι, ᾗ αὐτὸν ἔχειν. ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃ ὁ ἐγγυτάτω γένυς, ᾗ μὴ ἐκδῷ, ὁ ἄρχων ἐπαναγκαζέτω ᾗ αὐτὸν ἔχειν, ᾗ ἐκδῦναι. ἐὰν δὲ μὴ ἐπαναγκάζῃ ὁ ἄρχων, ὀφειλέτω χιλίας δραχμὰς, ἱερὰς τῇ Ἥρᾳ. ἀπογραφέτω δὲ τὸν μὴ ποιῦντα ταῦτα ὁ βυλόμεν@ πρὸς τὸν ἄρχοντα. *Si vero plures fuerint in eadem familia, pro portione quisque pupillae conferat. Quod si mulieres plures fuerint, ne necesse sit cognato plures una elocare; sed proximus, aut elocato, aut ipse ducito. Quod nisi genere proximus eam vel elocaverit, vel duxerit, archon eum cogat, aut elocare, aut ipsum ducere; ac ni coegerit archon debeat mille drachmas, Iunoni sacras. Citet autem eum ad archontem quisquis velit.*

CAP. XIV.

Dos mulierum ceterarum, & matrimonii institutum; tum sororum consanguinearum nuptiae. Senecae locus illustratus. Cornelii Nepotis, ac Minutii Felicis error indicatus.

ATque ita dos orbarum virginum constituta fuit; in ceterarum matrimoniis nil permittebatur dari, quam tres vestes, & nonnullam parvi pretii supellectilem (b), quippe sic censebat Solon legis auctor, non debere

debere matrimonium mercenarium, aut venale quasi esse; verum liberorum tantum quaerendorum, & amicitiae, gratiaeque causa contrahi. Plutarchus in eius Vita. Τῶν δ' ἄλλων γάμων ἀφεῖλε τὰς φερνὰς, ἱμάτια τρία, καὶ σκεύη μικρᾶ νομίσματος ἄξια, κελεύσας, ἕτερον δὲ μηδὲν, ἐπιφέρεσθαι τὴν γαμουμένην, ἃ γὰρ ἐβούλετο μισθοφόρον, ἢ ὤνιον εἶναι τὸν γάμον, ἀλλ' ἐπὶ τεκνώσει, καὶ χάριτι, καὶ φιλότητι, γένεσθαι τὸν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνοικισμόν. *Ceteris coniugiis detraxit dotes, sponsamque praeter tres vestes, parvi pretii supellectilem; nec aliud quicquam inferre iussit. Neque enim meritorium, aut venale nuptiarum foedus esse cupiebat; sed liberorum, gratiaeque, & amicitiae item causa virum, ac mulierem consociari.* Neque dubium, quin supellex quoque ista a Solone expressa fuerit; nam sartaginem nominat Pollux, l. 1. cap. XII. sect. XV. Σόλων δὲ καὶ τὰς νύμφας, ἰούσας ἐπὶ τὸν γάμον, φρύκτρον φέρειν. *Solon vero, etiam sponsas, ad nuptias euntes, sartaginem ferre iussit.* Certe Solonem voluisse nuptias contrahi liberorum tantum quaerendorum causa, idque lege statuisse, refert etiam, quamquam omisso Solonis nomine, Isidorus Pelusiota lib. III. epist. CCLXIII. Καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἡ συνάφεια ἡ κατὰ νόμον ἐπ' ἀρότῳ παίδων ἐλέγετο γίνεσθαι. *Et apud Athenienses legitimum coniugium liberorum quaerendorum causa fieri dicebatur.* Et huc respexit Nonnus, Dionysiacorum lib. XLI.

Καὶ Θέμις Ἰλιθυία, καὶ οἰδαλέῃ διὰ κόλπῳ
Στεινομένης ὠδῖνος ἀναπλύξασα καλύπτρην,
Οἶξυ βέλος κύφιζε πεπαινομένῳ τοκετοῖο,
Θεσμὰ Σόλωνος ἔχουσα. ——

Et themis Ilithyia, tumidum per sinum,
Angustato partu, expandens tegumentum,
Acutum telum sustulit maturato partu,
Leges Solonis habens. ——

Statuit etiam, ut sponsa cum sponso concluderetur, malumque cum eo Cydonium comederet. Plutarchus loco citato. Εἰς τοῦτο συντελεῖ, καὶ τὸ, τὴν νύμφιον τῷ νυμφίῳ συγκαθέργνυσθαι, μήλου Κυδωνίου συγκατατραγεῖσαν. *Huc facit item, quod sponsa cum sponso concludatur, ut malum Cydonium cum eo edat.* Iterum in Praeceptis Coniug. Ὁ Σόλων ἐκέλευε τὴν νύμφιον τῷ νυμφίῳ συγκατακλίνεσθαι, μήλου Κυδωνίου καταγεῖσαν. *Solon iubebat, sponsam cum sponso in lecto collocari, ut malum Cydonium cum eo comederet.* Permisit autem matrimonia quam latissime etiam sororum, quamquam tantum consanguinearum; non item uterinarum. Philo de leg. Spec. lib. II. Ἐξῆς ἐστι παράγγελμα, μηδ' ἀδελφὴν ἐγγυᾶσθαι, πάνυ σπουδαῖον, καὶ συντεῖνον εἰς ἐγκράτειαν ὁμοῦ καὶ εὐκοσμίαν. ὁ μὲν οὖν Ἀθηναῖος Σόλων ὁμοπατρίους ἐφιεὶς ἄγεσθαι, τὰς ὁμομητρίους ἐκώλυσεν. ὁ δὲ Λακεδαιμονίων νομοθέτης ἔμπαλιν, ἢ ἐπὶ ταῖς ὁμογαστρίοις γάμον ἐπιτρέψας, ἢ πρὸς τὰς ὁμοπατρίους ἀπεῖπεν. *Deinde praeceptum est de non ducenda sorore: omnino honestum, & ad temperantiam tendens, ac modestiam. Et Solon quidem Athenienſis, consanguineas ducere permittens, uterinarum tamen nuptiis interdixit: contra vero Lacedaemoniorum legislator, uterinarum concedens, consanguinearum matrimonio abstinere iubet.* Aristophanes ex Euripide profert locum, ubi frater reprehenditur, qui cum sorore uterina rem habuerit. Exstat vero is in Nubibus.

Ὁ δ' αὐθὺς ἦσ' ἐξ Εὐριπίδου ῥῆσίν τιν', ὡς ἐκίνει
Ἀδελφὸς, ὦ 'λεξίκακε, τὴν ὁμομητρίαν ἀδελφήν.

Ibi ille ex Euripide cecinit dictionem, quo pacto iniit
Frater, prob averrunce, uterinam sororem.

Ad

bantur, quae ἀνακαλυπτήρια *Graecis, Alexandrinis* θεώρετρα *dicuntur*, δῶρα διδόμενα ταῖς νύμφαις παρά τε τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τῶν οἰκείων, καὶ φίλων, ὅταν τὸ πρῶτον ἀνακαλύπτωνται ὥστε ὁρᾶσθαι τοῖς ἀνδράσι. *Erant autem uxoris haec* ἀνακαλυπτήρια, *& eius doti accedebant, quasi aliquod* ὑπόβολον, *& dotalitium. Quare quaerit Lysias in Oratione, quae* περὶ τῶν ἀνακαλυπτηρίων *inscribebatur, utrum* ἀνακαλυπτήρια *data mulieri per vim nubendi ad eam pertinere debeant; testis est Theo Sophista Progymnasmatum cap.* II. ὡς ὅ, τε περὶ τῶν ἀνακαλυπτηρίων ἐπιγραφόμενος Λυσίου, καὶ ὁ περὶ τῆς ἀμβλώσεως, ἐν μὲν γὰρ θατέρῳ ζητεῖται, εἰ τὰ δοθέντα ἀνακαλυπτήρια γυναικὶ γαμουμένη βιαίως, ἔχειν αὐτὴν δεῖ. *Quod vero ad* dotem *adtinet, modum illius non praescripsit* ταῖς ἐπικλήροις, *totam quippe hereditatem in dotem adferunt: neque etiam* ταῖς ἐπιπροίκοις, *quae* τὴν προῖκα ἔχουσιν ἐπὶ μέρει τινὶ τοῦ κλήρου. *Dicebatur quippe dabaturque pro uniuscuiusque censu, & fortunarum modulo; unde apud Terentium in Heautontimorumeno.*

MEN. Quid dotis dicam te dixisse filio?
CHRE. Duo talenta pro re nostra ego esse decrevi satis.

atque in Andria Chremes,

—— Dos, Pamphile, est
Decem talenta.

Verum ita, ut decima saltem bonorum paternorum pars filiae in dotem cederet: id colligere licet ex Isaei Oratione. ὑπὲρ τοῦ Πύρρου κλήρου. δοκεῖ δ' ἄν τις ὑμῖν οὕτως ἀναιδὴς ἢ τολμηρὸς εἰσποιήσεσθαι, ὅστε μηδὲ τὸ δέκατον μέρος ἐπιδοὺς ἐκδοῦναι τῇ γνησίᾳ θυγατρὶ τῶν πατρῴων; γιγνομένων δὲ τούτων, δοκεῖ ἂν ὑμῖν ὁ θεῖος ἐπιτρέψαι ὁ ἐγγυῆσαι μεμαρτυρηκὼς αὐτῆς τὴν μητέρα. *Nam hinc liquet, decimam saltem τῶν πατρῴων partem dandam sorori fuisse a fratre in dotem. Quare corrigendus est qui ibidem legitur locus.* αὐτὸς μὲν τριτάλαντον οἶκον ἔχειν ἠξίου ὡς προσῆκον αὐτῷ, τῇ δὲ γνησίᾳ ὅσῃ τρισχιλίας δραχμὰς προῖκα ἐπιδοὺς, ἐκδοῦναι ἠξίωσεν ἄλλῳ. *Scribit Orator, ut hodie editur, dedisse Endium sorori* τρισχιλίας δραχμὰς *in dotem; sed error est in* τρισχιλίαις δραχμαῖς. *Nam negat Isaeus ex Endii persona dedisse se Philae in dotem* τὸ δέκατον μέρος τῶν πατρῴων, *quia soror scilicet legitima non erat, sed notha. Quare ei in dotem dedisse non potest drachmas ter mille: Habebat enim Endius in bonis tria tantum talenta,* τὸν τριτάλαντον οἶκον, *at tria talenta sunt minae centum octoginta, sive octodecim millia drachmarum; ergo decima pars* τοῦ τριταλάντου οἴκου, *non sunt drachmae ter mille, multo minus dos Philae dicta. Praeterea desponsatam ab Endio Philam docet, tamquam sororem notham e pellice susceptam a Pyrrho, idque probari, & demonstrari contendit e dote, quam Philae dixit dedit Endius:* ὁ μὲν τοίνυν Ἔνδιος ὡς ἐξ ἑταίρας οὖσαν ἐνεγύησεν, ἣν φησιν ἀδελφιδῆν Νικόδημος εἶναι αὐτῷ. τὴς δ' ὅτε τῷ Ἐνδίῳ τοῦ Πύρρου κλήρου ἀμφισβητήσαι ἠξίωσεν, ὅτ' ἐγγυήσαντα τὴν ἀδελφιδῆν οὖσαν ἐξ ἑταίρας εἰσαγγεῖλαι πρὸς τὸν Ἄρχοντα ἠξίωσεν, ὅτ' ἐπὶ τῇ δοθείσῃ προικὶ αὐτῇ ἠγανάκτησεν οὐδέν. *Itaque reponendum existimo,* χιλίας δραχμὰς ἐπιδοὺς προῖκα. *Tot enim drachmas dotem dixit dedit, quot nothis solvebantur e bonis paternis, mille nempe drachmae.* νοθεῖα τὰ τοῖς νόθοις διδόμενα ἐκ τῶν πατρῴων οὕτω καλεῖται. ἦν δὲ μέχρι χιλίων δραχμῶν. *Minima autem* dos *videtur illa fuisse, quam praecepit dandam* ταῖς Θήσσαις *Solon a Zygitis, tres sesquiminae, sive centum quinquaginta drachmae. Argumento est Lex* περὶ τῆς δίκης τῆς προικὸς εἴτε εἰς ὠφέλιον: *Definit enim Solon foenus, quod mulieri pendit dos, quam repetitam non accepit,* ἐπ' ἐννέ' ὀβολοῖς τοκοφορεῖν. *Fenus singulis mensibus pendebatur: & quamquam esset maxima fenerandi licentia adprobata veteri Solonis Lege, tamen usitatissimus usurae modus erat* centesimae. *Cavetur autem Solonis Lege, ut vel minimae dotis fenus mulieri penderetur* ἐπ' ἐννέ' ὀβολοῖς. *Hinc liquet vel minimam dotem fuisse sesquiminas tres sive centum quinquaginta drachmas: nam una mina, sive drachmae centum pariunt drachmam unam, sive sex obolos.*

Digitized by Google

Ad quae verba Scholiastes. Γέγραπται δὲ δρᾶμα Εὐριπίδου, Αἰόλῳ λεγόμενον. ἐν ᾧ παρήγαγε Μακαρέα, τὴ παῖδα Αἰόλου, φθείροντα Κανακὴν τὴν ἀδελφήν. ἐπειδὴ ᾗ παρὰ Ἀθηναίοις ἔξεσι γαμεῖν τὰς ἐκ πατέρων ἀδελφὰς, εἰς αὔξησιν τῦ αδικήματος προσέθηκε τὴν ὁμομητρίαν. *Scripta est ab Euripide fabula, AEolus nuncupata, in qua introducebat Macareum, AEoli filium, qui sororem suam Canacen vitiaverat. Quandoquidem vero apud Athenienses est permissum, sorores consanguineas uxores capere, ut exaggeret delictum, addidit, uterinam fuisse.* Hinc Seneca in Ludo de morte Claudii, ubi de L. Sullano agit, qui sororem uxorem duxerat. *Athenis dimidium licet; Alexandriae totum.* Non recte de germana sorore dicit Cornelius Nepos in Prooemio. *Neque enim Cimoni fuit turpe, Athenienſium summo viro, sororem germanam habere in matrimonio, quippe quum cives eius eodem uterentur instituto.* Iterum in Cimonis vita. *Habebat autem in matrimonio sororem germanam suam, nomine Elpinicen: non magis amore, quam more ductus: nam Atheniensibus licet eodem patre natas uxores ducere.* Quo in loco non satis recte *germanam* (a) dixit, nam *consanguineam* voluisse illic dicere, sat ostendunt verba ultima: *Atheniensibus licet, eodem patre natas uxores ducere.* Et exemplum, praeter hoc Cimonis, aliud Plutarchus memorat in Themistocle extremo: ubi dicit, eius filium, Archeptolin, habuisse in matrimonio Mnesiptolemam sororem, sed ex alia matre natam. Θυγατέρας δὲ, πλείους ἔχεν, ὧν Μνησιπτολεμαν μὲν, ἐκ τῆς ἐτεραμηθείσης γενομένην, Ἀρχέπτολις ὁ ἀδελφὸς, ὐκ ὢν ὁμομήτριος, ἔγημεν. *Filias vero habuit plures, quarum Mnesiptolemam, ex altera uxore genitam, Archeptolis frater, sed non ex eadem matre, uxorem duxit.* Nimis generaliter, & sine exceptione, Minutius Felix in Octavio. *Athenis cum sororibus legitima coniugia.* Neque enim cum uterinis, ut ostendi, sed cum consanguineis permissa erant matrimonia.

CAP. XV.

Homicidae varia adfecti poena. Prohibiti institutis patriis sacris malluviis, libationibus, crateribus, fanis, foro, aedibus, & excubiis: denique bonis universis excidebant.

HOmicidia, neque iusta, nec iniusta impunita dimittebant. Antiphon Orat. VII. Ἀπολύει ᾗ καὶ ὁ νόμος ἡμᾶς, ᾧ πιστεύων, εἴργοντι μήτε δικαίως, μητε ἀδίκως ἀποκτεινειν, ὡς φονέα με διώκει. *Sed nos etiam lex absolvit, qua fretus, iuste pariter, & iniuste interdicere prohibente, me ceu homicidam accusat.* Iterum Orat. VIII. Τὸ παράπαν δ' ἀρνύμενος μὴ ἀποκτεῖναι αὐτὸν, οὐδ' ὑπὸ τῦ νόμυ καταλαμβανεσθαί φησιν, ὃς ἀπαγορεύει μήτε δικαίως μητε ἀδίκως ἀποκτείνειν. *Omnino negans illum occidisse, nec teneri lege ait, quae iuste, atque iniuste occidere vetat.* Itaque quisquis homicida, patriis omnibus institutis excidebat. Idem Antiphon. Orat. XVI. Ὁ γὰρ νόμος οὕτως ἔχει· ἐπειδάν τις ἀτογραφῇ φόνυ δίκην, εἴργεσθαι τῶν νομίμων. *Lex enim ita habet: si quis caedis accusetur, is ut institutis excidat.* (b) Id quid sit, particulatim explicatur a Demosthene, Oratione in Leptinem. Μάλιστα ἐν ἅπασι διεσπούδασαι τοῖς νόμοις, ὅπως μὴ γενησονται οἱ περὶ ἀλλήλυς φόνοι. περὶ ὧν ἐξαίρετος ἡ βυλὴ φύλαξ ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ τέτακται. ἐν τοίνυν τοῖς περὶ τύτων νόμοις, ὁ Δράκων φοβερὸν κατασκευάζων, καὶ δεινὸν, τὸ, τινὰ αὐτόχειρα ἄλλυ γίγνεσθαι· καὶ γράφων, χερνίβων εἴργεσθαι τὸν ἀνδροφόνον, σπονδῶν, κρατήρων, ἱερῶν, ἀγορᾶς, πάντα τ' ἄλλα διελθῶν, οἷς μάλιστα ἂν τινας ᾤετο ἐπισχεῖν τῦ τοιῦτον τι ποιεῖν. *Omnibus legibus accuratissime cautum est, ne caedes mutuae fiant: quarum custos eximius constitutus est senatus Areopagiticus. Itaque in legibus istis, quas de homicidiis constituit Draco, quum maximum terrorem incutere omnibus vellet, ne quis alterum interficeret, scripsit, arcendum esse homicidam a sacris malluviis, libationibus, crateribus, fanis, foro, & cetera commemoravit omnia, quibus se homines maxime repressurum opinatus est, ne quid tale auderent facere.* Sopater in Divis. Quaest. Καὶ, τῦτον ἐκτείνας τὸν νοῦν, ἐπὲ, ὅσα τοῖς φονεῦσι πρόσεσι κακά· τὸ, μὴ μεταλαμβάνειν πυρὸς, μὴ στέγης, μὴ ἱερῶν, μὴ σπονδῶν. *Ac sententiam hanc extendens, dicito, quae mala adsint homicidis: non participem fieri ignis, neque tecti, nec sacrorum, neque & libationum.* Theon in Paradigm. Contra Homicidam. Πολλῶν δὲ ὄντων, ἃς ἀ δεῖ βλέποντας ὑμᾶς παροξυνθῆναι, τὴν ἀρχὴν ατὸ ᾖ νόμων ποιήσασθαι βούλομαι τῶν Φονικῶν, οἳ πάντων τῶν παρ' ὑμῖν εὐδοκιμούντων πολὺ ᾖ ἄλλων ἀκριβέσερον ἔχυσι· τί οὖν ἐκεῖνοι λέγυσι; πάντων τῶν κατ' ἀνθρωπων τετολμημένων, τῦτο εἶναι δὴ τὸ δεινότατον. κ᾽ διὰ τοῦτο χερνίβων ἀργέσθω, φησὶ, σπονδῶν, κρατήρων, ἀγορᾶς, ἱερῶν· ἢ κἂν ὑπὸ τὰς ψυφυς ἔλθοι, θανάτῳ ζημιύσθω. *Quum autem multa sint, in quae intuentes vos exasperari aequum fuerit, de homicidiorum legibus dicere ordiar: quae inter omnes, quae rectae apud vos censentur, adcuratissime descriptae putantur. Quid igitur illae aiunt? Omnium, quae in homines perpetrantur, esse facinus hoc deterrimum. Ideoque ne sacrum malluvium, inquit, cum homicida communicator, ne libatio, ne crateres, ne forum, ne fana: & in iudicium si adductus fuerit, morte adsicitor.* In Sopatri verbis, quae citavi, etiam tecto prohiberi memoratur: idque etiam Theon dicit in eodem Paradigmate. Οὕτω δὲ δεινὸν, καί θεοῖς ἐχθρὸν, ἡγήσαντο ᾖ ἀνδροφόνον, ὥσε κἂν ᾖ αὐτὸν ὄροφον ὑπελθοι τις τῷ τοῦτο τετολμηκότι, κοινωνὸς τ᾽ ἀδικίας νενόμισαι· καὶ τοῦ δεδρακότος, οὐ πολὺ τιμιώτερος, ὁ τῷ δεδρακότι συγγενησόμενος. *Usque adeo autem exsecrabilem, & diis invisum homicidam esse crediderunt, ut, si quis forte tectum subiisset, sub quo esset huic facinori obnoxius, is se scelere inquinare censeretur: neque multo honoratior haberetur, qui cum eo versaretur.*

Quod foro prohiberi dicat, illud est, quod alii dicunt, non licere causas agere. Lysias in Theomnestum Or. I. Τὸν γὰρ νόμον ὐ ταῦτ' απαγορεύειν· ἀλλ' ἀνδροφόνον ὐκ ἐᾶν λέγειν. *Legem enim minime ista prohibere, sed non sinere ut homicida causam dicat.* Quae mox iterum totidem occur-

(a) Non satis igitur recte *Sam. Petitus* haec verba: ἐξῆναι γαμεῖν τὰς ἐκ πατέρων ἀδελφάς: *sororem germanam in matrimonio habere ius esto.* Interpretatus esse videtur.

(b) Idem docet *Pollux Lib.* VIII.

Digitized by Google

currunt verbis, in ſecunda in eumdem Theomneſtum Oratione (a).

Ac prohibebantur ſacris: itaque & Eleuſiniis, ante omnia. Theon in citato ſtatim Paradigmate. Κάλλιϛον μὲν ὄν, καὶ τῶν μεγίϛων ἀγαθῶν τὸ μυϛηρίων μετέχειν. ἀλλὰ καὶ τούτων ἢ ἀνδροφόνον ἀποκεκλείκασι. *Optimum eſt, & e maximis bonis, ſacrorum Eleuſinorum participem fieri: ſed his ipſis quoque leges homicidam excluſere.* Et huc pertinet, quod nec pompam proſequi conceſſum fuit. Lyſias Orat. in Agoratum. Καὶ προσελθὼν, τήν τε ἀσπίδα αὐτοῦ ἔῤῥιψε, καὶ ἀπιέναι ἐκέλευσεν ἐϛ κόραϰας ἐϰ τῶν πολιτῶν. ὁ γὰρ ἐφηδεῖν ἀνδροφόνον αὐτὸν ὄντα συμπέμπειν τὴν πομπὴν τῇ Ἀθηνᾷ. *Et accedens, clypeumque eius adreptum proiecit, & a civium ſe numero faceſſere in rem malam iuſſit: neque enim licitum aiebat eſſe, ut cum aliis Minervae pompam homicida duceret.*

Ab excubiis quoque abeſſe iubebantur. Appendix Vaticana Proverbiorum, ab Andrea Schotto edita Cent. III. Proverb. XXV. Οὐδέν τοι Ἰωρῦ· Οὕτω τὺς φύλαϰας ἐϰάλουν Ἀθηναῖοι. καὶ ὁ νόμος ὁ παρ' αὐτοῖϛ ἐντὸς Ἰωρῦ ἐϰέλευεν εἶναι τὺς ἀνδροφόνους. τυτέϛι τῦ τόπυ, ἐν ᾧ τὰ φυλαϰτήρια ἦν. *Nihil Iori: Sic Athenienſes vocabant excubitores. Lexque apud eos extra Iorum eſſe iubebat homicidas: id eſt, extra locum, in quo excubiae erant.* Sed legendum eo loco, uti recte Schottus cenſet; Οὐδ' ἐντὸς Ἰωρῦ. *Neque intra Iorum.* Lucillus Tarrhaeus in Collect. Proverb. Οὔτ' ἐντὸς Ἰωρῦ. καὶ ὁ νόμος παρ' Ἀθηναίοις ἐντὸς Ἰωρῦ ἐϰέλευεν εἶναι τὺς ἀνδροφόνους. *Nec intra Iorum. Et lex apud Athenienſes extra Iorum eſſe iubebat homicidas.* Ac totidem quoque verbis Suidas in Ἰωρός.

Bona quoque univerſa amittebant. Demoſthenes in Ariſtocratem. Τῶν ἐϰ προνοίας (ἀνδροφόνων) δεδήμευται τὰ ὄντα. *Qui voluntarium homicidium commiſiſſent, eorum bona publicata.*

CAP. XVI.

Involuntariae caedis poena exilium; ſalvis tamen eius, qui occiderat, bonis; & exilium certo loco, temporeque definitum. Inde, venia a propinquis impetrata, poſtquam ſeſe expiaſſet, redibat. In exilio, ſi quis gravius vexaſſet mulctabatur. Ἐξέρχεσθαι. Φεύγειν. *Eadem poena tenebatur, qui conſilio interficiendi capto, vulnus tantum inflixiſſet.*

ET haec caedis voluntariae poena fuit. Si involuntariam quis commiſiſſet, is exilio mulctabatur. Theon in Paradigmate in homicidam. Καὶ ἐδὲ τοῖϛ ἀϰουσίοις φόνοις παντελῶϛ συγγνώμλω εἶασαν εἶναι, ἀλλὰ μισοῦσι μὲν μᾶλλον τὺς ἑϰουσίους. τιμωρίαν δὲ ϰἀϰείνοις εὑρήϰασι, φυγὴν τάξαντες. *Ac ne involuntariis quidem caedibus omnino ignoſcunt, verum voluntarias odere magis; ſed ſupplicium quoque his ipſis invenere, exilium conſtituentes.* Vtriuſque vero caedis, voluntariae nempe, & involuntariae poenas memorat Libanius Declam. XL. Δυοῖν ἀνδροφόνοιν, ὁ μὲν φυγὼν, ϰατέρχεται. ὁ δὲ, φεύγει ϰαθάπαξ, αὐτῷ ϰαϰαγνούς. ἢ, μὴ τῦτο ποιήσας, ἀποθνήσϰλ μένων. *Ex duobus homicidiis alter exulans, revertitur; alter exulet perpetuum, aut, ni fecerit, moritur manens.* Atque, ut vides, ob involuntariam caedem exulans revertebatur, nec perpetuo exulabat (b), ut qui reus voluntariae. Exulabat itaque dumtaxat certo tempore, & loco; hinc, placatis interfecti conſanguineis, & luſtratione facta, mox redibat (c). Adcurate id Demoſthenes nos docet Orat. in Ariſtocratem. Ὁ νόμ@ ϰελεύει ἢ ἀλόντα ἐπ' ἀϰουσίῳ φόνῳ ἔν τισιν ὡρισμένοις χρόνοις ἀπελθεῖν ταϰτὴν ὁδὸν, ϰαὶ φεύγειν, ἕως ἂν αἰδέσηταί τις ἢ ἐν γένει τῷ πεπονθότ@. πωιϰαῦτα δ' ἥϰειν δέδωϰεν, ἔϛιν ὃν τρόπον, ὄχ ὃν ἂν τύχῃ. ἀλλὰ ϰαὶ θῦσαι ϰαὶ ϰαθαρθῆναι. *Lex iubet involuntariae caedis damnatum ad certum tempus, ac certo quopiam intervallo abſcedere, & exulare, donec aliquem*

ἂν ἑλών τις ἀϰουσίῳ φόνῳ, ϰ᾽ ϛαφῶϛ ἐπιδειξας μὴ ϰαθαρὸν μετὰ ταῦτ' αἰδήσεται, ϰ᾽ ἀφῇ, οὐϰέτ' ἐϰβαλὼν ϰύρι@ τὸν αὐτόν ἐϛιν. οὐδὲ γὰρ ἂν ὁ παθὼν αὐτὸϛ ἀφῇ τοῦ φόνυ, πρὶν τελευτῆσαι τὸν δράσαντα, οὐδενὶ τῶν πολιτῶν λοιπῶν συγγενῶν ἔξεϛ' ἐπεξιέναι. *Idem,* Ἐν τῷ προϛ Ναυσίμαχον ϰ᾽ τοῦθ' οὕτω δίϰαιον ἐν πᾶσιν ἰϛχύϊ, ὡϛ' ἂν ἑλών τις ἀϰουσίῳ φόνῳ ϰ᾽ ϛαφῶϛ ἐπιδείξας μὴ ϰαθαρὸν, μετὰ ταῦτα αἰδήσεται, ϰαὶ ἀφῇ, οὐϰέτ' ἐϰβαλὼν ϰύρι@ τὸν αὐτόν ἐϛιν. *Hanc* αἴδεσιν *ſequebatur homicidae* ϰάθαρσις, *ſive luſtratio, quae ſanguinis fiebat ablutione ab iis, qui* Pharmaci *dicuntur. Euſtathius ad Vlyſſeae X.* ὅτι δὲ ϰαὶ δι' αἵματος ἦν ϰάθαρσις, αἱ ἱϛορίαι δηλοῦσιν, ὁποία ϰ᾽ ἡ τῶν φονέων. οἱ αἵματι νιπτόμμοι ϰαθάρσιον εἶχον αὐτό. λέγονται δὲ οἱ περὶ τὴν τοιαύτην τέχνην ϰ᾽ μάλιϛα οἱ τὰϛ πόλϛ ϰαθαίροντες Φαρμάϰοι. *Quinetiam Dominus, ſi quem ſervum ſuum occidiſſet, quamvis nemo ab illo poenas repeteret, ex his Legibus tenebatur volens* ἀπέχεσθαι ὁσίων ϰ᾽ ἱερῶν, ϰ᾽ ϰαθαρτῆναι. *Antipho* ἐν τῷ περὶ τοῦ χορϛτοῦ. τοσαύτην γὰρ ἀνάγϰην ὁ νόμ@ ἔχϛ, ὥϛε ϰ᾽ ἄν τις ϰτείνῃ τινά, ὧν αὐτὸϛ ϰρατεῖ, ϰ᾽ μὴ ἐϛιν ὁ τιμωρήσων, τὸ νομιζόμμον ϰ᾽ τὸ θεῖον δεδιὼϛ, ἀγνεύϊ τε ἑαυτόν, ϰ᾽ ἀφέξεται ὧν εἴρηται ἐν τῷ νόμῳ, ἐλπίζων οὕτως ἂν ἄριϛα πράξειν. *De his autem fortuitis caedibus iudicabant Ephetae in illo foro, cui a Pallade erat nomen, eodem prorſus ordine, quo Areopagitae.* Demoſthen. Ἐν τῷ ϰατ' Ἀριϛοϰράτους· δεύτερον δ' ἕτερον διϰαϛήριον, τὸ τῶν ἀϰουσίων φόνων φανήσεται συγχέων, τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ, ϰ᾽ γαρ ἐνταῦθ' ὑπόϰϊται πρῶτον μὲν διωμοσία, δεύτερον δὲ λόγ@, τρίτον δὲ γνῶσις τοῦ διϰαϛηρίου.

(a) *Demoſthenes* ἐν τῷ ϰατ' Ἀριϛοϰράτους. εἰ πάντα ταῦτά τις ἠγνόηϰεν, ἢ παρεληλυθασιν οἱ χρόνοι, ἐν οἷϛ ἔδϊ τούτων ἕϰαϛα ποιεῖν, ἢ διὰ ἄλλό τι ὐχὶ βούλεται τούτοις τὺς τρόπους ἐπεξιέναι, τὸν ἀνδροφόνον δ' ὁρᾷ περιϊόντα ἐν τοῖς ἱεροῖς, ϰ᾽ ϰατὰ τὴν ἀγοράν, ἀπάγϝ ἔξεϛιν εἰϛ τὸ δεσμωτήριον, οὐϰ ἀϰαδε, οὐδ' ὅποι βούλεταί τις, ὥσπερ σὺ δεδωϰας. ϰάνταῦθα ἀπαχθὲς, οὐδ' ὁτιοῦν, πρὶν ἂν ϰριθῇ, πείσεται· ἀλλ' ἐὰν μὲν ἁλῷ, θανάτῳ ζημιωθήσεται. ἐὰν δὲ μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων ὁ ἀπαγαγὼν, χιλίαϛ προσοφλήσϊ.

(b) Relegatus ſcilicet erat. *Ovid.* II. *Triſt.*

Adde quod edictum, quamvis immane minaxque,
Attamen in poenae nomine lene fuit.
Quippe relegatus, non exul dicor in illo.

(c) *Samuel Petitus* ad hanc legem: *Ex his autem docemur hunc* ἀπενιαυτισμὸν *deportationem eſſe, nam damnato caedis fortuitae, poenae pendendae locus certo ſpatio circumſcribebatur: intra vero hoc annuum tempus oportebat placaſſe aliquem e cognatis occiſi. Heſychius:* αἰδέσασθαι, τὸ ἔνοχον ὄντα φόνῳ ἀϰουσίῳ ϰ᾽ πεφυγαδευμένον ἐφ' ὡρισμένῳ χρόνῳ τοῦ τετελευτηϰότος ἐξιλάσασθαι ὡϛ εἰληφότα ἴϛην τιμωρίαν. *Demoſthenes in Midiana:* ἐπειθ' οἱ φονιϰοὶ νόμοι τοὺϛ ἀϰουσίως ἀποϰτινάντας αἰδέσεως ϰ᾽ φιλανθρωπίας πολλῆς ἠξίωσαν. *Vlpianus:* εἰ γὰρ δεηθείη τινος τῶν συγγενῶν τοῦ ἀνηρημένου, εἶτα ἐϰεῖν@ ἐπιτρέπϊ, ϰαταλύεται ὁ φόνος ἀϰουσιον δράσας. *Quamquam & ſi ante iudicium, & ἀπενιαυτισμὸν adverſarios placaſſet homicida, aut eum ipſum quem morti dabat, annuo hoc exilio non multabatur. Demoſthenes,* Ἐν τῷ προϛ Πανταίνετον. ὥϛε

Digitized by Google

quem interemti conſanguineum exoraverit. Tunc vero redire conceſſit, certo quodam ritu, non quovis modo, ſed & ſacra facere, & luſtrari. Homeri Scholiaſt. ad Iliad. ω. Ἐ'θ῾ην παρὰ τοῖς παλαιοῖς, τὸν ἀκούσιον φόνον ἐργασάμενον φεύγειν ἐκ πατρίδ῾ος, καὶ παραγίγνεσθαι εἴς τιν῾ος οἰκίαν ἀνδρὸς πλησίου, καὶ καθίζειν ἐπὶ τὴν ἑστίαν συγκεκαλυμμένον, καθαρσίων δεόμενον. *Mos erat apud Veteres, ut qui caedem involuntariam commiſiſſet, patria profugeret, & in viri propinqui domum ſe conferret, ac velatus iuxta focum conſideret, luſtrari ſupplex petens*. De exilio eſt Euripidis iſte locus in Oreſte:

Καλῶς ἔθεντο ταῦτα πατέρες οἱ πάλαι,
Εἰς ὀμμάτων μὲν ὄψιν οὐκ εἰῶν πέρᾳν,
Οὐδ' εἰς ἀπάντημ', ὅστις αἷμ' ἔχων κυρεῖ.
Φυγαῖσι δ' ὡσίουν, ἀνταποκτεῖναι δὲ μή.
Recte poſuerunt maiores olim haec;
Non ſinebant in conſpectum venire,
Neque in occurſum quiſquis ſanguinis reus eſſet;
Sed expiabant exilio, nec viciſſim occidere ſinebant.

Quod ad locum, unde reum exulare oporteret, adtinebat, is non ultra patriam interfecti extendebatur. Demoſthenes in citata ſtatim Oratione. Ἐ'ς πᾶσιν ὅρ῾ος τοῖς ἀνελοφόνοις, τ῾ο τῦ παθόντ῾ος εἴργεσθαι πατρίδ῾ος. *Terminus eſt homicidis omnibus, interfecti patria prohiberi*. Itaque & mulctam debebat, qui vexaſſet homicidam iſtiuſmodi, aut ſpoliaſſet ultra terminos exilii. Demoſthenes ibidem. Ἐ'άν τις τινὰ τ῾ων ἀνδροφόνων τ῾ων ἐξεληλυθότων, ὧν τὰ χρήματα ἐπίτιμα, πέρα ὅρων ἐλαύνῃ, ἢ ἄγῃ, τὰ ἴσα ὀφείλειν, ὅσπερ ὢν καὶ ἐν τῇ ἡμεδαπῇ δράσῃ. *Si quis aliquem homicidam, qui exceſſit, cuius bona ſunt ignominioſa, ultra terminos agitarit, vexarit, aut ſpoliaverit, eamdem mulctam debet, quam ſi in noſtra ditione eadem commiſiſſet*. Erat autem haec mulcta dupli (a). Adparet ex eiusdem verbis alio loco in eadem Oratione. Τοὺς δ' ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ἀποκτείνειν ἐν τῇ ἡμεδαπῇ, κ᾽ ἀπάγειν, ὡς ἐν τῷ ἄξονι, ἀγορεύει· λυμαίνεσθαι δὲ μὴ, μηδ' ἀποινᾶν, ἢ διπλᾶν ὀφέλειν, ὅσον ἂν καταβλάψῃ. *Homicidas liceat occidere in noſtra ditione, & in carcerem abducere, uti legum habet tabula, excruciare vero, aut pecuniam extorquere non liceat, aut duplum dati damni luendum* (b).

Qui autem ob caedem involuntariam exulabant, bona ſua in poteſtate retinebant, neque ea publicata, aut infamia. Hoc eſt, quod Demoſthenes dicit in citatis iſtis verbis. Ὧ῾ν τὰ χρήματα ἐπίτιμα, *quorum bona non ſunt ignominioſa*. Harpocration explicate id commemorat. Οἱ ἁλόντες ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ ἐξουσίαν εἶχον εἰς διοίκησιν τ῾ων ἰδίων. *Qui involuntariae caedis damnati eſſent, his permiſſum bona ſua adminiſtrare*. Quae & totidem verbis Suidas.

Et, quum in exilium irent, hi non Φεύγ῾ειν, *Fugere*, ſed Ἐ'ξέρχεσθαι, *Exire*, dicebantur. Id nos clare ipſa legis verba docent, quae Demoſthenes repraeſentat in citata toties Oratione. Ἐ'άν τις τινὰ τ῾ων ἀνδροφόνων τ῾ων ἐξεληλυθότων, ὧν τὰ χρήματα ἐπίτιμα, πέρα ὅρων ἐλαύνῃ. *Si quis aliquem homicidarum, ex iis, qui exierunt, quorum bona non ſunt ignominioſa, ultra terminos agitaverit*. Et exponit mox Demoſthenes. Τῶν ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ λέγει μεθεσηκότων. τῷ, τῦτο δῆλον; τῷ τε ἐξεληλυθότων ἐπεῖν. ἀλλὰ μὴ πεφευγότων, καὶ τῷ διορίζειν, ὧν τὰ χρήματα ἐπίτιμα. τ῾ων γὰρ ἐκ προνοίας, δεδήμευται τὰ ὄντα. *De his loquitur, qui ob caedem fortuitam ſolum verterunt. Vnde illud manifeſtum? quia dicit*, Exierunt, *non* Qui profugerunt; *tum quia diſtinguit*, Quorum bona non ſunt ignominioſa. *Etenim conſulto, qui*

(a) Si quis autem huiuſmodi exulantem occidiſſet, capital ei erat, & Ephetae ius dicebant. *Demoſthenes* ἐν τῷ κατ' Ἀριſοκράτους.

(b) Secus autem res ſe habebat, ſi exulem loco interdicto non abſtinentem in ius quis rapuiſſet, aut detuliſſet. Φόνῳ δὲ δίκας μὴ εἶναι ἐδαμῶ κατὰ τῶν τοὺς φεύγοντας ἐνδεικνύντων, ἐάν τις κατίῃ ὅποι μὴ ἔξεισιν. Caedis ne poſtulator unquam is, qui homicidam exulantem, eoque redeuntem, quo non licet, in ius ad Magiſtratum rapuerit, aut detulerit.

Lex eſt Draconis apud Demoſthenem ἐν τῷ κατὰ Ἀριſοκράτους, *qua ſtatuit quid iuris ſit in eum, qui caedis cauſa exulat, eoque redit, quo illi interdictum eſt: ſuperiori Lege caverat, ne quis eum extra Atticae fines exagitaret: qui ſecus faceret, ei potuiſſe dicam ſedis ſcribi ſanxit: hac vero Lege conſtituit in hanc poenam non incurrere, neque ei umquam poſſe dicam caedis ſcribi, qui hominem caedis cauſa exulantem, neque iis abſtinentem, quibus interdicebatur, ad Magiſtratum detulerit, aut abduxerit, atque ita exagitaſſe viſus ſit; eſt hic, meo iudicio, Legis ſenſus. Solebant itaque* ἐνδείκνυναι πρὸς τὸν Ἄ'ρχοντα *deferre ad Archontem homicidas* τοὺς κατιόντας ὅποι' μὴ ἔξεισι. *Illa, quibus arcebantur, ſunt* ἄγρα ἐφορία, ἄθλα, κ᾽ ἱερὰ Ἀμφικτυονικά. *Actio haec cuivis Athenienſium competebat: inter* τὰς γραφὰς *recenſet Pollux Lib.* VIII. *atque* ταύτας τὰς γραφὰς ἐξ῾ὧν τῷ βυλομένῳ γράφεσθαι: *unde Suidas:* ἐνδείκνυσιν ὁ βυλόμεν῾ος τῷ πολίτῃ; *de ea Grammaticorum filii:* ἔνδειξις, εἶδ῾ος δίκης δημοσίας, ὑφ' ἣν τοὺς ἐκ τῶν νόμων ἁλισκομένους τινῶν ἢ τόπων ἢ πράξεων, ἃ μὴ ἀπέχοιντο αὐτῶν, ὑπῆγον. *Debebat autem* ὁ ἐνδεικνύμεν῾ος *de ſcripto, ſive tabulis conſignatam* ἔνδειξιν *Magiſtratui tradere, ut poſſet poenas dare, ſi falſo detuliſſet. Pollux Lib.* VIII. ἔνδειξις δὲ ἦν πρὸς τὸν Ἄ'ρχοντα ὁμολογουμένου ἀδικήματ῾ος, ὑ κρίσεως, ἀλλὰ τιμορίας δεομένου. ὁ δὲ ἐνδεικνύμενος ἐν γραμματείῳ πρὸς τὸν Ἄ'ρχοντα τὴν ἔνδειξιν ἀπορεύει, ἵνα ὑπεύθυν῾ος ᾖ τῆς ψευδοῦς ἐνδείξεως. *Iudicium erat ſtatuere, quid poenarum luere, vel pendere oporteret. Suidas in* ἔνδειξις. Ἔ'πρατα τοῖς ἁλοῦσι τιμῶσιν, οἱ δικασταί, τί χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι. *Ergo non erat illius, qui deferebat ducere: unde Demoſthenes ibid.* ὅτι τε ἐνδεικνύναι δίδωσι τὸν ἀνδροφόνον, κ᾽ οὐκ αὐτὸν ἀγώγιμον οἴ᾽χεσθαι λαβόντα; *niſi ſi quis tamen in rem praeſentem veniſſet: poterat enim homicidam in ius rapere ad Magiſtratum, & abducere, cuius alioquin abſentis nomen deferebat, aut Magiſtratui indicare. Pollux Lib.* VIII. καὶ ἡ μὲν ἔνδειξις γίγνεται περὶ τῶν ὑ παρόντων. ἡ δ' ἀπαγωγὴ, ὅταν τις ὅτ' ἐξὸν ἐνδείσασθαι μὴ παρόντα. τοῦτον παρόντα ἐπ' αὐτοφόρῳ λαβὼν ἀπάγῃ. ὁ δὲ κίνδυν῾ος, ἐν χιλίαις. μάλιστα δὲ τοὺς καθιόντας, ὅποι μὴ ἔξεισιν, ἢ τοὺς ἀνδροφόνους ἐνδείκνυσαν. ἀφηγεῖσθαι δέ ἐστιν, ὅταν τις δι' ἀσθένειαν ἀπάγειν ὑ δύνηται, ἐπάγῃ τὸν Ἄ'ρχοντα ἐπ' οἰκίαν, οὗ τις τούτων ἀποκρύπτεται. *Falſo* ἐνδεικνύμεν῾ος ἀπαγόμεν῾ος *mille multabatur drachmis, ut eſt in his Pollucis. Diximus homicidas arceri ſacris, foro, territorio urbis, aliiſque, quo ſi veniſſent, periculum ingens ſibi creabant: licebatque* ἐνδείκνυναι, ἢ ἀπάγειν, ἢ ἀφηγεῖσθαι τοὺς κατιόντας ὅποι μὴ ἔξεισι, *nimirum intra patriae fines; nam ſacris, foro,* ἐφορίᾳ, *aliiſque, quibus illis erat Lege interdictum, non arcebantur intra fines urbis illius, in qua profugi ſedes ſuas fixerant. Demoſthenes ibid.* ἐὰν κατίῃ τις, ὅποι μὴ ἔξεισι, κ᾽ αὐτὸ τῦτο δίδωσιν, οὐχ ὅπη βύλεταί τις οὐκ ἔξεισι δὲ ποι; ἐξ ἧς ἂν φούγῃ τῆς πόλεως ποῦ. κ᾽ ἰσφόδρα σαφῶς τῦτο δηλοῖ. ἐάν τις κατίῃ, φησί. τῦτο δὲ οὐκ ἔσαι ἐπενεγκεῖν ἄλλῃ πόλει, πλὴν ἢν ἂν φεύγοι τις. ὅθεν γὰρ μηδεὶς ἐξέπεσέ τις τλὴ ἀρχλὴ, οὐκ ἔνι δήπῦ κατελθεῖν ὡς ταύτλην. Et haec quidem ad hanc Legem *Samuel Petitus* eruditiſſimus commentatus eſt.

Digitized by Google

qui committunt caedem, borum bona publicantur.

Qui occidere aliquem cupiens, neque potens, vulnus ei inflixiſſet, etiam huic exulandum. Lyſias Orat. in Simonem. Δῆλον ὅτι καὶ οἱ τοὺς νόμους ἐνθάδε θέντες, οὐκ εἴ τινες μαχεσάμενοι ἔτυχον ἀλλήλων κατεάξαντες τὰς κεφαλὰς, ἐπὶ τούτοις ἠξίωσαν τῆς πατρίδος φυγὴν ποιήσασθαι, (ἢ πολλούς γ' ἂν ἐξήλασαν,) ἀλλ' ὅσοι ἐπιβουλεύσαντες ἀποκτεῖναί τινας ἔτρωσαν, ἀποκτεῖναι δ' οὐκ ἠδυνήθησαν, περὶ τ' τοιούτων τὰς τιμωρίας οὕτω μεγάλας κατεγήσαντο. ἡγούμενοι, ὑπὲρ ὧν ἐβούλευσαν, κὰν προνοήθησαν, ὑπὲρ τούτων προσήκειν αὐτοῖς δίκην δοῦναι, εἰ κὰν μὴ κατέσχον, ὀδὲν ἧττον τό γε ἐπ' ἐκείνων πεποιῆσθαι. *Conſtat autem eos, qui hic leges tulerunt, ſi quis pugnando alteri caput confregiſſet, non ideo patria eum profugere voluiſſe, (alioqui multos ſane eieciſſent,) ſed ſi qui certo conſilio conati aliquem interficere, neque illud potuiſſent, tamen eum vulneraſſent, his ſupplicium adeo magnum ſtatuerunt; arbitrati ipſos dare eorum poenas oportere, quae conſilio facere deliberato voluiſſent. Nam propoſitum etſi haud adſequuti eſſent, tamen, quod in ipſis erat, id feciſſe.* Ac redire, ſi quis forte, ſpreta lege, auſus eſſet, mortis poena conſtituta. Clare docet idem Lyſias in Andocidem. Ἂν μέν τις ἀνδρὸς σῶμα τρώσῃ, κεφαλὴν, ἢ πρόσωπον, ἢ χεῖρας, ἢ πόδας, αὐτὸς μὲν, κατὰ τοὺς νόμους τοὺς ἐξ Ἀρείου πάγου, φεύξεται τὴν τῆ ἀδικηθέντι πόλιν, τῆ τραύματι ἀκ προνοίας. κὰν ἐὰν μέν τινα, ἐνδειχθεὶς θανάτῳ ζημιωθήσεται. *Si quis alicuius corpus, caput, faciem, manus, pedes vulneraverit, iuxta leges Areopagi, ob inflictum ex deſtinata voluntate vulnus, exulabit ea urbe, quam inhabitat, qui iniuria eſt adfectus; ac, ſi redeat, accuſatus capite luet.*

Certe, qui vel conſilio capto vitae alicuius eſſet inſidiatus, homicida cenſebatur. Antiphon Orat. XI. Ἀπολύει δὲ μὲν καὶ ὁ νόμος, καθ' ὃν διώκομαι· τὸν γὰρ ἐπιβουλεύσαντα, κελεύει φονέα εἶναι. *At me etiam lex abſolvit, iuxta quam nunc reus agor, nam conſilium ſi quis occidendi ceperit, eum illa homicidam eſſe iubet* (a).

CAP. XVII.

Res inanimatae quoque, per quas caedes facta eſſet, exterminatae; idque ex Draconis lege.

ADeo autem caedis veniam minime faciendam eſſe exiſtimabant, ut res quoque inanimatas, lignum, lapidem, ferrum, & talia queis patrata caedes foret, quaſi in exilium agentes, extra terminos proiicerent. AEſchines Orat. in Cteſiphontem. Τὰ μὲν ξύλα, καὶ τοὺς λίθους, καὶ τὸν σίδηρον, τὰ ἄφωνα καὶ ἀγνώμονα, ἐάν τιν' ἐμπεσόντα ἀποκτείνῃ, ὑπερορίζομεν. *Ligna quidem, lapideſque, item ferrum, quae & voce, & mente carent, ſi, in aliquem delapſa, eum occiderint, extra terminos proiicimus.* Demoſthenes in Ariſtocratem. Ἐὰν λίθος, ἢ ξύλον, ἢ σίδηρος, ἤ τι τοιοῦτον, ἐμπεσὸν πατάξῃ, καὶ τὸν μὲν βαλόντα ἀγνοῇ τις. αὐτὸ δ' εἰδῇ, καὶ ἔχῃ, τὸ τὸν φόνον ἐργασμένον, τούτοις ἐνταῦθα λαγχάνεται. *Si lapis, aut lignum, aut ferrum, aut tale quidpiam illapſum percuſſerit, atque aliquis ignoret, quis coniecerit, illud vero, quo ſit perpetrata caedes, norit ipſe, habeatque, de his rebus in hoc loco iudicium datur.*

Atque ita lege quadam Draco iuſſerat. Pauſanias Eliac. II. Καὶ οἱ Θάσιοι καθαιροντες τὴν εἰκόνα, ἐπακολουθήσαντες γνώμῃ τῇ Δράκοντος. ὃς Ἀθηναίοις θεσμοὺς γράψας φονικοὺς, ὑπερώρισε καὶ τὰ ἄψυχα, εἴγε ἐμπεσόν τι ἐξ αὐτῶν ἀποκτείναν ἄνθρωπον. *Thaſii ſtatuam in mare deiiciunt, Draconis ſententiam ſequuti, qui quum leges Athenienſibus ſcriberet, ſanxit, ut inanimata etiam, ſi eorum quid fortaſſe corruens hominem occidiſſet, finibus eiiceretur* (b). Scholiaſtes AEſchyli ad Septem Thebanam. Ὃς κὰ παρὰ Δράκοντι τῷ νομοθέτῃ. ἐκεῖνος γὰρ, ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ἁμαρτάνειν, φησὶ, κὰν ὄφρακον ᾖ τὸ ἀποκτεῖναν, κὰν ξύλον, κὰν σίδηρος, κὰν χαλκὸς, συνεκβάλλεσθαι. Suidas in Νίκων. Κατὰ νόμον Δράκοντος Ἀθηναίοις, ὑπερορίζοντος φονεύοντα καὶ τὰ ἄψυχα. *Secundum legem Draconis Athenienſis, qui exterminabat, & inanimata, ſi quae hominem occiderent.* Ac iudicium iſtis proprium, quod ad Prytaneum dicerent, dico pluribus Areopagi capite ultimo.

CAP. XVIII.

Impunitae tamen caedes quaedam, ac permiſſae, ut athletae, & in via, qui vim aliquam intentaret, tum exiſtimati hoſtis, atque moechi. Inſuper & medicus inſons habebatur. Denique, qui remp. everteret, aut everſa item ea aliquem magiſtratum gereret, iure occiſus cenſebatur.

NEc punita tamen quaevis homicidia, verum aliqua & permiſſa. Demoſthenes adverſus Leptinem. Ὅμως οὐκ ἀφέλετο τὴν τοῦ δικαίου τάξιν, ἀλλ' ἔθηκεν ἐφ' οἷς ἐξεῖναι ἀποκτιννύναι. κὰν οὕτω τις δράσῃ, καθαρὸν διώρισεν εἶναι. *Nec tamen iuris ordinem ſuſtulit, ſed definivit, propter quae liceret caedem facere; &, ſi quis eo modo caedem feciſſet, purum fore pronuntiavit.* Legem autem ipſam habemus apud eumdem Orat. in Ariſtocratem. Ἐάν τις ἀποκτείνῃ ἐν ἄθλοις ἄκων, ἢ ἐν ὁδῷ (c) καθελὼν, ἢ ἐν πολέμῳ ἀγνοήσας, ἢ ἐπὶ δάμαρτι, ἢ ἐπὶ μητρὶ, ἢ ἐπ' ἀδελφῇ, ἢ ἐπὶ θυγατρὶ, ἢ ἐπὶ παλλακῇ, ἢ ἣν ἂν ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν ἔχῃ, τέτων ἕνεκα μὴ φεύγει κτείνοντα. *Si quis occiderit in certa-*

(a) *Paulus Lib. V. Sententiarum ſub titulo D. ad L. Corneliam De Sicariis &c. Conſilium enim uniuſcuiuſque, non factum puniendum eſt. Ideoque qui cum vellet occidere, caſu aliquo perpetrare non potuit, ut homicida punitur &c.* & paſſim Iureconſulti.

(b) Eadem docet idem Auctor in *Atticis*. Non abludens ſuperſtitioſae obſervationis exemplum apud Athenienſes vide apud *AElian. Lib.* VIII. *Var. Hiſtor. Cap.* III.

(c) Heinc intelligitur, ſi quis alium, qui in inſidiis eſſet, occidiſſet, impune illi eſſe. Ita e veteribus exponit *Euſtathius* ad *Iliad.* A. Φησὶ δὲ ὁδὸν μὲν ἐλθεῖν τὸ τοὺς ἀρισεῖς εἰς λόχον ἀπελθεῖν, ὡς δοκεῖ τοῖς Παλαιοῖς. οἱ δὲ ἀπὸ Δημοσθένους φέρουσι χρῆσαν, εἰπόντος ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους, τὸ, ἐν ὁδῷ καθελὼν, ἀντὶ τοῦ ἐν λόχῳ. Grammatici: ὁδός. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους φησὶ, ἢ ἐν ὁδῷ καθελὼν, ἀντὶ τοῦ ἐν λόχῳ καὶ ἐνέδρᾳ.

Digitized by Google

certaminibus invitus, aut in itinere prostraverit, aut in bello imprudens, aut deprehensum apud uxorem, aut apud matrem, aut apud sororem, aut apud filiam, aut apud concubinam, aut eam, quam liberorum ingenuorum suscipiendorum causa habeat, ob hanc, qui caedem fecerit, ne exulato. Ac quod primum quidem caput, de athletae caede, adtinet, id & Alexander memorat libro de figuris sensus, & dictionis, cap. Περὶ ἀντιλογίας. Ε'άν τις ἐν ἄθλοις τινὰ ἀποκτείνῃ, τοῦτον ὁ νομοθέτης ὥρισε μὴ ἀδικεῖν. *Si quis quemquam in certaminibus interfecerit, eum legislator nullam iniuriam feciſse ſtatuit.* Atque legis rationem mox Demosthenes exponit in citata Oratione. Καί τοι σκέψασθε, ὡς ὁσίως, καὶ καλῶς, ἅπαντα διεῖλεν ὁ ταῦτα ἐξαρχῆς διελθών. ἄν τις ἐν ἄθλοις ἀποκτείνῃ τινὰ, τοῦτον ὥρισεν οὐκ ἀδικεῖν. διὰ τί; ὅ τὸ συμβὰν ἐσκέψατο, ἀλλὰ τὴν τοῦ δεδρακότος διάνοιαν. ἔξι δὲ ἄυτη τί; ζῶντα νικῆσαι, οὐκ ἀποκτεῖναι. εἰ γὰρ ἐκεῖνος ἀσθενέστερος ἦν ἢ ὑπὲρ τῆς νίκης ἐνεγκεῖν πόνον, αὐτὸς ἑαυτῷ τοῦ πάθους ἡγήσατο. διὸ τιμωρίαν οὐκ ἔδωκεν ὑπὲρ αὐτοῦ. πάλιν, ἂν ἐν πολέμῳ, φησὶν, ἀγνοήσας, καὶ τοῦτον εἶναι καθαρόν. καλῶς. εἰ γὰρ ἐγώ τινα, ἢ ἐναντίων εἶναι οἰηθεὶς, διέφθειρα, οὐ δίκην ὑπέχειν, ἀλλὰ συγγνώμης τυχεῖν, δίκαιός εἰμι. ἢ ἐπὶ δάμαρτί, φησιν, ἢ ἐπὶ μητρὶ, ἢ ἐπὶ ἀδελφῇ, ἢ ἐπὶ θυγατρὶ, ἢ ἐπὶ παλλακῇ, ἢ ἣν ἂν ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν ἔχῃ, καὶ τὸν ἐπ' τούτων τινὰ ἀποκτείναντα ἀθῷον ποιεῖ. πάντων γε ὀρθώταλα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτον ἀφιείς. Et quae sequuntur. *Atqui conſiderate, quam ſancte, & praeclare, ſingula diſtinxerit is, qui primum haec percenſuit. Si quis in certaminibus aliquem occiderit, hunc inſontem eſſe definiit: quamobrem? non eventum conſideravit, ſed eius, qui fecerit, animum. Is vero quis fuit? viventem ſuperare, non occidere. Quod ſi ille infirmior fuit, quam ut ferre poſſet, eum, quem Victoria requirit, laborem ipſum eius mali ſibi cauſam exſtitiſſe cenſuit; ideoque mortem eius ulciſci noluit. Rurſus. Si in bello, inquit, imprudens, & hunc eſſe purum. Recte. Si enim ego, hoſtem eſſe ratus, quempiam occidero, non dare poenas, ſed veniam impetrare debeo. Si apud uxorem, inquit, aut apud matrem, aut apud ſororem, aut apud filiam, aut apud concubinam, aut eum, quam ingenuae ſobolis procreandae cauſa apud ſe habuerit, eum etiam, qui propter haec aliquem occiderit, indemnem facit. Et omnium quidem iuſtiſſime, Athenienſes, hunc dimittis.*

Impune etiam licebat vim intentantem e veſtigio occidere. Demoſthenes paulo poſt. Καὶ ἐὰν φέροντα ἢ ἄγοντα βίᾳ ἀδίκως, εὐθὺς ἀμυνόμενος κτείνῃ, νηποινεὶ τεθνάναι κελεύει. *Quod ſi quem per vim iniuſte ſpoliantem, aut abducentem, conſeſtim vindicans interfecerit, impune occiſum eſſe iubet.* Libanius Declam. XXXIII. Α'ν μέν τις ἁφαιρῆται των χρημάτων, ἔδωκεν (ὁ νομοθέτης) εὐθὺς ἀμυνομένῳ κτεῖναι· κἂν καθαρὸς ὁ τοῦτο δράσας νενόμισται. *Si quis alium bonis ſpoliaverit, conceſſit (legislator) ut illico vindicans interficiat: quique id feciſſet, purus cenſebatur* (a).

De moechis ſupra a me dictum Cap. v.

Medicum quoque, ſi interfeciſſet aegrum, lex inſontem iudicabat. Antiphon Orat. XII. Εἰ δ' ἔτι καὶ ὑπὸ τοῦ ἰατροῦ ἀπέθανεν, ὡς οὐκ ἀπέθανεν, ὁ μὲν ἰατρὸς ὑ φονεὺς αὐτοῦ ἐστιν. ὁ γὰρ νόμος ἀπολύει αὐτόν. *Si inſuper etiam a medico interfectus fuiſſet, uti nec eſt interfectus, non ideo medicus eſt illius homicida; ſiquidem lex eum abſolvit* (b).

Etiam qui remp. evertiſſet, aut everſa quoque ea magiſtratum tenuiſſet, impune occidebatur. Repraeſentat verba legis Andocides in Orat. de Myſteriis. Ε'άν τις δημοκρατίαν καταλύῃ τὴν Α'θηναίων, ἢ ἀρχήν τινα ἀρχῇ καταλελυμένης τῆς δημοκρατίας, πολέμιος ἔστω Α'θηναίων, καὶ νηποινεὶ τεθνάτω. καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ δημόσια ἔστω. καὶ τὸ θεοῦ τὸ ἐπιδέκατον. ὁ δ' ἀποκτείνας τὸν ταῦτα ποιήσαντα, καὶ ὁ συμβουλεύσας, ὅσιος ἔστω, καὶ εὐαγής. *Si quis populareem Athenienſium ſtatum everterit, aut eo everſo, magiſtratum ullum geſſerit, Athenienſium hoſtis eſto, & impune occidatur, bonaque eius publi-*

(a) *Sam. Petitus* ad hanc legem: *Eſtque naturae ipſius Lex, cuius cauſas M. Tullii in Miloniana verbis aperiemus.* Eſt igitur, iudices, haec non ſcripta, ſed nata Lex, quam non didicimus, accepimus, legimus: verum ex natura ipſa adripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus: ut, ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, ſi in tela, aut latronum, aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendae ſalutis. Silent enim Leges inter arma, nec ſe expectari iubent, quum ei, qui expectare velit, ante iniuſta poena luenda ſit, quam iuſta repetenda. *Non enim iniuria refertur, ſed repellitur, & vi vis illata vindicatur. Quare prima hac de re ſancita Lex, & ſcripta Rhadamanthum habet auctorem. Apollodorus Bibliothecae Libro II. ubi de Hercule, qui Linum occiderat.* Δίκην δὲ ἐπαγόντων τινῶν αὐτῷ φόνου, παρανέγνω νόμον Ῥαδαμάνθυς, λέγοντος. ὃς ἂν ἀμύνεται τῶν χρῶν ἀδίκων ἅρξαντι, ἀθῷον εἶναι; & *optime vetus Scriptor apud Suidam:* καθάπερ ἐπὶ τῶν κατ' ἰδίαν ἀδικήματα εἰ νομοθέται καὶ δικασταὶ πάσας τῶν συμβαινόντων βλάβας ἐκ ἐπὶ τὸν αἰεξόμενον, ἀλλ' ἐπὶ τὸν ἄρξαντα χρῶν ἀδίκων ἀναφέρουσι. *Cautiones tamen adhibet Draco: primum enim cavetur, ut ſtatim ac illata fuerit vis, & iniuria, vindicetur, tempuſque negat ſtruendis inſidiis, quibus opprimat eum, qui iniurias intulerat. Demoſthenes:* φράσασθε, πρὸς Διος, ὡς οὐ τῶν μὲν ὑφ' ὧν εἰς ἔξεστιν κτείνειν, προσγράψαι εὐθὺς, ἀφεῖλε τὸν τοῦ βουλεύσασθαί τι κακὸν χρόνον. *Deinde illi ſoli licet, cui vis ſit illata, non alteri. Demoſthenes* τῷ δὲ, ἀμύνομενον, γράψαι, δηλοῖ, τῷ πάσχοντι δίδωσι τὴν ἐξουσίαν, οὐκ ἄλλῳ τινί. ὁ μὲν δὴ νόμος, διὰ ταῦτα αὐτὸς ἀμυνομένῳ δέδωκεν ἀποκτεῖναι. *Atque, qui iure ſe occidiſſe fatebantur, cauſam in foro,* τῷ ἐπὶ Δελφινίῳ, *dicebant. Demoſthenes ibidem* τρίτον δὲ ἕτερον πρὸς τούτοις δικαστήριον, ὃ πάντων ἁγιώτατα τούτων ἔχει καὶ φρικωδέστατα, ἂν τις ὁμολογῇ μὲν κτεῖναι, ἐννόμως δὲ φῇ δεδρακέναι. τοῦτο δέ ἐστι, τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ· δικάζουσι γάρ μοι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ζητεῖσαι τοῦτο πρῶτον ἁπάντων οἱ περὶ τούτων ἐν ἀρχῇ τὰ δίκαια ὁρίσαντες, πότερ' οὐδένα χρὴ φόνον ὅσιον εἶναι νομίζειν, ἢ τινά; ἔσθ' ὅσιον νομιστέον. λογιζόμενοι δὲ ὅτι μητέρα Ὀρέστης ἀπεκτονώς, ὁμολογῶν, θεῶν δικαίων τυχὼν ἀποφυγδάνῃ, νομίσαι δίκαιον τινα εἶναι φόνον. ἢ γὰρ ἂν τὰ γε μὴ δίκαια θεοὺς ψηφίσασθαι, ὡς δὲ τοῦτο ἐνόμισαν, γράφουσιν ἤδη κἀ διορίζουσι ζαφῶς ἐφ' οἷς ἐξεῖη ἀποκτιννύναι. *Vt autem ſignificarent iure ſe occidiſſe, Soli gladium oſtendebant; liquet Oreſtis exemplo apud Euripidem, & adnotant Scholia.* εἰώθασιν οἱ ἀνελόντες τινὰ δικαίως, ὡς οἴονται, τῷ ἡλίῳ τὸ ξίφος δεικνύναι, σύμβολον τοῦ δικαίως πεφονευκέναι.

(b) *Plinius Lib.* XXVIIII. *Cap.* I. de Medicis agens: *Nulla praeterea Lex, quae puniat inſcitiam capitalem. Nullum exemplum vindictae. Diſcunt periculis noſtris; et per experimenta mortes agunt. Medicoque tantum hominem occidiſſe ſumma impunitas eſt.*

Digitized by Google

publica, & pars decima, deae ſacra, quique talia molientem interfecerit, aut conſilia, qui coniunxerit, innocens, & pius eſto.

CAP. XIX.

Etiam ſeipſum licitum interficere, impetrata venia a magiſtratu; alias qui ſe occidiſſet, veluti indignus ſepultura civium, familiae monumento inferri vetitum, ſimpliciter, & ſine ullo honore terrae mandabatur; tum & manus, quae id facinus perpetraſſet, amputata ſeorſim ſepeliebatur. In funere interfecti, haſtam propinqui efferebant; atque ad tumulum defigentes, ſe vindictam caedis cupere teſtabantur; tum initium eius rei indicatum. Viro vero Athenienſi extra Atticam interfecto, niſi deditus fuiſſet, qui occiderat, eius loco tres e civibus eius loci lex abducere iubebat, qui pro homicida luerent; & haec res Ἀνδροληψία, *&* Ἀνδρολήψιον *dicebatur.*

INſuper licebat quoque ſe occidere, impetrata a magiſtratu poteſtate. Libanius Declam. XII. Παραινέσαιμι δ' ἂν ἐπιτρέψαι μοι χρῆσθαι τοῖς παρὰ νόμῳ, ὅσις φησί· τὸν δὲ ἐθέλοντα ζῆν, πρὸς τὴν βουλὴν τοῦτο ἀπόντα, τυχόντα τῆς χάριτος, ἀπελθεῖν. *Suaderem tamen, ut ſinerent me beneficio legis uti, quae ſic dicit. Qui vivere nolit, magiſtratui indicato, gratiaque impetrata, vita excedito.* Et huc pertinent, quae dicit idem Declam. VIII. Συμφορώτατον ἁπάντων τοῦτον (τὸν νόμον) ἔγραψεν, ὃν νῦν ἔχων ἀφίγμαι σύμμαχον. ὅσις, φησὶ, βαρύνῃ τὸ ζῆν, ἀπόθνησκε. περικλύζῃ κακοῖς, πῖνε κώνειον. πιέζῃ συμφοραῖς, ἄπιθι. λεγέτω μὲν ὁ δυσχῶν τὰ πάθη, διδότω δὲ ἡ βουλὴ τὸ φάρμακον, λυέσθω δὲ ἡ λύπη τῷ θανάτῳ. *Utiliſſimam ſuper his omnibus (legem) ſcripſit, quam nunc adiutricem habens huc veni. Quiſquis es, inquit, cui vita gravis eſt, morere; malis immergeris, bibe cicutam; aerumnis opprimeris, abi, & morere; recitet miſer aerumnas ſuas, & remedium det ſenatus, ac ſolvatur morte maeror.* Et obſerva ipſa illic legis verba. Oportebat vero exponere cauſas, ob quas mori vellet; nempe aut mutilatum corpus, aut maiorem medicina morbum aliquem, aut orbitatem, aut iacturam facultatum, quae res vitam acerbam reddebant. Libanius idem, de avaro, moriendi poteſtatem a ſenatu poſtulante, Declam. X. Δεῖξόν, φησι, τὸ σῶμα λελωβημένον, ὅ, τι νόσημά σε κατέχον ἰατρικῆς μεῖζον, ἢ τοὺς παῖδας ἀπολωλεκὼς, ἢ τὴν οὐσίαν ὅλην. *Oſtende, ait, mutilatum corpus, aut morbum aliquem incurabilem, aut amiſſos liberos, aut facultates.* Alias, ſi quis ſeipſum occidiſſet, amputata manus ſeorſim ſepeliebatur. AEſchines Orat. in Cteſiphontem. Ἐάν τις αὐτὸν διαχρήσεται, τὴν χεῖρα, τὴν τοῦτο πράξασαν, χωρὶς τοῦ σώματος θάπτομεν. *Si quis ſemet interfecerit, eius manum, quae id fecit, ſeorſim a corpore ſepelimus* (a).

Illud quoque hic dicendum: quod ſi quis occiſus eſſet, haſtam cum cadavere propinqui eius efferebant; &, ad tumulum illam ipſam defigentes, ſe vindictam caedis cupere teſtabantur. Suidas. Ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ, καὶ προσαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι. ἐπὶ τοῖς βιαίως ἀποθανόντος ταῦτα πράττεται. διὰ τί; νόμον εἶναι τοῖς προσήκουσι τοῦτον τὸν τρόπον μετέρχεσθαι τὰς φονέας. *In funeris elatione haſtam adferre, & ad tumulum compellare. Et haec fiunt in funere eius, qui morte violenta periit. Nam lex erat, ut propinqui eos, qui occidiſſent, hoc modo perſequerentur.* Quae totidem verbis Harpocration, & Etymologici Auctor. Demoſthenes de tali funere Orat. in Evergum. Εἶπόν μοι. ἡμεῖς τοίνυν σοι τὰ μὲν νόμιμα ἐξηγησόμεθα, τὰ δὲ σύμφορα παραινέσομεν. πρῶτον μὲν, ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ, καὶ προσαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι, εἴ τις προσήκων ἐστὶ τῆς ἀνθρώπου. *Inquiunt mihi; nos itaque tibi, & de iure reſpondebimus, & utilia conſulemus. Primum, ut in efferendo funere haſtam adferas, & ad tumulum compelles, ſi quis ibi mortuae propinquus adſit.* Atque fieri id coeptum ab Erechtheo uſque rege, qui in funere Procridis filiae, Cephalique ita fecerit, referunt ex Iſtro nobis Harpocration, & Suidas, quos iam proxime citavi.

Neque hoc praetermittendum, ſi Athenienſis aliquis extra Atticam caeſus foret, nec petenti homicida dederetur, lex ſinebat tres e civibus, qui pro homicida luerent, pignori capere. Et haec res Ἀνδροληψία, & Ἀνδρολήψιον, dicebatur. Suidas. Ἐάν ἔξω τῆς Ἀττικῆς ἀνὴρ Ἀθηναῖος τελευτήσε, καὶ μὴ ἐξεδίδοσαν οἱ ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει, ἐν ᾗ τὸ ἔργον ἐπράχθη, τὸν δοκοῦντα ἐν τῇ αἰτίᾳ εἶναι, ἐφέτο ἐκ τοῦ νόμου τρεῖς τῶν ἐκείνου πολιτῶν ἄγειν εἰς Ἀθήνας, δίκαιον ὑφέξοντας τοῦ φόνου. καὶ τοῦτο Ἀνδροληψιον ἐκαλεῖτο. *Si extra Atticam vir Athenienſis interfectus eſſet; & illi, qui urbem inhabitabant, in qua facinus patratum, eum, qui in culpa eſſe videretur, dedere nollent, lege tres ex civibus Athenas abducere permittebatur, caedis iudicium, & poenam ſubituros, reſque ea Androlepſion dicebatur.* Idem videre eſt apud Etymologici Auctorem, Harpocrationem, & Pollucem lib. VIII. cap. VI. Meminit Demoſthenes in fine Ariſtocrateae. Τὸ ἀνδροληψιον, παρ' οἷς ἂν ὁ δράστας ᾖ, ἐὰν μὴ διδόασι δίκας, κελεύουσιν οἱ νόμοι μέχρι τριῶν εἶναι.

(a) De voluntaria ſui caede varie a Sapientibus decretum eſt, probantibus aliis, aliis improbantibus, quibusdam rem temperamento quodam lenientibus, aut heic Athenienſes feciſſe videmus. Ceterum id *Plato* damnat in *Timaeo*, & talem exitum, non viri fortis, ac magnanimi, ſed contra timidi, & ignavi eſſe demonſtrat *Ariſtoteles* III. *Nicomach. Capit.* VII. & *Auguſtinus Lib.* I. *De Civ. Dei Cap.* XXII. Tamen ἀποκαρτέρησις Stoicis vehementer adriſit, ut nihil ſit apud illos celebrius. Quaedam quoque gentes maxime probarunt, de quibus *Lucanus*.

Prob! quanta eſt gloria gentis
Iniecisse manum fatis, vitaque repletos
Quod ſupereſt donaſſe deis.

Ceterum ſibi manus inferre omnino improbandum. Nam, ut *Auguſtinus* ait, *cur homo, qui mali nihil facit, ſibi male faciat, & ſeipſum interficiendo, hominem interficiat innocentem, ne alium patiatur nocentem: atque in ſe perpetret peccatum proprium, ne in eo perpetretur alienum?* Heine merito Lege Thebanorum αὐτοχεῖρες notabantur infamia, ut refert ex Ariſtotele *Zenobius Cent.* VI. *Proverb.* XVII. Et tale auſum in ſuis Virginibus Mileſii ſevere punierunt, ut refert *Gellius Lib.* XV. *Cap.* X.

Digitized by Google

Viros vero pignori capere illic, ubi homicida fuerit, niſi ius dare velint, lex iubet uſque ad tres licere. Ac verba legis alibi refert in eadem Oratione. Ε'άν τις βιαίῳ θανάτῳ ἀποθάνῃ, ὑπὲρ τούτου τοῖς προσήκουσιν εἶναι τὰς ἀνδροληψίας, ἕως ἂν ἢ δίκας τῷ φόνῳ ὑπόσχωσι, ἢ τοὺς ἀποκτείναντας ἐκδῶσι. τὴν δὲ ἀνδροληψίαν εἶναι μέχρι τριῶν, πλέον δὲ μή. *Si quis violenta morte occubuerit, in eius ultionem neceſſariis corpora pignerare, quoad iudicium caedis, poenaſque ſubierint, vel homicidas dediderint. Pigneratio vero ad tres uſque, neque amplius eſto.*

CAP. XX.

Actio homicidii cognatorum erat. Iuramentum de calumnia rigidiſſimum, actoris pariter, & teſtium; idque quomodo fieri ſolitum. Reus autem vades dabat. Iudicium ſub dio factum, & id quare. Poena eius, qui damnatum homicidam, quive necdum condemnatum occidiſſet.

ET actio quidem homicidii ad cognatos pertinebat. Demoſthenes Orat. in Evergum. Κελεύει γὰρ ὁ νόμος, ὦ ἄνδρες δικασταί, τοὺς προσήκοντας ἐπεξιέναι μέχρις ἀνεψιαδῶν. καὶ ἐν τῷ ὅρκῳ διορίζεται, ὅτι προσῆκόν ἐστι, κἂν οἰκέτης ᾖ, τούτων τὰς ἐπισκήψεις εἶναι. *Iubet enim lex, viri iudices, ut cognati caedes proſequantur, uſque ad ſobrinos; & in iureiurando cavetur debere, ſi vel ſervus ſit, hos eosdem eadem perſequi.* Verba legis, quae praeſcribit & hoc ipſum, & agendi rationem univerſam, idem memorat Demoſthenes in Macartatum. Προσφπεῖν τῷ κτείναντι ἐν ἀγορᾷ ἐντὸς ἀνεψιότητος, καὶ ἀνεψιῷ. συνδιώκειν δὲ καὶ ἀνεψιῶν παῖδας, καὶ γαμβροὺς, καὶ ἀνεψιοὺς, καὶ πενθεροὺς, καὶ ἀνεψιαδοῦς, καὶ φράτορας. ἐὰν δὲ αἰδεσάσθαι δέῃ, ἐὰν μὲν πατὴρ ᾖ, ἢ ἀδελφὸς, ἢ υἱεῖς, πάντας ἢ τοὺς κωλύοντα κρατεῖν. ἐὰν δὲ τούτων μηδεὶς ᾖ, κτείνῃ δ' ἄκων, γνῶσι δὲ οἱ πεντήκοντα εἷς ἐφέται ἄκοντα κτεῖναι, ἐσέσθων οἱ φράτορες, ἐὰν θέλωσι, δέκα. τούτοις δὲ οἱ πεντήκοντα εἷς ἀριστίνδην αἱρεόσθων. καὶ οἱ πρότερον κτείναντες ἐν τῷ θεσμῷ ἐνεχέσθων. τοὺς δὲ ἀπογινομένους ἐν τοῖς δήμοις, ὃς ἂν μηδεὶς ἀναιρῆται, ἐπαγγελλέτω ὁ δήμαρχος τοῖς προσήκουσιν ἀναιρεῖν, καὶ θάπτειν, καὶ καθαίρειν τὸν δῆμον, τῇ ἡμέρᾳ ᾗ ἂν ἀπογένηται ἕκαστος αὐτῶν. ἐπαγγέλλειν δὲ περὶ μὲν τῶν δούλων τῷ δεσπότῃ, περὶ δὲ τῶν ἐλευθέρων τοῖς τὰ χρήματα ἔχουσιν. ἐὰν δὲ μὴ χρήματα τῷ ἀποθανόντι, τοῖς προσήκουσι τοῦ ἀποθανόντος ἐπαγγέλλειν. ἐὰν δὲ τὸ δημάρχου ἐπαγγέλλοντος μὴ ἀναιρῶνται οἱ προσήκοντες, ὁ μὲν δήμαρχος ἀποµισθωσάτω ἀνελεῖν, καὶ καθάραι τὸ δῆμον αὐθημερόν, ὅπως ἂν δύνηται, ὀλιγίστου. ἐὰν δὲ μὴ ἀποµισθώσῃ, ὀφειλέτω χιλίας δραχμὰς τῷ δημοσίῳ. ὅτι δ' ἂν ἀναλώσῃ. διπλάσιον πραξάσθω παρὰ τῶν ὀφειλόντων. ἐὰν δ' μὴ πράξῃ, αὐτὸς ὀφειλέτω τοῖς δημόταις. τοὺς δὲ μὴ ἀποδιδόντας τὰς µισθώσεις τῶν τεμενῶν τῶν τῆς θεοῦ, καὶ τῶν ἄλλων θεῶν, καὶ τῶν ἐπωνύμων ἀτίμους εἶναι καὶ αὐτοὺς, καὶ κληρονόμους τοὺς τούτων, ἕως ἂν ἀποδῶσι. *Homicida in foro poſtuletur ab iis, qui ſunt intra conſobrinitatem, & a conſobrinis; una perſequantur eumdem, & conſobrinorum liberi, & generi, & ſoceri, & ſobrini, & curiales. Sin cum eo in gratiam redeundum fuerit, ſi pater ſuperſtes erit, aut frater, aut filii, aut omnium, aut eius, qui probibet, valebit auctoritas. Sin horum nemo erit, & caedem invitus fecerit, idque quinquaginta, & unus Ephetae pronuntiaverint, invitum feciſſe caedem, intromittantur curiales, ſi volent decem. Ab his autem quinquaginta, & unus ex optimatibus deligantur; & qui prius caedem fecerunt, hac ſanctione teneantur. Qui vero in municipiis deſiderantur, quos nemo ſuſtulerit, eos indicet tribunus cognatis, ut tollant, & ſepeliant; & populus eo ipſo die luſtretur, quo die ſinguli deſiderati fuerint. Denuncietur autem de ſervis domino, de ingenuis, iis, qui in bonis ſunt. Sin mortuo bona non erunt, mortui cognatis denuncietur. Quod ſi poſt tribuni denunciationem cognati non ſuſtulerint, tribunus tollendum cadaver locet, & ſepeliendum, & luſtrandum eo ipſo die populum, quam minimo poterit (a). Si non locarit, debeto mille drachmas aerario; quidquid autem impenderit, duplum a debentibus exigito. Quod niſi fecerit, ipſe debeto popularibus. Qui autem locationes lucorum Minervae, ac deorum ceterorum, & heroum, non reddiderint, infames & ipſi ſunt, & heredes quoque eorum, donec ſolverint.*

Verum tamen, antequam admitterentur in iudicium, & agendi poteſtatem impetrarent, iusiurandum de calumnia rigidiſſimum exhibere tenebantur, qui quem accuſare vellent. Demoſthenes in Ariſtocratem. Ι''σε δήπου τοῦθ' ἅπαντες, ὅτι ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἔνθ' δίδωσιν ὁ νόμος καὶ κελεύει, φόνου δικάζεσθαι, πρῶτον μὲν διεξοµεῖται κατ' ἐξωλείας αὐτῷ, καὶ γένους, καὶ οἰκίας, εἴ τινα αἰτιώμενος εἰργάσθη τι τοιοῦτον. *Scitis hoc nimirum omnes, in Areopago, ubi lex de caede agendi poteſtatem dat, & mandatum, primum iusiurandum dare, & exitium, ſi calumnietur, tum ſibi ipſi, tum genti, tum fa-*

(a) Quod ſi cognati ignoti fuiſſent *in occiſi funere publicabatur ad ſepulcrum, an quis cognatus ſit occiſo. Demoſthenes* ἐν τῷ κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου. πρῶτον μὲν ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ, καὶ προαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι· εἴ τις προσήκων ἐστὶ τῷ ἀνδρώπῳ. ἔπειτα τὸ μνῆμα φυλάττειν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας. *Proclamabatur igitur ad ſepulcrum, ſi quis caeſo eſſet cognatus, ut & nomine ciebantur fontes & interfectores, ut ſequitur ibidem.* ὀνόματι μὲν ὠδεινὶ μὴ προαγορεύειν, τοῖς δεδρακόσι δὲ καὶ κτείνασι. *Sepulcrum obſervabatur triduum, & haſta, cum efferretur caeſus, praeferebatur; atque hinc collocarentur ut mortui factum eſt. Pollux lib.* VIII. δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ, ἐπὶ τοῦ βιαίως ἀποθανόντων ἐπεφέρετο. καὶ αἱ προφάσεις δὲ διὰ τοῦτο ἐγίγνοντο, ὡς ὡρᾶτο ὁ νεκρός, μή τι βιαίως πέπονθε. *Meminit huius proclamationis ad ſepulcrum, & haſtae praelatae Harpocratio:* ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῆς ἐκφορᾶς, καὶ προσαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι, Δημοσθένης κατ' Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου, ταῦτά φησιν, ἐπὶ τῷ βιαίως ἀποθανόντος. Ι''σρος δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν Ἀτθίδων, περὶ Προκρίδος καὶ Κεφάλου ἐπῶν γράφει ταυτί. τινὲς δὲ ἐπὶ τοῦ τάφου δόρυ καταπεπηγότα τὸν Ε'ρεχθέα φασὶ, πεποιῆσθαι δὲ παρακαταθήκην τε καὶ τὸ πάθος σημαίνοντα, διὰ τὸ νόμιμον εἶναι τοῖς προσήκουσι, τοῦτον τὸν τρόπον μετέρχεσθαι τοὺς φονέας. *Auctor Etymologici:* ἐπενεγκεῖν δόρυ, ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ, καὶ προσαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι. ὡς τοὺς βιαίως ἀποθανόντας ταῦτα ἐπράττετο. καὶ Ι''σρος ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν Ἀτθίδων φησίν, ὅτι τινὲς δόρυ ἐπὶ τοῦ τάφου φασὶ καταπεπηγότα τὸν Ε'ρεχθέα, τὸ πάθος σημαίνοντα, διὰ τὸ νόμον εἶναι τοῖς προσήκουσι, τοῦτον τὸν τρόπον μετέρχεσθαι τοὺς φονέας, Ρ'ητορική. *Ex Harpocratione hauſit Auctor Etymologici, quem laudat hoc titulo,* Ρ'ητορική, *ut & alibi ſexcenties.* Quae quidem ſolita eruditionis copia *Sam. Petitus* opportune commentatur.

Digitized by Google

familiae ſuae imprecari cogitur is, qui facinoris iſtiuſmodi accuſare quemquam inſtituit.

Ac videmus apud eumdem Orat. in Neaeram. Καὶ ἔλεγε τὴν δίκλω Στέφανος ὑτοσὶ, διομοσάμλος, ὡς ἔκτεινεν Ἀπολλόδωρος τὴν γυναῖκα αὐτοχϱίᾳ, ὀϱώμλος ἐξώλειαν αὐτῷ, καὶ γλώϱᾳ, καὶ οἰκίᾳ. *Ac cauſam egit Stephanus, iureiurando dato, Apollodorum eam mulierem ſuis manibus occidiſſe; exitium imprecatus ſibi, & generi, & familiae.* Meminit iuramenti huius etiam Lyſias in Theomneſtum Orat. 1. Ἔτι νῦν σκέψαϑε, ὦ ἄνδϱες δικασταὶ, ὑτοσὶ γάϱ μοι δοκῇ ὑπὸ ϱᾳθυμίας, καὶ μαλακίας, οὐ δι' εἰς Ἄϱειον πάγον ἀναϐεϐηκέναι. πάντες γὰϱ ἐπίσαϑε, ὅτι ἐν ἐκείνῳ τῷ χωϱίῳ, ὅταν τὰς τοῦ φόνου δίκας δικάζονται, οὐ διὰ τύτου τοῦ ὀνόματος τὰς διομοσίας ποιοῦνται, ἀλλὰ δι' ὅπεϱ ἐγὼ καλῶς ἀκήκοα. ὁ μὲν γὰϱ διώκων, ὡς ἔκλεινε διόμνυται. ὁ δ' φεύγων, ὡς οὐκ ἔκτεινεν. *Praeterea & hoc conſiderate, viri Iudices, quod hic, prae inertia, & mollitie, ne ad Areopagum quidam unquam aſcenderit. Quandoquidem omnino noſtis, quod in eo loco, quando de caede controverſia eſt, non hoc nomine iuramentum de calumnia praeſtatur; ſed, ut ego recte audivi, actor, quod interfecerit, iureiurando adfirmat; reus autem, quod non interfecerit.*

Mactabant vero aprum, arietem, taurum; & eorum carnibus inſiſtentes iurabant. Demoſthenes citato loco mox ſubiungens clare dicit. Εἶτ' οὐδὲ κατὰ τυχόντα τὸν ὅϱκον τοῦτο ποιήσῃ, ἀλλ' ὃν οὐδεὶς ὄμνυσιν ὑπὲϱ οὐδενὸς ἄλλου, στὰς ἐπὶ τ τομίων κάπϱου, καὶ κϱιοῦ, καὶ ταύϱου, καὶ τύτων ἐσφαγμένων ὑφ' ὧν δεῖ, καὶ ἐν αἷς ἡμέϱαις ϖϱοσήκῃ. ὥϛε καὶ ἐκ τῶν χϱόνου, καὶ ἐκ τ μεταχειϱιζομένων, ἅπαν, ὅσον ἐοθ' ὅσιον πεπϱᾶχθαι. *Deinde non vulgare aliquod iuramentum dare cogitur; ſed quale nemo in re ulla aliqua iurat, inſiſtens conſecratis carnibus apri, arietis, & tauri; qui mactati tum a quibus oportet, tum iis etiam diebus, quibus fieri illud convenit; ut ea, quae & ſpatio temporis, & eorum, quae adhibentur ſolemnitate, perfici ius faſque eſt, omnia praeſtentur.* Breviter Antiphon in Orat. de Saltatore. Αὐτῶν δ' τύτων ἕνεκα οἵ τε νόμοι, καὶ αἱ διωμοσίαι, καὶ τὰ τόμια, καὶ αἱ ϖϱοϱϱήσεις, καὶ τ' ἄλλ' ὅσα γίνεται τῶν δικῶν τοῦ φόνου ἕνεκα, ϖολὺ διαφέϱοντά ἐϛιν, ἢ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις. *Propter haec ipſa & leges, & iuramenta de calumnia, & ſectae victimarum carnes, & priores cauſae dictiones, ceteraque in cauſa caedis uſitata, longe ab aliis differunt.* Gravitatem iuramenti, & cum eo uſitatae item imprecationis etiam Antiphon commemorat in Orat. de caede Herodis. Δέον σε διομόσαϑαι ὅϱκον τὸν μέγιϛον, καὶ ἰσχυϱότατον, ἐξώλειαν αὐτῷ, καὶ οἰκίᾳ τῇ σῇ ἐπαϱώμλον. *Quum oporteret te maximum illud, & validiſſimum iuramentum praeſtare, exitium imprecantem tibi ipſi, & generi, & familiae item tuae.*

Nec iurabat in hunc modum actor tantum, ſed & teſtes. Adparet apud eumdem illum Antiphontem in eadem Oratione vere-

A bis paullo poſt ſequentibus. Αὐτὸς σεαυτῷ τὺς νόμους ἐξευϱὼν, ἀνώμοτος μὲν αὐτὸς ἐμοῦ κατηγοϱεῖς, ἀνώμοτοι δὲ καὶ οἱ μάϱτυϱες καταμαϱτυϱοῦσι. δέον αὐτοὺς τὸν αὐτὸν ὅϱκον σοι διομοσαμένους, καὶ ἀϖομένους τῶν σφαγίων, καταμαϱτυϱεῖν ἐμοῦ. *Ipſe tibi novas leges inveniens, iniuratus me accuſas, tum & teſtes iniurati contra me dant teſtimonium; quum & ipſos, eodem tecum iuramento obligatos, & iisdem animalium mactatorum tactis carnibus, teſtimonium in me dare oporteret.*

B Vtque teſtes actor dabat, ſic tres idem vades reus, qui pro eius innocentia fidem ſuam interponerent. Ecce eiusdem Oratoris illic verba, quae id innunt. Ἐϑέλοντος γάϱ μου ἐγγυητὰς τϱεῖς καθεϛάναι κατὰ τὸν νόμον, ὥϛε ὅτοι διεϖϱάξαντο τοῦτο, ὡς μὴ ἐγγενέϛϑαι μοι ϖοιήσασϑαι. *Quumque vellem tres ſponſores iuxta legem exhibere, ipſi ita rem geſſerunt, ut id mihi non liceret.*

Ac iudicia haec ſub dio dari ſolita. Rem, & cauſam narrat idem in eadem Oratione.

C Ἔϖϛτα δὲ, ὃ ϖάντας οἶμαι ὑμᾶς ἐπίσασϑαι, ἅϖαντα τὰ δικαϛήϱια ἐν ὑϖαίϑϱῳ δικάζει τὰς δίκας τοῦ φόνου. ὐδενὸς ἄλλου ἕνεκα, ἢ ἵνα τοῦτο μέν. οἱ δικασταὶ μὴ ἴωσιν εἰς τὸ αὐτὸ τοῖς μὴ καθαροῖς τὰς χεῖϱας. τοῦτο δὲ, ὁ διώκων τὸν δίκλω τοῦ φόνου, ἵνα μὴ ὁμοῤῥόφιος γένηται τῷ αὐϑέντῃ. *Deinde, quod vos omnes noſſe ſcio, omnia tribunalia cauſas homicidii ſub dio iudicant; idque non alia de cauſa, quam partim, ut ne Iudices irent in locum eumdem cum iis, quibus impurae manus eſſent; partim vero, ne actor homicidii,*

D *atque reus ſub eodem tecto eſſent.* Ac certe non licuiſſe cuiquam ſub eodem cum homicida tecto agere ſupra oſtendi Cap. xv.

Damnatos vero homicidii occidere licebat in territorio Attico, aut vinctos abducere; excruciare, aut pecuniam extorquere non licebat; qui feciſſet, actio in eum dupli erat. Demoſthenes de his verba faciens Orat. in Ariſtocratem ipſa legis verba ponit. Τὺς δ' ἀνδϱοφόνους, ἐξεῖναι ἀϖοκτείνειν ἐν τῇ ἡμεδαϖῇ (a), καὶ ἀϖάγειν, ὡς ἐν τῷ ἄξονι ἀγοϱεύοντα, λυμαίνεϑαι δὲ μὴ, μηδ' ὑϖοινᾶν, ἐν δικλεῖν ὀφέιλειν, ὅσον ἂν καταϐλάψῃ. *Homicidas liceat occidere in noſtro territorio, & in carcerem abducere, ut in axe Solon ſtatuit; excruciare, aut pecuniam ab iis extorquere non liceat; alioquin duplum dati damni luendum* (b).

Non damnatos ſi quis forte occidiſſet, aut fuiſſet caedis cauſa, foro ille, collimitio, ludiſque, & ſacris Amphictyonicis arcebatur, perinde ac ſi Athenienſem occidiſſet (c). Verba legis apud eumdem in Oratione eadem ita habent. Ἐὰν δέ τις ἀνδϱοφόνον κτείνῃ, ἢ αἰτίου ἢ φόνου, ἀϖεχόμλυον ἀγοϱᾶς, ἐφοϱίας, καὶ ἄϐλων καὶ ἱεϱῶν Ἀμφικτυονικῶν, ὥϖϛεϱ τὸν Ἀϑηναῖον κλείναντα, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεϑαι. *Si quis autem homicidam ceciderit, aut caedis ei cauſa fuerit, abſtinens foro collimitio, & ludis, ac ſacris Amphictyonicis, perinde ac ſi Athenienſem occidiſſet, eodem crimine teneatur* (d).

THE-

(a) Hanc vocem ita interpretatur *Demoſthenes*: ἐν τῇ ἡμεδαϖῇ, τὴν τοῦ ϖεϖονϑότος ϖατϱίδα.

(b) Igitur huiuſmodi homicidas abducere quis cogebatur ad Theſmothetas, ut ibidem *Demoſthenes* docet.

(c) Quamquam ea quae hic diſſerit *Meurſius* vera eſſe poſſunt, non haec tamen ingerunt Oratoris verba, in quibus non *abſtinens foro &c.* ſed *Abſtinentem foro &c.* vertendum eſt.

(d) Ephaetae autem ius dicebant.

Digitized by Google

THEMIDIS ATTICAE

LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

Furum poena, mors, aut duplum. Sulpitius Victor, & Curius Fortunatianus emendantur. Etiam decuplum. Vincula dierum quinque, noctiumque. Furtum quinque drachmarum punitum. Actio vel fimi bubuli. Βολίτου δίκη, *proverbium. Fures testimoniis prohibebantur. Actoris, & rei, iuramentum; ac convicti illic multa, mille drachmae. Qui tres fures indicasset, praemium accipiebat.*

FVrti poena mors initio a Dracone constituta. Plutarchus de eo agens in Solone. Καὶ τὰς λάχανα κλέψαντας, ἢ ὀπώραν, ὁμοίως κολάζεσθαι τοῖς ἱεροσύλοις, καὶ ἀνδροφόνοις. *Qui olus furati erant, vel fructus hortenses, eodem modo puniri voluit, quo sacrilegos, & homicidas* (a). Atqui poena homicidis, & sacrilegis mors sancita. De homicidis iam ostendi in praecedentibus. De Sacrilegis statim dicam. Idem & Solonis lex constituebat; quam Diogenes Laertius sic commemorat in Solone lib. I. Α" μὴ ἔθου, μὴ ἀνέλῃς· εἰ δὲ μὴ, θάνατος ἡ ζημία. *Quae non posuisti, ne tollas; sin autem, morte luito* (b). Isocrates Orat. in Lochitem. Ὁρῶ δ' ὑμᾶς, ὅταν τῶ καταγνῶτε ἱεροσυλίαν, ἢ κλοπὴν, ὡ πρὸς τὸ μέγεθος ὧν ἂν λάβωσι ἢ τιμωρίαν ποιουμένους, ἀλλ' ὁμοίως ἁπάντων θάνατον καλακρίνοντας, καὶ νομίζοντας δίκαιον εἶναι, τοὺς τοῖς αὐτοῖς ἔργοις ἐπιχειροῦντας ταῖς αὐταῖς ζημίαις κολάζειν. *Equidem vos, si quem sacrilegii, furtive, damnatis, in irroganda poena non id spectare video, quantum abstulerint, sed sine discrimine omnes capitis damnare, & aequum putare, qui facinora eadem sunt adgressi, ut easdem poenas luant.* Alii poenam dupli tradunt. Aulus Gellius lib. XI. cap. XVIII. *Solon ex septem illis inclutis sapientibus fuit. Is sua lege in fures, non ut Draco antea, mortis, sed dupli poena vindicandum existimavit.* Hermogenes in Partit. Sect. IV. Ἐξ ἱερῶ ἰδιοτικά τις ὑφέλετο χρήματα, νόμω κελεύοντος, τὸν μὲν ἱερόσυλον τεθνάναι, τὸν δὲ κλέπτην διπλᾶ διδόναι, ὡς ἱερόσυλος ὑπάγεται· ὁ δὲ, κλέπτης εἶναι λέγει. *Ex loco sacro quidam privatas pecunias abstulit, Lege iubente, sacrilegum interfici, furem vero duplum reddere. Ille, tamquam sacrilegus in iudicium abducitur; ipse vero se furem esse dicit.* Emendandus Sulpitius Victor in Institut. Orat. *Quidam de templo sustulit vasa privata, & profana. Petitus ad poenam, tamquam sacrilegus, offertque duplum, quasi fur.* Hodie non recte editur, *offert quadruplum.* Et Curius Fortunatianus Rhet. lib. I. *Sacrilegus capite plectatur; fur quadruplum solvat. De templo quidam privatam pecuniam sustulit. Petitur ad poenam, quasi sacrilegus; offertque duplum, quasi fur.* Etiam illic edidit, *offert quadruplum.* Sed sciendum, ut furtum erat, ita & fuisse poenam; mortem, aut duplum. Adcurate est distinguendum. AEschines dicit furti manifesti reos, atque illud confitentes, morte adfectos; negantes, in iudicium abductos. Ecce verba in Oratione eius in Timarchum. Οἱ δὲ νόμοι κελεύουσι τῶν κλεπτῶν τοὺς μὲν ὁμολογοῦντας, θανάτῳ ζημιοῦσθαι· τοὺς δ' ἀρνουμένους, κρίνεσθαι. *Leges vero iubent, fures confitentes capite plecti; negantes autem in iudicium abduci.* Dupli poena indicebatur, si quis ea, quae amiserat recepisset; verum si non recepisset, decuplum cum fur solvebat, tum quicumque eius socii. Demosthenes Orat. in Timocratem. Ο", τι ἐάν τις ἀπολέσῃ, ἐὰν μὲν αὐτὸ λάβῃ, τὸ διπλάσιον καταδικάζῃν. ἐὰν δὲ μὴ, τὴν δεκαπλασίαν πρὸς τοῖς ἐπιτιμίοις. *Quidquid aliquis amiserit, si receperit id ipsum, fur in duplum condemnetur. Sin autem in decuplum ipse, & adiutores tenentur.* Habes ipsa legis verba. Insuper, interdiu qui furaretur, ultra quinquaginta drachmas in iudicium abductus ad Vndecimviros, si convictus teneatur, mortis poenam sustinebat. Si quid noctu quispiam furatus esset, qualecumque id demum esset, eum occidere, vulnerare, & ad Vndecimviros abducere concedebatur (c). Ac supplicium idem erat, si quis aliquid e Lyceo,

(a) *Gellius Lib.* XI. *Cap.* XVIII. *Draco Athenienſis vir bonus multaque esse prudentia existimatus est, iurisque divini & humani peritus fuit. Is Draco leges, quibus Athenienses uterentur, primus omnium tulit. In illis legibus furem cuiuscumque modi furti supplicio capitis puniendum esse, & alia pleraque nimis severe censuit sanxitque.*

(b) Hanc legem videtur accepisse Solon a Iudaeis, sive AEgyptiis potius. *Iosephus totidem paene verbis inter Iudaicas recenset:* ὃ μὴ κατέθηκέ τις οὐκ ἀναιρήσεται, κἂν ὃ μὴ κατέθηκεν ἀνέληται, ὡσὶ κολάσεις οὐχ οἷαι παρ' ἑτέροις, ἀλλ' ἐπὶ τὸ μεῖζον. *Non enim revera inventum est, sed furtum, ut scribit AElianus qui Variae Lib.* IV. *Cap.* I. *hunc Bibliis esse morem memoriae prodidit.* Βίβλιος ἀνὴρ ἐν ὁδῷ περιτυχὼν ὕδατι ὧν μὴ κατέθετο ἀναιρεῖται· ὁ γὰρ ἡγεῖται τὸ τοιοῦτον εὕρημα, ἀλλὰ ἀδίκημα. *Sum. Pet.*

(c) Eadem lex apud Moſen, eadem apud Romanos. Consule *Collation. leg. Mosaic. & Roman. Gellium Lib.* XX. *Cap.* I.

Digitized by Google

I

II

IIII



IV

V

VI

VII

VIII

VIIII



X

XI

XII

XIII

XIIII

XV



Joseph Menabuoni del.

Carol. Gregorij Sculp.

Digitized by Google

Digitized by Google

ceo, Cynoſarge, aut Academia, & Gymnaſiis, portubuſve (a), quod valeret drachmas decem, ampliuſve abſtuliſſet. Sed privato ſi judicio furti quis convictus foret, is & duplum exhibere tenebatur, & ſi ita vellent Iudices quinque dies, atque noctes in compedibus omnibus conſpiciendus ſervabatur. Ipſam legem en Demoſthenes in citata Oratione repraeſentat. Εἰ μέν τις μεθ' ἡμέραν ὑπὲρ πενληκονλα δραχμὰς κλέπλοι, ἀπαγωγὴν πρὸς λὺς ἕνδεκα εἶναι· εἰ δέ λις νύκλωρ ὁτιῦν κλέπλοι, λῦλον ἐξεῖναι καὶ ἀποκλεῖναι, ἢ τρῶσαι διώκονλα, καὶ ἀπαγαγεῖν τοῖς ἕνδεκα, εἰ βύλοιλο. τῷ δ' ἀλόντι ὧν αἱ ἀπαγωγαί εἰσιν, ὑκ ἐγγυηλὰς καλαςήσαντι ἔκλισιν εἶναι τῶν κλεμμάλων, ἀλλὰ θάνατον τὴν ζημίαν. καὶ εἴ τις γ' ἐκ Λυκείυ, ἢ ἐξ Ἀκαδημίας, ἢ ἐκ Κυνοσάργυς, ἱμάτιον, ἢ ληκύθιον, ἢ ἄλλο τι φαυλότατον, ἢ λῶν σκευῶν τι, ἢ ἐκ τ γυμνασίων, ὑφέλοιτο, ἢ ἐκ τ λιμένων, ὑπὲρ δέκα δραχμὰς, ἢ λύτοις θάνατον ἐνομοθέτησεν εἶναι τ ζημίαν. εἰ δέ τις ἰδίαν δίκλω κλοπῆς ἁλοίη, ὑπάρχειν μὲν αὐτῷ διπλάσιον καταστῆσαι τὸ τιμηθέν. προσιμῆσαι δ' ἐξεῖναι τῷ δικαςηρίῳ πρὸς τῷ ἀγυρίῳ δεσμὸν λῷ κλέπλῃ, πένθ' ἡμέρας, ἢ νύκλας ἴσας. ὅπως ὁρῷεν ἅπανλες αὐτὸν δεδεμένον. *Si quis interdiu ſupra quinquaginta drachmas furatus fuerit, abduci liceat ad Vndecimviros. Si quis vero noctu aliquid qualecumque ſubripuerit, eum & occidere, & inter perſequendum vulnerare, & ad Vndecimviros abducere, ſi cui libet, fas eſto. Convicto autem eorum facinorum, propter quae in vincula abripere licet, non liceat datis vadibus pro furtis ſatisfacere, ſed mors poena eſto. Ac ſi quis e Lyceo, aut Academia, aut Cynoſarge veſtem, aut lagunculam, aut quidquam aliud minimi pretii, aut vaſculum aliquod e gymnaſiis, portubuſve, ſupra decem drachmarum pretium ſubripuerit, etiam his morte poenas eſſe luendas conſtituit. Si quis vero privato iudicio furti fuerit convictus, ei litis aeſtimatae duplum ſolvere licere. Penes iudices vero eſſe, furem, praeter argenti multam, ad quinque dierum, totidemque noctium vincula damnare, ut omnes eum vinctum eſſe videant.* Ac de vinculis ſunt eiusdem quoque Oratoris verba paullo ante. Λεγόντων τ νόμων, ὃς ἔθηκε Σόλων, ὐδὲ ὅμοιος ὢν τύτῳ νομοθέτης, ἐάν τις ἁλῷ κλοπῆς, ἢ μὴ τιμηθῇ θανάτῳ, προσιμᾶν αὐτῷ δεσμόν. *Quum dicant leges, quas Solon tulit, nulla in re ſimilis iſti legislator; Si quis furti convictus erit, neque tamen capitis damnatus fuerit, eum in vincula condemnandum.* Sed quod dicitur in citatis verbis legis in principio, ὑπὲρ πενλήκονλα δραχμὰς, *ſupra drachmas quinquaginta.* Adeo autem acriter perſequebantur furta quaevis, ut qui drachmas quinque furto ſubduxiſſe convictus eſſet, puniretur. Libanius, ſive Theomneſt in Paradigmate loci communis in Proditorem. Τὺς ἐπὶ πέντε δραχμὰς ἁλόνλας κολάζετε. *Convictos quinque drachmarum furti ſupplicio adficitis.* Etiam ſi bubulum quis fimum (b) furto abſtuliſſet, non impune id ferebat; unde & proverbio origo data, Βολίτυ δίκλω. Appendix Vaticana Proverbiorum a V. CL. Andrea Schotto in lucem edita Cent. I. Proverb. XXIV. Βολίτυ δίκη. Πρὸς τὺς ἀξίυς κ ἐπὶ μικροῖς τιμωρίαν ὑπέχειν. ἐν γὰρ τοῖς ἄξοσι (τῦ Σόλων@) νόμ@ κ τὺς βόλιτον ὑφελομένυς κολάζει. *Fimi actio. De iis qui iuſte etiam ob res viles rei fiant. Nam in tabulis (Solonis) lex etiam fimi fures punit.* Scholiaſtes Ariſtophanis ad Equites. Καὶ παροιμία, Βολίτυ δίκλω. πρὸς τὺς ἐπὶ μικροῖς δίκλω ὑπέχονλας. ὁ γὰρ Σόλων@ νόμ@ καὶ τοῦ βολίτον ὑφελομένυς κολάζει. *Et Proverbium, Fimi iudicium; de iis, qui ob res exiguas in iudicium vocantur; nam lex Solonis etiam illos, qui fimum furto abſtuliſſent, poena adficit.* Ac totidem omnino verbis Suidas in Βολίτυ δίκλω. Nec teſtimonium ferre furi licitum erat. Sopater in Diviſ. Quaeſt. Νεκρὸς γὰρ ὐ μαρτυρεῖ. ὁ λωτοδύτης ὁμοίως. *Mortuus enim non fert teſtimonium, ut nec fur veſtimentorum* (c).

In furti vero actione actor pariter & reus iusiurandum dabant; quique peieraſſe convictus foret, mille drachmis mulctabatur. Suidas. Ἀμφιορκία. ἐπειδὰν ὅ, τε διώκων καὶ ὁ φεύγων ὀμνύωσι, κλοπῆς ἔγκλημά τισιν ἐπιφέροντες. τῦτο ἦ, πολλάκις ὄφθη μάτλω γινόμενον. ἔθεντο ὖν Ἀθλναῖοι νόμον κατὰ τῶν ἀπαγόντων εἰς δεσμωτήριόν τινας ἐπὶ δίκῃ κλοπῆς, χιλίας διδόναι δραχμὰς τὺς ἁλόντας. *Reciprocum iusiurandum. Quum & actor, & reus iurant, furti crimen alicui intentantes. Hoc vero ſaepenumero temere fieri animadverſum eſt. Itaque tulere legem Athenienſes in eos, qui ob furti crimen quemquam in carcerem abducerent, ut convicti mille drachmis mulctarentur,*

Adeo vero etiam fures coerceri cupiebant, ut & praemium conſtituerent ei, qui tres indicaſſet. Cyrus de diff. ſtat. Τὸν τρεῖς κλέπλας ἐλέγξαν λα (νόμ@) δωρεὰν λαμβάνειν. δύο τις ἐλέγξας, ἤλεγξε τρίτον ἑαυτὸν, κ αὑτῷ εἰς τὸ γέρας σωθῆναι. *Qui tres fures indicaſſet, lex erat, ut acciperet praemium, duobus quiſpiam indicatis, tertium ſeipſum addit; & ſalutem loco praemii dari petit* (d).

CAP.

(a) Huius legis rationes habes apud *Ariſtotelem in Problematis*.

(b) Maximus in Attica fimi erat uſus, quia illius τὰ πλῆθα, erant ἀγωνῆ κ φαῦλα. Itaque ſtercorabant ſuos agros. Quare a Solone hac vetitum eſt lege fimum ſubripere.

(c) Generalis ratio eſt, quia ignominioſi inteſtabiles erant, ut videre eſt apud *Demoſthenem* ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας.

(d) Ceterum non adeo ſanctas huiuſmodi leges eſſe exiſtimatum eſt, ut apud gentes quasdam furtum legitimum non fuerit, apud AEgyptios videlicet, apud Lacedaemonios, apud Arabas. Inſuper videtur eſſe in hoc praevaricatio quaedam ut ex memorabili M. Catonis ſententia, & ex iis quae Pirata Alexandro Macedoni reſpondit, exſiſtit. Conſulantur *Gellius Lib.* XI. *Cap.* XVIII. *& Auguſtinus Lib.* IV. *De Civit. Dei Cap.* IV.

Digitized by Google

CAP. II.

Sacrilegis, & proditoribus mors ſupplicium, aut exilium perpetuum, ipſis pariter, liberiſque. Tum nec ſepeliri licitum intra Atticam; ac, ſi quis poſt mortem etiam forte deprehenſus foret, oſſa effodere lex iubebat, & proiicere extra regionis fines. Quin proditionem etiam vel duntaxat cogitaſſe, capitale cenſebatur; uti quoque, ſomnum capere in excubiis.

SAcrilegos, & proditores eadem lex puniebat, & eodem quoque modo; exilium nempe, & ſepulturam extra patriam, ac bonorum omnium publicationem. Euryptolemus in Oratione apud Xenophontem Hiſt. Graec. lib. 1. Τοῦτο δ' εἰ βούλεσθε, καλὰ τοῦτον νόμον κρίνατε, ὃς ἐστιν ἐπὶ τοῖς ἱεροσύλοις, καὶ προδόταις. Ε'άν τις ἢ τὴν πόλιν προδιδῷ, ἢ τὰ ἱερὰ κλέπτῃ, κριθέντα ἐν δικαστηρίῳ, ἂν καταγνωσθῇ, μὴ ταφῆναι ἐν τῇ Α'ττικῇ. τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ, δημόσια εἶναι. *Sin hoc maletis, ex ea lege de his cognoſcite, quae de ſacrilegis, & proditoribus lata eſt. Si quis vel urbem prodiderit, vel res ſacras furto abſtulerit, cauſa pro tribunali cognita damnetur; in Attica ne ſepeliatur, bonaque eius publica ſunto.*

Si in poteſtate forent, mortis poena adficiebantur. Hinc Hermogenes capiendus de Partit. Sect. IV. Νόμα κελεύουτ@, τ μὲν ἱερόσυλον τεθνάναι. *Quum lex iubeat, ut ſacrilegus quidem moriatur.* De proditore vero Lycurgus in Leocratem. Τίς γὰρ, ὁρῶν θανάτῳ ζημιούμενον τ προδότην, ἐν τοῖς κινδύνοις ἐκλέψει τ πατρίδα. *Nam quis, videns proditorem morte punitum, patriam in periculis deſeret?*

Nec fas eos ſepelire. Id de proditore clare Syrianus in Hermogenem. Νόμ@, τοῦ προδότου μηδὲν εἶναι μνημεῖον. ***Lex eſt, ut proditoris nullum ſit ſepulcrum.*** Dion Chryſoſtomus in Rhodiaca. Καθάπερ, οἶμαι, τὸ, μὴ Θάπτεσθαι τὺς προδότας. *Quale exiſtimo hoc eſſe, quod proditores minime ſepeliantur.* Thucydides lib. 1. Οὐ γὰρ ἐξὴν θάπτειν, ὡς ἐπὶ προδοσίᾳ φυγόντ@. *Neque enim fas erat ſepelire, tamquam proditionis cauſa exulantem.* Non ſepeliebantur autem intra Atticam; nam cadavera extra eam deportari lex iubebat. Id diſerte dicit Xenophon in citatis ante verbis. Et huc pertinet, quod de Phocione proditionis damnato refert Plutarchus in eius Vita. Ε'δοξε κ τὸ σῶμα τοῦ Φωκίων@ ἐξορίσαι, κ μηδὲ πῦρ ἐνκαῦσαι μηδένα πρὸς τὴν ταφὴν Α'θηναίων. Et quae ſequuntur. *Placuit etiam ut cadaver Phocionis extra fines portaretur: & ne quis Athenienſium in eius rogo ignem accenderet.* AEmilius Probus in eodem Phocione. *In hoc tantum fuit odium multitudinis, ut nemo liber eum ſit auſus ſepelire. Itaque a ſervis ſepultus eſt.* Diodorus Siculus lib. XVIII. Διὰ δὲ τ τοῦ κοινοῦ πόσεως κατὰ τὸ πάτριον ἔθ@ τ βίον καταλύσαντες, ἐρρίφησαν ἄταφοι πάντες. ὁ μὲν οὖν Φωκίων, κ οἱ μετ' αὐτοῦ, διαβληθέντες, τοιούτῳ ἔσχον τ τοῦ βίου καταστροφήν. *Finita vero cicutae potu ex patriae inſtituto vita, univerſi inſepulti ſunt proiecti. Phocion igitur, & qui cum eo erant, per calumniam circumventi, talem vitae ſuae finem habuerunt* (a).

Quos in poteſtate ſua non haberent, quique ad hoſtem, aut in aliam quamvis terram profugiſſent, ii exilio perpetuo, liberique item ipſorum damnabantur. Atque hinc eſt capiendus Marcellinus in Hermogenem. Νόμ@, τῷ προδότῃ συμφεύγειν τοὺς παῖδας. *Lex eſt, ut cum proditore liberi quoque exilium ſubeant.* Apud Quintilianum (b) in Lemmate Declam. CCCLXVI. *Proditor cum liberis exulet.* Ac deinde in ipſa Declamatione. *Lex autem exulare, & proditoris liberos iubet.* Et hanc legem innuit Libanius in Declamatione Hyperidis pro Demoſthene. Λύεις τὸν νόμον τ αὐτομολίας, λύεις τὸν νόμον τῆς προδοσίας. *Solvis legem de transfugio: Solvis legem de proditione.* De-

(a) *Cenotaphia tamen poterant illis exſtrui intra Atticae fines, ſed impoſita tumulo cruce; idque obſervat Marcellinus in vita Thucydidis profugi ad proditionis crimen: εἰ μὲν ὄν ἐκεῖ λέγουσιν αὐτον ἀποθανεῖν ἔνθα κ δι 'τριβε φυγὰς ὢν, κ φέρουσι παρατήριον τοῦ μὴ κεῖσθαι τὸ σῶμα ἐπὶ τῆς Α'ττικῆς. ἐκρίον γὰρ ἐπι τοῦ τάφου κεῖσθαι · τοῦ κενοταφίου δ' τοῦτο γνώρισμα εἶναι ἐπιχώριον κ νόμιμον Α'ττικὸν τοῖς ἐπι τοιαύτῃ δυσυχίᾳ τετελευτηκότων, καὶ μὲν ἐν Α'θήναις ταφέντων. Quod in hoſtium tumulis obſervaſſe videntur Graeci: nam huc refero ea, quae a Tito Quinto Flaminio in Epigrammate dicuntur adverſus Alcaeum Poetam, qui gloriam fugati Philippi Macedonum Regis ſuis adſcribebat AEtolis, hoc item Epigrammate:*

Α'χλαυσοι, ἄθαπτοι, ὁδοίπορε, τῷδ' ἐπὶ τύμβῳ
Θεσσαλίας τρισσαὶ κείμεθα μυριάδες,
Αἰτωλῶν δμηθέντες ὑπ' ἄρε@, ὐδ' Λατίνων,
Οὓς Τίτ@ εὐρείης ἤγαγ' ἀπ' Ἰταλίης.
Η'μαθίη μέγα πῆμα. τὸ δὲ θρασὺ κεῖνο Φιλίππου
Πνεῦμα, θεῶν ἐλάφων ὤχετ' ἐλαφρότερον.

Reſcripſit enim Flaminius in his tumulis paratam eſſe crucem, nempe propter illa ἐκρία, quae hoſtium tumulis imponebantur, & crucis vicem praeſtare poterant: ὁ μὲν γὰρ Τίτ@ ἀντικωμῳδῶν τὸν Α'λκαῖον τῷ ἐλεγεῖῳ παρεβάνφεν.

Α'φλι@ κ ἄφυλλ@, ὁδοίπορε, τῷδ' ἐπὶ νώτῳ
Α'λκαίου σαυρὸς πήγνυται ἡλίβατ@.

Non igitur Thebis Epidauri *fata erat Teleſtis: Adde quod nullae ſunt* Thebae Epidauri. *Reſcribendum itaque puto:*

E Philippa matre natam, ac te Bois Epidauri ſatam,
Videon' ego Teleſtidem te, Periphani filiam?

Et mox: *Nuptiarum celebrandarum legitimum tempus videtur fuiſſe* bruma. *Ariſtoteles Politic. Libro* VII. *cap.* XVI. τοῖς δὲ περὶ τὴν ὥραν χρόνοις, δεῖ χρῆσθαι, ὡς εἰ πολλοὶ χρῶνται καλῶς καὶ νῦν, ὁρίσαντες χειμῶνος τὴν συναυλίαν ποιεῖσθαι ταύτην. *Hinc apud Terentium inpalliata Apollodori fabula Phormione, quam, ut videtur, Apollodorus docuit Dionyſiis τοῖς κατ' ἀγροὺς, menſe Poſideone, ubi de Phormionis cum Phanio nuptiis agitur, ſpatium adparandis nuptiis ſibi concedi poſtulat, denique ante* brumam *nuptias celebraturum ſe negat:*

Aruſpex vetuit ante *brumam* autem quid novi
Negocii incipere, quae cauſa 'ſt iuſtiſſima.

Obiicit ſcilicet Athenienſium religionem, qui nuptias non celebrabant ex inſtituto, ut credit Euſtathius mox laudandus, Cecropis, niſi menſe Gamelione, (unde nomen invenit) id eſt, diebus brumalibus. *Gamelion enim eſt primus hibernus menſis. Olympiodorus ad Meteora Ariſtotelis:* Γαμηλιὼν δὲ ἐλέγετο μὴν παρ' Ἀθηναίοις, διὰ τὸ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν γάμους ἐπιτελεῖσθαι. εὔλογον γὰρ ὦντο τότε σπείρειν, ὅτε μὴ ἡ γῆ ἀρδεύεται· ἐπιτήδειος γὰρ ὁ καιρὸς πρὸς κάρπων γένεσιν. *Euſthatius ad Iliad.* Σ. ὃ παράνομον, ὥσπερ ὁ γαμήλιος λόγος, οὕτω μὴν μὴν Ἀττικὸς ὁ Γαμηλιών, γάμοις ἀφωρισμένος. *Aetas vero hominis, qua nuptiis videtur adligandus (quum etiam horum non minimam habere debeat curam Legislator, ut eſt apud Philoſophum) eſt e Solonis ſententia annus triceſimus quintus, nam fecit Solon humanae vitae terminos hebdomadas decem:* in harum autem hebdomadum quinta, *ut refert ex eius Elegiis Cenſorinus de Die Natali, cap.* XIV. maturitatem ad ſtirpem relinquendam homini ineſſe *dicebat, quae fere ſententia Ariſtotelis fuit Politic. Libro* VII. *cap.* XVI. *annum enim triceſimum ſeptimum definivit.* Sam. Petitus.

(b) Sed & Lex erat, quae negabat *licere civi Athenien. ſi ἐπὶ ξένης peregre nubere: atque hinc eſt gravis illa Demoſthenis expoſtulatio adverſus Timocratem.* ἀλλὰ νὴ Δία τὼ ἀδελφὼ καλῶς διώκησεν. ἀλλὰ δὴ μηδὲν ἄλλο ᾖδίκει, κατὰ τοῦτο ἄξιός ἐστιν ἀπολογήσασθαι. πέπραχε γὰρ αὐτὼ, μὴ ὀκ ἐκδέδοκτε τῷ γὰρ ὑμετέρων ἐχθρῶν ἑνὶ Κερκυραίῳ τινὶ τῷ νῦν ἐχόντων τὴν πόλιν, καταλύοντι παρ' αὐτῷ, ὅτε δεῦρο πρεσβεύοι, μὴ βουληθέντι λαβεῖν αὐτήν. ἐξ ὧν δὲ τρόπον παρελήψω, λαβὼν ἀργύριον ἔδωκε, μὴ νῦν ἐστιν ἐν Κερκύρᾳ. ὃς νῦν τὴν μὲν ἀδελφὼ ἐπ' ἐξαγωγῇ φησι μὲν ἐκδοῦναι, πέπρακε δὲ τῷ ἔργῳ. *Vlpianus ad haec verba:* ὥσπερ σχετλιάζοντος, διότι ἐπὶ ξένης ἐκδέδοται ἀσὴ οὖσα, τοῦ νόμου τοῦτο ἀπείργοντος. *Itaque Ariſtogitonis nepotem viro maturam Athenienſis populus e Lemno inſula evocavit ne peregre nuberet. Refert Plutarchus in Ariſtide extremo.* Καὶ οὐδέν ἐστι θαυμαστὸν οὕτω φροντίσαι τῷ ἐν ἀσῷ τὸν δῆμον, ὅπου φυγατρίδην Ἀριστογείτονος ἐν Λήμνῳ πυθόμενοι ταπεινὰ πράττειν, ἀνδρὸς ἀποροδσαν διὰ πενίαν, κατήγαγον Ἀθήναζε, μὴ συνοικήσαντες ἀνδρὶ τῷ εὖ γεγονότων, τὸ Ποταμοῖ χωρίον εἰς φέρνην ὑπέδωκαν. *Sam. Petitus.*

Digitized by Google

ste, & populariter latam censuit, ut decreverit renovandam. Denique civis iudicari nusquam poterat, nisi Athenis. Libanius Declam. XIII. Ἀναγνώσομαι μὲν τοὺς νόμους τοῦ Σόλωνος, οἳ τὸν Ἀθηναῖον Ἀθήνησι κρίνουσιν. *Recitabo leges Solonis, quae Athenienſem Athenis iudicant.*

CAP. VII.

Vetita convitia in mortuos, atque vivos: & his quidem, certis locis. Poena etiam peccantium indicata. Neque ſervo licitum convitiari homini libero, actioque adverſus eum apud Theſmothetas data.

LEx quoque maledicta vetuit. Ariſtoteles Ethic. Nicomach. lib. v. cap. 1. Προστάττει ὁ νόμος καὶ μηδὲ κακηγορεῖν. *Praecipit vero etiam lex non maledicere.* Eſtque id a Solone vetitum, ne in vivos, mortuoſve uſquam fieret. Ac mortuis quidem univerſim male dicere prohibebat: vivis vero, apud ſacra, iudicia, curias, & ludos: quique iſtic deliquiſſet, drachmis quinque multabatur; quarum tres cedebant laeſo; duae reliquae aerario. Plutarchus in Solonis Vita. Ἐπαινεῖται ὁ τοῦ Σόλωνος καὶ ὁ κωλύων νόμος τὸν τεθνηκότα κακῶς ἀγορεύειν, καί γὰρ ὅσιον, τοὺς μεθεστῶτας ἱεροὺς νομίζειν, καὶ δίκαιον ἀπέχεσθαι τῶν οὐχ ὑπαρχόντων, καὶ πολιτικὸν ἀφαιρεῖν τῆς ἔχθρας τὸ ἀΐδιον. ζῶντα δὲ κακῶς λέγειν, ἐκώλυσε πρὸς ἱεροῖς, καὶ δικαστηρίοις, καὶ ἀρχείοις, καὶ θεωρίας οὔσης ἀγώνων· ἢ τρεῖς δραχμὰς τῷ ἰδιώτῃ, δύο δ' ἄλλας ἀποτίνειν εἰς τὸ δημόσιον, ἔταξε. *Commendatur item lex Solonis, quae maledicta in defunctum iacere vetat. Pium enim eſt vita functos putare ſanctos; ac iuſtum, abſtinere ab iis, qui non exſtant: tum civile, tollere odii aeternitatem. Vivis autem convitium dicere vetuit, in ſacris, & iudiciis, & curiis, & ludis: aut tres drachmas laeſo perſolvendas ſtatuit, duaſque alias aerario.* De mortuis ita Suidas in Ἀποιχόμενα. ἔθος δὲ ἦν τοῖς ἀρχαίοις, τοὺς ἀποιχομένους μὴ λοιδορεῖν. *Moris erat apud Veteres, mortuis non male dicere.* Demoſthenes adverſus Leptinem. Καὶ μὴν κἀκεῖνο τῶν καλῶς δοκούντων ἔχειν νόμων Σόλωνός ἐστιν· μὴ λέγειν κακῶς τὸν τεθνεῶτα, μηδ' ἂν ὑπὸ τῶν ἐκείνου τις ἀκούῃ παίδων. *Quin & illa etiam Solonis lex e numero eſt laudatarum: Mortuo non male dicendum, etiam ſi quis a liberis defuncti laceſſatur.* Huc pertinet illud Ariſtophanis.

Παῦε, παῦε, νεκρὸν γὰρ ὄντ' ἐλοιδόρει.
Compeſce, compeſce, nam iam mortuo convitiabatur.

De vivis, atque illis locis, ubi haud fas convitiari, clare dicit etiam Lyſias in Orat. Pro Milite. Τῷ νόμῳ ἀπαγορεύοντι, ἐάν τις ἀρχὴν ἐν συνεδρίῳ λοιδορῇ παρὰ τὸν νόμον, ζημιῶσαι ἐξίωσαν. *Quum lex vetet, ne quis magiſtratui in conſeſſu publico contra legem convitietur, mulctandum cenſuerunt.* Ac mox iterum. Τῷ μὲν νόμῳ, διαῤῥήδην ἀγορεύοντι, τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ λοιδορουμένους ζημιοῦν, ἀκηκόατε. *Audiviſtis legem, quae diſertis verbis iubet mulctare eos, qui in publico conſeſſu convitia dicant.*

Quin & ſervus ſi convitiis hominem liberum proſcidiſſet, actio in eum data apud Theſmothetas. Pollux, ubi de iis agit, tum & cauſis, quae ad cognitionem ipſorum pertinerent, inter ceteras hanc exponit lib. VIII. cap. VIII. ſect. 1. Καὶ ἐὰν δοῦλος κακῶς ἀγορεύῃ τὸν ἐλεύθερον. *Etiam ſi ſervus homini libero convitium dicat.*

CAP. VIII.

Legati, accepto viatico, intra trigeſimum diem proficiſci tenebantur. Marcellinus emendatus. Plures ſi eſſent, eadem navi vehi prohibebantur. Annulario non licebat retinere ſigillum annuli, quem vendidiſſet. Fulgure icti, ibi ſepeliebantur, ubi cecidiſſent. Syrianus correctus. Maritum caecum uxor ducere tenebatur. Captivi in Theſmophoriis dimittebantur. Qui concurſum excitaſſet, capite luebat. Sopater duobus locis emendatus.

LEgati ante trigeſimum diem legationem inire iubebantur. Marius Victorinus in Cic. Rhet. lib. II. *Eſt tarditas, ut in illa lege, Legatus intra diem trigeſimum proficiſcatur.* Ita tamen tenebatur, ſi viaticum a quaeſtore accepiſſet. Curius Fortunatianus Rhet. lib. I. *Remotivus quemadmodum fit? Modis fit duobus: quum aut in perſonam removemus, aut in rem. In perſonam quemadmodum? Legatus intra trigeſimum diem naviget. Legatus non occupato a quaeſtore viatico, non navigavit intra trigeſimum diem: reus eſt malae geſtae legationis. Hic enim removet crimen in quaeſtorem.* Marcellinus in Hermogenem. Νόμος, τὴν πρεσβευτὴν, λαβόντα παρὰ τοῦ ταμίου τὰ ἐφόδια, ἄχρι τῶν τριάκοντα ἡμερῶν ἐξελθεῖν ἐπὶ τὴν πρεσβείαν. *Lex eſt, ut legatus, poſtquam viaticum a quaeſtore acceperit, uſque ad trigeſimum diem ad legationem proficiſcatur.* Sed legendum eo loco, πρὸ, pro ἄχρι, *ante trigeſimum diem:* ut apparet ex citatis Rhetorum Latinorum verbis.

Alia quoque de legatis lex fuit: ſi plures eſſent, ne eadem navi veherentur. Sopater in Hermogenem. Νόμος, τοὺς πρεσβεύτας μὴ συμπλεῖν. *Lex eſt, ne legati una navigent* (a).

Annulario non licebat, annuli, quem vendidiſſet, ſigillum retinere. Diogenes Laertius in Solone lib. I. Δακτυλιογλύφῳ μὴ ἐξεῖναι σφραγῖδα φυλάττειν τοῦ πραθέντος δακτυλίου. *Annulario non licere ſigillum ſervare annuli, quem vendidiſſet.*

Fulguriti ibi ſepeliebantur, ubi cecidiſſent. Marcellinus in Hermogenem. Νόμος, τὸν σκηπτῷ βληθέντα, αὐτοῦ θάπτεσθαι ὅ ἔπεσεν. *Lex erat, ut qui fulgure ictus eſſet, ibi ſepeliretur, ubi cecidiſſet.* Emendandus eſt Syrianus ad eumdem. Νόμος, τὸν κεραυνῷ βληθέντα ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ᾧ ἐβλήθη, θάπτεσθαι. *Lex eſt, qui fulgure ictus eſſet, ut ſepeliretur eo loco, in quo ictus.* Corrupte hodie editur, ᾧ ἐβυλήθη, *in quo voluit.* Artemidorus Onirocrit. lib. II. cap. VIII. Οὐ γὰρ οἱ κεραυνωθέντες μετατίθενται. ἀλλ', ὅπου ἂν ὑπὸ τοῦ πυρὸς καταληφθῶσιν, ἐνταῦθα θάπτονται. *Non enim, qui fulmine*

(a) Morte quoque damnati ſunt Legati, quod alia via, quam imperatum eſſet, iviſſent. *AElianus Lib.* VI. *Var. Hiſtor. Cap.* V.

Digitized by Google

mine icti ſunt, transferuntur, ſed ubi ab igne correpti ſunt, ibi ſepeliuntur.

Maritum caecum uxor ducere tenebatur. Marcellinus in Hermogenem. Νόμ⟨ος⟩, τῷ ἀνδρὶ τυφλῷ ὄντι ὀρεγέτω χέρα ἡ γωή. *Lex eſt, ut marito, qui caecus ſit, uxor manum porrigat.*

Captivi in feſto Theſmophoriorum liberi dimittebantur. Marcellinus idem in eumdem. Νόμ⟨ος⟩, ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις λύεσθαι τὺς δεσμώτας. *Lex eſt, ut captivi (a) in Theſmophoriis ſolvantur.*

Qui concurſum in populo excitaſſet, capite luebat: Sulpitius Victor in Inſtit. Orat. *Pauper orator, & dives, inimici. Dives fortiter fecit, petivit pauperis oratoris linguam praemii nomine: accepit; poſtea concionante illo, ſtetit in concione, & flevit, lapidatione facta, occiſus eſt dives: reus eſt pauper coetus, & concurſus facti, ſecundum legem illam: Qui coetum, & concurſum fecerit, capite puniatur.* Sopater in Hermogenem. Τῷ ἀτίμῳ δίκης ὐ μέτεστιν. ἄτιμος, εὑρὼν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μοιχευομένῳ, ἔπεται τῷ μοιχῷ κλάων· κατέλυσεν ὁ δῆμ⟨ος⟩ τ̀ μοιχὸν, καὶ κρίνεται δημοκοπίᾳ. *Infami non licebat in ius vocare. Infamis, uxorem in adulterio deprehendens, adulterum perſequitur plorans. Solvit adulterum populus, & ille populi concitati condemnatur.* Sed corruptus ille locus, ac ſcribendum; κατέλευσεν, ὁ δῆμος τ. μ. *Lapidavit adulterum p.* Πότερον, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι δικάζεσθαι ἔκλαυσεν, ἢ τῇ ἀληθείᾳ θέμενον βουλόμεν⟨ος⟩ ποιῆσαι, καὶ ἐγκαλέσεσθαι πρὸς ὀργὴν τ̀ δῆμον. *Vtrum, quod iure experiri haud poſſet, flevit; an revera, tumultum concitare volens, & ad iram evocare manifeſtum.* Etiam illic corrigendum, τ̀ δῆμον, *populum.*

CAP. IX.

Mulieres divertere a marito cupientes, ipſae archontem accedebant, & divortii libellum apud eum deponebant. Contrahere non poterant ſupra pretium medimni hordei. Nec licebat intereſſe orationibus funebribus. Et medicinam facere prohibebantur: quod permiſſum tamen poſtea. De gravidis ſupplicium ſumere non licebat, niſi poſt partum. Viduae in filii puberis poteſtate erant.

FEminae, quae virorum contumelias ferre non poterant, ſi divertere ab illis vellent, divortii litteras ad archontem ipſae ferre tenebantur. Obſervare eſt apud Plutarchum in Alcibiade. Εὔτακτ⟨ος⟩ δ' ἦσα, καὶ φίλανδρ⟨ος⟩, ἡ Ἱππαρέτη, λυπουμένη δ' ὑπ' αὐτοῦ περὶ τ̀ γάμον, ἑταίρους ξένους καὶ ἀστοῖς συνόντος, ἐκ τῆς οἰκίας ἀπιοῦσα, πρὸς τ̀ ἀδελφὸν ᾤχετο. Τοῦ δ' Ἀλκιβιάδου μὴ φροντίζοντ⟨ος⟩, ἀλλὰ τρυφῶντ⟨ος⟩, ἐδέατο τ̀ ἀπολείψεως γράμματα παρὰ τῷ ἄρχοντι θέσθαι, μὴ δι' ἑτέρων, ἀλλ' αὐτὴν παροῦσαν. ὡς δ' ἦν παρῆν τοῦτο πράξουσα κατὰ τ̀ νόμον, ἐπελθὼν ὁ Ἀλκιβιάδης, καὶ συναρπάσας αὐτὴν, ἀπῆλθεν δι' ἀγορᾶς οἴκαδε κομίζων. *Hippareta vero, modeſta quae eſſet, & viri amans, moerore ab eo adfecta circa matrimonium, quod conſueſceret cum meretricibus peregrinis, & urbanis, domo egreſſa, ad fratrem conceſſit. Alcibiade vero nil curante, & luxui inſuper dedito, oportebat eam divortii litteras apud archontem deponere, ipſam quidem praeſentem, non per alios. Poſtquam itaque adfuit, hoc factura iuxta legem, irrumpens Alcibiades, rapuit eam, ac per forum domum abduxit.* Hoc ipſum eſt, quod dicit Andocides Orat. in Alcibiadem. Ἠνάγκασε τὴν γυναῖκα, σωφρονεστάτην οὖσαν, ἀπολιπεῖν, ἐλθοῦσαν πρὸς τ̀ ἄρχοντα κατὰ τ̀ νόμον. *Coegit uxorem, quae caſtiſſima erat, ut divortium faceret, & archontem accederet ſecundum legem.*

Mulieri pariter ac puero non licebat cum aliquo contrahere de re, quae medimni hordei pretium excederet. Hoc quod eſt Harpocrationis verba volunt. Παιδὶ, καὶ γυναικὶ οὐκ ἐξὴν συμβάλλειν πέρα μεδίμνου κριθῶν. *Puero, & feminae, non licet contrahere ſupra medimnum hordei.* Suidas totidem pene verbis: niſi quod non recte illic legitur ἐμβάλλειν pro συμβάλλειν; quod & aliis obſervatum. Iſaeus, Orat. de hereditate Ariſtarchi. Ὁ γὰρ νόμ⟨ος⟩ διαῤῥήδην κωλύει, παιδὶ μὴ ἐξεῖναι συμβάλλειν, μηδὲ γυναικὶ, πέρα μεδίμνου κριθῶν. *Lex enim diſerte vetat, ne puero, neve mulieri contrahere liceat ſupra medimnum hordei.* Hinc eſt, quod mulieres Concionatrices apud Ariſtophanem in ea fabula, quaſi mutata reip. forma, dicant de viris.

——ἀλλ' οὐ κύρι⟨ος⟩
Ὑπὲρ μεδίμνου ἐσ' ἀνὴρ ἔτι.
——*Sed non dominus*
Super medimnum eſt vir ullus amplius.

Vbi Scholiaſtes vetus. Νόμ⟨ος⟩ ἦν τ̀ γυναιξὶν, ὑπὲρ μεδίμνου τι μὴ συναλλάσσειν. οὐκ ἔσονται ὧν, φησὶν, οἱ ἄνδρες ὑπὲρ μέδιμνον κύριοι, ἐπειδὴ ἀνατέτραπται ἡ πολιτεία. *Lex erat mulieribus, ne quid contraherent ſupra medimnum, at nunc inquit nihil viri valebunt ſupra medimnum, quando nunc converſa eſt reip. adminiſtratio.*

Non licebat item intereſſe orationibus funebribus. Libanius Declam. VI. Tom. I. Οὐ γὰρ νόμ⟨ος⟩ τοῖς περὶ τοῦ θανάτου λόγοις ἐκείνῳ παρεῖναι. *Vetat enim lex, ne mulier orationibus funebribus interſit.*

Nec licebat medicinam facere. Hyginus Mytholog. cap. CCLXXIV. *Athenienſes caverant, ne quis ſervus, aut femina artem me-*

(a) Sam. Petitus. *Ex Vlpiano conſtat id etiam aliis nonnullis feſtis obſervatum fuiſſe: nam ecce de* Panathenaeis *Vlpianus in Timocrateam;* κατὰ πέντε ἔτη ἤγετο τὰ Παναθηναῖα. τότε δὲ ἐξῆν ἀφεῖσθαι τοῦ δεσμοῦ τοὺς δεσμώτας διὰ τὴν πανήγυριν. *Item Liberalibus: idem Vlpianus in Androtianam.* Ἔθος γὰρ ἦν ἀνιέσθαι τότε διὰ τὴν Διονυσίων ἑορτὴν, ἵνα ἐμβάλλεσθαι. *Laudat itaque Legem hanc Marcellinus in Hermogenem.* νόμ⟨ος⟩ ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις λύεσθαι τοὺς δεσμώτας. *Sopater de Diviſione Quaeſtionis.* νόμ⟨ος⟩ τοὺς δεσμώτας Θεσμοφορίοις λύεσθαι, ὑποπτεύσας τις ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ, τὸν οἰκέτην ἔδησε, κ̀ δήσας, ἀπέδημησεν. ἐπιστάντων τ̀ Θεσμοφορίων ἔλυσε τὸν οἰκέτην ἡ γυνή. Ἐπιστάν

των τ̀ Θεσμοφορίων, *eſt, ipſis Theſmophoriis, quum inchoarentur. E captivis autem illi tantum liberabantur, qui ſacris poterant intereſſe; at quibus ob piaculum, aut alia de cauſſa interdicebatur, illi vinculis non eximebantur. Sopater ibidem:* ἐξάγειν δεσμωτηρίου δίδωσιν, οὓς μετέχειν ἱερῶν, κ̀ σπονδῶν, εὐχῆς, οὐ τοὺς ἀκαθάρτους, κ̀ ἐναγεῖς, κ̀ τ̀ περιῤῥαντηρίων ἀπελαυνομένους. *Idem indulgere conſueverant Imperatores Chriſtiani diebus feſtis Paſchatis, idque quotannis Reſcripto cavebant: in hanc rem leguntur nonnulla Imperatorum Reſcripta Cod. Theod. de Indulgentiis criminum.*

Digitized by Google

medicinam diſceret. Sed poſtea ingenuis permiſſum eſt. Idem Hyginus ibidem paulo poſt. *Tunc Athenienſes legem emendarunt, ut ingenuae artem medicinam diſcerent* (a).

Neque gravidas ſupplicio adficere concedebatur, niſi poſtquam peperiſſent. Anonymus Probl. Rhet. xxv. Τὴν ἐπὶ θανάτῳ καταδικασθεῖσαν, ἔγκυον οὖσαν, μὴ ἀναιρεῖν, ἕως τέκῃ. *Eam, quae capitis damnata eſt, ne liceat ſupplicio adficere, quoad pepererit* (b).

Viduae ſi filium haberent puberem, in eius poteſtate erant. Vide, quae ubertim dixi Attic. Lect. lib. III. cap. XXIV.

CAP. X.

Pupilli ſub tutela archontis. Pupillae vero, item matri pupillorum nubere tutori, aut eius filio non licebat: neque matri cum tutore, eiuſve filio habitare. Si pupillus agere cum tutore vellet, intra quinquennium illud facere tenebatur. Prodigi infames erant; & ſuggeſto arcebantur.

PVpilli ſub cura, ac tutela archontis erant. AEſchines in Timarchum. Καὶ τοὺς νόμους λέγων, οἱ κελεύουσι τὸν ἄρχοντα τῶν ὀρφανῶν ἐπιμελεῖσθαι. *Etiam leges dicens, quae iubent archontem pupillorum curam gerere.* Etiam in utero matris. Demoſthenes in Macartatum. Νόμος. Ὁ ἄρχων ἐπιμελέσθω τῶν ὀρφανῶν, καὶ τῶν ἐπικλήρων, καὶ τῶν οἴκων ἐρημουμένων. καὶ τῶν γυναικῶν, ὅσαι μένουσιν ἐν τοῖς οἴκοις τῶν ἀνδρῶν τῶν τεθνηκότων, φάσκουσαι κυεῖν, τούτων ἐπιμελέσθω. *Lex Archon curam gerat pupillorum, & pupillarum, quae ex aſſe heredes erant; item aedium vacuarum: inſuper mulierum, quae in aedibus manent maritorum defunctorum, ac ſe gravidas eſſe dicunt, harum curam gerat* (c).

Virgini pupillae non licebat nec tutori, neque filio eius nubere. Marcellinus in Hermogenem. Νόμος. μὴ γαμεῖσθαι τὴν ὀρφανὴν μήτε τῷ ἐπιτρόπῳ, μήτε τοῦ ἐπιτρόπου παιδί. *Lex eſt, ne pupilla aut tutori ſuo nubat, aut eius filio.* Cyrus de diff. Stat. Νόμος, τὴν ὀρφανὴν μήτε τὸν ἐπίτροπον γαμεῖνι μήτε τὸν τοῦ ἐπιτρόπου παῖδα. *Lex prohibet; ne pupilla tutori nubat, eiuſve filio* (d).

Sed & viduae eius, cuius ſub curatela eſſent, atque filii item eius matrimonio abſtinere iubebantur. Syrianus in Hermogenem. Νόμος, τὴν ἐπιτροπευομένην γυναῖκα μήτε τὸν ἐπίτροπον, μήτε τὸν παῖδα αὐτοῦ, γαμεῖν. *Lex eſt, ne mulier, ſub curatela conſtituta, ſive curatori ſuo, ſive filio eius nubat.* Etiam nec cohabitare curatori licebat; nec tutelam pupillorum gerere ei, ad quem bona eorum, ſi defungi contigiſſet, perventura erant. Verba ecce in Solone lib. I. Κάλλιστον δὲ κἀκεῖνο. Τὸν ἐπίτροπον τῇ τῶν ὀρφανῶν μητρὶ μὴ συνοικεῖν, μηδ' ἐπιτροπεύειν, ἐς ὃν ἡ οὐσία ἔρχεται, τῶν ὀρφανῶν τελευτησάντων. *Praeclariſſimum item illud, ne cum pupillorum matre habitaret tutor, neve is tutelam gereret, qui futurus pupillorum defunctorum heres eſſet* (e).

Si quid in pupillos tutor deliquiſſet, iis intra annos quinque agendum erat. Demoſthenes Orat. adverſus Nauſimachum. Βούλομαι καὶ τοῦτον ὑμῖν τὸν νόμον εἰπεῖν, ὃς διαῤῥήδην λέγει· ἐὰν πέντε ἔτη παρέλθῃ, καὶ μὴ δικάσωνται, μηκέτ' εἶναι τοῖς ὀρφανοῖς δίκην περὶ τῶν ἐκ τῆς ἐπιτροπῆς ἐγκλημάτων. *Eam quoque vobis legem recitabo, quae aperte dicit: Si quinquennium praeterierit, neque venerint in iudicium, non licere agere pupillis de iis, quae in tutela delicta fuerint.* Et mox. Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες δικασταί, τοῦ νόμου λέγοντος· ἄντικρυς, ἐὰν μὴ πέντε ἐτῶν δικάσωνται, μηκέτ' εἶναι τοῖς ὀρφανοῖς δίκην. *Auditis, viri iudices, legem contra dicentem; niſi intra quinquennium egerint, non licere deinceps agere.* Et poſtea. Τῶν μὲν ἐξ ἀρχῆς ἀδικημάτων ὃ δίδωσιν ἔξω πέντε ἐτῶν τὰς δίκας τοῖς ὀρ-

(a) *Secundum hanc legem apud Terentium in palliata e Menandro Andria, Lesbia* obſtetrix *quid facto opus ſit, imperat.*

Adhuc Archillis, quae adſolent, quaeque oportet,
Signa eſſe ad ſalutem, omnia huic ineſſe video.
Nunc primum fac, iſthaec ut lavet: poſt deinde
Quod iuſſi ei dare bibere, & quantum imperavi,
Date. mox ego huc revertar.

Quin & Romani Obſtetrices *inter* Medicos *numerarunt, itaque de illarum, quemadmodum & Medicorum mercedibus, extra ordinem ius dici ſcripſit Vlpianus Libro* VIII. *de omnibus Tribunalibus*. Sed & obſtetricem audiant, quae utique medicinam exhibere videtur: Medicos fortaſſis quis accipiet etiam eos, qui alicuius partis corporis, vel certi doloris ſanitatem pollicentur, ut puta ſi auricularius, ſi fiſtulae, vel dentium, non tamen ſi incantavit, ſi imprecatus eſt, ſi (ut vulgari verbo impoſtorum utar) ſi exorcizavit, non ſunt iſta medicinae genera, tametſi ſint, qui hos ſibi profuiſſe cum praedicatione adfirment. *Lege* I. §. II. & III. *D.* de Extraordinariis cognitionibus. *Pluſcula deſcripſimus, quanquam ea omnia non ſint* de obſtetricibus, *ut aliquam illis praeferamus lucem. Non enim tantum Chriſtianos perſtringit Vlpianus, quod exorciſmis Daemones de hominibus depellerent, ſed etiam quia*, ſignando, ungendo, & imprecando *morbos curabant, Chriſtiani. Tertullianus Libro ad Scapulam cap.* IV. Sam. Petitus.

(b) Exemplum habes apud *Aelian. Lib.* V. *Var. Hiſt. Cap.* XVIII.

(c) Conſule *Lib.* I. *de Archont. Atheniens. Cap.* IX. *Tom.* I.

(d) Sic *apud Romanos* tutor factam pupillam ſuam, *ut ſcribit Modeſtinus*, nec ipſe uxorem ducere, nec filio ſuo in matrimonio adiungere poteſt. *Lege* XV. *D.* de ſponſalibus. *quinetiam*: Senatuſconſulto, *inquit Paulus*, quo cautum eſt, ne tutor pupillam vel filio ſuo, vel ſibi nuptum collocet, etiam *nepos* ſignificatur. *Lege* LIX. *D.* de ritu nuptiarum: *itemque* heres extraneus. *Lege* LXIV. *D.* eod. *Prohibentur autem huiuſmodi nuptiae*, ne pupillae in re familiari circumſcribantur ab his, qui rationes eis geſtae tutelae reddere compelluntur. *d. Lege* LXIV. *D.* eod. *Tres tamen ſunt exceptiones*: Quas quidem videre eſt *L.* VII. *Cod. de interdicto Matrimonio L.* VI. *C. eod. &* XVI. *D. de ritu Nuptiarum.*

(e) Hac *lege voluit* Solon *pupillorum bonis conſulere, ne qua fraus illis ob matris nuptias fieret. Sed videtur, aut antiquata fuiſſe haec Solonis Lex, aut conceſſum fuiſſe* tutoribus, *qui teſtamento dabantur, matres pupillorum ſuorum in uxores ducere, ſiquidem moriens pater ſupremis teſtamenti ſui tabulis id caviſſet. En tibi exemplum a Demoſthene, ubi de parentibus ſuis, patriſque tabulis ſupremis agit* ἐν τῷ κατὰ Ἀφόβου ψευδομαρτυριῶν α'. Δημοσθένης γὰρ ὁ ἐμὸς πατὴρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, κατέλιπεν οὐσίαν μὲν σχεδὸν, τεττάρων τε καὶ δέκα ταλάντων. ἐμὲ δὲ ἑπτὰ, ἐτῶν ὄντα, καὶ τὴν ἀδελφὴν πέντε. ἔτι δὲ τὴν ἡμετέραν μητέρα, πεντήκοντα μνᾶς εἰς τὸν οἶκον ἐσενηνεγμένην. βουλευσάμενος δὲ περὶ ἡμῶν, ὅτ' ἔμελλε τελευτᾶν, ἅπαντα ταῦτα ἐνεχείρησεν Ἀφόβῳ τε τούτῳ, καὶ Δημοφῶντι τῷ Δήμωνος υἱεῖ. Δημοφῶντι δὴ τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν, καὶ δύο τάλαντα εὐθὺς ἔδωκεν ἔχειν. αὐτῷ δὲ τούτῳ τὴν μητέρα, καὶ προῖκα ὀγδοήκοντα μνᾶς, καὶ τὴν οἰκίαν, καὶ σκεύεσι χρῆσθαι τοῖς ἐμοῖς. *Ita Paſio uxorem ſuam nuptum dat Phormioni, eumque* tutorem *dicit Paſiclis filii ſui natu minoris teſtamento. Demoſthenes* ἐν τῇ ὑπὲρ Φορμίωνος παραγραφῇ. ἐπειδὴ τοίνυν ὁ Πασίων ἐτελεύτησε ταῦτα διαθέμενος, Φορμίων φησὶ, τὴν μὲν γυναῖκα λαμβάνειν κατὰ τὴν διαθήκην, τὸν δὲ παῖδα ἐπιτρόπευεν.

Digitized by Google

ὀρφανοῖς ὁ νόμος, κατὰ τῶν ὐκ ἀφειμένων ἐπιτρόπων. *Lex pupillis primarum etiam iniuriarum actionem non dat extra quinquennium in tutores nondum absolutos.* Meminit etiam in Orat. pro Phormione.

Prodigi infames erant. Idem Diogenes loco citato. Ἐάν τις μὴ τρέφῃ τὺς γονέας, ἄτιμος ἔσω. ἀλλὰ κὴ ὁ τὰ πατρῶα καλεδηδοκὼς, ὁμοίως. *Si quis parentes non alat, infamis esto; eodem modo, qui bona paterna abligurierit.* Anonymus Problem. Rhet. XLIV. Ὁ καλαναλώσας πατρώαν ὐσίαν, ἄτιμος ἔσω. *Qui paternas facultates prodegerit, infamis esto.* Itaque suggesto etiam arcebantur. AEschines in Timarchum. Τέταρτον τίσι διαλέγεται (ὁ νομοθέτης;) εἰ τὰ πατρῶά φησι κατεδηδοκὼς, ἢ ὧν ἂν κληρονόμος γένηται. Τὸν γὰρ τὴν ἰδίαν οἰκίαν κακῶς οἰκήσαντα, κὴ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως παραπλησίως ἡγήσατο διαθήσειν· κὴ ὐκ ἐδόκει οἷόν τ' εἶναι τῷ νομοθέτῃ, τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον ἰδίᾳ μὲν εἶναι πονηρὸν, δημοσίᾳ δὲ χρηστόν. Διὸ' ὥετο δεῖν ὁ νομοθέτης τὸ ῥήτορα ἥκειν ἐπὶ τὸ βῆμα, τὸν λόγων ἐπιμεληθέντα πρότερον, ἀλλ' ὐ τῶ βίω. *Quarto loco cum quibus agit (legislator) si quis patrimonium, aut hereditaria bona per luxum absumserit. Nam qui suam familiam male administraverit, eodem modo etiam remp. curaturum censuit, neque fieri posse existimavit legislator, ut idem homo, & privatim esset improbus, & publice bonus, aut decere, ut orator suggestum conscenderet, qui orationis habendae prius, quam degendae vitae rationem duxisset.*

CAP. XI.

Non licebat servos civitatis participes fieri, neve etiam manumitti in theatro. Prohibebantur quoque vinum bibere, sicce ungi, puerosque amare ingenuos: quique id facerent, publico flagello urbis quinquaginta verbera accipiebant. Neque ad Eumenidum pompam, aut Thesmophoria admittebantur. Belli tempore non licebat eos verberare; si quis verberasset tamen, manumittere cogebatur. Neque extra illud etiam ulla iniuria adficere. Si quis adfecisset, tamen in hunc actio dabatur. Venditorum morbum indicare venditores oportebat. Artem medicinam discere illis non licebat; nec Harmodii, aut Aristogitonis nomine adpellari. In illos vero actio erat apud tribum dominorum.

SErvis civitatem dare non licebat, si natura tales essent. Dion Chrysostomus Orat. XV. Οὐκ οἶσθα τὴν Ἀθήνησιν, ἔφη, νόμον, παρὰ πολλοῖς δὲ κὴ ἄλλοις, ὅτι τὸν φύσῃ δοῦλον γενόμενον ὐκ ἐᾷ μετέχειν τῆς πολιτείας. *Nescis, inquit, Athenienſium legem, quae & apud alios multos obtinet, quae illum, qui natura servus est, participem civitatis fieri non permittit.*

Nec licebat in theatro manumittere. AEschines in Ctesiphontem. Καὶ διαῤῥήδην (ὁ νόμος) ἀπαγορεύει μήτε οἰκέτην ἀπελευθερῶν ἐν θεάτρῳ. *Et expresse (lex) edicit, ne vel servus in theatro liberetur* (a).

(a) *Renunciabantur Servi liberi per praeconem, ut hic habes: Sed in Theatro non debebat fieri haec renunciatio: ambitiosum enim erat: volebant quippe omnes Graecos, qui Ludis intererant, testes esse. AEschines:* ἄλλοι δέ τινες ὑποκηρυξάμενοι, τὺς αὐτῶν οἰκέτας ἀφίεσαν ἀπελευθέρους, μάρτυρας τῆς ἀπελευθερίας τὺς Ἕλληνας ποιούμενοι. *Manumissi servile suum nomen aliquando mutabant, aliquando, syllabis augebant, ut* Stephanus *ille, qui* Philostephanus *adpellari voluit, in quem est Epigramma Libro II. Anthologias,*

Ἦν Στέφανος πίθηκος, κὴ παῖς ἅμα· νῦν δὲ πρωκόψας
Πλουτεῖ, κὴ γεγένηται εὐθὺ Φιλοστέφανος.

Tonsurae quoque genus mutabant. Grammatici: ἀνδραποδώδη τρίχα. τὴν τῶν ἀνδραπόδων ἰδίως κυρὰν· ἣν ἀπελευθερωθέντες ἤλλασσον Ἀθήνησιν οἱ δοῦλοι. *Quum autem eodem cum* Μετοίκοις *iure censerentur* Liberti, *quotannis* τὸ μετοίκιον, *id est, duodecim drachmas aerario pendebant, & praeterea triobolum, sive scribae, sive publicano. Harpocration.* ὅτι δὲ καὶ οἱ δοῦλοι ἀφεθέντες ὑπὸ τῶν δεσποτῶν ἐτέλουν τὸ μετοίκιον ἄλλοι τε τῶν Κωμικῶν δεδηλώκασι, κὴ Ἀριστομένης. Μένανδρος δ' ἐν Ἀνατιθεμένῃ, κὴ ἐν Διδύμαις πρὸς ταῖς δώδεκα δραχμαῖς, κὴ τριώβολον φησὶ τούτους τελεῖν, ἴσως τῷ τελώνῃ. *Atque de his intelligendus Pollux Libro III. Cap. IV.* Τὸ δὲ μετοίκιον ἦν δυοκαίδεκα τῷ δημοσίῳ δραχμαὶ, κὴ τῷ Γραμματεῖ τριώβολον. *Itemque Hesychius:* μετοίκιον τέλος ὅτως ἐκαλεῖτο, ὃ ἐτίθεσαν δραχμὰς δώδεκα, τῷ δ' Τελώνῃ τριώβολον. *Hoc tributum pendebant Liberti, ceteraque alia omnia, publica, privata, administrabant per Patronum, non quem elegissent ipsi, quemadmodum οἱ Μέτοικοι, sed qui libertate donasset dominus, quem colere, eique Lege constituta praestare tenebantur hac Lege:*

Τὺς ἀπελευθερωθέντας μὴ ἀφίεσθαί τι ἀπὸ τῶν ἀπελευθερωσάντων, μήτε ἕτερον ἐπιγράφεσθαι προστάτην, κὴ ἃ κελεύουσιν οἱ νόμοι ποιεῖν. Liberti eos, a quibus manumissi sunt colunto: neminem alium patronum adoptanto; eaque quae Legibus imperantur, iis praestanto.

Legem hanc colligere est ex iis, quae referunt Grammatici de actione Ἀποστασίου, *& nos eorum verba reddemus infra,* σὺν Θεῷ δ' ἐροῦμεν. Patronum *colebant* Liberti, *eique quasdam operas praestare tenebantur, ut in hac Lege habes, & e verbis Suidae plenius in sequentibus dicemus: Hinc Chrysippo Libro* περὶ ὁμονοίας II. ἀπελεύθεροι δοῦλοι ἔτι εἰσί, *sed non* οἰκέται *erant, id est, non* τῇ κτήσει κατατεταγμένοι, *ut loquitur idem Chrysippus, in bonis possidentis non censebantur: Nullum praeterea alium eligere poterant* προστάτην, Patronum, *quam eum a quo libertate fuerant donati. Non ignoro incomparabilem Casaubonum in Animadversionibus ad Suetonium scribere, potuisse quoque, quum manumitterentur, optare sibi & publice adsciscere* patronum *alium, quam eum qui manumitteret, in cuius clientela esset, idque voce praeconis: in hanc sententiam eum induxit Aristotelis locus Rhetoric. Lib. III. Cap. VIII.* ὥσπερ ὃν τῶν Κυρίων προλαμβάνουσι τὰ παιδία, τό, τινα αἱρεῖται ἐπίτροπον ὁ ἀπελευθερούμενος, ΚΛΕΩΝΑ. *Sed idem non est, meo iudicio,* Προστάτης *sive* Patronus, *&* Ἐπίτροπος. Patronus *non eligebatur a* Liberto, *sed is erat, qui manumiserat; At vero* Ἐπίτροπος *publice ab eo, qui manumitteretur, adoptabatur: nempe* ὁ Προστάτης *eum tutabatur sua auctoritate, & omnia eius minima, maxima, privata, publica, administrabat:* ὁ Ἐπίτροπος *vero adversus* Patronum *ipsum, si opus foret, tuebatur: quemadmodum & apud Romanos* Liberti, *quamquam in* Patroni, *qui manumiserat, essent clientela, habebant tamen & alium, ex amicis forte* Patroni, *cuius se esse* clientes *dicerent, qui apud* patronum *irascentem & in ius rapientem, si res ita ferret, deprecaretur & tueretur clientem hunc suum: ita intelligenda puto M. Tullii verba Epist. XII. Libri I. ad Atticum.* Libertum ego habeo, sane nequam hominem, Hilarum dico, ratiocinatorem, & *clientem* tuum.

Si in hanc Legem commisissent Liberti, *iis* Ἀποστασίου *dica scribebatur ex hac Lege:*

Ἀποστασίου γραφὰς εἶναι κατὰ τῶν ἀπελευθερωθέντων τοῖς ἀπελευθερώσασιν, ἐὰν ἀρνῶνταί τι ἀπ' αὐτῶν, ἢ ἕτερον ἐπιγράφωνται προστάτην, κὴ ἃ κελεύουσιν οἱ νόμοι μὴ ποιῶσι· κὴ τὺς μὲν ἁλόντας δούλους εἶναι· τὺς δὲ νικήσαντας, τελέως ἤδη ἐλευθέρους. Actio Ἀποστασίου patronis esto adversus Libertos, qui patronos non coluerint, aut alios adoptaverint, eaque quae Legibus imperantur, non praestiterint: convicti Liberti in ser-

Digitized by Google

Vinum quoque bibere prohibebantur (a), niſi primo Antheſteriorum die, qui Πιθοιγία dicebatur. Proclus ad Heſiodi Ἔργων lib. I. Καὶ ἐν ἱεροῖς παλαιοῖς ἐστιν ἑορτὴ Πιθοιγία, καθ' ἣν ὅτε οἰκέτῃ, ὅτε μισθωτὸν εἰργειν τῆς ἀπολαύσεως τοῦ οἴνου θεμιτὸν ἦν. *Inter patria feſta eſt Pithoegia, qua nec ſervum, nec mercenarium uſu vini prohibere eſt conceſſum.*

Prohibebantur quoque ſicce ungi, & pueros amare ingenuos. Plutarchus in Solonis Vita. Καὶ νόμον ἔγραψε, διαγορεύοντα, δοῦλον μὴ ξηραλοιφεῖν, μηδὲ παιδεραστεῖν. *Legem etiam ſcripſit, quae diſerte vetabat, ne ſe ſervi ſicce ungerent, neve pueros amarent.* Idem in Amatorio. Καὶ Σόλων δούλοις μὲν ἐρᾶν ἀρρένων παίδων ἀπεῖπε, καὶ ξηραλοιφεῖν. *Et Solon ſervis quidem interdixit ſicca unctione, & amore puerorum.* Ac rurſum occurrit in Convivio Sapientum. De amore puerorum ſunt & Marcellini verba in Hermogenem. Δοῦλον ἐλευθέρου παιδὸς μὴ ἐρᾶν. *Ne ſervus puerum ingenuum amet.* Si quis faceret, publico flagello urbis verbera accipiebat quinquaginta. AEſchines in Timarchum. Πάλιν ὁ αὐτὸς οὗτος εἶπε νομοθέτης. δοῦλον ἐλευθέρου παιδὸς μὴ ἐρᾶν, μήτ' ἐπακολουθεῖν, ἢ τύπτεσθαι ἰᾷ δημοσίᾳ μάστιγι πεντήκοντα πληγάς. *Rurſus idem legislator edixit, ne ſervus puerum ingenuum vel amet, vel adſectetur, aut publico flagello quinquaginta plagis adficiatur.*

Neque ad Eumenidum pompam admittebantur. Philo lib. Περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον. Διό μοι δοκοῦσιν οἱ τῶν Ἑλλήνων ὀξυδερκέσταοι Ἀθηναῖοι, ἢ ἐπὶ ταῖς Σεμναῖς θεαῖς πομπὴν ὅταν στέλλωσι, δοῦλον μηδένα προσλαμβάνειν τὸ παράπαν. *Ideo mihi videntur perſpicaciſſimi Graecorum Athenienſes, quum pompam Eumenidibus ducunt, nullum omnino ſervum adhibere.*

Ita quoque a Theſmophoriis arcebantur. Euripides apud Ariſtophanem in Theſmoph.

——— Σὺ δ' ἄπιθ', ὦ θρᾷττ', ἐκποδών.
Δούλοις γὰρ οὐκ ἔξεστ' ἀκούειν τῶν λόγων.

——— *Tu vero, Thratta, faceſſe te hinc. Neque enim ſervis licet hos ſermones audire.*

Belli tempore verberare non licebat; ſi quis tamen verberaſſet, manumittere cogebatur. Anonymus Problem. Rhet. LIX. Νόμος ἐκέλευεν. ἕως ἂν συνίσταται ὁ πόλεμος, μηδένα ἔχειν ἐξουσίαν τύπτειν ἢ δοῦλον· εἰ δὲ μή, ἵνα ἐλεύθερος ὁ δοῦλος. *Lex iubebat, ne quis ſervum, quamdiu duraret bellum, verberaret; ſi quis faceret, uti ſervus libertati traderetur.* Sed nec alias adficere iniuria qualicumque fas erat. Demoſthenes adverſus Midiam. Νόμος. Ἐάν τις ὑβρίζῃ τινὰ, ἢ παῖδα, ἢ γυναῖκα, ἢ ἄνδρα, ἢ ἐλευθέρων, ἢ τῶν δούλων, ἢ παράνομόν τι ποιήσῃ εἰς τούτων τινὰ, γραφέσθω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων οἷς ἔξεστιν. *Lex, Si quis aliquem contumelia adfecerit, ſive puerum, ſive mulierem, ſive virum, ex ingenuis, aut ſervis, aut quid legibus interdictum in eorum quemdam admiſerit, eum quicumque volet Athenienſium, cui id licet apud Sexviros deferto.* Et poſtea iterum. Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦ νόμου τῆς φιλανθρωπίας, ὡς οὐδὲ τοὺς δούλους ὑβρίζεσθαι ἀξιοῖ. *Auditis, o viri*

ſervitutem revocantor: ſi ſecundum Libertos pronunciatum fuerit, perfecte liberi ſunto.

Laudant hanc Legem Grammatici: Ἀποστασίου, δίκη τίς ἐστιν κατὰ τῶν ἀπελευθερωθέντων διδομένη τοῖς ἀπελθοῦσιν ἐὰν ἀφισῶνταί τι ἀπ' αὐτῶν, ἢ ἕτερον ἐπιγράφωνται Προσάτλων, καὶ ἃ κελεύουσιν οἱ νόμοι μὴ ποιῶσι, καὶ τοὺς μὲν ἁλόντας δεῖ δούλους εἶναι· τοὺς δὲ νικήσαντας, τελέως ἤδη ἐλευθέρους. *Competebat haec dica* Apoſtasii Patronis *adverſus* Libertos *ingratos, ut hinc conſtat, quibus aderant* Epitropoi *illi, quos publice ſibi adoptaverant, quum manumitterentur. An* Libertorum *exceptio, qua ſe adverſus hanc actionem tuebantur,* Apoſtaſii *quoque diceretur, quaerit vir Ampliſſimus & eruditiſſimus: atque ita dici ſuſpicatur e Dinarchi Oratione pro AEſchylo Xenophontis Liberto, cuius epigraphe eſt apud Diogenem Laertium in Xenophonte, & Dionyſium Halicarnaſſeum in Dinarcho,* πρὸς Ξενοφῶντα Ἀποστασίου. *Confirmandae eius ſuſpicioni facit locus Suidae in haec verba:* Ἀποστασίου δίκη, ὅταν δοῦλος ὑπὲρ ἐλευθερίας ἐνίσταται, φάσκων μὴ προσήκειν τοῖς δούλοις αὐτὸν ἀντιποιουμένοις. *Quo ſenſu vir idem ſummus explicet iſta Suidae verba in ſuperioribus diximus: ſed nullus dubito Suidam docere,* Apoſtaſii *dicam eſſe actionem, qua Libertus, qui aliquo modo* δοῦλος *eſt, ut loquitur Chryſippus, in iudicium vocat* patronum, *ut in plenam & omnibus numeris abſolutam aſſeratur libertatem, dicens ſe non poſſe adplicare ad ſervos aliquid ſive operae praeſtantes, ſive pecuniae pendentes* προσήκειν τοῖς δούλοις ἄν τι ποιουμένοις, *ita in tres diſtinximus voces, quae unica legebatur apud Suidam: Servi ſuas praeſtabant operas dominis, & aliquid de ſuo peculio pendebant.* Liberti *quoque Lege cogebantur* patronis ἃ κελεύουσιν οἱ νόμοι ποιεῖν. *At hic* Libertus, *qui* Ἀποστασίου *dicam* patrono *ſcribit, nil vult ſive praeſtare, ſive pendere, quum id ſervorum ſit, qua etiam de cauſa quaſi ſervi cenſentur* Liberti, *ſed potius plena perfectaque frui libertate. Dica haec* Ἀποστασίου *ſcribebatur apud Polemarchum: Ariſtoteles de Athenienſium Republica:* Πολέμαρχος ἀγάγῃ δικασὰς (γρ. δίκας τὰς) τε Ἀποστασίου, καὶ Ἀπροστασίου, καὶ κλήρων, καὶ Ἐπικλήρων τοῖς Μετοίκοις, καὶ τἆλλα ὅσα τοῖς πολίταις ὁ Ἄρχων, ταῦτα τοῖς Μετοίκοις ὁ Πολέμαρχος. *Iudicabantur autem* Servorum *actiones in Dominos,* Patronorum *in* Libertos Ἀποστασίου, *a contribulibus* Patroni, *ſive Domini. Harpocration:* ὅτι πρὸς τὴν φυλὴν τῶν κεκτημένων, αἱ πρὸς δούλους λαγχάνονται δίκαι, Ἰσαῖος ἐν ἀπολογίᾳ Ἀποστασίου πρὸς Ἀπολλόδωρον δῆλοι. *Suidas:* ὅτι πρὸς τὴν φυλὴν τῶν κτησαμένων, αἱ πρὸς τοὺς δούλους λαγχάνονται δίκαι. *Si hac* Ἀποστασίου *actione vincerentur* Liberti *a* Patronis, *in ſervitutem retrahebantur. Harpocration, & ex eo Suidas:* καὶ τοὺς μὲν ἁλόντας, Libertorum *ſcilicet,* δεῖν δούλους εἶναι. *Atque in* ἀνάκαια *coniiciebantur. Iſaeus* ἐν τῷ πρὸς Ἕρμωνα περὶ ἐγγυῆς. Ἑρμοκράτους δὲ ὡς τὸ ἀνάκαιον ἐνέβαλε, φάσκων ἀπελεύθερον εἶναι. καὶ πρότερον ἀφῆκε πρὶν τριάκοντα δραχμὰς ἐπράξατο. *Suidas:* ἀνάκαιον τὸ δεσμοτήριον, ὡς ὁ κατετίθεντο τοὺς πονηροὺς δούλους, καὶ τοὺς ἀπελθέρων τοὺς ἀφισαμένους, *aut etiam vendebantur. Demoſthenes* ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος α'. καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ ὤφλησαν ἀποστασίου, ἀπέδοσθε. *Si viciſſent* Liberti, *perpetua & perfecta libertate fruebantur. Harpocration:* τοὺς δὲ νικήσαντας, τελέως ἤδη ἐλευθέρους. *Suidas:* τοὺς δὲ νικήσαντας, τελέως λοιπὸν ἐλευθέρους. *Atque haec ita ſe habere docuerant Oratorum veterum multi, Lyſias* πρὸς Ἀριστόδημον, *& Hyperides* κατὰ Δημητρίας Ἀποστασίου. *Huius Legis meminit Valerius Maximus Lib.* II. *cap.* I. Age quid illud inſtitutum Athenarum, quam memorabile? quod convictus a *patrono libertus* ingratus, iure libertatis exuitur. Superſedeo te, inquit, habere civem, tanti muneris impium aeſtimatorem. Nec adduci poſſum, ut credam urbi utilem, quem domi ſceleſtum cerno: abi igitur, & eſto ſervus, quoniam liber eſſe neſcisti. *Sed obiter caſtigandus eſt Valerii error, quum putet ſervos ab Athenienſibus civitate ſimul cum libertate donatos fuiſſe: quod verum non eſt: nempe in animo habebat ille iuſtam illam libertatem apud ſuos Romanos vindicta datam.* Ita *Sam. Petitus* commentatur.

(a) Vinum bibere prohibebantur olim mulieres apud Romanos, ut ſcribit *Gellius Lib.* X. *Cap.* XXIII. & apud Afros puellae, ut indicat *Auguſtinus Lib.* VIII. *Confeſſ. Cap.* VIII. Ceterum neſcio quomodo id, quod hic dicitur, conſiſtat, quum diſerte *Plautus* in *Sticho* dicat:

Atque id ne vos miremini, homines ſervulos
Potare, amare, atque ad coenam condicere:
Licet hoc Athenis nobis.

Digitized by Google

viri Athenienſes, humanitatem legis, quae nec ſervos contumelia vult adfici. Itaque iniuriarum quoque actio dabatur. Athenaeus lib. VI. Ἀθηναῖοι δὲ, καὶ τῆς τῶν δούλων προνοοῦντες τύχης, ἐνομοθέτησαν, καὶ ὑπὲρ δούλου γραφὰς ὕβρεως εἶναι. *Athenienſes vero, etiam ſervorum fortunae proſpectum cupientes, lege lata, ſtatuerunt, uti de iniuria illata ſervis actio eſſet.* Quin puniti ſaepe morte, qui in illos deliquiſſent pro iniuriae gravitate. Demoſthenes adverſus Midiam. Ὁμῶ δ' ὅσων ἂν τιμὴν καταθέντες δούλους κτήσωνται, οὐδὲ τούτους ὑβρίζειν ἀξιοῦσιν· ἀλλὰ νόμον δημοσίᾳ τ' ταῦτα κωλύοντα τέθεινται τυλονί· καὶ πολλοὺς ἤδη, παραβάντας τοῦ νόμον τοῦτον, ἐζημιώκασι θανάτῳ. *Tamen ne illos quidem, quos pretio ſibi comparatos ſervos habeant, adfici iniuria volunt; ſed & legem, publice haec prohibentem, ſtatuerunt; ac iam multos, qui hanc legem violaſſent, mortis poena adfecerunt* (a).

Si quis morbo laborantem ſervum venderet, ille morbum indicare tenebatur; ni feciſſet, iure cum hoc agere permittebatur. Suidas in Εἰσαγωγὴ οἰκέτου. Τοῦ παραθένλω οἰκέτου, εἴ τι ἔχοι νόσημα, ἐὰν μὴ προεῖπεν ὁ πωλῶν, ἐφίησιν ὁ νόμος τῷ ὠνησαμένῳ, διακρίνεσθαι πρὸς τ πεπρακότα πρότερον ἀπογραψάμενον πρὸς τὰς ἀρχὰς τ αἰτίαν. *Venditi ſervi morbum, ſi quem habeat, niſi venditor praedixerit, permittit lex emtori agere cum venditore, expoſita per ſcriptum ante cauſa apud magiſtratum.*

Nulli artem medicam diſcere permittebatur. Hyginus Mythologici cap. CCLXXIV. *Athenienſes caverant, ne quis ſervus artem medicinam diſceret* (b).

Nec Harmodii nomen cuiquam, neque Ariſtogitonis imponi concedebatur. Libanius in Apologia Socratis. Εἰ γ' ἦν ἡγεῖτο δεινὸν ὁ Σόλων εἶναι ἵνα καλὰ τ ἐπῶν ἐξουσίαν τῷ βουλομένῳ, πάντως ἂν ἔθηκε νόμον, εἴργοντ' Ἀθηναίους τῷ βασάνῳ τ ἐπῶν· εἰ δὲ μὴ Σόλων. ἕτερος ἄν. ὥστε τ ὀνομάτων Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος, ἔδοξεν ἡμῖν μηδένα δοῦλον ἵππις τύραννον καθελοῦσι ποιεῖν ὁμώνυμον. *Quocirca ſi grave eſſe exiſtimaſſet Solon, de carminibus libere volenti loqui licere, legem omnino condidiſſet, quae Athenienſes verſuum exploratione prohiberet; & ni Solon, alius feciſſet quiſquam; ſicut de nominibus Harmodii, & Ariſtogitonis nobis placuit; ne quis tyrannicidarum nomine adpellaretur* (c).

Si quis vero accuſare ſervos vellet, ei faciendum illud apud tribum dominorum. Harpocration. Πρὸς τὴν φυλὴν τοῦ κεκλημένου αἱ πρὸς τοὺς δούλους λαγχάνονται δίκαι. *Apud tribum domini actiones adverſus ſervos inſtituebantur.* Eadem & Suidas tradit totidem verbis.

CAP. XII.

Nothi non habiti inter propinquos; itaque paternis bonis, ſacris omnibus, publiciſque arcebantur; & accipiebant tantum mille drachmas, quae Νοθεῖα *dicebantur. Scholiaſtes Ariſtophanis, & Suidas emendati. Si legitimos eos facere pater vellet, referebat in tribules, atque nomen illis ſuum imponebat, idque fieri, niſi concedente populo, non licebat. Inde in domum introducti, bonorum paternorum haereditatem cum aliis legitimis liberis aequaliter accipiebant; ita tamen, ut legitimorum eſſet diſtributio, & electio nothorum. Ea de re locus Cyri emendatus. Inter nothos etiam illi cenſebantur qui ex matre peregrina nati. Diſſidium Athenaei, & Plutarchi conciliatum.*

INter genere propinquos nothi minime cenſebantur. Diſcimus ex Ariſtophanis Avibus.

Ἐρῶ γὰρ καὶ τ Σόλωνός σοι νόμον.
Νόθῳ δὲ μὴ εἶναι ἀγχι-
Στείαν, παίδων ὄντων γνη-
Σίων, ἐὰν δὲ παῖδες
Μὴ ὦσι γνήσιοι, τοῖς
Ἐγγυτάτω τοῦ γένους
Μετεῖναι τ χρημάτων,
Dico autem iam & Solonis tibi legem.
Spurio autem non eſſe aſſi-
Nitatem, filiis exſiſtentibus legi-
Timis; ſi vero filii
Non ſint legitimi, his,
Qui proximi ſunt genere,
Participationem eſſe rerum.

Et obſerva in verborum iſtorum fine, nec veniſſe in bonorum aliquam partem, ſi legitimi deeſſent, ſed in genere proximos hereditatem recidiſſe. Scholiaſtes eo loco dicit tantum excluſos nothos, ſi legitimae filiae eſſent. Νόμος ἦν Ἀθηναίοις, γνησίας μὲν ὅσης θυγατρὸς, μὴ κληρονομεῖν τὸν νόθον τὰ πατρῷα. *Lex erat Athenienſibus, ſi legitima eſſet filia, ne*

(a) *Humane itaque Servos ſuos habuerunt Athenienſes. Hinc legem ut ſcriberent hanc, factum eſt:*
Ἂν τις τύπτῃ τὸν ἀλλότριον δοῦλον, γραφὰς εἶναι αἰκίας κατὰ τοῦ τύπτοντος. Si quis alienum ſervum pulſarit, adverſus eum Lege iniuriarum agito.
Non licebat igitur alienum ſervum pulſare: meminit huius legis Xenophon ἐν τῇ τῶν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. τῶν δούλων αὖ καὶ τῶν Μετοίκων, πολλὴν ἐξεῖναι Ἀθήνησιν ἀκολασίαν, καὶ οὔτε παίσαι ἔξεστιν αὐτόθι, οὔτε ὑπεκστήσεταί σοι ὁ δοῦλος. *Hanc eamdem Legem intelligit Athenaeus Libro* VI. Ἀθηναῖοι δὲ καὶ τῆς τῶν δούλων προνοοῦντες τύχης, ἐνομοθέτησαν καὶ ὑπὲρ δούλων γραφὰς ὕβρεως εἶναι. Τὴν περὶ δης γοῦν ὁ Ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Μαντιθέως, αἰκίας φησὶν ἔθεσαν, οὐ μόνον ὑπὲρ τῶν ἐλευθέρων, ἀλλὰ καὶ ἐάν τις ὡς δοῦλον σῶμα ὑβρίσῃ, γραφὰς εἶναι κατὰ τοῦ ὑβρίσαντος. Ὕβριν *vocat, quae proprie* αἰκία *eſt, id eſt,* πληγαί *μόνον, ut interpretantur veteres Magiſtri, cuius mulcta erat pecuniaria, ut docet Lyſias* ἐν τῷ περὶ αἰκίας πρὸς Ἰσοκράτην. Καίτοι τίς οὐκ οἶδεν ὑμῶν, ὅτι ἡ μετὰ αἰκία, χρημάτων ἐστὶ μόνον τιμῆσαι. *Ratio legis eſt apud Xenophontem, loco laudato:* οὐ δ' ἕνεκέν ἐστι τοῦτο ἐπιχώριον, ἐγὼ φράσω. εἰ νόμος ἦν τὸν δοῦλον ὑπὸ τοῦ ἐλεύθερου τύπτεσθαι, ἢ τὸν μέτοικον, ἢ τὸν ἐλεύθερον, πολλάκις ἂν οἰηθεὶς εἶναι τὸν Ἀθηναῖον δοῦλον, ἐπάταξεν ἄν. ἐσθῆτά τε γὰρ οὐδὲν βέλτιον ὁ δῆμος αὐτόθι, ἢ οἱ δοῦλοι, καὶ οἱ μέτοικοι, καὶ τὰ εἴδη οὐδὲν βελτίους εἰσίν; *& paulo poſt:* ὅπου δ' εἰσὶ πλούσιοι δοῦλοι, οὐκέτι ἐνταῦθα λυσιτελεῖ τὸν ἐμὸν δοῦλον σὲ δεδιέναι. *E quibus Xenophontis verbis videre eſt, quam ſoluta fuerint iura Athenienſium Servorum, ut qui eadem cum plebe, aut elegantiori uterentur veſte, nemini de via cederent, neque liceret eos ab alienis pulſari. Sam. Petitus.*

(b) Romae tamen nonniſi ſervi, atque exotici homines olim medicinam exercebant. *Plinius Lib.* XXIX. *Cap.* 1. *Solam hanc artium Graecarum nondum exercet Romana gravitas. In tanto fructu pauciſſimi Quiritium attigere, & ipſi ſtatim ad Graecos transfugae. Immo vero auctoritas aliter quam Graece eam tractantibus, etiam apud imperitos, experteſque linguae, non eſt. Ac minus credunt, quae ad ſalutem ſuam pertinent, ſi intelligunt.*

(c) Vide *Piſiſtratum Cap.* XIV. *Tom.* I.

Digitized by Google

ne paternam hereditatem nothus cerneret (a). Dabantur vero ex facultatibus paternis mille drachmae; eaque Νοθέα adpellabantur. Ariſtophanes fabula citata.

Τί δὲ ἦν ὁ παλὴρ ἐμοὶ διδῶ τὰ χρήματα
Τὰ νοθεῖ' ἀποθνήσκων;
Quid vero ſi pater det mihi pecuniam
Nothae debitam moriens?

Quem locum reſpexit Pollux lib. III. cap. II. Ἀριſτοφάνης δ', νοθέα τὰ χρήματα καλεῖ, τὰ τοῖς νόθοις διδόμενα. *Ariſtophanes vero, Nothea vocat pecuniam, quae nothis datur.* Ac fuiſſe mille drachmas tradit Harpocration. Νοθέα, τὰ τοῖς νόθοις ἐκ τ πατρώων διδόμενα ὕτω καλεῖται. ἦν δὲ μέχρι χιλίων δραχμῶν. *Nothea, ita dicuntur, quae nothis dantur ex bonis paternis; erantque ad mille drachmas.* Totidem verbis etiam Suidas in Νοθέα. Corruptus autem locus Scholiaſtae Comici loco citato; ubi exponit, quaenam τὰ νοθέα fuerint. Νόμ@ δὲ ἦν Ἀττικὸς, τοῖς νόθοις μέχρι πέντε μνῶν καταλιμπάνειν. *Lex erat Attica, ut nothis relinquerentur minae quinque.* Repone, μέχρι δέκα μνῶν, *minae decem.* Et idem mendum eſt apud Suidam in Ἐπίκληρ@. Nam una mina drachmas continebat centum; itaque ad conſtituendas mille drachmas requiruntur minae decem. Natum eſt mendum ex confuſione numerorum ι. & ι. (b)

Vt vero paternis bonis, ita quoque ſacris omnibus, publiciſque arcebantur. Iſaeus in Orat. de hereditate Philoctemonis. Τοὐναντίον ἰοίνυν συμβέβηκεν, ἢ ὡς ὁ νόμ@ γέγραπται. ἐκεῖ μὲν γάρ ἐϛι. νόθῳ, μηδὲ νόθῳ, εἶναι ἀϱχιϛείαν μήθ' ἱερῶν, μήθ' ὁσίων, ἀπ' Εὐκλείδου. *Itaque contra factum eſt, atque lex ſcripta habet. In ea enim edicitur; ne ad ſacra, publicave nothus, aut notha admittatur; idque ab Euclide.*

Si legitimos eos facere pater vellet, in tribules referebat; quod licebit obſervare apud Comicum eodem loco; ubi ita loquitur Hercules nothus.

HP. Ἐμοὶ δ' ἀρ' ἔδεν τ πατρώων χρημάτων
Μέτεϛιν; ΠΕΙ. ὦ μέντοι νὴ Δία. λέξον δέ μοι.
Ἦλθ' σ' ὁ παλὴρ εἰϛήγαγ' εἰς τοὺς φράτορας;
HP. Οὐ δῆτ' ἐμέγε. ——

HER. *An vero mihi non licet, paternarum facultatum*
Participem fieri? PI. *non quidem, per Iovem; ſed dic mihi,*
An ne pater te introduxit ad tribules?
HER. *Non certe me.* ——

Meminit etiam Plutarchus in Pericle, ubi dicit, orbatum filiis duobus legitimis, & unicum tantum nothum habentem, veniam a populo accepiſſe, ut eum in tribules referret, & ſuo nomine adpellaret. Vbi illud quoque diſce; non legitimum ſibi ullum facere cuiquam licuiſſe, niſi prius populo conſentiente; tum & nomen item illis immutatum. Ἡ παροῦσα δυϛυχία τῷ Περικλεῖ περὶ τ οἶκον, ἐπέκλασε τοὺς Ἀθηναίους· κ δόξαντες αὐτὸν νεμεσηλά τε παθεῖν, ἀνθρωπίνως ἴε δεῖϛθαι, συνεχώρησαν ἀπογράψασθαι τ νόθον εἰς τοὺς φράτορας, ὄνομα θέμενον τὸ αὐτῷ. *Praeſens domeſtica Periclis calamitas infregit Athenienſes, ac rati eum indigna pati, & humanitus adflictum, conceſſere, ut referret in tribules filium nothum, nomenque ei ſuum imponeret.*

Poſt quae in domum introducebantur, & hereditatem patris cum legitimis aliis filiis aequaliter accipiebant. Marcellinus in Hermogenem. Νόμ@, τ γνήϲιον, κ τὸν νόθον, ἰϲοκληρονόμους εἶναι, ἐὰν τὸν νόθον ὁ παλὴρ εἰς τὴν οἰκίαν εἰϲαγάγῃ. *Lex eſt, ut legitimus, & nothus aequaliter hereditatem cernat, ſi nothum pater in domum introduxerit.* Haec legitimorum tamen hic praerogativa erat, ut hereditatem ipſi diſtribuerent, & electionem partis notho darent. Sopater alibi ad eumdem Hermogenem. Ἐξεῖναι τοῖς παλράϲιν, ἰϲοκληρονόμους θεῖναι τοὺς νόθους τοῖς γνηϲίοις. ἔχων τις νόθον ἐκ δούλης, κ γνήϲιον, ἔταξεν ἀμφοτέρους ἰϲοκληρονόμους. ὁ νόμ@ δέδωκε τῷ γνήϲιῳ τ διανομῆς τ ἐξουϲίαν. ὃς τ παροῦϲαν οὐϲίαν· μερίδα θεὶς, ἀντέθηκε τῇ ἑτέρᾳ μερίδι τ τοῦ νόθου μητέρα, κ ἐπέτρεπεν ἐκλέγεϲθαι. *Licere patribus aequaliter hereaes ſtatuere nothos cum legitimis: quidam habens nothum ex ſerva, & legitimum, ambos aequaliter heredes ſcripſit. Lex dat legitime diſtribuendi poteſtatem; qui in una parte poſita univerſis facultatibus, matrem nothi in altera ponit; inde imperat ut eligat.* Cyrus

(a) Huc ſpectant Piſtheteri ad Herculem verba apud *Ariſtophanem*.

Τῶν γὰρ πατρώων οὐδ' ἀκαρῆ μέτεϛί σοι
Κατὰ τοὺς νόμους. νόθ@ γὰρ εἶ κοὐ γνήϲι@.

Ac ne ullo quidem modo aut iure in bona parentis veniebant: Nam cognati ἀγχιϛέας *iure ab inteſtato hereditatem cernebant illius, qui deceſſiſſet nullo ſuperſtite legitimo libero, quamquam* Nothos *ſuſtuliſſet, ut e praecedenti Lege conſtat: Hinc apud Comicum negat Piſtheterus Herculem Iovis hereditatem poſſe adire, quia* nothus *eſt, & minatur Neptunum eam ſibi* ἀϱχιϛέας *iure vindicaturum, & aſſerturum, ut qui ſit Iovis frater.*

Οὕτ@ ὁ Ποσειδὼν πρῶτ@ ὃς ἐπαίρει σε νῦν
Ἀνθέξεταί σου τῶν πατρώων χρημάτων,
Φάσκων ἀδελφὸς αὐτὸς εἶναι γνήσι@.

Sam. Petitus.

(b) Aliter hic diſputat, atque opinatur *Sam. Petitus. Definit Legislator, ſi Scholiaſtae Comici, ſi Suidae credimus, τῶν* Νοθέων *ſummam intra minas quinque: At ille idem Suidas, & is, a quo accepit Harpocration in* Νοθέα, *minas decem definiunt:* Νοθέα τὰ τοῖς Νόθοις διδόμενα ἐκ τῶν πατρώων ὕτω καλεῖται. ἦν δὲ μέχρι χιλίων δραχμῶν; *huiuſque rei auctores laudant Lyſiam, ſi titulus non mentitur auctorem ἐν τῷ πρὸς Καλλιφάνην ξενίας, & Iſaeum ἐν τῷ πρὸς Λυσίβιον περὶ Ἐπικλήρων. Verum haec, ut puto, facile inter ſe conciliari poſſunt. Nam nobis quidem videntur νοθέα fuiſſe in Solonis Legibus minae quinque, ſive quingentae drachmae: at poſtea mutavit, atque decem minas ſive mille drachmas in* Νοθεῖα *dari placuit, ut de Pentacoſiomedimnorum dote, quam* ταῖς Θήσσαις *dabant, adnotant Ariſtophanes Grammaticus. Atque haec certa ſunt: iam vero* promittam capillum, incipiamque hariolari. *Videntur tot in* Νοθεῖα *datae drachmae, ſive minae, quot impendebantur a Pentacoſiomedimnis, aut Equitibus, aut Zygitis, in elocandis & dotandis* orbis *puellis. Quare hae quingentae drachmae, quae* Νοθεῖα *dicuntur, Pentacoſiomedimnorum tantum fuerunt: neque Equites aut Zygitae hoc modulo, ſed eadem illorum analogia, quae in conferenda* orbarum *dote. Argumento eſt, quod* Νοθεῖα *bonorum paternorum non ſint pars decima, ſed multo minus: hinc enim oſtendit Iſaeus ex Endii perſona ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύῤῥου κλήρου, Phylen* notham *fuiſſe, quia bonorum paternorum non decimam partem ei in dotem dedit, ſed multo minus, τὰ* Νοθεῖα *ſcilicet, drachmas mille: (erat enim Endius e Pentacoſiomedimnis.) Cedebat autem, ut ibidem docet Iſaeus, decima hereditatis pars in dotem ſive legitimam. Quare nec Equites, neque Zygitae* νοθεῖα *dabant mille drachmas: non enim tot, ut plurimum, drachmarum erat decima pars bo-*

Digitized by Google

rus de Diff. ſtat. cap. Περὶ καλασοφισμῦ. ἔχων τις γνήσιον, ἔχε κ) ἐκ δύλης παῖδα. νόμυ κελεύοντ@, διανέμ4ν μὲν τ πρεσβύτερον, αἱρεῖσθαι δ τ νεώτερον, &c. *Quidam habens filium legitimum, habuit alterum etiam natum ex ſerva. Lege iubente, ut diſtribueret maior natu, eligeret minor, &c.* Ita locum eum emendo; in quo nimium corrupte editur, διαμένειν μὲν τὸν πρεσβύτερον, αἱρεῖσθαι δὲ τ πρεζβύτερον. *Vt permaneret quidem maior natu, & eligeret maior.* Sulpitius Victor in Inſtitut. Orat. *Qui habebat ex legitimis nuptiis filium, alterum ex ancilla ſuſcepit. Lex erat, ut patrimonium commune divideret, qui eſſet maior ex fratribus, eligeret minor.*

Inter nothos etiam illi cenſebantur, qui e matre peregrina nati eſſent; lexque ea ſub Euclide archonte lata ab Ariſtophane rhetore. Athenaeus lib. XIII. Ἀ'ριστοφῶν δὲ ὁ ῥήτωρ, ὁ τὸν νόμον εἰσενέγκων ἐπ' Εὐκλείδυ ἄρχοντ@, ὃς ἂν μὴ ἐξ ἀσῆς γένηται, νόθον εἶναι, αὐτὸς ἀπεδείχθη ὑπὸ Καλλιάδυ τῦ κωμικῦ ἐκ Χλωρίδ@ τῆς ἑταίρας παιδοποιησάμν@. *Ariſtophon vero rhetor, qui archonte Euclide legem tulit, uti nothus cenſeretur ex non cive matre natus, ipſe a Calliade comico eſt oſtenſus liberos ex Chloride ſcorto ſuſtuliſſe.* Quin hoc ipſum multo ante ſciverat Pericles; ut Plutarcho in eius Vita memoratur. Εἰσηγήσατο λυθῆναι τ περὶ τ νόθων νόμον, ὃν αὐτὸς εἰσενωόχ4 πρότερον. *Legem de nothis, quam ipſe antea tulerat, ſuaſit antiquandam.* Moxque legem explicans addit. Εἶχε δ' ὅτω τὰ περὶ τ νόμον. ἀκμάζων ὁ Περικλῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ πρὸ πάνυ πολλῶν χρόνων, καὶ παῖδας ἔχων, ὥσπερ εἴρηται, γνησίυς, νόμον ἔγραψε, μόνυς Ἀ'θηναίυς εἶναι τὺς ἐκ δυοῖν Ἀ'θηναίων γεγονότας. *Quod ad legem autem adtinet, ita habet. Pericles quum multo ante tempore in republ. floreret, filios, ut dictum eſt, legitimos habens, legem tulit, ut Athenienſes demum illi ſoli cenſerentur, qui parente utroque Athenienſi nati eſſent.* Confirmat tamen iſta Athenaei verba Demoſthenes in Eubulidem. Τοῖς χρόνοις τοίνυν οὕτω φαίνεται γεγονὼς, ὥσε, εἰ καλὰ θάτερα ἀσὸς ἦν, εἶναι πολίτω προσήκ4ν αὐτόν. γέγονε γὰρ πρὸ Εὐκλείδυ. *Illis itaque temporibus natus fuit, ut, etiamſi ex altera dumtaxat parte civis fuiſſet, civem eum haberi oporteret; natus enim fuit ante Euclidem.* Sed diſſidium compono, ac ſciendum, legem a Pericle latam quidem, verum mox & abrogatam; ut videre eſt in verbis Athenaei iam citatis, poſteaque ab Euclide reſtitutam.

CAP. XIII.

Liberos habenti legitimos non licebat teſtamentum facere; & initio etiam ſi quis non haberet; donec Solon id mutavit; qui conſtituit nihilominus, ut teſtator ſanae mentis, atque ſuae ſpontis eſſet. Intestatis, liberoſque non habentibus, genere proximi ſuccedebant; & in iſtis mares omnes, quique ex iis nati eſſent, feminis praeferebantur, quive ex illis proceſſiſſent.

LIberos legitimos habenti non licebat teſtamentum ullum facere. Iſaeus in Orat. de hered. Philoctemonis. Ὁ νόμ@ ἀποδίδωσι τῷ υἱεῖ τὰ τῦ πατρὸς, κ) ὐδὲ διαθέσθαι ἐᾷ ὅτῳ ἂν μὴ ὦσι παῖδες γνήσιοι. *Lex dat filio bona patris, nec permittit teſtamentum facere ei, qui liberos habeat legitimos.* Niſi tamen abdicati illi erant; nam hereditate illi arcebantur. Hermogenes in Partit. Ὁ ἀποκήρυκτ@ μὴ μετεχέτω τ πατρῴων. *Abdicatus ne ſit particeps bonorum paternorum.* Syrianus. Ὁ νόμ@ λέγων, τὸν ἀποκήρυκτον μὴ μετέχειν τ πατρῴων. *Lex dicens, abdicatum non eſſe participem bonorum paternorum.*

Initio vero neque ius condendi teſtamenti erat, ſi liberi legitimi non eſſent ulli; ſed mox Solon id correxit; & permiſit liberam illis poteſtatem, ſi qui liberos non haberent. Plutarchus in eius Vita. Εὐδοκίμησε δ κἂν τῷ περὶ διαθηκῶν νόμῳ. πρότερον γὰρ ὐκ ἐξῆν ἀλλ' ἐν τῷ γένει τῦ τεθνηκότ@ ἔδει τὰ χρήματα, κ) τὸν οἶκον, καταμένειν, ὁ δ' ᾧ βύλεται τις ἐπιτρέψας, εἰ μὴ παῖδες εἶεν αὐτῷ. δῦναι τὰ αὑτῦ, φιλίαν τε συγχύσεως ἐτίμησε μᾶλλον, κ) χάριν ἀνάγκης· κ) τὰ χρήματα, κλήματα τ ἐχόντων ἐποίησεν. *Magnam quoque ſibi exiſtimationem peperit lege de teſtamentis lata. Antea enim non licebat teſtamentum condere; nam defuncti opes, domumque penes genere proximos manere oportebat. Hic liberum fecit, ſi liberi non eſſent, res ſuas cui vellet dare; praetulitque amicitiam generi, & gratiam neceſſitati; & effecit, ut pecuniae poſſeſſorum propriae eſſent.* Demoſthenes adverſus Leptinem. Ὁ μὲν Σόλων ἔθηκε νόμον, ἐξεῖναι δοῦναι τὰ ἑαυτοῦ ὅτῳ ἄν τις βύληται, ἐὰν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι. *Solon quidem legem tulit, licere, ſi liberi non ſint legitimi, quemvis heredem inſtituere.* Meminitque iterum in Stephanum Orat. II. (a)

Oportebat eum tamen ſanae mentis, atque

norum, ſive Equitum, ſive Zygitarum, unde neque etiam tot drachmarum erant τὰ νοθεῖα, *quae dabant Equites, aut Zygitae, quum in* τὰ Νοθεῖα *non impendatur decima bonorum pars paternorum. Illis autem ſolis* Nothis τα Νοθεῖα *dabantur, qui illius vere liberi* nothi *cenſebantur: unde Cynoſargis conveniebant, quod alibi e Nonno, & Diogeniano diximus, ut cenſerentur. Quod vero negare videtur apud Ariſtophanem Avibus Piſtheterus, Leges non ſinere dari a patre morituro* τὰ Νοθεῖα nothis, *commode eſt intelligendum. Comici hi ſunt verſus:*

ΗΡ. Τί δ' ἦν ὁ πατὴρ ἔμοι δίδω τὰ χρήματα
Τὰ Νοθεί' ἀποθνήσκων. ΠΕΙ. ὁ νόμ@ αὐτὸν ὐκ ἐᾷ.
Οὕτ@ ὁ Ποσιδῶν πρῶτ@ ὃς ἐπαίρ4 σε νῦν
Ἀ'νθέξεταί σου τῶν πατρῴων χρημάτων,
Φάσκων ἀδελφὸς αὐτὸς εἶναι γνήσι@.

Quibus e verbis, ſi quid iudico, docemur, Leges non ſinere, ut nothus, qui a patre, dum erat in vivis, τὰ Νοθεῖα *non acceperit, eo mortuo ſibi dari poſtulet ex eius bonis, nam Solonis Lex hic obtinet,* ΝΟΘΩΙ ΔΕ ΜΗΔΕ ΝΟΘΗΙ ΜΗ ΕΙΝΑΙ ΑΓΧΙΣΤΕΙΑΝ. *Itaque* τὰ Νοθεῖα nothis *in manum dabantur a patre, dum adhuc erat in vivis, atque id eſt, quod his indicat verbis Suidas.* τὸ ἀργύριον δὲ τοῖς νόθοις διὰ χάρ@ ἐδίδοσαν, ἐπειδὴ ὐκ ἐξῆν αὐτοῖς κληρονομεῖν. *Sed mittamus hos* nothos, *qui, quod olim de Megarenſibus dictum,* ὅτ' ἐν λόγῳ, ὅτ' ἐν ἀριθμῷ.

(a) *Samuel Petitus: Qui autem heredes ſcribebantur, etiam in filios adſumebantur, ut liquet e proxime laudata Iſaei Oratione:* Οἶμαι τοίνυν πάντας ὑμᾶς εἰδέναι, ὦ ἄνδρες, ὅτι κατὰ διαθήκας αἱ ἀναγόγαὶ τῶν εἰσποιητῶν γίνονται διδόντων τε αὐτῶν κ) υἱεῖς ποιούντων· ἄλλως δὲ ὐκ ἔξεσ@ν. *Colligere quoque licet e Libro* XI. *Platonis de Legibus. Vnde ſequitur, non ſimpliciter ve-*

que ſuae ſpontis eſſe (a); nec uxore per blanditias, aliove per vim illud extorquente. Plutarchus indicat in ſubiunctis ſtatim verbis. Οὐ μὴν ἀνέδην γε πάλιν, οὐδ' ἁπλῶς τὰς δόσεις ἐφῆκεν, ἀλλ' εἰ μὴ νόσων ἕνεκεν, ἢ φαρμάκων, ἢ δεσμῶν, ἢ ἀνάγκῃ καλασχεθὲις, ἢ γυναικὶ πειθόμενος. *Nec temere tamen, aut ſimpliciter dare indulſit; ſed ſi non per morbum, pharmacumve, neque vinculis, aut neceſſitate conſtrictus, vel uxoris blanditiis inductus eſſet.* Et in Quaeſt. Rom. Ὡς Σόλων, γράψας ἰὰς δόσεις κυρίας εἶναι τ τελευτώντων, πλὴν εἰ μή τις ἀνάγκῃ συνεχόμενος, ἢ γυναικὶ πεισθόμενος, ἢ μὲν ἀνάγκαν ὡς βιαζομένῳ ὑπεξέλετο, ἢ ᾗ ἡδονὴν ὡς παρολογιζομένῳ. *Quemadmodum Solon, qui legem tulit, ut donationes mortuorum ratae eſſent; niſi quis, aut neceſſitate coactus, aut ab uxore perſuaſus, excepiſſet, neceſſitatem vim intuliſſe, aut voluptatem in errorem induxiſſe.* Demoſthenes in Stephanum Orat. II. Ὅ τε Σόλων εἰσήγε τ ἀρχὴν, ἰὰ ἑαυτοῦ διαθέσθαι εἶναι, ὅπως ἂν ἐθέλῃ, ἂν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι ἄῤῥενες, ἂν μὴ μανιῶν, ἢ γήρως, ἢ φαρμάκων, ἢ νόσων ἕνεκεν, ἢ γυναικὶ πειθόμενον, ὑπὸ τούτων ἢ τοῦ παρανόμων, ἢ ὑπ' ἀνάγκης, ἢ ὑπὸ δεσμῶ καλαληφθέις. *Quum Solon magiſtratum iniret, ſua legare, quo modo velit, liceat, niſi liberi ſint legitimi mares; niſi quis furerit furore percitus, aut ſenectute, aut veneficio, aut morbo praepeditus, aut a muliere impulſus, aut earum rerum aliqua, quae legibus interdictae ſunt, aut neceſſitate, aut vinculis circumventus.* Et mox iterum. Σκέψασθε δὲ, καὶ διαὶ ὃ' ἂν ἅπαις τις ᾖ, κύριός ἐςι τὰ αὑτῦ διαθέσθαι, ἐὰν μὴ εὖ φρονῇ, νοσῶντα δὲ, ἢ φαρμακῶνλα, ἢ γυναικὶ πεθόμενον, ἢ ὑπὸ ἀνάγκης τινὸς καταληφθέντα, ἄκυρον κελεύουσιν οἱ νόμοι. *Conſiderate porro, quare, nec ſi quis orbus eſt, faciendi teſtamenti poteſtatem habeat. Si, inquit, deliret, aut aegrotet, aut venenum biberit, aut mulieri obſequutus, aut ſenio, aut furore, aut aliqua neceſſitate ſit circumventus, ei poteſtatem leges negant.* Iſaeus in Orat. de hereditate Nicoſtrati. Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ νόμος, ὦ ἄνδρες, οὐκ, ἐάν τις διαθῆται, μόνον, κυρίας εἶναι κελεύῃ τὰς διαθήκας, ἀλλ' ἐὰν εὖ φρονῶν. *Atqui lex, o viri, non etiam, ſi quis tantum teſtetur, rata iubet eſſe teſtamenta, verum ſi ſit ſanae mentis.* Et mox iterum. Δοῦναι μὲν γὰρ ὁ νόμος οὐδενὶ ἐξ ἰὰ ἑαυτοῦ, ἐὰν ὑπὸ γήρως, ἢ ὑπὸ νόσου, ἢ ὑπὸ τ ἄλλων, ἃ κ ὑμεῖς ἴσε, παραγνοήσῃ. *Neque enim lex cuiquam res donare ſuas permittit, ſi aut ſenectute, aut morbo, aut aliis de cauſis, quas vos etiam novistis, deliraverit.* Rurſum de hered. Philoctemonis. Οὑτοσὶ ὁ νόμος, ὦ ἄνδρες, κοινὸς ἅπασι κεῖται, ἐξεῖναι τὰ ἑαυτῦ διαθέσθαι, ἐὰν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι ἄῤῥενες, ἐὰν μὴ ἄρα μανεὶς, ἢ ὑπὸ γήρως, ἢ δι' ἄλλο τι τῶν ἐκ τῶν νόμων παρανοῶν, διαθῆται. *Haec lex, o viri, omnibus comunis poſita eſt, ut de ſuis cuique bonis teſtamentum facere liceat; niſi legitimi ſint liberi maſculi; aut niſi furioſus ſit, aut ſenio, aut aliis rebus, quae in legibus expreſsae, deliret is qui teſtamentum condere velit.*

Inteſtatis, liberoſque non habentibus ſuccedebant genere proximi. Suidas in Ἀνεπίδικα. Τῶν μὴ θεμένων διαθήκας ἐπιδικάζεσθαι τοῖς κλήροις ὁ νόμος συγχωρεῖ τὺς ἐγγυτάτω γένους. *In illorum, qui teſtamenta non fecerunt, hereditatem in iudiciis agere lex ſinit genere proximos.* Ita tamen, uti mares, & progeniti ex illis, propiores cenſerentur, quamlibet emotiores genere forent. Luculentus admodum locus eſt Demoſthenis Orat. in Macartatum. Ὅ"σις ἂν μὴ διαθέμενος ἀποθάνῃ, ἐὰν μὲν παῖδας καταλίπῃ θηλείας, τὺς υἱὺς σὺν ταύτῃσι· ἐὰν δὲ μὴ, τύσδε κυρίους εἶναι τ χρημάτων. ἐὰν δ' ἀδελφοὶ ὦσιν ὁμοπάτορες, κ ἐὰν παῖδες ἐξ ἀδελφῶν γνήσιοι, τὴν τῦ πατρὸς μοῖραν λαγχάνειν. ἐὰν δὲ μὴ ἀδελφοὶ ὦσιν, ἢ ἀδελφῶν παῖδες, ἐξ αὐτῶν καὶ ταὐτὰ λαγχάνειν. κρατεῖν δ' ἐὺς ἄῤῥενας, κ ὺς ἐκ τ ἀῤῥένων, ἐὰν ἐκ τ αὐτῶν ὦσι, κ ἐὰν γένει ἀπωτέρω. ἐὰν δὲ μὴ ὦσι πρὸς πατρὸς μέχρι ἀνεψιαδῶν παίδων, ὺς πρὸς μητρὸς ὺς ἄνδρας κατὰ ταυτὰ κυρίους εἶναι. ἐὰν δὲ μηδὲ ἑκατέρωθεν ᾖ ἐντὸς τύτων, τὸν πρὸς πατρὸς ἐγγυτάτω κύριον εἶναι. *Quiſquis inteſtatus moritur, ſiquidem liberos muliebris ſexus reliquerit, filii cum hiſce; ſin minus, hi bona poſſidento. Sin fratres fuerint conſanguinei, liberique ex fratribus legitimi, patris partem ſortiuntor. Praeferuntur autem mares, & matribus prognati, ſi qui ex iisdem fuerint, etſi, illi genere remotiores. Si vero non fuerint a patre uſque ad ſobrinorum liberos, ii, qui ſunt e matre maſculi pari ratione poteſtatem habento. Sin ex neutra parte intra hos fuerint, a patre proximus obtineto.* Videndus quoque Iſaeus

verum eſſe, quemvis poſſe heredem ſcribi: non enim peregrinus poterat heres ſcribi ab Athenienſi cive, quia filii loco non poterat cenſeri, ut qui civis non eſſet, &, ut inquit Plato Libro laudato, τῆς πόλεως ἐςι τότε γένος ὧν κ ἡ οὐσία, quod etiam apud Romanos obtinuiſſe colliges ex hoc Reſcripto Imper. Titi AElii Antonini A. ad Anteſtianum. Qui deportantur, ſi heredes ſcribantur, tamquam peregrini capere non poſſunt, ſed hereditas in ea cauſa eſt, in qua eſſet, ſi ſcripti non fuiſſent. *Lege I. C.* de Heredibus inſtituendis. *Vlpianus Tit.* XXII. Qui heredes inſtitui poſſunt. §. II. Dedititiorum numero heres inſtitui non poteſt, quia peregrinus eſt, cum quo teſtamenti factio non eſt. *Idem Libro* IV. *ad Sabinum*: Solemus dicere, *media tempora non nocere*, ut puta civis Romanus heres ſcriptus, vivo teſtatore factus peregrinus, mox civitatem Romanam pervenit, media tempora non nocent. *Lege* VI. §. II. *D.* de heredibus inſtituendis. *Neque item* nothi *heredes ſcribi poterant: Demoſthenes* ἐν τῷ πρὸς Εὐβουλίδην. ἐξῆν δὲ δήπου οὐ νόθῳ ἢ ξένῳ ἦν ἐγὼ, κληρονόμους εἶναι τῶν ἐμῶν πάντων. *de cognatis ſuis loquitur, qui potuiſſent, eo excluſo, ſiquidem nothus, ac proinde peregrinus fuiſſet, hereditatem* ἀγχιστείας *iure adire. At vero ſi* nothi *adoptione in familiam eſſent adſciti, quia cives, quibus ſolis ius eſt bona alterius adipiſci, fiebant, poterant heredes ſcribi, ut conſtat e Suidae narratione in* δημοποίητος *de Pericle.*

(a) *Sam. Petitus: Romani quoque Iuriſconſulti optime obſervarunt ſanitatem mentis eſſe exigendam.* In eo, qui teſtatur, *inquit Labeo*, eius temporis, quo teſtamentum facit, integritas mentis, non corporis ſanitas exigenda eſt. *L.* II. *D.* Qui teſtamenta facere poſſint: *& Marcellus notat apud Pomponium*, Furioſus quoque teſtamenti factionem habet, licet teſtamentum facere non poteſt. *Leg.* XVI. *D.* eod. *nam* in adverſa corporis valetudine mente captus, eo tempore teſtamentum facere non poteſt. *Lege* XVII. *D.* eod. *At vero* furioſum in ſuis induciis ultimum condere elogium poſſe, licet ab antiquis dubitabatur, tamen & retro Principibus, & nobis placuit, *inquit Iuſtinianus Lege* IX. *C.* eod. *Senium autem non obeſt cuiquam, dummodo mente integer ſit, ut habes in Reſcripto Dioclet. & Maximiani AA. ad Licinium*: Senium quidem aetatis, vel aegritudinem corporis, ſinceritatem mentis tenentibus, teſtamenti factionem certum eſt non auferre. *Lege* III. *C.* eod.

Digitized by Google

in Orat. de hered. Apollodori, & de hered. Hagniae. Potiores vero esse mares, & e maribus progenitos, tradit etiam Demosthenes uno, atque altero loco in Orat. in Leocharem (a).

CAP. XIV.

Non licebat peregrinam pro propinqua elocare; quaeque poena delinquentibus constituta. Quae ter nuberet, infamis. Nuptura a parentibus ad tribules introducta, & legitima declarata; tum & sacrum illic factum, Γαμηλία adpellatum; quod & sponsi faciebant.

NEque femina viro peregrino nubere, neque viro peregrinam ducere permissum fuit. Ac si peregrinus quidem cum femina cive matrimonium contraxisset, venditus cum ipse fuit, tum res eius publicatae; quarum triens eius erat, quisquis reum peregisset, ac si civis peregrinam adsciviſſet, mille drachmis mulctabatur. Demosthenes Orat. in Neaeram. Ἐὰν δὲ ξέν῾ ἀσῇ συνοικῇ τέχνῃ ἢ μηχανῇ ἡτινιῶν, γραφέσθω πρὸς τὸς θεσμοθέτας Ἀθηναίων ὁ βουλόμεν῾, οἷς ἔξεσιν, ἐὰν δὲ ἄλῳ, πεπράσθω κ᾽ αὐτὸς, κ᾽ ἡ οὐσία αὐτοῦ, κ᾽ τὸ τρίτον μέρ῾ ἔσω τοῦ ἑλόντ῾, ὡσαύτως δὲ καὶ ἐὰν ἡ ξένη τῷ ἀσῷ συνοικῇ καὶὰ ταὐτὰ κ᾽ ὁ συνοικῶν τῇ ξένῃ τῇ ἁλούσῃ, ὀφειλέτω χιλίας δραχμάς. *Si peregrinus mulierem civem duxerit, quacumque arte, aut machinatione, quivis Atheniensium, cui id licet, eum apud Sex-viros accusato, qui si damnatus fuerit, venundetur tum ipse, tum facultates eius, ac triens sit eius, qui reum peregerit. Similiter si & peregrina civi cuipiam nupserit, pari ratione is etiam, qui peregrinitatis convictam duxerit, mille drachmis mulctetur.* Si quis cuipiam peregrinam, veluti propinquam sibi elocasset, is infamis censebatur, bonisque item universis mulctabatur, & actori pars eorum tertia concedebatur. Demosthenes postea in eadem Oratione. Ἐὰν δέ τις ἐκδιδῷ ξένῃ γυναῖκα ἀνδρὶ Ἀθηναίῳ, ὡς ἑαυτῷ προσήκουσαν, ἄτιμ῾ ἔσω, κ᾽ ἡ οὐσία αὐτοῦ δημοσία ἔσω· κ᾽ τοῦ ἑλόντ῾ τὸ τρίτον μέρ῾. γραφέσθω δὲ πρὸς τὸς θεσμοθέτας, οἷς ἔξεσι, καθάπερ τ᾽ ξενίας. *Si quis autem viro Athenienſi mulierem peregrinam, veluti propinquam sibi elocaverit ignominiosus esto, bonaque eius publicentur; ac trientem, qui convicerit, accipito; accuset autem apud Sex-viros, quisquis potest, tamquam peregrinitatis.*

Quae ter nupserat, infamis erat. Syrianus in Hermogenem. Νόμ῾, τὴν τρὶς γαμηθεῖσαν ἄτιμον εἶναι. *Lex est, quae tertium nupsit, ut infamis habeatur.*

Parentes filiam nupturam ad tribules abducebant, & legitimam sibi filiam eam esse testabantur; tum & sacrum faciebant Γαμηλίαν adpellatum, idque in arce, & Minervae in honorem. Ad tribules abduxisse, & legitimam filiam professos esse observare est apud Isaeum in Orat. de hereditate Pyrrhi. Ἀλλὰ μὲν ὥσγε ὅτε γαμηλίαν εἰσήνεγκεν ὁ θεῖ῾ ὑμῶν ὅτε τὴν θυγατέρα, ἣν φασι γνησίαν αὐτῷ εἶναι ὅτοι, εἰσαγαγεῖν εἰς τὺς φράτορας ἠξίωσε. *Sed quidem ut neque munus nuptiale offerre avunculus vester voluerit, neque filiam, quam legitimam ipsi esse illi dicunt, ad tribules introducere.* De sacro clare Pollux dicit lib. VIII. cap. IX. sect. XXVIII. Εἰς τούτους (τὺς φράτορας) τούς τε κούρους, κ᾽ τὰς κόρας, εἰσῆγον, κ᾽ εἰς ἡλικίαν προελθόντων, ἐν τῇ καλουμένῃ Κυρεώτιδι ἡμέρᾳ, ὑπὲρ μὲν ἀρρένων, τὸ Κυρεῖον ἔθυον, ὑπὲρ δ᾽ θηλειῶν, τὴν Γαμηλίαν. *Ad hos (tribules) pueros, & puellas abducebant; ac postquam adolevissent, die Cureotide, quam adpellant, pro iuvenibus quidem, sacrum Iuvenale faciebant; pro puellis, Nuptiale.* Et lib. III. cap. III. Ἡ ἐπὶ γάμου θυσία ἐν τοῖς φράτορσι, Γαμηλία· κ᾽ τὸ ἔργον, Γαμηλίαν εἰσενεγκεῖν. *Sacrum, quod inter tribules nuptiarum causa factum, Nuptiale dicebatur; atque id facere, Nuptiale sacrum offerre.*

Fiebat item aliud Minervae sacrum, idque in arce; quo nuptura a parentibus ducebatur, die, qui προτέλεια adpellabatur. Suidas. Προ-

(a) *Sam. Petitus: In conscribendis testamenti tabulis Magistratum advocabant, qui praesentia sua illas vel confirmaret & stabiliret, vel solveret & infringeret. Harpocration e Dinarcho:* δόσις, ἰδίων μὲν λέγεται παρὰ τοῖς Ῥήτορσι συμβόλαιον γραφόμενον ὅταν τις τὰ αὐτὰ διαθῆται τινι διὰ τῆς Ἀρχόντων, ὡς παρὰ Δεινάρχῳ. *eadem habet Suidas. Isaeus* ἐν τῷ περὶ τοῦ Κλεωνύμου κλήρου. ἠβουλήθη ταύτας τὰς διαθήκας ἀνελεῖν· καὶ προσέταξε Ποσειδίππῳ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν εἰσαγαγεῖν. ὁ δὲ οὐ μόνον οὐκ εἰσήγαγεν, ἀλλὰ κ᾽ τὸν ἐλθόντα τῆς Ἀρχόντων ἐπὶ τὴν θύραν ἀπέπεμψεν. ὀργισθεὶς δὲ τούτῳ Κλεώνυμ῾, πάλιν εἰς τὴν ὑστεραίαν Διωκλεῖ καλέσαι τοὺς Ἄρχοντας προσέταξε. *Rursum:* ἰσχυρίζονται γὰρ ταῖς διαθήκαις, λέγοντες ὡς Κλεώνυμ῾ μετεπέμπετο τὴν ἀρχήν, οὐ λοῦσαι βουλόμεν῾ αὐταῖς, ἀλλ᾽ ἐπανορθῶσαι κ᾽ βεβαιῶσαι σφίσιν αὐτοῖς τὴν δωρεάν. *Nominatim vero Astynomum advocabant, ut est in eadem Oratione:* πρὸς δὲ τούτοις, ὡς Ποσείδιππον ἔπεμψεν ἐπὶ τοῦ Ἀσυνόμου, οὗτ῾ δὲ οὐ μόνον αὐτὸν οὐκ εἰσεκάλεσεν, ἀλλὰ κ᾽ ἐλθόντα ἐπὶ τὴν θύραν Ἀρχωνίδου ἀπέπεμψεν, *Amplissimus idemque eruditissimus vir eiusdem meminisse moris Isaeum vult his verbis* ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Πύρρου κλήρου. ἀλλὰ καὶ ἠμφισβήτησεν ἂν τοῦ κλήρου, κ᾽ διεμαρτύρησε, κ᾽ εἰσήγγελεν ἂν πρὸς τὸν Ἄρχοντα, κ᾽ ἄλλο εἴ τι ἦν ἰσχυρότερον τούτων ἅπαντα ἂν διεπράξαντο. *Ei tamen non accedimus: Nam horum verborum sensus est; non commissurum fuisse Nicodemum, ut Phile sororis filia ab Endio adoptivo Pyrrhi filio elocaretur, tamquam notha, siquidem fuisset e legitimis nuptiis suscepta: sed potius in ius fuisse vocaturum, & de tota hereditate disceptaturum,* κ᾽ εἰσήγγελεν ἂν πρὸς τὸν Ἄρχοντα, *& iniuriarum, inquit, postulasset Endium apud Archontem Eponymum, (nam apud hunc* λαγχάνονται δίκαι ὀρφανῶν, κλήρων, καὶ ἐπικλήρων) *eo quod contumelia adfecisset Philen, quae & legitima filia, atque unica Pyrrhi heres esset: id docent quae paulo ante dixerat:* ἔπειτα εἰ ἦν ἐξεγγυητὴς ἢ τούτῳ ἀδελφιδὴ τῷ ἡμετέρῳ θείῳ γεγωμένη, ἐπέτρεψεν ἂν Νικόδημ῾ ὡς ἐξ ἑταίρας οὖσαν αὐτὴν ἐγγᾶσθαι; κ᾽ γωμένων αὐτῶν οὐκ εἰσήγγελε πρὸς τὸν Ἄρχοντα ὑβρίζεσθαι τὸν ἐπίκληρον ὑπὸ τοῦ οὕτως ἐγγυήσαντ῾ αὐτήν. *Aliquando qui testamenti tabulas scribebant, testes advocabant, non eorum, quae testamento suo dabant legabant, signatae enim erant iam tabulae; sed ut meminissent & testarentur se testamentum fecisse. Isaeus* ἐν τὸ ὑπὲρ τοῦ Νικοστράτου κλήρου. ἔτι δὲ, ὦ ἄνδρες, κ᾽ τῶν διατιθεμένων οἱ πολλοὶ οὐδὲ λέγουσι τοῖς παραγινομένοις ὅ, τι διατίθενται, ἀλλὰ αὐτοῦ μόνου τοῦ καταλιπεῖν διαθήκας μάρτυρας παρίστανται. *Factum etiam est, ut nullae testamenti tabulae scriberentur, (quemadmodum apud Romanos calatis comitiis) sed testator voluntatem suam pro concione declararet, & voce nuncuparet: Colligo e Plutarcho Alcibiade:* ὁ δὲ Καλλίας ἐπιθυμῶν δεδοικὼς προσῆλθε τῷ δήμῳ, τὰ χρήματα διδοὺς κ᾽ τὸν οἶκον, ἅπερ αὐτῷ συμπέσοι μὴ καταλίποντι ψευδῆ ἀποθανεῖν. *Quod fiebat, ut puto, quando convenerat populus* ἐν ταῖς κυρίαις ἐκκλησίαις, *calatis comitiis: testamentum nuncupatum Iurisconsulti vocant.*

Digitized by Google

Προῖέλθα· ἡμέραν οὕτως ὀνομάζουσιν, ἐν ᾗ εἰς τὴν ἀκρόπολιν τὴ γαμουμένῃ παρθένον ἄγουσιν οἱ γονεῖς εἰς τὴν θεὸν, καὶ θυσίας ἐπιτελοῦσι. *Protelea, ita diem adpellant, quo virginem nubentem parentes in arcem ad deam (Minervam) abducunt, & sacra peragunt.*

Verum ut parentes sponsae sacra sua faciebant, ita sua quoque sponsus. Manifestum ex Demosthene in Eubulidem. Καὶ γὰρ ὅτι ὁ πατήρ μου καλὰ τοὺς νόμους ἔγημε, καὶ γαμηλίαν ἱοῖς Φράτορσιν εἰσενήνοχε, μεμαρτύρηται. *Etenim, secundum leges matrimonium contraxisse patrem meum, ac tribulibus sacrum quoque nuptiale obtulisse, est testatum.* Mentio vero huius sacri est praeterea apud Isaeum, & Libanium, non uno loco.

CAP. XV.

Tyranni interfecti cadaver extra fines abiiciebatur, ac cum eo liberi occidebantur, & qui genere proximi quinque; eaque de re locus Marii Victorini emendatus. Qui tyrannum occidisset, praemium accipiebat, quod Olympionicis datum.

TYrannus caesus extra fines abiiciebatur, Marcellinus in Hermogenem. Νόμος τὸν τύραννον ὑπερόριον ῥίπτεσθαι. *Lex est, ut tyrannus ultra fines proiiciatur.*

Cum eo occidebantur etiam liberi. Sopater in Hermogenem. Ὡς ἐπὶ τὸ ἀποκτεινάσης γυναικὸς τύραννον τὸν ἄνδρα καὶ αἰτούσης εἰς τὴν δωρεὰν τὴν σωτηρίαν τὴν τέκνων. νόμου ὄντος, τῷ τυράννῳ συναποθνήσκειν τὰ τέκνα. *Quemadmodum in muliere, quae post tyrannum maritum a se interfectum, praemium petit liberorum salutem; quum lex esset, uti liberi cum tyranno una interficerentur.* Et huc referenda illa apud Anonymum Problem. Rhet. IX. Ἐξῆλθε τις, ἵνα ἀποκτείνῃ τὸν τύραννον. ἐκεῖνον μὴ εὑρὼν, ἀνεῖλε τὰ τέκνα αὐτοῦ. εἶτα ὕστερον ὁ τύραννος ἐλθὼν, καὶ εὑρὼν τοὺς παῖδας αὐτοῦ ἀποτεθνηκότας, ἀνεῖλεν ἑαυτόν. ὁ δὲ ἀποκτείνας αὐτὰ, αἰτεῖ παρὰ τῆς πόλεως δωρεάν. *Egressus est quidem, ut tyrannum interficeret. Illo autem non invento, liberos eius interfecit, ac reversus mox tyrannus quum occisos inveniret, se occidit; qui tyrannum sustulisset, praemium a civitate sibi petit* (a).

Nec dumtaxat liberi occidebantur, sed & quinque proximi cognatione. Cicero Rhet. lib. II. *Et altera lex. Tyranno occiso, quinque eius proximos cognatione magistratus necato.* Corruptus est in eum locum Marius Victorinus. *Deinde alteram legem proponit, ut tyranno occiso quinque proximi facile interficiantur.* Interpungo, & emendo, *ut tyranno occiso quinque proximi facito interficiantur.* Nam, quod apud Ciceronem est, *necato*, ille dixit, *facito interficiantur.*

(a) *Lucianus* in *Tyrannicida*: ἀνῆλθέ τις ἀκρόπολιν ὡς ἀποκτενῶν τὸν τύραννον καὶ αὐτὸν μὲν οὐχ εὗρε, τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ ἀποκτείνας, κατέλιπε τὸ ξίφος ἐν τῷ σώματι. ἐλθὼν ὁ τύραννος, καὶ τὸν υἱὸν ἰδὼν ἤδη νεκρὸν, τῷ αὐτῷ ξίφει ἑαυτὸν ἀπέκτεινεν. αἰτεῖ ὁ ἀνελθὼν καὶ τὸν τοῦ τυράννου υἱὸν ἀνελὼν, γέρας ὡς τυραννοκτόνος.

Qui tyrannum occidisset praemium accipiebat. Syrianus in Hermogenem. Ἀνῆλθέ τις ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν, ὡς ἀποκτενῶν τὸν τύραννον, καὶ ἐδίωξεν. ἕτερος ἐντυχὼν, ἐφόνευσε. νόμου ὄντος, τὸν τυραννοκτόνον λαμβάνειν δωρεὰν, ἀμφισβητοῦσιν ἀλλήλοις περὶ τῆς δωρεᾶς. *Quidam, quum arcem ascendisset, ceu tyrannum occisurus, eum eiecit; alius nactus interfecit, lege lata, ut acciperet praemium tyrannicida, ambo inter se disceptant, utri praemium debeatur.* Hinc est illud apud Anonymum Probl. Rhet. IV. Ἐξελθόντες ἐπὶ μονομαχίαν, ἐπέδραμον ἐξαίφνης, καὶ ἀπέκτειναν τὸν τύραννον, καὶ αἰτοῦσι παρὰ τῆς πόλεως δωρεάν. *Ad duellum progressi, tyrannum invadunt de repente, & occidunt, praemiumque postulant a civitate.* Videatur idem Problem. V. X. LXVI. LXVII. Sed quod praemium illud erat, quod dabatur? nempe quod Olympionicis, ac praeterea quidquid peterent. Cicero loco citato. *Lex est, qui tyrannum occiderit, Olympionicarum praemium capito; & quam volet sibi rem a magistratu deposcito, & magistratus ei concedito.*

CAP. XVI.

Causas agere in foro ei non permittebatur, qui turpiter viveret, qui parentes male habuisset, qui expeditiones non obiisset, qui corpus prostituisset, & bona sua prodegisset, aut talentum haud possideret; sive peregrinus foret. Quique contra ea faceret, in hunc cuilibet e populo actio erat. In dicendo gravitas retinenda erat; neque de eadem causa bis dicendum.

CAusas agere (b) vetabantur, qui turpiter viverent, ac parentes non haberent ex decoro. Aeschines Orat. in Timarchum. Τίνας δ' (ὁ νομοθέτης) οὐκ ᾤετο δεῖν λέγειν; τοὺς αἰσχρῶς βεβιωκότας, τούτους οὐκ ἐᾷ δημηγορεῖν· καὶ πῶς τοῦτο δηλοῖ; δοκιμασίᾳ φησὶ ῥητόρων· ἄν τις λέγῃ ἐν τῷ δήμῳ, τὸν πατέρα τύπτων, ἢ τὴν μητέρα, ἢ μὴ τρέφων, ἢ μὴ παρέχων οἴκησιν, τοῦτον οὐκ ἐᾷ λέγειν. *Quos vero existimavit non oportere causas agere? Qui vitam turpiter egerint, eos causas agere apud populum non permittit. Vbi vero id declarat? in exploratione oratorum; in qua, si quis causam agat apud populum, qui patrem, sive matrem verberat, aut non alit, aut non praebet etiam domum, eum agere non finit.*

Nec permittebatur ei, qui obire expeditionem iussam detrectasset, clypeumve abiecisset. Aeschines ibidem. Καὶ τίσι δεύτερον ἀπεῖπε μὴ λέγειν; ἐὰ τὰς στρατείας, φησὶ, μὴ ἐστρατευμένῳ, ὅταν ἂν αὐτῷ προσαχθῶσιν, ἢ τὴν ἀσπίδα ἀποβεβληκώς. *Et quibus secundo loco causis agendis interdixit? Si quis, inquit, imperatas sibi expeditiones non obierit, aut clypeum abiecerit.*

Ve-

(b) *Quamquam inter Magistratus censendi non sint* Oratores, *tamen* ἐν τοῖς ἰδιώταις *non sunt numerandi, quum expressis verbis distinguantur ab iis in Aeschinis Oratione adversus Timarchum*: τρίτον δὲ ἐφεξῆς διέξειμι πρὸς ὑμᾶς τοὺς νόμους περὶ τῶν ἄλλων ἡλικιῶν, οὐ μόνον περὶ τῶν ἰδιωτῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν Ῥητόρων. *Nemo autem in hunc ordinem cooptabatur, qui esset mi-*

Vetabantur etiam illi, qui proſtituiſſent corpus. Aeſchines ibidem. Τρίτον τίσι διαλέγεται; ἐὰ πεπορνευμένῳ, φησὶν, ἢ ἡταιρηκώς. *Tertio cum quibus agit? Si quis, inquit, meretricium quaeſtum fecerit, aut pudicitiam proſtituerit.* Etiam illi, qui ex meretrice nati Vide ſupra lib. I. cap. VI.

Etiam, qui bona ſua prodegiſſent. Subiungit idem Aeſchines eodem loco. Τέταρτον τίσι διαλέγεται; ἐὰ τὰ πατρῷά, φησι, κατεδηδοκὼς, ἢ ὧν ἂν κληρονόμῳ γένηται. *Quarto loco cum quibus agit? Si quis, inquit, bona paterna, aut quae ex hereditate obvenere, abſumſerit.* Huc pertinet illud apud Anonymum Problem. Rhet. LIV. Α"σωτος τὴν ὐσίαν καταναλώσας, τάλαντον ἑαυτῷ ὑπελέιπετο. κ) κωλύεται λέγειν. *Luxurioſus, facultatibus conſumtis, talentum ſibi reliquum fecerat; & prohibetur cauſas agere.* Deinde concludit Aeſchines in citata Oratione. Τὸν γὰρ τὴν ἰδίαν οἰκίαν κακῶς οἰκήσαντα, καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως παραπλησίως ἡγήσατο διαθήσειν. καὶ ὐκ ἐδόκει οἷόν τ' εἶναι τῷ νομοθέτῃ τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον ἰδίᾳ μὲν εἶναι πονηρὸν, δημοσίᾳ δ' χρησόν. ὐδ' ᾤετο δεῖν ὁ νομοθέτης τ' ῥήτορα ἥκειν ἐπὶ τὸ βῆμα, τ' λόγων ἐπιμεληθέντα πρότερον, ἀλλ' ὐ τοῦ βίυ. κ) παρὰ μὲν ἀνδρὸς καλῦ κ) ἀγαθῦ, κ'ὴν πάνυ κακῶς, καὶ ἁπλῶς, ῥηθῇ λόγ@, χρήσιμα τὰ λεγόμενα ἡγήσατο εἶναι τοῖς ἀκύυσι. παρὰ δὲ ἀνθρώπυ βδελυρῦ, κ) καταγελάςως μὲν κεχρημένυ τῷ σώματι, αἰσχρῶς δὲ τὴν πατρῴαν ὐσίαν καλεδηδοκότ@, ὐδ' ἂν εὖ πάνυ λεχθῇ, συνοίσειν ἡγήσατο τοῖς ἀκύυσι. τύτυς ὖν ἐξείργυ τῦ βήματ@. τύτυς ἀπαγορεύει μὴ δημηγορεῖν. *Nam qui ſuam familiam male adminiſtraverit, eodem modo nor annis triginta, quamquam etiam nonnulli quadrageſimum aetatis annum definiant; idque Lege cautum:*

Μὴ ἀσελθεῖν τινα ἐπ' ἔλαττον μήπω τριάκονλα ἔτη γεγονότα.

Ne quis annis triginta minor in Senatu, aut populo, orato.

Legem hanc laudat Graecus Ariſtophanis Interpres ad Nubes: νόμ@ δὲ ἦν μὴ ἀσελθεῖν τινα ἐπ' ἔλαττον μήπω τεσσαράκονλα ἔτη γεγονότα. ὡς δέ τινες, τριάκονλα. *Ad Oratores Legem hanc eſſe referendam dubium eſſe non poteſt, quum alioquin liceat apud populum dicere ubi ad annum aetatis viceſimum ventum eſt: Annum vero triceſimum potius, quam quadrageſimum, definivimus, quia ea aetas eſt Senatoris, & exempla probant: neque minore debuit eſſe is, qui re vera erat auctor publici conſilii, regendae civitatis dux, princeps ſententiae in Senatu, in populo, in cauſis publicis: Nemo autem temere huic Oratorum albo adſcribebatur, ſed quotannis decem forte legebantur, qui drachmam de publico accipiebant, eo, quo orabant, die; docet Ariſtoteles apud Scholiaſtem Ariſtophanis, ad hunc e Veſpis verſum,*

Αὐτὸς δὲ φ'ρει τὸ συνηγορικὸν, δραχμήν.

ἐλάμβανον γὰρ οἱ Ρ'ήτορες δραχμὴν, ὅτε συνηγόρουν ὑπὲρ τῆς πόλεως, ἢ ὑπὲρ ἄλλυ τινὸς, ἐκ τύτυ δὲ φαίνεται ὅτι μισθοφόρ@ ἦν ἡ ἀρχή. κληρωτὸς δὲ γενομένης δέκα Συνηγόρυς Α'ριστοτέλης φησί. *Qui enim Συνήγοροι hic dicuntur ii ſunt* Ρ'ήτορες, *qui ſorte capti* ἐδοκιμάζοντο *apud Iudices, in vitam illorum inquirebatur, quum e re publica non eſſet* τὸν Ρ'ήτορα ἥκειν ἐπὶ τὸ βῆμα τῶν λόγων ἐπιμεληθέντα πρότερον, ἀλλ' ὐ τοῦ βίυ. *Atque hanc ob cauſam dicuntur a Judicibus* χἀροτονεῖσθαι. *Demoſthenes in Timocratea:* τὺς Συνηγόρους, ὃς χἀροτονᾶτε, δύναιτ' ἂν πᾶσαί τις σιωπᾶν. *Judices adloquitur Demoſthenes, quos* χἀροτονεῖν *docet: docuerat & Antiphon* ἐν τῇ πρὸς τὴν Δημοσθένυς γραφὴν ἀπολογίᾳ, κ) ἐν τῷ περὶ τῶν Λινδίων φόρυ, *ex eo Grammatici:* ἐοίκασι παρ' Α'θηναίοις τινὲς χἀροτονεῖσθαι Συνήγορι ἐπὶ τῷ συναγορεύειν.

(a) Dica haec Δοκιμασία adpellabatur, quare Aeſchinis ſententiam exprimens *Pollux Lib. VIII. Cap. VI.*

etiam rempublicam curaturum cenſuit; neque fieri poſſe exiſtimavit legislator, ut idem homo, & privatim improbus eſſet, & publice bonus; aut decere, ut orator ſuggeſtum conſcenderet, qui habendae orationis prius, quam degendae vitae rationem cenſuiſſet. Num viri boni orationem, quamvis male, ac ſimpliciter proferatur, auditoribus profuturam; improbi vero, qui & corpus deridendum expoſuerit, & patrimonium abligurierit, quantumvis ornatam, auditoribus nullo modo utilem eſſe arbitratus. Hos igitur ſuggeſtu prohibet; & edicit, ne in populo cauſas agant.

Praeter iſta, neque cauſas agere permittebatur, cuius bona non aequarent pretium talenti. Anonymus Probl. Rhet. LIV. Τὸν ἐλάττονα ταλάντυ ὐσίαν ἔχοντα (νόμ@) μὴ λέγειν ἐν δικαςηρίῳ. *Qui talento minus poſſidet (lex eſt) ne in foro cauſas agat.* Etiam neque peregrino. Libanius Tom. I. Declam. XXVIII. Πάντας μὲν ὖν ἔγωγε νόμους συμφέροντάς τε ἑώρων, κ) φυλάττειν ἀξίυς, μάλιςα δὲ τ', ὡς ὐ χρὴ ξένον τῶν ἡμετέρων ἐκκλησιῶν μετέχειν ἀγορεύοντα. *Omnes igitur equidem leges utiles videns, atque dignas, quae ſervantur; maxime vero illam, qua cavetur, ne noſtrarum concionum particeps quis peregrinus cauſas agat.*

Si quis tamen contra legem niteretur, in hunc actio cuilibet e populo concedebatur. Aeſchines Oratione aliquoties citata. Ε'ὰν δέ τις παρὰ ταῦτα μὴ μόνον λέγῃ, ἀλλὰ κ) συκοφαντῇ, κ) ἀσελγαίνῃ, κ) μηκέτι τοιῦτον ἄνθρωπον δύνηται φέρειν ἡ πόλις, δοκιμασίαν (a) μὲν, φησὶν (ὁ νομοθέτης) ἐπαγγελάτω Α'θηναίων ὁ βυλόμν@ οἷς ἔξεσιν. *Quod ſi quis contra haec non tandem* δοκιμασία τοῖς Δημαγωγοῖς ἐπηγγέλετο, ἢ ἡταιρηκότες εἶεν, ἢ τὰ πατρῷα κατεδηδοκότες, ἢ τὺς γονέας κεκακοκότες, ἢ ἄλλως κακῶς βεβιωκότες, ἀτίμυς αὐτὺς ἐχρῆν εἶναι, κ) μὴ λέγειν. *Dixit* Δημαγωγὺς, *qui ſunt* Ρ'ήτορες, *ut e laudatis Aeſchinis verbis conſtat, itemque Ariſtotele, Graeco Demoſthenis Interprete, aliis. Adpellabatur quoque haec dica* Ρ'ητορική, *Harpocration:* Ρ'ητορικὴ γραφή. Ι'σαῖ@ ἐν τῷ πρὸς Εὐκλείδην. ἔοικε Ρ'ητορικὴ γραφὴ καλεῖσθαι, ἡ κατὰ Ρ'ητορ@ γραψάντός τι, ἢ ἀπόντ@, ἢ πραξάντ@ παράνομον· κ) ὥσπερ λέγεται Πρυτανικὴ ἡ κατὰ Πρυτανέως, κ) Ε'πιζατικὴ ἡ κατ' Ε'πιζάτυ, ἴσως δὲ κατὰ τῦτο Ρ'ητορικαὶ γραφαί τινες καλοῦνται, ὅτι κατὰ διαφόρυς νόμυς αἱ τῶν Ρ'ητόρων γραφαὶ εἰσάγονται, ὡς Α'ντιφῶν ἐν τῷ κατὰ Πρυτανέως, εἰ γνήσι@, ὑποσημαίνει. *Suidas:* Ρ'ητορικὴ γραφὴ, ἣν ἠγωνίζοντο οἱ Ρ'ήτορες, ὐ γὰρ πάσας ἠγωνίζοντο τὰς δίκας τῶν παλαιῶν οἱ Ρ'ήτορες, ἀλλ' ἐνίας. ἄλλοι δὲ Ρ'ητορικὴν γραφὴν λέγυσι, τ'ν κατὰ Ρ'ήτορ@ γενομένῳ, γραψάντός τι, ἢ εἰπόντ@, ἢ πράξαντ@ παράνομον. ἴσως δὲ κατὰ τῦτο Ρ'ητορικαί τινες γραφαὶ καλοῦνται, ὅτι κατὰ διαφόρυς νόμυς κ) τῶν Ρ'ητόρων γραφαὶ εἰσάγονται, ὥσπερ λέγεται Πρυτανικὴ γραφὴ ἡ κατὰ Πρυτανέως, κ) Ε'πιζατικὴ ἡ κατ' Ε'πιζάτυ. *Reſcribendum eſt cum apud Harpocrationem, tum apud Suidam,* ὅτι κατὰ διαφόρυς νόμυς αἱ κατὰ τῶν Ρ'ητόρων γραφαὶ εἰσάγονται. *Dica Oratoribus ſcribi poterat propter violatas varias Leges, ut* ἀςρατείας, ἑταιρήσεως, *&c. Atque haec actio propie dicebatur* ἐπαγγελία. *Grammatici:* ἐπαγγελία, σημαίνει κ) ἄλλα, ἰδίως δὲ λέγεται ἐπὶ τῶν ἐγκαλούντων τινὶ δημηγορεῖν κ) πολιτεύεσθαι ὐκ ἐξόν. *Sive etiam* εἰσαγγελία. *Pollux Lib. VIII. Cap. VI.* ἀδίκτων δέ τις ἁλίσκεται, ἢ Α"ρχων, ἢ Ρ'ήτωρ, εἰς τὴν βουλὴν Εἰσαγγελία δίδοται κατ' αὐτῦ. *& paullo poſt e Theophraſto:* ἐγίγνοντο δὲ κ) Εἰσαγγελίαι κατὰ τῶν καταλυόντων τὸν δῆμον Ρ'ητόρων, ἢ μὴ τὰ ἄριςα τῷ δήμῳ λεγόντων, ἢ πρὸς τὺς πολέμυς ἄνευ τῦ πεμφθῆναι ἀπελθόντων, ἢ προδόντων φρούριον, ἢ γραῖαν, ἢ ναῦς, ὡς Θεόφραςος ἐν τῷ περὶ νόμων. *Videtur in his non bene convenire Polluci cum Aeſchine: Aeſchines namque cognitionem defert ſecundum Legem ad Judices: Pollux vero ad Quingentorum Senatum. Sed haec facile inter*

Digitized by Google

tantum cauſas agat, verum & calumnietur, ac ſe petulanter gerat, eumque civitas nequeat diutius ferre, in eum, inquit (legislator) civium quicumque volet, poteritque, cenſoriam actionem inſtituat.

Vtque illi dicere prohibebantur, ſic invitus quoque nemo cogebatur. Libanius in Apologia Demoſthenis. Ὅπου γὰρ τὸν ἐκ τῆς αὐτῆ γνώμης ὡρμημένον ὁ νόμος καλεῖ, τὸ βέλεσθαι θέμενον ὅρον τῦ λέγειν, αὐτὸς ἀφεῖται τῦ λέγειν, ὅσῳ μὴ μετέθη τῦ θέλειν. ὁ Σόλων μὲν ἓν οὕτως. ὅτοσὶ δὲ, ἄκοντα κελεύει λέγειν. *Vbi enim ſponte ſua impulſum lex vocat, limitem dicendi ſtatuens voluntatem, is ſolutus a dicendo eſt, cui defuerit voluntas, ac ſi quidem Solon ſtatuit; ſed hic vero dicere invitum iubet.*

Si quis in agendis cauſis quibuſcumque a decoro abiiſſet, drachmis ille quinquaginta, graviuſve mulctabatur. Aeſchines rurſum in citata ſaepius Oratione in Timarchum. Τῶν ῥητόρων ἐάν τις λέγῃ ἐν βουλῇ, ἢ ἐν δήμῳ, περὶ τῦ εἰσφερομένου, ἢ χωρὶς περὶ ἑκάστου, ἢ δὶς περὶ τοῦ αὐτοῦ ὁ αὐτὸς τοῖς αὐτοῖς, ὅτι ἢ λοιδορεῖται, ἢ κακῶς ἀγορεύει τινὰ, ἢ χρηματίζων μεταξὺ ἀνηκέστως λέγῃ περὶ τῶν μὴ ἐπὶ τοῦ βήματος, ἢ παρακελεύηται, ἢ ἕλκῃ τὸν ἐπισάπλω, ἀφειμένης τῆς ἐκκλησίας, ἢ τῆς βουλῆς, κυριοῦτωσαν οἱ πρόεδροι μέχρι πεντήκοντα δραχμῶν. εἶθ' ἕκαστον ἀδίκημα ἐπιγράφειν τοῖς πράκτορσιν. ἐὰν δὲ πλέονος ἄξιός ἐστι ζημίας, ἐπιβάλλοντες μέχρι πεντήκοντα δραχμῶν, εἰσφερέτωσαν εἰς τὴν βουλὴν, ἢ εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. ὅταν δὲ διεξίωσι κλήσεις, κρινάτωσαν. καὶ, ἐὰν καταγνωσθῇ αὐτῦ, κρύβδην ψηφιζόντων τῶν βουλευτῶν, ἐγγραψάτωσαν οἱ πρόεδροι τοῖς πράκτορσι. *Si quis oratorum in ſenatu, aut pro concione de re propoſita, aut ſeorſim de re quaque, vel bis de re eadem apud eoſdem dixerit; ſeu convitietur quoque, aut cuiquam maledicat, aut ſupplodat, vel loquutus importune inter decernendum fuerit, de his rebus, quae non pertinent ad ſuggeſtum; ſive aliquem concitaverit, aut praefectum item traxerit, poſt dimiſſam concionem, aut ſenatum, eius mulctandi uſque ad drachmas quinquaginta poteſtas eſto. Deinde unaquaeque iniuria exactoribus inſcribatur. Quod ſi graviorem poenam meruiſſe exiſtimabitur, drachmas alias quinquaginta adiicientes, ad ſenatum, aut primam in curia concionem deferunto; ac citationes ubi recenſuerint iudicanto; &, ſi condemnatus fuerit, ſenatoribus clam ſuffragia ferentibus, praeſides eum exactoribus inſcribunto.* Et hoc eſt, quod breviter dicit Ariſtides in Plat. II.

Περικλῆς τοίνυν κάλλιστον νόμον περὶ δημηγοριῶν ἔθηκε, μηδαμῦ τῆ σεμνότητος ἀφιέντος. *Ac Pericles quidem pulcerrimam de concionibus legem tulit, ne de gravitate quiſquam ullo modo quid remitteret.*

Sed nec de eadem cauſa apud eoſdem bis permiſſum fuit agere; neu ſententiam ſemel latam retractare. Vides in citatis ſtatim verbis Aeſchinis. Τῶν ῥητόρων ἐάν τις λέγῃ δὶς περὶ τῦ αὐτῦ ὁ αὐτὸς τοῖς αὐτοῖς. *Si quis oratorum bis de re eadem idem apud eoſdem dicat.* Demoſthenes adverſus Leptinem. Οἱ νόμοι δὲ ἐκ ἐῶσι δὶς περὶ τοῦ αὐτοῦ, ὑπὲρ τῶν αὐτῶν, οὔτε δίκας, οὔτε εὐθύνας, οὔτε διαδικασίαν, οὔτ' ἄλλο τοιοῦτον οὐδὲν εἶναι. *Leges vero non permittunt, uti de iiſdem rebus apud eoſdem, iudicio ullo, aut quacumque ratione agatur.* Sulpitius Victor in inſtitut. Orat. *Lex eſt; De eadem re bis agi non liceat.* Terentius in Phormione Act. II. Sc. III.

At tu, qui ſapiens es, magiſtratus adi,
Iudicium de eadem cauſa ut reddant tibi:
Quandoquidem ſolus regnas, & ſoli licet
Hic de eadem cauſa iudicium adipiſcier.

Ad quem locum ſic Eugraphius. *Bis de eadem re actio ne ſit. Quidam quaſi orbam in iudicio coactus eſt ducere, abſente patre. Pater quum rediiſſet, vult agi, an illa ſit proxima. Contradicitur. Hic prima praeſcriptio eſt, quod non licet ex eadem re bis agere.* Obſervare quoque licet apud Andocidem, Orat. in Alcibiadem, Demoſthenem pro Phormione adverſus Pantaenetum, & Nauſimachum, item apud Syrianum in Hermogenem, Apſinem lib. de Arte Rhet. cap. περὶ προοιμίου, Sopatrum in Diviſ. Quaeſt. & Anonymum Problem. Rhet. XXI. (a)

CAP. XVII.

Bovem aratorem occidere non licebat; neque alium quemquam in parentatione; immo aliquando nullum omnino ob defectum. Idem cautum, & de agnis, quae & tonſae nondum eſſent & quae nondum peperiſſent. Lupi occiſi; praemiumque varium interfectori exſolutum.

OLim interdictum fuit, ne quis bovem aratorem interficeret. Aelianus Var. Hiſt. lib. V. cap. XIV. Νόμος ἦν ὅτος Ἀττικὸς, βοῦν ἀρότην, καὶ ὑπὸ ζυγὸν πονήσαντα σὺν ἀρότρῳ, ἢ καὶ σὺν τῇ ἁμάξῃ, μηδὲ τοῦτον θύειν, ὅτι καὶ ὅτος ἂν εἴη γεωργὸς, καὶ τῶν ἀνθρώποις καμάτων τέρα-

Meurſii Tom. II. L

ter ſe conciliari poſſunt: e Solonis quippe Legibus oportebat τοὺς δικαστὰς περὶ τούτων ἐν τῷ δικαστηρίῳ διαγινώσκειν. *Pollux:* χίλιοι δὲ κατὰ μὲν τὸν Σόλωνα τὰς Εἰσαγγελίας ἔκρινον. *Hi mille, duo ſunt* δικαστήρια, *quae in unum convenerant, quod ſaepe fieri ſolitum teſtis Demoſthenis Interpres Vlpianus ad haec e Timocratea verba:* δικαστηρίοιν δυοῖν εἰς ἕνα κ' χιλίους ἐψηφισμένοιν ἐν τοῖς μεγάλοις κ' ἐστουδασμένοις πράγμασι, συνήρχοντο ἐκ δύο δικαστηρίων, πληροῦντες ἀριθμὸν χιλίων κ' ἑνός. *Mutavit & id poſtea, Demetrio Phalereo Legem ferente, & additi ſunt quingenti iudices. idem Pollux:* κατὰ δὲ τὸν Φαληρέα καὶ πρὸς Πεντακόσιοι. *Altera quoque conciliationis ratio iniri poteſt ex his Pollucis verbis:* ἀδικῶν δέ τις ἁλίσκεται, ἢ Ἄρχων, ἢ Ῥήτωρ, εἰς τὴν βουλὴν Εἰσαγγελία δίδοται κατ' αὐτῦ, κἂν μὲν μέτρια ἀδικεῖν δοκῇ, ἡ βουλὴ παιεῖται ζημίας ἐπιβουλήν, ἐὰν δὲ μείζω, παραδίδωσι δικαστηρίῳ.

(a) *Lege praeterea Athenienſium eautum erat, ut is qui Orator ſorte legebatur, agros intra fines Atticae poſſideret, & liberos legitimos, aut iam haberet, aut ſuſcepturus eſſet, qui eſſent tamquam Reipublicae oppignerati, & paternae fidei dati obſides.*

Τὸν Ῥήτορα παιδοποιεῖσθαι κατὰ τοὺς νόμους, κ' γῆν ἐντὸς ὅρων κεκτῆσθαι. Orator liberos ſuſcipito e legitimis nuptiis, agrumque intra fines Atticae poſſidito.

Legem laudat Dinarchus. ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους. Καὶ τοὺς μὲν νόμους προλέγειν τῷ Ῥήτορι, τὴν παρὰ τοῦ δήμου πίστιν ἀξιοῦντι λαμβάνειν, παιδοποιεῖσθαι κατὰ τοὺς νόμους, γῆν ἐντὸς ὅρων κεκτῆσθαι. πάσας τὰς δικαίας πίστεις παρακαταθέμενον, ὅτως ἀξιοῦν προεστάναι τῆ δήμου. σὲ δὲ τὴν πατρῴαν γῆν πεπρακέναι, τοὺς δὲ οὐ γεγνημένους υἱεῖς σαυτῷ προσποιεῖσθαι παρὰ τοὺς νόμους, τοὺς ἐν ταῖς κρίσεσιν ἕνεκα γινομένων ὅρκων.

Digitized by Google

κοινωνός. *Lex etiam haec est Attica; ne & bos arator macletur, qui sub iugo laboravit, sive aratro, sive plaustro; quod & ipse agricola esset, & laborum inter homines socius.* Varro de Re Rust. lib. II. cap. v. *Hic (bos) socius hominum in rustico opere, & Cereris minister. Ab hoc antiqui manus ita abstineri voluerunt, ut capitale sanxerint, si quis occidisset.* Columella in Prooemio lib. VI. *Cuius tanta fuit apud antiquos veneratio, ut tam capitale esset bovem necasse, quam civem.* Eustathius ad Odyss. μ'. Καὶ Ἀθηναίοις ἀπώμοτον ἦν, θύειν βόας ἐργάτας, *Et apud Athenienses cautum erat, ne boves operarios mactarent, ut vel iuramento factum amolirentur.*

Nec ex aliis quoque bubus mactare in parentatione aliquem concedebatur. Plutarchus in Solonis Vita, ubi de funerum legibus agit. Ἐναγίζειν δὲ βοῦν οὐκ εἴασεν. *Bove vero parentare non permisit.*

Aliquando ob defectum plane nullum interfectum cupiebant. Athenaeus lib. IX. Κατὰ χρόνον δέ τινα, ἐκλιπόντων τῶν βοῶν, φησὶν ὁ Φιλόχορος νομοθετῆναι, διὰ τὴν σπάνιν, ἀπέχεσθαι αὐτοὺς τῶν ζώων. συνάγειν βουλομένους, καὶ πληθύσαι, τῷ μὴ καταθύεσθαι. *Quum quodam tempore boves defecissent, ait Philochorus, ob raritatem, lege cautum esse, ut ab illis animalibus abstinerent; uti non sacrificando cogerentur, & abundarent* (a).

Itidem de ovibus quoque constitutum, ne intonsae, ac quae nondum peperissent, mactarentur. Φιλόχορος δὲ ἱστορεῖ, καὶ κεκωλύσθαι Ἀθήνησιν, ἀπέκτου ἀρνὸς μηδένα χεύεσθαι, ἐπιλειπούσης πολὺ τῆς τῶν ζώων τούτων γενέσεως. *Philochorus memoriae prodit, etiam Athenis vetitum, ne quis agnum intonsum gustaret, quum quandoque horum animalium soboles defecisset.* Ac plenius paulo lib. IX. Ἦν δὲ καὶ παλαιὸς νόμος, ὡς φησιν Ἀνδροτίων, τῆς ἐπιγονῆς ἕνεκα τῶν θρεμμάτων μὴ σφάττειν πρόβατον ἄπεκτον, ἢ ἄτοκον. *Erat vero etiam lex antiqua, uti auctor est Androtion, ut consuleretur soboli, ne inter pecora ovis intonsa, aut quae nondum peperisset, mactaretur.* Eustathius ad Iliad. ω'. Καὶ Ἀθήνησι νόμος ἦν, ἀπέκτου ἀρνὸς μηδένα χεύεσθαι, ἐπιλειπούσης πολέ, φασι, τῆς τῶν ζώων τούτων γενέσεως. *Et Athenis lex erat, ne quis agnum intonsum gustaret; deficiente, aiunt, horum animalium sobole.*

Contra factum est in lupis (b), quos occidere lex iubebat; praemiumque a Solone constitutum, qui interfecisset masculum, ut acciperet drachmas quinque; qui femellam, huic ut una solveretur. Plutarchus in Solonis Vita. Λύκον δὲ τῷ κομίσαντι, πέντε δραχμὰς ἔδωκε· λυκίδα δὲ, μίαν. *Lupum vero qui attulisset, ei quinque drachmas dedit; qui lupam, unam.* Postea vero, quum luporum, ut videtur, multitudo excrevisset, auctum praemium; quique lupi catulum interfecisset, huic talentum persolutum; qui adultum, duo is accipiebat. Scholiastes Aristophanis Avibus. Λύκους ἀπέκτειναν τὸ παλαιὸν ἐν τῇ Ἀττικῇ καὶ νόμος ἦν, λυκοκτονεῖν. διὸ ὁ μὲν φονεύων λύκου τέκνον, τάλαντον ἐλάμβανεν, ὁ δὲ τέλειον, δύο. *Lupos olim in Attica interficiebant; & lex erat, quae occidere iuberet; itaque, qui lupi catulum occidisset, is talentum; qui adultum, ille duo accipiebat.* Eadem inveniuntur apud Suidam in Φεισμονή. Ac mandata haec captura, quibus agri pascui plus, quam arvi esset; utpote ad quos damnum magis pertineret propter pecora, quae pascebant. Plutarchus postea. Ἀρχαῖον δὲ τοῖς Ἀθηναίοις τὸ πολεμεῖν τοῖς λύκοις, βελτίονα νέμειν, ἢ γεωργεῖν, χώραν ἔχουσι. *Olim autem Athenensibus usitatum, bellum adversus lupos gerere; iis quidem, quibus ager pascuus magis, quam arvus esset.* Quin occisos sepelire lex iubebat; quique eos occidisset, necessaria sepulturae procurare tenebatur; quia nempe in honore animal id habebatur. Scholiastes Apollonii lib. II. Τίμιον τὸ ζῶον παρ' Ἀθηναίοις. ὁ γὰρ κτείνας λύκον, ἀγείρει αὐτῷ τὰ πρὸς τὴν ταφήν. *Honoratum enim animal apud Athenienses; quique lupum interfecit, colligit ipsi quae ad sepulturam eius requiruntur.* Cauta erat, ut videtur, quod Apollini lupus sacer putaretur; ut videre est apud Aelianum Hist. Anim. lib. X. cap. XXVI. Hesychium, in Λυκοκτόνος θεός; & Scholiasten Sophoclis in principio Electrae.

CAP. XVIII.

Ignaviae, & iniusti item quaestus poena Areopagitis demandata. Qualis ea a Dracone constituta; qualis item a Solone; qui & eam ex Aegypto transtulisse memoratur.

IGnaviae poenam Areopagitis mandavit, ac praecepit, ut inquirerent, qua quis arte vitam suam toleraret. Plutarchus in Solonis Vita. Ταῖς τέχναις ἀξίωμα περιέθηκε, καὶ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἔταξεν ἐπισκοπεῖν, ὅθεν ἕκαστος ἔχει τὰ ἐπιτήδεια, καὶ τοὺς ἀργοὺς κολάζειν. *Artibus dignitatem addidit, & curiae Areopagitarum praecepit, uti, quo se quisque quaestu tueretur, observaret, & ignavos poena adficeret.* Diogenes Laertius in commemoratione legum eius, actionem in ignavos cuilibet dedisse refert. Καὶ, ὁ ἀργὸς ὑπεύθυνος ἔστω παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι. *Et qui otiosus est, in eum actio cuilibet esto.* Et infamia ter convictus notabatur. Pollux lib. VIII. cap. VI. Τῆς δὲ ἀργίας, ἐπὶ μὲν Δράκοντος, ἀτιμία ἦν τὸ τίμημα· ἐπὶ δὲ Σόλωνος, εἰ τρίς τις ἁλώη, ἠτιμοῦτο. *Otii vero, ex Draconis lege, poena erat infamia; ex Solonis, qui convictus tertium esset, is infamia notabatur.* Vbi quae de poena infamiae, ex Draconis lege dicit, vereor, ne memoria destituatur; quum is capitale id pronuntiaverit, idque adparet ex

(a) Hinc illud apud Athenienses institutum, quod refert Aelianus *Lib.* VIII. *Var. histor. Cap.* III. his verbis. Ὅτι Ἀττικὸν τὸ ἔθος, ὅταν ὁ βοῦς ἀποσφαγῇ, τῶν μὲν ἄλλων ἀποψηφίζονται, κρίνοντες ἕκαστον ἐν τῷ μέρει φόνου· καταγινώσκουσι δὲ τῆς μαχαίρας, ἣ λέγουσι ταύτην ἀποκτεῖναι αὐτὸν, καὶ ἐν ᾗ ταῦτα ἡμέρᾳ δρῶσι, διιπόλια τὴν ἑορτὴν καλοῦσι, καὶ βουφόνια. *Mos est Athenienses, ut iugulato bove, alia omnia absolvant, singulis prius caedis accusatis, ensem autem condemnent, & ab eo dicant illum occisum esse. Eius autem diei quo haec fiunt festum vocant Diipolia, & Buphonia.*

(b) Nil mirum profecto. Florentiae quoque lupos occidentibus praemium certum propositum.

Digitized by Google

ex Plutarchi iſtis verbis, ubi de Draconis legibus. Μία γὰρ, ὀλίγου δεῖν, ἅπασιν ὥρισο τοῖς ἁμαρτάνουσι ζημία· ὥστε καὶ τὺς ἀργίας ἁλόντας ἀποθνήσκειν. *Vna enim fere cunctis delinquentibus poena mortis conſtituta; ut & otii convicti capitis ſupplicio adficerentur.* Et hanc quoque a Solone indictam poenam tradunt alii, & acceptam ab Amaſide Aegyptio legem. Herodotus lib. II. Νόμον τε Αἰγυπτίοισι τόνδε Ἄμασις ἔθι ὁ καταστήσας· ἀποδεικνύναι ἔτεϊ ἑκάστῳ τῷ νομάρχῃ πάντα τινὰ Αἰγυπτίων, ὅθεν βιῶται· μηδὲ ποιεῦντα ταῦτα, μηδὲ ἀποφαίνοντα δικαίῳ ζωὴν, ἰθύνεσθαι θανάτῳ. Σόλων δὲ ὁ Ἀθηναῖος, λαβὼν ἐξ Αἰγύπτου τοῦτον τὸν νόμον, Ἀθηναίοισι ἔθετο. τῷ ἐκεῖνοι ἐς ἀεὶ χρέωνται, ἐόντι ἀμώμῳ νόμῳ. *Legemque hanc qui Aegyptiis conſtituit, Amaſis eſt; ut demonſtret unuſquiſque annis ſingulis apud praeſidem eius loci, unde vivat; qui non fecerit, neque vitae rationem demonſtrare iuſtam poſſit, is ut morte puniretur. Solon vero Athenienſis, quum hanc legem ex Aegypto accepiſſet, Athenienſibus promulgavit, qua perpetuo illi utuntur, tamquam plane inculpata.* Diodorus Siculus lib. I. Προσετέτακτο δὲ καὶ πᾶσι τοῖς Αἰγυπτίοις, ἀπογράφεσθαι πρὸς τοὺς ἄρχοντας, ἀπό τίνων πόρων, καὶ τρόπων, ἕκαστος παρίζεται τὸν βίον. καὶ τὸν ἐν τούτοις ψεύσάμενον, ἢ πόρον ἄδικον ἐπιπλέοντα, θανάτῳ περιπίπτειν ἦν ἀναγκαῖον. λέγεται δὲ καὶ τοῦτον τὸν νόμον ὑπὸ Σόλωνος, παραβαλόντος εἰς Αἴγυπτον, εἰς τὰς Ἀθήνας μετενεχθῆναι. *Inſuper iniunctum erat Aegyptiis omnibus, ut omnia apud praefectos profiterentur; indicantes ſimul, quo proventu, vitae genere, victum ſibi unuſquiſque compararet; ac mentitus, vel iniuſtum agitans quaeſtum, mortis poenam incurrebat. Quam legem Solon, ad Aegypti imitationem, Athenas tranſtuliſſe fertur.* Vbi obſerva, etiam iniuſti quaeſtus poenam eamdem conſtitutam. Meminit legis de ignavia, verum non expreſſa poena, Demoſthenes Orat. in Eubulidem. Εἴ τι καὶ ἕτερος περὶ τῆς ἀργίας νόμος, ᾧ αὐτὸς ἔνοχος ὤν, ἡμᾶς τοὺς ἐργαζομένους διαβάλλεις. *Eſt, Eubulide, alia quoque lex de ignavia, cui, quum ipſe ſis obnoxius, nos, qui opus facimus, calumniaris.*

(a) Quum ſiticuloſa admodum eſſet terra Attica, ut teſtatur Dicaearchus ἐν τῷ βίῳ τῆς Ἑλλάδος. ἡ δὲ πόλις ξηρὰ πᾶσα ὐκ ἔνυδρος, has leges ſcripſit Solon. *Quia vero ſaepe fiebat, ut controverſiae hac de re moverentur, hinc Magiſtratus Athenis, qui* ὑδάτων Ἐπιστάτης *dicebatur, cui res haec curae. Colligo e Plutarchi narratione in Themiſtocle:* ὥσε καὶ ἐν Μητρὸς ἱερῷ τὴν καλυμένην ὑδροφόρον κόρην χαλκῆν, μέγεθος δίπηχυν· ἦν αὐτὸς ὅτε τῆς Ἀθήνησι ὑδάτων Ἐπιστάτης, εὑρὼν τὸς ὑφιεμένους τὸ ὕδωρ καὶ προχετεύσαντας ἀνέθηκεν ἐκ τῆς ζημίας ποιησάμενος. *Eratque praetorea horum* Aquarum Curatorum, *ita Latinis ſcriptoribus nominantur, providere, ne quis aquam puteorum publicam priva ſua auctoritate violaret, derivaret, aut oletaret. Quia autem, ut diximus, ſiticuloſa admodum erat Attica, factum puto, ut in votis pro impetranda pluvia ſui tantum meminiſſent, & rationem haberent Athenienſes. Voti meminit M. Antoninus Libro* τῆς εἰς ἑαυτὸν V. εὐχὴ Ἀθηναίων, ὗσον, ὗσον, ὦ φίλε Ζεῦ, κατὰ τῆς ἀρούρας τῆς Ἀθηναίων, καὶ τῶν πεδίων.

CAP. XIX.

Iſthmionicis drachmae centum; Olympionicis quingentae decretae. Putei communis, atque aliorum ratio. Equeſtre curriculum quatuor ſtadiorum. Heſychius correctus. Arboris plantandae, ſcrobiſque, aut ſepulcri ducendi modus. Plutarchi locus emendatus. Alveariorum quale intervallum obſervandum. Fructus, praeter oleum, exſportari haud licuit. Canis ſi momordiſſet, poena.

PRaemium conſtituit Solon Iſthmionicis centum drachmas; quingentas Olympionicis. Plutarchus in eius Vita. Τῷ δ' Ἰσθμια νικήσαντι, δραχμὰς ἔταξεν ἑκατὸν δίδοσθαι. τῷ δ' Ὀλύμπια, πεντακοσίας. *Qui ludis Iſthmiis viciſſet, ei drachmas centum dari; qui Olympia, huic conſtituit quingentas.* Diogenes Laertius itidem in eius Vita lib. I. Συνέσειλε δὲ καὶ τὰς τιμὰς τῶν ἐν ἀγῶνι ἀθλητῶν· Ὀλυμπιονίκῃ μὲν, τάξας πεντακοσίας δραχμάς· Ἰσθμιονίκῃ δὲ, ἑκατόν. *Contraxit quoque praemia certantium athletarum; & Olympiis quidem, qui viciſſet, huic quingentas drachmas dari; Iſthmiis vero centum iuſſit.*

Quia aquarum penuria eſſet, lege lata, unum habere puteum communem iuſſit, qui curriculi equeſtris ſpatio circum eum adhabitarent. Ἐπὶ δὲ πρὸς ὕδωρ ὅτε πολλαῖς ἐσιν ἀενναίοις, ὅτε λίμναις τισὶν, ὅτ' ἀφθόνοις πηγαῖς ἡ χώρα διαρκὴς, ἀλλ' οἱ πλεῖσοι φρέασι ποιηλοῖς ἐχρῶντο, νόμον ἔγραψεν, ὅπου μέν ἐσι δημόσιον φρέαρ ἐντὸς ἱππικοῦ, χρῆσθαι τούτῳ. (τὸ δ' ἱππικὸν διάσημα, τεσσάρων ἦν σταδίων·) ὅπου δ' πλεῖον ἀπεῖχε, ζητεῖν ὕδωρ ἴδιον. ἐὰν δὲ, ὀρύξαντες ὀργυιῶν δέκα βάθος παρ' ἑαυτοῖς, μὴ εὕρωσι, τότε λαμβάνειν παρὰ τοῦ γείτονος, ἑξάχουν ὑδρίαν δὶς ἑκάστης ἡμέρας πληροῦντας. ἀπορίᾳ γάρ ὤετο δεῖν βοηθεῖν, ὐκ ἀργίαν ἐφοδιάζειν. *Poſtquam vero, quod aquam adtinet, neque fluviis perennibus, neque lacubus, fontibuſve copioſis ſat inſtructa erat regio, ſed plerique puteis factis utebantur, legem tulit; ubi puteus publicus eſſet, intra curriculi equeſtris ſpatium, quod eſt quatuor ſtadiorum, eo uti uterentur; ubi longius abeſſent, uti aquam propriam quaererent; ſed ſi, poſtquam ad decem ulnarum altitudinem effodiſſent, minime eam inveniſſent, tum ut peterent e proximo, & quotidie hydriam ſex congiorum bis implerent. Etenim inopiae ſubveniendum, non alendam ignaviam exiſtimabat.* (a) Vbi quod curriculum equeſtre quatuor eſſe ſtadiorum explicatur, revocat in mentem mihi Heſychii locum, ſed corruptum. Ἱππικὸν, τὸ στάδιον. *Equeſtre ſtadium.* Emendo. Ἱππικὸν, τετραστάδιον. *Equeſtre, quadriſtadium.* Ita recte paulo ante ibidem

Digitized by Google

dem legitur, Ἵππειος, τετρασάδιός τις. *Equestre curriculum, quadristadium quoddam.* Meminitque huius curriculi etiam Hero de Geodaesia, Propos. III. *iuxta latitudinem hippici ad sinistram fundae partem observetur.*

εὐξάμενον κελεύϛ ϗ κήρυκα μετ' εὐφημίας πολλῆς, οὕτως ὑμῖν τὸ βουλεύεσθαι περὶ ϗ πραγμάτων παραδιδόναι. *Lex quidem iubet praeconem, poſtquam vota nuncupavit, multa fausta adprecatum, conſultationem de negotiis vobis tradere.*

Senatori vero nulli eſſe licebat ante triceſimum aetatis annum. Indicat Xenophon Memorab. lib. 1. Καὶ ὁ Σωκράτης, ἵνα τοίνυν, ἔφη, μὴ ἀμφίβολον ᾖ, ὡς ἄλλο τι ποιῶ, ἢ τὰ προηγορευμένα, ὁρίσατέ μοι μέχρι πόσων ἐτῶν δεῖ νομίζειν νέους εἶναι τοὺς ἀνθρώπους. ϗ ὁ Χαρικλῆς· ὅσου περ, εἶπε, χρόνου βουλεύϛν οὐκ ἔξεστιν, ὡς οὕτω φρονίμοις ὄσι. μηδὲ σὺ διαλέγου νεωτέροις τριάκοντα ἐτῶν. *Et Socrates, ne itaque, ait, ſit ambiguum, an aliquid faciam, quam quae praedicta, definite mihi, ad quot uſque annos exiſtimandum ſit, homines eſse iuvenes, tum Charicles; quo uſque, ait, ſenatoribus eſse non licet, nimirum hominibus iſtis prudentiam necdum conſequutis; neque tu cum illis loquitor, qui trigeſimum aetatis annum nondum attigere.*

Feminam ſacerdotem eſſe virginem oportebat. Marcellinus in Hermogenem. Τὴν ἱέρειαν, νόμῳ παρθένον εἶναι. *Feminam ſacerdotem lex iubebat virginem eſse* (a).

Sponſalia haberi rata oportebat. Sopater in Hermogenem. Νόμῳ, τὰς μνηστείας βεβαίας εἶναι. *Lex eſt, ut ſponſalia ſint firma.*

Lex antiquiſſima, ab ipſo Erichthonio lata, quiſquis Deo cuicumque ſacra faceret, is ut prius Telluri τῇ Κουροτρόφῳ cognomento, ſacra faceret. Suidas. Κουροτρόφῳ, γῇ· ταύτῃ ϗ θύσαι φασὶ πρῶτον Ἐριχθόνιον ἐν ἀκροπόλει, ϗ βωμὸν ἱδρύσασθαι, χάριν ἀποδιδόντα τῇ γῇ ϗ τροφείων. καταϛῆσαι δὲ νόμιμον, τὸς θύοντα τάς τινι Θεῷ, ταύτῃ προθύειν. *Curotrophos, Tellus. Huic autem ſacrificaſſe aiunt primum Erichthonium in arce, atque aram dedicaſſe, gratiam referentem Terrae pro alimentis: tum & legem ſtatuiſſe, ſi qui Deo alicui ſacrificarent, ut huic prius ſacra facerent* (b).

Critias, & Charicles, quum tyranni, inter quos & ipſi erant, urbem in poteſtate haberent, lege caverunt, odio Socratis, ne quis artem eloquentiae iuventutem doceret. Xenophon Memorab. lib. 1. Ἐξ ὧν δὲ ϗ ἐμίσει ϗ Σωκράτη ὁ Κριτίας, ὥστε ϗ, ὅτε, ϗ τριάκοντα ὧν νομοθέτης μετὰ Χαρικλέους ἐγένετο, ἀπεμνημόνευσεν αὐτῷ, ϗ ἐν τοῖς νόμοις ἔγραψε, λόγων τέχνην μὴ διδάσκειν. *Quibus de cauſis uſque adeo Socratem oderat Critias, ut, cum Triginta virum unus eſſet, & cum Charicle legum ei condendarum cura mandata fuiſſet, hoc ipſum ei in memoriam revocaverit, atque in legibus perſcripſerit, tradi artem eloquentiae non debere* (c).

Qui pro altero ſpopondiſſet, praeſtare ſponſionem ultra annum non tenebatur. Demoſthenes in Apaturium. Λάβε δή μοι ϗ τὸν νόμον, ὃς κελεύϛ τὰς ἐγγύας ἐπετείους εἶναι. *Cape ſane mihi etiam legem, quae iubet, ſponſiones annuas eſſe.*

Κακῶς ἀπολέσθαι τοῦτον αὐτὸν, ϗ οἰκίαν
Ἀρᾶσθε. ταῖς δ' ἄλλαισιν ὑμῖν τοὺς θεοὺς
Εὔχεσθε πάσαις πολλὰ δοῦναι κἀγαθά,
Ἄνεω πᾶς. ἔδοξε τῇ βουλῇ τάδε
Τῇ τῶν γυναικῶν, Τιμοκλεί' ἐπεσάτει,
Λύσιλλ' ἐγραμμάτευεν. ἔπε Σωσράτη,
Ἐκκλησίαν ποιῶν ἔωθεν τῇ μέσῃ
Τῶν Θεσμοφορίων, ἵν' ἅλις ἐσθ' ἡμῖν σχολῇ,
Καὶ χρηματίζειν πρῶτα περὶ Εὐριπίδου
Ὅ, τι χρὴ παθεῖν ἐκεῖνον. ἀδικεῖν γὰρ δοκεῖ
Ἡμῖν ἁπάσαις. τίς ἀγορεύϛν βούλεται;

Hic vides preces non tantum concipi, ſed etiam diris devoveri τὸν ἐπιβουλεύοντά τι τῷ δήμῳ κακόν. *Atque harum dirarum meminit Demoſthenes* ἐν τῷ περὶ Στεφάνου. καί τοι τίς ἴσ' ὁ τὴν πόλιν ἐξαπατῶν; οὐχ ὁ μὴ λέγων ἃ φρονεῖ; τοῦθ' ὁ κήρυξ καταρᾶται δικαίως, ϗ τῷ τοιούτῳ; τί δὲ μεῖζον ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν ἀδίκημα κατ' ἀνδρὸς Ῥήτορος, εἰ μὴ ταῦτα ἃ ϗ φρονεῖ ϗ λέγει; *Et* ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους. ἀλλ' εἴ τις εἰδώς, ἐκεῖνο προσέδωκεν, ϗ ἐξαπατᾷ, ἔνοχός ἐστ τῇ ἀρᾷ διόπερ καταρᾶται καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν ὁ κήρυξ, οὐκ εἴ τινες ἐξηπατήθησαν, ἀλλ' εἴ τις ἐξαπατᾷ λέγων, ϗ βουλήν, ϗ δῆμον, ϗ τὴν Ἡλιαίαν. *Atque ut id fieret & in Senatu, & pro Concione Lege hac imperatum eſt:*

Τὸν Κήρυκα τοῖς θεοῖς εὔχεσθαι, εἴ τις δῶρα λαμβάνων, μετὰ ταῦτα λέγῃ ϗ γινώσκῃ περὶ τῶν πραγμάτων, ἐξώλη ποιεῖν αὐτὸν, ϗ γένος, ϗ οἰκίαν. Praeco diris devoveto, ſi quis muneribus acceptis pro concione verba faciat, & ad Rempublicam accedat, ut hunc Dii cum gente & familia male perdant.

Vnum hic habes Kaput de diris adverſus eos, qui muneribus acceptis pro concione verba faciunt, atque ad Rempublicam accedunt, conceptis: erant porro alia adverſus alios Kapita harum dirarum: ad quae adludit Comicus Praeco loco laudato Θεσμοφοριαζουσῶν,

——— ϗ παιδίον
Ὑποβαλλομένης κατεῖπέν τις, ϗ δούλη τινὸς
Προαγωγὸς οὖσ' ἐνεθρύλλισεν τῷ δεσπότῃ,
Ἢ πεμπομένη τις ἀγγελίας ψευδεῖς φέρει.
Ἢ μοιχὸς εἴ τις ἐξαπατᾷ ψευδῆ λέγων,
Καὶ μὴ δίδωσιν ἃ ἂν ὑπέσχηται ποτε.
Ἢ δῶρά τις δίδωσι μοιχῷ γραῒς γυνή·
Ἢ ϗ δέχεται προϊδοῦσ' ἑταῖρα τὸν φίλον.
Κ' εἴ τις κάπηλος, ϗ καπηλὶς τοῦ χοός,
Ἢ τῶν κοτυλῶν τὸ νόμισμα διαλυμαίνεται.
Κακῶς ἀπολέσθαι τοῦτον αὐτὸν, ϗ οἰκίαν,
Ἀρᾶσθε.

Facete enim ad feminarum Rempublicam tranſtulit, quae mutato tantum nomine res Athenienſium indicant. Habes autem illud dirarum Kaput, quod deſcripſimus apud Dinarchum ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος. πρῶτον μὲν καθ' ἑκάστην δημοσίᾳ ἀρὰς ποιουμένους κατὰ τῶν πονηρῶν, εἴ τις δῶρα λαμβάνων, μετὰ ταῦτα λέγῃ ϗ γινώσκῃ περὶ τῶν πραγμάτων, ἐξώλη τοῦτον εἶναι. *Meminit Demoſthenes* ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας. λέγε τὴν ἀρὰν, ϗ ἀναγνῶθι λαβὼν τὴν ἐκ τοῦ νόμου. ΑΡΑ. ταῦθ' ὑπὲρ ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν ὁ κήρυξ εὔχεται, νόμῳ προσεταγμένα· καὶ ὅταν ἡ βουλὴ καθῆται, παρ' ἐκείνῃ πάλιν. ϗ ταῦτ' οὐκ ἔνεστιν εἰπεῖν τούτῳ, ὡς οὐκ εὖ ᾔδϛ· ὑπογραμματεύων γὰρ ὑμῖν, ϗ ὑπηρετῶν τῇ βουλῇ, αὐτὸς ἐξηγεῖτο τὸν νόμον τοῦτον τῷ Κήρυκι. *Et paulo poſt:* ἀλλ' ὧν τοῖς θεοῖς εὔχεσθε ἐξώλη ποιεῖν αὐτὸν, ϗ γένος, ϗ οἰκίαν. *Quae leguntur apud Comicum in his Diris,*

——— ϗ πικηρυκεύεται
Εὐριπίδῃ, Μήδοις, &c.

iocoſe quidem de Euripide, & pro Comoediae argumento, dicuntur; de Medis vero pro more concepta ſunt in eos, qui Perſarum ſtarent a partibus, ex Ariſtidis Pſephiſmate apud Plutarchum in eius vita: ἔτι δὲ ἀρὰς θέσθαι τοὺς ἱερεῖς ἔγραψεν, εἴ τις ἐπικηρυκεύσαιτο Μήδοις, ϗ τὴν συμμαχίαν ἀπολίποι τῶν Ἑλλήνων.

(a) *Tibullus.*

——— *diſcedat ab aris*
Cui tulit heſterna gaudia nocte Venus.

De Virginibus ſacerdotibus apud Ethnicos, vide *Tertullianum in Exhort. ad Caſtit. & Hieronymum ad Gerontiam.*

(b) Vide *Lib. II. Athenar. Attic. Cap. VII. & Lib. II. de Reg. Athen. Cap. I. & Praefat. I. Voluminis.*

(c) Id de Philoſophia intelligit eruditiſſimus *Petitus.* Vide ſuperius adnotata ad Cap. xxx.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXXIII.

Qui in templum confugisset, hunc occidere non licebat. Pecuniam theatralem convertere velle in militarem capitale erat. Viro artem unguentariam exercere non licebat. Qui erranti viam monstrare noluisset, sacris arcebatur.

VEtabatur occidi, qui in templum confugisset (a). Anonymus Probl. Rhet. cap. xv. Νόμ@ ἐκέλευε, τὸν τύραννον ἀναιρεῖν. ἄλλ@ ἐκέλ@ε, τὸν ἐν ἱερῷ καταφυγόντα, μὴ ἀποθνήσκειν. τύραννον ἐν ἱερῷ τις καταλαβὼν φυγόντα, ἀπέκτεινε. καὶ κρίνεται ὡς ἀσεβής. *Lex iubebat, tyrannum interficere; alia, qui ad templum confugisset, occidere vetabat. Tyrannum quidam in templo, ad quod confugerat, deprehendens, eum occidit: accusatur velut impius.*

Pecuniam theatralem in militarem qui convertere vellet, is capite lueret. Libanius in Argumento Olynthiacae primae. Καὶ νόμον ἔθεντο περὶ τ θεωρικῶν χρημάτων, θάνατον ἀπειλοῦντα τῷ γράψαντι, μετατεθῆναι ταῦτα εἰς τ ἀρχαίαν τάξιν, κ᾽ γλυέσθαι στρατιωτικά. *Et legem tulerant de theatrali hac pecunia, quae mortem minaretur ei, qui auctor esset, ut ea in veterem ordinem reponeretur, fieretque militaris.* Suadet vero eam legem abrogandam Demosthenes Olynthiaca III. [b]

Ne vir artem unguentariam exerceret, Solon vetuit. Athenaeus lib. XIII. Καλὸν γε τὸ τέλ@ τ εὐδαιμονίας τῷ Φιλοσόφῳ, ἡ μυρεψικὴ τέχνη. ἀκόλουθός τε τῇ τῦ Σωκράτ@ς φιλοσο-

Meursii Tom. II.

(a) De iure Asyli consule doctos viros, qui de eo scripsere.
(b) Vide *Lib. De Fortuna Athen. Cap.*
(c) *Sam. Petitus. Diphilus*: ἐν Παρασίτῳ.
ἀγνοῆς ἐν ταῖς ἀραῖς
Ὅτι ἐστίν, ἤ τις μὴ φράσῃ ὀρθῶς ὁδόν.
Hanc autem Legem publicis istis exsecrationibus sanxit Buzyges: habes in Vaticana Graecorum Proverbiorum Appendice, Centuria I. Proverbio XXI. Βυζύγης. ἐπὶ τ πολλὰ ἀρωμένων. ὁ γὰρ Βυζύγης Ἀθήνησιν ὁ τὸ ἱερὸν ἄροτον, ἄλλα τε πολλὰ ἀρᾶται, κ᾽ τοῖς μὴ κοινωνοῦσι κατὰ τὸν βίον ὕδατ@ ἢ πυρὸς, ἢ μὴ ὑποφαίνουσιν ὁδὸν πλανωμένοις. *Locum truncatum esse is, cui inter cetera Graecorum omnium Paroemiographorum editionem studiosi debemus, CL. & eruditissimus Andreas Schottus queritur: puto rescribendum:* Βυζύγης, ἐπὶ τ πολλὰ ἀρωμένων. ὁ γὰρ Βυζύγης Ἀθήνησιν, ἢ τὸ ἱερὸν ἄροτον. ἄλλα τε πολλὰ ἀρᾶται, κ᾽ τοῖς μὴ κοινωνοῦσι κατὰ τὸν βίον ὕδατ@ ἢ πυρὸς, ἢ μὴ ὑποφαίνουσιν ὁδὸν πλανωμένοις. *Sensus est, Buzygen Athenis, qui arare docuit, cuius rei monumentum exstat in suburbano Buzygio, diris devovisse inter cetera eos, qui peregrinos hospitio & tecto, id est, aqua & igne non exciperent, aut qui erranti viam non monstrarent: Aqua autem & igni accipere, idem est, quod* οἴκῳ δέχεσθαι. *Nam ii quibus interdictum est igni & aqua, tecto arcentur & prohibentur; atque utrumque coniungit Euripides Oreste, recensetque quasi prima & non deneganda cuiquam hospitii iura, quibus tamen erat interdictum iis, qui caedis piaculo obstringebantur:*
Ἔδοξε δ᾽ Ἀρχῇ τῇδε, μήθ᾽ ἡμᾶς τέγαις
Μὴ πυρὶ δέχεσθαι.
(d) *Sam. Petitus. Differebant autem tabulae, quibus testes, qui rebus interfuerant, testimonium domi inscribebant, a tabulis illis, quibus testes, qui interfuerunt rebus non advocati, sed forte fortuna, testimonium dant: illae enim exasciatae sunt & expoliatae: hae vero e cera, ut e cera, ut si quid adscribere vel delere velint, facile possint. Demosthenem ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψδομαρτυριῶν ϛ'. ἔτι τοίνυν κἂν ἀπὸ τοῦ γραμματέως γναίη τις, ἐν ᾧ ἡ μαρτυρία γέγραπται, ὅτι τὰ ψδῆ μεμαρτύρηκε. λθκωμένου τε γάρ ἐστι, κ᾽ οἴκοθεν*

A φίᾳ, ἀνδρὸς τῦ κ᾽ τὴν τοιαύτῃ χρῆσιν τ μύρων ἀποδοκιμάσαντ@. Σόλων@ δὲ τῦ νομοθέτου ἐπ᾽ ἐπιτρέπουτ@ ἀνδρὶ ταύτης προῖσαι τέχνης. *Pulcer sane vitae beatae finis philosopho ars unguentaria, ac philosophiae Socratis consectanea, qui huiusmodi unguentorum usum improbavit: quum nec legislator Solon viro artem exercere hanc permittat.*

Qui erranti viam monstrare detrectasset, sacris arcebatur. Cicero de Officiis lib. III. capit. XIII. *Quid enim est aliud, erranti viam*
B *non monstrare, quod Athenis exsecrationibus publicis sancitum est, si hoc non est (c)?*

CAP. XXXIV.

Testimonia in tabulis perscripta, ne aut demi in illis quidquam, aut addi posset. Nec testari audita licitum; nisi ex mortuo, aut invalido, vel peregre profecto. Neque sibi testis esse quisquam poterat. Erat etiam actio in falsos testes; & eosdem, ter convictos poena infamiae.

TEstimonium qui diceret, id in tabula perscribebat (d), ut adimere, neque addere quid liceret. Testari vero non licebat, nisi quae quis certo nosset, & quibus interfuisset. Audita testari, nisi e mortuo, aut invalido, aut peregre profecto haud concessum. Demosthenes in Stephanum Orat. II. Οἱ δέ γε νόμοι, ἃ ταῦτα λέγουσιν, ἀλλ᾽ ἂν εἰδῇ τις, κ᾽ οἷς ἂν παραγένηται πραττομένοις,
D ταῦτα μαρτυρεῖν κελεύουσιν, ἐν γραμματείῳ γεγραμμένα. ἀκοὴν δ᾽ ὑπ ἐῶσι ζῶντ@ μαρτυρεῖν, ἀλλὰ

P τεθ-

κατασκθασμένον. καί τοι τὰς μὲν τὰ πεπραγμένα μαρτυροῦντας, προσήκει οἴκοθεν τὰς μαρτυρίας κατεσκθασμένας μαρτυρεῖν· τὰς δὲ τὰς προκλήσεις μαρτυροῦντας, τὰς ἀπὸ ταυτομάτου προσάντας, κ᾽ ἐν μάλθῃ γεγραμμένης τὴν μαρτυρίαν· ἵνα εἴ τι προσγράψαι, ἢ ἀπολεῖψαι βουληθῇ, ῥάδιον ᾖ.
Inter testandum aurem imam tangebant. Etymologicographus: λοβοὶ λέγονται, ἐπειδὴ μαρτυρόμενοί τινι, λαμβανόμεθα αὐτ. *At testimonio dicto, in liberorum capita iurabant, se verum dicere. Demosthenes* ἐν τῷ προς Ἄφοβον ψευδομαρτυριῶν. ἃ τοίνυν ἐγὼ μὲν ταδὶ ἔτοιμ@ ἦν, εἰ δὲ μάρτυρες ἃ τὴν αὐτὴν μοι γνώμην εἶχον· ἀλλὰ κἀκεῖνοι παρασησάμην τοὺς παῖδας, ὑπὲρ ὧν ἐμαρτύρησαν, πίστιν ἐπιθεῖναι ἠθέλησαν κατ᾽ ἐκείνων. *De iureiurando testium Diogenes Laertius in Xenocrate*: ᾗ δὲ κ᾽ ἀξιόπιστ@ σφόδρα, ὥστε μὴ ἐξὸν ἀνώμοτον μαρτυρεῖν, τότῳ μόνῳ συνεχώρουν Ἀθηναῖοι. *Cicero Epistolarum ad Atticum Libro I. Epist. XVI.* Quae mihi res multo honorificentior visa est, quam aut illa, quum iurare tui cives Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt. *Valerius Maximus Libro II. cap. de Maiestate*: Quum Testimonium dicere coactus ad aram accessisset, ut more eius civitatis iuraret, omnia se vera retuliſſe. *Testes, qui in re capitali de homicidio testimonium dicerent, oportebat quoque ad caesa porrecta suovetaurilii iusiurandum concipere, & si scientes falsa testarentur, sibi & suis totique genti mala omnia imprecari Antiphon de Herodis caede*: τοῦτο δεῖ, δέον σε διομόσασθαι ὅρκον τὸν μέγιστον καὶ ἰσχυρότατον, ἐξωλέαν αὐτῷ κ᾽ γένει κ᾽ οἰκίᾳ τῇ σῇ ἐπαρώμενον, ἢ μὴν μὴ ἄλλα κατηγορήσειν ἐμοῦ, ἢ ἃ αὐτὸν τὸν φόνον, ὡς ἔκτεινα· ἐν ᾧ ὅτ᾽ ἂν κακὰ πολλὰ εἰργασμέν@ ἡλισκόμην ἄλλῳ ἢ αὐτῷ τῷ πράγματι, ὅτ᾽ ἂν πολλὰ ἀγαθὰ εἰργασμέν@, τούτοις ἂν ἐσωζόμην τοῖς ἀγαθοῖς, ἃ σὺ παρελθών, αὐτὸς σεαυτῷ τοὺς νόμους ἐξέλιπες, ἀνώμοτ@ μὲν αὐτὸς ἐμοῦ κατηγορῶν, ἀνώμοτοι δὲ οἱ μάρτυρες καταμαρτυροῦσι. δέον αὐτοὺς τὸν αὐτὸν ὅρκον σοι διομοσαμένους, κ᾽ ἀπομένους τῆς σφαγίων καταμαρτυρεῖν ἐμοῦ. *Lege igitur, ut ex his omnibus exemplis colligitur, testes iurati testimonium dicebant.*

Digitized by Google

τεθνεῶτος. τὰ δὲ ἀδυνάτων, καὶ ὑπερορίων, ἐκμαρτυρίαν γεγραμμένην ἐν τῷ γραμματείῳ, καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐπισκήψεως τήν τε μαρτυρίαν καὶ ἐκμαρτυρίαν ἀγωνίζεσθαι ἅμα· ἵν' ἐὰν μὲν ἀναδέχηται ὁ ἐκμαρτυρήσας, ἐκεῖνος ὑπόδικος ᾖ τῶν ψευδομαρτυριῶν· ἐὰν δὲ μὴ ἀναδέχηται, οἱ ἐκμαρτυρήσαντες τὴν μαρτυρίαν. *Leges autem non haec dicunt, ſed quae norit aliquis, & quibus, quum fierent, interfuerit, ea teſtari iubent, atque tabulae inſcribere; ut nec adimere liceat quidquam his, quae ſcripta, neque addere. Rem vero e vivente auditam, teſtari non ſinunt, ſed e mortuo; ab invalidis vero, & peregre profectis teſtimonium tabulae eſt inſcribendum; & eadem actione, cum ipſum quoque teſtimonium, tum quod ex relatu dictum, ſimul in iudicium adduci oportet; ut ſi in ſe receperit is, qui ipſe teſtimonium dixerit, ſit obnoxius falſo dicti teſtimonii; ſi autem non receperit, ii, qui ex relatu aliorum teſtimonium dixerunt.*

Teſtari vero non licuiſſe, niſi audita ex defunctis, aut invalidis, vel peregre profectis, iterum oſtendit poſtea, idque ipſis legis verbis. Νόμος. Ἀκοὴν εἶναι μαρτυρεῖν τεθνεῶτος· ἐκμαρτυρίαν δὲ, ὑπερορίου, καὶ ἀδυνάτου. *Lex. Rem e mortuo auditam teſtari liceat; teſtimonium vero ex relatu, non niſi peregre profecti, aut invalidi* (a).

Nec licebat in re ſua eſſe teſtem. Demoſthenes ibidem. Μαρτυρεῖν γὰρ οἱ νόμοι οὐκ ἐῶσιν αὐτὸν αὑτῷ, οὔτ' ἐπὶ ταῖς γραφαῖς, οὔτ' ἐπὶ ταῖς δίκαις, οὔτ' ἐν ταῖς εὐθύναις. *Ipſum enim ſibi eſſe teſtem, leges ſinunt neminem, nec in publicis, nec in privatis cauſis, nec in rationibus referendis.* Ac licebat tantum partibus, mutuo ſe interrogare, & reſpondere, non teſtari. Idem Orator non multo poſt. Νόμος. τοῖν ἀντιδίκοιν ἐτάναγκες εἶναι, ἀποκρίνασθαι ἀλλήλοις τὸ ἐρωτώμενον, μαρτυρεῖν δὲ μή. *Lex. Adverſarii neceſſario alter alterius interrogatis reſpondeant, non teſtentur* (b).

Eratque actio in falſos teſtes; graviorque illis poena, quam qui male falſi aliquem teſtimonii accuſaſſent. Idem Demoſthenes in Evergum. Καλῶς μοι οἱ νόμοι δοκοῦσιν ἔχειν, ὦ ἄνδρες δικασταί· ἀγῶνα ἀγῶνα ἀποδιδόντες ταῖς δίκαις τῶν ψευδομαρτυριῶν. ἵνα, εἴ τις μάρτυρας, ἃ ψευδῆ μαρτυροῦντας, παραχώμενος, ἢ προκλήσεις, μὴ γράμενος, ἢ μαρτυρίας, παρὰ τὸν νόμον μαρτυρηθείσας ἐξηπάτησε τοὺς δικαστάς, μηδὲν αὐτῷ πλέον γένηται· ἀλλ' ἐπισκηψάμενος ταῖς μαρτυρίαις ὁ ἀδικηθεὶς, καὶ εἰσελθὼν ὡς ὑμᾶς, καὶ ἐπιδείξας περὶ οὗ πράγματος τοὺς μάρτυρας τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκότας, παρά τε τούτων δίκην λάβῃ, καὶ τὸν προβαλόμενον ὑπόδικον ἔχῃ τῶν κακοτεχνιῶν, καὶ διὰ τοῦτο τῷ μὲν διώκοντι ἐλάττω ἐποίησαν τὰ ἐπιτίμια, ἐὰν ἡττηθῇ, ἵνα μὴ διὰ τὸ πλῆθος ἀποτρέποιτο διώκειν τοὺς μάρτυρας τῶν ψευδομαρτυριῶν ὁ ἀδικούμενος· τῷ δ' φεύγοντι, μεγάλας ἐπέθηκαν τιμωρίας, ἐὰν ἁλῷ, καὶ δοκῇ ὑμῖν τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκέναι. *Praeclarae mihi leges eſſe videntur, Iudices, quae poſt iudicia falſi teſtimonii actionem largiuntur; ut ſi quis teſtibus mendacibus productis, aut provocationibus non factis, aut teſtimoniis contra legem dictis, iudices deceperit, nihil ea re proficiat; is autem, cui facta eſt iniuria, teſtimoniis reprehenſis, quum apud vos oſtenderit, teſtes de re dixiſſe falſum, tum ab iis poenas expetat, tum illius, a quo producti ſunt, malas artes ulciſcatur; propterea que minorem accuſatori, ſi ſuccubuerit, mulctam ſtatuerunt; ne poenae magnitudine deterreatur laeſus a perſequendis teſtibus; reo autem magnas poenas conſtituerunt, ſi convictus fuerit, & vobis pro teſtimonio mentitus eſſe videatur.*

Erat vero poena falſi teſtimonii, ſi quis ter hic deliquiſſet, infamia. Andocides in Orat. de Myſt. Ὅσοι τρὶς ψευδομαρτυριῶν ὤφλοιεν, ἄτιμοι ἦσαν. *Quicumque ter dixiſſent falſum teſtimonium, infames erant* (c).

(a) *Legem hanc adludit Plato in Timaeo:* ἀδύνατον ἦν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καίπερ ἄνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν, ἀλλ' ὡς οἰκεῖα φάσκουσιν ἀπαγγέλλειν, ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστεύειν. *Vertit barbare M. Tullius:* Ac difficile factu eſt, a Diis ortis fidem non habere, quamquam nec argumentis, nec rationibus certis eorum oratio confirmatur. ſed quia de ſuis rebus nobis videntur loqui, veteri Legi, morique parendum eſt. *Dinarchus* ἐν τῷ κατὰ Κλεομέδοντος αἰτίας. πολλὰ καὶ ἀγαθὰ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, γένοιτο ὑμῖν, καὶ τῷ νομοθετήσαντι ἐξεῖναι τῶν ἀποδημούντων ἐκμαρτυρίας παρέχεσθαι. *Pollux Libro VIII. cap. VI.* μαρτυρία δὲ καλεῖται, ὅταν τις αὐτὸς ἰδὼν μαρτυρῇ. ἐκμαρτυρία δὲ, ὅταν τὶς παρά τοῦ ἰδόντος ἀκοῦσαι λέγῃ. *Ammonius:* μαρτυρία μὲν γάρ ἐστιν ἡ τῶν ἐπιδημούντων· ἐκμαρτυρία δὲ, ἡ τῶν ἀποδημούντων. *Iſaeus* ἐν τῷ ὑπὲρ τῆς Πύρρου κλήρου. παρὰ δὲ τοῖς ἀσθενοῦντων ἢ τῶν ἀποδημῶν μελλόντων ὅταν τις ἐκμαρτυρίαν ποιῆται, τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν πολιτῶν καὶ τοὺς ἡμῖν γνωριμωτάτους ἕκαστος ἡμῶν παρακαλῶ μάλιστα· καὶ οὐδὲ μεθ' ἑνὸς, οὐδὲ μετὰ δυοῖν, ἀλλ' ὡς ἂν μετὰ πλείστων δυνώμεθα τὰς ἐκμαρτυρίας πάντες ποιούμεθα· ἵνα τῷ τε μαρτυρήσαντι μὴ ἐξῇ ὕστερον ἐξαρνῷ γενέσθαι τὴν μαρτυρίαν, ὑμᾶς τε πολλοὶ καὶ καλοῖς καγαθοῖς ταῦτα μαρτυροῦσι πιστεύοιτε μᾶλλον. *Harpocration:* ἡ μὲν μαρτυρία, τῶν παρόντων ἐστὶν ἡ δὲ ἐκμαρτυρία, τῶν ἀπόντων. *Suidas:* ἐκμαρτυρῆν. φασὶ τὸ λέγειν οὐχ ἅπερ αὐτὸς εἶδεν, ἀλλ' ἅπερ ἕτερον ἤκουσε λεγόντων. ἐκμαρτυρία γὰρ γεγραμμένη ἀναγινώσκεται, ὅταν τις ἢ τελευτήσας, ἢ ἢ ὑπερόριος. *Et ita reſcribendum eſt apud Etymologicographum. Verum de auditione teſtimonium in cauſis etiam minimis admiſſum non fuiſſe teſtatur Demoſthenes* ἐν τῷ πρὸς Εὐβουλίδην. οὐδὲ μαρτυρεῖν ἀκοὴν ἐῶσιν οἱ νόμοι, οὐδ' ἐπὶ τοῖς φαύλοις πάνυ ἐγκλήμασιν. *Quod eſt commode intelligendum, nempe non admittebant* ἀκοὴν ζώντος, *ſed tantum* τεθνεῶτος. *Sam. Petitus.*

(b) *Meminit Plato in Apologia Socratis, ubi Socrates Melitum interrogat:* ἀπόκρινου, ὦ ἀγαθέ. καὶ γὰρ ὁ νόμος κελεύει ἀποκρίνεσθαι. *Eſt enim* teſtis *definitio haec apud Demoſthenem* ἐν τῷ πρὸς Βοιωτόν. μάρτυρες μέν εἰσιν οὗτοι, οἷς μὴ μέτεστι τοῦ πράγματος, περὶ οὗ ἡ δίκη ἐστίν. *Sam. Petitus.*

(c) *Legibus igitur inſtituuntur actiones* ψευδομαρτυριῶν *adverſus teſtes: meminit Pollux Libro VIII.* κατὰ τῶν ψευδῆ μαρτυρούντων δίκη ὁ καὶ ἐπισκήψασθαι, ψευδομαρτυρίου ἐλέγετο. *Adverſus teſtes, inquam, cum* μαρτυροῦντας, *tum* ἐκμαρτυροῦντας, *ut liquet e verbis Demoſthenis* ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν β. καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐπισκήψεως τήν τε μαρτυρίαν, καὶ ἐκμαρτυρίαν ἀγωνίζεσθαι ἅμα, ἵνα, ἐὰν μὲν ἀναδέχηται ὁ μαρτυρήσας, ἐκεῖνος ὑπόδικος ᾖ τῶν ψευδομαρτυριῶν· ἐὰν δὲ μὴ ἀναδέχηται, οἱ ἐκμαρτυρήσαντες τὴν ἐκμαρτυρίαν. *Adverſus teſtes quoque* τοὺς διαμαρτυροῦντας. *Harpocration:* ἐπεσκέπτοντο δὲ ψευδομαρτυριῶν καὶ ταῖς διαμαρτυρίαις, ὥσπερ καὶ ταῖς μαρτυρίαις. *Iſaeus* ἐν τῷ περὶ τοῦ Διογένους κλήρου, μελλόντων δ' ἡμῶν ἀντωμνύσθαι, διεμαρτύρησε Λεωχάρης οὑτοσὶ μὴ ἐπίδικον εἶναι τὸν

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXXV.

Mercede initiari iussi, quum antiquitus gratis illud fieri obtinuisset. Non licebat autem quemquam peregrinum initiari: uti nec mysteria effari ulli, nec libellum supplicem in templo Cereris Eleusiniae ponere: quaeque hic delinquenti poena. Postridie mysteriorum habitus senatus; ac iudicium tunc datum in hos, qui mysteriorum tempore aliquid forte deliquissent. Ludos Panathenaicos in veste tincta spectare interdictum. Inquilini in pompis, veste amicti punicea, ferebant scaphas: filiae vero urceos, & umbellas.

QVum antiquitus gratis initiarentur sacris Eleusiniis, adducto ad inopiam aerario, legem tulit Aristogiton, ut persolverent mercedem, qui initiari vellent. Syrianus in Hermogenem. Ἀριστογείτων, ἐν πάνυ χρημάτων, γράφει νόμον παρ' Ἀθηναίοις, μισθῷ μυεῖσθαι. *Aristogiton, in pecuniae inopia, legem tulit*

apud Athenienses, ut mercede initiarentur. Apsines de Arte Rhet. cap. Περὶ κατασάσεως. ἐν πάνυ χρημάτων, ἔγραψε νόμον ὁ Ἀριστογείτων, μισθῷ μυεῖν. *In pecuniae egestate legem scripsit Aristogiton, ut mercede initiarent.* Meminitque iterum capp. Περὶ λύσεως, & Περὶ διηγήσεως. Et exemplum habes apud Demosthenem in Neaeram. Λυσίας ὁ σοφιστὴς, Μετανείρας ὢν ἐραστὴς, ἠβυλήθη, πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀναλώμασιν, οἷς ἀνήλωσεν αὐτὴν, καὶ μυῆσαι. *Lysias sophista, Metaniram amans, praeter alios sumtus, quos in illam fecit, voluit ut etiam initiaretur* (a).

Non licebat autem quemquam peregrinum initiari. Scholiastes Aristophanis in Pluto. Νόμος ἦν Ἀθηναίοις, μηδένα ξένον μυεῖν. *Lex erat Atheniensibus, ne quis peregrinus initiaretur.* Apollodorus lib. II. Ἦν δὲ οὐκ ἐξὸν ξένοις τότε μυεῖσθαι. *Non licebat vero peregrinis tunc initiari* (b).

Nec licebat mysteria effari, poena mortis constituta. Sopater in Divis. Quaest. Νόμος, ὁ ἐξειπόντα τὰ μυστήρια τεθνᾶναι. *Lex est, qui mysteria eloquutus fuerit, ut morte luat.*

τὸν κλῆρον ἡμῖν. ἐπισκεψαμένων δ' ἡμῶν, ἡ μὲν λῆξις τοῦ κλήρου διεγράφη, ἡ δὲ τῶν ψευδομαρτυριῶν δίκη εἰσήχθη. *Idque, cum si illi testi ob aliquam causam interdiceretur testimonium, (quam Legem iam supra exposuimus) tum si falsa testaretur. Actori autem in hoc iudicio non admodum gravis pendenda erat multa, si testes falsi testimonii reos non peregissent: at contra severe in reos animadvertebatur: nam non tantum de illorum pecunia, sed etiam dignitate agebatur: ignominiosi enim erant. Habes ista non tantum in praecedentibus Demosthenis ex Oratione contra Evergum & Mnesibulum verbis, sed etiam* ἐν τῷ πρὸς Ἄφοβον ψευδομαρτυριῶν. ἀλλὰ δίκαιῶν ἄν μοι βλάβης ἔλαχεν, ἢ ψευδομαρτυριῶν ὑποδικον αὐτὸν ἐποίουν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ, ἢ πρισκον. ἐν ᾗ καὶ περὶ χρημάτων, καὶ περὶ ἀτιμίας ἄνθρωποι κινδυνεύουσιν. *Atque haec primum convicto ψευδομαρτυριῶν videtur fuisse prima capitis diminutio, ac forte iterum. Nam demum ter convicti ψευδομαρτυριῶν ὁλόκληρον ἠτιμοῦντο. Andocides* ἐν τῷ περὶ μυστηρίων. ἕτερος δὲ, ὧν τὰ μὲν σώματα ἄτιμα, τὴν δ' οὐσίαν ἴσχον καὶ ἐκεκτῶντο· ἔστι δ' ἃν ἦσαν, ὁπόσοι τρὶς ψευδομαρτυριῶν ὤφλοιεν. τούτους ἔδει, καὶ αὐτοὺς, καὶ τοὺς ἐκ τούτων ἀτίμους εἶναι. *Testes, qui in Areopagitarum iudicio testimonium dixerant, si falsi testimonii accusarentur, postulabantur apud Thesmothetas, qui iudices dabant. Pollux Lib. VIII. cap. IX.* εἰ Θεσμοθέται δίκας τὰς τῶν ψευδομαρτυριῶν ἐξ Ἀρείου πάγου ἄγουσι. *Adversus illos, qui testes produxerant, quos τῶν ψευδομαρτυριῶν reos peregerant illi, adversus quos testimonium dixerant, instituebatur ex hac Lege* κακοτεχνιῶν actio. *Demosthenes* ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον. Φοβάμαι δ', ἂν μὲν μαρτυρίαν παράσχηται, ὡς ἐλεύθερος ὤν, μὴ ἐπισκηψάμενος ἐγὼ αὐτῷ τῶν ψευδομαρτυριῶν, καὶ ἐξελέγξας τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκότα Αἰσχρίωνα, ἐπὶ τούτοις τῶν κακοτεχνιῶν ἔλθοιμι κατὰ τὸν νόμον. *Harpocration.* Κακοτεχνιῶν, ὄνομα δίκης, ὧν οἱ ἑλόντες τινὰ ψευδομαρτυριῶν κατὰ τοῦ παρασχεμένου αὐτοὺς ἐδίδοσαν. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοθέου πίστεως, ἐγνήσιος, καὶ ἐν τῷ κατὰ Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου. *Pollux Libro VIII.* Λυσίας δὲ κακοτεχνίου δίκην φησὶν εἶναι. *Apud Romanos Legibus XII. Tabularum, qui falsum testimonium dixisse convictus erat, de rupe Tarpeia deiiciebatur. Refert Gellius Lib. XX. cap. I.* An putas, Favorine, si non illa etiam ex *XII. Tabulis* de *testimoniis falsis* poena abolevisset: & si nunc quoque, ut antea qui *falsum testimonium dixisse convictus esset, e saxo Tarpeio deiiceretur*, mentituros fuisse pro testimonio tam multos, quam videmus? *Sed id abiit in desuetudinem, ut testatur Gellius, nam neque quisquam de saxo praecipitatus est, ut scribit Modestinus Libro XII. Pandectarum.* Non potest quis sic damnari, ut de saxo praecipitetur. *Lege XXV.* §. *I. D.* de poenis, *& praeterea mutavit poena: nam ut est apud Paulum Lib. V. Sententiarum*, qui falso, vel varie testimonia dixerunt, vel utrique parti prodiderunt: a iudicibus *competenter* puniuntur. *Leg. XVI. D.* de testibus. *Quamquam istud*, competenter, *est a mala Triboniani manu: Paulus enim poenas definiverat, ab eo quippe ita olim scriptum:* Qui falso, vel varie testimonia dixerunt, vel utrique parti prodiderunt, aut in exilium aguntur, aut in insulam relegantur, aut curia submoventur. *Extat Lib. V. Sententiarum Pauli Tit. XV.* de testibus §. *V. & eiusdem Libri Tit. XXV.* ad Legem Corneliam testamentariam, §. *V.* Qui ob falsum testimonium perhibendum, vel verum non perhibendum, pecuniam acceperit, dederit, iudicemve ut sententiam ferat, vel non ferat, corruperit, corrumpendumve curaverit, humiliores capite puniuntur, honestiores publicatis bonis cum ipso iudice in insulam deportantur. *Sed omnium harum poenarum vicem substituit Tribonianus*, a iudicibus *competenter* puniuntur, *id est, competenti poena, & quae veniat ex merito causae; Ratio, cur ita resinxerit Pauli verba Tribonianus, haec est, quod Constitutione* Zenonis *Imperatoris, quae scripta est ad* Arcadium PP. *&* data *legitur* XII. Kalen. Iun. Decio & Longino Conss. *arbitrio iudicum permittitur poena falsi testimonii, pro qualitate videlicet delicti.* Sed omnes qui in civili scilicet causa suum praebent testimonium, separato, & tamquam ante iudicium interim deposito exceptionis fori privilegio, huiusmodi praesidio denudatos, ita ad iudicantis intrare secretum, ut quicumque aures eius offenderint, non dubitent sibimet formidandum, data cunctis iudicibus absque ullo praescriptionis obstaculo in testes, quorum voces falsitate vel fraude non carere perspexerint, pro qualitate videlicet delicti, animadvertendi licentia *Lege XIV. C.* de testibus. *Obtinebat autem haec* Zenonis *Lex, itaque ad illam Tribonianus Pauli verba resinxit. Sam. Petitus.*

(a) Huiusmodi legem instituta Christianorum exsecrantur. Nam Petrus Simoni Mago, *Pecunia tua*, inquit, *sit tecum in perditionem, quia existimasti donum Dei pecunia possideri.*

(b) *Optime autem dixit* τότε, *non enim aetate sua id observabant: sed primitus nemo initiabatur, qui civis Atheniensis non esset: quare Hercules, itemque Castor & Pollux in civitatem adsciti sunt adoptati, hi quidem ab Aphidno, ille vero a Pylio. Plutarchus in Theseo:* εὐθὺς γὰρ ἠξίωσαν *Castor & Pollux*, ἁπάντων κρατοῦντες, ἀλλ' ἢ μυηθῆναι, μηδὲν ἧττον Ἡρακλέους τῇ πόλει προσήκοντες. καὶ τοῦτο ἦν ὑπῆρξεν αὐτοῖς, Ἀφίδνα ποιησαμένοις παῖδας, ὡς Πύλιος Ἡρακλέα. *Atque cives* δημοποιητοὶ *Eleusiniis Mysteriis initiati sunt: estque ex his emaculandus Apollodori codex loco laudato:* μέλλων ἦν ἐπὶ τοῦτον ἀπιέναι, ἦλθε πρὸς Εὔμολπον, πρὸς Ἐλευσῖνα, βουλόμενος μυηθῆναι. ὧν δὲ οὐκ ἐξὸν ξένοις τότε μυεῖσθαι. ἐπειδὴ περ Θέσεως Πυλίου παῖς ὑιόμενος ἐμυεῖτο. *Thespius Herculis coaevus is non est, qui a Pylio adoptatus est, itaque re-*

po-

lunt. Quae totidem verbis Marcellinus etiam in Hermogenem (a).

Qui libellum ſupplicem in templo Cereris Eleuſiniae poſuiſſet, itidem luebat capite. Andocides in Orat. de Myſt. Κατηγόρησαν δέ μου καὶ περὶ ἱκετηρίας, ὡς καταθείην ἐγὼ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. νόμος δὲ ἦν πάτριος, ὃς ἂν θῇ ἱκετηρίαν μυστηρίοις, τεθνάναι. *Accuſabant vero me etiam de libello ſupplice, quaſi ego in Eleuſinio poſuiſſem. Lex autem eſt patria: qui libellum ſupplicem in myſteriis poſuerit, is ut morte adficiatur*. Et mox iterum. Πάλιν ὁ Καλλίας ϛὰς ἔλεγεν, ὅτι νόμος εἴη πάτριος, εἴ τις ἱκετηρίαν θείη ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ, ἄκριτον ἀποθανεῖν. *Rurſum ſtans Callias dicebat, legem eſſe patriam, qui in Eleuſinio libellum ſupplicem poſuiſſet, ut indicta ille cauſa moreretur*. Verum negat id Andocides; & dumtaxat mille drachmas mulctam dicit. Η' δὲ ϛήλη, παρ' ἣ ἔϛηκας, χιλίας δραχμὰς κελεύϛ ὀφέλειν, ἐάν τις ἱκετηρίαν θῇ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. *Sed columna, ad quam conſiſtis, mille drachmis praecipit, mulctare eum, qui in Eleuſinio libellum ſupplicem poſuerit*.

Die a myſteriis exactis proximo, conveniebat Senatus in Eleuſinium, iudicaturus de illis, qui in myſteria per id tempus deliquiſſent. Andocides in citata ſtatim Oratione de Myſteriis. Α'παγγεῖλαί τ' ἐκέλευον ἐμοί τε καὶ Κηφισίῳ παρεῖναι εἰς τὸ Ἐλευσίνιον. ἡ γὰρ βουλὴ ἐκεῖ καθεδεῖσθαι ἔμελλε, κατὰ τὸν Σόλωνος νόμον, ὃς κελεύει· τῇ ὑστεραίᾳ τ μυστηρίων ἕδραν ποιεῖν ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. *Iuſſerunt mihi, & Cephiſio, denuntiari, ut ad Eleuſinium adeſſemus; nam ſeſſurum illic ſenatum iuxta legem Solonis; quae praeſcribit, ut ſenatus poſtridie myſteriorum in Eleuſinio conſideat*.

Panathenaicos ludos ſpectare in veſte tincta non licebat. Obſervare eſt apud Lucianum in Nigrino. Ο''τι δὲ οὐκ αἰσχύνονται πενίαν ὁμολογοῦντες, ἐμέμνητο πρός με φωνῆς τινος, ἣν ἀκοῦσαι πάντων ἔφη κοινῇ προειμένων ἐν τῷ ἀγῶνι τ Παναθηναίων. ληφθέντα μὲν γάρ τινα τ πολιτῶν ἄϊσχ παρὰ τ ἀγωνοθέτῃ, ὅτι, βαθὺν ἔχων τὸ ἱμάτιον, ἐθεώρει. τοὺς δὲ ἰδόντας ἐλεῆσαί τε, καὶ παραιτεῖσθαι. καὶ, τοῦ κήρυκος ἀνειπόντος, ὅτι παρὰ τ νόμον ἐποίησε, τοιαύτῃ ἐσθῆτι θεώμενος, ἀναβοῆσαι μιᾷ φωνῇ πάντας, ὥσπερ ἐσχεμμένους συγγνώμην ἀπονέμειν αὐτῷ, τοιαῦτά γε ἀμπεχομένῳ, μὴ γὰρ ἔχειν αὐτὸν ἕτερα. *Quod autem non pudeat eos paupertatem confiteri, referebat mihi vocem quamdam, quam aiebat publice emiſſam, a cunctis ſe audiiſſe in certamine Panathenaico. Deprehenſum enim quemdam ex civibus fuiſſe, & ad praeſidem certaminis adductum, quod amictus veſte tincta ſpectaviſſet. Illos vero, qui videbant, miſertos eius, veniam precatos eſſe; quumque praeco proclamaret, quod in leges deliquiſſet, poſtquam ludos tali in veſte ſpectaviſſet, omnes*

ponendum eſt: Θέσμιος Πυλίου παῖς ϛρώμμος ἐμυήθη. *Legitimus factus adoptione Pylii filius, ac proinde civis Athenienſis, initiatus eſt. Poſtea omnibus Graecis id conceſſum eſt, ut his Myſteriis poſſent initiari. Herodotus Lib. VIII.* τῶν δὲ ἑορτῶν ταύτων ἄγουσιν Α'θηναῖοι ἀνὰ πάντα ἕτεα τῇ Μητρὶ καὶ τῇ Κόρῃ, καὶ αὐτέων τε ὁ βουλόμενος, καὶ τ ἄλλων Ἑλλήνων, μυοῦνται. *Neque tantum Graeci initiati ſunt, ſed quaecumque etiam aliae gentes. Cicero de Nat. Deorum Lib. I.*

Omitto Eleuſinam ſanctam illam, & auguſtam,
Vbi initiantur gentes orarum ultimae.

Cum hac tamen, puto, cautione, ſi Graece ſcirent: colligo ex his Libanii verbis iam ante laudatis, Declamatione XIX. ἐπὶ δὲ μυστηρίων ἐμνημόνευσα, βούλομαί τι τῶν ἐκεῖθεν εἰπεῖν. ἔϛι δὲ ὁ τῶν αἰρήτων, ὃ μάλιϛα λέγειν. ὅτοι γαρ τὰ τ' ἄλλα καθαροὺς εἶναι τοῖς μύσαις ἐν κοινῷ πραγματευσιν οἷς τὰς χεῖρας, τῷ ψυχὴν, τὸν φωνὴν Ἑλλησιν εἶναι. *Submovebantur tamen voce praeconis omnes barbari, & exeſſe iubebantur, quemadmodum & homicidae, aliique impii, & ſcelerati. Iſocrates Panegyrico de Mediis & Perſis agens*: Εὐμολπίδαι δὲ καὶ Κήρυκες, διὰ τὸ τούτων μίσος καὶ τοῖς ἄλλοις βαρβάροις ἅπαϛιν εἶναι τῶν ἱερῶν, ὥσπερ τοῖς ἀνδροφόνοις, προαγορεύουσιν. *Lucianus in Demonacte*: ἐτόλμησε δέ ποτε καὶ Α'θηναίους ἐρωτῆσαι δημοσίᾳ, τῆς προῤῥήσεως ἀκούσας· διὰ τίνα αἰτίαν ἀποκλείουσι τοὺς βαρβάρους, καὶ ταῦτα, τοῦ τὸν τελετὴν αὐτοῖς καταϛησαμένου Εὐμόλπου βαρβάρου, καὶ Θρᾳκὸς ὄντος; *Theon in Progymnaſmatis*: κάλλιϛον μετὰ δικαίου, καὶ τῶν μεγίϛων ἀγαθῶν, τὸ μυστηρίων μετέχειν· ἀλλὰ καὶ τούτων τῶν μυστηρίων ἀποκεκλείκασι homicidam, καὶ ὁδὸς τοῖς ἀκουσίοις φόνοις παντελῶς συγγνώμης εἶναι. *Sam. Petitus*.

(a) *Aliunde etiam nobis conſtat capital fuiſſe Athenis vulgare haec initia: Ea quippe de cauſſa proſcriptus fuit ab Athenienſibus Diagoras Melius, ac propoſitum talentum unum ei, qui Diagoram interfeciſſet, duo, qui vivum adduxiſſet. Interpres Comici ad Aves, & ex eo Suidas*: Διαγόρας ὁ Μήλιος. ἐκήρυξαν κατ' αὐτοῦ Α'θηναῖοι, καὶ ἐν χαλκῇ ϛήλῃ ἔγραψαν· τῷ μετὰ ἀποκτείναντι, τάλαντον λαμβάνειν· τῷ δὲ ἄγοντι, δύο. ἐκηρύχθη δὲ τοῦτο, διὰ τὸ ἀσεβὲς αὐτοῦ· ἐπεὶ τὰ μυστήρια πᾶσι διηγεῖτο, κοινοποιῶν αὐτὰ, καὶ μικρὰ ποιῶν, καὶ τὸς βουλομένους μυεῖσθαι ἀποτρέπων. *Etiam AEſchylus in vitae diſcrimen venit, quum in Tragoediis nonnulla, quae haec initia ſpectabant, evulgaſſe crederetur. Clemens Alexandrinus Stromat. II.* ὡς Αἰσχύλος, τὰ μυστήρια ἐπὶ σκηνῆς ἐξείπων, ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κριθεὶς, ὅτως ἀφείθη, ἐπιδείξας αὐτὸν μὴ μεμυημένον. *Euſtrathius in cap. I. Libri III. Ethicorum Nicomach.* δοκεῖ Α'ϊσχύλος λέγειν μυστικά τινα ἔν τε ταῖς Τοξοτισι, καὶ Ἱερείαις, καὶ ἐν Σισύφῳ Πετροκυλίσῃ, καὶ ἐν Ἰφιγενείᾳ. ἐν γὰρ τούτοις πᾶσι περὶ Δήμητρος λέγων τῶν μυστικωτέρων περιεργότερον ἅπτεσθαι ἔοικε. λέγει δὲ καὶ περὶ Αἰσχύλου Η'ρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ο'μήρου, ὡς κινδυνεύοντος ἐπὶ σκηνῆς ἀναιρεθῆναι ἐπὶ τῷ τῶν μυστικῶν τινα προφέρειν δοκεῖν, εἰ μὴ προσισθόμενος κατέφυγον ἐπὶ τὸν τοῦ Διονύσου βωμὸν, καὶ Α'ρεοπαγίτων αὐτὸν παραιτησαμένων, ὡς ὀφείλοντα κριθῆναι πρῶτον. *Itaque ſi quod iudicium de rebus, quae ad haec referrentur Myſteria, eſſet reddendum, cancellis fori, arcebantur, ne iudicio intereſſent, qui non eſſent Epoptae. Pollux Lib. VIII. cap. XII.* περισχοινίσαι δὲ τὸ δικαστήριον, ὁπότε περὶ μυστικῶν δικάζοιεν, ἵνα μὴ προσίῃ μηδεὶς ἀνεπόπτευτος ὤν. *Haec tamen Myſteria vocat* A'νακαλυπτήρια, *Syneſius in Calvitiei encomio: nam ubi nonnulla de frugibus obſervavit, addit*, ἐπὶ τούτοις Ἑλλησὶν ἄγεται τὰ Δήμητρος Α'νακαλυπτήρια. *Putat Cl. Meurſius Syneſium ludentem, quae* Μυστήρια *alii*, Α'νακαλυπτήρια *dixiſſe, in quibus nempe Cereris acta revelarentur. Nuperus Syneſii Interpres cauſſam adpellationis hanc eſſe exiſtimat, quod in Cereris prodeuntis, atque e gluma & involucris explicitae, ac retectae, honorem celebrarentur: Nam poſtea calvorum capita effluentibus pilis ἀνακαλύπτεσθαι, ait, ob idque eorum* A'νακαλυπτήρια *celebranda. Ad hoc pertinere videntur Ovidiani illi verſus X. Metam.*

Feſta piae Cereris celebrabant orgia matres
Illa, quibus nivea velatae corpora veſte,
Primitias frugum dant ſpicea ſerta ſuarum.

Ego vero exiſtimo locum leviter eſſe corruptum, maxime tamen cum ſententiae damno; emendamus: ἐπὶ τούτοις Ἑλλησὶν ἄγεται τὰ Δήμητρος, ἅμα καλύπτρα φοιάς, *nam in hac Eleuſina pompa ciſtis condebantur mala Punica: Clemens in Protreptico*: εἶναι δὲ καὶ αἱ κίϛαι αἱ μυστικαί· οὐχὶ δὲ ῥοιαὶ, *&c. cuius rei cauſſam hanc accipe ab Ovidio Metamorph. Libro V.*

——— ſed tanta cupido
Lege tamen certa, ſi nullos contigit illic
Ore cibos: nam ſic Parcarum foedere cautum eſt.
Dixerat: at Cereri certum eſt educere natam.
Non ita fata ſinunt: quoniam ieiunia virgo
Solverat, & cultis dum ſimplex errat in hortis,
Puniceum curva decerpſerat arbore pomum:
Sumtaque pallenti ſeptem de cortice grana
Preſſerat ore ſuo.

Sam. Petitus.

Digitized by Google

nes tamquam antea deliberaſsent, una voce exclamaſse, ut induto tali veſte venia concederetur; neque enim aliam habere ipſum. Inquilini in pompis ligones ferre; filiae vero eorum urceoſque, & umbellas tenebantur. Harpocration in Σκαφηφόρ@. Προσέταττεν ὁ νόμ@ τοῖς μετοίκοις ἐν ταῖς πομπαῖς, αὐτὺς μὲν, σκάφας φέρειν· τὰς ἢ θυγατέρας αὐτῶν, ὑδρεῖα, κ᾽ σκιάδια. *Lex iubebat inquilinos in pompis, ipſos quidem ligones ferre; filias eorum vero urceos, item umbellas.* Induti autem erant veſte punicea, ut eſt diſcere ex Suida, & Auctore Etymologici in Ἀνασχοφορεῖν. Vide Atticas Lectiones noſtras lib. IV. cap. IX. (a)

CAP. XXXVI.

Lex regia, eaque non una; ac quaedam in his de paraſitis. Vxorem regis civem eſse, virginemque, quando nuberet, oportebat; lexque ea de re Theſei, lapideae columnae, in templo Bacchi, quod in Limnis iuxta aram inſcripta; etiam Demoſthenis tempore, literis evanidis exſtans. Πρωτόποσις *femina.*

ERat lex quaedam regis dicta, ſive regia. Meminit eius Iul. Pollux libro III. cap. III. ſect. IV. Ἡ δὲ παρθενίας τινὶ γεγαμημένη, πρωτόποσις ἐκαλεῖτο· γέγραπται δὲ τοῦνομα, ἐν τῷ τῦ βασιλέως νόμῳ. *Quae alicui a virginitate nupta; haec* πρωτόποσις *dicebatur; exſtatque id nomen in lege regis.* Meminitque iterum lib. VI. cap. VII. Καὶ ἀρχεῖόν τι Ἀθήνησι παρασίτιον καλέμενον· ὡς ἐν τῷ νόμῳ τῦ βασιλέως ἐςὶν εὑρεῖν. *Et curia quaedam Athenis erat, Paraſitium adpellata; ut in lege regis eſt invenire.* Athenaeus lib. VI. Καὶ ἐν τῷ τοῦ βασιλέως νόμῳ γέγραπται ταυτί. *Et in lege regis haec ſcripta ſunt.* Neque una tantum lex, ſed plures erant. Indicat idem Athenaeus libro citato. Κεῖν τοῖς τῦ βασιλέως δὲ νόμοις γέγραπται, θύειν τῷ Ἀπόλλωνι τὺς Ἀχαρνέων παρασίτυς. *Et in legibus regis ſcriptum eſt, ut Apollini ſacra facerent paraſiti Acharnenſium.* Xenophon Memorab. lib. V. Καὶ ἄλλα ἃ βασιλικῶν νόμων προφερόμεν@. πειρῶμαι δικαίυς περὶ τὰ διαχειριζόμενα ἀπεργάζεσθαι τὺς οἰκέτας. *Et alia de legibus regiis producens, famulos in his, quae in manibus habuerint, pertractandis, iuſtos facere conor.* Et mox iterum. Οἱ δὲ βασιλικοὶ νόμοι, οὐ μόνον ζημιῦσι τὺς ἀδικοῦντας, ἀλλὰ καὶ ὠφελῦσι τὺς δικαίους. *Regiae vero leges, non iniuſtos tantum puniunt, ſed & iuſtis adferunt emolumentum.* Eratque una inter has de paraſitis; ut videre eſt apud Athenaeum, & Pollucem, locis antea citatis. De uxore autem regis illud etiam

Meurſii Tom. II.

Q CAP.

sciendum; eam civem, neque ulli ante nuptam esse debuisse; idque ex antiqua quadam lege Theſei, pilae inſcripta, & in templo Bacchi poſita, quae Demoſthenis etiam tempore, literis antiquitate pene evanidis oſtendebatur. Inſignis in hanc rem eſt locus apud illum Oratorem in Neaeram. Τὸ γὰρ ἀρχαῖον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δυναστεία ἐν τῇ πόλει ἦν. κ᾽ ἡ βασιλεία πάντων ἀεὶ ὑπερεχόντων, διὰ τὸ αὐτόχθονας εἶναι, τὰς δὲ θυσίας ἁπάσας, ὁ βασιλεὺς ἔθυε· κ᾽ τὰς σεμνοτάτας, κ᾽ ἀῤῥήτυς, ἡ γυνὴ ἐποίει· εἰκότως, βασίλισσα ὖσα. ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς συνώκισεν αὐτὺς, κ᾽ δημοκρατίαν ἐποίησε, κ᾽ ἡ πόλις πολυάνθρωπ@ ἐγένετο, ἡ μὲν βασιλεία οὐδὲν ἧττον ὁ δῆμ@ ᾑρεῖτο ἐκ πάντων, κατ᾽ ἀνδραγαθίαν χειροτονῶν. ἡ δὲ γυναῖκα αὐτῦ, νόμον ἔθετο, ἀστὴν εἶναι, κ᾽ μὴ ἐπιμεμιγμένην ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἀλλὰ παρθένον γαμεῖν, ἵνα κατὰ τὰ πάτρια θύηται τὰ ἄῤῥητα ἱερὰ ὑπὲρ τ᾽ πόλεως, κ᾽ τὰ νομιζόμενα γίγνηται τοῖς θεοῖς εὐσεβῶς, κ᾽ μηδὲν καταλύηται, μηδὲ καινοτομῆται· καὶ τῦτον τὸν νόμον γράψαντες ἐν σήλῃ λιθίνῃ, ἔσησαν ἐν τῷ ἱερῷ τῦ Διονύσυ παρὰ τὸν βωμὸν ἐν Λίμναις· κ᾽ αὕτη ἡ σήλη ἔτι κ᾽ νῦν ἕστηκεν, ἀμυδροῖς γράμμασιν Ἀττικοῖς δηλῦσα τὰ γεγραμμένα. *Olim dominatu reſpublica regebatur; & regnum erat eorum, qui praeceteris eminerent, ſiquidem indigenae eſsent. Sacra autem rex obibat univerſa; ac eorum religioſiſsima, & arcana, uxor eius faciebat; idque merito, uti quae regina eſset. Poſtquam autem Theſeus cives in unum congregavit, liberamque rempublicam inſtituit, & urbs civibus frequens fieret, regem quidem populus ſibi nihilominus capiebat, delectu ex praeſtantiſſimis habito: uxorem vero eius, lege civem eſse iuſsit, neque viro ante iunctam, ſed virginem; ut ritu patrio ſacra pro republica arcana fierent, ac iuſta diis pie etiam ſolverentur; utque nil abrogaretur, neve item novaretur. Et hanc legem lapideae inſcriptam pilae, in Bacchi fano, quod in Limnis, iuxta aram ſtatuerunt; ſtatque etiamnum haec pila, literis Atticis obſcuris indicans, quae illic ſcripta.* Et haec ſane lex putanda eſt, in qua vox Πρωτόποσις, id eſt, *mariti primi uxor* habeatur; cuius Pollux meminit, & Athenaeus. Ac Pollucis quidem locum iam citavi. Athenaei vero exſtat libro ſexto, itidem a me citato.

(a) *Intelligitur hic* pompa Panathenaica. *Heſychius:* Σκαφηφόροι, οἱ μέτοικοι ὅτως ἐκαλῦντο· σκάφας γὰρ ἔφερον ἐν Παναθηναίοις, *atque hanc* pompam *deſignant Dinarchi verba apud Harpocrationem:* οἱ ἀντὶ Σκαφηφόρων ἔφηβοι ὡς τὴν ἀκρόπολιν ἀναβήσονται. *Scripta autem videtur haec Lex* τοῖς Μετοίκοις *circa belli Peloponneſiaci tempora, ubi Athenienſes proſpero rerum ſuarum ſucceſſu corrupti inſoleſcere coeperunt: colligere eſt ex his Aeliani verbis Hiſt. Variae Lib. VI. cap. I.* Ἀθηναῖοι εὐτυχίας λαβόμενοι, τὴν εὐθραγίαν σωφρόνως ὐκ ἤνεγκαν· τὰς γοῦν παρθένυς τῶν Μετοίκων σὺν ἀδηφορίᾳ ἐν ταῖς πομπαῖς ἠνάγκαζον ταῖς ἑαυτῶν κόραις, τὰς δὲ γυναῖκας ταῖς γυναιξὶ, τὺς δὲ ἄνδρας σκαφηφορεῖν. *In hac* Panathenaeorum pompa *Ephebos nigram indutos fuiſse chlamydem exiſtimat Vir eruditiſſimus, idque obtinuiſse ad Herodem Atticum uſque, qui albas indui iuſſit. Philoſtratus Soph. Lib. II. in Herode:* μετεκόσμησε δὲ κ᾽ τὺς Ἀθηναίυς ἐφήβυς ὡς τὸ νῦν σχῆμα, χλαμύδας πρῶτον ἀμφιέσας λευκὰς, τέως γὰρ δὲ μελαίνας ἐνημμένοι τὰς ἐκκλησίας περιεκάθηντο, κ᾽ τὰς πομπὰς ἔπεμπον, πενθύντων δημοσίᾳ τῶν Ἀθηναίων τὸν κήρυκα τὸν Κοπρέα, ὃν αὐτοὶ ἀπέκτειναν, τὺς Ἡρακλείδας τῦ βωμῦ ἀποσπῶντα. *Sam. Petitus.*

Digitized by Google

CAP. XXXVII.

Oleas, Minervae ſacras, excidere nefas. Plutarchi locus emendatus. Poena delinquenti, exilium. Ceterarum, quot effodere licitum fuerit, quoque anno, & in quem uſum; tum quae delinquenti poena. Oleum ex ſacra olea praemii loco datum his, qui Panathenaeis viciſſent; idque ſolum Attica exportare licitum.

OLeas, Minervae ſacras, Μορίας adpellatas fuiſſe, ut & Σηκὰς, oſtendi in Lectionibus Atticis lib. IV. cap. VI. Has excidere non licebat. Plutarchus in Sympoſiac. lib. VII. quaeſt. IV. Καὶ συκῆν τινα προσηγόρευσαν ἱερὰν Ἀθηναῖοι, καὶ μορίαν ἐκκόπτειν ἀπαγορεύουσι. *Et ficum quamdam Athenienſes ſacram adpellarunt, & ſacram oleam excidere vetant.* Ita locum eum corrigo. Male hodie editur, μορεάιαν. Neque Interpres etiam recte vertit, *morum;* μορίαν, ut videtur, legens. Ac, quod oleam non licuerit excidere, tota Lyſiae Oratio, quae inſcripta, Ὑπὲρ τῦ σηκῦ, ſat oſtendit. Eam, ſi quis volet, videat. Poena autem delinquenti poſita exilium fuit; idque ex Lyſiae in Oratione ea, verbis iſtis manifeſtum. Πάντων γὰρ ἀθλιώτατ' ἂν γενοίμην, ἐὰ φυγὰς ἀδίκως καταγήσομαι. *Omnium enim ſim miſerrimus, ſi iniuſte exul fiam.* Ceterarum vero olearum, quae publicae eſſent, in privatum uſum effodere tantum duas annis ſingulis licebat; quique hunc numerum tranſiiſſet, centum is in ſingulas drachmis mulctabatur, in aerarium inferendis; ita tamen, ut Minervae decem cederent, inſuper in ſingulas & aliis centum mulctabatur; quae actori, poſtquam reum peregiſſet, debebantur. Alia tamen ratio erat, ſi ad templum Athenienſium, aut municipale aliquod, ſive & in funeris uſum effodiſſet. Exſtat lex haec, ſed corruptis admodum verbis apud Demoſthenem in Macartatum (a).

Ex Minervae ſacra olea oleum honoris ergo dari ſolitum illis, qui victoriam in Panathenaeis retuliſſent; neque oleum Attica efferre licitum niſi iſtis. Vide quae ex Scholiaſte Comici ad Nubes, Sophoclis ad Oedipum Colonenſem, & Pindari ad Nemeonicarum Oden decimam, commemoro Lect. Attic. libro, & capite iam citato (b).

EX

(a) Adi ſuperius *Caput XIX. Lib. II.*

(b) Conſule ſuperius *Cap. XIX. Lib. II.*

Digitized by Google

EX SAMVELIS PETITI LEGVM ATTICARVM SYLLOGE.

LIBER PRIMVS.

De Deorum cultu, ſacris aedibus, diebus feſtis, & ludis.

TITVLVS PRIMVS.

Θεὸς καρποῖς ἀγάλλειν (a).

Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον, Θεοὺς τιμᾷν καὶ Ἥρωας ἐγχωρίους ἐν κοινῷ, ἐμποινίμοις νόμοις πατρίοις, ἰδίᾳ, κατὰ δύναμιν σὺν εὐφημίᾳ, καὶ ἀρχαῖς καρπῶν πελάνους ἐπετείους (b).

Πρόβατον καὶ δραχμὴν, ἢ ἀντὶ μεδίμνου (c).

Τὰ ἔκκριτα ἱερεῖα (d).

Τοὺς ἐκ θυσίας ἰόντας, φέρειν ἐξ αὐτῆς τῆς θυσίας τοῖς οἰκείοις (e).

Τὰ ὑπολειπόμενα τῆς θυσίας τοὺς ἱερέας λαμβάνειν (f).

Τὸ ἀλόντα φαρμακεύοντα ἐν τῷ τεμένει τοῦ Ἀπόλλωνος ἑαυτὸν αἰτιάσασθαι, καὶ θνήσκειν (g).

Τοῖς ξένοις, καὶ τοῖς δούλοις ἐλθεῖν ἐξεῖναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ, καὶ θεασαμένους καὶ ἱκετεύσοντας εἰσιέναι (h).

Τοῖς δευτεροπότμοις μὴ ἐξεῖναι εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν Σεμνῶν θεῶν (i).

Τοὺς ἱκέτας εἶναι ἀσφαλεῖς (k).

Ἁπάντων τῶν Ἀθηναίων ἀγόντων ἱερομηνίαν μητ' ἰδίᾳ μήτε κοινῇ μηδὲν ἀλλήλους ἀδικεῖν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, μηδὲ χρηματίζειν, ὅ, τι ἂν μὴ περὶ τῆς ἑορτῆς ᾖ (l).

Ἐν οἷς τις ἱματίοις μυηθείη. εἰς ταῦτα θεαῖν ταῦτα ἀνατιθέναι (m).

Ἐπὶ ζεύγους μὴ ἀπεῖναι γυναῖκα Ἐλευσίνάδε. εἰ δέ τις φωραθείη, ἀποτίνειν δραχμὰς ἑξακισχιλίας (n).

Meurſii Tom. I.

* Quum multas Atticarum legum *Meurſius* in praecedenti opere praetermiſerit; quas autem ipſe collegit & ediſſeruit, temere & ordine nullo digeſſerit; hoc ſupplementum ex eruditiſſimis *Sam. Petiti* in Leges Atticas Commentationibus excerpere lubuit, unde & Meurſiana Lucubratio expleretur, & in certum, qua licet, ordinem redigeretur, citatis ſub unoquoque horum Excerptorum titulo legibus, quae ex Attica *Meurſii* Themide huc revocari poſſent.

(a) Vide ſuperius *Lib. I. Cap. I.*

(b) Lege πελάνοις ἐπετείοις.

(c) *Plutarch.* in *Solone.*

(d) *Plutarchus* in *Solone.*

(e) *Interpres* Ariſtophanis ad *Plutum.*

(f) Idem ad *Veſpas.*

(g) *Heſychius & Vaticana Proverbiorum Appendix Cent. I. Proverb. LXXXII.*

(h) *Auctor* Orationis κατὰ Νεαίρας.

(i) *Legem hanc deſcripſit Heſychius, ſed locus miſere corruptus eſt, ita editur:* δευτερόποτμος, ὁ ὑπό τινων ὑστερόποτμος, οὕτω δὲ ἔλεγον, ὁπόταν τινὶ ὡς τεθνεῶτι τὰ νομιζόμενα ἐγένετο, καὶ ὕστερον ἀνεφάνη ζῶν. οἱ δὲ πολέμοις καὶ ἁπερῆσθαι τοῖς τοιούτοις εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν τῶν Σεμνῶν φασι θεῶν, ἢ ὁ φημισθεὶς ἐπὶ ξένης τετελευτηκώς, ἔπειτα ἐπανελθών, ἢ ὁ δεύτερον διὰ γυναικὸς κόλπου διαδὺς, ὡς ἔθος ἦν παρὰ Ἀθηναίοις, ἐκ δευτέρου γενᾶσθαι. *Emendabat hunc locum merito ſuo Clariſſimus Meurſius:* ὁ δὲ Πολέμων καὶ ἁπερῆσθαι τοῖς τοιούτοις εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν τῶν Σεμνῶν φησι θεῶν. *Nos vero longe aliter emendandum & exponendum hunc locum ſuſpicamur: ſuſpicionem noſtram harum rerum ſtudioſos non celabimus. Reſcribendum itaque coniicio:* δευτερόποτμος, ὁ ὑπό τινων ὑστερόποτμος. οὕτω δὲ ἔλεγον, ὁπόταν τινὶ ὡς τεθνεῶτι τὰ νομιζόμενα ἐγένετο, καὶ ὕστερον ἀνεφάνη ζῶν. οἱ δὲ πολεμοῖ, καὶ ἁπερῆσθαι τοῖς τοιούτοις εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν τῶν Σεμνῶν φασι θεῶν. ἢ ὁ φημισθεὶς ἐπὶ ξένης τετελευτηκώς, ἔπειτα ἐπανελθών. ἢ ὁ δεύτερον διὰ γυναικὸς κόλπου διαδὺς, ὡς ἔθος ἦν παρὰ Ἀθηναίοις, ἐκ δευτέρου γενᾶσθαι. *Interpretatur eruditiſſimus Grammaticus quis ſit* ὁ δευτερόποτμος, *nempe is eſt, cui tamquam mortuo iuſta funera facta ſunt: Eum reducem per ſinum laxae ſtolae mulier demittebat, tamquam denuo renaſci videretur. Sam. Petitus.*

(k) *Scholiaſtes* Ariſtophan. ad *Equites.* Vide pluria de Iure Aſyli apud *Sam. Petitum.*

(l) *Demoſthenes* κατὰ Τιμοκράτους.

(m) *Interpres* Ariſtophan. ad *Plutum.*

(n) *Plutarchus* in *Lycurgo Rhetore. AElianus Lib. XIII. Var. hiſt. Cap. XXIV.*

DEos frugibus venerantor.

Lex eſto antiquiſſima, aeternaeque auctoritatis in Attica, Venerandos eſſe Deos; atque Heroas patrios & indigenas publice ſecundum patrias ſanctiones, privatim vero bonis verbis, frugumque primitiis, libis annuis, pro facultatum modulo.

Drachma in ovem, octodecim in medimnum.

Eximiae hoſtiae.

Qui ſacra fecerunt, aliquid e victimis domum referunto.

Reliqua ex ſacris victimis cedunto Sacerdotibus.

Qui in aede Apollinis ventrem exoneraverit, ſeipſum in iudicio deferto, eique capital eſto.

Peregrinis ſerviſque fas eſto publica Athenienſis populi Templa adire, vel videndi cauſſa, ibidemque ſupplicibus ſedere.

Redeuntibus poſtliminio ab hoſtibus, fas non eſto ſacellum Eumenidum adire.

Supplices ſacroſancti ſunto.

Die populo Athenienſium feſto ne cuiquam, ſive privatim, ſive publice iniuria fiat, neve habetor concio de aliis rebus, quam iis quae ad feſtorum religionem pertinent.

Initiati, qua tunc eſſent amicti veſte, Deabus conſecranto.

Femina bigis ad ſacra Eleuſinia ne vehitor, ſiqua ſecus faxit, multa drachmarum ſex mille irrogator.

Nemini Myſteriorum diebus manum iniicito.
Quotannis Theſmophoria celebrantor.
Theſmophoriis nexi vinculis ſolvuntor.
Quum pompe Libero ducitur in Piraeeo, aguntque Comoedi & Tragoedi, item Lenaea pompa, & agentibus Tragoedis atque Comoedis: Aſtycorum quoque Liberalium pompa, ſaltante puerorum choro, dum fit Comus, aguntque Comoedi & Tragoedi: Thargeliorum item pompa & certamine: neque quidquam alterius capite, neque poenam pro mora exigito ab eo, qui iudicatum non ſolverit: Qui ſecus faxit, accuſator a laeſo, & parabolae adverſus eum dantor apud populum, pro concione in Bacchi, ſirempſe Lege, qui adverſus alios, qui feſti religionem temerarint.
Prytaneis concionem in Bacchi cogunto, Pandiis, poſtridie Dionyſiorum, & de ſacris primum referunto, Probolae deinde dantor de iniuriis illatis, pompae, vel Ludorum Dionyſiacorum cauſſa, de quibus tranſactum non fuerit.
Nemini diebus Liberalium feſtis manum iniicito.
Deliorum feſtos dies, dum Delum itur, reditur, Damnatorum ſuppliciis ne funeſtato.
Alois victimam ne mactato.
Olympionicis quingentae de publico drachmae dantor.
Iſthmionicis centum de publico drachmae dantor.
Tragicorum Chorus e quindecim perſonis conſtituitor.
AEſchyli, Sophoclis & Euripidis Tragoedias, urbis Scriba publice praelegito. Hiſtriones eas ne agunto.

Comoedi Antheſteriis fabulam docento atque committunto in Theatro. Victorem Civitate donato.
Hiſtrio fabulam ne agito annorum triginta minor.
Magiſtratui in comoedia convicium palam ne facito.
Nemini in comoedia expreſſo nomine convicium facito.
Muſica in ſua genera diſtributor, eaque ne invicem permutantor.
Spectatores ſine rixa in Theatro ſedento, qui ſecus fecerit, Archontis iuſſu ab apparitoribus ſubmovetor, ni paret, multator.
Neptuno ludi celebrantor in Piraeeo choris tribus ad minimum ἐγκυκλίοις ſaltantibus. Decem minae victori praemium eſto. Octo ei, qui ſecundas. Sex vero ei qui tertias obtinuerit.
Menſium Kalendis ſacra facito.

Μηδενὸς τοῖς Μυστηρίοις ἐπιλαμβάνεσθαι (a).
Κατ' ἔτος τελεῖν τὰ Θεσμοφόρια (b).
Ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις λύεσθαι τοὺς δεσμώτας (c).
Εὐήγορος εἶπεν ὅταν ἡ πομπὴ ἡ τῷ Διονύσῳ, ἐν Πειραιεῖ, καὶ οἱ Κωμῳδοὶ καὶ οἱ Τραγῳδοὶ, καὶ ἐπὶ Μιλησίῳ Πομπὴ, καὶ οἱ Τραγῳδοὶ, καὶ οἱ Κωμῳδοὶ, καὶ τοῖς ἐν ἄστει Διονυσίοις ἡ Πομπὴ, καὶ οἱ παῖδες, καὶ ὁ Κῶμος, καὶ οἱ Κωμῳδοὶ, καὶ οἱ Τραγῳδοὶ, καὶ Θαργηλίων τῇ Πομπῇ, καὶ τῷ ἀγῶνι μήτε ἐξεῖναι, μήτε ἐνεχυράσαι, μήτε λαμβάνειν ἕτερον ἑτέρου, μηδὲ τῶν ὑπερημέρων ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις· ἐὰν δέ τι τούτων τις παραβαίνῃ, ὑπόδικος ἔστω τῷ παθόντι, καὶ προβολαὶ κατ' αὐτοῦ ἔστωσαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐν Διονύσου, ὡς ἀδικοῦντος καθ' ἃ περὶ τῶν ἄλλων ἀδικούντων γέγραπται (d).
Homicidam in foro postulanto intra sobrinitatem sobrini; adsunto etiam sobrinorum liberi, & generi, itemque sobrinorum soceri, & consobrini, & Phratores. Exorantor autem occisi pater, si supersit, aut frater, aut liberi, simul omnes; nam si unus nolet, exorati ne sunto. Si vero nullus horum supersit, caedes autem sit fortuita, & pronunciarint Ephetae quinquaginta, & unus imprudentem occidisse, adsunto Phratores, si velint, decem, his quinquaginta, & unus ex optimatibus eliguntor. Qui ante hanc legem scriptam caedes perpetrarunt, ea tenentor. Si quis autem in aliquo populo caesus sit, quem nemo tollat, Demarchus eius cognatis denunciato tollere, & sepelire, & lustrare populum ea ipsa die, qua is caesus est. De servis autem domino eorum denunciato; de ingenuis vero iis, qui in eorum bona succedunt; si vero is, qui caesus est, nihil in bonis habeat, eius cognatis denunciato. Si Demarcho denunciante, cognati non tollant, Demarchus ipse tollendum, & sepeliendum cadaver, eaque ipsa die lustrandum populum, locato quam minimo poterit; ni locarit, mille drachmas aerario publico pendito; duplum autem eius, quod impenderit, a debentibus exigito; ni exegerit, ipse popularibus suis praestato.

Si quis alterum prior pulsarit, iniuriarum postulator.

Si quis alterius corpus, aut caput, aut vultum, aut manus, aut pedes destinato laeserit vulnere, exsulato a vulnerati patria, & bona eius publicantor: quod si in patriam redierit, delatus morte luito.

ναι. ἐὰν δὲ ἀποφύγῃ, ταύτης μὲν ἀζῶν ἀφιέναι, ἢ δὲ ἐπὶ τῷ πρότερῳ φόνῳ φυγὴν ὑπέχειν (a).

Ὃς ἂν ἄρχων ἢ ἰδιώτης αἴτιος ἢ τοῦτον θεσμὸν συγχυθῆναι τόνδε, ἢ μεταποιήσῃ αὐτὸν ἄτιμον εἶναι, καὶ παῖδας ἀτίμους, καὶ τὰ ἐκείνου (b).

Τὸν ἀνδροφόνον περιόντα ἐν τοῖς ἱεροῖς, καὶ κατὰ τὴν ἀγορὰν, ἀπάγειν ἐξεῖναι εἰς τὸ δεσμωτήριον. καὶ ἐὰν μὲν ἁλῷ, θανάτῳ ζημιοῦσθαι. ἐὰν δὲ μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων ὁ ἀπαγαγὼν, χιλίας προσοφείλειν (c).

Ἐάν τις βιαίῳ θανάτῳ ἀποθάνῃ, ὑπὲρ τούτου τοῖς προσήκουσιν εἶναι τὰς ἀνδροληψίας, ἕως ἂν ἢ δίκας τῷ φόνῳ ὑποσχῶσιν, ἢ τὰς ἀποκτείναντας ἐκδῶσι, ἢ ἢ ἀνδροληψίαν εἶναι μέχρι τριῶν, πλέον ἢ μή (d).

Προσφπεῖν τῷ κτείναντι ἐν ἀγορᾷ ἐντὸς ἀνεψιότητος, καὶ ἀνεψίᾳ, συνδιώκειν δὲ καὶ ἀνεψιῶν παῖδας, καὶ γαμβρούς, καὶ ἀνεψιᾶς, καὶ πενθερούς, καὶ ἀνεψιαδοῦς, καὶ φράτορας. Ἐὰν δὲ αἰδέξασθαι δέῃ, ἐὰν μὲν πατὴρ, ἢ, ἢ ἀδελφὸς, ἢ υἱεῖς πάντας, ἢ τὸν κωλύοντα κρατεῖν, ἐὰν ἢ τούτων μηδὲς ἢ, κτείνῃ δ' ἄκων, γνῶσι δ' οἱ πεντήκοντα, καὶ ἐσώσιν οἱ ἐφέται ἄκοντα κτεῖναι ἐσέσθων οἱ φράτορες. ἐὰν θελῶσι δέκα, τούτοις δὲ οἱ πεντήκοντα καὶ εἰς Ἄρειον δὴν αἱρείσθων, καὶ οἱ πρότερον κτείναντες ἐν τῷ δὲ τῷ θεσμῷ ἐνεχέσθων, τὸν δ' ἀπογινομένους, ἐν τοῖς δήμοις, ὃς ἂν μηδὲς ἀναίρηται ἐπαγγελέτω ὁ δήμαρχος τοῖς προσήκουσιν ἀναιρεῖν, καὶ θάπτειν, καθαίρειν τὸν δῆμον τῇ ἡμέρᾳ ᾗ ἂν ἀπογένηται ἕκαστος αὐτῶν. Ἐπαγγέλλειν δὲ περὶ μὲν τῶν δήλων τῷ δεσπότῃ, περὶ δὲ τῶν ἐλευθέρων τοῖς τὰ χρήματ' ἔχουσιν. Ἐὰν δὲ μὴ ᾖ χρήματα τῷ ἀποθανόντι τοῖς προσήκουσι τὸ ἀποφερόμενον ἐπαγγέλλειν. Ἐὰν δὲ τῷ δημάρχῳ ἐπαγγείλαντος μὴ ἀναιρῶνται οἱ προσήκοντες, ὁ μὲν δήμαρχος ἀτομισθώσατο ἀνέλεσθαι καὶ καθάψαι, καὶ καθάραι τὸν δῆμον αἰθημερόν ὅπως ἂν δύνανται ὀλιγίστου. Ἐὰν δὲ μὴ ἀπεριοδώσῃ ὀφειλέτω χιλίας δραχμὰς τῷ δημοσίῳ ὅ,τι δ' ἂν ἀναλώσῃ διπλάσιον πραξάσθω παρὰ τῶν ὀφειλόντων. ἐὰν δὲ μὴ πράξῃ αὐτὸς ὀφλέτω τοῖς δημόταις (e).

Ἂν τις τύπτῃ τινὰ ἄρχων χρῶν ἀδικῶν αἰκίας δίκλω εἶναι (f).

Ἂν μέν τις ἀνδρὸς σῶμα τρώσῃ ἐκ προνοίας, κεφαλὴν, ἢ πρόσωπον, ἢ χεῖρας, ἢ πόδας, αὐτὸν μὲν φεύγειν τὴν τοῦ ἀδικηθέντος πόλιν, τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ δημεύεσθαι. ἢ ἐὰν μὲν κατίῃ, ἐνθύνθέντα θανάτῳ ζημιοῦσθαι (g). *

Παντὶ λάβρῳ δίκλω ὑπὲρ τοῦ κακῶς πεπονθότος ἐξεῖναι (h).

* Aliae Leges referuntur *Lib. I. Them. Attic. Cap. XV. XVI. XVII. XVIII. XVIIII. XX.*

De Accusationibus.

TITVLVS SECVNDVS.

Cuivis eum, qui alteri iniuriam intulerit, accusare permissum esto.

De

(a) *Demosthenes* ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους.
(b) Ibidem.
(c) Ibidem.
(d) Ibidem.
(e) *Demosthenes* ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον.
(f) Idem ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους.
(g) Apud *Lysiam*.
(h) *Plutarchus* in *Solone*.

Digitized by Google

De Damnis.

TITVLVS TERTIVS.

Α"ν μέν τις ἑκὼν βλάψῃ, διπλᾶν· αν δ' ἄκων, ἁπλᾶν τὸ βλάβος ἐκτίνειν (a).

Ἐὰν μὲν ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχοντος ἐκκόψῃ τις, ἀντεκκόπτειν τὼς δύο (b).

Κύνα δακόντα παραδοῦναι κλοιῷ τετραπήχει δεδεμένον (c).

Si quis prudens ſciens damnum duit, in duplum; ſi imprudens, in ſimplum tenetor

Si quis monoculo oculum effoderit, uterque ei effoditor.

Canem, qui momorderit, catena quatuor cubitorum revinctum noxae dato.

De vi bonorum raptorum.

TITVLVS QVARTVS.

Τὸν βίᾳ ὁτιοῦν ἀφελόντα, διπλᾶν ἐκτίνειν τῷ ἰδιώτῃ, καὶ τὸ ἴσον τῷ δημοσίῳ προσιμᾶν (d).

Qui per vim aliquid abſtulerit, in duplum tenetor ei, a quo per vim abſtulit, in duplum quoque aerario publico tenetor.

De Furtis †.

TITVLVS QVINTVS.

FVREM CVIVSCVMQVE MODI FVRTI SVPPLICIO CAPITIS PVNITO*.

Ο", τι ἐὰν τις ἀπολέσῃ, ἐὰν μὲν αὐτὸ λάβῃ, τὴν διπλασίαν καταδικάζειν. ἐὰν δὲ μὴ, τὴν δεκαπλασίαν πρὸς τοῖς ἐπιτίοις. δεδέσθαι δ' ἐν τῃ ποδοκάκῃ τὸν πόδα πέντ' ἡμέρας, καὶ νύκτας ἴσας, ἐὰν προσιμήσῃ ἡ Ἡλιαία. προσιμᾶσθαι δ' τὸν βυλόμενον, ὅταν περὶ τοῦ τιμήσαντος ᾖ (e).

Si furtum factum ſit, & quod furto perierat, receperit Dominus, duplione luito furtum, qui fecit, & quorum ope, conſilioque fecit; decuplione vindicator, ni Dominus rem furtivam receperit; in nervo quoque habetor dies ipſos quinque, totidemque noctes, ſi Heliaſtae pronunciarint; pronuncianto autem quum de poena illius agitur.

Εἰ μέν τις μεθ' ἡμέραν πεντήκοντα δραχμὰς κλέπλοι, ἀπαγωγὴν πρὸς τὼς Ἕνδεκα εἶναι, εἰ δέ τις νύκτωρ ὁτιοῦν κλέπλοι, τοῦτον ἐξεῖναι καὶ ἀποκτεῖναι, καὶ τρῶσαι διώκοντα, καὶ ἀπαγαγεῖν τοῖς Ἕνδεκα, εἰ βούλοιτο, τῷ δ' ἀλόντι ὧν αἱ ἀπαγωγαὶ εἰσιν, οὐκ ἐγγυητὰς καταςήσαντι ἔκτισιν εἶναι τῶν κλεμμάτων, ἀλλὰ θάνατον ἢ ζημίαν, καὶ εἴ τις γ' ἐκ Λυκείου, ἢ ἐξ Ἀκαδημίας, ἢ ἐξ Κυνοσάργους, ἱμάτιον, ἢ ληκύθιον, ἢ ἄλλο τι φαυλότατον, ἢ τῶν σκευῶν τι τῶν ἐκ τῶν γυμνασίων ὠφέλετο, ἢ ἐκ τῶν βαλανίων, ἢ ἐκ τῶν λιμένων, ὑπὲρ δέκα δραχμὰς, καὶ τούτους θάνατον εἶναι ἢ ζημίαν (f).

Si lucri furtum, cuius aeſtimatio ſit ſupra quinquaginta drachmas, faxit, ad Vndecimviros rapitor; ſi nox furtum faxit, ſi in aliquis occiſit, iure caeſus eſto, aut vulnerarit fugientem, ſe fraude eſto; aut rapitor ad Vndecimviros; manifeſtum huiuſmodi furtum, qui faxit, etiamſi vades dederit, non noxae factae ſarcitione, ſed morte luito. Si quis item ex aliquo gymnaſio, veſtis, aut lecythi, aut alicuius, vel minimae rei, aut ſupellectilis e gymnaſio, aut ex balineo, aut e portubus, quod excedat, decem drachmarum aeſtimationem, furtum faxit, morte luito.

Ὅςις δὲ ἀπέλλῃ τῇ θύρᾳ, ἔνδον τοῦ κλέπλου ὄντος (g).

Quicumque a ianua prohibuerit, quum fur intus eſſet.

Τὼς ἀπάγοντας εἰς τὸ δεσμωτήριόν τινας ἐπὶ δίκῃ κλοπῆς, χιλίας διδόναι δραχμὰς τοὺς ἁλόντας (h).

Qui alterum tamquam furem in carcerem abduxerit, ni eum reum peragat, mille multator drachmis.

Ἐάν τις φανερὸς γένηται βαλαντιοτομιῶν, τούτῳ θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν (i).

Manifeſti ſaccularii morte luunto.

Ἐάν τις φανερὸς γένηται τοιχωρυχῶν, τούτῳ θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν (k).

Vecticularii manifeſti morte luunto.

Ἐάν τις φανερὸς γένηται ἀνδροποδιζόμενος, τούτῳ θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν (l).

Plagiarii manifeſti morte luunto.

† Conſule *Lib. II. Them. Attic. Cap. I.*

* *Gellius Lib. XI. Cap. XVIII. Plutarchus* in *Solone*.
(a) *Demoſthenes* in *Midiana*.
(b) *Diogenes Laertius* in *Solone*.
(c) *Plutarchus* in *Solone*.
(d) *Demoſthenes* in *Midiana*.
(e) Idem in *Timocratea*.
(f) Ibidem.
(g) *Lyſias* ἐν τῷ κατὰ Θεομνήςου ά.
(h) *Suidas*.
(i) *Xenophon* Ἀπομνημονευμάτων *Lib. I.*
(k) Ibidem.
(l) Ibidem.

Digitized by Google

Qui furtum it quaerere in domo aliena, cinĕticulo amictus intrato.

Φωράσοντα γυμνὸν χιτωνίσκον ἔχοντα ἐξιέναι εἰς τὴν οἰκίαν, ἐπὶ τῷ ἐρευνήσαι (a).

IN HORTOS IRRVMPERE FICVSQVE DELIGERE CAPITAL ESTO.

Qui ficus clepserit, multator.

Κλέπτοντα σῦκα κολάζεσθαι (b).

De Conviciis.

TITVLVS SEXTVS.

De nemine, qui in vivis supersit, detrahito, inter sacra, in Iudicum, aut Magistratuum sessimoniis, aut in spectaculis; qui secus faxit, multator tribus drachmis, quae convicium passo cedant, & duabus, quae aerario publico inferantur.

Qui de alio detraxerit, ni probarit verum esse, quod obiecit, probrum, multator.

Qui exprobrarit alteri quidquam Legibus damnatum, quingentis drachmis multator.

Homicidam alterum ne dicito.

Si quis exprobrarit clypeum abiecisse, multator.

Ζῶντα μὴ κακῶς λέγειν πρὸς ἱεροῖς, καὶ δικαστηρίοις, καὶ ἀρχείοις, καὶ θεωρίας ὅσης ἀγώνων· ἢ τρεῖς δραχμὰς τῷ ἰδιώτῃ, δύο δ' ἄλλοις ἀποτίνειν εἰς τὸ δημόσιον (c).

Τὸν λέγοντα κακῶς, ἐὰν μὴ ἀποφαίνῃ ὡς ἔστιν ἀληθῆ τὰ εἰρημένα, ζημιοῦσθαι (d).

Τὸν λέγοντά τι ΤΩΝ ΑΠΟΡΡΗΤΩΝ πεντακοσίας δραχμὰς ὀφείλειν (e).

ΑΝΔΡΟΦΟΝΟΝ μὴ λέγειν (f).

Ἐὰν δέ τις φάσκῃ ἀποβεβληκέναι ἢ ἀσπίδα ὑπόδικον εἶναι (g).

De negotiis gestis.

TITVLVS SEPTIMVS.

Qui mala fide bona alterius administrarit, ea ipse praestato.

Femina plusquam de medimno hordei ne contrahito.

Περὶ ὧν καθυφῆκέ τις, αὐτὸν ὁμοίως ὀφλισκάνειν, ὥσπερ ἂν αὐτὸς ἔχῃ (h).

Τὴν γυναῖκα μὴ συναλλάσσειν πλὴν ἄχρι μεδίμνω κριθῶν (i).

De Ingratis.

TITVLVS OCTAVVS.

Ingrati actio dator adversus eos, qui bene meritis gratiam non rependunt.

Ἐξεῖναι ἀχαριστίας δικάζεσθαι κατὰ τῶν εὐεργέτας μὴ ἀντευποιούντων (k).

De designandis Atheniensibus.

TITVLVS NONVS.

Patris, & paterni populi nomen adscribunto.

Προσπαραγράφειν τῷ πατρὸς καὶ τῷ δήμῳ τὄνομα (l).

De Iudicibus.

TITVLVS DECIMVS.

Iudici vera iudicanti, impune; sin falsa, capital esto.

Εἰ μὲν ἀληθῆ μηνύσειέ τις εἶναι ἢ ἄδειαν· ἐὰν δὲ τὰ ψευδῆ, τεθνᾶναι (m).

De

(a) *Scholiastes* Comici ad *Nubes*.
(b) *Suidas*.
(c) *Plutarchus* in *Solone*.
(d) *Lysias* ἐν τῷ κατὰ Θεομνήστου β'.
(e) *Isocrates* ἐν τῷ κατὰ Λοχίτου.
(f) *Lysias* ἐν τῷ κατὰ Θεομνήστου α'.
(g) Ibidem.
(h) *Demosthenes* ἐν τῷ πρὸς Ἄφοβον ψευδομαρτυριῶν.
(i) *Dio Chrysostomus* Oratione περὶ ἀπιστίας.
(k) *Lucianus Abdicato*.
(l) *Demosthenes* ἐν τῷ πρὸς Βοιωτὸν περὶ τοῦ ὀνόματος.
(m) *Andocides* ἐν τῷ περὶ τῶν Μυστηρίων.

Digitized by Google

De Conviviis.

TITVLVS VNDECIMVS.

Τὺς κεκλημένυς μὴ εἶναι ἐπὶ τοῖς τριάκονλα (a).

Convivae plures triginta ne ſunto.

Πάντας μαγείρυς τὺς ἐν τοῖς σϋνόδοις διακϋντας παρὰ τοῖς γυναικονόμοις ἀπογράφεσθαι (b).

Omnes coqui ad aliquas epulas conducti ſua ad Ginaeconomos nomina deferunto.

Ἐν τοῖς συμποσίοις μὴ πίνειν ἄκρατον (c).

In conviviis merum vinum ne bibunto.

Προσφέρεσθαι μετὰ τὰ σῖτα ἄκρατον μόνον ὅσον γεύσασθαι, τὸ ἀγαθῦ Δαίμονος (d).

Confecto iam epulo deguſtanto merum vinum in honorem boni daemonis.

Τὺς Ἀρεοπαγίτας καλάζειν τὺς ἀσώτυς (e).

Areopagitae Aſotos animadvertunto.

De metallicis actionibus.

TITVLVS DVODECIMVS.

Ἐάν τις ἐξάλλῃ τινὰ τῆς ἐργασίας τῶν μετάλλων, ἂν ὑφάψῃ τις, ἂν ὅπλα ἐπιφέρῃ, ἂν ἐπικαταλέμνῃ τῶν μέτρων ἐκτὸς, μεταλλικὰς δίκας εἶναι (f).

Si quis alterum prohibuerit opus facere metallicum, ſi quis ignem importarit, & ſuccenderit; ſi vaſa, inſtrumentaque exportarit; ſi effoderit extra fines ſuos; metallicae actiones adverſus eos dantor.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΙΣΑΓΓΕΛΙΑΣ.

TITVLVS DECIMVSTERTIVS.

Τιμοκράτης εἶπεν ὁπόσοι Ἀθηναίων κατ' εἰσαγγελίαν ἐκ τῆς βυλῆς, ἢ νῦν εἰσιν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, ἢ τὸ λοιπὸν καλατεθῶσι, καὶ μὴ παραδοθῇ. γραμματέως τῦ κατὰ πρυτανείαν κατὰ τ' εἰσαγγελτικὸν νόμον δέδοχθαι τοῖς Θεσμοθέταις εἰσάγειν τὺς ἡ καλάγνωσις αὐτῶν τοῖς Θεσμοθέταις ὑπὸ τῦ ἕνδεκα εἰς τὸ δικαστήριον ἐντὸς τριάκονθ' ἡμερῶν, ἀφ' ἧς ἂν παραλαβῶσιν, ἐὰν μή τι τῇ δημοσίᾳ κωλύσῃ. ἐὰν δὲ μὴ ὅταν πρῶτον οἷον τ' ᾖ. κατηγορεῖν ὁ Ἀθηναίων τὸν βυλόμενον οἷς ἔξεστιν. ἐὰν δ' ἄλῳ τιμάτω ἡ ἡλιαία περὶ αὐτῦ ὅ,τι ἂν δοκῇ ἄξιος εἶναι παθεῖν, ἢ ἀτοτίσαι. ἐὰν δὲ ἀργυρίῳ τιμηθῇ. δεδέσθω τέως ἕως ἂν ἐκτίσῃ ὅ, τι ἂν αὐτῦ καλαγνωσθῇ (g).

Timocrates rogavit; quicumque Athenienſium εἰσαγγελίας damnati a Senatu, aut in praeſentiarum, aut in poſterum habentur in cuſtodia, neque damnatoria tabella Theſmothetis, a Scriba illius Prytaneiae, prout Leges iubent, ſit in manus tradita; Theſmothetae ad iudicium admittunto Vndecimviros intra trigeſimum diem, a quo acceperint tabellam damnatoriam, niſi quid publice obſtet. Athenienſium quivis, cui lubet, & licet, acculato. Convictos Heliaea vel multato, vel poenas ab illis exigito. Multati in vinculis habentor, donec multam expunxerint.

LIBER OCTAVVS.

De Militia.

TITVLVS PRIMVS.

Τὺς Ἀθηναίυς μέχρι τετταράκονλα ἐτῶν στρατεύεσθαι, ἀρξαμένυς ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα, καὶ μέχρι μέντοι εἴκοσι παῖδας ὄνλας τέως περιπολεῖν τὰ περὶ τ' πόλιν φρούρια. εἰς ὑπερορίυς δ' πολέμυς ἀπὸ εἴκοσιν (a).

Athenienſes ad annum uſque quadrageſimum militanto ab anno decimo octavo; & quidem ad annum vigeſimum intra Atticae fines, ab anno vero vigeſimo extra Atticam militanto.

Ἐάν τις ἀδοκίμαστος ἱππεύῃ, ἄτιμον εἶναι (i).

Si quis inter Equites mereat ſine examine, ignominioſus eſto.

Τὺς Ἱππέας καθίστάναι τὺς δυνατωτάτυς καὶ χρήμασι, καὶ σώμασιν (k).

Equites leguntor ex opulentiſſimis, & fortiſſimis.

(a) *Lynceus* Samius ἐν ἀποφθέγμασι.
(b) *Menander* Comicus *Cecryphalo* Dramate.
(c) *Alexis* Comicus in Dramate, cui titulus eſt *Λεσβο*.
(d) *Athenaeus Lib. VI.*
(e) *Athenaeus Lib. IV.*
(f) *Demoſthenes* ἐν τῷ πρὸς Πανταίνετον.
(g) *Demoſthenes* in *Timocratea*.
(h) *Vlpianus* ad *Olynthiacam III.*
(i) *Lyſias* ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδυ λιποταξίυ.
(k) *Xenophon Hipparchico*.

Digitized by Google

Equites posthac plus aequo cutem ne curanto, neve comam alunto.

Τοὺς ἱππέας μηκέτι ἁβροδιαίτους εἶναι, μηδὲ κομᾶν (a).

Arma pignori ne opponunto.

Μὴ ἐνέχυρα τὰ ὅπλα (b).

Copias ne educunto ante septimum mensis diem.

Στρατείαν μὴ ἐξάγειν πρὸ τῆς τοῦ μηνὸς ἑβδόμης (c).

Polemarchus dextrum aciei cornu ducito.

Τὸν Πολέμαρχον ἔχειν κέρας τὸ δεξιόν (d).

Vide aliam Legem *Lib. I. Them. Attic. Cap. XI.*

De vacatione Militiae.

TITVLVS SECVNDVS.

Redemtores vectigalium militia vacanto.

Ἀτελείαν εἶναι τῆς στρατείας τοῖς τέλει πραμένοις (e).

Choreutae militia vacanto.

Τοὺς τῷ Διονύσῳ χορεύοντας, μὴ στρατεύεσθαι (f).

De Praemiis, & Poenis Militum.

TITVLVS TERTIVS.

Qui egregiam in bello operam praestant, ad maiora provehuntor; qui secus fecerint, in minorem militiae gradum deiiciuntor.

Πλεονεκτεῖν μὲν ποιεῖν τοὺς εὐτάκτους, μειονεκτεῖν δὲ ἐν πᾶσι τοὺς ἀτακτοῦντας (g).

Qui militiam detrectat, aut ignavus est, aut ordinem deserit, a foro arcetor, neque coronator, neque in publica intrato templa; si quis secus faxit, Vndecimviri eum vinciunto, & ad Heliastarum tribunal rapiunto; quicumque voluerit, & ei fas est, accusato; eo convicto, Heliastae pronuncianto, quam meruerit poenam, aut multam; si multa irrogata sit, in vinculis habetor, donec eam solverit.

Τὸν ἀστράτευτον, καὶ τὸν δειλὸν, καὶ τὸν λιπόντα τὴν τάξιν, ἀπέχεσθαι ἀγορᾶς, μήτε στεφανοῦσθαι, μήτ' εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημόσια. ἐὰν δέ τις ταῦτα ποιῇ, εἰσιὼν ὅπῃ μὴ χρὴ, δησάντων αὐτὸν οἱ Ἕνδεκα, καὶ εἰσαγόντων αὐτὸν εἰς τὴν Ἡλιαίαν. καὶ ἡγορείτω ὃ ὁ βουλόμενος οἷς ἔξεστιν. ἐὰν δὲ ἁλῷ, τιμάτω ἡ Ἡλιαία, ὅ, τι χρὴ παθεῖν αὐτὸν, ἢ ἀποτίσαι. ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ, δεδέσθω τέως, ἕως ἂν ἐκτίσῃ (h).

Qui arma abiecerit, ignominiosus esto.

Τὸν τὰ ὅπλα ἀποβεβληκόλα ἄτιμον εἶναι (i).

Qui navali bello navem deseruerit, itemque, qui militiae navali vocatus nomen non dederit, ignominiosus esto.

Τοῦ λειποναυτίου καὶ ἀναυμαχίου ἢ ζημίαν εἶναι ἀτιμίαν (k).

Curanto liberos, parentesque eorum, qui in bello occubuerunt, ne qua iniuria adficiantur parentes; Liberi de publico educantor, & instituuntor, armisque instructi ad sua mittuntor negotia, primaeque in theatris sedes occupanto.

Τοὺς τῶν ἐν τῷ πολέμῳ τελευτησάντων παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ἐπιμελεῖσθαι ὅπως ἂν οἱ τούτων μὴ ἀδικῶνται πατέρες τε, καὶ μητέρες. τοὺς δὲ παῖδας δημοσίᾳ τρέφεσθαι καὶ παιδεύεσθαι, καὶ πανοπλίᾳ κεκοσμημένους ἐκπέμπεσθαι ἐπὶ τὰ σφέτερ' αὐτῶν, καὶ καλεῖσθαι εἰς προεδρίαν (l).

Alia Lex refertur *Lib. I. Them. Attic. Cap. X.*

Miscella.

TITVLVS QVARTVS.

Si quis intra urbem, nulla necessitate cogente, ferro accinctus, armisque instructus, prodierit, multator.

Ὅς τις ἐν ἄστει σιδηροφορείη μηδὲν δέον, ἢ ὅπλα ἐξενέγκοι εἰς τὸ δημόσιον, τιμᾶσθαι (m).

Si quis in iudicio proditionis, aut sacrilegii damnatus fuerit, intra Atticam ne sepelitor, bona eius publicantor.

Ἐάν τις ἢ πόλιν προδιδῷ, ἢ τὰ ἱερὰ κλέπτῃ, κριθέντα ἐν δικαστηρίῳ, ἂν καταγνώσθῃ μὴ ταφῆναι ἐν τῇ Ἀττικῇ· τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ δημόσια εἶναι (n).

Si quis castellum prodiderit, aut navem, aut exercitum, morte luito.

Ἐάν τις φρούριόν τι προδῶκεν, ἢ ναῦν, ἢ στρατόπεδον, θανάτῳ ζημιοῦσθαι (o).

Τὸν

(a) *Scholiastes Aristophanis* ad *Equites*.
(b) *Grammatici* ad *Plutum*.
(c) *Hesychius*.
(d) *Herodotus Erato*.
(e) *Demosthenes* ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας.
(f) *Demosthenes* in *Midiana*.
(g) *Xenophon Hipparchico*.
(h) *Aeschines* ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος, & *Demosthenes* ἐν τῷ κατὰ Τιμόκρατες.
(i) *Lysias* ἐν τῷ κατὰ Θεομνήστου α'.
(k) *Pollux Lib. VIII. Cap. VI.*
(l) *Diogenes Laertius* in *Solone*.
(m) *Lucianus* in *Anacharside*.
(n) *Xenophon* Ἑλληνικῶν *Lib. I.*
(o) *Lysias* ἐν τῷ κατὰ Φιλῶνος Δοκιμασίας.

Digitized by Google

Τὸν τῆς αὐτοῦ πατρίδος προδότην τῆς Ἀθηναίων χώρας μὴ ἐπιβαίνειν· εἰ δὲ μὴ τοῖς αὐτοῖς ἔνοχον εἶναι, οἵσπερ ἄν τις τῶν φευγόντων ἐξ Ἀρείου πάγου κατίῃ (a).

Τοὺς αὐτομολοῦντας θανάτῳ ζημιοῦσθαι (b).

Ἄτιμος ἔστω καὶ πολέμιος τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων, καὶ τῶν συμμάχων, αὐτὸς, γένος (c).

Τὰ σύμβολα κύρια εἶναι ἐπειδὰν ἐν τῷ δικαστηρίῳ κυρωθῇ (d).

Μὴ μνησικακεῖν **** μήτε ἄδικον, μήτε δίκαιον λέγειν (e).

Ἂν τις δικάζηται παρὰ τοὺς ὅρκους, ἐξεῖναι τῷ φεύγοντι παραγράψασθαι, τοὺς δ' Ἄρχοντας περὶ τούτου πρῶτον εἰσάγειν, λέγειν δ' πρότερον τὸν παραγραψάμενον· ὁπότερος δ' ἂν ἡττηθῇ, τὴν ἐπωβελίαν ὀφείλειν (f).

Τοὺς ξένους μὴ ἀδικεῖσθαι (g).

Τὸν πλανωμένοις ὁδὸν φαίνειν, καὶ κοινωνεῖν κατὰ τὸν βίον ὕδατος καὶ πυρός (h).

Δακτυλιογλύφῳ μὴ ἐξεῖναι σφραγῖδα φυλάττειν τὴν πραθέντος δακτυλίου (i). *

Atticam ne intrato patriae ſuae proditor ſi intrarit, eadem Lege tenetor, qua is, qui ab Areopagitis damnatus ſolum verterit, redierit.

Transfugae capite puniuntor.

Impune occidito, hoſtiſque eſto populi Athenienſis, & ſociorum, cum is, tum eius liberi.

Foedera rato ſunto, poſtquam a iudicibus adprobata ſunt.

Omnem memoriam diſcordiarum oblivione delento, neque fas, neque nefas exprobranto.

Si quis in ius vocat adverſus hoc iusiurandum reus exceptione utitor; eaque de re Archontes primum iudicia reddunto, prior, qui exceptione utitur, dicito, qui cauſa cecideriſ, epobelia multator.

Hoſpites iniuria ne adficiuntor.

Erranti viam moſtranto, peregrinos tecto excipiunto.

Annularius expreſſum annuli, quem vendidit, ſignum apud ſe ne habeto.

Vide alias Leges *Lib. I. Them. Attic. Cap. XII. L & ib. II. Cap. VIII. & XXXII.*

(a) *Dinarchus* ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους.
(b) *Vlpianus* ad *Timocrateam*.
(c) *Demoſthenes Philippica III.*
(d) *Demoſthenes* περὶ Ἀλονήσου.
(e) *Cicero Philippica I. Æſchines* ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος. (f) *Iſocrates* ἐν τῷ παραγραφικῷ πρὸς Καλλίμαχον.
(g) *Xenophon* Ἀπομνημονευμάτων *Lib. II.*
(h) *Cicero Lib. III. De Officiis.*
(i) *Diogenes Laertius* in *Solone*.

* Et hae quidem Atticae Leges ſunt, quas cum *Meurſius* noſter, tum *Sam. Petitus*, in diverſis plurimorum Scriptorum Voluminibus diſperſas, adſiduo labore, & ſedulitate incredibili collegerunt. Qui eas latius, & diligentius enarratas, illuſtrataſque deſiderat, praeter *Io. Meurſium*, eruditiſſimum & omni litterarum genere inſtructiſſimum laudati *Petiti* ad easdem Leges Commentarium adire poteſt; cuius quidem crebra ἀποσπασμάτια in ſcholiis, quibus *Themin Atticam* explicavimus, producere, operae pretium eſſe cenſuimus. Conſulat etiam *Meurſii Solonem*, & *Lectiones Atticas*, ad quas ille ſaepe in ſua *Atticae Themide* Lectorem amandat. Nonnulla quoque, & ſcitu quidem digna, apud *AEg. Menagium*, alioſque Viros doctos *Diogenis Laertii Solonem* ediſſerentes occurrent; nec *Thom.* quoque *Stanleius* in *Solonis* pariter *Vita* omnino ſpernendus. Auctores etiam veteres, qui de Legibus Atticis ſcripſerint, ut opinor, exſtitere; huc enim eos revoco, qui de *Solonis* Axibus commentationes ediderunt. Nam, praeter ea, quae apud *Plutarchum*, & *Laertium*, offendere eſt, in *Solonis* Axes ſcripſerat *Seleucus* quidam, ut *Suidas* in Ὀρφέωνες teſtatur. *Didymus* quoque περὶ τῶν Ἀξώνων τῶν Σόλωνος commentarium ad Aſclepiadem exaraverat, ut *Plutarchus* in *Vita Solonis* memoriae prodidit.

Hae autem *Solonis* Leges in Axibus, & Cyrbis ſcriptae erant. Axes, vel Axones, ut *Ammianus* habet, Cyrbeſque, quid fuerint, *Meurſius* in *Solone Cap.* XXIIII. late, copioſeque diſſertat; & pluria etiam apud *Sam. Petitum* de iisdem occurrunt. Axes vero, & Cyrbes βουστροφηδὸν ſcripti fuerant, ut apud *Harpocrationem*, & *Suidam* nos docere *Didymum* illum modo memoratum, eruditiſsimus *Menagius* teſtatur; nam mihi Lexicographos illos feſtinanter prae temporis anguſtia evolventi, illud *Didymi* teſtimonium reperire non licuit. Quid autem ſit ſcribere βουστροφηδὸν ex *Mario Victorino*, & *Heſychio*, aliiſque cognoſcere eſt. Ille igitur *Capite* de *Verſu* ita infit: *Apud nos autem verſus dictus eſt a verſuris, ideſt, a repetita ſcriptura ea ex parte, in quam deſinit. Primis enim temporibus, ſicut quidam adſerunt, ſic ſoliti erant ſcribere, ut quum a ſiniſtra parte initium facere coepiſſent, & duxiſſent ad dextram, ſequentem verſum a dextra parte inchoantes, ad ſiniſtram perducerent, quem morem ferunt cuſtodire adhuc in ſuis litteris Ruſticos. Hoc autem genus ſcripturae dicebant Buſtrophen, a boum verſatione, ubi adhuc in arando, ubi deſinit ſulcus, & ubi alter inchoatur, verſura proprio vocabulo nuncupatur.* Haec ille. *Heſychius* autem haec ſcribit. Βουστροφηδόν. οὕτως ἔλεγον, ἐπὰν ὁμοίως τοῖς ἀροτριῶσι βουσι, τὰς ἀντιστροφὰς ποιῇ τις. ἔλεγον δὲ ἐπὶ τοῦ γράφειν τρόπῳ τοιούτῳ. Huius ſcriptionis, praeter *Solonis* leges, exemplum quoque praebebat Arca quaedam Olympiae a Cypſelidis dedicata, ut *Pauſanias Eliacorum priore* tradit, cuius verba huc tranſcribere lubet, quod ulterius illud ſcriptionis genus elucident. Τῶν δὲ, inquit, ἐπὶ τῇ λάρνακι ἐπιγραμμάτων ἔπεστι τοῖς πλείοσι γράμμασι τοῖς ἀρχαίοις γεγραμμένα. Καὶ τὰ μὲν ἐς εὐθὺ αὐτῶν ἔχει, σχήματα δὲ ἄλλα τῶν γραμμάτων, βουστροφηδὸν καλοῦσιν Ἕλληνες. τὸ δέ ἐστι τοιόνδε. Ἀπὸ τοῦ πέρατος τοῦ ἑπὸς ἐπιστρέφει τῶν ἐπῶν τὸ δεύτερον, ὥσπερ ἐν διαύλῳ δρόμῳ. *In Arca inciſae ſunt priſcis litteris Inſcriptiones, recto ordine quaedam, aliae in gyros, boum arantium converſione revolutae,* βουστροφηδὸν *Graeci dicunt. A ſuperioris enim verſus fine continenter ſinuatur ad ſequentis initium verborum ſeries, ea nempe forma, quae eſt iterati curriculi, quem diaulum adpellant.* Scilicet, ut ille cecinit,

Non attollebant dextram, ſed meta prioris
Principium verſus poſterioris erat.

Sed inſigne eiusdem ſcriptionis ſpecimen ſupereſt adhuc in celebri illa Inſcriptione Sigea, Cadmeis & Palamedeis litteris exarata, quam erudito Commentario *Edm. Chisbullus* expoſuit, & illuſtravit. Hanc quidem, quia ſingularis eſt, & ad rem noſtram mire faciens, heic, utcumque, exhibere fert animus; ita autem habet in parte lapidis ſuperiore, ubi reſcripta, & interpolata eſt ab aliquo nova poſt Simonidem grammatica uſo inſcriptio illa antiquiſſima, quam deinde proferimus.

ΦΑΝΟ-

Digitized by Google

ΦΑΝΟΔΙΚΟ	φανοδίκυ.	*Phanodici*
ΚΟΜϘΟΤΙΜΞ	εἰμὶ. τοῦ. ἑρμοκ	*ſum, filii Hermoc-*
ΡΑΤΕΟΣ ΤΟ	ράτους. τοῦ.	*ratis*
ΗΝΝΟΚΟϘΠ	προκοννη	*Proconne-*
ΣΙΟ ΚΡΗΤΗΡ	σίου. κρῆτηρ	*ſii. Crater-*
ΚΟΠΤΙΑΚ:ΞΔ Α	α. δὲ. καὶ. ὑπακ	*em vero, & Hypoc-*
ΡΗΤΗΡΙΟΝ:Κ	ρητήριον. κ	*raterium e-*
Π ΞΞ:ΝΟΜΘΗΙΑ	αὶ. ἦθμον. ἐς. π	*t colum ad P-*
ΡΓΤΑΝΗΙΟΝ	ρυτάνϕον.	*rytaneium*
ΞΙΚΞ:ΝΞΔΚΩΔΞ	ἔδωκεν. σικει	*dedit Sige-*
ΕΓΣΙΝ	εῦσιν.	*is.*

Inſcriptio vetuſtiſſima in medio lapidis.

Φ'ΑΝΟΔΙΚΟ: ΕΙΜΙ: ΤΟ ΗΕ	Φανοδίκυ. εἰμὶ. τοῦ. ἑ	*Phanodici ſum filii He-*
ΟΚΟϘΠ Ο Τ :ΖΟΤΑϘΚΟΜ	ρμοκράτους. τοῦ. προκο	*rmocratis Procon-*
ΝΕΣΙΟ: ΚΑΓΟ: ΚΡΑΤΕΡΑ:	νησίου. κἄγω. κράτηρα.	*neſii, et ego Craterem,*
ΜΘΞΗ :ΙΑΚ :ΝΟΤΑΤΖΙΠΑΚ	κἀπίϛατον. καὶ. ἦθμ	*et Crateris baſin, et Co-*
ΟΝ: ΕΣ ΠΡΓΤΑΝΗΙΟΝ: Κ	ον. ἐς. πρυτάνειον. ἔ	*lum ad Prytaneum de-*
ΤΞΙΖ :ΑΜΞΝΜ :ΑΚΟΔ	δωκα. μνῆμα. σιγει	*di memoriae ergo Sige-*
ΕΓΣΙ:ΕΑΝ ΔΕ ΤΙ ΠΑΣΧ	εῦσι. ἐὰν. δέ. τι. πάσχ	*is, ſi quid vero pa-*
Ο Ξ :ΝΞΝΙΑΔΞΛΞΜ Ο	ω. μελεδαίνειν. ἐῶ.	*tiar curare me iubebo*
ΣΙΓΕΙΕΣ: ΚΑΙ ΜΕΠΟ	σιγϕεῖς. καὶ. μ'. ἐποί	*Sigeos, et me fe-*
ΙΑΚ :ΖΟΠΟΖΙΑ Η :ΝΞΙΞΞ	ησεν. ὁ Αἴσωπος. καὶ	*cit AEſopus, et*
Η ΑΔΕΛΦΟΙ.	οἱ ἀδελφοι	*fratres.*

Aliud breve eiusdem Scriptionis exemplum *Sam. Petitus* apud doctiſſimum *Nic. Fabr. Peireſcium* inter Siculos nummos offendit: ita autem habebat

Α Γ Α
Ϛ Η Α Κ Ο Θ

Dum autem haec typis mandantur, tandem ſeſe mihi obtulit ille *Harpocrationis* locus, ubi Didymus teſtatur Solonis leges βεβροφηλον ſcriptas fuiſſe: eſt autem in ὁ κάτωθεν νόμος. Ad harum autem Legum intellectum haud parum quoque conferre poſſunt *Cl. Salmaſii* ad Ius Atticum Obſervationes, quas commemorare obliti fueramus. Cur autem Leges Atticas ante Solonis Legislatoris Vitam collocaverimus, illud ipſum in cauſsa eſt, quo *Iac. Gronovius* permotus eumdem ordinem in hiſce *Meurſii* opuſculis iterum edendis ſervavit. Sed eius ipſiſsima verba hic lubenter deſcribemus: *Ipſe etiam Meurſius eo ordine indicat ſe diſpoſuiſſe ſuas lucubrationes, ut Solonem prius abſolverit. Nihilominus quum ante Solonem conſtet Athenis alias leges obtinuiſſe, non debui cunctari, quin praemittenda eſſet Themis Attica, praeſertim quum ea compoſita ſit per ſaturam, nullo ordinis, cuiuſquam nexu partes eius colligante.* Ex *Gronovii* verbis anſam adripio animadvertendi plures fuiſſe Athenienſium Legislatores, de quibus agitur a *Meurſio* cum *Lib. De Fortuna Attica Cap. I. & Lib. I. Them. Attic. Cap. I.* tum *Solonis Cap.* XIII.

SO-

Digitized by Google

SOLON

SIVE

DE EIVS VITA

LEGIBVS, DICTIS, ATQVE SCRIPTIS

LIBER SINGVLARIS.

Digitized by Google

VIRO ILLVSTRI, ET GENEROSO

CHRISTIANO THOMAEO

TANNERVPAE, ET STOGARDAE, DOMINO,
REGNI DANIAE CANCELLARIO,
ET CALLOI PRAESIDI REGIO,

SOLONEM

ISTVM

LEGVM ATTICARVM

AVCTOREM

LEGVM DANICARVM

CVSTODI

OBSERVANTIAE LONGE

MAXIMAE MONVMENTVM, QVAMQVAM EXIGVVM,

CONSECRABAM

IOANNES MEVRSIVS

SORAE DANORVM

AD DIEM XXI. MARTII cIↃ. IↃc. xxxii.

Digitized by Google

SOLON
SIVE
DE EIVS VITA
LEGIBVS, DICTIS, ATQVE SCRIPTIS
LIBER SINGVLARIS(a).

CAPVT PRIMVM.

Solon Plataeenſis, Smyrnaeus, Rhinocururenſis; & alius quidam incertus. Iulius, Solon cognomento. Eunoſtus, Solorum Cypriorum rex; & Iacobi Dalechampii de hoc error.

SOLONES plures exſtiterunt, quos commemorare obiter in principio operis libet. Fuit quidam Plataeenſis, cuius meminit Plutarchus inter Phocionis amicos in eius Vita. Οἱ δὲ Φωκίων, καὶ μετ' αὐτὸν τῶν φίλων οἱ παραμείναντες ᾦχοντο πρὸς Πολυπέρχοντα· καὶ συνεξῆλθον αὐτοῖς, χάριτι τῦ Φωκίωνος, ὁ Πλαταιεὺς Σόλων, καὶ Δείναρχος ὁ Κορίνθιος, ἐπιτήδειοι τῦ Πολυπέρχοντος εἶναι δοκοῦντες, καὶ συνήθεις. *Phocion autem, & amici, qui apud eum remanſerant, conceſſerunt ad Polyperchontem: quos Phocionis gratia comitati ſunt Solon Plataeenſis, & Dinarchus Corinthius, Polyperchontis neceſſarii, & familiares habiti.* Memoratur & Smyrnaeus, medicus profeſſione, ut videtur apud Plinium lib. xx. cap. xx. *Miror quare difficulter in Italia id naſci tradiderit Solon Smyrnaeus.* Citaturque libris pluribus ſubſequentibus. Fuit item Solon Rhinocururenſis, monachus, & deinde epiſcopus. Sozomenus Hiſt. Eccleſ. lib. vi. cap. xxx. Καὶ Ῥινοκυροῦρα δέ, οὐκ ἐπείσακτοις, ἀλλ' οἴκοθεν ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἐξ ἐκείνης διέπρεπεν. ὧν δὲ ἐνθάδε φιλοσοφεῖν ἐπυθόμην ἀρίστους ἔγνων, τόν τε Μέλανα τὸν καθ' ἐκεῖνον καιρὸν τῆς ἐκκλησίαν ἐπιτροπεύοντα· καὶ Διονύσιον, ὃς πρὸς Βορέαν τῆς πόλεως τὸ φροντιστήριον εἶχε· καὶ Σόλωνα τὸν Μέλανος ἀδελφὸν, καὶ τῆς ἐπισκοπῆς διάδοχον. *Rhinocurura vero, illo tempore viris piis non aliunde advocatis, ſed indigenis floruit: quorum optimos ſapientiae ſeſe ſtudio hic dediſſe intellexi. Novi Melanem, tunc Eccleſiae epiſcopum: & Dionyſium, monaſterium ad Septentrionem urbis moderantem: ac Solonem Melanis fratrem, ac ſucceſſorem in epiſcopatu.* Meminit eius iterum poſtea; ut Nicephorus Calliſtus lib. xi. cap. xxxviii. Nominatur etiam quidam in Inſcriptione antiqua, Operis Gruteriani pag. mcxxviii.

ΕΤΕΙΜΗΣΑΝ ΣΟΛΩΝΑ, ΚΑΙ ΑΦΗΝ, ΤΕΚΝΑ ΑΓΑΠΗΤΑ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΚΑΙ ΑΠΦΙΑ, ΦΙΛΟΚΑΛΟΣ, ΔΟΜΝΟΣ, ΜΝΗΜΗΣ ΧΑΡΙΝ.
HONORARVNT SOLONEM: ET HAPHEN, LIBEROS DILECTOS, SOCRATES, ET APPHIA, PHILOCALVS, DOMNVS, MEMORIAE ERGO.

Et Iulius quidam, Solon cognomento, legitur apud Xiphilinum in Commodo. Καὶ ἤδη τινὲς πάντα τὰ ὑπάρχοντα σφίσιν ἀναλώσαντες, βουλευταὶ ἐγένοντο· ὥστε καὶ λεχθῆναι ἐπὶ Ἰουλίου Σόλωνος ἀνδρὸς ἀφανεστάτου, ὅτι εἰς τὸ συνέδριον, τῶν ὑσίας στερηθεὶς ἐξωρίσθη. *Iamque multi, conſumtis omnibus facultatibus, in ordinem Senatorium cooptabantur: ita ut dictum ſit de Iulio Solone, homine ignobili, eum facultatibus ſuis ſpoliatum, in ſenatum eſſe relegatum.* Fuitque eius iterum mentio apud eumdem in Severo. Putarunt etiam viri docti Eunoſtum Solonem fuiſſe, Cypriorum regem,

(a) Quum nihil omittere animum induxerimus, quod ad noſtrae editionis elegantiam, & abſolutionem pertinere videretur, verba ipſa Graecorum Auctorum primigenia tractim atque opportune inſeruimus, quum ea *Meurſius* noſter, praeter ſuum morem, adſcribere ſuperſediſſet, Latine tantum verſa proferre in hoc libello contentus, quod quidem haud iniuria aut miratur, aut queritur *Iac. Gronovius Praefat. V. Volumin. Theſaur. Graecar. Antiquitat.* verbis, quae ſequuntur: *Sed quae repentina mutatio & nimis ingrata occurrit repente lectori, vel potius fluporem conciliat? Ille Meurſius qui ubique iſtam Graiae loquutionis dulcedinem melli ſuo intermiſcet, coepitne invidere genio legentis, & impedire voluit, quo minus eadem & gratiſſime experta ratione procederet? Exturbatis enim & inductis illis iucundiſſimis citationibus, prout auctorum ipſorum calami & manus meditationeſque propoſuerant, & ſic univerſo illo merae elegantiae ingenio expulſo, alieno omnia ſermone & plane doctam mentem non demerente contra Meurſiani laboris indolem enarrantur, quum vere Graeci, immo Attici viri miracula & eniteſcerent ſplendidius & ab lectore certius perciperentur, ſi popularis lingua iis ſe impenderet. Quid niſi hinc accidiſſe opinabimur, ut capite xxix. edatur quaſi ſcriptum ab optimo viro Solonem dixiſſe* leges aranearum tectis ſimillimas? *Sic nimirum Meurſius novit ἀράχνια! Sed amemus etiam* Ἑλλωτιαὶ *Solonem, prout habere licet, Latinum, non minus quam Romanos ſuo iſtoc Catone contentos fuiſſe teſtatur paroemia.*

Digitized by Google

inducti loco Athenaei lib. XIII. Αὕτη δὲ ἡ Θαὶς κ, μετὰ τὸ Ἀλεξάνδρου θάνατον, Πτολεμαίῳ ἐγαμήθη, τῷ πρώτῳ βασιλεύσαντι Αἰγύπτου· καὶ ἐγέννησεν αὐτῷ τέκνον, Λεοντίσκον, κ Λάγον. θυγατέρα δ, Εἰρήνην, ἣν ἔγημεν Εὔνος, ὁ Σόλων, ὁ ἐν Κύπρῳ βασιλεύς. Quae Iacobus Dalechampius ita vertit. *Haec ipsa vero Thais, post obitum Alexandri, Ptolemaeo, qui primus AEgypti regnum adeptus est, nupsit, ex eoque liberos concepit, Leontiscum, & Lagum, mares: filiam autem, Irenen; quae Solonis Eunosti, Cypriorum regis, uxor fuit.* Sed erroris eum ante iam redarguit vir insignis Isaacus Casaubonus. Certe meminit Eunosti huius, Solorum Cypriorum regis, Eustathius ad Iliad. ψ'. Ἦσαν δὲ κ Κύπριοι Σόλοι, ὧν ἱσορεῖται βασιλεὺς Εὔνος. *Erant vero etiam Cyprii Soli, quorum rex commemoratur Eunostus* (a). Sed clarissimus omnium noster, de quo nobis sermo deinceps instituetur.

CAP. II.

Genus eius nobilissimum. Pater vero Execestides; frater Dropides: a quo quartus Critias, unus de triginta: sextus, Plato. Filius ignoti nominis: &, per hanc occasionem, Thaletis cum Solone, de matrimonio contrahendo, liberisque procreandis dissertatio memorata: tum Solonis quoque dictum.

GEnus illi nobilissimum; & quod Codrum auctorem haberet. Et hoc e Plutarcho nobis manifestum est in eius Vita. Ἐξηκεστίδῃ γὰρ αὐτὸν ἅπαντες ὁμαλῶς γεγονέναι λέγουσιν, ἀνδρὸς ὑσίᾳ μὲν (ὡς φασι) κ δυνάμει μέσου τ πολιτῶν· οἰκίας δὲ πρώτης κατὰ γένος. ἦν γὰρ Κοδρίδης ἀνέκαθεν. *Execestide enim omnes ipsum (Solonem) uno ore genitum memorant; viro, uti ferunt, inter cives facultatibus, & potentia mediocri: sed familia primaria oriundo, quae ad Codrum se referret.* Diogenes Laertius eum a Neleo, & Neptuno ortum dicit in Vita Platonis lib. III. Ὁ δὲ Σόλων εἰς Νηλέα, καὶ Ποσειδῶνα ἀνέφερε τὸ γένος. *Solon autem ad Neleum, & Neptunum genus suum referebat.* Neleus vero, uti constat, Codri filius erat. Materno genere Pisistratum contingebat. Plutarchus loco citato. Τὴν δὲ μητέρα τοῦ Σόλωνος Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἱστορεῖ τ Πεισιστράτου μητρὸς ἀνεψιὰν γενέσθαι. *Matrem vero Solonis Heraclides Ponticus refert, Pisistrati matris propinquam fuisse* (b). Certe propinquum Pisistrato Solonem commorat etiam Diogenes Laertius in eius Vita lib. I. Ὁ δὲ οὐχ εἵλετο, ἀλλὰ κ Πεισίστρατον τ συγγενῆ, καθά φησι Σωσικράτης, προαιθόμενον, τὸ ἐφ' ἑαυτῷ διεκωλύτευν. *Ipse vero non admisit: verum etiam Pisistratum, genere propinquum, ut ait Sosicrates, quum idipsum praesentiret, pro virili prohibuit.* Patrem illi ex Philocle quodam retulit Didymus Euphorionem; quum Scriptores ceteri omnes consensu Execestidem dicant. Plutarchus. Δίδυμος ὁ γραμματικὸς, ἐν τῇ περὶ τ ἀξόνων τ Σόλωνος ἀντιγραφῇ πρὸς Ἀσκληπιάδην, Φιλοκλέους τινὸς τέθεικε λέξιν, ἐν ᾗ τ Σόλωνα πατρὸς Εὐφορίωνος ἀποφαίνει, παρὰ τ τ ἄλλων δόξαν ὅσοι μέμνηται Σόλωνος. Ἐξηκεστίδην γὰρ αὐτὸν ἅπαντες ὁμαλῶς γεγονέναι λέγουσιν. *Didymus grammaticus* (c) *testimonium citat Philoclis cuiusdam, quo Solonis patrem ostendit Euphorionem: contra omnium, quotquot eius meminerunt, opinionem. Nam consensu dicunt cuncti, Execestidae eum esse.* Sane Execestidem dicunt, praeter Plutarchum, etiam Diogenes Laertius in eius Vita, Suidas in Σόλων, Proclus in Timaeum Platonis, AElianus Var. Hist. lib. VIII. cap. XVI. Lucianus in Dialogo Menippi, & AEaci, & Stobaeus Ecloga XXIX. Memoratur etiam Execestides quidam apud Aristophanem Avibus; semel, atque iterum: Sed is alius ab isto, ut ex Scholiaste liquet, qui videndus. De matre nihil aliud constat quam Pisistrati propinquam, ut ostendi, hanc fuisse: nomen eius, nemo tradit. Frater ipsi, Dropides (d) fuit. Diogenes Laertius in Vita Platonis lib. III. Τὸ γένος ἀνέφερεν εἰς Σόλωνα. τούτου γὰρ ἦν ἀδελφὸς Δρωπίδης. *Genus suum ad Solonem referebat. Huius enim frater erat Dropides.* Libanius Declam. XXVI. Δρωπίδῃ τῷ Σόλωνος ἀδελφῷ. *Dropidae, qui Solonis frater.* Proclus in Timaeum Platonis. Ἐξηκεστίδου παῖδες ἐγένοντο, Σόλων, καὶ Δρωπίδης. *Execestidae filii fuerunt, Solon, & Dropides.* Et hic ipse etiam post Solonem fratrem archon fuit. Philostratus in Critia Sophist. lib. I. Εἰς Δρωπίδην δ' ἀναφέρων, ὃς μετὰ Σόλωνα Ἀθηναίων ἦρξεν. *Ad Dropidem genus referebat, qui Atheniensium post Solonem archon fuit.* Atque ab eo quartus Critias, unus e triginta tyrannis Atheniensium: ita ut illius iste proavus fuerit. Nam ipse Critias apud Platonem in Timaeo ita de semet testatur. Ἦν μὲν οὖν οἰκεῖος κ σφόδρα φίλος ἡμῖν Δρωτίδου τοῦ προπάππου. *Cum illo enim magna intercedebat necessitudo, & amicitia, Dropidae, proavo nostro.* Et particulatim ostendit Libanius Declam. XXVI.

Οὐ

(a) Scriptor Anonymus Vitae Arati Solonis Lindii meminit: Ἄρατος πατρὸς μὲν Ἀθηνοδώρου, μητρὸς δὲ Λωοδώρας (Achilles Tatius Λητοφίλας) ἐκ Σόλων τῆς Κιλικίας. ὠνόμασαι δὲ ἡ ἀπὸ Σόλωνος τοῦ Λινδίου· ἔστι δὲ ἡ νῦν πομπηϊόπολις. Verum haec vox Λινδίου *Menagio* valde mendi suspecta est, & pro ea reponendum lubenter credit Ἀθηναίου. Λινδίου ab Ἀθηναίου si formam litterarum potius, quam sonum spectes, non ita longe abit. *Eustathius* tamen in Dionysii, Περιήγησιν ait nonnullos existimare Solos Ciliciae a Rhodiis conditos fuisse: est autem Lindos, urbs in Rhodo. Alius quoque Solon gemmarum caelator fuit, ut videre est in tribus Gemmis quae habentur in *Museo Florentino Tom. II. Tabb.* Item in Gemma, quam exhibet *Ful. Vrsinus* in *Imaginibus illustrium Virorum*: qui tamen fallitur, dum censet Inscriptionem illam ΣΟΛΩΝΟΣ, virum, quem imago refert, non artificem significare: cuius vestigiis pariter lapsus inhaesit *Iac. Gronovius Tom. II. Thes. Graecar. Antiquit.* qui ulterius progressus Aspasiam repraesentari in alia gemma adserere non dubitavit, quum scalptoris nomen in eadem occurrisset ΑΣΠΑΣΙΟΥ. Manifeste enim Pallas Minerva in ea gemma a perito artifice exhibetur, ut ex insignibus eminet: non Aspasia illa Socratis magistra, cuius apud *Platonem* mentio. An autem idem Caelator gemmas eas scalpserit, an diversi Solones illi caelatores exstiterint, in medium relinquimus.

(b) Vertendum esset: *Consobrinam*.

(c) Deest: *In Tabularum Solonis Breviario, quod ad Asclepiadem scripsit*.

(d) De hoc agit *Meursius Lib. I. De Archont. Athenienf. Cap. XIII.*

Digitized by Google

ὐ γάρ ἐςιν ὅτε ἐπαυσάμην λέγων, Κριτία, Καλλαίχρου παῖ; εἶ, τῦ Κριτίυ, τῦ Δρωπίδυ. *Neque enim unquam dicere ceſſabam; Critia, Callaeſchri filius es, qui Critiae, qui Dropidae.* Plato vero ab eo ſextus, per Periction em matrem. Diogenes in eius Vita. Πλάτων, Ἀρίςωνος καὶ Περικτιόνης, ἢ Ποτώνης, Ἀθηναῖος (a), ἥτις τὸ γένος ἀνέφερεν εἰς Σόλωνα. τύτυ γὰρ ἦν ἀδελφὸς Δρωπίδης, οὗ Κριτίας, οὗ Κάλλαισχρος, οὗ Κριτίας, ὁ τῶν τριακοντα, καὶ Γλαύκων, οὗ Χαρμίδης καὶ Περικτιόνη, ἧς καὶ Ἀρίςωνος Πλάτων, ἕκτος ἀπὸ Σόλωνος. *Plato, Ariſtonis, & Periction es, ſive Potones, filius, Athenienſis: quae (Periction e) a Solone genus ducebat. Eius enim frater erat Dropides , huius Critias, huius Callaeſchrus, huius Critias, unus de triginta tyrannis; item Glaucon; huius Charmides, & Periction e: e qua, & Ariſtone, Plato, ſextus a Solone.* Vbi obiter, quod iam dixi Critiam ab eo quartum obſerva. Et utrumque repraeſentat Proclus quoque in Timaeum. Ἡ μὲν ἱςορία ἡ κατὰ τὸ Σόλωνος γένος, καὶ τῦ Πλάτωνος ὡρὸς αὐτὸν συγγένειαν, τοιαύτη τίς ἐςιν. Ἐξηκες ίδυ παῖδες ἐγένοντο Σόλων καὶ Δρωπίδης, καὶ Δρωπίδου μὲν, Κριτίας, οὗ μνημονεύ καὶ Σόλων ἐν τῇ ποιήσει, λέγων.

Εἰπέμψαι Κριτίῃ ξανθότριχι πατρὸς ἀκύειν·
Οὐ γὰρ ἁμαρτινόῳ πείσετο ἡγεμόνι.

Κριτίυ δὲ Κάλλαισχρος, καὶ Γλαύκων, Καλλαίχρου ἦ ἂν Κριτίας ἕτος· δηλοῖ ἦ ὁ ἐν Χαρμίδῃ Κριτίας, ὁ Γλαύκωνα, ὁ Χαρμίδυ πατέρα, θεῖον ἑαυτῦ καλῶν. Γλαύκωνος δὲ Χαρμίδης, καὶ Περικτιόνη. τ δὲ Περικτιόνης, ὁ Πλάτων. *Hiſtoria de Solonis genere, & Platonis cum ipſo cognatione, hunc in modum ſeſe habet. Execeſtidae filii erant, Solon, & Dropides; ac Dropidae quidem rurſum Critias, cuius meminit in Poeſi ſua Solon, dicens:*

Dic Critiae flavicomo, ut patrem audiat:
Neque enim mente erranti obediet duci.

Critiae vero, Callaeſchrus, & Glaucon; Callaeſchri rurſum, Critias hic: idque ipſe in Charmide Critias manifeſtum facit, Glauconem, Charmidae patrem, avunculum (c) ſuum adpellans. Glauconis vero, Charmides, & Periction e: Periction es autem, Plato. Atque haec de patre, matre, item fratre. Filium item unum habuit, cuius nomen non expreſſum. Obſervo ex eo, quod narratur in hunc modum. Quum Miletum ad Thaletem acceſſiſſet, atque huic dixiſſet ipſe, ſe mirari, cur non nuptiis, liberiſque operam daret: ac Thaletem in praeſens quidem tacuiſſe: verum poſtea aliquanto peregrinum ſubornaſſe

A ſe, qui Athenis ſe venire, & iam decimum diem eſſe, ex quo inde diſceſſiſſet, memoraret; &, Solone interrogante, ecquid novi inde adferret; illum, ut edoctus erat, Nihil aliud, reſpondiſſe, quam quod adoleſcens quidam efferretur, cuius funus tota civitas deduceret: ſiquidem, ut ferebatur, viri clari, & virtute inter cives ſuos primi, filius eſſet: patrem vero iam ab aliquo longo tempore peregre profectum eſſe. Ad quae Solon, quum eum infelicem diceret, & per-
B cunctaretur nomen, iſque audiſſe fateretur, ſed oblitum ſeſe diceret: at hoc unum meminiſſe, ſapientia, & iuſtitia maiorem in modum celebrari: graviter perculſus animo, nomen ipſe ſuum ſuggerit, & interrogat, an Solonis filius eſſet; atque ipſo adnuente, vehementer ſe adflixit. Sed Plutarchum haec narrantem audiamus. Πρὸς Θαλῆν δ' εἰς
C Μίλητον ἐλθόντα τὸν Σόλωνα, θαυμάζειν ὅτι γάμυ καὶ παιδοποιίας τὸ παράπαν ἠμέλησε· καὶ τ Θαλῆν τότε μὲν σιωπῆσαι, διαλιπόντα δ' ὀλίγας ἡμέρας, ἄνδρα παρασκευάσαι ξένον, ἀρτίως ἥκειν φάσκοντα δεκαταῖον ἐξ Ἀθηνῶν. πυθομένυ δὲ τοῦ Σόλωνος εἰ δή τι καινὸν ἐν ταῖς Ἀθήναις, δεδιδαγμένον ἃ χρὴ λέγειν τ ἄνθρωπον, ὐδὲν εἰπεῖν ἕτερον, εἰ μὴ νὴ Δία νεανίσκυ τινὸς ἦν ἐκφορὰ, καὶ
D προὔπεμπεν ἡ πόλις. ἦν γὰρ υἱὸς (ὡς ἔφασαν) ἀνδρὸς ἐνδόξυ, καὶ πρωτευόντος ἀρετῇ τ πολιτῶν. οὐ παρῆν δὲ, ἀλλ' ἀποδημεῖν ἔφασαν αὐτὸν ἤδη πολὺν χρόνον. ὡς δυσχεῖς ἐκεῖνος, φάναι τ Σόλωνα· τίνα δ' ὠνόμαζον αὐτόν; Ἤκυσα, φάναι, τὸ ὄνομα, τ ἄνθρωπον· ἀλλ' ὐ μνημονεύω, πλὴν ὅτι πολὺς λόγος ἦν αὐτῦ σοφίας, καὶ δικαιοσύνης· ὕτω δὴ καθ' ἑκάςην ἀπόκρισιν τῷ φόβῳ προσαγόμενον τ Σόλωνα, καὶ τέλος ἤδη συντεταραγμένον μὴ Σόλωνος, ὁ τεθνηκὼς, υἱὸς ὠνομάζετο, φήσαντος δὲ ἀνθρώπυ, τὸν
E μὲν ὁρμῆσαι παίειν τὴν κεφαλὴν, καὶ τἄλλα ποιεῖν καὶ λέγειν ἃ συμβαίνει τοῖς περιπαθῶσι. τ δ' Θαλῆν ἐπιλαβόμενον αὐτῦ, καὶ γελάσαντα, ταῦτά τοι (φάναι) ὦ Σόλων, ἐμὲ γάμυ καὶ παιδοποιίας ἀφίςησεν, ἃ καὶ δ' κατερέπει τ ἐρρωμενέςατον. ἀλλὰ θάρρει τ λόγων ἕνεκα τύτων, ὐ γάρ εἰσιν ἀληθεῖς. *Quum profectus eſſet Miletum ad Thalem, Solon; aiunt mirum ſibi eum dixiſſe videri, quod nuptias, & ſobolis procreationem omnino negligeret: Thalem autem in praeſentia quidem tacuiſſe, aliquot vero dierum intervallo ſubornaſſe peregrinum quemdam, qui modo decimo die Athenis profectum ſe diceret. Quaerente Solone, numquid Athenis novi eſſet; hominem, quae diceret edoctum, nihil, reſpondiſſe, aliud, niſi ſane, quod adoleſcens efferretur, & proſequeretur*

Meurſii Tom. II.

F

(a) Editio *Laertii* Amſtelaedamenſis anni MDCXCII. ita habet: Πλάτων &c. ἥτις τὸ γένος ἀνέφερεν εἰς Σόλωνα, Ἀθηναῖος.

(b) Obſcura eſt haec interpretatio, & alium ſenſum praefert, quam revera *Diogenes* ingerere voluerit. Critias enim Dropidae non frater erat, ſed filius. Vertendum igitur: *Eius enim frater erat Dropides, cuius filius Critias, huius Callaeſchrus, &c.*

(c) Tantum hic peccatum interpretem peccaviſſe, mirari ſubit. Quum enim *Proclus* diſerte dicat Critiae ſenioris Callaeſchrum & Glauconem filios fuiſſe, reliquum eſt ut Glaucon Critiae iunioris patruus fuerit, non avunculus. Siquidem Critias iunior Callaeſchri filius erat. Iſtuc ipſum ad hunc Procli locum olim, aliaque etiam, adnotaveram, quum Platonis vitam ſcribere adgreſſus, eam prope ad umbilicum deduxeram: qui quidem codex mihi in itinere Gallico intercep-

tus fuit, quo in regno aliae meae etiam in Platonicam Theologiam Commentationes perierunt. Ceterum eruditiſſimus *Ant. Maria Salvinius* fraudi Interpreti fuiſſe putabat, ipſum natione Gallum exſtitiſſe. Apud Gallos enim vernaculo ſermone *Oncle*, quod ex *avunculo* factum eſt, pro *avunculo* & *patruo* indifferenter uſurpatur, ut apud nos Italos *Zio* θεῖος. Horum autem mihi renovavit memoriam editio Diogenis Laertii Amſtelaedamenſis anni MDCXCII., cuius exemplar *Salvinius*, ille Praeceptor meus, mihi, adhuc eius diſcipulorum ſubſellia terenti, commodaverat, & in cuius ora huiuſmodi quaedam mea manu adnotaveram. Illud nunc Nobiliſſimus Vir *Gabriel Riccardius*, Marchio, poſſidet una cum alia univerſa memorati Salvinii Bibliotheca, a ſe emta, & editionis illius uſum mihi liberaliter conceſſit.

Digitized by Google

funus tota civitas. Nam erat, ut ferebatur, clari viri filius, & virtute inter cives primi. Nec aderat ille, sed longo iam spatio dixerunt eum peregre esse. O hominem infortunatum, dixisse Solonem. Quodnam ferebant eius nomen? Audivi equidem, inquit, nomen, homo; sed excidit mihi: memini tantum, multam habitam mentionem eius sapientiae, & iustitiae. Ita scilicet admoto ad singulas interrogationes metu; Solonem tandem commotum, ipsum hospiti suggessisse nomen, ac requisisse, Solonisne ille defunctus esset filius. Quo adnuente, coepisse illum caput caedere, aliaque & facere, & dicere, quae maerore oppressi adsolent. Tum Thalem, represso Solone, ridentem dixisse; at haec me, Solon, a connubio deterruerunt, & a liberis tollendis; quae te etiam infringunt, virum constantissimum. Te vero nihil hic nuntius moveat, quum non sit verus. Narrat rem eamdem in hunc modum Ioannes Tzetzes Var. Hist. Chil. v. cap. v.

Θαλῆς δ' ὢν φίλος Σόλωνος ἄζυγα ζῶν τὸν βιὸν,
Πολλάκις συνωθεῖτο μὲν τῷ Σόλωνι πρὸς γάμον.
Θαλὴς ὃ συνεσκεύασέν τινα τῶν Μιλησίων,
Ὡς ἐκ τῶν Ἀθηνῶν αὐτοῖς ἄρτι πεφοιτηκέναι.
Σόλων δ' ἠρώτησεν αὐτὸν μήτι κενὸν συνέβη;
Ὁ δ' εἶπε, νέως τέθνηκε πατρὸς ἀποδημοῦντος,
Ἡ πόλις ὃ προέπεμπε πᾶσα τὴν νεκυίαν.
Τῷ Σόλωνος ἐπόνῳ ὃ, μὴ Σόλωνος ἦν ἄρα,
Κακείνῳ καὶ ἐπόνῳ ὃ, Σόλωνος παῖς ὁ νέος.
Ὁ Σόλων ἄρχεται θρηνεῖν, καὶ κατασπᾷν τὴν κόμην.
Θαλῆς δ' εὐθὺς σὺν γέλωτι περιβαλὼν τὸν ἄνδρα,
Ἐμόν, φησι, τὸ σκεύασμα, πάνυ δακρύων, Σόλων.
Ταῦτα μὲ ἀπεσέρησε γάμου καὶ παιδοργίας
Ἃν νῦν κἀγὼ σὲ τὸν Σόλωνα τὸν μέγαν καταβάλλω.

Thales, amicus exsistens Solonis, caelibem agens vitam,
Saepe impellebatur quidem a Solone ad nuptias.
Thales vero instruxit quemdam Milesium,
Veluti qui Athenis recens ipsis advenisset.
Solon autem interrogavit eum, ecquid novi accidisset;
Atque ille dixit; filius obiit patris peregre profecti,
Civitas vero deducebat universa funus iuvenis.
Quumque Solon diceret: an non Solonis erat?
Atque ille adfirmaret, Solonis filium illum iuvenem fuisse.
Coepit eiulare Solon, & evellere comam.
Tum statim Thales, cum risu complexus virum,
Meum, inquit, commentum est; desine flere Solon;
Haec me privarunt nuptiis, & liberorum generatione,
Quae te, Solonem illum magnum, deiiciunt,

Huc pertinet illud apud Diogenem Laertium. Καὶ αὐτόν φησι Διοσκουρίδης ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν (a), ἐπειδὴ δακρύοι τὸ παῖδα τελευτήσαντα, ὃν ἡμεῖς οὐ παρελήφαμεν, πρὸς τὸν ἐπόνταν, ἀλλ' οὐδὲν ἀνύτεις, εἶπεν, Δι' αὐτὸ ὃ τοῦτο δακρύω, ὅτι οὐδὲν ἀνύτω. *Et ipsum refert Dioscorides in Memorabilibus, quum fleret filium dictum (b), de quo nihil nos accepimus dicenti: Atqui nihil proficis; respondisse, imo vero, ideo fleo, quod nihil proficiam.* Stobaeus Sermone CXXI. Σόλων ἀποβαλὼν υἱὸν ἔκλαυσεν· ἐπόντῳ δέ τινι πρὸς αὐτὸν, ὡς οὐδὲν προὔργου ποιεῖ κλαίων. διὰ αὐτὸ γάρ τοι τοῦτο, ἔφη, κλαίω. *Solon, amisso filio flebat. Et quum quidam diceret, nihil eum flendo proficere; atqui, inquit, ob hanc causam fleo.*

CAP. III.

Eius patria, statuaque Salamine. Etymologici error. Fortunae, studiumque mercaturae.

DE patria controverti video apud Auctores. Diogenes Laertius Salaminium eum dicit in eius Vita. Σόλων Ἐξηκεστίδου Σαλαμίνιος, πρῶτον (c) μὲν τὴν σεισάχθειαν εἰσηγήσατο Ἀθηναίοις. *Solon Execestidae filius, Salaminius, primum quidem Atheniensibus novas tabulas induxit.* Et huc pertinet, quod in foro Salamine eius quoque statua (d) fuerit dedicata a Salaminiis, tamquam civi praestantissimo, & praeclarissimo natalis soli sui ornamento. Quin & ipse hac de causa, quum in Cypro diem obiret, transferri in Salaminem ossa, ac in cinerem redacta spargi illic voluisse, videri potest. Qua de re nos infra agemus capite ultimo. Censeo vero, natum quidem Salamine; qua occasione autem, id non liquet. Sed parentes quum Athenienses essent, inde translatus Athenas, vitam hic deinceps egit. Vnde factum, ut Atheniensis esse diceretur (e). Et sic Thales in Epist. apud Diogenem. Ἢ γὰρ ἂν οὐ φρενήρεες εἴημεν ἐγώτε, κἠ Σόλων ὁ Ἀθηναῖος; *Sane enim an non dementes essemus, ego, & Solon Atheniensis?* Herodotus lib. 1. Καὶ ὃ καὶ Σόλων, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὃς Ἀθηναίοισι νόμους κελεύσασι ποιήσας, ἀπεδήμησε ἔτεα δέκα. *Ac sane Solon, vir Atheniensis, qui quum leges Atheniensibus iubentibus tulisset, annos decem peregrinatus est.* Ausonius in Sapientum dictis.

Expectare Solon finem iubet, ortus Athenis.

Cicero De Divinat. lib. 1. *Alii autem in Repub. exercitati, ut de Atheniensi Solone accepimus, orientem tyrannidem multo ante prospiciunt.* Suidas. Σόλων Ἐξηκεστίδου, Ἀθηναῖος, φιλόσοφος, νομοθέτης, καὶ δημαγωγός. *Solon, Exe-*

(a) Hic liber *Vossii* diligentiam fugit.
(b) Vertendum *mortuum*, vel adiiciendum.
(c) Sunt, qui legant Πρῶτος, ut *Ambrosius Camaldulensis*. Consulendus *Is. Casaubonus*.
(d) Statuas Soloni, Viro meritissimo, fuisse antiquitus dedicatas, argumento quoque fuerit Procope Solonis marmorea, quae in Mediceo Cimeliarchio adservatur, & quam nos in Tabula huic libello praefixa exhibemus, numquam antea editam. Consule inferius *Cap. XXX.*
(e) Haec sententia *Thom.* quoque *Stanleio* adridet, nec ab *AEg. Menagio* improbatur.

Digitized by Google

Execestidae filius, Athenienſis, Philoſophus, Legislator, & populi ductor. Videndum etiam eſt Antipatri Epigr. quod habetur Anthолog. lib. III. cap. XXXIII. (a) Denique Athenienſem ipſe quoque ſe dicit in Elegia de Salamine recuperanda, e qua diſtichon iſtud a Diogene producitur:

Εἴην δὲ τότ' ἐγὼ Φολεγάνδριος ἢ Σικινίτης.
Ἀντὶ γ' Ἀθηναίης. Πατρίδ' ἀμειψάμενος.

Vtinam ſane ego tunc eſſem Pholegandrius, aut Sicinites,
Pro Athenienſi, patria commutata.

Sed Auctori Etymologici quid faciemus, qui hunc Cilicem eſſe dicit? Ecce verba. Σόλοικοι, οἱ βάρβαροι, ἀπὸ Σόλωνος Κίλικος. *Soloeci, barbari, a Solone Cilice.* Manifeſte nugatur, neque eſt refutare opus (b). Ac de patria quidem eius, iſta mihi obſervata; nunc fortunas videamus. Eae quidem nullo modo pro familia tam illuſtri ſuppetebant. Ariſtoteli inter cives mediocres numeratur Polit. lib. IV. cap. XI. Σημεῖον δὲ δεῖ νομίζειν, καὶ τὸ τὺς βελτίσυς νομοθέτας εἶναι τῶν μέσων πολιτῶν. Σόλων τε γὰρ ἦν τούτων (δῆλον δ' ἐκ τ' ποιήσεως.) *Argumentum autem exiſtimandum eſt, optimos legumlatores eſſe ex numero mediocrium civium; nam & Solon ex his erat, idque ex poeſi eius manifeſtum.* Sed hanc mediocritatem de potentia, non de opibus intelligo; quippe, quod ad illas attinet, infra mediocres erat; & ſe ipſe inter pauperes recenſet in poeſi illa ipſa, cuius meminit Ariſtoteles. Ecce enim tibi iſtam a Plutarcho, qui ſic exhibet. Ὅτι δ' αὐτὸν ἐν τῇ τῶν πενήτων μερίδι μᾶλλον, ἢ τῇ τῶν πλουσίων ἔτατλε, δῆλόν ἐσιν ἐκ τούτων.

Πολλοὶ γὰρ πλουτεῦσι κακοὶ, ἀγαθοὶ δὲ πένονται.
Ἀλλ' ἡμᾶς αὐτοῖς οὐ διαμῴψόμεθα·
Τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον. ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδόν ἐσι,
Χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλ' ὅτε ἄλλος ἔχει.

Nam quod in pauperum ſe potius numero, quam opulentorum reponeret, ex hiſce liquet:
Multi ſane mali opulenti ſunt, boni vero egeni;
Sed nos iſtis non permutabimus
Virtute divitias; quandoquidem illa ſemper firma eſt,
Opes vero hominum alias alius habet.

Lucianus in Scytha, ubi de Solone agit. Ἔστι σοφὸς ἀνὴρ ἐνταῦθα, ἐπιχώριος μὲν, ἀπεδημήσας δὲ μάλα πολλὰ ἔς τε Ἀσίαν, καὶ ἐς Αἴγυπτον, καὶ τοῖς ἀρίστοις τῶν ἀνθρώπων συγγενόμενος, τὰ ἄλλα οὐ τῶν πλουσίων, ἀλλὰ καὶ κομιδῇ πένης. *Eſt hic vir ſapiens, & indigena, ſed qui multum peregrinatus, cum in Aſiam, tum in AEgyptum ſit profectus, ac cum optimis quibuſcumque hominum converſatus; cetera, non inter divites, ſed maiorem in modum pauper.* Manuel Palaeologus Orat. X. Νομοθέτης Ἀθηνῶν ἐστὶ, Σόλων προσαγορευόμενος τ', ἐν ταῖς χρυσαῖς Ἀθήναις θαυμαζόμενος, θαυμαστῶν τῷ τηνικαῦτα γεμούσαις ἀνδρῶν, οὐ τῷ χρυσὸν κεκτῆσθαι, οὐ χορηγεῖν, οὐδὲ γὰρ ἦ ἐκείνῳ πολύς χρυσὸς, οὐδέ γε πρῦργου τ' ἀργύριον. *Erat hic Athenienſis ille legislator, cui nomen Solon, quem Athenis illis aureis homines admirabantur, non quod aurum poſſideret, aut ſuppeditaret; neque enim auro ille abundabat, nec argentum in pretio habebat.* Et profecto, unde, quaeſo, opes illi amplae eſſent, cui pater, ut potentia in republ. ſic divitiis mediocris? En Plutarchi tibi verba. Ἐξηκεσίδου γὰρ αὐτὸν ἅπαντες ὁμαλῶς γεγονέναι λέγουσιν, ἀνδρὸς οὐσίᾳ μὲν (ὡς φασι) καὶ δυνάμει μέσου τῶν πολιτῶν. *Omnes enim uno ore Execestidae filium dicunt, viri opibus, & potentia inter cives mediocris.* Et has ipſas, quamquam mediocres, opes multum attriverat comitate, & beneficentia; unde & Solon, ab aliis ſumere, quamquam large offerentibus, erubeſcens, tamquam ex ea domo natus, quae aliis ſubvenire ſueta, adhuc admodum adoleſcens, mercaturae ſe adplicuit. Etiam hoc Plutarchus tradit. Ὁ δ' ὖν Σόλων, ἡ οὐσίαν τῷ πατρὸς ἐλαττώσαντος εἰς φιλανθρωπίας τινὰς (ὡς φησιν Ἕρμιππος) καὶ χάριτας ἐκ ἂν ἀπορίσας τῶν βουλομένων ἐπαρκεῖν, αἰδήμων δὲ λαμβάνειν παρ' ἑτέρων, ἐξ οἰκίας γεγονὼς εὐσεβοῦς ἐσιμένης ἑτέροις βοηθεῖν, ὥρμησε νέος ὢν ἔτι πρὸς ἐμπορίαν. *Igitur Solon, quum facultates ſuas pater munificentia, ut ait Hermippus, & largitionibus attriviſſet, nec deeſſent, qui vellent ei neceſſaria ſuppeditare, erubeſcens accipere ab aliis, quod ex ea natus eſſet domo, quae ſuccurrere conſueviſſet aliis, contulit ſe etiamnum adoleſcens ad mercaturam.*

CAP. IV.

Doctrinae ſtudium, & eloquentiae, ſapientiaeque. Ac primus ſophiſta dictus, & inter ſeptem Sapientes numeratus.

ALii peregrinatum tradunt, non ut quaeſtum ullum faceret, ſed doctrinam compararet; ac diſcendi adeo cupidum fuiſſe, ut, aetate quum provectior etiam eſſet, diceret, ſe ſeneſcentem multa diſcere. Plutarchus. Καί τοι φασὶν ἔνιοι, πολυπραγμοσύνης ἕνεκα μᾶλλον καὶ ἱστορίας, ἢ χρηματισμοῦ πλανηθῆναι τὸν Σόλωνα. σοφίας μὲν γάρ ἦν ὁμολογουμένως ἐραστὴς, ὃς γε καὶ πρεσβύτερος ὢν, ἔλεγε γηράσκειν ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος. *Quamvis alii dicant multarum rerum uſus, & cognitionis potius gratia, quam quaeſtus, Solonem per orbem vagatum fuiſſe. Erat enim ſapientiae ex profeſſo amator; quippe qui vel gravis iam aetate diceret; ſeneſcere ſe multa in dies addiſcentem.* Eſtque iſtud eius dictum, longe ſane celebratiſſimum. Plato in Amatoribus. Τί δ' ἄλλο γε, ἢ κατὰ τὸν Σόλωνα; Σόλων γάρ που εἶπε, Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασ-

(a) Athenienſem quoque dicit *Pauſanias* in *Phocicis*, & *Sidonius Apollinaris* in *Epithalamio Polemii & Aranеolae*.

(b) Non ſtatim Auctorem Etymologici nugacitatis inſimularem; quum enim diu in Cilicia commoratus ſit Solon, inde factum eſſe exiſtimat *Menagius*, ut Cilix eſſe diceretur. Pluria exempla hic congerere poſſem eiuſmodi patriae varietatis in Scriptoribus occurrentis: ſaepe enim eidem perſonae certis de cauſis, non una, ſed plures patriae adſeruntur, quod late exſequitur, & oſtendit *Io. Ionſius Lib. I. Hiſt. Script. Hiſt. Philoſ. Cap. II.*

Digitized by Google

σκώπτω. *Quid aliud vero, niſi quod ſenſit Solon? Solon enim alicubi dixit: Seneſco vero ſemper multa diſcens.* Iterum de Repub. lib. VII. Σόλωνι γὰρ ὐ πᾴσεον, ὡς γηράσκων τις, πολλὰ δυνατὸς μανθάνειν. *Nec Soloni eſt credendum; Hominem ſeneſcentem poſſe in dies multa diſcere.* Cicero de Senectute. *Quid, quod etiam (Senes) addiſcunt aliquid? ut Solonem verſibus gloriantem videmus, qui ſe quotidie aliquid addiſcentem ſenem fieri dicit.* Et huc reſpexit Dion Chryſoſtomus Orat. XVIII. Καὶ γὰρ τῶν παλαιῶν οἱ ἄριστοι, ὐ μόνον ἀκμάζειν μανθάνοντες, ἀλλὰ καὶ γηράσκειν ἔφασκον. *Quippe inter veteres optimi quique non ſolum adoleſcere, ſed etiam ſeneſcere ſe dixerunt diſcendo.* Commemorat hoc ipſum etiam Valerius Maximus, & alterum addit lib. VIII. cap. VII. *Iam Solon, quanta induſtria flagraverit, & verſibus complexus eſt, quibus ſignificat ſe quotidie aliquid addiſcentem ſeneſcere; & ſupremo vitae die confirmavit. Quum adſidentibus amicis, & quadam de re ſermonem inter ſe conferentibus, ſatis (a) iam preſſum caput erigeret; interrogatuſque (b) quapropter id feciſſet, reſpondit; ut, quum iſtud, quidquid eſt, de quo iam diſputatis, percepero, moriar.* Occurrit idem apud Ioannem Salisberienſem de Nugis Curialium lib. VIII. cap. XIII. Quod poſtremum iſtud adtinet, aliqui narrant, hoc dixiſſe, quum nepotem carmina Sapphus decantantem audiviſſet. Stobaeus Serm. XXIX. Σόλων ὁ Ἀθηναῖος Ἐξηκεστίδῃ, παρὰ πότον τῷ ἀδελφιδῷ αὐτῷ μέλος τι Σαπφῦς ᾄσαντος, ἥσθη τῷ μέλει, καὶ προσέταξε τῷ μειρακίῳ διδάξαι αὐτόν. ἐρωτήσαντος δέ τινος, διὰ ποίαν αἰτίαν τοῦτο ἐσπούδασεν, ὁ δὲ, ἔφη, ἵνα μαθὼν αὐτὸ, ἀποθάνω. *Solon Athenienſis Execeſtidae, quum eius nepos ex fratre inter pocula carmen quoddam Sapphus cecinisſet, delectatus eo, docere illud ipſum iuſſit. Quum autem interrogaſſet quispiam, curnam iſthoc? nempe, ait, quum didicero, ut e vita diſcedam.* Neque eloquentiae ſtudium, aut ſapientiae inſuper habuit; atque in eloquentia quidem tantam laudem eſt conſequutus, ut & inter eloquentes numerandum cenſeat Cicero De Orat. lib. I. *Iam vero de legibus inſtituendis, de bello, de pace, de ſociis, de vectigalibus, de iure civium generatim in ordines, aetateſque deſcripto, dicant vel Graeci, ſi volunt, Lycurgum, aut Solonem (quamquam illos quidem cenſemus in numero eloquentium reponendos) ſciſſe melius, quam Hyperidem, aut Demoſthenem.* Itaque inter Oratores, ſed ingenuos, ac veros, collocat Dion Chryſoſtomus Orat. XXII. Ἀριστείδην μὲν γὰρ, ὐ Λυκοῦργον, ὐ Σόλωνα, καὶ Ἐπαμινώνδαν, ὐ εἴ τις ἕτερος τοιοῦτος, φιλοσόφους ἐν πολιτείᾳ θετέον, ἢ ῥήτορας, κατὰ γε ταύτην καὶ ἀληθῆ ῥητορικήν. *Ariſtidem vero & Lycurgum, & Solonem, & Epaminondam, ac ſi quis alius talis fuit, in repub. Philoſophos cenſeri oportet, aut oratores, ſecundum ingenuam, & veram rhetoricen.* Ariſtides Or. Plat. II. Καί τοι Σόλων τὰ μὲν εἰς Μεγαρέας ἔχοντα ᾄσαι λέγεται, τὸς δ' νόμος ὐκ ἤδε περιών. ἀλλὰ τὸς λόγος τὸς ὑπὲρ τῶν εὐπόρων πρὸς τὸν δῆμον, οὐδὲ τοὺς ὑπὲρ τῶν πολλῶν πρὸς τοὺς πλουσίους ὐκ ἤδεν· ὐδ' ὅσα ἄλλα ἐπολιτεύετο, ὐκ ᾄδων, ἐδὲ ἐν μέτροις. ἀλλὰ τῷ τῆς ῥητορικῆς τύπῳ καθαρῶς χρώμενος. ἐν οἷς ἅπασι κάλλιστα ἐπέδειξεν, ὅτι γε τῷ ὀρθοτάτῳ τῶν λόγων αὐτὸς ἂν εἴη ῥήτωρ καὶ σοφός. ἀμφοτέρας γοῦν ἔσχε τὰς ἐπωνυμίας τε καὶ δυνάμεις. *Verumtamen Solon ea quidem, quae ad Megarenſes pertinebant, ceciniſſe dicitur; ſed nec leges, nec orationes, quas tum pro divitibus ad plebem, tum pro plebe ad divites habuit, nec quaecumque geſſit alia in republica cecinit, vel carmine complexus eſt; verum oratoriam adhibuit formam, ac in his omnibus pulcerrime oſtendit, quod optima ſane ratione ipſe orator, ſapienſque habendus eſſet, & utramque adpellationem certe, & facultatem eſt conſequutus.* In quibus poſtremis verbis illud merito obſervandum, quod ab arte oratoria, & ſapientia etiam adpellationem adquiſivit; quod & verum eſt. Nam ob ſapientiam quidem inter Graeciae Sapientes nominari dignus exiſtimatus fuit, ut mox dicam; & ob artem oratoriam Sophiſtae nomen illi datum, quandoquidem ſic Veteres iſti adpellabant eos Philoſophos, qui facunde animi ſenſa explicarent; ut videre eſt apud Philoſtratum Sophiſt. lib. I. cuius iſta ibi verba. Σοφιστὰς δὲ οἱ παλαιοὶ ἐπωνόμαζον, ὐ μόνον τῶν ῥητόρων τὸς ὑπερφωνοῦντάς τε, ὐ λαμπρὸς, ἀλλὰ ὐ τ φιλοσόφων τὸς ξὺν εὐροίᾳ ἑρμηνεύοντας. *Sophiſtas autem Veteres adpellabant, non tantum eos Oratores, qui eximii in dicendo, & illuſtres; verum etiam ex Philoſophis, qui facunde ſe exponerent.* Hoc Syneſius item tradit in Dione. Itaque Sophiſta quoque Solon dictus, quod ab Ariſtide innuitur in citatis ſtatim verbis; & diſerte commemoratur a Themiſtio Or. IV. Ὅτι μὲν δὴ παλαι σεμνόν τε ἦν καὶ ἐπ' ἀξιώσει, καὶ ὅτι Σόλωνα σοφιςὴν ὠνόμαζον οἱ τότε ἄνθρωποι, καὶ Πυθαγόραν, ἀπειροκάλου ἂν εἴη κωμῳδοποιῶν ὑμᾶς ὑπομιμνήσκειν, καὶ συγγραφέων. *Quod igitur honorifica illa, ac plena dignitatis fuerit adpellatio, Solonemque adeo Sophiſtam ab eius temporis hominibus vocatum fuiſſe (c), ex Comicorum, & Hiſtoricorum ſcriptis narrare vobis eſſet hominis inſulſi.* Atque adeo primus fuit, qui iſto nomine diceretur. Iſocrates in Orat. de Permut. Οὔκουν ἐπί γε τῶν προγόνων οὕτως εἶχεν ἀλλὰ τοὺς μετὰ καλουμένους σοφιστὰς ἐθαύμαζον, καὶ τὸς συόντας αὐτοῖς ἐζήλουν. τοὺς δὲ συκοφάντας πλείστων κακῶν αἰτίους ἐνόμιζον εἶναι. μέγιστον δὲ τεκμήριον, Σόλων, μετὰ γὰρ τὸν πρῶτον τῶν πολιτῶν λαβόντα τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην, προσάτην ἠξίωσαν τῆς πόλεως εἶναι· περὶ δὲ τῶν συκοφαντῶν καλεποτέρους, ἢ περὶ τῶν ἄλλων κακουργῶν τοὺς νόμους ἔθεσαν. *Apud maiores quidem certe ita ſeſe res habebat; nam eos, qui Sophiſtae dicebantur, magni faciebant, eorumque familiares beatos iudicabant; ſycophantas autem, pernicioſiſſimos homines iudicabant. Cuius rei maximum ſignum eſt, quod Solonem, qui primus civium hoc cognomen ſortitus eſt, guber-*

(a) Editio Batava: *Fatis.*
(b) Eadem editio: *Interrogatus.*
(c) Deeſt: *& Pythagoram.*

Digitized by Google

bernatorem, principemque civitatis esse voluerunt; in Sycophantas autem, graviores, quam in alios maleficos, leges tulerunt. Hoc ipsum est, quod Cicero vult dicere in Bruto: *Ante Solonis aetatem de nullo, ut diserto, memoriae proditum est.* Et eloquentiae quidem eius monumentum exstiterunt Δημηγορίαι, quas scripsisse eum refert Diogenes Laertius. Iam quod adtinet ad sapientiam, & ab ea cognomentum, quod in Aristidis etiam verbis erat, hic innuere orator voluit, quum dicit, eum inter temporis sui Sapientes numeratum. Seneca, Ep. xc. *Solon, qui Athenas aequo iure fundavit, inter septem aevi sapientia notus.* Aulus Gellius lib. xi. cap. xviii. *Postea legibus aliis mitioribus, a Solone compositis, usi sunt. Is Solon ex septem illis inclutis sapientibus fuit.* Videndus item Diogenes Laertius in Thalete lib. i., & Ausonius Ludo septem Sapientum. Atque hoc ipsum maximopere studuisse, ut obtineret, ait Demosthenes in Amatoria. Οὐκ ἀπελαμένῳ τῶν ἄλλων τιμῶν, ἀλλὰ τῆς μὲν ἀνδρείας τὸ πρὸς Μεγαρέας τροπαῖον ὑπόμνημα καταλιπὼν, τῆς δ' εὐβουλίας, τὴν Σαλαμῖνα κομιδὴν, τῆς δ' ἄλλης συνέσεως τοὺς νόμους, οἷς ἔτι καὶ νῦν οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων χρώμενοι διατελοῦσιν. Οὕτως τοσούτων αὐτῷ καλῶν ὑπαρχόντων ἐπ' ᾠδενὶ μᾶλλον ἐσπούδασεν, ἢ ἑπτὰ σοφιστῶν ὅπως γένηται. *Et alios honores (Solon) consequutus est; nam & fortitudinis, tropaeum Megarense monumentum reliquit; & consilii, Salaminis recuperationem; & ceteris in rebus sapientiae leges; quibus etiam hodie plurimi Graecorum utuntur; qui, quamquam tot ornamentis cumulatus, tamen nihil perinde studuit, atque ut in septem Sapientum numerum referretur.* Adiungamus denique etiam laudem, quam Macrobius ei tribuit in Somn. Scip. lib. ii. cap. xvii. *Sint in tertio, ac mixto genere, apud Graecos, Lycurgus, & Solon; inter Romanos, Numa, Catones ambo, multique alii, qui & Philosophiam hauserunt altius, & firmamentum Reipubl. praestiterunt.* Et profecto verum dicit; ideo enim philosophiam est sectatus, ut ea ad Rempublicam confirmandam uteretur; habuitque inde multos sectatores, inter quos Mnesiphilus fuit, Themistoclis familiaris. Plutarchus in Vita Themist. Μᾶλλον ἂν ἄν τις προσέχοι τοῖς Μνησιφίλου, τὸν Θεμιστοκλέα, τοῦ Φρεαρρίου ζηλωτὴν γενέσθαι λέγουσιν, ὕτε ῥήτορα ὄντα, ὕτε τῶν φυσικῶν καλουμένων, φιλοσόφων, ἀλλὰ τὴν καλουμένην σοφίαν, ὅσαν ἦ δύνοτητα πολιτικὴν καὶ δραστήριον σύνεσιν, ἐπιτήδευμα ποιουμένου καὶ μασώζοντα, ὥσπερ αἵρεσιν ἐκ διαδοχῆς ἀπὸ Σόλωνος. *Credendum ergo illis potius, qui Themistoclem scribunt Mnesiphili Phrearrii fuisse sectatorem; qui non quidem orator fuit; neque e philosophis illis, quos vocabant physicos; verum eam, quam dicebant sapientiam, quae scientia erat Reipub. administrandae, & prudentia in gerendis rebus acris, amplexus est, retinuitque velut sectam, per successionem a Solone traditam.* Ac Mnesiphili, Solonis nostri in hoc studio sectatoris, meminit item Clemens Strom. i. Σόλωνος ὁ ζηλωτὴς Μνησίφιλος ἀναγράφεται· ᾧ Θεμιστοκλῆς συνδιέτριψεν. *Solonem vero imitatus scribitur Mnesiphilus, cum quo Themistocles est versatus* (a).

CAP. V.

Poetices studium, ac poemata, a pueris in Apaturiis, die Cureotide, recitari solita, parentum iussu.

POeticen quoque est sectatus; sed initio otii tantum oblectandi causa; mox sententias philosophicas, & quae ipse in repub. gessisset, versibus complecti coepit. Plutarchus. Τῇ δὲ ποιήσει κατ' ἀρχὰς μὲν εἰς ὠδὴν ἄξιον σπουδῆς, ἀλλὰ παίζων, ὡς ἔοικε, προσχρήσασθαι, καὶ περιάγων ἑαυτὸν ἐν τῷ σχολάζειν· ὕστερον δὲ, καὶ γνώμας ἐνέτεινε φιλοσόφους, καὶ τῶν πολιτικῶν πολλὰ συγκατέπλεκε τοῖς ποιήμασιν, οὐχ ἱστορίας ἕνεκεν καὶ μνήμης, ἀλλ' ἀπολογισμούς τε τῶν πεπραγμένων ἔχοντα, καὶ προτροπὰς ἐνιαχοῦ, καὶ νουθεσίας, καὶ ἐπιπλήξεις πρὸς τοὺς Ἀθηναίους. *Poetica ab initio non ullam ob rem gravem, verum ludibundus videtur temporis fallendi gratia usus obiter, atque in ea se exercuisse; postea vero etiam sententias includit versibus philosophicas, resque gestas in repub. multas intexuit; non historiae quidem causa, sed ad actiones suas defendendas; interdum etiam ad exhortandos, castigandosque, & obiurgandos Athenienses.* Quidam vero sunt Auctores, etiam leges suas carmine scribere instituisse. Plutarchus. Ἔνιοι δέ φασιν ὅτι καὶ τοὺς νόμους ἐπεχείρησεν ἐντείνας εἰς ἔπος ἐσενεγκεῖν, καὶ διαμνημονεύσι τὴν ἀρχὴν οὕτως ἔχουσαν,

Πρῶτα μὲν εὐχώμεσθα Διὶ Κρονίδῃ βασιλῆϊ,
Θεσμοῖς τοῖσδε τύχην ἀγαθὴν καὶ κῦδος ὀπάσσαι.

Tradunt vero nonnulli, etiam leges suas adgressum carmine efferre; ac principium recensent, ita se habens:

Oramus primum, rex ut Saturnius hisce
Legibus adspiret, velit & concedere laudem.

Ac ποιήματα eius in genere laudat Phrynichus in Ecloga Dict. Attic. Καὶ γὰρ Σόλων ἐν ποιήμασιν τοῖς οὕτω χρῆται. *Etenim Solon in poematibus ita utitur.* Memoratque etiam Plato in Timaeo, & Critia; ac in Timaeo quidem amplius, festo quoque Apaturiorum die Cureotide, a pueris parentum iussu recitata. Ἡ δὲ Κυρεῶτις ἡμῖν ὅσα ἐτύγχανεν Ἀπατουρίων, τὸ ᾗ τῆς ἑορτῆς σύνηθες ἐκάστοτε καὶ τότε ξυνέβη τοῖς παισίν. Ἆθλα γὰρ ἡμῖν οἱ πατέρες ἔθεσαν ῥαψῳδίας. πολλῶν μὲν οὖν ᾗ κὴ πολλὰ ἐλέχθη ποιητῶν ποιήματα. ἄτε ᾗ νέα κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὄντα τὰ Σόλωνος· πολλοὶ τῶν παίδων ᾄσαμεν. *Erat Apaturiorum dies Cureotis, quo, ut solet isto festo, propositis a parentibus, recitandorum carminum praemiis, multa multorum poetarum poemata recitabantur;*

(a) Solon iam senex Atlanticam etiam historiam scribere adgressus est, quam imperfectam reliquit, ut apud *Platonem* in *Timaeo*, & *Plutarchum* in *Vita*. Videre est. Consule inferius *Cap. XXVI.* circumferuntur etiam apud *Diogenem Laertium* eius Epistolae quaedam, sed νοθεύεται insimulantur. Vide adnotata ad *Cap. VI.*

Digitized by Google

tur ; ac plures de nobis Solonis verſus , quod tunc novi illi eſſent , decantavimus . Quin mox Critiam ſic de eo loquentem introducit . Εἴ γε, ὦ Ἀμύναν δρε , μὴ παρέργῳ τῇ ποιήσει κατεχρήσατο , ἀλλ' ἐσπευδάκει , καθάπερ ἄλλοι , τόν τε λόγον ὃν ἀπ' Αἰγύπτου δεῦρο ἠνέγκατο ἀπετέλεσε , καὶ μὴ διὰ τὰς σάσεις . ὑπὸ κακῶν τε ἄλλων ὅσα εὗρεν ἐνθάδε ἥκον , ἠναγκάσθη καταμελῆσαι , κατὰ τὴν ἐμὴν δόξαν ἔτε Ἡσίοδος , ἔτε Ὅμηρος ἔτε ἄλλος ἁδὲις τ ποιητῶν , εὐδοκιμώτερος ἐγένετο ἔποτε αὐτῦ . *Si , o Amynander , non quaſi aliud agens poeticam tractaſſet , ſed , quemadmodum ceteri poetae , ſe totum illi tradidiſſet , eamque hiſtoriam , quam ex AEgypto attulit , abſolviſſet , non vero coactus eſſet illius ſtudium , curamque abiicere , ſeditionibus , aliiſque incommodis , quibus conflictantem patriam redux comperit , mea quidem ſententia , neque Heſiodus , neque Homerus , neque alius quiſquam poetarum illuſtrior ipſo exſtitiſſet* (a). Speciatim commemorantur a Diogene. Γέγραψε δὲ δῆλον μὲν ὅτι καὶ εἰς ἑαυτὸν ΥΠΟΘΗΚΑΣ (b), ΕΛΕΓΕΙΑ (c), καὶ τὰ ΠΕΡΙ ΣΑΛΑΜΙΝΟΣ (d), καὶ ΤΗΣ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΠΟΛΙΘΕΙΑΣ ἔπη πεντακισχίλια , καὶ ΙΑΜΒΟΥΣ καὶ ΕΠΩΔΟΥΣ . *Conſtat eum ſcripſiſſe , ad ſeipſum quasdam EXHORTATIONES , ELEGIAS , & DE SALAMINE , item DE ATHENIENSIVM REPVBLICA quinque millia verſuum ; tum etiam IAMBOS , & EPODOS* . Quod ad Exhortationes attinet , eas nominat etiam Suidas in Σόλων . Meminit earum quoque Ariſtides in Orat. περὶ παραφθέγματος . Ἵνα τοίνυν εἰδῆς ὅτι καὶ Σόλων ὁ τῶν νομοθετῶν ἐνδοξότατος παραφθέγγεται , ἄκουε καὶ τούτου καί τοι τοσοῦτόν γε ἐμὲ τόλμῃ , καὶ αὐθαδείᾳ παρελήλυθε . ταῦτα γὰρ αὐτῷ τὰ ὀνόματα ἐκ τῆς σῆς αἰτίας ἁρμόττει · ὡς ἐγὼ μὲν ἔξω τοῦ βιβλίου παρελήρησα καὶ ταῦτα ἐξαχθεὶς ὑπὲρ τοῦ λόγου · ὁ δὲ δὴ Σόλων καὶ βιβλίον ἐξεπίτηδες πεποίηκεν , ὥσπερ ἡμεῖς εἰς τὴν Ἀθηνᾶν , ὕτος ἐκεῖνος εἰς αὐτὸν καὶ τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν , ἐν ᾧ ἄλλα τε δὴ λέγει , καὶ ταῦτα ,

Ἅμα γὰρ ἄελπτα , σὺν θεοῖσιν ἤνυσα ,
Ἅμα δ' ἐ μάτην ἔρδον. ——

Iam ut intelligas , Solonem quoque legislatorum clariſſimum , proferre paraphthegmata , hunc etiam audi . Atque adeo me audacia , & inſolentia (nam haec illi nomina per tuam criminationem conveniunt) ille ſuperavit ; ut , quum nos extra orationem , & orationis cauſa commoti , nonnihil nugati ſimus ; ille quemadmodum nos in Minervam , ſic ipſe in ſe , ſuamque reipublicae adminiſtrationem libellum ſtudioſe conſcripſerit ; in quo cum alia , tum haec habentur :

Nam ſimul , & inſperata cum Diis egimus ,
Nec egimus fruſtra . ——

Vbi obiter quoque obſerva rerum a ſe in repub. geſtarum mentionem , quarum ſcriptionem ſtatim in Plutarchi verbis iſtis mox citatis memorari animadvertimus ; & exiſtimo , illud ipſum opus eſſe (e) , quod Diogenes adpellat De Athenienſium Repub. Elegias , & verſibus quinquies mille conſtitiſſe nobis tradit. Commemorat etiam Pauſanias Atticis . Σόλωνα δέ φασιν ὕστερον ἐλεγεῖα ποιήσαντα , προτρέψαι σφᾶς . *Solonem vero aiunt poſtea , compoſitis verſibus Elegiacis , eos exhortatum eſſe* . Et Philo , περὶ κοσμοποιΐας . Ταύτας ἀνέγραψε καὶ Σόλων ὁ τ Ἀθηναίων νομοθέτης , *Has aetates etiam deſcripſit Solon , Athenienſium legislator , verſibus iſtis elegiacis* . Cenſorinus cap. XIV. *Fere enim poſt ſeptimum quemque annum articulos quosdam , & in his aliquid novi natura oſtendit ; ut & in Elegia Solonis cognoſcere* (f) *datur* . Anonymus in Vita Arati laudat Elegias ad Cypranorem iſtis verbis . Μέμνηται δὲ τούτου Σόλων ἐν ταῖς ἐλεγείαις ταῖς πρὸς Κυπράνορα τὸν βασιλέα . *Meminit vero horum Solon in Elegiis , quas ſcripſit ad Cypranorem regem* . Videndus quoque Suidas in Σόλων . Iambos vero citat etiam Athenaeus lib. XIV. Γῦρος ὅτι πλακοῦντος εἶδος , ὁ Σόλων ἐν τοῖς Ἰάμβοις φησί . *Gurus , quod placentae ſit ſpecies , etiam Solon teſtatur in Iambis* . Ariſtides in citata Oratione . Καί ταῦτα μέν ἐστιν ἐν τοῖς τριμέτροις . *Et haec quidem ſunt in Iambis eius trimetris* . Loquitur autem de Solone (g) . Iterum Or. Plat. II. Καί τοι τί φησι Πλάτων ; εἰς τοὺς ποιήτας αὐτὸν τιθέναι νὴ Δία (b) διὰ τ τριμέτρων . *At Plato quid ait ? inter poetas eum ſe collocare , per Iovem , propter trimetra* . Iterum ipſi ſermo de Solone habetur . Carminum de Salamine meminit etiam Plutarchus , centum verſuum fuiſſe dicens . Ὄχλου δὲ πολλοῦ συνδραμόντος , ἀναβὰς ἐπὶ τὸν τοῦ κήρυκος λίθον , ἐν ᾠδῇ διεξῆλθε τὴν ἐλεγείαν , ἧς ἐστιν ἀρχή .

Αὐτὸς κήρυξ ἦλθον ἀφ' ἡμετερῆς Σαλαμῖνος
Κόσμον ἐπέων ᾠδὴν ἀντ' ἀγορῆς θέμενος .

Τοῦτο τὸ ποίημα Σαλαμὶς ἐπιγέγραπται , καὶ στίχων ἑκατόν ἐστι χαριέντως πᾶν πεποιημένον . *Ingenti concurſu facto , praeconis lapidem conſcendit , & cantu eos verſus pronuntiavit , quorum hoc eſt exordium* .

Adſum praeclara praeco Salaminis ab ora
In coetum veſtrum dulce poema ferens .

Huius poematis inſcriptio , Salamis eſt , & verſus continet centum , ſane quam venuſte ſcriptos .

(a) Videndus ad hunc locum *Proclus* .
(b) Ita Marcus Imperator libros ſuos τὰ εἰς ἑυτὸν inſcripſit . Sunt vero ὑποθῆκαι *Praecepta* , ſive *Praeceptiones* , quales ſunt Pythagoricae illae , quae *Aurea Carmina Pythagorae* vulgo adpellantur ; quas etiam ὑποθήκας propterea vocat *Hierocles* Commentario in Carmina illa aurea , non longe ab initio ; & *Simplicius* in Epicteti Enchiridion : Παραινέσεις vocavit *Galenus Lib. De animi perturbationibus Cap. VI.* Idem enim eſt , ut apud *Heſychium* & *Suidam* videre eſt . Heſiodo quoque liber hoc titulo tributus fuit , ut teſtatur *Quinctilianus* Libro , & Capite primo . Harum Solonis ὑποθηκῶν meminit , & *Suidas* in Σόλων , & *Plutarchus* in *Vita Solonis* ; de illis enim haec verba accipienda non dubitat *Menagius* Ὕστερον δὲ καὶ γνώμας ἐνέτεινε φιλοσόφους . Ceterum an huc quoque ſpectent Ariſtidis verba , quae *Meurſius* profert , amplius deliberandum . Diverſum enim ab ὑποθήκαις opus eſſe potuit illud , quod *Ariſtides* commemorat .
(c) Solonis Elegi paſſim ab Auctoribus citantur . Exſtat eius Elegia prolixior apud *Stobaeum* Serm. VII. Alia apud *Philonem* , de decem hominis aetatibus , cuius meminit & *Cenſorinus* .
(d) Elegi fuerunt , & meminit etiam *Plutarchus* .
(e) In eamdem ſententiam pedibus it *Menagius* .
(f) Male *Menagius oſtendere* legit ; ſed forte Typothetarum error eſt .
(g) Citat etiam *Iul. Pollux X. Cap. XXIV. Menagius* animadvertit ab Ariſtide in laudata Oratione Iambos a Trimetris diverſos fieri ; Trimetra autem citari etiam Oratione Platonica II.
(b) Δία decerat ob ei ſimilem praepoſitionem ſubſequentem .

Digitized by Google

ptos. Meminit poematis huius etiam Suidas loco citato. Epodos (a), qui laudaret, nondum alibi legere memini.

CAP. VI.

Peregrinatio, Delphis, & Corinthi; ubi convivium Periandri. Certamen de tripode cum ceteris sex Sapientibus; idque varie memoratum. Anacharsidis, eius fama excitati, ad ipsum adventus, & colloquium. Miletum proficiscitur, & sermonem cum Thalete illic habet; item in Cretam.

PEregre profectus, cum ceteris sex Sapientibus Delphis egit, & Corinthi; ubi convivium institutum a Periandro. Plutarchus. Καὶ ὅλως ἔοικεν ἡ Θαλέως μόνον σοφία τότε περαιτέρω τῆς χρείας ἐξηκέσθαι τῇ θεωρίᾳ, τοῖς δὲ ἄλλοις ἀπὸ τῆς πολιτικῆς ἀρετῆς, τὄνομα τῆς σοφίας ὑπῆρξε. γενέσθαι δὲ μετ' ἀλλήλων ἐν τε Δελφοῖς ὁμοῦ λέγονται, καὶ πάλιν ἐν Κορίνθῳ, Περιάνδρου σύλλογόν τινα κοινὸν αὐτῶν καὶ συμπόσιον κατασκευάσαντος. *Omnino sola tunc videtur Thaletis sapientia usum excessisse speculatione; reliqui civilibus ab artibus sapientiae nomen invenerunt. Fuisse una perbibentur & Delphis, & rursum Corinthi; quum conventum eorum communem, & convivium Periander instituisset.* Sed profectionem istam Corinthiacam, quam Plutarchus ante tyrannidem Pisistrati refert, Dion Chrysostomus iam oppressa a Pisistrato Repub. factam tradit Orat. XXXVII. Ἐγένετο δ' ὑπὸ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον, καὶ Σόλων μὲν ἐν Κορίνθῳ φεύγων τὴν Πεισιστράτου τυραννίδα, ὁ φεύγων δὲ τὴν Περιάνδρου. *Sub istud ipsum tempus vero etiam Solon Corinthi erat, fugiens Pisistrati tyrannidem, non autem fugiens Periandri.* De convivio vero isto Periandri, cuius mentio occurrit in Plutarchi verbis, est eiusdem liber quidam singularis; legiturque inter opera Philosophica. Memoratur vero maxime tripodis cuiusdam, propter Apollinis oraculum, inter illos Sapientes circumlatio. Valer. Max. lib. IV. cap. I. *A piscatoribus in Milesia regione, verriculum trahentibus, quidam iactum emerat. Extracta deinde magni ponderis aurea mensa Delphica, orta controversia est; illis piscium se capturam vendidisse adfirmantibus, hoc fortunam tractus se emisse dicente. Qua conditione, propter novitatem rei, & magnitudinem pecuniae, ad universum eius civitatis populum delata, placuit, Apollinem Delphicum consuli, cuinam adiudicari mensa deberet. Deus respondit, illi esse dandam, qui sapientia ceteros praestaret* (b). *Tum Milesii consensu Thaleti mensam dederunt; ille cessit eam Bianti, Bias Pittaco, is protinus alii, deincepsque per omnium septem Sapientium orbem ad ultimum ad Solonem pervenit; qui*

A *& titulum amplissimae sapientiae, & praemium, ad ipsum Apollinem transtulit.* Quae totidem verbis transcripta refert Ioannes Salesberiensis Epist. CLXXII. Narrat etiam Plutarchus; verum non eodem modo. Ἔτι δὲ μᾶλλον εἰς ἀξίωμα καὶ δόξαν αὐτὸς κατέστησεν ἡ τοῦ τρίποδος περίοδος, καὶ διὰ πάντων ἀνακύκλησις καὶ ἀνθύπειξις, μετ' εὐμενείας φιλοτίμου γινομένη. Κώων γὰρ (ὥς φασι) καταγόντων σαγήνην, καὶ ξένων ἐκ Μιλήτου πριαμένων τὸν βόλον ὕπω φανερὸν ὄντα, χρυσοῦς ἐφάνη τρίπους ἑλκόμενος, ὃν B λέγουσιν Ἑλένην πλέουσαν ἐκ Τροίας αὖθις καθεῖναι, χρησμοῦ τινος ἀναμνησθεῖσαν παλαιοῦ. γενομένης δὲ τοῖς ξένοις πρώτον ἀντιλογίας πρὸς τοὺς ἁλιέας περὶ τοῦ τρίποδος, εἶτα τῶν πόλεων ἀναδεξαμένων τὴν διαφοράν, ἀχρὶ πολέμου προελθοῦσαν, ἀνεῖλεν ἀμφοτέρους ἡ Πυθία τῷ σοφωτάτῳ τὸν τρίποδα ἀποδοῦναι. καὶ πρῶτον μὲν ἀπεστάλη πρὸς Θαλῆν ὡς Μίλητον, ἑκουσίως Κώων ἑνὶ δωρεμένων ἐκείνῳ περὶ οὗ πρὸς ἅπαντας ὁμοῦ Μιλησίους ἐπολέμησαν. Θαλέως δὲ Βίαντα σοφώτερον ἀποφαίνοντος αὐτοῦ, πρὸς ἐκεῖνον ἦλθεν. ἀπ' ἐκείνου δ' αὖθις ἀπεστάλη πρὸς ἄλλον ὡς σοφώτερον. εἶτα περιῶν καὶ ἀναπεμπόμενος C ὕστως, ἐπὶ Θαλῆν τὸ δεύτερον ἀφίκετο· καὶ τέλος εἰς Θήβας ἐκ Μιλήτου κομισθεὶς τῷ Ἰσμηνίῳ Ἀπόλλωνι, καθιερώθη. *Maiorem iis auctoritatem, & gloriam mensae circuitus, & per omnes circumlatio, mutuaque inter ipsos cum honorifica modestia concessio conciliavit. Nam quum Coi, ut aiunt, verriculum traherent, cuius iactum adhuc incertum hospites Milesii emerant, auream mensam conspexerunt extractam; quam ab Helena, Troia redeunte, quum veteris oraculi reminiscerentur, ibi deiectam fuisse tradunt. Concertatione de mensa inter hospites, & piscatores extorta, excipientibus inde civitatibus contentionem, quae in bellum usque erupit, respondit Pythia utrisque, uti mensam sapientissimo donarent. Ita primum Miletum missa est ad Thalem; Cois uni illi id, de quo cum universis Milesiis bello certaverant, ultro dono concedentibus. Thale Biantem se sapientiorem adfirmante, ad illum pervenit; ab illo rursus ad alium missa est, tamquam sapientiorem. Inde ita circumiens, & remissa rediit iterum ad Thalem. Tandem ex Mileto Thebas deportata, Apollini Ismenio consecrata est.* Multifariam res haec tradita a Veteribus. Vide ibidem Plutarchum; ac potissimum Diogenem Laertium, qui recenset adcurate in Thalete lib. I. (c) Tanta vero eius sapientiae fama fuit, ut excitatus ea Anacharsis, Athenas se ad eum contulerit. Et colloquia utriusque memorantur a Plutarcho in huius Vita, & Diogene in Anacharside; item Luciano in Scytha, ac Anacharside. Factum autem hoc Olymp. XLVII. anno I. uti autor est Diogenes in Anacharside (d). Mox Miletum ipse abit; & Thaletem illic videt, ac compellat; quem sermonem ex Hermippo, qui acceperat a Pataeco, memorat

A a no-

(a) *Menagius: Ex eo opere, & Odas scripsisse coniiciebat amicus quidam meus; quippe existimabat* ἐπῳδοὺς *vocari Carmina post Odas scripta; quemadmodum Philoni Iudaeo* πλατωνίζοντι *libro* περὶ τοῦ τίς ὁ τῶν θείων πραγμάτων κληρονόμος, *Deuteronomium dicitur* ἐπινομίς, *quasi dicas, post legem. Sed eam* ἐπῳδῶν *originem post H. Stephanum refellit ad Horatium Laevinus Torrentius.*

(b) Supple ex editione Batava anni 1651. *his verbis:* Ὅς σοφίᾳ πάντων πρῶτος, τούτῳ τρίποδ' ἂν δοῦ.

(c) Rem eamdem memoriae prodidit *Porphyrius Lib. I.* Historiae Philosophicae apud *Cyrillum Lib. I. contra Iulianum*; *Scholiastes Aristophanis* ad *Plutum*, & *Equites*, & *Ausonius* in *Sapientibus*.

(d) Et Auctor Descriptionis Olympiadum.

Digitized by Google

nobis Plutarchus; noſque eum propoſuimus ſupra cap. II. Quin in Cretam etiam ivit; uti locuples nobis teſtis (a) Thales in Epiſtola quadam ad Pherecydem. Η" γὰρ ἂν ὦ φρενήρεες εἴημεν ἐγώ τε καὶ Σόλων ὁ Ἀθηναῖος, πλώσαντες μὲν ἐς κρήτην κατὰ τὴν κάθοδον ἱστορίην, πλώσαντες δὲ ἐς Αἴγυπτον, ὁμιλήσαντες τοῖς ἐκείνῃ ὅσοι ἱερέες τε καὶ ἀστρονόμοι· παρὰ σε ὴ μὴ πλώσαιμεν. *Neque enim adeo amentes ſumus, ego, & Solon Athenienſis, ut, quum navigio Cretam petierimus, viſendi ſtudio, etiam AEgyptum, ut iſtic cum Sacerdotibus, & Aſtronomis, quotquot erant, verſaremur, ad te non item navigaturi ſimus.*

CAP. VII.

Vt Salamina recuperandam Athenienſibus perſuaderet, furorem ſimulat: &, dux belli conſtitutus, mox recuperat. Aſtus eius, quem Piſiſtrato quidam tribuunt. Megarenſium hac de re traditio vetus. Lacedaemoniorum iudicium. Verſus Homeri Catalogo inſertus. Athenienſium in ſepeliendo priſca conſuetudo indicata. Salamis ab Aiacis filiis, tradita Athenienſibus. Controverſia quinque Spartanorum iudicio permiſſa.

INde ad recuperandam Salaminem animum vertit; neque deſtitit, priuſquam hanc Athenienſibus reſtitueret: qua in re, cum fortitudinis, tum prudentiae, magnum documentum dedit. Suntque in hanc rem Demoſthenis iſta verba in Erotico. Εἰπὲ σύνοιδά γε πολλοὺς μὲν ἐξ ἀδόξων καὶ ταπεινῶν ἐπιφανεῖς διὰ τῆς πραγματείας ταύτης γεγενημένους. Σόλωνα δ' οὐ καὶ ζῶντα καὶ τελευτήσαντα μεγίσης δόξης ἠξιωμένον· ὃς ἐκ ἀτελήλαμένος τῶν ἄλλων τιμῶν, ἀλλὰ τὴν μὲν ἀνδρείας τὸ πρὸς Μεγαρέας τροπαῖον ὑπόμνημα καταλιπὼν, τὴν δ' εὐβουλίας, τὴν Σαλαμῖνος κομιδήν. *Scio equidem multos ex obſcuris, & contemtis, per eam profeſſionem illuſtres eſſe factos: ac Solonem viventem, mortuumque maxima gloria floruiſſe, cui reliqui honores negati non fuerunt; nam & fortitudinis ſuae, tropaeum Megarenſe, monumentum reliquit; & prudentiae, Salaminis recuperationem.* Verum ſeriem rei geſtae univerſam videamus. Quum Athenienſes diuturno & gravi bello de Salamine cum Megarenſibus iam defatigati eſſent, lege ſanxerunt, ne quis unquam de recuperanda inſula verba facere auderet: ſi quis faceret, ille audaciam capite lueret. Hanc infamiam Athenienſium ſummam eſſe cenſens Solon, & iniquo animo ferens, quum videret plurimos e iuventute occaſionem renovandi belli quaerere, nec audere, legis metu, mox, dementia ſimulata, pileatus in forum proſilit: ac, praeconis ſaxo adſcenſo, compoſitos in hanc rem verſus populo frequenti recitat; quo peracto, quum amici collaudare incepiſſent, ac Piſiſtratus excitatos ad parendum inflammaret, illico, reſciſſa lege, iterum decretum bellum, ac praefectus illi Solon. Haec pluribus commemorantur a Diogene Laertio, & Plutarcho in eius Vita; item Polyaeno Strateg. lib. I. Breviter Demoſthenes in orat. de falſa legatione. Ἐκεῖνος μέν γε ἀφεσηκυίας Σαλαμῖνος Ἀθηναίων, καὶ θάνατον ζημίαν ψηφισαμένων, ἄν τις εἴπῃ κομίζεσθαι· τὸ ἴδιον κίνδυνον ὑποθεὶς ὁ Σόλων ἐλεγεῖα ποιήσας ᾠδε· καὶ τὴν μὲν χώραν ἔσωσε τῇ πόλει· τὴν δ' ὑπάρχουσαν αἰσχύνην ἀπήλλαξεν. *Quum Salamis ab Athenienſibus deſciviſſet, & capite ſancitum eſſet, ne quis de recuperanda verba faceret, proprium ſibi periculum faciens Solon, quum compoſuiſſet verſus Elegiacos, eos cecinit: atque ita Inſulam quidem, urbi mox recuperavit: ignominiam, iam acceptam, abolevit.* Pauſanias in Atticis. Ὁμολογοῦσι δὲ Ἀθηναῖοι χρόνον τινὰ Μεγαρεῦσιν ὑποσπῆναι τὴν νῆσον. Σόλωνα δέ φασιν ὕστερον ἐλεγεῖα ποιήσαντα, προτρέψαι σφᾶς, καταστῆναι δὲ ἐπὶ τούτοις ἀμφισβήτησιν Ἀθηναίοις, κρατήσαντας δὲ πολέμῳ Σαλαμῖνα αὖθις ἔχειν. *Fatentur vero Athenienſes, defeciſſe aliquando a ſe inſulam (Salamina) ad Megarenſes: Solonem vero, factis verſibus elegiacis, ipſos exhortatum eſſe, ac diſceptatum biſce de rebus inter illos fuiſſe, bello autem, quum viciſſent, Salamina recuperaſſe.* Cicero De Officiis lib. I. furoris dumtaxat meminit, ceteram rem ſubindicat. *In primiſque verſutum, & callidum, factum Solonis: qui, quo tutior vita eius eſſet, & plus aliquando reip. prodeſſet, furere ſe ſimulavit.* Meminit etiam Libanius Declam. XVI. & Iuſtinus lib. II. Atque id accidit Olym. XLIX. anno I. Anonymus in Deſcriptione Olympiadum in eo anno. Σόλων μανίαν πλάττων τὴν Μεγαρέας κατεστρατήγησε. *Solon, furorem ſimulans, Megarenſes ſtrategemate ſuperavit* (b). Quamquam ſane falli eum vehementer hic exiſtimo; quum hoc factum ſit ante alia, quae hoc tempus multum certe antevertunt, ut oſtendam in ſequentibus. Solon vero, praefectus bello, ut iam dixi, cum Piſiſtrato ad Coliadem navigavit; ibique quum omnes feminas ſacra Cereri facientes offendiſſet, hominem fidum, qui ſe transfugam ſimularet, Salamina ablegavit, moniturum, ſi matronas Athenienſium primarias capere vellent, uti ſecum quam ocyſſime ad Coliadem navigarent; ac pellecti Megarenſes, quum in navem viros aliquot impoſuiſſent, eamque Solon advenientem animadverteret, mulieres abſcedere iuſſit, adoleſcentes vero imberbes, veſtibus earum indutos, mitris quoque calceiſque exornatos, occultatis intra veſtem pugionibus, in littore ludere, choreaſque agitare, donec hoſtis deſcendiſſet, & expugnari

(a) Locuples quidem teſtis eſſet Thales, ſi eius, quas *Diogenes* refert, Epiſtolae ſuppoſititiae Viris κριτικωτάτοις minime viderentur. Audiamus *AEg. Menagium* ita ad Thaletis Epiſtolas diſſerentem: *Accedo lubens Ioſephi Scaligeri ſententiae exiſtimantis Epiſtolas illas omnes, quae ſub nomine Thaletis, Solonis, Pittaci, Democriti, apud Diogenem Laertium leguntur, ſuppoſititias eſſe. Eum videſis Epiſtola ad Everardum Vorſtium, quae eſt* CCCVI. *Lib.* IV. *Idem & Dionyſio Petavio videbatur, quem vide in Paralipomenis librorum de Doctrina Temporum pag.* 858. *Vide ſis & ipſum Laertium in Epimenide, ubi ait Demetrium Magneſium in Libro De Scriptoribus, quibus eſt idem nomen, Epiſtolam quamdam, quae ſub Epimenidis nomine ad Solonem circumferebatur, ut recentem, neque Cretica lingua, ſed Attica, & ea quidem nova, ſcriptam, falſi arguiſſe. Idipſum & de iis Epiſtolis dicendum eſt, quae nuper ſub nomine Socratis prodierunt.*

(b) Meminit & *Ariſtides Oratione Leuctrica V.*

Digitized by Google

ri navis posset. Dum haec vero ita aguntur, mox decepti Megarenses quum adplicuissent navem, ac certatim, velut feminas capturi, irruissent, Athenienses, facto impetu, nihil tale exspectantes invaserunt, omnibusque interfectis, in insulam profecti, sibi eam subiecerunt. Ita memorat Plutarchus. Eumdem in modum Polyaenus libro primo iam citato. Ἦν πόλεμος Ἀθηναίοις καὶ Μεγαρεῦσι, Σαλαμῖνος πέρι. Σόλων ἔπλευσεν ἐπὶ Κωλιάδα, ἔνθα αἱ γυναῖκες Δήμητρι ἑορτὴν ἐτέλουν, ἐπ' αὐτῇ τῇ θαλάσσῃ. αὐτόμολον ἐκπέμπει Σόλων ἀγγελοῦντα Μεγαρεῦσιν, ἢν ἐπὶ Κωλιάδος πλεύσητε, τὰς Ἀθηναίων γυναῖκας αἱρήσεσθε χορευούσας, ἀλλὰ μὴ μέλλετε. Μεγαρεῖς τῇ ἀπάτῃ πείθονται. οἱ μὲν δὴ ἀπέπλεον. Σόλων δὲ τὰς μὲν γυναῖκας ἀναχωρῆσαι κελεύει. μφράκια δὲ ἀγένεια ταῖς τῶν γυναικῶν ἐσθῆσι κεκοσμημένα, στεφάνους. περικείμενα κρυπτοῖς ἐγχειριδίοις ὡπλισμένα, παρὰ τὴν ἠϊόνα παίζειν καὶ χορεύειν ἔταξεν. οἱ δὲ Μεγαρεῖς τῇ ὄψει τῶν ἀγενείων, καὶ τῇ ἐσθῆτι τῶν γυναικῶν ἐξαπατώμενοι, τῶν νεῶν ἀποβάντες ἐπειρῶντο συλλαμβάνειν οἷα δὲ γυναῖκας. οἱ δὲ σπασάμενοι τὰ ἐγχειρίδια, μάλα δὴ ἀνδρὶ γυναικῶν ἄνδρες ἐφάνησαν, τοὺς πολεμίους ἔκλεναν, τῶν νεῶν ἐπέβησαν, τῆς Σαλαμῖνος ἐκράτησαν. *Bellum erat Athenienſibus, & Megarenſibus, de Salamine. Solon navigabat verſus Coliadem, ubi mulieres Cereri feſtum celebrabant. In eo Solon transfugam ablegat mari, nuntiaturum Megarenſibus, ſi Coliadem navigarent, reperturos mulieres Athenienſium tripudiantes, niſi nimis cunctarentur. Itaque dolo inducti Megarenſes, illuc abeunt. Solon vero, feminas quidem abire iubet; atque imberbes adoleſcentes, indutos veſtibus earum & coronis exornatos, armatoſque pugionibus occultatis, ludere in littore, ac tripudiare, iubet. itaque Megarenſes, vultu imberbium, & veſtitu muliebri, in fraudem inducti, navibuſque exeuntes, mulieres, quas putabant, comprehendere nitebantur, illi vero ſtrictis derepente gladiis, viros ſe, non feminas, eſſe oſtendentes, hoſtibus omnibus interfectis, ac conſcenſis item navibus, Salamina in poteſtatem redegerunt.* Rem eamdem aliter narrat AElianus Var. Hiſt. lib. VII. cap. XIX. Σόλων εἰς ἢ ὑπὲρ Σαλαμῖνος μάχῃ ἐστρατήγησε, καὶ δύο νεῶν Μεγαρίδων ἡπατήσας, μετεβίβασε στρατηγὸς Ἀττικὸς εἰς αὐτὰς, καὶ τὰ τῶν πολεμίων ὅπλα τοῖς οἰκείοις περιθεὶς, καὶ μεθορμισθεὶς δι' ἀπάτης, πολλοὺς τῶν Μεγαρέων κατέκοψεν ἀνόπλους. *Solon belli de Salamine ſuſcepti dux fuit, & captis duabus navibus Megaricis, duces Atticos illis impoſuit, atque ſuis militibus arma hoſtium induenda dedit: atque ita traiiciens dolo, multos Megarenſium inermes trucidavit.* Aliter quoque Frontinus, qui factum hoc Piſiſtrato tribuit Strateg. lib. IV. cap. VII. *Piſiſtratus Athenienſis, quum excepiſſet Megarenſium claſſem, qua illi ad Eleuſin noctu adplicuerant, ut operatas Cereris ſacro feminas Athenienſium raperent, magnaque edita caede eorum ultus eſſet ſuos, eadem, quae ceperat, navigia Athenienſi milite complevit, quibusdam matronis habitu captivarum (a) in conſpectu locatis; qua facie decepti Megarenſes, tamquam ſuis, & cum ſucceſſu renavigantibus, effuſi obvii, inermeſque, rurſus oppreſſi ſunt.* Neque aliter AEneas, qui videndus Poliorcetici cap. IV. & Iuſtinus lib. II. Cauſa diſſidii, quod Piſiſtratus cum Solone enavigarit; clare enim id Plutarchus nobis dicit in citatis hiſce verbis. Ὅτι πλεύσας ἐπὶ Κωλιάδα μετὰ τῶν Πεισιστράτου, καὶ καλαλαβὼν αὐτόθι πάσας τὰς γυναῖκας τῇ Δήμητρι τὴν πάτριον θυσίαν ἐπιτελούσας, ἔπεμψεν ἄνδρα πιστὸν εἰς τὴν Σαλαμῖνα. *Quum in Coliadem cum Piſiſtrato navigaſſent, mulieresque illic omnes, ſacra Cereri facientes, inveniſſet, Salamina virum quemdam fidum miſit.* Et profecto, fieri poteſt, ut Soloni id conſilium a Piſiſtrato ſit ſuggeſtum. atque inde factum quoque tribuatur (b): quod quantumvis vero non ſit tam diſſimile, nihilominus Soloni, tamquam ſummo belli duci, merito id factum adſcribitur. Alii, negant eo modo occupatam Salamina; verum primum Apollinem Delphicum ei oraculum hoc dediſſe:

Ἀρχηγοὺς χώρας θυσίαις ἥρωας ἐνοίκους
Ἴλασο, τοὺς κόλπος Ἀσωπιὸς ἀμφικαλύπτει
Οἱ φθίμενοι δέρκονται ἐς ἠέλιον δύνοντα.

Heroas terrae proceres veneraberē ſacris,
Quos ager Aſopiae pullata condidit urna:
Et vita functis occumbens conſpicitur Sol.

Solonem autem quum noctu in Inſulam traieciſſet, Periphemo & Cichri heroibus ſacra feciſſe; inde ab Athenienſibus quingentos accepiſſe voluntarios, cum decreto, ſi obtinuiſſent inſulam, penes ipſos reipub. conſtituendae ſummam poteſtatem fore. Inde vectum multis navibus & triginta remi una, adpuliſſe Salamina, ad obiectum Euboeae brachium. Megarenſes vero, qui Salamine habitabant, poſtquam illud reſciviſſent, quamquam quidem haud ita certo, arma ſtatim per tumultum rapuiſſe: navem quoque ſpeculatum quid hoſtes agerent, emiſiſſe: qua oppreſſa, ſimul propius veniſſe, & occiſis Megarenſibus, huic Solonem Athenienſium praeſtantiſſimos impoſuiſſe, ac iuſſiſſe, ut, quam poſſent maxime occulti, urbem peterent: ſimul, ceteris adſumtis, terreſtri praelio, cum Megarenſibus conflixiſſe; quod dum faceret, eos, qui in navi erant, exſcendentes ocyus urbem occupaſſe; atque ita illis victis, acceptaque obſequii deinceps fide, & erecto in victoriae monumentum Enyalii ſacello, receſſiſſe. Haec narrantur a Plutarcho. At Pauſanias commemorat, dictitaſſe Megarenſes, non Solonis iſto aſtu, ſeu proditione exulum, inſulam in poteſtatem Athenienſium deveniſſe. Μεγαρεῖς δὲ παρὰ αὐτῶν λέγουσιν ἄνδρας φυγάδας, οὓς Δωριεῖς ὀνομάζουσιν, ἀφικομένους παρὰ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι κληρούχους, προδοῦναι Σαλαμῖνα Ἀθηναίοις. *Sed Megarenſes dicunt, quosdam exſules, quos adpellant Doricleos, poſtquam a ſe ad colonos, ſorte ducta ante Salaminem miſſos, abiiſſent, Salaminem Athenienſibus prodidiſſe.* Poſtea vero, Megarenſibus fidem datam non ſervantibus, quum utrinque clades multae inferrentur, permiſſo arbitrio, & iudicio, Lacedaemoniis, a Solone Homeri verſus e Catalogo producti, quibus ius Athenienſium in hanc Inſulam tueretur. Verſus autem iſti erant:

Αἴας

(a) Sunt qui legant, *Captivorum*.

(b) Vide *Piſiſtrati Cap. VIII.*

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖν@ ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,
Στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσαντο φάλαγγες.
Aiax vero Salamine adduxit duodecim naves:
Statuit autem ducens, ubi Athenienſium ſtabant phalanges.

Quorum poſtremum ipſe callide inſeruerat. Sed Plutarchum hac de re nunc audiamus. Οὐ μὲν ἀλλὰ τ Μεγαρέων ἐπιμιγνύντων, πολλὰ κακὰ κ δρῶντες ἐν ῷ πολέμῳ κ πάσχοντες, ἐποιήσαντο Λακεδαιμονίους διαλλακτὰς κ δικαστάς, οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τῷ Σόλωνι συναγωνίσασθαι λέγουσι τ Ὁμήρου δόξαν. ἐμβαλόντα γὰρ αὐτὸν ἔπ@ εἰς νεῶν κατάλογον, ἐπὶ τ δίκης ἀναγνῶναι,

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖν@ ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,
Στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσαντο φάλαγγες.

Verum enim vero quum perſeverarent Megarenſes, multaque in bello mala facerent, & paterentur, arbitrium rei, & iudicium, Lacedaemoniis detulere; ac ſunt multi, qui Homeri auctoritate adiutum hic Solonem dicant; qui inſertum in Catalogo navium verſum in iudicio recitaverit:

Aiax vero Salamine adduxit duodecim naves:
Quumque adduxit, ſtatuit, ubi Athenienſium ſtabant phalanges.

De Homeri loco adhibito, & inſerto verſu iſto, ac iudicio item Lacedaemoniorum, refert quoque Vlpianus Commentario in Demoſthenis orationem De falſa legatione. Ὅτι ἀμφισβητούντων Μεγαρέων κ Ἀθηναίων περὶ Σαλαμῖν@· ὁ Σόλων ἐκ τ Ὁμηρικῶν ἐπῶν τ ἀπόδειξιν ἐποιήσατο, σίχον παρενθεὶς πεπλασμένον.

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖν@ ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,
καὶ προσέθηκε τόνδε τ σίχον.
Στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσαντο φάλαγγες.

τοῦτον δ πλάσας τ σίχον, ἐνίκησεν ἐν τῇ δίκῃ τοὺς Μεγαρέας· ἔδειξε γὰρ ὅτι Ἀθηναίων ἦν ἡ Σαλαμὶς ἐκ παλαιοῦ. *Quum de Salamine Megarenſes & Athenienſes, contenderent; Solon ex Homeri verſibus rem oſtendit, verſu inſerto, a ſe compoſito: nam poſt iſtud.*

Aiax vero Salamine adduxit duodecim naves:
adiecit illud,
Statuitque adductas, ubi Athenienſium ſtabant phalanges.

Atque hoc verſu confiſto, Megarenſes in iudicio ſuperavit: oſtendit enim, Salaminem antiquitus Athenienſium fuiſſe. Diogenes Laertius, in Solonis noſtri Vita, inſerti quidem in Catalogo verſus meminit; ſed de Lacedaemoniorum hic iudicio, verbum plane nullum facit. Fuere autem inter veteres Scriptores, qui hoc factum, uti prius quoque iſtud, quod iam ſtatim memoravi, ad Piſiſtratum referret. Strabo indicat ubi de Salamine agit lib. IX. Καὶ νῦν μὲν ἔχουσιν Ἀθηναῖοι τ νῆσον· τὸ δ' παλαιὸν πρὸς Μεγαρέας ὑπῆρξεν αὐτοῖς ἔρις περὶ αὐτῆς· καί φασιν οἱ μὲν Πεισίστρατον, οἱ δὲ Σόλωνα παραγράψαντα ἐν τῷ νεῶν καταλόγῳ μετὰ τὸ ἔπ@ τοῦτο.

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖν@ ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,

ἐξῆς τοῦτο

Στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσαντο φάλαγγες.

μάρτυρι χρήσασθαι τῷ ποιητῇ, τοῦ, τ νῆσον ἐξαρχῆς Ἀθηναίων ὑπάρξαι. *Nunc Athenienſes poſſident Inſulam: olim vero de ea cum Megarenſibus contenderunt. Et aiunt hi quidem Piſiſtratum, illi vero Solonem, in Catalogo navium, poſt hunc verſum,*

Aiax vero Salamine adduxit duodecim naves:
inſerto per fallaciam iſto,
Statuitque adductas, ubi Athenienſium ſtabant phalanges:

Poetam produxiſſe teſtem, a principio Athenienſium eam inſulam fuiſſe. Eadem dicit, ex hoc ipſo Strabonis loco, Euſtathius in Commentario ad Homeri iſtum locum Iliad. β. ſed Plutarchus nobis auctor, haec Athenienſes ipſos, tamquam falſa, reiecisſe (a); ac dixiſſe, iudicibus oſtenſum fuiſſe a Solone, Philaeum, & Euryſacen, Aiacis filios, civitate ab Athenienſibus donatos, inſulam ipſis tradidiſſe: tum, quo magis Megarenſibus verum dicere ſe oſtenderet, id ſepeliendi ritu, Salamine uſitato, eviciſſe; quippe more Athenienſium mortuos a Salaminiis ſepeliri, obverſos nempe ad occidentem; quum ſpectantes orientem Megarenſes ſuos conderent. Verba Plutarchi ecce iſta Latine verſa. Αὐτοὶ δ' Ἀθηναῖοι ταῦτα μὲν οἷον τε φλυαρίαν εἶναι, τ δὲ Σόλωνά φασιν ἀποδεῖξαι τοῖς δικασταῖς ὅτι φιλαῖ@ κ Εὐρυσάκη Αἰαντ@ υἱοὶ, Ἀθήνησι πολιτείας μεταλαβόντες, παρέδωσαν, τ νῆσον αὐτοῖς ἔτι δὲ μᾶλλον ἐξελέγξαι τοὺς Μεγαρέας βουλόμενον, ἰσχυρίσασθαι περὶ τ νεκρῶν, ὡς οὐχ ὃν τρόπον ἐκεῖνοι θάπτουσι κεκηδεμένων, ἀλλ' ὃν αὐτοί. Θάπτουσι δὲ Μεγαρεῖς πρὸς ἑσπέραν τοὺς νεκροὺς τρέφοντες, Ἀθηναῖοι δὲ πρὸς ἑσπέραν. *Ipſi vero Athenienſes, nugas iſtas eſſe cenſent: Solonem autem aiunt, oſtendiſſe iudicibus, Philaeum, & Euryſacen, Aiacis filios, accepta ab ipſis civitate, inſulam iis tradidiſſe; quin, quum magis etiam vellet Megarenſes redarguere, fidem ſibi adſtruxiſſe ex ſepultis illic mortuis: qui Athenienſium ritu, non Megarenſium, humati eſſent; quippe uſitatum erat Megarenſibus, ſpectantes orientem mortuos ſepelire, quum Athenienſes contra verſus occidentem eos collocarent.* Quod ad morem ſepeliendi, conſentit etiam AElianus Var. Hiſt. lib. VII. cap. XIX. ubi in eadem hiſtoria ita ſcribit. Ἐκράτησε δὲ κ τοῖς λόγοις αὐτῶν, ὐ λόγων δεινότητι, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τ ἐλέγχων τὸ πλέον ἡνεγκάμεν@· ἀρχαίας γὰρ θήκας ἀναίξας ἀπέδειξε πάντας Ἀθηναίους πρὸς δύσιν κειμένους κατὰ τὸ πατρῴον αὐτοῖς ἦθ@. *Vicit autem (Solon) etiam eos (Megarenſes) oratione; idque quidem non verborum gravitate, ſed argumentis potiorem ſe faciens; quippe, quum ſepulcra antiqua aperuiſſet, Athenienſes eſſe omnes demonſtravit: ſiquidem occidentem verſus ſiti eſſent, more maiorum recepto.* Et huc pertinet oraculi verſus iam citatus:

Οἱ φθίμενοι δέρκονται εἰς ἠέλιον δύνοντα.

Quis vita functis occumbens conſpicitur ſol.

Certe morem Athenienſium hunc fuiſſe, eumque lege conſtitutum, ut, quum ſepelirent mortuos, eos ita collocarent, ut ſpectarent occidentem, clarus teſtis AElianus Var. Hiſt. lib. V. cap. XIV. Νόμ@ κ ἔτ@ Ἀτ-

(a) Ea tamen, quae laudati Scriptores memorant, ab *Ariſtotele Lib. I. Rhetor. Cap. XV. & Quinctiliano Lib. V. Cap. IX.* confirmantur.

Digitized by Google

Ἀτλικὸς, ὃς ἂν ἀτάφῳ περιτύχῃ σώματι ἀνθρώπου, πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῷ γῆν, θάπλειν δὲ πρὸς δυσμὰς βλέποντα. *Lex etiam haec Attica fuit, ut, qui in cadaver inſepultum incideret, omnino terram illi iniiceret, ſepeliretque oculis in occidentem directis.* Itaque manifeſtus eſt memoriae lapſus (a) Diogenis Laertii: qui in Vita Solonis, rem hanc ipſam narrans, Solonem ait oſtendiſſe Athenienſium cadavera orientem ſpectantia. Ἵνα δὲ μὴ δοκοίη βίᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ δίκῃ τὴν Σαλαμῖνα κεκτῆσθαι, ἀνεσκάψας τινὰς τάφους ἔδειξε τοὺς νεκροὺς πρὸς ἀνατολὰς ἐστραμμένους, ὡς ἦν ἦθος θάπλειν Ἀθηναίοις. *Vt vero non vi tantum, ſed & iure Megarenſes poſsidere viderentur ſepulcris quibusdam effoſſis, cadavera ad Orientem verſa oſtendit, ut ſepeliendi mos Athenienſibus.* Dixi vero paullo ante, ſub Lacedaemoniorum iudicio controverſiam hanc fuiſſe: idque ab AEliano etiam confirmatur in citato ſtatim cap. XIX. lib. VII. Ἔκριναν δὲ τὴν δίκην Λακεδαιμόνιοι. *Iudicarunt vero litem Lacedaemonii.* Et erant quidem ex illis lecti iudices quinque, Critolaidas, Amompharetus, Hypſechidas, Anaxilas, Cleomenes. Plutarchus. Ταύτην τὴν δίκην ἐδίκασαν Σπαρτιατῶν πέντε ἄνδρες, Κριτολαΐδας, Ἀμομφάρετος, Ὑψηχίδας, Ἀναξίλας, Κλεομένης. *Hanc cauſam iudicarunt e Spartanis viri quinque, Critolaidas, Amompharetus, Hypſechidas, Anaxilas, Cleomenes.*

CAP. VIII.

Bellum contra Cirrhaeos ſuadet; &, delecto ad id duci Cliſtheni additus conſiliarius, duplici conſilio efficit, ut Cirrha expugnaretur.

HAc re magna ſibi gloria apud ſuos comparata, etiam ſumma in exiſtimatione tota Graecia eſſe coepit; quum defendi templum Delphicum, & ſuccurri Apollini debere, diceret: neque permittendum eſſe, ut Cirrhaei oraculum eius profanarent. Itaque ab illo inducti, ad arma iverunt Amphyctiones. Plutarchus. Ἤδη μὲν οὖν καὶ ἀπὸ τούτων ἐνδοξος ἦν ὁ Σόλων καὶ μέγας. ἐθαυμάσθη δὲ καὶ διεβοήθη μᾶλλον ἐν τοῖς Ἕλλησιν, εἰπὼν ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Δελφοῖς, ὡς χρὴ βοηθεῖν καὶ μὴ περιορᾶν Κιρραίους ὑβρίζοντας εἰς τὸ μαντεῖον, ἀλλὰ προσαμύνειν, ὑπὲρ τοῦ θεοῦ Δελφοῖς. πεισθέντες γὰρ ὑπ' ἐκείνου πρὸς τὸν πόλεμον ὥρμησαν οἱ ἀμφικτύονες, ὡς ἄλλοι τε μαρτυροῦσι καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ τῶν πυθιονίκων ἀναγραφῇ, Σόλωνι, τὴν γνώμην ἀνατιθείς. *Erat iam vel hinc celebris Solon, & inclutus; maius tamen nomen, & clarius, apud Graecos paravit; quum cauſam defendit templi Delphici: ſuccurrendum ei eſse, inquiens: nec permittendum, ut Cirrhaei oraculum profanarent, ſed Deum Delphis vindicandum. Ab illo enim perſuaſi Amphictyones, cum impetu animi, ad bellum capeſſendum ruerunt: ut cum alii teſtantur, tum in Pythionicarum deſcriptione Ariſtoteles, qui Soloni hanc ſententiam attribuit.* Certe Solone ſuaſore bellum hoc decretum, Aait etiam AEſchines Orat. in Cteſiphontem: ubi totam hanc hiſtoriam pluribus narrans, inter alia ita dicit. Λαβόντες δὲ τὸ χρησμὸν οἱ Ἀμφικτύονες, ἐψηφίσαντο, Σόλωνος ἐπόντος Ἀθηναίου τὴν γνώμην, ἀνδρὸς καὶ νομοθετῆσαι δυνατοῦ, καὶ περὶ ποίησιν καὶ φιλοσοφίαν διατετριφότος, ἐπιστρατεύειν ἐπὶ τοὺς ἐναγεῖς κατὰ τὴν μαντείαν τοῦ θεοῦ. *Amphictyones, oraculo accepto, de ſententia Solonis Athenienſis, viri & legum ferendarum peritia praediti, & in philoſophia, ac poeſi, verſati, decreverunt exercitum ducere contra nefarios, ut oraculum iuberet.* Fuit autem huic quoque bello, quemadmodum contra Megarenſes, Solon dux conſtitutus; quod ab aliis tamen negatur, & ab ipſo quoque Plutarcho, qui Hermippum ita adfirmare tradit, & Evanthem auctorem habere iſtis verbis. Οὐ μέντοι στρατηγὸς ἐπὶ τοῦτον ἀπεδείχθη ὁ πόλεμον, ὡς λέγει φησὶν Ἕρμιππος Εὐάνθη Σάμιον, ὅτε γὰρ Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ τοῦτ' εἴρηκεν, ἔντε τοῖς ἐν Δελφῶν ὑπομνήμασιν Ἀλκμαίων, ὐ Σόλων, Ἀθηναίων στρατηγὸς ἀναγέγραπται. *Non fuit tamen bello huic dux, ut tradere Samium Evanthem Hermippus ait; neque enim id orator AEſchines prodidit, & in Delphorum commentariis Alcmaeon, non Solon, dux Athenienſium relatus eſt.* Et ita ſe rem habere exiſtimo. Copiis, quas bello iſti ſubmiſere Athenienſes, dux Alcmaeon eſt praefectus; at Graecorum totum exercitum Cliſthenes duxit, Sicyoniorum tyrannus: atque huic additus Solon, qui conſilio illum regeret. Qua re factum, ut, quum omnia ex arbitrio ipſius quodam modo gererentur, is revera exercitui praeeſſe diceretur, ſummo imperio nomine tenus tantum Cliſtheni demandato. Ac Solonem quidem Cliſtheni additum conſiliarium eſt videre apud Pauſaniam in Phocicis. Χρόνῳ ὕστερον οἱ ἐν τῇ Κίρρᾳ ἄλλα τε ἠσέβησαν εἰς τὸ Ἀπόλλωνα, καὶ ἀπέτεμνον τοῦ θεοῦ τὴν χώραν. πολεμεῖν οὖν πρὸς τοὺς Κιρραίους ἔδοξεν Ἀμφικτύοσιν, καὶ Κλεισθένη τε Σικυωνίων τυραννοῦντα προεστήσαντο ἡγεμόνα εἶναι καὶ Σόλωνα ἐξ Ἀθηνῶν ἐπηγάγοντο συμβουλεύειν. *Aliquanto vero tempore poſt, quum Cirrhaei & alia impie in Apollinem admiſiſſent, & de terra quoque Dei reſecuiſſent, viſum fuit Amphictyonibus bellum cum Cirrhaeis gerere, idque Cliſtheni Sicyoniorum tyranno, demandarunt: Atheniſque, cuius ille conſilio uteretur, Solonem evocarunt.* Suidas. Σόλων. τοῦτον εἵλοντο οἱ Κιρραίους πολεμεῖν ἡρεμένοι σύμβουλον. *Solon. Hanc, qui delecti fuerunt, ad bellum cum Cirrhaeis gerendum, conſiliarium elegerunt.* Dum id bellum geritur, dato oraculo, invictam Cirrhaeorum urbem fore, donec terram ſacram mare attingeret, auctor Cliſtheni fuit Solon, uti Cirrhaeorum Deo totam conſecraret, ut hoc modo mare ſacro Dei agro vicinum fieret, urbſque expugnari poſſet. Pauſanias libro citato. Χρωμένοις δὲ σφισιν ὑπὲρ νίκης, ἀνεῖπεν ἡ Πυθία.

Οὐ πρὶν τὸ δὲ πόλη ἐρείψετε πύργον ἑλόντες,
Πρὶν καὶ ἐμῷ τεμένει κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης
Κῦμα ποτικλύξῃ, κελαδοῦν ἐπὶ οἶνοπα Πόντον.

Ἔπεισεν οὖν ὁ Σόλων καθιερῶσαι τῷ θεῷ τὴν Κιρραίαν

[a] *Verumtamen excuſari fortaſſe ita poſſit Laertius, ut dicamus eum eſſe ſequutum Auctores alios: quos non defuiſſe equidem exiſtimo. Nam & Scholiaſtes Thucydidis adnotat, morem fuiſſe omnibus Graecis ἐπ' ἀνατολὰς ποιεῖν ὁρᾶν τοὺς νεκρούς. Iſaac. Caſaubonus* ad Laertii locum.

Digitized by Google

ſαίαν, ἵνα δὴ τῷ τεμένϵ τῦ Ἀπόλλωνος γένηται γείτων ἡ θάλασσα. *De victoria vero conſulentibus, reſpondit Pythia.*

Non ante huius urbis turrim captam deiicietis,
Quam meum lucum glaucos oculos habentis
Amphitrites
Fluctus adluat, reſonans in nigrum mare.

Perſuaſit itaque Solon, ut Apollini agrum Cirrhaeum conſecrarent, quo ſacro Dei agro mare vicinum fieret. Quae totidem verbis Suidas hinc deſumta tranſcripſit. Atque Cliſthenis factum illud, quamquam nulla de conſilio Solonis mentione, memorat etiam Polyaenus lib. III. Κλειοθένης Κίρραν ἐπολιόρκϵ μάντϵυμα ἦν Κιρραίαν ἀνάλωτον ἔσεσθαι τὴν πόλιν, ἕως ἂν ψαύσῃ τῆς ἱερᾶς γῆς ἡ θάλασσα. οἱ μὲν Κιρραῖοι καπηφόνων πλέϊον ἀπέχοντες θαλάττης. ἡ δὲ Κίρρα τῆς ἱερᾶς γῆς ἔψαυσε καθηκύσης ἐπὶ θάλαττα. ὁ Κλειοθένης τὸ μαντεῖον μαθὼν, καθιέρωσε τῷ θεῷ τήν τε πόλιν, καὶ τὴν χώραν τὴν Κιρραίαν. *Cliſthenes Cirrham obſidebat. Oraculum erat, Cirrhenſem urbem invictam fore eo uſque, dum terram ſacram mare attingeret; id Cirrhenſes tamquam longe a mari ſiti, inſuper habebant. Cirrha vero terrae ſacrae, quae ad mare adiacebat, contermina erat. Cliſthenes, quum oraculum reſciviſset, urbem Deo, & terram eius conſecravit: ut ſic, tota ſacra facta mare adtingeret, quod oraculum dicebat.* Sed & aliud a Solone conſilium datum, quo mox Cirrha expugnata commemoratur a Pauſania ibidem in hunc modum. Εὑρέσθη δὲ καὶ ἕτερον τῷ Σόλωνι σόφισμα ἐς τὰς Κιρραίας. τῷ γὰρ Πλείστῳ τὸ ὕδωρ ῥέον διὰ ὀχετῦ σφίσιν ἐς τὴν πόλιν ἀπέτρεψεν ἀλλαχόσε ὁ Σόλων. καὶ οἱ μὲν πρὸς τοὺς πολιορκῦντας ἔτι ἀντεῖχον ἔκτε φρεάτων καὶ ὕδωρ τὸ ἐκ τῦ θεῦ πίνοντες. ὁ δὲ τῦ ἑλλεβόρυ τὰς ῥίζας ἐμβαλὼν ἐς τὸν Πλεῖστον, ἐπειδ' ἱκανῶν τῦ φαρμάκυ τὸ ὕδωρ ἠθετο ἔχον, ἀπέστρεψεν αὖθις ἐς τὸ ὀχετόν. καὶ ἐνεφορήσαντο γὰρ ἄδην οἱ Κιρραῖοι τῦ ὕδατος· καὶ οἱ μὲν ὑπὸ ἀπαύστυ τῆς διαῤῥοίας ἐξέλιπον οἱ ἐπὶ τῦ τείχυς τὴν φυράν. Ἀμφικτύονες δὲ ὡς εἷλον τὴν πόλιν, ἐπράξαντο ὑπὲρ θεῦ δίκας παρὰ Κιρραίων. *Alio etiam idem Solon in Cirrhaeos aſtu uſus eſt: quod aquam Pliſti ex alveo, unde in urbem fluebat, alio avertit. Sed, quum obſidentibus reſiſterent oppidani, & partim puteales aquas, partim pluvias e ciſternis potarent, ellebori radices in Pliſtum coniiciendas curavit: atque, ubi ſatis infectam medicamento aquam intelliexit, in priſtinum alveum amnem iterum fluere fecit. Ita Cirrhaei, quum avidius de aqua illa bibiſſent, alvi perpetuo profluvio laborantes, moenium praeſidium deſerere coacti ſunt. Amphictyones vero, urbe potiti, ac Cirrhaeis male multatis, Dei iniurias ulti ſunt.* Et haec quoque apud Suidam, huc tranſcripta, reperiuntur. Frontinus etiam iſtud factum a Cliſthene refert, ſine Solonis mentione, cuius conſilio tamen fiebat: plane uti Polyaenum memorare factum illud antecedens, paulo ante indicavi. Verba eius ecce iſta lib. III. cap. VII. *Cliſthenes Sicyonius ductum aquarum, in oppidum Cirrhaeorum (a) ferentem, rupit; mox adfectis ſiti reſtituit, elleboro corruptam, qua uſos profluvio ventris decipiens cepit.*

CAP. IX.

Diſſidium inter Cylonios, & Megacleos, componit. Vrbem luſtrat, advocato Epimenide: a quo quaedam item accipit ad conſtituendas leges pertinentia; ac quo tempore iſtud factum. Platonis locus emendatus.

IAm diu flagrabat urbs diſſidio, inter Megaclis familiam, & Cylonis: populuſque in partes etiam diſceſſerat. Solon, qui auctoritate excellebat, ut componeret, & periculo imminenti urbem eriperet, intercedens; cum rogando, tum hortando, mox effecit, ut Cylonii in iudicio ſeſe ſiſtere, ac cauſſam dicere, animum inducerent; quod quum facerent, lecti iudices trecenti e primoribus, qui ſupererant e familia Megaclis, vivos in exilium agunt, mortuorum oſſa effoſſa extra fines proiici iubent. Plutarchus. Τὸ δὲ Κυλώνϵιον ἄγος ἤδη μὲν ἐκ πολλῦ διετάραττε τὴν πόλιν. καὶ τῶν Κυλωνείων οἱ περιγενόμενοι, πάλιν ἦσαν ἰσχυροὶ, καὶ στασιάζοντες ἀεὶ διετέλουν πρὸς τοὺς ἀπὸ τῦ Μεγακλέους. ἐν δὲ τῷ τότε χρόνῳ τῆς στάσεως ἀκμὴν λαβύσης μάλιστα, καὶ τῦ δήμυ διασάντος, ἤδη δόξαν ἔχων ὁ Σόλων, παρῆλθεν εἰς τὸ μέσον ἅμα τοῖς ἄρίστοις τῶν Ἀθηναίων, καὶ δεόμϵνος καὶ διδάσκων ἔπεισε τοὺς ἐναγεῖς λεγομένους, δίκην ὑποσχεῖν καὶ κριθῆναι, τριακοσίων ἀριστίνδην δικαζόντων. Μύρωνος δὲ τῦ Φλυέως καθηγοροῦντος, ἑάλωσαν οἱ ἄνδρες, καὶ μετέστησαν οἱ ζῶντες· τῶν δ' ἀποθανόντων τοὺς νεκροὺς ἀνορύξαντες, ἐξέῤῥιψαν ὑπὲρ τοὺς ὅρυς. *Porro Cylonium ſcelus iam diu perturbabat civitatem: & Cylonio-rum qui ſupererant, rurſum validi facti erant, ac diſſidia cum Megacleis ſempiterna exercebant. Atque hoc tempore cum ſeditio plurimum invaluiſſet, populuſque diſſideret, Solon, qui auctoritate iam excelleret, adhibitis primoribus Athenienſium, in medium proceſſit; ac rogando, & monendo, induxit illos, qui impiati dicebantur, ut iudicio ſe ſubmitterent, atque cauſſam dicere vellent, trecentis e primoribus ius dicturis. Itaque Myrone Phlyenſe accuſante, condemnati, qui ſupererant, in exilium ſunt acti: mortuorum vero cadavera, terra eruta, extra fines proiecta.* Dum haec fiunt, inſurgentes Megarenſes, Niſaeam eripiunt, iterum Salamina in poteſtatem ſuam redigunt. Quum terror urbem invaſiſſet, ob ſpectra quaedam, & vates eam expiandam denunciarent, advocatus eſt Epimenides, uti urbem luſtraret; iſque poſtquam adveniſſet, Solon eo perfamiliariter uſus, multa ab ipſo accepit, quae ad leges conſcribendas pertinebant. Plutarchus. Ταύταις δὴ ταῖς ταραχαῖς καὶ Μεγαρέων συνεπιθεμένων, ἀπέβαλόντο Νισαίαν οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ Σαλαμῖνα ἐξέπεσον αὖθις. καὶ φόβοι πυὲς ἐκ δεισιδαιμονίας ἅμα καὶ φάσματα κατεῖχε τὴν πόλιν· οἵ τε μάντεις ἄγη καὶ μιατμοὺς δεομένους καθαρμῶν προσφαίνεσθαι διὰ τῶν ἱερῶν ἠγόρευον. οὕτω δὲ μετάμεμπτος αὐτοῖς ἦκεν ἐκ Κρήτης Ἐπιμενίδης ὁ Φαίστιος..... ἐλθὼν δὲ, καὶ τῷ Σόλωνι χρησάμενος φί-

[a] Ita legebat etiam ex Polyaeni VI. *Ortelius.* Sed *Criſaeorum* vera ſcriptio eſt, eademque urbs eſt *Criſa* & *Criſſa.* Vide *Pauſaniam* in *Phocicis.* *Stephanus Criſam* vocat. Conſulendus omnino *Euſtathius ad Iliad. β'.* & ad eum eruditiſſimus *Politus.*

Digitized by Google

φίλῳ, πολλὰ προσυπεργάσατο καὶ προωδοποίησεν αὐτῷ τῆς νομοθεσίας. *Inter hos motus ingruentibus etiam Megarenſibus, amiſerunt Athenienſes Niſaeam, & Salamine rurſum exciderunt, & terrores ex ſuperſtitione, pariterque oblata viſa, urbem tenebant: ac vates piacula quaedam, noxaſque, quae expiari deberent, ſacris praeſignificari nunciabant; eam ob cauſam e Creta accitus eſt Epimenides Phaeſtius; qui, quum veniſſet, Solone uſus amico, multa ei ſuggeſſit, viamque praemuniit ad conſtituendas leges.* Ac Cyloniorum quidem & Megacleorum ſeditio, ac per eam Salaminiorum defectio ab Anonymo in Deſcript. Olymp. commemoratur Olymp. XLV. an. 1. Ita enim ibi ait. Τὸ Κυλώνιον ἄγος. ἡ τ Σαλαμινίων ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων πρὸς τοὺς Μεγαρεῖς ἀπόστασις. *Cylonium piaculum. Salaminiorum ab Athenienſibus ad Megarenſes defectio.* Deinde vocationem Epimenidis collocat quadriennio poſt, id eſt, Olymp. XLVI. an. 1. Neutrum recte ut mox oſtendam. Hoc certiſſimum, amicitia eius uſum Solonem: quod Plutarchus dicit, neque hoc tantum, verum hoſpitem etiam habuiſſe. Tradit idem hic Plutarchus in libello De convivio Sapientum. Ὑπολαβὼν ὁ Ἄρδαλος, Ἀρ' ἔν (ἔφη) κ τὸν ἑταῖρον ἡμῖν, Σόλωνος δὲ ξένον, Ἐπιμενίδην νόμος τις ἀπέχεσθαι τ ἄλλων σιτίων κελεύει; *Subiiciens vero Ardalus: Numnam ergo etiam ſodalem noſtrum, Solonis autem hoſpitem, Epimenidem, lex aliqua abſtinere illi iubet?* Quod vero dixi, accepiſſe eum quaedam ab Epimenide, quum Athenis illo tempore verſaretur, & hoſpitio quoque ipſius uteretur, quae ad legum conſtitutionem facerent; iſthuc pertinet, quod Epiſtolam item quamdam Epimenides ad Solonem, de Cretenſium republica, a Minoe conſtituta, ſcripſiſſe perhibeatur. Diogenes Laertius in Epimenide lib. I. Φέρεται δ' αὐτοῦ καὶ ἐπιστολὴ πρὸς Σόλωνα τ νομοθέτην, περιέχουσα πολιτείαν ἣν διέταξε Κρησὶ Μίνως. *Fertur ipſius (Epimenidis) etiam ad Solonem legislatorem epiſtola, de republica, quam Cretenſibus Minos conſtituit.* Ad hanc autem Athenarum luſtrationem reſpexit Ammianus Marcellinus lib. XXVIII. cap. IV. quum inquit. *Nec Epimenides ille Cretenſis, ſi fabularum ritu ab inferis excitatus rediiſſet ad noſtra, ſolus purgare (a) ſufficeret Romam.* Quo vero tempore haec vocatio Epimenidis, & luſtratio, contigerit, varie auctores tradunt. Marianus Scotus Chron. lib. I. refert in Olym. XLIII. an. IV. Ita enim illic ſcribit. *Epimenides Athenas purgari iuſſit.* Suidas memorat Olymp. XLIV. accidiſſe. Ἐπιμενίδης ἐκάθηρε τὰς Ἀθήνας τῷ Κυλωνίῳ ἄγει κατὰ τ μδ' Ὀλυμπιάδα γηραιὸς ὤν. *Epimenides urbem luſtravit, a ſcelere Cylonio Olymp. XLIV. iam grandaevus.* Anonym. in Deſcript. Olympiadum refert illud in Olymp. XLVI. an. 1. ita illic ſcribens. Ἐπιμενίδης τὰς Ἀθήνας καθαίρει. *Epimenides Athenas luſtrat.* Quem confirmat Diogenes Laertius, qui itidem ait Olympiade XLVI. factum. Τότε κ Ἀθηναίοις λοιμῷ κατεχομένοις ἔχρησεν ἡ Πυθία καθῆραι τὴν πόλιν, οἱ δ πέμπουσι ναῦν τε καὶ Νικίαν τὸν Νικηράτου εἰς Κρήτην, καλέσαντες τ Ἐπιμενίδην. καὶ ὃς ἐλθὼν Ὀλυμπιάδι τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ ἐκάθηρεν αὐτῶν τὴν πόλιν. *Athenienſibus, per id tempus peſte laborantibus, oraculo reſpondit Pythia, uti urbem expiarent; illi vero navem mittunt, Niciamque, Nicerati filium, in Cretam vocantes Epimenidem: atque ille, quum veniſſet Olympiade quadrageſima ſexta, urbem ipſorum luſtravit.* Quae totidem verbis hinc tranſſcriptis Apoſtolius etiam refert Cent. VIII. Proverb. LXXXIV. ſed Diogenis quidam codices, uti monet Caſaubonus habent quadrageſima ſeptima. Atque haec lectio confirmatur ab Euſebio; qui ad Olymp. XLVII. ann. 11. ita ſcribit. Ἐπιμενίδης τὰς Ἀθήνας καθαίρει. *Epimenides Athenas emundavit.* Sed & vitioſa haec lectio, & Euſebius erravit. Nam, quum factum hoc adpareat, antequam remp. Solon, latis legibus, ordinaſſet; quod evenit Olympiadis XLVI. anno III. ut mox oſtendam: quomodo poteſt recte dici, Olympiade inſequente demum factum? Itaque Suidam, & quos ille Auctores ſequitur, rectius tradidiſſe cenſeo. Sed Platoni quid faciemus? apud quem Cretenſis Clinias ad Athenienſem hoſpitem tantum decem ante bellum Perſicum annis accidiſſe illud tradit iſtis verbis De Leg. lib. I. Τῇδε γὰρ ἴσως ἀκήκοας, ὡς Ἐπιμενίδης γέγονεν ἀνὴρ θεῖος (b), ὃς ἦν ἡμῖν οἰκεῖος· ἐλθὼν δὲ πρὸ τ Περσικῶν δέκα ἔτεσι πρότερον παρ' ἡμᾶς, κατὰ τ τοῦ θεοῦ μαντείαν, θυσίας τε ἐθύσατό τινας, ἃς ὁ θεὸς ἀνεῖλε· κ δὴ κ φοβουμένων τ Περσικὸν Ἀθηναίων στόλον, εἶπεν, ὅτι δέκα μὲν ἐτῶν οὐχ ἥξουσιν. ὅταν δὲ ἔλθωσιν, ἀπαλλαγήσονται, πραξάντες οὐδὲν ὧν ἤλπιζον παθόντες τε ἢ δράσαντες πλέω κακά. *Audiiſti fortaſſe etiam hic Epimenidem, qui e familia noſtra erat, virum fuiſſe divinum; is vero, quum decem annis ante bellum Perſicum ad vos veniſſet, iuxta datum a Deo oraculum, ſacra quaedam, quae facienda reſponderat Deus, celebravit; quumque claſſem Perſicam Athenienſes formidarent, dixit, intra decem annos non venturam: ac, quum etiam adveniſſet, nihil eorum, quae ſperaſſent, Perſas effecturos eſſe: pluribuſque quam dediſſent, acceptis damnis, receſſuros.* Nam ſi verum eſt, decem tantum ante bellum Perſicum annis Epimenidem Athenas veniſſe, ad perficienda ſacra, ab oraculo mandata, quibus urbem expiaret, neceſſario factum fuerit Olym. LXXII. anno III. quod eſt longe abſurdiſſimum. Omnino corruptum eſſe locum, Hiſtoria clamat; & ſequentia ipſius Platonis verba. Τότ' ἂν ἐξενώθησαν ὑμῖν οἱ πρόγονοι ἡμῶν· κ εὐνοιαν

(a) Heinc *Epimenides* καθαρτὴς cognominatus, teſte *Iamblicho Lib. de Vita Pythagorae Cap. XXVIII.* ita enim ibi legendum non καθαρίνης; quod vel ex ipſo Porphyrio in Vita Pythagorae liquet, ubi & καθαρτὴς adpellatur. *Apuleius* quoque *Floridorum II. Fertur & penes Anaximandrum* (de Pythagora ſermo eſt) *naturalia commentatus, nec non & Cretenſem Epimenidem, inclutum fatiloquum, & Piatorem diſciplinae gratia ſectatus*; ſic enim ibi legendum exiſtimabat *Lipſius Manud. ad Philoſ. Stoic. Lib. II. Cap. VI.* pro eo quod vulgo legitur *Platonem*, contra Chronologiae fidem. Sed fortaſſe ſcripſerat Apuleius *Solonem:* quae eſt Caſauboni, in Notis ad Pythagorae vitam, coniectura.

(b) Sic apud *Laertium* θεοφιλέστατος dicitur, & a *Plutarcho* in *Solone* θεοφιλὴς, κ σόφος περὶ τὰ θεῖα.

Digitized by Google

νοιαν ἐκ τόσυ ἔγωγε ὑμῖν κ᾽ οἱ ἡμέτεροι ἔχυσι γονεῖς. *Tunc igitur contractum est inter nostros vestrosque maiores ius hospitii: & amicitiam a tam longo sane tempore inter se progenitores nostri colunt.* Quid enim? si decem tantum annos dixisset, non hic diceret, οἱ πρόγονοι ἡμῶν, *progenitores nostri*, &, οἱ ἡμέτεροι γονεῖς, *maiores nostri*: neque ἐκ τόσυ, *a tam longo tempore*. Quam ob rem, pro verbo δέκα, quod, quamtumvis nihili exsistat, priscae tamen lectionis vestigia servat, utrobique rescribo, ρκά ut Plato dicat annis CXXI. ante Persicum bellum lustratam urbem ab Epimenide. Ac, scripsisse sic Platonem, nulli deinceps dubium futurum puto. Fuit enim bellum Persicum Olymp. LXXV. anno I. a quo tempore si annos CXXI. retro computes, incides in Olymp. XLIV. annum III. quod cum Suida plane convenit, qui lustrationem hanc ab Epimenide factam tradit, ea ipsa Olympiade. De iure vero hospitii & amicitia, tunc contracta inter Cretenses & Athenienses, quod hic a Platone dicitur, est verissimum; nam Epimenides, quum, lustratae urbis praemium Athenienses talentum ei dandum decrevissent, id recusans, amicitiam, & societatem, inter suos & Athenienses, constituit; quod ipsum hoc loco innuit Plato, & traditur etiam a Diogene Laertio in Vita Epimenidis lib. I. Ἀθηναῖοι δὲ τάλαντον ἐψηφίσαντο δῦναι αὐτῷ, κ᾽ ναῦν τὴν εἰς Κρήτην ἀπάξυσαν αὐτόν. ὁ δ᾽ τὸ μὲν ἀργύριον ὐ προσήκατο· φιλίαν δ᾽ κ᾽ συμμαχίαν ἐποιήσατο Κνωσσίων, κ᾽ Ἀθηναίων. *Athenienses vero ei (Epimenidi) talentum decernunt, navemque dandam, quae in Cretam reduceret, at ille, pecuniam quidem non admisit: sed amicitiam, & societatem, inter Cnossios, atque Athenienses, fecit* (a).

CAP. X.

Seditionem inter Diacrios, Pediaeos, & Paralos, componit. Archon creatur, & leges condit: quo tempore illud fecerit, indicatum. Eusebii, & Mariani Scoti, in hac re error.

POstquam compositus esset tumultus Cylonius, & eiectis sceleri obnoxiis, in seditionem erupit vetus contentio, de rep. administranda suscepta, inter Diacrios, Pediaeos, & Paralos. Ac populi dominatum, Diacrii; paucorum, Pediaei maxime cupiebant: Parali, quum medium quemdam reip. statum vellent, partis eius utriusque studium impediebant. Plutarchus. Αἱ δ᾽ Ἀθῆναι τ᾽ Κυλωνείυ πεπαυμένης ταραχῆς, κ᾽ μεθεστότων (ὥσπερ εἴρηται) τῶν ἐναγῶν, τὴν παλαιὰν αὖθις σάσιν ὑπὲρ τῆς πολιτείας ἐσασίαζον, ὅσας ἡ χάρα διαφορὰς εἶχε, μέρη τῆς πόλεως διασάσης. ἦν γὰρ τὸ μὲν τῶν Διακρίων γένω δημοκρατικώτατον. ὀλιγαρχικώτατον δ᾽ τὸ τῶν πεδαίων. τρίτοι δ᾽ οἱ παραλοι μέσον τινὰ καὶ μεμιγμένον αἱρούμενοι πολιτείας τρόπον, ἐμποδὼν ἦσαν κ᾽ διεκώλυον τὰς πλεστίυς ἀναμαλίας. *Athenae vero, Cylonio sopito tumultu, & exterminatis, uti dictum est, iis qui eius sceleris participes erant, veterem seditionem de rep. administranda renovarunt, divisa urbe in tot partes, in quot regiones distincta erat. Erant enim Diacrii, qui imperio populi addicti erant: Pediaei, qui paucorum dominatui studebant: tertii, Parali dicebantur; qui medium quemdam, atque mistum in rep. statum cupiebant; &, utrosque impedientes, prohibebant, ne summa rerum potirentur.* Plura vero de hac triplici factione pridem dixi, quae non repeto in Pisistrato cap. III. Illic, si quis volet, videat. Flagrabat vero eodem tempore pauperum cum divitibus propter inaequalitatem dissensio: itaque in ancipiti plane resp. erat; neque item salva aliter esse posse videbatur, quam, si uni summa rei mandaretur; quippe populus universus, a divitibus aere alieno oppressus, ingemebat: quum aut illis tantum ararent, sextam ipsis fructuum partem persolventes; aut versuram in corpora sua facientes, abduci a foeneratoribus poterant: parsque ibi serviebant, pars in terra peregrina venum dati: alii etiam liberos vendere, & solum vertere, ob duritiem creditorum, cogebantur. Plurimi autem, atque ii validissimi convenientes, sese mutuo exhortari, ne periculum negligerent: qui eligerent sibi potius ducem unum, virum cui fidere possent; &, ereptis alieno aere oppressis, terram inter se dividerent, atque statum reip. universum commutarent. Plutarchus. Τότε δὲ τῆς τῶν πενήτων πρὸς τὰς πλεσίυς ἀναμαλίας ὥσπερ ἀχμὴν λαβέσης, παντάπασιν ἐπισφαλῶς ἡ πόλις διέκειτο, κ᾽ μόνως ἂν ἐδόκει καταστῆναι καὶ παύσασθαι ταραττομένη τυραννίδ᾽ γρομένης· ἅπας μὲν γὰρ ὁ δῆμ᾽ ἦν ὑπόχρεως τῶν πλεσίων. ἢ γὰρ ἐγεώργυν ἐκείνοις ἕκτα τ᾽ γινομένων τελῶντες, ἑκτημόριοι προσαγορεύόμενοι κ᾽ θῆτες. ἢ χρέα λαμβάνοντες ἐπὶ τοῖς σώμασιν, ἀγώγιμοι τοῖς δανείζυσιν ἦσαν, οἱ μὲν αὐτῶ δυλεύοντες, οἱ δ᾽ ἐπὶ τῇ ξένῃ πιπρασκόμενοι. πολλοὶ δ᾽ κ᾽ παῖδας ἰδίυς ἠναγκάζοντο πωλεῖν. ὐδὲς γὰρ νόμ᾽ ἐκάλυε καὶ τ᾽ τόλιν φεύγειν διὰ τὴν χαλεπότητα τ᾽ δανεσῶν. οἱ δὲ πλέσι κ᾽ ῥωμαλεώτατοι συνέσαντο καὶ παρεκάλων ἀλλήλως μὴ περιορᾶν, ἀλλ᾽ ἑλομένυς ἕνα προστάτω. ἄνδρα πισὸν, ἀφελέσθαι τὰς ὑπερημέρυς, καὶ γῆν ἀναδάσασθαι, καὶ ὅλως μετασῆσαι τὴν πολιτείαν. *Quum autem summa tunc esset inter divites paupereque inaequalitas, in lubrico admodum statu civitas versabatur & componi res dumtaxat posse videbatur si tyrannis constitueretur. Populus enim universus aere divitum alieno op-*

(a) Paulo aliter *Plutarchus lib. de Reip. gerendae praeceptis*: ἂν δ᾽ ἢ μὴ ῥᾴδιον δῆμ τινὰ χάριν ἀπώσασθαι φιλοφρσύνως πρὸς τοῦτο ἐυέντ᾽, ὥσπερ ἀκ ἀργυρίτου δὲ ὡρίτου ἀγῶνα πολιτικὰς ἀγωνιζομένοις, ἀλλὰ ἱερὸν ὡς ἀληθῶς κ᾽ σεφανίτου, ἐπιγραφή τις ὀρκεῖ κ᾽ συνάκιον, κ᾽ ψήφισμα, κ᾽ θαλλὸς, ὡς Ἐπιμενίδης ἔλαβεν ἐξ ἀκροπόλεως, καθ᾽ὅσης τὴν πόλιν. *Quod si populi huc propendentis gratiam ac studium non facile sit repudiare: quia in reipublicae certaminibus non argentum aut munus praemii loco petitur, sed sacrum est revera & Coronarium certamen, inscriptio aliqua suscipiet, & decretum & surculus, sicut ex arce accepit Epimenides, quum urbem lustrasset. Et in Solone*: Ἐπιμενίδης μὲν ὃν μάλισα θαυμασθεὶς, κ᾽ χρήματα δόντων πολλὰ κ᾽ τιμὰς μεγάλας τῶν Ἀθηναίων, ᾔτ᾽ᾱ δ᾽ θαλλὸν ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ἐλαίας αἰτησάμ᾽ κ᾽ λαβὼν ἀπῆλθεν. *Ac Epimenides quidem summis laudibus aequeque ingentibus honoratus donis a populo Atheniensi, praeter surculum ex sacra olea, nulla re petita, nec accepta, discessit.*

Digitized by Google

opprimebatur: & aut agros bis colebant, sextam partem persolventes; unde Hectemorii, & Thetes, dicebantur: aut, corporibus pignoratis, abduci a foeneratoribus poterant: ac pars ibi serviebant, pars peregre venundabantur. Multi etiam, nulla lege prohibente, liberos vendere cogebantur, & urbem deserere, ob rigorem foeneratorum; plerique vero, qui validissimi congregati, sese mutuo hortabantur, ne negligerent, sed, electo duce aliquo, viro fido, aere oppressos liberarent, terram dividerent, atque totum reip. statum inverterent. Inter illa in Solonem prudentissimi quique oculos coniecerunt, quod, immunis delictorum, neque iniuriae locupletum, nec necessitatis pauperum particeps esset: rogaruntque, ut remp. capesseret, & dissidia componeret. Alii tradunt, ut remp. servaret, circumventa parte utraque distributionem agrorum clam egenis, ac pactorum confirtionem ditibus, ostendisse: verum ipsum primum invadere remp. detrectasse, quum illorum avaritiam, horum autem insolentiam vereretur. Plutarchus. Ἐνταῦθα δὴ τῶν Ἀθηναίων οἱ φρονιμώτατοι, συνορῶντες τὴν Σόλωνα μόνον μάλιστα τῶν ἁμαρτημάτων ἐκτὸς ὄντα, καὶ μήτε τοῖς πλουσίοις κοινωνοῦντα τῆς ἀδικίας, μήτε ταῖς τῶν πενήτων ἀνάγκαις, ἐνεχόμενον, ἐδέοντο τοῖς κοινοῖς προσελθεῖν, καὶ καταῦσαι τὰς διαφοράς. καίτοι Φανίας ὁ Λέσβιος αὐτὸν ἱστορεῖ τὸν Σόλωνα χρησάμενον ἀπάτῃ πρὸς ἀμφοτέρους ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς πόλεως, ὑποσχέσθαι κρύφα τοῖς μὲν ἀπόροις τὴν νέμησιν, τοῖς δὲ χρηματικοῖς τὰ βεβαίωσιν τῶν συμβολαίων. ἀλλ' αὐτὸς ὁ Σόλων, ὀκνῶν, φησι, τὸ πρῶτον ἅψασθαι τῆς πολιτείας, καὶ δεδοικὼς τῶν μὲν τὴν φιλοχρηματίαν, τῶν δὲ τὴν ὑπερηφανίαν. *Hinc, qui inter Athenienses prudentissimi erant, advertentes, Solonem praecipue criminibus vacare, neque opulentorum iniuriae socium esse, nec necessitatibus inopum implicatum, oraverunt eum, ut ad remp. accederet, & civium dissidia componeret. Atqui Phanias Lesbius tradit, ipsum Solonem, ad servandam remp. dolo partem utramque circumvenisse; ac clam promisisse egenis divisionem, locupletibus vero pactorum confirmationem; sed & ipse ait, Solonem refugisse primum remp. capessere, horum avaritia, illorum insolentia deterritum.* Itaque archon post Philombrotum constitutus, simul & constituit concordiam, leges tulit, gratus pariter locupletibus & pauperibus: illis quidem, quod & ipse dives esset; his, quod probus. Et vox eius ferebatur; *aequalitatem nullum bellum concitare.* Plutarchus. Αἱρεθεὶς δὲ ἄρχων μετὰ Φιλόμβροτον ὁμοῦ καὶ διαλλακτὴς καὶ νομοθέτης· δεξαμένων προθύμως αὐτὸν, ὡς μὲν εὔπορον, τῶν πλουσίων, ὡς δὲ χρηστὸν, τῶν πενήτων. λέγεται δὲ καὶ φωνή τις αὐτοῦ περιφερομένη πρότερον εἰπόντος ὡς τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ. *Archon vero est electus post Philombrotum, concordiae arbiter, & legislator; fuit autem acceptus divitibus, tamquam dives, & pauperibus, ut probus. Voxque etiam eius in ore populi fuisse fertur, qua dixerat: AEqualitatem bellum non facere.* AElianus Var. Hist. lib. VIII. cap. X. Σόλωνα αἱρετὸν Ἀθηναῖοι προείλοντο ἄρχειν αὐτοῖς. ἐπεὶ γὰρ κληρωτὸν τοῦτον ἐποίησε τὴν πόλιν, καὶ δὴ καὶ τοὺς νόμους τοὺς νῦν ἔτι φυλαττομένους συνέγραψεν αὐτοῖς. *Solonem Athenienses ad gerendum magistratum elegerunt, non autem sorte crearunt. Postquam autem electus est, cum aliis rebus multis ornavit civitatem, tum etiam leges, quibus in praesens utuntur, iis scripsit.* Incidit autem hic Solonis magistratus, & legum latio in Olymp. XLVI. Cyrillus in Iulianum lib. I. Τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ Ὀλυμπιάδ Σόλων ἐνομοθέτησε. *Quadragesima sexta Olympiade Solon sua iura dedit.* Et quidem in annum III. eius Olympiadis. Diogenes Laertius in eius Vita. Ἤκμαζε μὲν οὖν περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα, ἣ τῷ τρίτῳ ἔτει ἦρξεν Ἀθηναίων καθά φησι Σωσικράτης, ὅτε καὶ τίθησι τοὺς νόμους. *Florebat vero circa Olymp. XLVI. cuius anno III. Archon Athenien sium fuit, uti auctor est Sosicrates: quo etiam tempore leges constituit.* Idque confirmat etiam Anonymus in Descriptione Olympiadum ad eumdem istius Olympiadis annum. Errat autem Marianus Scotus Chron. lib. I. qui refert Olymp. XLIX. anno II. Propius a vero abest Eusebius Chron. II. qui id tradit accidisse Olymp. XLVI. anno II. unico tantum anno aberrans. Vide quae notavi plura in hanc rem De Archontibus lib. I. cap. XII.

CAP. XI.

Tyrannidem a populo oblatam, suadente etiam oraculo, aliisque, recusantem per convitia incitantibus non admisit.

INter haec nonnulli ipsi auctores esse, uti sibi principatum vindicaret; & oraculum in hanc rem fuisse datum etiam tradunt. Quidam insuper convitiis eum quoque incessebant, quod invidiosum nomen monarchiae, mox in regnum sua virtute commutandum, detrectaret. Plutarchus. Ὅθεν ἐπ' ἐλπίδος ἑκατέρων μεγάλης γενομένων, οἱ προϊσάμενοι προσέκειντο τῷ Σόλωνι, τυραννίδα προξενοῦντες, καὶ ἀναπείθοντες εὐτολμώτερον ἅψασθαι τῆς πόλεως ἐγκρατῆ γενόμενον. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν διὰ μέσου πολιτῶν τὸν ὑπὸ λόγου καὶ νόμου μεταβολὴν ὁρῶντες ἐργώδη καὶ χαλεπὴν οὖσαν, οὐκ ἔφυγον ἕνα τὸν δικαιότατον καὶ φρονιμώτατον ἐπισῆσαι τοῖς πράγμασιν. ἔνιοι δέ φασι καὶ μαντείαν γενέσθαι τῷ Σόλωνι πυθοῖ τοιαύτην,

Ἧσο μέσην κατὰ νῆα κυβερνητήριον ἔργον
Εὐθύνων· πολλοί τοι Ἀθηναίων ἐπίκουροι.

Μάλιστα δὲ οἱ συνήθεις ἐκάκιζον, εἰ διὰ τοῦνομα δυσωπεῖται τὴν μοναρχίαν, ὥσπερ οὐκ ἀρετῇ τοῦ λαβόντος εὐθὺς ἂν βασιλείαν γενομένην· καὶ γεγενημένην πρότερον μετ' Εὐβοεῦσι, Τυννώνδαν. νῦν δὲ Μιτυληναίοις, Πιττακὸν ᾑρημένοις Τύραννον. *Vnde in spem erecti magnam utrimque primores civitatis adhaerebant Soloni, tyrannidis pararios sese offerentes, ac persuadere cupientes, ut audacter capesseret Remp. quam in potestate sua iam teneret. Multi vero mediocrium quoque civium, quum viderent, operosum, ac difficile futurum, urbis statum ex ratione, atque lege commutare, unum aliquem prudentissimum, ac iustissimum principem facere minime refugiebant. Quidam aiunt, etiam oraculum Soloni datum istiusmodi Pythone:*

Ad puppim residens moderator dirige cursum,
Multus Athenarum populus tua signa sequetur,

Maxime vero insectabantur eum amici familiares, quod deterreretur nomine monarchiae; quasi non suscipientis eam virtus mox versura in regnum esset. Idque Euboeensibus quondam accidisse, qui Tynnondam, & in praesens, Mitylenaeis, qui tyrannum sibi Pittacum elegissent. Sed nihil horum Solonis constantiam concussit, & amicis dixisse fertur. Καλὸν μὲν εἶναι τὴν τυραννίδα χωρίον· οὐκ ἔχειν ὅ ἀπόβασιν. *Pulcrum fundum esse tyrannidem, verum exitum non habere.* Nec non ad Phocum quaedam scripsit, in rem illam pertinentia; quin & iis respondit, qui convitiis incessebant. Plutarchus. Τούτων οὐδὲν ἐξέκρουσε τὸν Σόλωνα τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως, ἀλλὰ πρὸς μὲν τοὺς φίλους εἶπεν (ὡς λέγεται) καλὸν μὲν εἶναι τὴν τυραννίδα χωρίον· οὐκ ἔχειν δὲ ἀπόβασιν. πρὸς δὲ Φῶκον ἐν τοῖς ποιήμασι γράφων,

Εἰ δὲ γῆς (φησιν) ἐφεισάμην παλρίδος,
Τυραννίδος δὲ κ᾽ βίης ἀμφλίχυ,
Οὐ καταψάμην, μιάνας κ᾽ καταισχίνας κλέος
Οὐδὲν αἰδοῦμαι, πλέον γὰρ ὧδε νικήσειν δοκέω
Πάντας ἀνθρώπους, ——

Ὅθεν εὔδηλον ὅτι καὶ πρὸ τῆς νομοθεσίας μεγάλην δόξαν εἶχεν, ἃ δὲ φυγόντος αὐτὸν τὴν τυραννίδα πολλοὶ καταγελῶντες ἔλεγον, γέγραφεν ὅτος.

Οὐκ ἔφυ Σόλων βαθύφρων, οὐδὲ βουλήφις ἀνήρ.
Ἐσλὰ γὰρ θεοῦ διδόντος, αὐτὸς οὐκ ἐδέξαλο
Περιβαλὼν δ᾽ ἄγραν, ἀγασθεὶς, οὐκ ἔσπασε μέγα δίκλυον,
Θυμῷ δ᾽ ἁμαρτῶν, καὶ φρενῶν ἀποσφαλείς.
Ἦγελε γὰρ μὲν κρατήσας πλοῦτον ἄφθονον λαβὼν
Καὶ τυραννεύσας Ἀθηνῶν μοῦνον ἡμέραν μίαν,
Ἀσκὸς ὕστερον δεδάρθαι κ᾽ ἐπιλετρίφθαι γένος.

Horum nihil Solonem de sententia deiecit, sed, ut fertur, dixit amicis; Pulcrum fundum tyrannidem, sed non habere exitum. Ad Phocum versibus, scribens, inquit:

Quod telluri patriae peperci;
Tyrannidem vero, & vim inmitem
Non attigi, polluens, aut deshonestans gloriam,
Non me pudet; etenim hoc modo me superaturum puto
Omnes homines. ——

Vnde patet, eum, etiam priusquam leges ferret, in magna existimatione fuisse. Quae vero ipso tyrannidem fugiente, multi irridentes dixerint, ipse hunc in modun scripsit:

Neque cordatus est Solon, neque vir multi consilii;
Bona enim largiente Deo, ipse non accepit:
Ac praedam quum teneret, admiratus, non attraxit magnum
Rete, animo delinquens, & mente captus:
Quum optare debuisset, ut, divitias magnas nactus,
Et tyrannus Athenarum factus vel unico tantum die
Instar utris vapularet inde, & genus suum interiret.

Breviter haec omnia Diogenes Laertius. Τῷ δὲ λοίπῳ προσέχων αὐτῷ ὁ δῆμος κ᾽ ἡδέως, κ᾽ τυραννεῖσθαι ἤθελον πρὸς αὐτόν· ὁ δὲ οὐχ εἵλετο. *Adhaerebat ei deinceps populus, idque benigne, & tyrannum sibi eum cupiebat; verum ille non admisit.* Est in hanc rem elegans locus Aristidis in Orat. Plat. II. Σόλων δὲ τὸ παρὸν αὐτῷ, ζασιαζούσης τῆς πόλεως, ὁποτέρων βούλοιτο προσάντι τυραννεῖν, ἀπεχθάνεσθαι μᾶλλον ἀμφοτέροις εἵλετο ὑπὲρ τοῦ δικαίου. καὶ τῶν μὲν πλουσίων ὅσον καλῶς εἶχεν ἀφεῖλε· τῷ δήμῳ δ᾽ οὐκ ἔδωκεν ὅσον ἐβούλετο, ἔσχε δ᾽ ἐν μεθορίῳ πάντων ἀνδρειότατα καὶ δικαιότατα, ὥσπερ τινὰς ὡς ἀληθῶς ἐκ γεωμετρίας περιγραπτοὺς φυλάττων ὅρους, καὶ οὔτε φόβῳ τῶν ἰσχυροτέρων, οὔτε τιμῇ παρὰ τῶν πολλῶν, ὅτ᾽ ἄλλο τοιοῦτον οὐδέν, προηγάγετο αὐτὸν, οὐδ᾽ ἐξέσησεν, οὐδ᾽ ἐποίησε παρ᾽ ἃ βέλτιστα ἡγεῖτο πρᾶξαί τι. *Solon certe quum posset in civitate, seditione laborante, alterutri parti patrocinando, tyrannidem capere, ab utrisque maluit, propter aequitatem, odio haberi, ac tum a divitibus, quantum honeste poterat, abstulit; tum populo, non quantum volebat, concessit; mediamque inter omnes fortitudinem, iustitiam, collocavit; ceu revera ex praecepto geometriae circumscriptos limites quosdam tueretur; nec vel metus potentiorum, vel honor populi, vel aliud quicquam istiusmodi eum dimovit, aut incitavit, ut aliud quid praeter id, quod optimum videretur, ageret.* Nec tamen, repudiata tyrannide, nimis leniter in Rep. administranda sese gessit, nec ambitiose etiam, sed in illis, quae existimabat posse tolerari, nil mutabat; in ceteris vero tantum fecit, quantum vel suadendo apud obsequentes, vel cogendo apud reluctantes, obtenturum se sperabat: prudentissimo temperamento iustitiam, & vim permiscens. Vnde mox interroganti, an Athenienси populo leges optimas scripsisset; optimas earum, inquit, quas accepturi ipsi erant. Plutarchus. Οὐ μὴν ἀπωσάμενός γε τὴν τυραννίδα τὸν πρᾴοτατον ἐχρήσατο τρόπον τοῖς πράγμασιν, οὐδὲ μαλακῶς, οὐδ᾽ ὑπείκων τοῖς δυναμένοις, οὐδὲ πρὸς ἡδονὴν τῶν ἐλομένων ἔθετο τοὺς νόμους· ἀλλ᾽ ἢ μὲν ἄριστον ἦν οὐκ ἐπήγαγεν ἰατρείαν, οὐδὲ καινοτομίαν, φοβηθεὶς μὴ συγχέας πανάπασι καὶ ταράξας τὴν πόλιν, ἀσθενέστερον γένηται τοῦ καθαρῆναι πάλιν καὶ συναρμόσασθαι πρὸς τὸ ἄριστον. ἃ δὲ καὶ λέγων ἤλπιζε πεισθήσεσθαι, καὶ προσάγων ἀνάγκην ὑπομενοῦσι χρήσασθαι, ταῦτ᾽ ἔπραττεν (ὡς φησιν αὐτὸς) ὁμοῦ βίην τε καὶ δίκην συναρμόσας. ὅθεν ὕστερον ἐρωτηθεὶς εἰ τοὺς ἀρίστους Ἀθηναίοις νόμους ἔγραψεν, Ὧν ἂν (ἔφη) προσεδέξαντο τοὺς ἀρίστους. *Nec tamen reiecta tyrannide, Rempub. nimis leniter gessit; neque molliter, potentibus concedens, aut in gratiam eorum, qui ipsum elegissent, leges tulit; verum, ubi id factu optimum, nil correxit, aut mutavit; veritus, si omnia confunderet, perturbata civitate, ad eam reficiendam, optimaque ratione temperandam, viribus deficeretur, quae vero apud obsequi promtos verbis persuadere posse se sperabat, aut per vim a recusantibus extorquere, ea fecit; pariter vim, ut ipse aiebat, & iustitiam inter se miscens; unde postea percunctanti, ecquid optimas Athenienсibus leges scripsisset; optimas earum dixit, quas admissuri erant.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. XII.

AEs alienum populi abolet, lege lata, quae Σεισάχθεια *nuncupata; eaque unde ita dicta. AEgyptiorum in rem eamdem similis lex, quam videtur imitatus: Amicorum, qui* χρεωκοπίδαι *dicti, turpe factum; propter quod calumnia gravi impeditus, mox se tamen ab ea vindicat, remissis aliquot talentis sibi debitis.*

ARchon (a) constitutus, nihil prius habuit, quam ut populum ære alieno oppressum liberaret; & a tam praeclaro opere Magistratum inchoavit. Novis autem tabulis conditis, rem Σεισάχθειαν (b), molliore loquendi modo, eius exemplo in aliis etiam Atticis inde usitato, adpellavit. Plutarchus. Αὖ δ' ὧν οἱ νεώτεροι τὴς Ἀθηναίους λέγουσι τὰς τῶν πραγμάτων δυσχερείας, ὀνόμασι χρηστοῖς καὶ φιλανθρώποις ἐπικαλύπτοντας, ἀσείως ὑποκορίζεσθαι. τὰς μὲν πόρνας, ἑταίρας, τὰς δὲ φόρους, συντάξεις· φυλακὰς δὲ, τὰς φρουρὰς τῶν πόλεων. οἴκημα δὲ τὸ δεσμωτήριον καλοῦντας· πρῶτον Σόλωνος ἦν, ὡς ἔοικε, σόφισμα, τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπὴν σεισάχθειαν, ὀνομάσαντος. τοῦτο γὰρ ἐποιήσατο πρῶτον πολίτευμα· γράψας, τὰ μὲν ὑπάρχοντα τῶν χρεῶν, ἀνεῖσθαι· πρὸς δὲ τὸ λοιπὸν, ἐπὶ τοῖς σώμασι μηδένα δανίζειν. *Quod autem recentiores aiunt, Athenienses asperitatem rerum benignis, & blandis vocabulis contegentes, invidia nominis urbane emollita, scorta, adpellare amicas; tributa, descriptiones; praesidia civitatum, stationes; carcerem, custodiam; id primum, ut videtur, Solonis commentum fuit; qui aeris alieni condonationem, oneris excussionem nuncupavit. Hoc enim primum fuit, quod in Repub. ab eo actum; lege lata, ut, quae debita tunc exsisterent, remitterentur; deinceps autem, ne in corpora quis foeneraret.* Ac σεισάχθειαν adpellavit quasi dicas, oneris excussionem. Hesychius. Σεισάχθεια. Σόλων χρεῶν ἀποκοπὴν δημοσίων, καὶ ἰδιωτικῶν, ἐνομοθέτησεν ἥντερ σεισάχθειαν ἐκάλεσε, παρὰ τὸ ἀποσείσασθαι τὰ βάρη τῶν δανείων. *Sisachthia. Solon de remissione publicorum, privatorumque debitorum legem tulit; quam sisachthiam adpellavit ab excutiendis oneribus*

usurarum. Idem dicit etiam Suidas, & Etymologici Auctor. Idem cautum a Solone, ut iam dixi, ne foenori cuiuiquam corpus deinceps obnoxium esset, condonato vetere ære alieno. Quod ipsum dicit iterum Plutarchus in libello De vitando ære alieno. Τί γὰρ ὤνησε Σόλωνα Ἀθηναίους, ἀπαλλάξας τοῦ ἐπὶ τοῖς σώμασιν ὀφείλειν. *Quid profuit Athenienses Solon, postquam corpora eorum a foeneratoribus liberavit?* Alii tradunt, non remissione aeris alieni, sed usurarum moderatione, sublevatos pauperes, rem hanc Sisachthiam adpellasse, quaeque adiuncta ei erant, mensurarum augmentum, & pecuniae precium; quippe minam, quum ad illud usque tempus drachmis septuaginta tribus aestimaretur, centum inde aestimari drachmis fecit. Quamobrem, quum parem numero summam praestarent, verum pretio minorem, plurimum sublevabantur aes alienum persolventes, sine ullo creditorum detrimento. Plutarchus. Καί τοι τινὲς ἔγραψαν, ὧν ἐστιν Ἀνδροτίων, οὐκ ἀποκοπῇ χρεῶν ἀλλὰ τόκων μετριότητι κουφισθέντας, ἀγαπῆσαι τοὺς πενήτας, καὶ σεισάχθειαν ὀνομάσαι τὸ φιλανθρώπευμα τοῦτο, καὶ τὴν ἅμα τούτῳ γενομένην τε μέτρων ἐπαύξησιν καὶ τοῦ νομίσματος τιμήν. ἑκατὸν γὰρ ἐποίησε δραχμῶν τὴν μνᾶν, πρότερον ἑβδομήκοντα καὶ τριῶν οὖσαν· ὡς ἀριθμῷ μὲν ἴσον, δυνάμει δ' ἔλαττον ἀποδιδόντων, ὠφελεῖσθαι μὲν τοὺς ἐκτίνοντας, μεγάλα, μηδὲν δὲ βλάπτεσθαι τοὺς κομιζομένους. *Nonnulli autem tradiderunt, inter quos est Androtion, non condonatione aeris alieni, sed usurarum, adlevatos moderatione pauperes acquievisse, atque hoc beneficium sisachthiam adpellase, gratumque fuisse; simul etiam, quae adiuncta huic erant, mensurarum augmentum, & monetae pretium; quippe minam, quae fuerat ante septuaginta trium drachmarum, fecit, ut centum valeret. Itaque, quum numero parem summam valore minorem praestarent, multum commodi accessit aes alienum exsolventibus, nihil creditoribus tamen detrimenti* (c). Breviter haec Etymologici Auctor. Σεισάχθεια, χρεῶν ἦν ἀποκοπὴ παρὰ Ἀθηναίοις. τινὲς δέ φασι τόκων μετριότητα εἶναι, καὶ μέτρων ἐπαύξησιν, καὶ τιμὴν τοῦ νομίσματος. *Sisachthia erat aeris alieni remissum, exploratumque habemus. Prisicianus Grammaticus Caesariensis, si modo eius libri auctor ille sit, qui de ponderibus, & mensuris circumfertur; Mina Attica (vetus) septuaginta quinque drachmae. Remnius Fannius Medicus imitio Carminis sui de ponderibus, de eadem:*

. . . . Ter quinque hanc denique drachmis,
Et ter tricenis tradunt explerier unam.

Idem post paulo, de nova primum, & a Solone inducta, de vetere deinde ita loquitur:

Accipe praeterea patrio quam nomine Graii
Μνᾶν vocitant, nostrique minam dixere priores.
Centum hae sunt drachmae, quod si decerpseris illis
Quatuor, efficies hanc nostram (Italicam) denique libram;
Attica quae fiet, si quartam demseris hinc, Μνᾶ.

Hoc ait: Si ex centum drachmis, quae minam novam constituunt, demseris viginti quinque, quartam centenarii numeri partem, supererunt septuaginta quinque drachmae, quae mina vetus sunt. Ita factum, ut mina vetus novae ἰσοδύναμος esset, οὐχ ἰσοσταθμος, non ἰσαριθμος; vel, ut idem valor, ac pondus esset novae minae C. drachmarum, quod antea veteris fue-

(a) De Magistratu Solonis consule *Lib. I. De Archont. Atheniens. Cap. XII.*

(b) Σεισάχθεια vox Attica est. Moeris Atticista: Σεισαχθῆα, Ἀττικοῖς· χρεῶν ἀποκοπή, Ἕλλησι.

(c) Digna sunt, quae huc transcribantur ea, quae ad hunc Plutarchi locum adnotat I. *Rualdus*: *Duo errores*, inquit *alter Exscriptoris, sive Librarii; alter Plutarchi. Plutarchi quidem* μηδὲν βλάπτεσθαι τοὺς κομιζομένους *adfirmantis. Nam etsi primo quidem adspectu, & in speciem creditores non laedi viderentur, quia drachmas eodem numero, qui syngrapha ferebatur, eademque qualitate sive puritate, nec non & extrinseca eadem bonitate (ut artis vocabula usurpem) hoc est, eadem indicatura, vel aestimatione a debitoribus accipiebant; in hoc tamen fraudem, sive damnum pati eos oportuit, quia pondus, sive quantitas imminuta, levioresque, quam dederant, drachmae iis restitutae. Librarii (nec enim Plutarcho tam crassum errorem facile adscripserim) minam veterem drachmarum* ἑβδομήκοντα καὶ τριῶν *fuisse scribentis. Auctor enim dixerat, aut certe dicere debuerat,* ἑβδομήκοντα, καὶ πέντε. *Quam enim certum est Atticam minam recentem, idest, Salaminam, centenum fuisse drachmarum; veterem, & quae ante Solonem in usu, quinas & septuagenas dumtaxat habuisse, tam con-*

miſſio apud Athenienſes. Quidam vero dicunt, uſurarum moderationem eſſe, & augmentum menſurarum, & monetae pretium. Meminerunt nobiliſſimi huius Solonis facti etiam Dionyſius Halicarnaſſeus Antiquitat. Rom. lib. v. Dion Chryſoſtomus Orat. xxxi. Diogenes Laertius in Solone, Heraclides in Excerptis de Rebuspub. Similis porro lex apud AEgyptios fuit; quod quum non neſciret Solon, quamquam nondum eo profectus, hinc videtur exemplum ſumſiſſe. Diodorus Siculus Biblioth. lib. i. ubi de AEgyptiorum legibus agit. Τῶν δὲ ὀφλόντων τὴν ἔπραξιν τῶν δανείων ἐκ τῆς οὐσίας μόνον ἐποιήσαλο, τὸ δὲ σῶμα κατ' οὐδένα ἱτρόπον εἴασεν ὑπάρχϕν ἀγώγιμον, ἡγούμϕ δεῖν εἶναι τὰς μὲν κλήσεις τῶν ἐργασαμένων, ἢ παρὰ κυρίϕ τινὸς ἐν δωρεαῖς λαβόντων. τὰ δὲ σώμαλα, τῶν πόλεων, ἵνα τὰς καθηκούσας λειτυργίας ἔχωσιν αἱ πόλεις, καὶ κατὰ πόλεμον, καὶ κατ' εἰρήνην. ἄτοπον γὰρ, ϛραλιώτην εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδ© προϊόντα κίνδυνον, εἰ τύχοι, πρὸς δάνϕον ὑπὸ τῦ πιϛεύσαντ© ἀπάγεσθαι καὶ τῆς τῶν ἰδιωτῶν πλεονεξίας ἕνεκα κινδυνεύϕ τὴν κοινὴν ἁπάντων σωτηρίαν. δοκεῖ δὲ καὶ τῦτον τὸν νόμον ὁ Σόλων εἰς τὰς Ἀθήνας μετενεγκεῖν, ὃν ὠνόμασε σϕσάχθειαν, ἀπολύσας τοὺς πολίτας ἅπαντας τῶν ἐπὶ τοῖς σώμασι πεπιϛευμένων δανείων. *Et uſuras de facultatibus dumtaxat obaeratorum exigere, ſed in nexum corpus ducere nullo modo permittebat; bona illorum arbitratus eſſe, qui vel labore comparaſſent, vel per donationem ab eo, qui dominus erat, accepiſſent; ſed corpora civitatibus deberi; quibus ad congrua belli, paciſque munia utantur; abſurdum enim eſſe militem, qui pro patria ſeſe periculis obiiciat a creditore propter foenus, ſi ita uſus ferat, nexum abduci; &, ob privatorum avaritiam, communem omnium ſalutem in diſcrimen abduci. Videtur vero & hanc legem Athenis Solon invexiſſe, Siſachthiae nomine ab ipſo vocitatam; qua cives univerſos ab ære alieno in corporis nexum credito liberavit.* Sed turbas hic ingentes illi concitarunt maximi eius amici Conon, Clinias, & Hipponicus. Nam, quum illis indicaſſet, minime agros ſe moturum, ſed aes alienum tantum ſublaturum, & gnari ipſi, a divitibus non exiguam vim pecuniae accepiſſent, atque lata lege illa, nihil reddere tenerentur, defraudatis manifeſte creditoribus, magnae eum & invidiae, & calumniae obiecerunt. Plutarchus. Πρᾶγμα δ' αὐτῷ συμπεσεῖν λέγεται πάντων ἀνιαρώτατον ἀπὸ τῆς πράξεως ἐκείνης. ὡς γὰρ ὥρμησεν ἀνιέναι τὰ χρέα κ) λόγους ἁρμόττοντας ἐξήτϕ καὶ πρέπουσαν ἀρχὴν, ἐκινώσατο τῶν φίλων οἷς μάλιϛα πιϛεύων καὶ χρώμϕ ἐτύγχανε, τοῖς περὶ Κάνωνα καὶ Κλεινίαν κ) Ἱπ-

A πόνικον. ὅτι γῆν μὲν μέλει κινεῖν, χρεῶν δὲ ποιεῖν ἀποκοπὰς ἔγνωκεν. οἱ δὲ, προλαβόντες εὐθὺς κ) φθάσαντες, ἐδανείσαντο συχνὸν ἀργύριον παρὰ τῶν πλησίων, καὶ μεγάλας συνεωνήσαντο χώρας. εἶτα τῦ δόγματ© ἐξενεχθέντ©, τὰ μὲν κτήματα καρτούμϕοι, τὰ δὲ χρήματα τοῖς δανείσασιν οὐκ ἀποδίδοντες, εἰς αἰτίαν τὸν Σόλωνα μεγάλης καὶ διαβολὴν, ὥσπερ οὐ συναδικούμϕον, ἀλλὰ συναδικῦντα, κατέϛησαν. *Eveniſſe vero rem ei ex hac actione memorant omnium acerbiſſimam. Namque, ut inſtitit iam aeris alieni gratiam facere, & orationem rei congruentem faceret, atque honeſtum principium quaereret ad amicos, quibus maxime fidebat, quibuſque in primis utebatur, Cononem, Cliniam, & Hipponicum, agros retulit ſe non moturum, ſed in animo habere, aes alienum inducere. Hi, praevenientes illico, & praevertentes, foenerati ſunt a divitibus ingentem pecuniam, qua agrorum ſibi plurimum compararunt. Propoſito inde decreto, quum poſſeſſionibus fruerentur, nec redderent argentum creditoribus, effecere, uti plurimi Solonem incuſarent, & calumniarentur graviter, non quaſi una cum aliis ipſe defraudaretur, ſed defraudantium ſocius eſſet.* Idem etiam eſt legere apud eumdem in Praeceptis Reipub. Adminiſtr. Sed calumniae huic ſtatim obviam ivit, quum talenta quinque, ſive, ut alii tradunt, quindecim, quae ipſi debebantur, primus expunxiſſet. Amici vero nihilominus ſemper deinceps χρεωκοπίδαι, ideſt, aeris alieni expilatores ſunt adpellati. Plutarchus in ſequentibus ſtatim verbis. Ἀλλὰ τῦτο μὲν εὐθὺς ἐλύθη τὸ ἔγκλημα τοῖς πέντε ταλάντοις. τοσαῦτα γὰρ εὑρέθη δανείζων. καὶ ταῦτα πρῶτ© ἀφῆκε κατὰ τὸν νόμον· ἔνιοι δὲ, πεντεκαίδεκα λέγουσιν, ὧν κ) Πολύζηλ© ὁ Ῥόδιός ἐϛι. τὰς μέντοι φίλας αὐτῦ, χρεωκοπίδας καλῦντες διετέλεσαν. *Verum hoc crimen mox dilutum eſt quinque talentis (ea enim ſumma foenus exercere eſt inventus,) quae ex lege expunxit primus: alii, in quibus Polyzelus Rhodius, quindecim fuiſſe tradunt. Amicos vero eius ſemper aeris alieni expilatores nominarunt.* Diogenes Laertius, non quinque talenta, neque quindecim, ſed ſeptem refert. Ἑπτὰ δὴ ταλάντων ὀφειλομένων αὐτῷ πατρώων, συνεχώρησε πρῶτ©, καὶ τοὺς λοιποὺς τὸ ὅμοιον πρότρεψε πράξαι. *Quum vero ipſi ſeptem talenta e patrimonio deberentur, primus ea remiſit; alioſque, ut idem facerent, exhortatus eſt.*

F

F

fuerat, quum eſſet LXXV. *drachmarum. Nam lege Solonis drachmae pondus ſolido quadrante imminutum. Hoc artis Magiſtri dicerent, ac drachmam veterem Solonina epitriton, vel ſuper tertiam proportionem habuit, habuit & mina poſterior ad priorem, ſi numerus drachmarum in utraque ſolum attendatur. Qui talentum Atticum duplex faciunt, vetus & novum, ſive maius & minus, ita ut in illud minas octoginta, in hoc ſexaginta, imputent, eamdem inter utrumque rationem, ſive analogiam conſtituunt. Sed eſt ingens ſuper ea talenti Attici diviſione inter eruditos diſſenſus, qui etiam in dies plusque giſcit.*

CAP.

De mina, quae nos, eadem omnes dicunt, niſi quod Aldus Manutius, libro de quaeſitis per epiſtolam, numquam variatum eſſe in mina drachmarum numerum, ſed centenum ſemper eam fuiſſe, idque inter omnes convenire, adfirmate prodidit. Quam ſapienter infertex antedictis. Neque feliciore Mercurio Ant. Hotomannus hic ἀντὶ ἑβδομήκοντα τριῶν, ἑβδομήκοντα δυοῖν legit, ut nimis apparet. Ceterum Exſcriptorem potius quam Plutarchum accuſandum dixi, quia comperi proclivem eſſe lapſum τοῦ ΟΕ in ΟΓ. quibus notis Arithmeticis primum ea ab auctore ſummam expreſſam mihi fit credibile.

Digitized by Google

ῆν μὲν μέλει κωλύειν, χρεῶν δὲ πολλῶν
ωκεν. οἱ δὲ, προλαβόντες εὐθὺς κ
δανείσαντο συχνὸν ἀργύριον παρὰ τῶν
μεγάλας συνεωνήσαντο χώρας. εἶτα
ἐξενεχθέντ@, τὰ μὲν κτήματα
τὰ δὲ χρήματα τοῖς δανείσασιν ἀπ
εἰς αἰτίαν τὸν Σόλωνα μεγάλης καὶ
τερ οὐ συναδικούμενον, ἀλλὰ συναδ
ησαν. *Evenisse vero rem ei ex hac*
rant omnium acerbissimam. Nam-
titit iam æris alieni gratiam fa-
tionem rei congruentem faceret,
m principium quaereret ad ami-
maxime fidebat, quibusque in
ur, Cononem, Cliniam, & Hip-
ros retulit se non moturum, sed
ere, aes alienum inducere. Hi,
illico, & praevertentes, foenera-
itibus ingentem pecuniam, qua
plurimum comparārunt. Propo-
to, quum possessionibus fruere-
erent argentum creditoribus, ef-
lurimi. Solonem incusarent, &
graviter, non quasi una cum
audaretur, sed defraudantium
dem etiam est legere apud
aeceptis Reipub. Administr.
uic statim obviam ivit, quum
, sive, ut alii tradunt, quin-
si debebantur, primus ex-
i vero nihilominus semper
ldu, ideſt, æris alieni ex-
pellati. Plutarchus in se-
verbis. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν εὐ-
μα τοῖς πένητε παλάντοις. το-
δανείζων. καὶ ταῦτα πρῶτ@
μον· ἔνιοι δὲ, πεντεκαίδεκα λέ-
ζηλ@ ὁ Ῥόδιος ἐστι. τὰς μέντοι
ωκοπίδας καλοῦντες διετέλεσαν.
en mox dilutum est quinque
m summa foenus exercere est
e ex lege expunxit primus:
Polyzelus Rhodius, quindecim
Amicos vero eius semper eris
s nominarunt. Diogenes
inque talenta, neque quin-
m refert. Ἐπὶ τὰ δὴ ταλάν-
ῶ πατρῴων, συνεχώρησε πρῶ-
ες τὸ ὅμοιον πρότερον πράξαι.
septem talenta e patrimonio
nus ea remisit; aliosque, ut
exhortatus est.

CAP.

os, eadem omnes dicunt, nisi quod
libro de quaestis per epistolam, num-
sse in mina drachmarum numerum,
per eam fuisse, idque inter omnes
te prodidit. Quam sapienter infertex
felicitore Mercurio Ant. Hotoman-
ομηκοντα τριῶν, ἐβδομήκοντα δυοῖν
paret. Ceterum Exscriptorem potius
accusandum dixi, quia comperi pro-
τοῦ ΟΕ *in* ΟΓ. *quibus notis Arith-*
ab auctore summam expressam mihi

CAP. XIII.

Ab Athenienſibus, primo offenſis, ſed mox ita delinitis, ut ſacrificium, cui nomen Σεισάχθεια, *publice inſtituerent, totam Rempubl. in poteſtatem accipit. Leges condit, & Draconis abolet omnes, praeter eas, quae de homicidiis eſſent. Quonam tempore leges utriuſque latae. Ioannis Tzetzae error oſtenſus. Draconis legum aſperitas; & in eam dictum Demadis, ac Herodici.* Θεσμοὶ *dictae. Libanii locus reſtitutus. Draco Solonem quanto tempore anteceſſerit; tum quomodo diem obierit. Theophili Iureconſulti error reprehenſus; aut quo modo locus eius legi debeat indicatum.*

De hac exaequatione ipſe ſibi adplaudit in hunc modum.

Nam vires populo tribui, quantum ſatis eſſent;
Non detractus ei, aut amplificatus honos.
Sed neque divitiis, & opum ſplendore ſuperbis
Plus ceſſi, quam quod ſum ratus eſſe ſatis.
Vtraque praevalidis munivi pectora ſcutis,
Iniuſte & neutros vincere paſſus.

CAP. XV.

Areopagum conſtituit, & alteram curiam; item accuſationum iudices mille, ac Demarchos. Tum legem fert in eos, qui ſeditione exorta, neutri parti ſe addicerent. Ciceronis memoriae lapſus.

MOx Areopagum quoque conſtituit (b), & alteram curiam, qua ferocientem populum coerceret: ita ſeſe, veluti duabus anchoris, remp. fundare exiſtimans. Plutarchus. Συνησάμενος δὲ τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν ἐκ τῶν κατ' ἐνιαυτὸν ἀρχόντων ἧς διὰ τὸ ἄρξαι, καὶ αὐτὸς μετεῖχεν, ἔτι δὲ ὁρῶν τὸ δῆμον οἰδοῦντα καὶ θρασυνόμενον τῇ τῶν χρεῶν ἀφέσει, δευτέραν προσκατέκλινε βουλὴν, ἀπὸ φυλῆς ἑκάστης, τετάρων ὑσῶν, ἑκατὸν ἄνδρας ἐπιλεξάμενος, οἳς προβουλεύειν ἔταξε τῷ δήμου, καὶ μηδὲν ἐᾶν ἀπροβούλευτον εἰς ἐκκλησίαν εἰσφέρεσθαι. τὴν δ' ἄνω βουλὴν, ἐπίσκοπον πάντων καὶ φύλακα τῶν νόμων ἐκάθισεν. οἰόμενος ἐπὶ δυσὶ βουλαῖς, ὥσπερ ἀγκύραις ὁρμοῦσαν, ἧττον ἐν σάλῳ τὴν πόλιν ἕσεσθαι, καὶ μᾶλλον ἀτρεμοῦντα τὸν δῆμον παρέξειν. *Porro conſilium Areopagitarum quum ex annuis magiſtratibus (c) conſtituiſſet, in quo ipſe erat, quod archon fuiſſet, & populum nihilominus videret ex remiſſione aeris alieni ferocientem, ac inflatum, alteram inſuper curiam conſcripſit; legitque ex ſingulis quatuor (d) tribubus centenos viros, qui ut decretum facerent ante concionem, ſanxit; nec quidquam, niſi ex Senatusconſulto populus rogaretur. Superiorem vero Senatum, omnium legum arbitrum, & cuſtodem ſtatuit: arbitratus, quaſi in anchoris duabus ſtantem, minus fluctuaturam civitatem: ſeque populum multo tranquilliorem redditurum.* Ac de Areopagi quidem conſtitutione eſt & Ciceronis locus De Off. lib. I. *Quamvis enim Themiſtocles iure laudetur, & ſit nomen eius, quam Solonis, illuſtrius; citeturque Salaminis clariſſimae teſtis victoriae, quae anteponatur conſilio Solonis, ei, quo primum conſtituit Areopagitas.* Et paulo poſt. *Et Themiſtocles quidem nihil dixerit, in quo ipſe Areopagum adiuverit: at ille adiuvit Themiſtoclem; eſt enim bellum geſtum conſilio Senatus eius, qui a Solone erat conſtitutus.* Sed quod ad Senatum Areopagiticum attinet, hoc tenendum eſt: eum diu ante Solonem exſtitiſſe, & adlectos in eumdem promiſcue omnes, quotquot ceteros nobilitate, auctoritate, opibuſque antecellerent; ſed is ſtatuit, ut deinceps illi tantum legerentur, qui archontum pridem munus obiiſſent: & ante Ephetas (e) etiam poſuit: ut oſtendo ex Plutarcho, & Polluce Areopagi cap. III. Inſtituit quoque ut de accuſationibus iudices mille iudicarent. Pollux lib. VIII. cap. VI. Χίλιοι δὲ κατὰ μὲν τὸν Σόλωνα, τὰς εἰσαγγελίας (f) ἔκρινον. *Mille vero, ex Solonis inſtituto, accuſationes iudicabant.* Sunt & qui Nauclaros (g) eum, qui iidem cum Demarchis, inſtituiſſe arbitrantur. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Nebulas. Δήμαρχοι, οἱ πρότερον, Ναύκλαροι, εἴτε ὑπὸ Σόλωνος καταστάντες, εἴτε καὶ πρῶτον. *Demarumque oligarchia olim Athenae regebantur. In eam Patricii ante Solonis leges eligebantur. Haec quidem ex Poſtello De Magiſtrat. Athenienſium, ſed quaedam de Ephetis ſparſim dicta etiam in Scholiis Atticae Themidos.*

(a) Recte tributa pondera dicuntur; nam antiquitus aurum, & argentum ſolvendum pendebatur, ut egregie etiam demonſtrat eruditus vir *Ludovicus Laurentius* Comes in eleganti *Diſſertatione* De *Veterum Trutinis, quae inter eas, quas Academia Etruſca Cortonenſis anno MDCCXXXV. Romae edidit*, occurrit.

(b) De Areopago conſule Librum eius tituli a *Meurſio* noſtro conſcriptum.

(c) Scilicet Archontibus. Vide *Lib. I. De Archont. Athenienſ. Cap. IX.*

(d) Tunc enim non tredecim, ut deinceps, ſed quatuor tantum tribus erant Athenienſium. Adi ſis *Lib. I. De Reg. Athen. Cap. VII.*

(e) Ἔφετῶν magiſtratus a Dracone inſtitutus fuit, eo-

(f) Εἰσαγγελίας δίκη erat poſtulatio criminum illorum, de quibus leges non ſunt ſcriptae, adverſus illas praecipue, qui remp. irent immutatum aut everſum. *Vlpianus* ad *Timocrateam*, & *Pollux Lib. VIII. Cap. VI.* Conſule *Supp. Them. Attic. Lib. VII. Tit. XIII.*

(g) *Poſtellus De Magiſtrat. Athenienſium Cap. XVI. Quos Graeci* δημάρχους *nominant, an recte quaeſtores vocare debeam, an ex vi verbi tribunos plebis, quum apud nos tale exactorum genus inuſitatum ſit, neſcio. Videbitur*

Digitized by Google

marchi, qui prius Nauclari, ſive ii a Solone conſtituti, ſive ante. Et mox ex Demetrio Phalereo. Καὶ Δημάρχους οἱ περὶ Σόλωνα καθίσαντο. *Et Demarchos Solon conſtituit.* Quod ad inſtitutionem autem curiae alterius, de ea ſunt Plutarchi etiam iſta verba in Publicola. Καὶ βουλὴν μὲν ἑτέραν οὐκ ἐποίησεν, ὥσπερ ὁ Σόλων· ἀλλ' οὖσαν ἤυξησεν, ἀριθμῷ μικρῷ διπλασιάσας. *Curiam alteram, uti Solon, non inſtituit: ſed, quae erat, eam auxit, numero paene duplicato.* Inde ad condendas leges animum adhibuit; inter quas in primis illa memoratur, quae infamem eſſe iubebat, ſi quis, ſeditione exorta, neutri parti ſe addictum tenuiſſet (a). Plutarchus. Τῶν δ' ἄλλων αὐτῷ νόμων, ἴδιόν μὲν μάλιστα καὶ παράδοξον ὁ κελεύων ἄτιμον εἶναι τὸν ἐν στάσει μηδετέρας μερίδος γιγνόμενον. *Ex ceteris eius legibus peculiaris quidem maxime eſt, & praeter communem opinionem illa, quae eum, qui in ſeditione partem neutram ſequutus fuiſſet, infamia notat.* Iterum in Praeceptis Reip. gerendae. Ω' δὲ τοῦ λογικοῦ καὶ πολιτικοῦ σημήνας ἐπιμέλειαν ἔχειν ὁ θεὸς ἔδωκεν, ἡσυχίᾳ μάλιστα καὶ πρᾳότητι δήμου τεκμαιρόμενον εὐδαιμονίαν, τὰ μὲν ἄλλα τοῦ Σόλωνος ἀποδέξεται, καὶ μιμήσεται κατὰ δύναμιν, ἀπορήσει δὲ καὶ θαυμάσει τί παθὼν ἐκεῖνος ὁ ἀνὴρ ἔγραψεν ἄτιμον εἶναι τὸν ἐν στάσει πόλεως μηδετέροις προσθέμενον. *At vero is, cui Deus rutione donati, ac civilis examinis curam impoſuit, tranquillitate praecipue, & placiditate, populi felicitatem aeſtimans, Solonis reliqua & probabit, & pro viribus imitabitur: id tamen in dubium vocabit, mirabiturque, quid in mentem illi venerit, ut legem ſcriberet, qua qui, ſeditione in civitate coorta, neutri parti ſe adiunxiſſet, infamia notatur.* Rurſum meminit Lib. De ſera numinis vindicta; & De ſollertia animalium. Elegantiſſimus eſt locus A. Gellii lib. 11. cap. XII. *In legibus Solonis, illis antiquiſſimis, quae Athenis axibus ligneis inciſae ſunt, quaſque latas ab eo Athenienſes, ut aeternae (b) manerent, poenis, & religionibus ſanxerant, legem eſſe Ariſtoteles refert ſcriptam ad hanc ſententiam: Si ob diſcordiam, diſſenſionemque ſeditio atque diſcordia (c) populi in duas partes fieret, & ob eam cauſam, irritatis animis, utrimque arma caperentur, pugnaretur-que, tum qui, in eo tempore, in eoque caſu civilis diſcordiae, non alterutri parti ſeſe adiunxerit, ſed ſolitarius, ſeparatuſque, a communi malo civitatis ſeceſſerit, is domo, patria, fortuniſque omnibus careto, exſul, extorriſque, eſto.* Ioannes Cantacuzenus Hiſt. lib. IV. cap. XIII. Καὶ τῷ Λυκούργῳ νόμων πάντων ἀμελήσαντες, ἑνὸς μόνου τοῦ Σόλωνος ἐξέχονται τῷ Ἀθηναίων ἀκριβῶς, ὃς ἄτιμους ποιεῖ τοὺς πολιτῶν τοὺς ἐν στάσει μηδεμιᾷ μερίδι προσκειμένους. *Lycurgi legum gun parum obſervantes, uni tantum Solonis ſtudioſe obediunt, notantis infamia cives, qui in civitate neutrarum partium fuiſſent.* Nicephorus Gregoras lib. IX. Οὔτε γὰρ δίκαιον ἦν ἡμᾶς μηδεμιᾷ προσκεῖσθαι μερίδι, τῷ Σόλωνος τοῦτο προτρέποντος. *Neque enim aequum erat, nos neutri parti ſtudere, quum Solon ad id exhortetur.* Obſerva autem, omnes uno ore dicere, poenam hic fuiſſe infamiam (d). Itaque memoria deſtituit Ciceronem (e), qui commemorat, capitale fuiſſe; iſta enim eius verba ſunt ad Atticum lib. X. epiſt. 1. *Ego vero Solonis, popularis tui, ut puto, etiam mei, legem negligam, qui capite ſanxit, ſi qui in ſeditione non alterius utrius partis fuiſſet.* Exponitur vero legis huius ratio ab ipſo Plutarcho hunc in modum. Βέλεται δ' ὡς ἔοικε, μὴ ἀπαθῶς, μηδ' ἀναισθήτως ἔχειν πρὸς τὸ κοινὸν, ἐν ἀσφαλεῖ θέμενον τὰ οἰκεῖα, κᾀ ᾧ μὴ συναγεῖν, μηδὲ συνοσεῖν τῇ πατρίδι, καλλωπιζόμενον. ἀλλ' αὐτόθεν τοῖς τὰ βελτίω καὶ δικαιότερα πράττουσι προσθέμενον, συγκινδυνεύειν κᾀ βοηθεῖν μᾶλλον ἢ περιμένειν ἀκινδύνως τὰ τῶν κρατούντων. *Vult enim, ut videtur, ne quis, rebus ſuis in tuto collocatis, nullo publici incommodi ſenſu adficiatur, aut ſe nullo publici doloris adfectu commoveri glorietur: ſed ut illico partibus ſe melioribus, iuſtioribuſque multo adplicando, in periculi communis ſocietatem veniat, operique ferat potius, quam ſine periculo ſuſtineat, dum victorem fors oſtendat.* A. Gellius loco citato. *Quum hanc legem Solonis, ſingulari ſapientia praediti, legiſſemus, tenuit nos gravis quaedam in principio admiratio, requirentes, quam ob cauſam dignos eſse poena exiſtimaverit, qui ſe procul a ſeditione, & civili pugna removiſſent. Tum, qui penitus, atque alte uſum, ac ſententiam legis inſpexerat, non ad augendam, ſed ad deſinendam ſeditionem, legem hanc eſse dicebat. Et res prorſum ſe ſic habet. Nam, ſi boni omnes, qui in principio coercendae ſeditioni impares fuerint, populumque partitum, & amentem non deterruerint, & ad alterutram partem diviſi ſeſe adiunxerint, tum eveniet, ut, quum ſocii partis ſeorſum utriuſque fuerint, eoque (f) partes ab iis, ut maioris auctoritatis viris, temperari, ac regi coeperint, concordia per eos potiſſimum reſtitui, conciliarique poſſit: dum & ſuos, apud quos ſunt, regunt, atque mitificant: & adverſarios ſervatos (g) magis cupiunt, quam perditos.*

CAP.

bitus ex officio vis nominis, & propria adpellatio. Scribunt multi fuiſſe decem numero, veluti tribunos plebis, aut ſingularum tribuum duces: de qua ſignificatione hic non ago. Iulius Pollux ait, illos in locum ναυκλάρων, ναυκράρων, ναυκάρων ve [nam hoc nomen ita diverſum pro re eadem apud varios auctores eſt] ſucceſſiſſe: fuiſſe vero in ſingulis tribubus XII. partes, quae ſingulae ναυκραρίαι dicebantur, quibus ipſis ſinguli praeerant Demarchi.

(a) Vide *Lib. I. Them. Attic. Cap. XII.*

(b) Editio Batava anni 1666. habet *ſempiternae.*

(c) Editio Batava laudata. *Diſceſſio.* quae vera lectio eſt, ut ex *Iac. Gronovio* ad *Leges Atticas* etiam adnotavimus. Male etiam *Stanleii* interpres *diſcordia* legit.

(d) Non video. *Gellius* exſilium dicit: idem ſorte *M. Tullius* ſubindicat.

(e) Vide *Lib. I. Them. Attic. Cap. XII.* ibique ad hunc Ciceronis locum adnotata: & conſule *Leg.* 103. *D. de V.S.*

(f) Laudata Editio: *Eaeque.* & recte.

(g) Citata Editio Batava: *Sanatos.* Sed nihil mutandum videtur.

Digitized by Google

CAP. XVI.

Lex, quae orbae, impotenti nuptae, alteri se adiungere permittit. Item illa, quae proximum genere aut ducere orbam, aut elocare, cum quingentarum drachmarum dote cogebat. Tertia, de ceterarum mulierum dote, & matrimonii instituto. Quarta, de sororum consanguinearum nuptiis. Cornelii Nepotis error (a).

ALtera quoque lex ipsius, non absurda minus visa, aut ridicula; qua opulentae orbae gratiam facit, si, qui eam ex lege sibi vindicavit, impotens sit ad complexum, proximis viri consanguineis se coniungere. Plutarchus. Ἄτοπον δὲ καὶ γελοῖον δοκεῖ ὁ τῇ ἐπικλήρῳ διδοὺς, ἂν ὁ κρατῶν καὶ κύριον γεγονὼς κατὰ τὸν νόμον, αὐτὸς μὴ δυνατὸς ᾖ πλησιάζειν, ὑπὸ τῶν ἐγγιστα τῷ ἀνδρὸς ὀπυίεσθαι. *Absurda autem, & ridicula videtur lex illa, quae orbae concedit; si ille, qui eam ex lege habet, dominus illius factus, rem cum ipsa habere nequeat, ut ex mariti proximis quemquam admittat.* Sed mox quoque causam reddit. Καὶ τοῦτο δ' ὀρθῶς ἔχειν τινές φασι πρὸς τοὺς μὴ δυναμένους συνιέναι, χρημάτων δ' ἕνεκα λαμβάνοντας ἐπικλήρους. καὶ τῷ νόμῳ καταβιαζομένους τὴν φύσιν. ὁρῶντες γὰρ ᾧ βούλεται τὴν ἐπίκληρον συνοῦσαν, ἢ προήσονται τὸν γάμον, ἢ μετ' αἰσχύνης καθέξουσι, φιλοπλουτίας καὶ ὕβρεως δίκην διδόντες. εὖ δ' ἔχει καὶ τὸ, μὴ πᾶσιν, ἀλλὰ τῶν συγγενῶν τῷ ἀνδρὸς ᾧ βούλεται διαλέγεσθαι ἢ ἐπίκληρον, ὅπως οἰκεῖον ἢ καὶ μετέχον τοῦ γένους τὸ τικτόμενον. *Atqui aiunt nonnulli, recte id constitutum fuisse in eos, qui inhabiles ad Venerem quum sint, pecuniae tamen causa divites illas orbas matrimonio sibi iungunt, inferuntque vim naturae ob legis privilegium. Quum enim cernunt, licere orbae, quem libeat, admittere, vel abstinebunt ab iis nuptiis, vel retinebunt eas: cum opprobrio, avaritiae, & improbitatis poenam dantes. Bene est etiam, quod non quemlibet, sed quem velit ex viri necessariis admittat orba, quo proles de familia sit, & de stirpe eius.* In illis vero legis verbis altera quoque memoratur, quum inquit. *Qui eam ex lege habeat, dominus illius factus.* Intelligit autem illam legem, etiam a Solone latam, qua iubebat, ut orbam genere proximus duceret, aut, quingentis drachmis datis, elocaret. Diodorus Siculus lib. XII. Τρίτον δὲ νόμον διωρθώθη ὁ περὶ τῶν ἐπικλήρων, ὃν καὶ παρὰ Σόλωνι κείμενον. ἐκέλευε γὰρ τῇ ἐπικλήρῳ ἐπιδικάζεσθαι τὸν ἔγγιστα γένους, ὡς αὐτὸς δὲ καὶ τὴν ἐπίκληρον ἐπιδικάζεσθαι τῷ ἀγχιστεῖ. ᾧ ἦν ἀνάγκη συνοικεῖν, ἢ πεντακοσίας ἐκτίσαι δραχμὰς εἰς τροικὸς λόγον τῇ πενιχρᾷ ἐπικλήρῳ. *Tertia etiam lex de orbis, quam & Solon promulgavit, correcta fuit. Iubebat enim, ut genere proximus orbam iure in matrimonium sibi posceret, & vicissim illa quoque nuptias sibi genere proximi ex lege adsereret. Atque huic necesse erat, orbam ducere, quamvis pauperem, aut quingentas ei drachmas in dotem dare.* Et haec est illa ipsa Alex, de qua Terentius in Hecyra Act. I. Sc. II.

Lex est, ut orbae, qui sunt genere proximi,
Eis nubant: & illos ducere eadem haec lex iubet.

Ac de elocatione cum dote quingentarum drachmarum, id est, quinque minarum in Phormione Act. II. Sc. III.

Et si mihi facta iniuria est, verum tamen,
Potius quam lites sectter, aut quam te audiam,
Itidem ut cognata si sit (b), *quod lex iubet*
Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe.

Vide quae accurate dixi de hac lege Lectionum Atticarum lib. v. cap. I. Solis autem his virginibus dotem statuit; in ceteris nuptiis nihil permittebat dari, quam tres vestes, & nonnullam parvi pretii supellectilem; quippe sic existimabat, non debere matrimonium mercenarium, aut venale quasi esse: verum liberorum tantum quaerendorum, & amicitiae, gratiaeque causa contrahi. Plutarchus. Τῶν δ' ἄλλων γάμων ἀφεῖλε τὰς φερνὰς ἱμάτια τρία, καὶ σκεύη μικρῶ νομίσματος ἄξια κελεύσας, ἕτερον δὲ μηδὲν ἐπιφέρεσθαι τὴν γαμουμένην. ὃ γὰρ ἐβούλετο μισθαρνὸν καὶ ὠνὸν εἶναι τὸν γάμον, ἀλλ' ἐπὶ τεκνώσει καὶ χάριτι καὶ φιλότητι γενέσθαι τὸν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνοικισμόν. *Ceteris coniugiis dotes detraxit, sponsamque praeter tres vestes* (c), *& supellectilem parvi pretii, inferre quidquam vetuit. Neque enim meritorium, aut venale volebat esse foedus nuptiarum; sed, liberorum causa, & gratiae, atque amicitiae virum, ac mulierem consociari.* Neque dubium est, quin supellex quoque ista expressa a Solone fuerit: nam sartaginem nominat Pollux lib. I. cap. XII. sect. XV. Σόλων δὲ καὶ τὰς νύμφας ἰούσας ἐπὶ τὸν γάμον, ἐκέλευσε φρύγετον φέρειν σημεῖον. *Solon vero etiam sponsas, ad nuptias euntes, sartaginem ferre iussit.* Certe Solonem voluisse nuptias contrahi liberorum tantum quaerendorum causa, idque lege statuisse, refert etiam, quamquam omisso Solonis nomine, Isidorus Pelusiota lib. III. Epist. CCXLIII. Διὸ καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἡ συνάφεια ἡ κατὰ νόμον, ἐπ' ἀρότρῳ παίδων ἐλέγετο γίνεσθαι. *Et apud Athenienses legitimum coniugium liberorum quaerendorum causa fieri dicebatur.* Et huc respexit Nonnus Dionysiacorum lib. XLI.

Καὶ Θέμις Εἰλειθύια, κὺμα οἰδαλέον διὰ κόλπου
Στεινομένης ὠδῖνος ἀναπλύξασα καλύπτρην
Ὀξὺ βέλος κύφιζε πεπαινομένου τοκετοῖο,
Θεσμὰ Σόλωνος ἔχουσα.
Et Themis Ilithyia, tumidum per sinum,
Angustato partu, expandens tegumentum,
Acutum telum sustulit maturato partu,
Leges Solonis habens.

Et postea iterum.

Κάδμος εὐγλώσσοιο διδάσκεται ὄργια φωνῆς,
Θεσμὰ Σόλωνος ἄχραντα, κὴ ἔννομον Ἀτθίδι πεύκῃ.
Cadmus eloquentis docet orgia vocis,
Leges Solon illibatas, & iustum Atticae taedae.

Sta-

(a) De his omnibus legibus consule *Lib. I. Them. Attic. Cap. XIII. & XIV.* & ibi adnotata.

(b) Editio Batava anni 1644. *id quod, &c.*

(c) Vide adnotata ad *Cap. XIV. Lib. I. Them. Attic.*

Digitized by Google

Statuit etiam, ut ſponſa cum ſponſo concluderetur, malumque cum eo cydonium comederet. Plutarchus. Εἰ τοῦτο δὲ συνετέλῃ καὶ τὸ τὴν νύμφιον τῷ νυμφίῳ συγκαθέργνυσθαι μήλου κυδωνίου συγκατατραγοῦσαν. *Huc facit item, quod ſponſa cum ſponſo concludatur, ut malum cydonium cum eo edat.* Iterum in Praeceptis Coniugalibus. Ὁ Σόλων ἐκέλευε τὴν νύμφιον τῷ νυμφίῳ συγκατακλίνεσθαι μήλου κυδωνίου κατατραγοῦσαν, αἰνιττόμενος (ὡς ἔοικεν) ὅτι δεῖ τὴν ἀπὸ σώματος καὶ φωνῆς χάριν, εὐάρμοστον εἶναι πράττων, καὶ ἡδεῖαν. *Solon iubebat ſponſam cum ſponſo concludi, ut malum cydonium cum eo comederet: innuens, ut videtur, primam oris, & vocis, gratiam, concinnam, & ſuavem eſſe debere.* Permiſit autem matrimonia quam latiſſime: etiam ſororum, quamquam tantum conſanguinearum; non item uterinarum. Philo de Leg. Spec. lib. II. Ἐξῆς ἐστι παράγγελμα, μηδ' ἀδελφὴν ἐγγυᾶσθαι, πάνυ σπουδαῖον, καὶ συντείνον εἰς ἐγκράτειαν ὁμοῦ καὶ εὐκοσμίαν. ὁ μὲν ἐν Ἀθήναις Σόλων ὁμοπατρίους ἐφίεις ἄγεσθαι, τὰς ὁμομητρίους ἐκώλυσεν· ὁ δὲ Λακεδαιμονίων νομοθέτης ἔμπαλιν, τὸν ἐτὶ ταῖς ὁμογαστρίοις γάμον ἐπιτρέψας, τὰ πρὸς τὰς ὁμοπατρίους ἀπᾶπεν. *Deinde praeceptum eſt de non ducenda ſorore, omnino honeſtum, & ad temperantiam tendens, ac modeſtiam. Et Solon quidem Athenienſis conſanguineas ducere permittens, uterinarum tamen nuptiis interdixit: contra vero Lacedaemoniorum legislator, uterinarum concedens, conſanguinearum matrimonio abſtinere iubet.* Ariſtophanes ex Euripide profert locum, ubi frater reprehendatur, qui cum ſorore uterina rem habuerit. Locus eſt in Nubibus.

Οὐδ' εὐθὺς ἦσ' ἐξ Εὐριπίδου ῥῆσίν τιν' ὡς ἐβαίνει
Ἀδελφὸς, ὦ 'λεξίκακε, τὴν ὁμομητρίαν ἀδελφήν.
Ille vero confeſtim cecinit ex Euripide locum quemdam quomodo conſueverit
Frater, mehercle, cum ſorore uterina.

Ad quae verba ſic Scholiaſtes. Γέγραπται δὲ δρᾶμα Εὐριπίδου Αἴολος λεγόμενον, ἐν ᾧ παρήγαγε Μακαρέα τὴν παῖδα Αἰόλου φθείροντα Κανακὴν τὴν ἀδελφήν. ἐπειδὴ δὲ παρὰ Ἀθηναίοις ἔξεστι γαμεῖν τὰς ἐκ πατέρων ἀδελφὰς, εἰς αὔξησιν τοῦ ἀδικήματος προστέθηκε τὴν ὁμομητρίαν. *Scripta eſt ab Euripide fabula, AEolus, in qua introducebat Macareum, AEoli filium, qui Canacen ſororem vitiaverat. Quandoquidem vero apud Athenienſes permiſſum eſt, ſorores conſanguineas ſibi matrimonio iungere, ut exaggeret delictum, addidit, uterinam fuiſſe.* Non recte de germana ſorore dicit Corn. Nepos in Proemio. *Neque enim Cimoni fuit turpe, Athenienſium ſummo viro, ſororem germanam habere in matrimonio, quippe quum cives eius eodem uterentur inſtituto.* Iterum in Cimonis Vita. *Habebat autem in matrimonio ſororem germanam ſuam, nomine Elpinicen; non magis amore, quam more ductus; nam Athenienſibus licet eodem patre natas uxores ducere.* Nimis generaliter, & ſine exceptione Minutius in Octavio. *Athenis cum ſororibus legitima coniugia.* Neque enim cum uterinis, ut oſtendi; ſed cum conſanguineis tantum.

(a) Vide de his iisdem legibus *Lib. I. Them. Attic. Cap. III. & Lib. II. Cap. VII. XIII. & XVIII.*

CAP. XVII.

Convitia in vivos pariter & mortuos vetat. Teſtamenti factionem liberam ſtatuit iis, qui ſine liberis decederent. Tum profectiones mulierum, item luctum in funeribus, & ſumtum ordinat. In otioſos poenam ſancit: & parentibus alimenta denegat, qui liberos ſuos artem nullam docuiſſent, aut ex meretrice prolem ſuſcepiſſent (a).

POſuit & leges convitiis tam in mortuos, quam in vivos; ita ut illis quidem, univerſim male dicere non liceret; iſtis vero, apud ſacra, iudicia, curias, & ludos; quique in hac re deliquiſſet, drachmis quinque multabatur: quarum tres laeſo cedebant; duae reliquae, aerario. Plutarchus. Ἐπαινέται δὲ τοῦ Σόλωνος καὶ ὁ κωλύων νόμος τὸν τεθνηκότα κακῶς ἀγορεύειν. καὶ γὰρ ὅσιον τοὺς μετεσῶτας, ἱεροὺς νομίζειν, καὶ δίκαιον ἀπέχεσθαι τῶν ὑπαρχόντων, καὶ πολιτικὸν ἀφαιρεῖν τὸ ἔχθρας τὸ ἀίδιον. ζῶντα δὲ κακῶς λέγειν ἐκώλυσε πρός ἱεροῖς, καὶ δικαστηρίοις, καὶ ἀρχείοις, καὶ θεωρίας ὅστις ἀγώνων. ἢ τρεῖς δραχμὰς τῷ ἰδιώτῃ, δύο δ' ἄλλας ἀποτίνειν εἰς τὸ δημόσιον ἔταξε. *Commendatur item lex Solonis, quae maledicta vetat in defunctos, in vivum quoque itidem probibet, apud ſacra, iudicia, curias, & in ludorum ſpectaculo: aut multam perſolvendam ſtatuit, privato drachmas tres, & alias duas aerario publico.* De convitiis in mortuos ſunt Demoſthenis quoque verba Orat. in Leptinem. Καὶ μὴν κἀκεῖνο τῶν καλῶς δοκούντων ἔχειν νόμων Σόλωνός ἐστι. μὴ λέγειν κακῶς τὸν τετευτηκότα. μηδ' ἂν ὑπὸ τῶν ἐκείνου τις ἀκούῃ παίδων. *Quin illa etiam lex Solonis eſt e laudatarum numero: Mortuo nemini maledicendum, etiamſi quis a liberis eius maledictis inceſſatur.* Legem quoque de Teſtamentis condidit, qua permiſit unicuique, ſine liberis decedenti, quemcumque heredem inſtituere; modo vel morbo, aut aliquo veneficio, aut vi coactus, aut blanditiis uxoris inductus illud non faceret. Plutarchus. Εὐδοκίμησε δὲ κἀν τῷ περὶ διαθηκῶν νόμῳ. πρότερον γὰρ οὐκ ἐξῆν, ἀλλ' ἐν τῷ γένει τοῦ τεθνηκότος ἔδει τὰ χρήματα καὶ τὸν οἶκον καταμένειν, ὁ δ' ᾧ βούλεταί τις ἐπιτρέψας, εἰ μὴ παῖδες εἶεν αὐτῷ, δοῦναι τὰ αὑτοῦ· φιλίαν τε συγγενείας ἐτίμησε μᾶλλον, καὶ χάριν ἀνάγκης· καὶ τὰ χρήματα, κτήματα τῶν ἐχόντων ἐποίησεν. οὐ μὴν ἀνέδην γε πάλιν, οὐδ' ἁπλῶς τὰς δόσεις ἐφῆκεν, ἀλλ' εἰ μὴ νόσων ἕνεκεν, ἢ φαρμάκων, ἢ δεσμῶν, ἢ ἀνάγκης καταχεθεὶς, ἢ γυναικὶ πεισθείς. *Probatur etiam eius lex de teſtamentis. Etenim antea non erat ius teſtamentum condere; ſed penes defuncti genus pecunias, & domum remanere oportebat. Hic vero liberum facit, liberis non exiſtentibus, cui viſum eſſet, ſua donare: amicitiamque propinquitati, & gratiam praetulit neceſſitati: effecitque, ut pecunia, quorum eſſet, in eorum etiam potestate foret. Nec temere tamen, aut ſimpliciter dare indulſit: ſed, ſi non per morbum, pharmacumve, neque vinculis, aut neceſſitate conſtrictus, vel uxoris blandi-*

& Supplem. Lib. I. Tit. I. & Lib. VI. Tit. VIII.

Digitized by Google

ditiis inductus esset. Iterum in Quaestion. Rom. Πότερον, ὡς Σόλων, γράψας τὰς δόσεις κυρίας εἶναι τῶν τελευτώντων, πλὴν εἰ μή τις ἀνάγκῃ συνεχόμενος, ἢ γυναικὶ πειθόμενος. *Quemadmodum Solon, qui legem tulit, ut donationes mortuorum ratae essent: nisi quis aut necessitate coactus, aut ab uxore persuasus fuisset*. Demosthenes Orat. in Leptinem iam citata. Σόλων μὲν ἔθηκε νόμον, ἐξεῖναι δοῦναι τὰ ἑαυτοῦ ὅτῳ ἄν τις βούληται, ἐὰν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι. *Solon quidem legem tulit: licere, cui liberi legitimi non sint, quem libitum sit, heredem instituere*. Occurrit lex eadem iterum apud eumdem in Stephanum Orat. II. Profectionibus quoque mulierum, luctibusque, item festis modum statuit, vetans, ne quo peregre euntes amplius tribus stolis secum ferrent: neve cibi plus, quam obolo coemissent: neque calathum, cubitali grandiorem: denique, ne noctu iter, nisi ad lucernam facerent: & ut curru veheretur. Plutarchus. Ἐπέσησε δὲ καὶ ταῖς ἐξόδοις τῶν γυναικῶν, καὶ τοῖς πένθεσι, καὶ ταῖς ἑορταῖς νόμον, ἀπείργοντα τὸ ἄτακτον, καὶ ἀκόλαστον. ἐξιέναι μὲν ἱματίων τριῶν μὴ πλέον ἔχουσαν κελεύσας, μηδὲ βρωτὸν ἢ ποτὸν πλέονος ἢ ὀβολοῦ φερομένην, μηδὲ κάνητα πηχυιαίου μείζονα, μηδὲ νύκτωρ πορεύεσθαι πλὴν ἁμάξῃ κομιζομένην· λύχνον προφαίνοντος. *Profectiones quoque mulierum, luctusque, & festa lege adstrinxit, inconditam licentiam coercente. Proficiscenti foras, tres non amplius stolas permittit habere; neque plus cibi, vel potus secum efferre, quam obolo emtum: neque calathum, cubitali maiorem: nec de nocte, nisi curru vectam, ad lucernam iter facere*. Quod luctum adtinet, lacerationes plangentium vetuit: tum quae alia ploratum excitarent, & eiulatum in funeribus alienis: item, ne plus tribus vestibus cum defuncto conderent: neve ad sepulcra accederent aliorum, nisi quando efferrentur; in festis vero mortualibus, ne, ut ante, bove caeso parentarent. Plutarchus. Ἀμυχὰς δὲ κοπτομένων, καὶ τὸ θρηνεῖν πεποιημένα, καὶ τὸ κωκύειν ἄλλων ἐν ταφαῖς ἑτέρων ἀφεῖλεν. ἐναγίζειν δὲ βοῦν οὐκ εἴασεν, οὐδὲ συντιθέναι πλέον ἱματίων τριῶν. οὐδ' ἐπ' ἀλλότρια μνήματα βαδίζειν, χωρὶς ἐκκομιδῆς. *Lacerationes plangentium, ploratum excitantia, & eiulatum, in aliorum funeribus, sustulit; parentare bove, interdixit; vel amplius quam tres vestes cum mortuo condere: ad aliena monumenta, nisi in exsequiis, accedere*. Vbi, quae de lacerationibus plangentium, & eiulatibus, ac tribus vestibus, & universim funerum sumtu, memorantur, ea quoque a Romanis, quum leges suas ab Athenienſibus peterent in XII. tabulas translata. Cic. de Leg. lib. II. *Iam cetera in duodecim (Tabulis) minuendi sumtus sunt, lamentationesque funeris; translata de Solonis fere legibus. Exstenuato igitur sumtu tribus viciniis, tollit etiam lamentationem. Mulieres genas ne radunto: neve lessum, funeris ergo, habento: quia lex Solonis idipsum vetat*. Et postea. *Posteaquam, ut scribit Phalereus, sumtuosa fieri funera, & lamentabilia, coepissent, Solonis lege sublata sunt; quam legem iisdem prope verbis nostri decemviri in decimam tabulam coniecerunt. Nam de tribus viciniis, &*

pleraque illa, Solonis sunt: de lamentis vero, expressa verbis sunt: Mulieres genas ne radunto; neve lessum, funeris ergo, habento. Praeterea, quum videret, urbem in dies frequentiorem multo fieri, agrum incultum relinqui lege cavit; ne filius, quem parens nullam artem docuisset, ipse quoque alimenta ei dare teneretur. Plutarchus. Ὁρῶν δὲ τὸ μετὰ ἄσυ πιμπλάμενον ἀνθρώπων ἀεὶ συρρεόντων πανταχόθεν ἐπ' ἀδείας εἰς τὴν Ἀττικήν, τὰ δὲ πλεῖστα τῆς χώρας ἀγεννῆ καὶ φαῦλα, τοὺς δὲ χρωμένους τῇ θαλάττῃ μηδὲν εὐωθήτους εἰσάγειν τοῖς μηδὲν ἔχουσιν ἀντιδοῦναι, πρὸς τὰς τέχνας ἔτρεψε τοὺς πολίτας. καὶ νόμον ἔγραψεν, υἱῷ τρέφειν τὸν πατέρα μὴ διδαξάμενον τέχνην ἐπάναγκες μὴ εἶναι. *Porro urbem quum videret hominibus, quotidie in Atticam undique propter libertatem, & securitatem confluentibus compleri; agrum autem fere infoecundum, ac malignum; eos vero, qui mare exerceant, nihil solere adportare iis, qui nihil habeant, quod reddant; traduxit ad artificia cives, ac legem tulit, ne filius patrem, qui ipsum artem non docuisset, alere cogeretur*. Vitruvius in Praefat. lib. VI. *Omnium Graecorum leges cogunt parentes ali a liberis; Athenienſium non omnes, nisi eos, qui liberos artibus erudiissent*. Galenus in Exhort. Orat. ad Artes. Ἐπαινέσῃ δ' ἄν τις καὶ τὸν Ἀθήνησι νομοθέτην, ὃς τὸν μὴ διδάξαντα τέχνην, ἐκώλυε τροφὴν τοῦ παιδὸς τρέφεσθαι. *Laudaverit aliquis etiam legislatorem Athenienſium, qui vetabat, filium alimenta dare patri, a quo arte nulla imbutus esset*. Huc adlusit Theophylactus Simocatta Epist. VII. Τὴν ὑπομάζιον ἵππον ὅταν ἐνδεὰ τῆς θρεψαμένης θεάσοιντο, καὶ πόρρω που τὴν τεκοῦσαν, οἷα συμβαίνει τοῖς γεννήμασιν, ἡ τοῦ γεννικόν. ἡ γὰρ τῆς ἑαυτῶν ἐπιλανθάνονται φύσεως· καὶ περιθάλπουσι τὸ μονωθὲν κατ' ὀδὲν δυσχεραίνουσαι, ὥσπερ ἔγγονα συνεχῆ τε καὶ γνήσια. καὶ φύσις μὲν ταύταις ὕτω φρονεῖν. ὁ γὰρ Σόλωνος ἠνάγκασε νόμος. *Lactentem adhuc equum quum nutrice destitutum viderint, & longius alicubi abesse matrem, ut fit interdum, maternum aliquid faciunt, sicut debet ea, quae pullum peperit (nec enim suae ipsius naturae obliviscuntur) & fovere relictum non gravantur, tamquam veros, proprioſque foetus. Et hae quidem a natura ita sunt adfectae; neque enim lex Solonis illas cogit*. Alias, si quis parentem non aluisset, eum infamia notabat. Diogenes Laertius in eius Vita lib. I. inter alias ipsius leges hanc quoque recitat. Ἐάν τις μὴ τρέφῃ τοὺς γονέας, ἄτιμος ἔσω. *Si quis parentes non aluerit, infamis esto*. Et huc respexit AElianus Hist. Anim. lib. IX. cap. I. Καὶ Σόλων μὲν τοῖς λέουσι ταῦτα οὐ κελεύει, νομοθετῶν τρέφειν τοὺς πατέρας ἐπάναγκες. *Et Solon leonibus non praescribit; qui, lege lata, liberis parentes alendi necessitatem imponit*. Vt autem parentibus, nullam artem liberos suos docentibus, poenam negligentiae statuit, ita etiam ignavis; dato Areopagitis mandato, ut observarent, quonam quisque modo vitam toleraret. Plutarchus. Καὶ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἔταξεν ἐπισκοπεῖν ὅθεν ἕκαστος ἔχει τὰ ἐπιτήδεια, καὶ τοὺς ἀργοὺς κολάζειν. *Et curiae Areopagitarum praecepit, quonam se quisque quaestu tueretur, observare, atque in otio-*

tiosos animadvertere. Diogenes Laertius in commemoratione legum eius. Καὶ ὁ ἀργὸς, ὑπευθύνῳ ἔστω παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι. *Quique otiosus est, in eum actio cuilibet esto*. Ter autem convictus, infamia notabatur. Pollux lib. VIII. cap. VI. Τῆς δ' ἀργίας, ἐπὶ μὲν Δράκοντος, ἀτιμία ἦν τὸ τίμημα. ἐπὶ δὲ Σόλωνος, εἰ τρίς τις ἁλώη, ἠτιμοῦτο. *Ocii porro, ex Draconis lege poena erat infamia: ex Solonis vero, si ter reus peractus esset, infamia multabatur*. Vbi quae de poena infamiae ex Draconis lege dicit, vereor, ne memoria destituatur, quum illam capitalem censeat; ut refertur a Plutarcho in citatis ante verbis cap. XII. Et hanc quoque a Solone indictam poenam dicunt alii; & acceptam ab Amaside AEgyptio legem. Herodotus lib. II. Νόμον τε Αἰγυπτίοισι τόνδε Ἄμασις ἐξεῦρε ὁ κατασήσας· ἀποδεικνύναι ἕτεον ἑκάστῳ τῷ νομάρχῃ πάντα τινὰ Αἰγυπτίων, ὅθεν βιῶται· μηδὲ ποιεῦντα ταῦτα μηδὲ ἀποφαίνοντα δικαίην ζόην, ἰθύνεσθαι θανάτῳ. Σόλων δὲ ὁ Ἀθηναῖος λαβὼν ἐξ Αἰγύπτου τοῦτον τὸν νόμον, Ἀθηναίοισι ἔθετο. τῷ ἐκεῖνοι ἐς ἀεὶ χρέωνται, ἐόντι ἀμώμῳ νόμῳ. *Hic est autem Amasis, qui legem tulit; demonstrare unumquemque apud praesidem loci, unde vivat: quod qui non fecerit, aut demonstrare vitae suae rationem iustam non potuerit, hunc morte multandum. Solon autem Atheniensis, sumtam hanc legem ex AEgypto Atheniensibus promulgavit; qua illi perpetuo utuntur, lege sane inculpata*. Hoc ipsum est, quod ait Diodorus Siculus, ubi leges AEgyptiorum recenset lib. I. Προσετέτακτο δὲ καὶ πᾶσι τοῖς Αἰγυπτίοις ἀπογράφεσθαι πρὸς τοὺς ἄρχοντας, ἀπὸ τίνων πόρων, καὶ τρόπων ἕκαστος πορίζεται τὸν βίον. καὶ τὸν ἐν τούτοις ψευσάμενον, ἢ πόρον ἀδικον ἐπιτελοῦντα, θανάτῳ περιπίπτειν ἦν ἀναγκαῖον. λέγεται δὲ τοῦτον τὸν νόμον ὑπὸ Σόλωνος παραβαλόντος εἰς Αἴγυπτον εἰς τὰς Ἀθήνας μετενεχθῆναι. *Insuper iniunctum erat AEgyptiis omnibus, ut nomina apud praefectos profiterentur, indicantes simul, quo proventu, & vitae genere victum sibi unusquisque compararet: ac mentitus, vel iniustum agitans quaestum, mortis poenam incurrebat. Quam legem Solon ad AEgypti imitationem Athenas traduxisse fertur*. Sed de hac re vide, si est operae pretium, quae notavi Areopagi cap. IX. Vt autem statuit, ne parentibus ii alimenta darent, qui artem ab ipsis nullam omnino edocti essent; ita etiam id indulsit e meretrice procreatis. Plutarchus. Ἐκεῖνο δ' ἦδη σφοδρότερον, τὸ μηδὲ τοῖς ἐξ ἑταίρας γιγνομένοις ἐπάναγκες εἶναι τοὺς πατέρας τρέφειν. *Illud vero iam durius, quod ad alendos parentes non adstringerentur e meretricibus procreati*.

(b) De his legibus vide *Lib. I. Them. Attic. Cap. IV.*

CAP. XVIII.

Leges eius in adulteros, raptores, & lenones. Πωλεῖν, & Πολεῖσθαι, quid in eius lege quadam. Plutarchi locus explicatus. Tum in servos, ne pueros amarent, aut sicca quoque unctione uterentur (a).

REprehenduntur quoque leges, quas de mulieribus tulit, ut absurdae. Quippe adulterum, deprehensum, occidere permisit: ac raptori, si quidem liberam rapuisset, centum drachmarum mulctam irrogabat: lenoni, viginti: nisi scorta manifesta adhibuisset. Plutarchus. Ὅλως δὲ πλεῖσην ἔχειν ἀτοπίαν οἱ περὶ τὰ γυναικῶν νόμοι τῷ Σόλωνι δοκοῦσι. μοιχὸν μὲν γὰρ ἀπελεῖν τῷ λαβόντι δέδωκεν, ἐὰν δ' ἁρπάσῃ τις ἐλευθέραν γυναῖκα καὶ βιάσηται, ζημίαν ἑκατὸν δραχμὰς ἔταξε· κἂν προσαγωγεύῃ, δραχμὰς εἴκοσι· πλὴν ὅσαι πεφασμένως πωλοῦνται. *Omnino vero plurimum absurdi videntur habere leges illae, quae de mulieribus sunt latae a Solone; nam adulterum interficere deprehendenti concessit; ac, si quis ingenuam mulierem rapuerit, centum drachmarum mulctam constituit: si quis vero lenocinaretur, drachmas viginti; exceptis iis, quae palam commeant*. Vbi, quod adulterum licere occidere constituerit, observare est apud Auctores, qui, quantumvis sine nomine latoris, legis mentionem faciunt. Syrianus in Hermogenem. Μοιχεύοντά τις, κατὰ τὸν περὶ τὰς μοιχὰς νόμον, ἀπέκτεινεν. *Adulterum quispiam iuxta legem de adulteris interfecit*. Et Sopater alibi in eumdem. Νόμος, τὸν μοιχὸν τεθνάναι. *Lex est, adulterum occidi*. Curius Fortunatianus Rhet. Schol. lib. I. *Adulteros licet occidere*. Verum hoc est observandum, quod concessam caedem dicat, non praeceptam. Atque hoc verum est. Nam occidere deprehensum si volebat, sinebatur; quod si nollet, etiam pecuniariam mulctam exigere licebat. Hinc est illud apud Anonymum in Problem. Rhet. Νόμος τὸν μοιχὸν χρήματα διδόναι, ἢ παραυτίκα ἀποθνήσκειν. *Lex iubebat, ut adulter pecuniam daret, aut confestim moreretur*. Et videre est apud Lysiam in Orat. de caede Eratosthenis; ubi narrat, ipsum pecuniam obtulisse, quod lex iubebat; se vero, quod licitum erat, interficere voluisse. Κἀκεῖνος ἀδικεῖν μὲν ὁμολόγει, ἀντιβόλει δὲ καὶ ἱκέτευε μὴ αὐτὸν κτεῖναι, ἀλλ' ἀργύριον πράξασθαι. ἐγὼ δ' εἶπον ὅτι οὐκ ἐγώ σε ἀποκτενῶ, ἀλλ' ὁ τῆς πόλεως νόμος. ὃν σὺ παραβαίνων, περὶ ἐλάττονος τῶν ἡδονῶν ἐποιήσας, ἢ μᾶλλον εἶλου τοιοῦτον ἁμάρτημα ἐξαμαρτάνειν εἰς τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν, καὶ εἰς τοὺς παῖδας τοὺς ἐμοὺς, ἢ τοῖς νόμοις πείθεσθαι, καὶ κόσμιος εἶναι. *Et ille fatebatur quidem iniuriam, sed orabat, & supplicabat, ne se interficerem, sed pecuniam exigerem: ego vero inquiebam, non me occisurum ipsum, verum civitatis legem; quam transgressus, voluptate inferiorem existimasset, ac flagitium istiusmodi in uxorem, liberosque etiam meos admittere maluisset, quam obedientem legibus, ac modestum se praebere*. Neque adulterium tantum in uxo-

(a) *VI. & Lib. II. Cap. XI. & Supplem. Lib. VI. Tit. I.*

xore lex ſtatuebat, verum & in concubina. Lyſias in eadem Orat. non multo poſt, ubi de eadem lege illi ſermo. Καὶ ὕτω σφόδρα ὁ νομοθέτης ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς γυναιξὶ δίκαια ταῦτα ἡγήσατο εἶναι, ὥσε καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ταῖς ἐλάττονος ἀξίαις τὴν αὐτὴν δίκην ἐπέθηκε. *Atque ipſe legislator adeo iuſta haec eſse arbitratus eſt, ut in concubinis etiam, dignitate inferioribus, eamdem poenam conſtituerit.* Et hoc ipſum ſine dubio Iuriſconſulti Romani hinc acceperunt. Ita enim habent verba Papiniani in l. ſi uxor XIII. D. ad legem Iuliam de adult. coerc. *Si uxor non fuerit in adulterio; concubina tamen fuit; iure quidem mariti, accuſare eam non poterit, quae uxor non fuit: iure tamen extranei, accuſationem inſtituere non prohibebitur: ſi modo ea ſit, quae in concubinatum ſe dando, matronae nomen non amiſit; ut puta, quae patroni concubina fuit. Plane, ſive iuſta uxor fuerit, ſive iniuſta, accuſationem inſtituere vir poterit; nam, ut Sextus Caecilius ait, haec lex ad omnia matrimonia pertinet, & illud Homericum adducit: Nec enim ſoli, inquit, Atridae, uxores ſuas amant.*

Οὐ μοῦνοι φιλέυσ' ἀλόχυς μερόπων ἀνθρώπων
Ἀτρεΐδαι. ——

Et adulteri quidem poena iſta fuit; nunc, adulterae quam ſtatuerit, videamus. Non ornari eam licuit, aut intrare templa publica; ne matronas, famae integras, interventu ullo ſuo inquinaret, ac corrumperet; quod ſi tamen ſe ornaſſet, aut in fana ingreſſa eſſet, cuivis eius veſtimenta lacerare, & diripere ornatum, tum & verberare ipſam, modo ne vel mutilaret, vel occideret, licitum erat. AEſchines Orat. in Timarchum. Ὁ δὲ Σόλων, ὁ τῶν νομοθετῶν ἐνδοξότατος γέγραφεν ἀρχαίως καὶ σεμνῶς περὶ τῶν γυναικῶν εὐκοσμίας. τὴν γὰρ γυναῖκα, ἐφ' ᾗ ἂν ἁλῶ μοιχὸς, οὐκ ἐᾷ κοσμεῖσθαι, οὐδὲ εἰς τὰ δημοτελῆ ἱερὰ εἰσιέναι, ἵνα μὴ τὰς ἀναμαρτήτους τῶν γυναικῶν ἀναμιγνυμένη διαφθείρῃ· ἐὰν δ' εἰσίῃ ἢ κοσμῆται, τὸν ἐντυχόντα κελεύει καταῤῥηγνῦναι τὰ ἱμάτια, καὶ τὸν κόσμον ἀφαιρεῖσθαι, καὶ τύπτειν, ἐργόμυον θανάτου, καὶ τὸν ἀνάπηρον ποιῆσαι· ἀτιμῶν τὴν τοιαύτην γυναῖκα, καὶ τὸν βίον ἀβίωτον αὐτῇ παρασκευάζων. *Solon autem, legumlatorum celeberrimus, ſcripſit more antiquorum, & graviter de diſciplina matronarum. Mulierem enim, in qua adulter deprehenſus fuerit, ornari non ſinit, nec in fana publica intrare, ne ſuo interventu integras matronas corrumpat; quod ſi intraverit, aut ſeſe ornaverit, quemvis dilacerare eius veſtimenta, & ornatum diripere iubet, & eam verberare: hactenus tamen, ne vel occidat, vel mutilet; eo modo talem mulierem omni dignitate privans, ac vitam ei morte acerbiorem reddens.* Et Demoſthenes in Neaeram. Ἐφ' ᾗ γὰρ ἂν μοιχὸς ἁλῶ γυναικὶ, οὐκέτ' ἔξεστιν αὐτῇ ἐλθεῖν εἰς οὐδὲν τῶν ἱερῶν τῶν δημοτελῶν, εἰς ὁ καὶ τὴν ξένην καὶ τὴν δούλην ἐλθεῖν ἐξουσίαν ἔδοσαν οἱ νόμοι. καὶ θεασομένην καὶ ἱκετεύσουσαν εἰσιέναι. ἀλλὰ μόναις ταύταις ἀπαγορεύουσιν οἱ νόμοι ταῖς γυναιξὶ, μὴ εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ, ἐφ' ᾗ ἐὰν μοιχὸς ἁλῶ, ἐὰν δ' εἰσίωσι καὶ παρανομῶσι, νηποινεὶ πάσχειν τῷ βουλομένου, ὅ,τι ἂν πάσχῃ πλὴν θανάτου, καὶ ἔδωκεν ὁ νόμος τὴν τιμωρίαν ὑπὲρ αὐτῶν τῷ ἐντυχόντι. *In qua enim muliere deprehenſus fuerit adulter, ei in nullum templum populare licet ingredi; quum in ea & peregrinis mulieribus, & ancillis, liberum aditum praebuerint leges, tum ſpectandi, tum ſupplicandi gratia: Solas iſtas mulieres ingreſſu publicorum fanorum leges prohibent, in quarum aliqua adulter fuerit deprehenſus. Sin ingreſſae fuerint, contemtis legibus, impune quovis modo mulctari licere, vitae modo parcatur; & mulctandi eas poteſtatem lex cuivis obvio dedit.* Ac mox iterum. Μηδὲ τῇ γυναικὶ ἐξέσω εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ, ἐφ' ᾗ ἂν μοιχὸς ἁλῶ· ἐὰν δ' εἰσίῃ πεποινὲι πασχέτω ὅ,τι ἂν πάσχῃ, πλὴν θανάτου. *Neque mulieri liceat ingredi in fana publica, in qua fuerit adulter deprehenſus. Sin ingreſſa fuerit; impune quidvis in eam liceat, morte excepta.* Sed nec viro eam ultra in matrimonio habere permittebatur: ſi feciſſet, infamia mulctabatur. Occurrit apud eumdem etiam Oratorem in eadem oratione. Ἐπειδὰν ᾖ ἕλοι τὸν μοιχὸν, μὴ ἐξέσω τῷ ἑλόντι συνοικεῖν τῇ γυναικί. ἐὰν δὲ συνοικῇ ἄτιμος ἔσω. *Poſtquam autem adulterum deprehenderit, ei, qui deprehendit, porro habere in matrimonio mulierem ne liceat: quod ſi vero etiam habuerit, infamis eſto.* Non dabatur autem iudicium, niſi in eos, qui in ipſo opere eſſent deprehenſi. Vlpianus in l. *Quod ait*, XXIII. D. Ad Legem Iul. de adult. coerc. clare exprimit. *Quod ait lex, IN FILIA ADVLTERVM DEPREHENDERIT, non otioſum videtur. Voluit enim ita demum hanc poteſtatem patri competere, ſi in ipſa turpitudine filiam de adulterio deprehendat. Labeo quoque ita probat: & Pomponius ſcripſit, in ipſis rebus Veneris deprehenſum occidi; & hoc eſt, quod Solon, & Draco dicunt,* ἐν ἔργῳ. Lucianus in Eunucho. Εἰ δὲ μὴ, ψεύδονται οἱ περὶ αὐτῦ λέγοντες, ὡς μοιχὸς ἑάλω πότε, ὡς ὁ ἄξων (τῦ Σόλωνός) φησιν, ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχων. *Alioqui mentiuntur, qui dicunt, eum aliquando in adulterio deprehenſum, ut tabula (Solonis) loquitur, membra in membris habentem.* Et hoc indicat loquendi modus Oratorum Graecorum, ex verbis legis deſumtus, quo videmus eos uti in citatis ante verbis; *In qua adulter deprehenſus fuerit.* Et in verbis legis Latinae etiam citatae ab Vlpiano. *In filia adulterum deprehenderit.* Quod vero Plutarchus de lenone memorat, mulctam ipſi conſtitutam fuiſſe drachmarum viginti; diſſentit vehementer AEſchines, qui ſupplicium illi capitis poſitum fuiſſe ait Orat. in Timarchum iſtis verbis. Καὶ τὺς παραγωγὺς γράφεσθ (ὁ Σόλων) κελεύ. κἂν ἁλῶσι, θανάτῳ ζημιῦν, ὅτι τῶν ἐξαμαρτάνειν ἐπιθυμούντων, ὀκνῦντων καὶ αἰσχυνομένων ἀλλήλοις ἐντυγχάνειν, αὐτοὶ τὴν αὐτῶν ἀναίδειαν παρασχόντες ἐπὶ μίσθῳ, τὸ πρᾶγμα εἰς διάπειραν καὶ λόγον κατέσησαν. *Lenones item accuſari (Solon) iubet, & convictos capite plecti: propterea quod, mercede locata ſua impudentia iis, qui quidem delinquere cupiunt, & tamen inter ſe colloqui dubitant, ac verentur, efficere ſolent, ut periculum faciant, & colloquantur.* Denique etiam prohibebat, ne quis filiae, aut ſororis lenonem ageret, niſi

niſi quam cum viro virginem conſueviſſe deprehenderet. Plutarchus. Ἔτι δ' ὅτε θυγατέρας πωλεῖν, ὅτ' ἀδελφὰς, δίδωσι· πλὴν ἂν μὴ λάβῃ παρθένον ἀνδρὶ συγγεγενημένῳ. *Praeterea neque filias, neque ſorores commeare permittit: niſi quam cum viro virginem rem habuiſſe deprehendiſſet.* Vbi non recte eruditiſſimus Cruſerius, πωλεῖν, vertit, *vendere*. ut & illud, quum dicit, lenonem viginti drachmis mulctandum ob conciliatas feminas, πλὴν ὅσαι πεφασμένως πωλοῦνται: exponit; *exceptis, quae propalam venales ſunt*; quum debuiſſet; *praeter illas, quae propalam ad amatores commeant*: nam πωλεῖν, ibi eſt, *Ambulare, Commeare:* Et ipſe Plutarchus, explicare ſemet cupiens, ſtatim addit. Λέγω δὴ τὰς ἑταίρας· αὗται γὰρ ἐμφανῶς φοιτῶσι πρὸς τὸς διδόντας. *Meretrices dico: illae enim palam ad amatores commeant.* Certe hanc verbi πωλεῖσθαι ſignificationem eſſe in lege Solonis docet etiam Lyſias in Theomneſtum Orat. 1. ubi, de lege quadam Solonis agens, ita ait. Προσέχετε τὸν νοῦν. τὸ μὲν πεφασμένως ἐστὶ φανερῶς· πωλεῖσθαι δὲ, βαδίζειν. *Animadvertite; πεφασμένως, idem eſt, quod φανερῶς, aperte, manifeſte: πωλεῖσθαι vero, eſt βαδίζειν, ire, incedere* (a). Inſuper in ſervos quoque legem poſuit; vetuitque, ne aut pueros amarent, aut & ſicca unctione uterentur. Plutarchus in Solone. Καὶ νόμον ἔγραψε, διαγορεύοντα, δοῦλον μὴ ξηραλοιφεῖν, μηδὲ παιδεραστεῖν. *Legem ſcripſit, diſerte vetantem, ne ſicca unctione uteretur ſervus, neve pueros amaret.* Et iterum in Amatorio. Σολων δούλοις μὲν ἐρᾶν ἀρρένων παίδων ἀπεῖπε, καὶ ξηραλοιφεῖν· χρῆσθαι δὲ συνουσίαις γυναικῶν οὐκ ἐκώλυσε. *Solon puerorum quidem amore, & ſicca unctione, ſervis interdixit: mulierum vero concubitu non item.* Ac cauſam exprimit utrobique.

(a) *Cl. Salmaſius in Obſervation. ad Ius Attic. & Roman. Cap XIII.* Quae palam igitur ad omnes ventitabant noctium venditarum gratia, & quaeſtus corpore faciendi, eae verbis Atticae legis πεφασμένως πωλεῖσθαι dicebantur. *Id eſt, ut interpretatur Lyſias Oratione prima contra Theomneſtum*, φανερῶς βαδίζειν, *in his verbis*, ὅσαι δὲ πεφασμένως πωλοῦνται, καὶ οἰκίας, καὶ βλάβης τὴν δίκην εἶναι ὀφείλειν. Quibus verbis interpretationem hanc ſubiungit Orator, προσέχετε τὸν νοῦν, τὸ μὲν πεφασμένως ἐστὶ φανερῶς, πωλεῖσθαι δὲ βαδίζειν. *Atticis* πωλεῖν *eſt* vendere, *vel venundare, ſed* πωλεῖσθαι *apud eoſdem non accipitur pro venundari, ſed pro ventitare eodem ſaepius, & convenire. Heſychius:* πωλεῖται, συνεχῶς ἐπὶ τὸν αὐτὸν τόπον ἔρχεται. οἱ δὲ καθ' ἡμᾶς περνᾶσθαι λέγουσι. *Manifeſte Atticis* πωλεῖσθαι *ſignificare ait, ſaepius in eumdem locum convenire & congredi: apud alios Graecos pro* venundari *ſolere accipi, quaſi paſſivum ex activo* πωλεῖν. *Idem*, πωλευμένοι, συνιόντες. *Et* πωλήσασθαι φοιτήσεις. *Item*, πωλεύμενοι, συνερχόμενοι. *Et mox*, πωλεῖσθαι, ἐπιμελῶς καὶ πολλάκις φοιτᾶν. *Sed &* πωλεῖσθαι *apud Homerum paſſim pro verſari, & in eumdem locum frequenter commeare,* ἀναστρέφεσθαι. *Vnde apud eumdem:* πωλεύμενον ἔνθα καὶ ἔνθα. *Odyſſ. χ.*

Ὡς ἐγὼ ἔτι ἐκὼν εἰς σὸν δόμον, ἐδὲ χατίζων
Πωλεύμην.

Non ſponte nec ullius rei indigens domum tuam ventitabam. Πωλεῖσθαι *ergo* πεφασμένως, *proprium eſt meretricum, quae aperte ad quoſvis ſe conferunt, & ad aedes ventitant, ut noctes paciſcantur unam vel plures, & ſic concubitus ſuos vendunt. Diobolaria proſtibula in lupanaribus ipſis, quae* πορνία *Graecis, copiam ſui faciebant, parvo aere mercabilia. Honeſtiores domum ventitabant, quales fuere Laides, Thaides,*

CAP. XIX.

Leges de athletarum praemiis, lupi captura, puteis communibus; ubi obiter equeſtris curriculi ſpacium indicatum, & Heſychius correctus. Tum de arboribus plantandis, & regundis item finibus; eaque in re Plutarchi locus emendatus: de alvearibus collocandis, fructibuſque non exportandis, excepto oleo: de quadrupedis pauperie, civitatis communicatione, & epulo publico (b).

ATHletarum item praemia ordinavit; & Olympionicae quidem, drachmas ſtatuit quingentas; Iſthmionicae vero, centum. Plutarchus. Τῷ μὲν Ὀλυμπίᾳ νικήσαντι, δραχμὰς ἔταξεν ἑκατὸν δίδοσθαι· τῷ δ' Ὀλύμπια πεντακοσίας. *Victori ludis Iſthmiis, centum drachmas dari iuſſit: Olympiis autem, quingentas.* Diogenes Laertius. Συνέταξε δὲ καὶ τὰς τιμὰς τῶν ἐν ἀγῶνι ἀθλητῶν. Ὀλυμπιονίκῃ μὲν τάξας πεντακοσίας δραχμὰς, Ἰσθμιονίκῃ δὲ ἑκατόν. *Athletarum quoque praemia contraxit; & Olympiis quidem, qui viciſſet, huic quingentas drachmas dari: Iſthmiis vero, centum iuſſit.* Lupum quoque qui, abs ſe captum, aut occiſum, abduxiſſet, quinque drachmas accipiebat: qui lupam, unam. Plutarchus. Λύκον δὲ τῷ κομίσαντι, πέντε δραχμὰς ἔδωκε· λυκίδα δ', μίαν· ὡς φησιν ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος. *Ei qui lupum abduxiſſet, quinque drachmas dedit; qui lupam, unam: ut Demetrius Phalereus refert.* Scholiaſtes Ariſtophanis Ranis longe maius pretium tradit; &, qui catulum occidiſſet, hunc, talentum: qui adultum, eum duo accepiſſe. Ἔτι τὸ παλαιὸν τοὺς λύκους ἀπέκτειναν ἐν τῇ Ἀττικῇ. διὸ ὁ μὲν φονεύων τέκνον λύκου, τάλαντον ἐλάμβανεν· ὁ δὲ τέλειον, δύο. *Lupos olim in Attica interficiebant; & lex erat, quae occidere iuberet; itaque, qui lupi catulum occidiſſet, is talentum; qui adultum, duo talenta accipiebat.* Quae totidem verbis habes etiam apud Suidam in Φεισμονή. Ac mandata haec captura iis, quibus agri paſcui plus, quam arvi eſſet: utpote ad quos magis etiam pertineret: pro-

Phrynae, & aliae eiuſmodi publicarum libidinum victimae, de quibus Comici Graeci, & Latini in comoediis palliatis. Huiuſmodi meretrices, quae ab alio ad alium trajiciebant, interdum militi per annum operam dabant, mox philoſopho, deinde & mercatori, equae vere deſultoriae. παραπόλους & δρομάδας eas Graeci vocabant, *ut apud Comicum:* ὦ κάτραπα καὶ παράπολε καὶ δρομάς. *Pro meretricibus etiam habebantur lege Attica, quae in foro aliqua promercalia palam & aperte habebant, & quae in taberna ſedebant mercium venundarum gratia. Sic enim exponenda ſunt iſta verba,* μὴ ἐπὶ ταύταις μοιχὸν λαβεῖν ὁπόσαι ἂν ἐπ' ἐργαστηρίου κάθηνται, ἢ ἐν τῇ ἀγορᾷ πωλῶσί τι ἀπεπεφασμένως. *Quae perperam vir doctiſſimus Latine reddidit, in Commentario legum Atticarum,* ne quis pro moecho prehenditor in meretrice vel in lupanari vel publice proſtante. *Imo vertendum fuit, Moechum cum illis comprehendi non licere quae tabernam exerceant, aut quae in foro aliquid vaenale habent aperte ac publice. Atque ita recte verba Demoſthenis interpretatur Harpocration ex ea contra Neaeram,* ἢ ἐν τῇ ἀγορᾷ πωλῶσιν ἀπεπεφασμένως. Quae *Diomus accipiebat de his, quae in propatulo meretricantur,* πορνεύσει φανερῶς. *Sed certum eſt, Demoſthenem eo loco* πωλεῖν *in propria ſignificatione accepiſſe, & legem eſſe ita exponendam, quae voluit, ſi quis deprehendatur cum eiuſmodi muliere, quae in foro aliquid venait* ἀπεπεφασμένως, *pro moecho eum comprehendi non poſſe. Aliud eſt* πωλεῖσθαι πεφασμένως *vel* ἀπεπεφασμένως, *quod dicitur de ea muliere, quae ad viros ventitat lucri gratia palam & aperte, noctem paciſci ſolita, & corpus cuilibet proſtituere.*

(b) De his legibus vide *Lib. II. Them. Attic. Cap. VI. XI. XVII. XVIIII.* & *Supplem. Lib. I. Tit. I.*

Digitized by Google

propter pecora, quae paſcebant. Plutarchus poſtea. Ἀρχαῖον δὲ τοῖς Ἀθηναίοις τὸ πολεμεῖν τοῖς λύκοις, βελτίονα νέμειν ἢ γεωργεῖν χώραν ἔχουσι. *Olim autem Athenienſibus uſitatum, bellum adverſus lupos gerere: iis quidem, quibus ager paſcuus magis, quam arvus eſſet.* Honoratum tamen illis animal id fuiſſe invenio; ac colligere neceſſaria ſepeliendo tenebatur, ſi quis lupum occidiſſet (a). Scholiaſtes Apollonii lib. II. Τίμιον γὰρ τὸ ζῶον παρ' Ἀθηναίοις. ὁ γὰρ ἀποκτείνας λύκον, ἀγείρει αὐτῷ τὰ πρὸς τὴν ταφήν. *Honoratum enim animal (lupus) apud Athenienſes: quique interfecit lupum, colligit ipſi, quae ad ſepulturam eius requiruntur.* Nempe quia Apollini ſacrum exiſtimabant. Heſychius. Ἔστι γὰρ ὁ λύκος ἱερὸς Ἀπόλλωνος. *Eſt enim lupus Apollini ſacer.* Idem eſt videre apud AElianum Hiſt. Anim. lib. x. cap. XXVI. & Scholiaſtem Sophoclis in Electram. Quia vero etiam aquarum penuria Athenienſes laborabant, lege ſtatuit, uti puteum communem unum haberent; qui curriculi equeſtris ſpatio circum eum adhabitabant; qui remoti longius eſſent, ipſi fodere tenebantur; ac ſi, ubi decem paſſus altum puteum effodiſſent, nondum aquam inveniſſent, tum ex proximo hydriam ſex congiorum bis quotidie implere ſinebatur. Plutarchus. Ἐπεὶ δὲ πρὸς ὕδωρ ὅτε ποταμοῖς ἐσιν ἀενναόις, ὅτε λίμναις τισὶν, ὅτ' ἀφθόνοις πηγαῖς ἡ χώρα διαρκὴς, ἀλλ' οἱ πλεῖσοι φρέασιν ποιητοῖς ἐχρῶντο, νόμον ἔγραψεν ὅπως μέν ἐσι δημόσιον φρέαρ ἐντὸς ἱππικοῦ, χρῆσθαι τούτῳ· (τὸ δ' ἱππικὸν διάσημα, τεσσάρων ἦν σταδίων) ὅπως δὲ πλεῖον ἀπέχῃ, ζητεῖν ὕδωρ ἴδιον. ἐὰν δὲ ὀρύξαντες ὀργυιῶν δέκα βάθος παρ' ἑαυτοῖς, μὴ εὕρωσι, τότε λαμβάνειν παρὰ τοῦ γείτονος, ἑξάκαιν ὑδρίαν δὶς ἑκάσης ἡμέρας πληροῦντας. *Poſtquam vero, quod aquam attinet; neque fluviis perennibus, neque lacubus fontibuſve copioſis, ſat inſtructa erat regio, ſed plerique puteis factis utebantur, legem tulit; uti puteus publicus eſſet, intra curriculi equeſtris ſpatium, quod eſt quatuor ſtadiorum, eo uti uterentur: ubi longius abeſſet, uti aquam propriam quaererent; ſed ſi, poſtquam ad decem paſſuum altitudinem effodiſſent, minime eum inveniſſent, tum ut peterent e proximo, & quotidie hydriam ſex congiorum bis implerent.* Vbi quod in verbis legis curriculi equeſtris ſpatium quatuor eſſe ſtadiorum explicatur, revocat in mentem mihi Heſychii locum, huc omnino reſpicientem, ſed corruptum: ita enim hactenus editur. Ἱππικὸν, τὸ στάδιον. *Equeſtre, ſtadium.* Emendo, Ἱππικὸν, τετραστάδιον. *Equeſtre, quadriſtadium.* Sic paulo ante recte apud eumdem legitur. Ἱππικῷ δρόμῳ, τετραστάδιός τις. *Equeſtre curriculum, quadriſtadium quoddam.* Meminit vero huius ſpatii etiam Hero lib. Geodaeſiae Propoſ. III. *Iuxta latitudinem hippici ad ſiniſtram fundae partem obſervetur.* Ad plantationes quoque curam vertit, ac praeſcripſit; qui aliam quamcumque arborem in agro ſuo plantaret, a vicino is abſiſtere pedum quinque intervallo: qui ficum, aut oleam novem; qui ſcrobem, aut foſſam ducere vellet, quam profunde effodiſſet, tantum a fundo alieno is abſtineret. Plutarchus. Ὥρισε δὲ καὶ φυτείων μέτρα μάλ' ἐμπείρως, τοὺς μὲν ἄλλο τι φυτεύοντας ἐν ἀγρῷ, πέντε πόδας ἀπέχειν τοῦ γείτονος κελεύσας· τοὺς δὲ συκῆν, ἢ ἐλαίαν, ἐννέα. βόθρους δὲ, καὶ τάφρους, ἢ βαλόμενον ἐκέλευσεν ὀρύσσειν, ὅσον ἐμβάλοι βάθος ἀφιστάμενον μήκος τ' ἀλλοτρίου. *Modum vero plantationum admodum perite determinavit; qui enim aliam quampiam arborem in agro ſuo plantaret, eum a vicino abſiſtere pedes quinque imperavit: qui ficum, aut oleam, novem; qui ſcrobes, aut foſſas, fodere velit, eum ita fodere iuſſit, uti, quam profunde foderet, tanto etiam intervallo ab alieno abſtineret.* Sed corruptum leviter verbum ſic reſtituo, βόθρους δὲ, τάφρους, ἢ β'. *Qui ſcrobes, aut ſepulcra, fodere v.* (b) Auctor mihi emendationis meae Caius Iureconſultus lib. IV. ad legem XII. Tab. cuius verba repraeſentantur in l. *Sciendum eſt.* XIII. D. *Finium regundorum* in hunc modum. *Sciendum eſt in actionem finium regendorum illud obſervandum eſſe, quod ad exemplum quodammodo eius legis ſcriptum eſt, quam Athenis Solonem dicitur tuliſſe: nam illic ita eſt.* Ἐάν τις αἰμασιὰν (c) παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύττῃ, ἢ

(a) De ſepulturis animalium brutorum quaedam adnotavi ad *Lib. De Ceramico Cap.* XXIIII. Sed videri poſſunt Epitaphia quampluria apud *Gruterum* qualiacumque illa ſint.

(b) Non reſtituere *Meurſium*, ſed conrumpere conſtat ex his, quae ex *Salmaſio* proferimus, quare & *Caii* locus a nobis correctus eſt.

(c) Αἰμασιὰ quomodo interpretanda ſit docet *Claud. Salmaſius Obſervat. ad Ius Atticum & Romanum Cap. XIII. Aliud indicium inſcitiae Advocati in Attico iure, & lingua Attica, ex alia lege Solonis, quae exſtat apud Gaium leg. ult. D. finium regundorum, hic prodam. In qua lege qui αἰμασιὰν interpretati ſunt maceriam, neſciſſe quid eſſet maceria, haud veretur pronuntiare diſertus Advocatus. Non memini nunc quinam ſic interpretati ſunt, & fortaſſe potuit eſſe Salmaſius. Quod tamen non ſuccurrit, an in aliqua parte ſcriptorum eius ita adnotatum ſit. Sed certe ſcio, ipſum Advocatum, qui negat αἰμασιὰν eſſe maceriam in lege Solonis, neſcire quid ſit αἰμασιά. Verba legis ita ſe habent. Ἐάν τις αἰμασιὰν παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύσσῃ, τὸ ὅρου μὴ παραβαίνῃ. Si de ſepe eam αἰμασιὰν accipiamus, non video rationem cur iuxta alterius agrum inſeri eam permiſerit Solon, dummodo terminum non tranſiliat, id eſt, in ipſo termino eam inſerat. Nam de ſepe viva haec intellexiſſe videtur Advocatus, & verbum ὀρύσσῃ fortaſſe etiam innuit ita eſſe accipiendum. Sepes autem viva iuxta alterius agrum inſita multum ei nocere poteſt. Nam radicibus ſub terram emiſſis ſen, m propagatur. Nec cauſa fuit Soloni, ut talis ſepis plantandae licentiam dederit in ipſo termino, quum certum ſit, nihil eſſe quod in vicinum locum ſeſe facilius extendat & citius propagetur & vires terrae exſugat, quam ſepes eiuſmodi vivas, quas vulgo concides vocamus, & veteres concaedes. Sed Advocatus urbano otio marcidus, vel forenſibus negotiis diſtractus, naturam arborum & ſpinarum ex quibus ſepes fiunt, reſque ruſticas parum intelligit, ut in iis haud multum verſatus. Quum oleam & ficum novem pedes diſtare voluerit a vicini fundo, & alias arbores quinque, non veriſimile videtur, ut arbuſta & ſpineta ex quibus ſepes concinnantur, in ipſo termino iuxta vicini agrum inſeri voluerit. Αἰμασιὰ igitur in hac Solonis lege maceria eſt ſive murus ex ſicco lapide & temere collecto compoſitus, ut vulgo etiam nunc in finibus agrorum ad eos tuendos fieri ſolet. Non mirum igitur, ſi eiuſmodi maceriam in ipſo confinio non ultra terminum poni permiſerit. Non enim vicini fundo poteſt nocere. Si quis vero τειχίον, id eſt, murum ex lapide ſtructili cum cemento ad tutandum agrum ſuum aedificare vellet, pedem longe a vicini fundo abeſſe eum ſanxit. Haec igitur differentia eſt apud Atticos αἰμασιᾶς ac τειχίου. Αἰμασιὰ ex fortuito lapide collectus murus, τειχίον ex lapide ſtructili aedificatus. Heſychius: Αἰμασιὰ, τὸ ἐκ πολλῶν λίθων λογάδων ἄθροισμα. Congeries ex multis lapidibus collectis. Suidas: Αἰμασιὰ, τὸ ἐκ χαλίκων ἡκοδομημένον τειχίον ἀνευ πηλοῦ, ὡς παρὰ Ἡροδότῳ. Ex multis ſilicibus murus conſtructus abſque luto. Id eſt, ex aſſo, vel ſicco lapide, ut Latini loquuntur. Euſtathio αἰμασιὰ ἐκ λεπτῶν λίθων τειχίον. Qui ex ſpinis ſepem eſſe voluerunt inepti Grammatici, ſonum vocis reſpexerunt quaſi ab αἷμα dicta eſſet αἰμασιὰ, quia digitos pungat, & ſanguine perfundat tractata, utpote ex aculeatis fruticibus contexta. Sed aliud eſt huius dictionis etymon. Dicta enim αἰμασιὰ, quod ad viam poſitis vineis vel agris ſepimentum praeſtet, eaſque a viantibus defendat. Nam αἷμα vete-

Digitized by Google

ὄρον μὴ παραβαίνειν. ἐὰν τειχίον, πόδα ἀπολιπεῖν. ἐὰν δὲ οἴκημα, δύο πόδας. ἐὰν δὲ ταφρον, ἢ βόθρον, ὀρύττῃ, ὅσον τὸ βάθος ᾖ, τοσοῦτον ἀπολιπεῖν. ἐὰν δὲ φρέαρ, ὀργυιάν. Ἐλαίαν δὲ, καὶ συκῆν, ἐννέα πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου ἐμφυτεύειν. τὰ δ' ἄλλα δένδρα, πέντε πόδας. Vbi obſerva differentiam. Videndus quoque Conſtantinus Harmenopulus lib. II. Tit. IV. cap. περὶ φυτῶν; & Auctores De Limitibus Agrorum a Turnebo olim editi pag. 180. Qui alveraria ponere vellet, eum abſcedere ab alienis, prius poſitis ad trecentos pedes iuſſit. Plutarchus. Καὶ μελιαρῶν σμῆνη (ἔταξε) καθιστάμενον, ἀπέχειν τῶν ὑφ' ἑτέρου πρότερον ἱδρυμένων πόδας τριακοσίους. *Qui apum alvearia collocat* [*iuſſit*] *diſſitum eſſe ab iis, quae ab alio prius collocata fuerint ad trecentos uſque pedes.* Cavit item, ne quid fructuum Attica exportaretur, praeter oleum: ſi quis quidquam exportaſſet, ab archonte devoveri neceſſe habebat; qui ſi illud neglexiſſet, centum drachmis multabatur. Plutarchus. Τῶν δὲ γινομένων διάθεσιν πρὸς ξένους ἐλαίου μόνον ἔδωκεν, ἄλλα δ' ἐξάγειν ἐκώλυσεν. καὶ κατὰ τ' ἐξαγόντων, ἀρὰς τ' Ἀρχοντα ποιεῖσθαι προσέταξεν, ἢ ἑκατὸν δραχμὰς εἰς τὸ δημόσιον. *Ex fructibus diſtrahere quidquam apud peregrinos vetuit, praeter oleum dumtaxat, & archontem exſportantes devovere diris iuſſit, aut aerario centum drachmas ipſum exſolvere.* Si quadrupes pauperiem feciſſet, noxae dedi ſtatuit; & canem quidem, qui momordiſſet, catena quatuor cubitorum adligatum exhiberi. Plutarchus. Ἔγραψε δὲ καὶ βλάβης τετραπόδων νόμον, ἐν ᾧ καὶ κύνα δακόντα παραδοῦναι κελεύει πλοιῷ τετραπήχει δεδεμένον. *Scripſit etiam de pauperie, a quadrupedibus facta, legem, in qua canem, qui momorderit, catena quatuor cubitos longa adligatum, noxae dandum eſſe praecipit.* Quo reſpexit Xenophon Hiſt. Graec. lib. II. Ὥσπερ τοὺς δάκνοντας κλοιῷ δήσαντες παραδιδόασιν. *Quemadmodum qui canes eos, qui momorderint, catena vinctos, noxae dedunt.* Et in civitatem recipi nullum ſivit, niſi aut perpetui exilii condemnatum, aut cum familia universa ad artem illic exercendam adventientem. Plutarchus. Παρέχει δ' ἀπορίαν καὶ ὁ τῶν δημοτοιήτων νόμος, ὅτι γενέσθαι πολίταις οὐ δίδωσι πλὴν τοῖς φεύγουσιν ἀειφυγίᾳ τὴν ἑαυτῶν, ἢ παντοίως Ἀθήναζε μετοικιζομένοις ἐπὶ τέχνῃ. *Praebet vero etiam ſcrupulum lex de civibus adſcriptitiis, quia recipi in civitatem vetat, niſi qui in perpetuum exilium e ſua patria ſint electi, aut cum toto domicilio, artis exercendae gratia, Athenas commigraverint.* Statuit quoque, ut quibusdam honoris ergo publice epulum praeberetur: ita tamen ne eidem pluries fieret; ac ſi quiſquam hunc honorem ſibi oblatum recuſaſſet, ei poenam irrogavit. Plutarchus. Ἴδιον δὲ τοῦ Σόλωνος, καὶ τὸ περὶ τῆς ἐν δημοσίῳ σιτήσεως. ὥσπερ αὐτὸς παρασιτεῖν κέκληκε, τὸν γὰρ αὐτὸν οὐκ ἐᾷ σιτεῖσθαι πολλάκις· ἐὰν δὲ ᾧ καθήκειν μὴ βούληται, κολάζει, τὸ μὲν, ἐχόμενον πλεονεξίαν, τὸ δ' ὑπεροψίαν τ' καινῶν. *Proprium vero eſt Solonis etiam iſtud, de epulo publico exhibendo: quod coepulari ipſe nuncupavit, eumdem autem ſaepius excipi, non permittit: excipique recuſantem, cui illud deferatur, poena adficit: hunc plus iuſto adpetentem; illum, honoris publici faſtidientem eſſe ratus.*

CAP. XX.

Leges de prodigis, ſcortatoribus, & eorum, qui in bello occidiſſent, liberis publice alendis; de pupillis, annulariis, unum oculum habentibus, furibuſque: & hic Libanii locus quidam emendatus: de archonte ebrio (a).

ET hae quidem eius leges a Plutarcho memoratae. Sed & aliae fuerunt, quarum alii meminerunt. Ita prodigum, quique avitum patrimonium conſumſiſſet, infamem eſſe ſtatuebat. Diogenes Laertius in eius Vita lib. I. ubi leges quasdam eius nobis tradit. Ἐάν τις μὴ τρέφῃ τοὺς γονέας, ἄτιμος ἔστω. ἀλλὰ καὶ ὁ τὰ πατρῷα κατεδηδοκὼς, ὁμοίως. *Si quis parentibus alimenta non praebuerit, in-*

veteri lingua Graeca, via eſt vel curſus. Secundum vias itaque poſita in finibus agrorum ſepimenta ac munimenta, αἱμασιαί. Maceriam autem Latinorum aut Graecorum αἱμασίαν eamdem eſſe, vel illud indicio eſt, quod maceria etiam ex lateribus fiebat crudis coctiſve, ut & αἱμασιά. Heſychius, Αἱμασιαὶ, ὡς φραγμοὶ πλατεῖς ἀπὸ πλίνθων ὀπτικῶν. Varro lib. I. cap. XIV. de R. R. quum quatuor genera maceriarum faciat, primum, ex lapide quod fieret, ponit: ſecundum, e coctilibus lateribus, ut in agro Gallico: tertium, e lateribus crudis, ut in agro Sabino: quartum, quod ex terra & lapillis compoſitis ea forma, ut in Hiſpania, & agro Tarentino. Apud Agrimenſores congeries lapidum in fine agri ad eum tutandum, maceria eſt. Si lapidoſus eſſet ager repurgabatur, & ex congeſtione lapidum, qui demti ex agro fuerant, maceriae fiebant. Auctor incertus: Congeries maceriae, id eſt, ubi ſaxa collecta ab utriſque limites dederunt. *Haec pervulgata fuit & maxime communis maceriae ſpecies Latinis, ut etiam Graecis αἰμασιὰ, quam ἐκ λίθων λογάδων ἄθροισμα Grammatici interpretantur, id eſt,* ex collectis lapedibus congeriem. *Mirum porro, tantum virum in Graeca litteratura, ut etiam promittere auſit de iure Attico commentationes, non animadvertiſſe, minime Graecari verba legis Atticae ſicut ea citavit, ἐὰν τις αἱμασιὰν παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύσσῃ. Vnde enim illud ὀρύσσῃ factum, aut qua forma? Saltem ὀρύττῃ legi deberet, ut infra, ἐὰν ᾖ τάφρον ὀρύττῃ. Sed ne ſic quidem hic aptum ſit hoc verbum. Foſſa vel fovea foditur ac deprimitur, quod eſt ὀρύττειν, non autem maceria, vel murus, vel caſa. Nec audio qui interpretantur,* ſi quis ſepem ad alienum agrum fodiens ducat. *Ab hoc verbo ὀρύσσῃ pendent & quae ſequuntur, ἐὰν ᾖ τειχίον, πόδα ἀπολείπειν. ἐὰν ᾖ οἴκημα, δύο πόδας. Nemo unquam dixit, murum fodi aut aedificium, quod erigitur potius & e terra elevatur. Nec iuvat quod fundamenta, ut muro vel aedificio ponantur, ea fodi neceſſe ſit. Quod non ſemper verum, ſed pro ratione loci, in quo aedificium ſtatuitur. Nam in petra ſolida locatum fundamentis effoſſis opus non habet. Maceria vero quae fit ex congerie lapidum, in ſolo ipſo ex collectis lapidibus componitur ſine ullis fundamentis aut foſſis. Falſum igitur & ineptum quod in hac lege legitur, ἐάν τις αἱμασιὰν παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύσσῃ vel ὀρύττῃ. Corrigebam aliquando συλλέγῃ, id eſt, ex συλλεκτοῖς lapidibus ſtruat. Sed quum idem verbum ſequentibus etiam accommodetur, τειχίῳ & οἰκήματι, non videtur iſtis convenire. Aliquod igitur divinandum vocabulum quod his tribus conveniat, maceriae, muro, & aedificio, & quod non longe abeat a veſtigiis ſcripturae depravatae. Omnino id puto me reperiſſe. Scribendum ergo ἐάν τις αἱμασιὰν παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρθόῃ, ἐὰν τειχίον, ἐὰν οἴκημα.* Si quis erigat maceriam ſecundum alterius agrum, aut murum, aut caſam. *Ὀρθώσαι τοῖχον & οἴκημα Graecis pro ſtruere & aedificare, & e ſolo tollere protritum eſt. Graeca omnia corruptiſſima inveniri in Latinis exemplaribus, ſatis norunt qui ea verſarunt. Graeci quoque recentiores qui de iure Romano ſcripſerunt, eam legem Solonis mire interpolarunt. Sic enim concipitur apud Hermenopulum, ut habent vetuſtiſſima exemplaria lib.* II. *Tit.* IV. Ἐάν τις δημοσίαν ὁδὸν ἤτοι γῆν παρ' ἀλλοτρίᾳ χώρᾳ ὀρυττῃ. *Et quae ſequuntur. In quibus etiam multa mutata ſunt, ut τοίχῳ pro τάφρῳ, & τάφον ἢ βόθρον pro τάφρον ἢ βόθρου. Quia nimirum eo tempore ſepulcra fodiebantur in finibus agrorum. Recte apud Plutarchum ſcribitur τάφρου, nec de eo dubitandum eſt. Differunt enim βόθρος & τάφρος.*

(a) Vide de his legibus *Lib.* I. *Them. Attic. Cap.* II. VIII. X. & *Lib.* II. *Cap.* VIII. X. XVI.

Digitized by Google

infamis esto: quique patrimonium suum abligurierit, eodem modo. Anonymus in Probl. Rhet. *Qui paternas opes prodegerit, infamis esto; insumsit quidam paternas opes, in honores amicorum, & ex lege accusatur.* Huc pertinet, quod AEschines Orat. in Timarchum, prodigos recenset quoque quarto loco, inter eos, qui a verbis apud populum e suggestu faciendis, tamquam infames prohibentur. Τέταρτον τίσι διαλέγεται; ἐὰ τὰ παΐρῳά φησι κατεδηδοκὼς, ἢ ὧν ἂν κληρονόμ@ γένηται· ἢ γὰρ τὴν ἰδίαν οἰκίαν κακῶς οἰκήσαντα, κ᾽ τὰ κοινὰ τ᾽ πόλεως παραπλησίως ἡγήσατο διαθέσειν, καὶ ὠκ ἐδόκει οἷόν τ᾽ εἶναι τῷ νομοθέτῃ τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον ἰδίᾳ μὲν εἶναι πονηρὸν, δημοσίᾳ δὲ χρηστόν· ὐθ᾽ ὥετο δεῖν ὁ νομοθέτης ἢ ῥήτορα ἥκειν ἐπὶ τὸ βῆμα, ἢ λόγων ἐπιμεληθέντα πρότερον ἀλλ᾽ ὐ τοῦ βίυ. *Quarto loco cum quibus agit? Si quis patrimonium, aut hereditaria bona, per luxum absumserit. Nam, qui familiam male administraverit, eodem modo remp. etiam curaturum existimavit: neque fieri posse censuit legislator, ut idem homo & privatim esset improbus, & publice bonus: aut decere, ut orator suggestum ascenderet, qui habendae orationis prius, quam ducendae vitae, rationem instituisset.* Scortator etiam, ut infamis a suggestu excludebatur: neque verba apud populum facere permittebatur. Diogenes Laertius loco citato. Τόν τε ἡταιρηκότα εἴργειν τῦ βήματ@. *Et scortatorem (a) a suggestu arcet.* Syrianus Comment. in Hermogenem. *Et exceptione submovet ipsum, iuxta legem, quae scortatorem dicere prohibet.* AEschines in Timarchum. Τρίτον τίσι διαλέγεται; εἰ πεπορδμέν@ φησὶν ἢ ἡταιρηκώς· ἢ γὰρ τὸ σῶμα τῦ ἑαυτῦ ἐφ᾽ ὕβρει πεπρακότα, κ᾽ τὰ κοινὰ τὰ τ᾽ πόλεως ῥᾳδίως ἡγήσατο ἀποδώσεσθ. *Tertio cum quibus agit (legislator?) si quis, inquit, meretricium quaestum fecerit, aut scortator fuerit. Nam, qui suum corpus ad ignominiam vendiderit, eum etiam reip. negotia facile venditurum esse existimavit.* Loquitur de iis, quibus suggestu lege interdictum erat: inter quos nunc tertio loco scortatorem refert. Demosthenes in Androtionem. Ἄξιον τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ἢ θέντα τὸν νόμον ἐξετάσαι Σόλωνα, κ᾽ θεάσασθ, ὅσην πρόνοιαν ἐποιεῖτο ἐν ἅπασιν οἷς ἐτίθει νόμοις, τῆς πολιτείας· καὶ ὅσῳ περὶ τύτυ μᾶλλον ἐσπούδαξεν, ἢ περὶ τᾶ πράγματος αὐτᾶ, ᾧ τιθέη ἢ νόμον. πολλαχόθεν μὲν ἂν ἄν τις ἴδοι τῦτο, ὐχ ἥκιστα δ᾽ ἐκ τύτυ τῦ νόμυ, μήτε λέγειν, μήτε γράφειν ἐξεῖναι τοῖς ἡταιρηκόσιν. *Operae precium porro est Athenienses, diligenter inquirere, & spectare, quantae curae Solonis fuerit, huius legis auctori, in omnibus, quas sanxit, legibus, respublica; & quanto de hac, quam de iis rebus, quae legibus continentur, magis solicitus fuerit. Quod cum ex aliis multis legibus perspicitur, tum vero ex hac, qua vetat, ne ii, qui se prostituerunt, in publico vel dicant, vel decernant.* Marius Victorinus in 11. Rhet. Cic. *Impudicus ne concionetur. Maior est autem auctoritas legis, quae vetat; quam illa, quae imperat. Omnis enim lex, quae vetat, fortior propterea, quia corrigit illam, quae permittit, aut imperat. Etenim quum omnem hominem ad concionem venire liceat, & sit haec lex, quae quasi permittat: haec, quae vetat, infamis ne concionetur, corrigit illam legem.* Liberos etiam eorum, qui in bello cecidissent, publice enutriendos, & docendos esse censuit. Diogenes Laertius. Ἀλλὰ μόνον ἐκείνων ἢ ἐν πολέμοις τελευτησάντων, ὧν καὶ τὺς υἱὺς δημοσίᾳ τρέφεσθ κ᾽ παιδεύεσθαι. *Et filios eorum, qui in bellis occubuissent, ex publico alendos, & erudiendos praecepit.* Meminitque huius legis Lesbonax in Protreptico. Ποίαν ἄλλην ἀρετῆς κτωμένυς; ποί@ ἡδίων θάνατ@; τίνες εὐκλεέστεροι οἱ ἀποθανόντες, ἢ ὕτω τελευτήσαντες, δημοσίᾳ τάφυ ἀξιῦνται, θυσίαι ἐπὶ τύτοις γίγνονται, ἀγῶνες ἐπὶ τύτοις τίθενται· ἀντὶ θνητᾶ σώματ@ ἀθάνατον μνῆμα καταλέπυσιν. οἱ δὲ παῖδες δημοσίᾳ ἐκτρέφονται. *Quaenam mors dulcior? aut quorum post mortem maior gloria est? Sepulcro publico digni esse existimantur, sacra in honorem eorum peraguntur, ludi item constituuntur, ac pro corpore mortali monumentum immortale relinquunt: liberi vero eorum, publice enutriuntur.* Alebantur vero usque ad pubertatem: tunc donati integra etiam armatura, domum suam remittebantur. Aristides in Panathenaica sua. Μόνοι δ᾽ ἁπάντων ἀνθρώπων τρία ταῦτ᾽ ἐνομίσατε· ἢ μὲν ὑπὲρ τῆς πόλεως τελευτησάντων, αὐτῶν μὲν ἐπαίνυς ἐπὶ ταῖς ταφαῖς ἔκασον ἔτ@ λέγειν. τὺς δὲ παῖδας δημοσίᾳ τρέφειν ἄχρις ἥβης, κ᾽ τηνικαῦτα ἀποπέμπειν ἐπὶ τὺς πατρῴυς οἴκυς μετὰ τῶν πανοπλιῶν· τὺς δ᾽ ἀδυνάτους τῶν πολιτῶν δημοσίᾳ τρέφειν. *Soli autem omnium hominum tria haec sanxistis lege: ut qui pro patria obiissent, cum ipsi quotannis ad sepulcra publice laudarentur, tum eorum quoque liberi usque ad pubertatem de publico alerentur, postea paternam domum cum integra armatura remittendi: debiles item cives publice nutrirentur.* Neque liberis tantum hoc modo lege hac sua prospexit, verum & parentibus eorum; vetans, ne iniuria quisquam eos ulla adficere auderet. Indicat id nobis Plato in Menexeno. Τῆς δὲ πόλεως ἴσ᾽ τυ κ᾽ αὐτοὶ ἢ ἐπιμέλειαν, ὅτι νόμυς θεμένη περὶ τὺς ἢ ἐν τῷ πολέμῳ τελευτησάντων παῖδάς τε κ᾽ γεννήτορας, ἐπιμελεῖται, κ᾽ διαφερόντως ἢ ἄλλων πολιτῶν προσέταχται φυλάττειν ἀρχὴ ἥτερ μεγίστη ἐσ᾽ιν, ὅπως ἂν οἱ τύτων μὴ ἀδικῶνται πατέρες τε κ᾽ μητέρες. τὺ δὲ παῖδας συνεκτρέφει αὐτή. *Et ipsi reip. curam nostis, quae quum leges ferat de eorum, qui in bello cecidissent, liberis, ac parentibus, supremo magistratui mandavit, ut curaret, ne in bello defunctorum parentes, supra ceteros cives omnes iniuria ulla adficerentur: liberos vero, ipsa una educat.* Porro statuit, ne pupillorum matrem tutor matrimonio sibi iungeret; neve tutor item fieret, qui futurus heres esset, post excessum pupillorum: item, ne sigillum ullum annuli, abs se venditi, annularius retineret: tum, qui unum habenti oculum, eum ipsum excussisset, huic excutiendum utrumque: denique

(a) Ἡταιρηκότα, non *scortatorem*, ut male *Aldobrandinus* & *Meursius*, sed *muliebria passum* vertendum fuerat: ut facile est ex AEschinis verbis colligere. Et aperte *Pollux Lib.* VI. *Cap.* xxx. ubi de Cinaedo: Καὶ ὁ θηλυδρίας, κ᾽ ὁ γυναικίας &c. μαλακὸς, ἡταιρηκὼς, ἰμπεπορδμέν@.

nique furem, atque ebrium archontem, morte puniendum esse. Diogenes Laertius. Κάλλιστον δὲ κἀκεῖνο, τὸ ἐπίτροπον τῇ τῶν ὀρφανῶν μητρὶ μὴ συνοικεῖν, μηδ' ἐπιτροπεύειν εἰς ὃν ἡ οὐσία ἔρχεται, τῶν ὀρφανῶν τελευτησάντων. κἀκεῖνο Δακτυλιογλύφῳ μὴ ἐξεῖναι σφραγῖδα φυλάττειν ἴδιᾳ πραθέντι δακτυλίου. κὴ ἐὰν ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχοντα ἐκκόψῃ τις, ἀντεκκόπτειν τοὺς δύο. Α" μὴ ἔσθω, μὴ ἀνέλῃ· ἀ δὲ μὴ, θάνατος ἡ ζημία. τῷ ἄρχοντι, ἂν μεθύων ληφθῇ, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν. *Pulcerrime etiam illud statuit; ne tutor pupillorum matrem uxorem duceret; neve tutor ille fieret, qui post mortem pupillorum heres bonorum esse deberet. Illud etiam, ne liceret annulario, annuli, quem vendidisset, sigillum servare. Et qui unum habenti oculum, eum ipsum eruisset, huic ut ambo eruerentur. Et quae non posuisti, ne tollas: alias, capitale fore. Denique archontem, si deprehensus fuerit ebrius, capite plectendum esse.* Vbi quae commemorantur de tutore etiam tradit Syrianus in Hermogenem. Νόμος, τὴν ἐπιτροπευομένην γυναῖκα μήτε τὸν ἐπίτροπον, μήτε τὸν παῖδα αὐτοῦ γαμεῖν. *Lex est, ne mulier, sub tutore constituta, aut ei, aut eius filio, nubat.* Ecce vero, non dumtaxat cum tutore, verum neque cum eius filio, mulier sub tutela posita, nuptias contrahere permittebatur: quod in liberis quoque eius observatum. Marcellinus in Hermogenem eumdem. Νόμος, μὴ γαμεῖσθαι τὴν ὀρφανὴν μήτε τῷ ἐπιτρόπῳ, μήτε τοῦ ἐπιτρόπου παῖδι. *Lex est, ne pupilla vel tutori, vel tutoris filio, nubat.* Cyrus Sophista De Diff. Stat. *Lex pupillum tutori nubere, eiusve filio vetat: tutor, filium abdicavit; ille virginem imminuit: quae quum eius sibi nuptias elegisset, pater ipsum in gratiam recepit; accusatur, ceu in fraudem legis feciſſet.* Anonymus Probl. Rhet. I. *Lex iubebat, ne vel tutor, vel tutoris filius, pupillam uxorem duceret. Tutoris filius abdicatus, pupillae stuprum per vim intulit: eumque pater postea in integrum restituit. Accusatur, tamquam in fraudem legis feciſſet.* Quod autem de poena furti ait Diogenes eam capitis fuisse; id confirmat quoque Isocrates in Lochitem. Ὁρῶ δ' ὑμᾶς, ὅταν τὸ καταγνῶτε ἱεροσυλίαν ἢ κλοπὴν, οὐ πρὸς τὸ μέγεθος ὧν ἂν λάβωσι τὴν τιμωρίαν ποιουμένους, ἀλλ' ὁμοίως ἁπάντων θάνατον κατακρίνοντας. *Equidem vos, si quem sacrilegii, furtive damnatis, in irroganda poena non id spectare video, quantum abstulerint; sed, sine discrimine, omnes capitis damnare.* Nihilominus non est hoc simpliciter verum. Aeschines Orat. in Timarchum eos fures capite luisse ait, qui confessi crimen essent. Οἱ δὲ νόμοι κελεύουσι τῶν κλεπτῶν τοὺς μὲν ὁμολογοῦντας θανάτῳ ζημιοῦσθαι, τοὺς δ' ἀρνουμένους κρίνεσθαι. *Leges vero iubent fures confitentes capite plecti: negantes, iudicio stisti.* Alii tradunt dupli tantum condemnatos. A. Gellius lib. XI. cap. XVIII. *Solon ex septem illis inclutis Sapientibus fuit; is sua lege in fures non, ut Draco antea, mortis, sed dupli poena vindicandum existimavit.* Hermogenes in Partitionibus Sect. IV. Οἷον, ἐξ ἱερᾶ ἰδιωτικά τις ὑφέλετο χρήματα, νόμος κελεύοντα τὸν μὲν ἱεροσυλον τεθνάναι, τὸ δὲ κλέπτην διπλᾶ διδόναι· ὡς ἱεροσυλος ὑπάγεται. ὁ δὲ, κλέπτης εἶναι λέγει, *Ex loco sacro quidam abstulit privatas pecunias. Lex iubet, sacrilegum morte mulctari; furem vero, duplum reddere. Ille tamquam sacrilegus in iudicium abducitur: ipse vero sese furem esse dicit.* Sed sciendum; ut furtum erat, ita etiam poenam fuisse: mortem, aut duplum. Verum illud accedebat; ut qui dupli poenam meritus, etiam per dies quinque, ac noctes totidem, vinctus prostitueretur, & a cunctis spectaretur. Demosthenes nos istud docet Orat. in Timocratem: cuius ibi in hanc rem insignis locus, & Solonis legem nobis universam repraesentans. Καὶ τοί γ' ὁ Σόλων, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ᾧ οὐδ' ἂν αὐτὸς Τιμοκράτης φήσαι ὅμοιος νομοθέτης εἶναι, οὐχ ὅπως ἀσφαλῶς κακουργήσουσι φαίνεται παρασκευάζων τοῖς τοιούτοις. ἀλλ' ὅπως, ἢ μὴ ἀδικήσουσιν, ἢ δώσουσι δίκην ἀξίαν, κὴ νόμον ἐσήνεγκε. Λέγε τοῦτον τὸν νόμον. ΝΟΜΟΣ. Εἰ μέν τις μεθ' ἡμέραν ὑπὲρ πεντήκοντα δραχμὰς κλέπτοι, ἀπαγωγὴν πρὸς τοὺς ἕνδεκα εἶναι. ἐὰν δέ τις νύκτωρ ὁτιοῦν κλέπτοι, τοῦτον ἐξεῖναι κὴ ἀποκτεῖναι, κὴ τρῶσαι δικόντα, κὴ ἀπαγαγεῖν τοῖς ἕνδεκα εἰ βούλοιτο. ᾧ δ' ἀλόντι ὧν αἱ ἀπαγωγαί εἰσιν, οὐκ ἐγγυητὰς καταστήσαντι, ἔκτισιν εἶναι τῶν κλεμμάτων. ἀλλὰ θάνατον τὴν ζημίαν. καὶ εἴ τις γ' ἐκ Λυκείου, ἢ ἐξ Ἀκαδημίας, ἢ ἐκ Κυνοσάργους, ἱμάτιον, ἢ ληκύθιον, ἢ ἄλλο τι φαυλότατον, ἢ τῶν σκευῶν τι, τῶν ἐκτῶν γυμνασίων ὠφέλοιτο, ἢ ἐκ τῶν λιμένων, ὑπὲρ δέκα δραχμάς, κὴ τούτοις θάνατον ἐνομοθέτησεν εἶναι τὴν ζημίαν. εἰ δέ τις ἰδίαν δίκην κλοπῆς ἁλοίη, ὑπάρχειν μὲν αὐτῷ διπλάσιον ἀποτίσαι τὸ τιμηθέν. προστιμῆσαι δ' ἐξεῖναι τῷ δικαστηρίῳ πρὸς τῷ ἀργυρίῳ δεσμὸν τῷ κλέπτῃ, πένθ' ἡμέρας, κὴ νύκτας ἴσας, ὅπως ὁρῷεν ἅπαντες αὐτὸν δεδεμένον. *Atqui Solon, cui nec ipse Timocrates se ferendarum legum scientia conferendum esse censeat, nusquam id egit, ut eius generis homines impune grassari possent, sed in hoc potius intentus fuit, ut aut non delinquerent, aut delictorum poenas darent, legemque tulit. Recita legem. LEX. Si quis interdiu supra quinquaginta drachmas furatus fuerit, abduci liceat ad Vndecimviros. Si quis vero noctu quidpiam subripuerit, eum & occidere, & inter persequendum vulnerare, & ad Vndecimviros, si cui libet abducere fas esto, Convicto autem eorum facinorum, propter quae in vincula licet abripi, non liceat datis vadibus satisfacere pro furtis, sed mors poena esto. Ac si quis e Lyceo, aut ex Academia; aut Cynosarge, vestem, aut lagunculam, aut quidquam aliud minimi precii, aut aliquod vasculum e Gymnasiis, aut portubus subripuerit, supra decem drachmas, etiam his morte poenas esse luendas constituit. Si quis vero privato iudicio furti convictus fuerit, ei licere litis aestimatae duplum solvere: penes vero iudices esse, furem, praeter argentum, ad quinque dierum, totidemque noctium, vincula damnare, ut omnes eum vinctum esse videant.* Vbi quod initio dicitur, de drachmis furti quinquaginta, revocat mihi in memoriam Libanii locum in Exemplis Progymnasmatum. Hodie editur: Τοὺς ἐπὶ πέντε δραχμὰς ἁλόντας κολάζετε. *Convictos drachmarum quinque punitis.* Rescribo. Ἐπὶ πεντήκοντα δραχμάς. *Drachma-*

Digitized by Google

marum quinquaginta. Adeo vero diligenter furta vetuit; ut, si fimum quispiam subripuisset, neque huic id impune esse vellet: unde natum & proverbium. Βολίτου δίκλω. Scholiastes Aristophanis ad Equites. Καὶ παροιμία, βολίτου δίκλω, πρὸς τοὺς ἐπὶ μικροῖς δίκας ὑπέχοντας. ὁ γὰρ Σόλων & νόμῳ καὶ τοὺς βόλιτον ὑφελομένους κολάζει. *Et proverbium, Fimi iudicium: de iis, qui ob res exiguas in iudicium vocantur. Nam Lex Solonis etiam illos, qui fimum furto sustulissent, poena adficit.* Videndus item Suidas in Βολίτου δίκλω, & Appendix Vaticana Proverbiorum Andreae Schotti Cent. I. Proverb. XXIV.

CAP. XXI.

Leges de funeribus, quaeque ad ea pertinerent; ac Menander hic correctus; tum de legibus novis ferendis, quomodo agi praeceperit. (a)

FVnerum quoque rationem adcurate ordinavit; ut proponerentur ea pro arbitrio, ac postridie, ante Solem orientem, efferrentur; viri ducerent, mulieres sequerentur, neque in defuncti bona ingrederentur, aut cadaver usque ad monumenta deducerent, quae minores annis sexaginta essent; his exceptis, quae intra sobrinas forent. Demosthenes Orat. in Macartatum. Ἔτι δὲ σαφέστερον γνώσεσθε, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ ἐκ τοῦδε τοῦ νόμου, ὅτι Σόλων ὁ νομοθέτης σπουδάζει, περὶ τοὺς οἰκείους καὶ οὐ μόνον δίδωσι τὰ καταλειφθέντα, ἀλλὰ καὶ προσάγματα ποιεῖται τὰ δυσχερῆ ἅπαντα τοῖς προσήκουσι. λέγε τὸν νόμον. ΝΟΜΟΣ. Τὸν ἀποθανόντα, προτίθεσθαι ἔνδον, ὅπως ἂν βούληται. ἐκφέρειν δὲ τὸν ἀποθανόντα τῇ ὑστεραίᾳ ἧς ἂν προθῶνται, πρὶν ἥλιον ἀνέχειν. βάδιζειν δὲ τοὺς ἄνδρας πρόσθεν, ὅταν ἐκφέρωνται. τὰς δὲ γυναῖκας ὄπισθεν. γυναῖκα δὲ μὴ ἐξεῖναι εἰσιέναι εἰς τὰ τοῦ ἀποθανόντος, μήδ' ἀκολουθεῖν ἀποθανόντι, ὅταν εἰς τὰ σήματα ἄγηται, ἐντὸς ἑξήκοντ' ἐτῶν γεγονυίαν, πλὴν ὅσαι ἐντὸς ἀνεψιαδῶν εἰσι. μήδ' εἰς τὰ τοῦ ἀποθανόντος εἰσιέναι, ἐπειδὰν ἐξενεχθῇ ὁ νέκυς γυναῖκα μηδεμίαν, πλὴν ὅσαι ἐντὸς ἀνεψιαδῶν εἰσιν. *Sed & ex hac lege certius etiam cognoscetis, Iudices, quantum Solon studium habeat domesticorum; neque relicta dumtaxat iis bona donet, sed etiam difficilia quaeque cognatis mandet. Recita Legem. LEX. Defunctum intus proponunto, suo arbitratu; cadaver autem, postridie quam collocaverint, ante Solis exortum efferunto; viri quum effertur funus, antecedunto; mulieres pone sequuntor. Mulieri autem nefas esto in bona defuncti ingredi, itemque sequi cadaver, quum in monumenta ducitur, annis sexaginta minori; iis exceptis, quae intra sobrinas sunt; nec in bona defuncti ingrediatur, postquam elatum cadaver fuerit, mulier ulla; praeter eas, quae sunt intra sobrinas.* Vbi de elatione, & collocatione funeris, quae traduntur, in memoriam mihi revocant Rhetoris Menandri locum lib. De divisione causarum in genere demonstrativo cap. Πῶς δεῖ ἀπὸ ἐπιληδεύσεων τὰς πόλεις ἐγκωμιάζειν. Quem sic restituo: ἢ γὰρ περὶ τὴν ἐκφορὰν τῶν τελευτηκότων αἱ τιμαὶ γίνονται, ἢ περὶ τὰ νομιζόμενα, καὶ τὰ μνήματα, καὶ τὰς τάφους. περὶ μὲν δὴ τὴν ἐκφορὰν, ὡς τὸ Ἀθήνησι, πρὸ ἡλίου ἀνίσχοντος. καὶ Θουρίοις, νύκτωρ. ἡ πρόθεσις, ἢ προθέσεως ἡμέρα, ταχεῖα· ὡς τὸ Ἀθήνησι. *Aut enim circa elationem mortuorum honores fiunt; aut circa iusta, monumenta, & sepulcra; circa elationem quidem, uti hoc Athenis, ante Solem orientem; & apud Thurios, noctu; collocatio quoque, & collocationis dies constitutus, ut Athenis.* Corruptissime hodie editur, ὡς τὸ Ἀθήνησι πότε ἡλίου ἀνίσχοντος, καὶ θηρίοις νύκλωρ ἡ πρόθεσις ἢ προσθέτεως ἡμέρα ταχτή. Cavit etiam, ne sepulcra violare quis auderet. Cicero De Leg. lib. II. *De Sepulcris autem nihil est apud Solonem amplius, quam ne quis ea deleat, neve alienum inferat; poenaque est, si quis bustum, (nam id puto adpellari τύμβον) aut monumentum, inquit, aut columnam violarit, deiecerit, fregerit.* Quod si quis in corpus inhumatum incideret, ei iusta quodammodo, iniecta gleba, facere iubebat. AElianus Hist. Anim. lib. II. cap. XLII. Νεκρὸν δὲ ἄνθρωπον ἱεραξ ἰδὼν, ὡς λόγος, πάντως ἐπιβάλλει γῆς τῷ ἀτάφῳ. καὶ τοῦτο μὲν ὃ κελεύει αὐτῷ ὁ Σόλων, ὡς Ἀθηναίους ἐκέλευσε δρᾶν. *Hominis cadaver accipiter conspicatus, ut ferunt, omnino terram insepulto iniicit; neque tamen illum hoc Solon, ut Athenienses, facere iussit.* Meminit huius legis, etsi nulla Solonis mentione, etiam Var. Hist. lib. v. cap. XIV. Νόμος καὶ οὗτος Ἀττικὸς, ὃς ἂν ἀτάφῳ περιτύχῃ σώματι ἀνθρώπου πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῷ γῆν. *Etiam haec lex erat Attica; ut, si quis in cadaver hominis insepultum incidisset, omnino terram ipsi iniiceret.* Ac respexisse hanc legem videtur Valerius Maximus lib. v. cap. III. *Phocion* (b) *certe, post obitum, nullam Atticae regionis, quae ossibus eius iniiceretur, glebulam invenit; iussus extra fines proiici, intra quos optimus civis vixerat* (c). Quod si legem aliquis novam ferre vellet, statuit, si qua prius lata adversa esset, ea ut abrogaretur, antequam illa promulgaretur. Demosthenes in Leptinem. Καὶ τούτων οὐδὲν ἐφ' ἡμέτερον καινὸν, οὐδ' εὕρημα· ἀλλ' ὁ παλαιὸς, ὃν οὕτως παρέβη, νόμος, οὕτω κελεύει νομοθετεῖν· γράφεσθαι μὲν ἄν τις τινὰ τῶν ὑπαρχόντων νόμων μὴ καλῶς ἔχειν ἡγῆται· παρεισφέρειν δὲ αὐτὸν ἄλλον, ὃν ἂν τιθῇ λύων· ὑμᾶς δὲ ἀκούσαντας, ἑλέσθαι τὸ κρεῖττον. ὃ γὰρ ἐβούλετο δρᾶν ὁ Σόλων ὁ τοῦτον τὸν τρόπον προστάξας νομοθετεῖν, τοὺς μὲν Θεσμοθέτας. *Nec horum quidquam nostrum est, nuper a nobis excogitatum; sed antiqua lex, quam ille violat, sic leges ferre iubet. Primum, si qua recepta lex mala videatur, eam, ut accuset; deinde, illa abrogata, ut ipse aliam substituat; vos vero potiorem praeferatis. Nec enim Solon, a quo haec ferendarum le-*

(a) De his Legibus consule *Lib. I. Them. Attic. Cap. X.* & *Supplem. Lib. II. Tit. I.* & *Lib. VI. Tit. VIII.* item quae prolixe adnotavimus superius ad *Cap. XIII* rationem legum Athenis ferendarum late explicantes.

(b) Desunt quaedam, consulto, ut opinor, omissa. Locus autem integer ita habet. *Phocion vero his dotibus, quae ad pacandum hominem potentissimae iudicantur, eloquentia & integritate instructissimus, non tantum in Equuleo ab Atheniensibus impositus est, sed certe post obitum &c.*

(c) Lex haec valde pia ac laudabilis, & Christianorum praecipue moribus recepta, utpote qui Tobiam, Deo ob hoc ipsum acceptum, imitari volunt.

Digitized by Google

legum ratio proposita est, Sexviros, &c. Ac mox plenius totam rationem exponit istis verbis. Συνίελε καθ' ὅν τρόπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὁ Σόλων τὺς νόμυς ὡς καλῶς κελεύει τιθέναι· πρῶτον μὲν παρ' ὑμῖν ἐν τοῖς ὀμωμοκόσι, παρ' οἷπερ καὶ τὰ ἄλλα κυροῦται· ἔπειτα λύοντα τοὺς ἐναντίυς· ἵνα εἴς ἢ περὶ τῶν ὄντων ἑκάστυ νόμ@, καὶ μὴ τὺτ' ἰδιώτας αὐτὸ τοῦτο παράτῃ, καὶ ποιῇ καὶ τῶν ἅπαντας ἀδότων τὺς νόμυς ἔλατον ἔχῃ· ἀλλὰ πᾶσιν ἢ ταὐτ' ἀναγνῶναι, καὶ μαθεῖν ἁπλᾶ καὶ σαφῆ τὰ δίκαια, καὶ πρὸ τύτων γε ἐπέταξεν ἐκθεῖναι πρόθεν τῶν ἐπωνύμων, καὶ τῷ γραμματεῖ παραδῦναι· τοῦτον δὲ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀναγινώσκειν, ἵνα ἕκαστος ὑμῶν ἀκούσας πολλάκις, καὶ κατὰ σχολὴν σκεψάμν@, ἃ ἂν ἢ καὶ δίκαια καὶ συμφέροντα, ταῦτα νομοθετῇ. *Intelligitis, Athenienses, quo pacto, & quam praeclare leges ferre Solon iubeat. Primum apud vos, qui iurati estis, apud quos etiam alia confirmantur. Deinde contrariis legibus abrogatis, ut singulis de rebus sint; neque homines imperitos id turbet, & efficiat, ut deteriore conditione sint, quam qui universas sibi cognitas, & perspectas habeat, sed ut iura simplicia, & perspicua legere, & intelligere liceat omnibus. Quin etiam ante haec iussit ante statuas heroum, a quibus cognominatae tribus sunt, proponere, & Scribae tradere, qui eas in concionibus legeret; ut unusquisque vestrum saepe audita, & per otium considerata, ea, quae iusta essent, & utilia, suis suffragiis comprobaret.* Quod autem leges ferrentur apud iuratos, eosque numero quingentos, dein proponerentur etiam apud heroas, a quibus cognominatae tribus, ut ab omnibus ad examen vocarentur, discimus quoque ex Andocide, qui hoc addit; postquam adprobatae essent, iterum inscriptas muro, apud heroas cognomines, & propositas fuisse in conspectum quorumcumque; ac mandatum Areopagitico senatui, ut deinceps iis latis uterentur. Verba Andocidis, quae hoc docent, exstant in Oratione de Mysteriis. Τισαμένὺς εἶπε πολιτεύεσθαι Ἀθηναίυς κατα τὰ πάτρια, νόμοις δὲ χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος, καὶ μέτροις καὶ σταθμοῖς· χρῆσθαι δὲ καὶ τοῖς Δράκον τ@ θεσμοῖς οἵστερ ἐχρώμεθα ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ ὁπόσων δ' ἂν προσδέοι. οἵδε ἠρημένοι νομοθέται ὑπὸ τῆς βυλῆς ἀναγραφόντων ἐν σανίσι, καὶ ἐνιστέντων πρὸς τὺς ἐπωνύμυς, σκοπεῖν τῷ βυλομένῳ καὶ παραδιδόντων ταῖς ἀρχαῖς ἐν τῷδε τῷ μηνί. τὺς δὲ παραδιδομένυς νόμυς δοκιμασάτω πρότερον ἡ βυλὴ, καὶ οἱ νομοθέται οἱ πενταικόσιοι, οὓς οἱ δημόται εἵλοντο, ἐπειδὴ ὀμωμόκασιν. ἐξεῖναι δὲ καὶ ἰδιώτῃ τῷ βυλομένῳ εἰσιόντι εἰς τὴν βυλὴν βυλεύειν ὅ, τι ἂν ἀγαθὸν ἔχῃ περὶ τῶν νόμων. ἐπειδὰν δὲ τεθῶσιν οἱ νόμοι, ἐπιμελεῖσθω ἡ βυλὴ ἡ ἐξ Ἀρείυ πάγυ ἵν' νόμων, ὅπως ἂν αἱ ἀρχαὶ τοῖς κειμένοις νόμοις χρῶνται. τὺς δὲ κυρυμένυς τῶν νόμων ἀναγράφειν εἰς τὸν τοῖχον ἵνα τερ πρότερον ἀνεγράφησαν, σκοπεῖν τῷ βυλομένῳ. *Tisamenus censuit, ut Athenienses more patrio Rempubl. gubernarent; legibus vero uterentur Solonis, & mensuris, ac ponderibus; item sancitis Draconis, quibus olim utebamur; quaecumque insuper opus forent, ea lecti a Senatu legumlatores in tabulis scriberent, ac proponerent ad cognomines heroas, ut inspicere cui liberet, integrum esset; quin & traderent magistratibus eius mensis; traditasque ita leges mox Senatus examinaret, & quingenti numero legumlatores, quos post datum iusiurandum populus sibi elegisset; licere autem & privato cuicumque in Senatum ingredi, ac de legibus, quidquid boni ipse habebit, consultare; postquam vero leges iam perlatae erunt, Senatus Areopagiticus curet, uti legibus iam propositis magistratus porro utatur; inde leges iam firmatas, in pariete, ubi antea scriptae erant, denuo scriptas proponant, cuilibet inspiciendas.* De propositione vero ad cognominum heroum statuas iste quoque locus Suidae est. Παρὰ γῦν τὰς εἰκόνας τῶν Ἐπωνύμων τούτων ἐξηγοῦντο τοὺς νόμους, πρὶν ἢ γενέσθαι κυρίους. ἵν' ἐνευγχάνοντες αὐτοῖς οἱ βυλόμενοι, καθηγορεῖν. *Iuxta autem statuas cognominum heroum proponebant leges, antequam ratae haberentur, ut in iis reprehendere quilibet quodcumque posset.* Iam quod scribae traditas Demosthenes ait, qui in concionibus eas praelegeret, de secundo capiendum. Nam, quum tres Athenis scribae haberentur, alter horum a Senatu ad leges lectus; uti auctor nobis Pollux lib. VIII. c. IX. sect. XI. Καὶ ἕτερος ἐτὶ τὺς νόμυς ὑπὸ τῆς βυλῆς χαροτονούμεν@. *Et alter (scriba) ad leges a Senatu lectus.*

CAP. XXII.

Leges de liberorum in parentes officio, & parentum in liberos potestate; de militiam detrectantibus, ordinem deserentibus, timidis, unguentariis, infamibus, iudicibus, oratoribus, civium iudicio, aetate magistratus, supplicio populi, magistratus, ac parricidarum. (a)

Non contentus vero liberis nutriendorum parentum necessitatem imposuisse, ut iam ante a me dictum, etiam cavit, ut officia iis debita exhiberent. Libanii in hanc rem est insignis locus Declam. XVIII. Μὴ τοίνυν μηδὲ τὴν ἐμὴν ταυτηνὶ λειτουργίαν διαβαλλέτω τις, ἢ μάχεται μὲν οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων νόμων, ὁμολογεῖ δὲ πολλοῖς τε καὶ καλῶς ἔχειν δοκοῦσιν, οὓς ὁ Σόλων τοῖς γονεῦσι βοηθοῦντας ἐγηκε, φόβῳ τῆς τιμορίας καὶ τὺς ὐ φύσει χρηστοὺς ἀναγκάζων, ἃ δεῖ τοῖς γεγενηκόσι φέρειν. *Ne quisquam igitur istud quoque officium meum calumnietur, quod nulli scriptarum legum repugnat; immo plerisque consentit, quae pulcre se habere videntur, a Solone in auxilium parentum latae, cogente non natura probos poenae metu debita iis officia praestare.* Adeoque ius vitae, & necis parentibus in liberos indulsit. Sextus, Pyrrh. Hyp. lib. III. cap. XXIV. Καὶ ὁ Σόλων Ἀθηναῖ@ τὸν περὶ τῶν ἀκρίτων νόμον ἔθετο, καθ' ὃν φονεύειν ἑκάστῳ τὸν ἑαυτῦ παῖδα ἐτέτρεψε. *Et Solon Atheniensis legem de indemnatis tulit, per quam unicuique filium suum interficere permisit.* Quamquam sane huic repugnet, quod Dionysius Halicarnasseus, ultra abdicationem, & exheredationem, nullam eum in liberos poenam statuisse tradat. Verba illius ista exstant Anti-

(a) De his Legibus consule *Lib. I. Them. Attic. Cap. II. III. VI. VIII. X. XX.* & *Lib. II. Cap. XXVI.* & *Supplementum.*

Digitized by Google

leges mox Senatus examinaret, &
numero legumlatores, quos post da-
urandum populus sibi elegisset; licere
privato cuicumque in Senatum in-
c de legibus, quidquid boni ipse ba-
nsultare; postquam vero leges iam
erunt, Senatus Areopagiticus curet,
us iam propositis magistratus porro u-
inde leges iam firmatas, in pariete,
a scriptae erant, denuo scriptas pro-
cuilibet inspiciendas. De propositio-
o ad cognominum heroum statuas
pque locus Suidae est. Παρὰ γὰρ τὰς
ῶν Ἐπωνύμων τούτων ἐτηγορίλο τοὺς νό-
ρὶν ἢ γενέσθαι κυρίους, ἵν' ἐνλυγχάνωλες
οἱ βυλόμενοι, καληγορῖεν. Iuxta autem
cognominum heroum proponebant leges,
m ratae haberentur, ut in iis repre-
quilibet quodcumque posset. Iam quod
traditas Demosthenes ait, qui in con-
s eas praelegeret, de secundo capien-
Nam, quum tres Athenis scribae ha-
ir, alter horum a Senatu ad leges le-
ti auctor nobis Pollux lib. VIII. c. IX.
. Καὶ ἕτερος ἐπὶ τὰς νόμες ὑπὸ τῆς βυλῆς
ύμεν@. Et alter (scriba) ad leges a
lectus.

CAP. XXII.

de liberorum in parentes officio, & pa-
um in liberos potestate; de militiam de-
antibus, ordinem deserentibus, timidis,
uentariis, infamibus, iudicibus, orato-
, civium iudicio, aetate magistratus,
licio populi, magistratus, ac parricida-
. (a)

n contentus vero liberis nutriendo-
rum parentum necessitatem imposuis-
iam ante a me dictum, etiam cavit,
cia iis debita exhiberent. Libanii in
m est insignis locus Declam. XVIII.
μηδὲ τὴν ἐμὴν ταυτηνὶ λειτουργίαν δια-
τις, ἥ μάχεται μὲν οὐδενὶ τῶν γεγραμ-
ν, ὁμολογεῖ δὲ πολλοῖς τε καὶ καλῶς ἔχειν
ὡς ὁ Σόλων τοῖς γονεῦσι βοηθοῦνλας ἐγκ-
τῆς τιμορίας καὶ τὰς ὑ φύσει χρησὰς
, ἃ δεῖ τοῖς γεγενηκόσι φέρειν. Ne
igitur istud quoque officium meum
ur, quod nulli scriptarum legum re-
immo plerisque consentit, quae pul-
bere videntur, a Solone in auxilium
latae, cogente non natura probos
tu debita iis officia praestare. Adeo-
itae, & necis parentibus in libe-
it. Sextus, Pyrrh. Hyp. lib. III.
. Καὶ ὁ Σόλων Ἀθηναῖ@ τὸν περὶ τῶν
ον ἔθετο, καθ' ὃν φονεύειν ἐκάστῳ τὸν
ἐτέτρεψε. Et Solon Atheniensis le-
demnatis tulit, per quam unicuique
m interficere permisit. Quamquam
repugnet, quod Dionysius Hali-
, ultra abdicationem, & exhere-
, nullam eum in liberos poenam
adat. Verba illius ista exstant An-
ti-

egibus consule *Lib. I. Them. Attic. Cap. II. III. VI.*
X. & *Lib. II. Cap. XXVI.* & *Supplementum*.

tiquit. Rom. lib. 11. Οἱ μετὰ γὰρ τὰς Ἑλλη-
νικὰς καταςησάμενοι πολιτείας, ὡς ἐκ τῆς Σόλωνος,
καὶ Πιτλακῦ, καὶ Χαρώνδα νομοθεσίας ἔμαθον, οἷς πολ-
λὴ μαρτυρεῖται σοφία· τιμωρίας τε κατὰ τῶν παί-
δων ἔταξαν, ἐὰν ἀπειθῶσι τοῖς πατράσιν, οὐ βα-
ρείας, ἐξελάσαι τῆς οἰκίας ἐπιτρέψαντες αὐτοὺς,
καὶ χρήματα μὴ καλαλιπεῖν, περαιτέρω δὲ οὐδέν.
Nam, qui Respublicas Graecorum constituerunt, ut ex Solonis, Pittacique, ac Charondae legibus accepi, quorum magna celebratur sapientia, poenas in filios, si parentibus immorigeros se exhibeant, minime graves statuerunt; aedibus eos expellere, & exheredare etiam, ac nihil ultra, permittentes. Eum qui militiam detrectaret, ordinem desereret, timidumque, eadem poena dignum censuit. AEschines in Ctesiphontem. Οὗ γὰρ Σόλων ὁ παλαιὸς νομοθέτης ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐπιλι-
μίας ᾤετο δεῖν ἐνέχεσθαι τὸν ἀςράλευτον καὶ τὸν λε-
λοιπότα τὴν τάξιν, καὶ τὸν δειλὸν ὁμοίως. *Solon enim, antiquus ille legislator, eadem poena dignum iudicavit eum, qui militiam detrectasset, & qui ordines deseruisset, & hominem timidum.* Ac paullo post poenam exprimit; nempe, coronari vetitos; item ad lustra lia fori septa, ac fana publica accedere. Οὗ μετὰ τοίνυν νομοθέτης, τὸν ἀςράτευτον, καὶ τὸν
δειλὸν, καὶ τὸν λιπόνλα τὴν τάξιν ἔξω τῶν περιῤῥαν-
τηρίων τῆς ἀγορᾶς ἐξέργει, καὶ οὐκ ἐᾷ ςεφανοῦσθαι,
οὐδὲ εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημόσια. *Legislator militiae detrectatorem, timidum, & desertorem, septis arcet fori lustralibus, & coronari vetat, & fana publica ingredi.* Alia lege, qui parentes suos male accepissent, aut militiam detrectassent, aut in locum quoque legibus interdictum ingressi essent, a iudicibus Heliastis pro arbitrio multabantur; actioque in eos erat popularis. Demosthenes Orat. in Timocratem. Λεγόντων γαρ τῶν
νόμων οὓς ἔθηκε Σόλων. Ἐὰν δέ τις ἀπήχθη τῶν
γονέων κακώσεως ἁλωκὼς, ἢ ἀςρατείας, ἢ προειρη-
μένων αὐτῷ ὑπὸ τῶν νόμων, εἴργεσθαι, εἰσιὼν ὅπη
μὴ χρὴ, δησάντων αὐτὸν τῶν ἕνδεκα καὶ εἰσαγόντων
αὐτὸν εἰς τὴν Ἡλιαίαν. κατηγορήτω δὲ ὁ βυλόμενος
οἷς ἔξεσιν. ἐὰν δὲ ἁλῷ, τιμάτω ἡ Ἡλιαία, ὅ, τι
χρὴ παθεῖν αὐτὸν ἢ ἀποτίσαι. ἐὰν δὲ ἀργυρίᾳ τιμη-
θῇ, δεδέσθω τέως, ἕως ἂν ἐκτίσῃ. *Quum dicant leges, quas Solon tulit, si quis abductus fuerit, ob male tractatos parentes, aut militiam detrectatam; vel, quod contra legum interdictum eo fuerit ingressus, quo non oportebat, undecimviri (a) eum correptum vinciunto, & in Heliaeam (b) introducunto; accuset autem, ex his, quibus id licet, quicumque voluerit; ac si fuerit damnatus, aestimato Heliaea, quod supplicium, aut quae multa irrogari ipsi debeat: quod si multa indicta fuerit, in vinculis retineatur, donec solverit.* Viris item quibuscumque unguentariam exercere interdixit. Athenaeus lib. XIII. Καλὸν γε τὸ τέλ@
Meursii Tom. II.

(a) *Undecimviros* Graeco vocabulo τοὺς ἕνδεκα dici solitos, quos etiam νομοφύλακας, atque ἐπάρχους, idest, *Praesides* nuncupabant, ex *Polluce* constat. *Decemviri*, inquit, *singuli a singulis tribubus eligi solebant, quorum numerum augebat γραμματεὺς*, hoc est, scriba. Locus ubi hi undecim Nomophylaces iudicabant, Νομοφυλάκιον dicebatur, in cuius posteriore parte ostium nomine Χαρώνιον erat, quo ad extremum supplicium educi solebant sontes. At hi νομοφύλακες ab aliis cognominibus diversi erant, ut *Suidas* notat.

(b) Ἡλιαία καὶ Ἡλίασις, maximum Athenis tribunal erat (inquit *Harpocration*) in quo publica iudicia, ultro citroque causis agitatis, tractabantur a mille, aut mille quingentis primae notae civibus; quingenti vero solebant uno in loco esse, mille & quingenti in tribus. De hoc Tribunali vide pluria apud *Postellum* De *Magistratibus Athenienss.*

(c) Βασιλεὺς, Regem, sacrificulum interpretatur *Livius*; nomine enim sacrorum prima erat Athenis auctoritate Rex. De hoc consule *Postellum* De *Magistrat. Athenienss. Cap. XXI.* & *Meursium Lib. I. De Archont. Athenienss. Cap. VIII.. Tom. I.*

A τῆς εὐδαιμονίας τῷ φιλοσόφῳ ἡ μυρεψικὴ τέχνη·
ἀκολουθός τε τῇ Σοκράτες φιλοσοφίᾳ, ἀνδρὸς τῦ κὴ
τὴν τοιαύτην χρῆσιν τῶν μύρων ἀποδοκιμάσαντ@·
Σόλων@ δὲ τοῦ νομοθέτης οὐδ' ἐπιτρέποντ@ ἀνδρὶ
τοιαύτης προΐσασθαι τέχνης. *Pulcer equidem beatitudinis finis Philosopho ars unguentaria, & conveniens Philosophiae Socratis; qui unguentarum usum eiusmodi improbavit; quum & legislator Solon neque viro artem talem exercere permittat.* Et iterum lib. XV. Σόλων
τε ὁ σοφὸς διὰ τῶν νόμων κεκώλυσε τοῦτ' ἄνδρας μυ-
B ροπωλεῖν. *Et Solon sapiens legibus vetuit viros unguenta vendere.* Infamiae insuper exemit, qui notati, ante ipsum Archontem, ea fuerant; exceptis iis, qui homicidii, latrocinii, aut regni adfectati ergo condemnati, solum verterant. Plutarchus. Οἱ δὲ τρισκαιδέκατ@
ἄξων τοῦ Σόλων@ τὸν ὄγδοον ἔχει τὸν νόμον οὕ-
τως αὐτοῖς ὀνόμασι γεγραμμένον, ἀτίμων ὅσοι ἄτι-
μοι ἦσαν πρὶν ἢ Σόλωνα ἄρξαι, ἐπιτίμους εἶναι,
πλὴν ὅσοι ἐξ Ἀρείᾳ πάγᾳ ἢ ὅσοι ἐκ τῶν Ἐφετῶν
ἢ ἐκ Πρυτανείᾳ καταδικασθέντες ὑπὸ τῶν βασιλέων
C ἐπὶ φόνῳ ἢ σφαγαῖσιν, ἢ ἐπὶ τυραννίδι ἔφυγον,
ὅτε θεσμὸς ἐφάνη ὅδε. *Decimus tertius vero axis Solonis octavam legem habet, ita ad verbum scriptam; Qui ante Solonem Archontem infamia notati fuerunt, integra fama sunt; praeterquam qui ab Areopago, Ephetisve, aut Regibus (c) in Prytaneo, ob homicidium, latrocinium, aut regnum etiam adfectatum exsularent, quum haec lex promulgaretur.* Iudices quoque iureiurando obstrinxit, se utramque partem aequali benignitate audituros. Demost. Orat. de corona. Ἔπειθ' ὅπερ ἐςὶ μάλισθ' ὑπὲρ ὑμῶν,
D καὶ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας τε καὶ δόξης, τοῦτο
παραςῆσαι τοὺς θεοὺς ὑμῖν, μὴ τὸν ἀντίδικον σύμ-
βουλον ποιήσασθαι περὶ τοῦ, πῶς ἀκούειν ὑμᾶς
ἐμὲ δεῖ. (σχέτλιον γὰρ ἂν εἴη τοῦτό γε) ἀλλὰ τοὺς
νόμους, καὶ τὸν ὅρκον. ἐν ᾧ πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλ-
λοις δικαίοις, καὶ τοῦτο γέγραπται, τὸ ὁμοίως ἀμ-
φοῖν ἀκροᾶσθαι. τοῦτο δ' ἐςὶν, ὃ μόνον τὸ μὴ προ-
κατεγνωκέναι μηδέν, οὐδὲ τὸ τὴν εὔνοιαν ἴσην ἀμ-
φοτέροις ἀποδοῦναι· ἀλλὰ καὶ τὸ τῇ τάξει, καὶ τῇ
ἀπολογίᾳ, ὡς βεβούληται, καὶ προήρηται τῶν ἀγω-
νιζομένων ἑκάς@, οὕτως ἐᾶσαι χρήσασθαι. *Hoc (opto) ut Dii vobis in animum inducant, ne adversarium, quo ego pacto sim audiendus, in consilium adhibeatis (nam id quidem iniquum fuerit) sed leges, & iusiurandum; quo illud etiam, praeter cetera: quae plena sunt aequitatis omnia, continetur; eadem ratione utrumque esse audiendum quae verba non hoc volunt, nullum praeiudicium esse adferendum, aut par utrique studium praestandum; sed illud etiam, eum reo cuique defensionis ordinem, quem ipse voluit, ac delegit, esse permittendum.* Et hanc esse Solonis legem in sequentibus clare dicit.
F Περὶ τούτων δ' ὅντ@ τοιοῦτο τῦ ἀγῶν@· ἀξιῶ κὴ
δέομαι πάντων ὁμοίως ὑμῶν, ἀκῦσαί μου περὶ τῶν

Digitized by Google

καλῃγορημένων ἀπολογυμένων δικαίως, ὥσπερ οἱ νόμοι κελεύουσιν, οὓς ὁ τιθεὶς ἐξ ἀρχῆς Σόλων εὔνους ὢν ὑμῖν, καὶ δημοτικὸς, οὐ μόνον τῷ γράψαι κυρίως ὤφελε δεῖν εἶναι, ἀλλὰ καὶ τῷ τοὺς δικάζοντας ὑμᾶς ὁμωμοκέναι· καὶ ἀπιστῶν ὑμῖν, ὡς γε μοι φαίνεται, ἀλλ' ἐρῶν, ὅτι τὰς αἰτίας καὶ τὰς διαβολὰς, αἷς ἐκ τοῦ πρότερον λέγειν ὁ δικῶν ἰσχύει, μὴ ἐνὶ τῷ φεύγοντι παρελθεῖν, ἐὰ μὴ τῶν δικαζόντων ἕκαστον ὑμῶν, τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν διαφυλάττων καὶ τὰ τοῦ λέγοντος ὕστερον δίκαια εὐνοϊκῶς προσδέχηται, καὶ παρασχὼν ἑαυτὸν ἴσον καὶ κοινὸν ἀμφοτέραις ἀκροατὴν, οὕτω τὴν διάγνωσιν ποιήσηται περὶ πάντων. *Iam quum hae res in hoc iudicio agantur, peto, & oro vos omnes pariter, ut me audiatis crimina iuste refutantem, ut iubent leges; quas qui in principio tulit Solon, vir vestri amans, ac popularis, non sanctione tantum, sed iudicum etiam iureiurando firmandas esse censuit; non quod vobis, ut mihi quidem persuadeo, diffideret, sed quia videbat criminationes, & calumnias, quibus accusator, ob priorem dicendi locum, pollet, reo evitare non licere, nisi quisque vestrum, qui pro tribunali sedetis, Deorum immortalium religione servata, etiam posteriore loco dicentis excusationes benigne admitteret; seque aequum, ac communem, utrique auditorem praebendo, sic de tota controversia sententiam ferret.* Libanius Declam. XXIX. Ταῦτα γὰρ δή τῳ καὶ Σόλων εἰδὼς, καὶ νομίζων τῶν ἀγωνισμένων, τοὺς μὲν ἐν φίλοις τοῖς δικάζουσι δοῦναι λόγον· τοὺς δὲ ἐν χαλεποῖς ἔχουσιν, ἵνα μηδετέρωθεν καλαβλάπτοιτο τὸ δίκαιον· ὅρκον ἔταξεν ὑπὲρ ἑῶντα χάριν ἢ δυσμένειαν ἢ τινα πρόφασιν ἄλλην ἄδικον ἐνοχλῆσαι τῇ κρίσει. *Haec enim quum penitus perspecta Solon haberet, & censeret, e litigantibus alios apud amicos iudicantes causam dicturos, alios autem apud infestos; ne ius ulla ex parte laederetur, iusiurandum constituit, quod non permittit, gratiam, aut simultatem, aut alium praetextum iniquum iudicio obstare.* Lucianus De non temere credendo calumniae. Ἐσχάτης ἀδικίας τὸ τοιοῦτον, ὡς φαῖεν ἂν καὶ οἱ ἄριστοι τῶν νομοθετῶν, οἷον ὁ Σόλων, καὶ ὁ Δράκων, ἔνορκον ποιησάμενοι τοῖς δικασταῖς τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι, καὶ τὸ τὴν εὔνοιαν ἴσην τοῖς κρινομένοις ἀπονέμειν, ἄκρις ἂν ὁ τοῦ δευτέρου λόγος παρατιθεὶς, θατέρου χέρων ἢ ἀμείνων φανῇ πρὶν δέ γε ἀντεξετάσαι τὴν ἀπολογίαν τῇ κατηγορίᾳ, πάντελῶς ἀσεβῆ καὶ ἀνόσιον ἡγήσαντο ἔσεσθαι τὴν κρίτην. *Ea sane extrema est iniuria, vel optimorum legumlatorum iudicio, Solonis, & Draconis, qui iureiurando iudices obstrinxere, ut pari benignitate, gratiaque, tam reum, quam actorem iudex audiat, dum, postquam alter quoque causam dixerit, utrius causa melior, peiorve exsistat, constare possit; sceleſtum enim, & impium iudicium esse, si quid statuatur, priusquam cum accusatione comparata sit defensio.* Vt autem iudicibus legem iudicandi posuit, sic orandi oratoribus. AEschines in Ctesiphontem. Ἐβουλόμην μὲν ἄν, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ τοὺς νόμους, οὓς ἐνομοθέτησεν ὁ Σόλων περὶ τῆς τῶν ῥητόρων εὐκοσμίας, ἰσχύειν· ἵνα ἐξῆν πρῶτον μὲν τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν πολιτῶν ὥσπερ οἱ νόμοι κελεύουσι σοφρόνως ἐπὶ τὸ βῆμα παρελθόντι, ἄνευ θορύβου, καὶ ταραχῆς ἐξ ἐμπειρίας τὰ βέλτιστα τῇ πόλει συμβουλεύειν. δεύτερον δ' ἤδη, καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν ὁ βουλόμενος καθ' ἡλικίαν χωρὶς, καὶ ἐν μέρει περὶ ἑκάστου γνώμην ἀποφαίνεσθαι. *Vellem autem, Athenienses, etiam leges, quas de Oratorum disciplina tulit Solon, observari; ut liceret primum natu maximo civium cuique, ut leges iubent, suggestu modeste conscenso, sine tumultu, & perturbatione, ex usu rerum, optima quaeque Reipub. suadere; deinde, iam cuivis civium pro aetate, seorsim, & per vices, de unaquaque re pronunciare.* Neque civem quemquam alibi, quam Athenis, iudicari permittebat. Libanius Declam. XIII. Ὡς δέ εἶπέ μοι τις παρασὰς Ἀθηναίων, τινὰ τὼν ἐκεῖθεν ἥκειν ἀπάξοντα· οὐκ ἐμοῦ γε, ἔφην, ζῶντος· παρελθὼν γὰρ, ἀναγνώσομαι μὲν τοὺς νόμους τοῦ Σόλωνος, οἱ τὸν Ἀθηναῖον Ἀθήνησι κρίνουσιν. *Quum quidam Atheniensium, qui adstabat, diceret mihi; veniſse quempiam, eorum aliquem, qui isthic essent, abducturum, non id quidem certe, inquam, me vivente; accedens enim, leges Solonis recitabo, quae Atheniensem Athenis iudicandum esse statuunt.* Porro sanxit, ne ad consilia, aut magistratum obeundum, iuvenes adhiberentur, quamquam prudentia valere viderentur. Iuncus lib. De Senectute apud Stobaeum Serm. CXII. Καὶ δὴ παρίσταταί μοι μάρτυς τῶν λεγομένων Ἀθηναῖος Σόλων νομοθετήσας μή τε ἄρχειν τὸν σφόδρα νέον, μήτε ξυμβουλεύειν, εἰ καὶ ἄριστα δοκοίη γνώμης ἔχειν. *Atqui fuerit mihi testis illorum, quae dico, Solon Atheniensis; qui lege sanxit, ne quis magistratum gerat admodum iuvenis, neu ad consultationes admittatur, quamvis prudentissimus esse videretur.* Denique populo etiam tarda; magistratui, aliisque in dignitate inter populum constitutis, velocia supplicia statuit. Demosthenes in Aristogitonem Orat. II. Διὰ καὶ τὰς τιμωρίας ὁ Σόλων τοῖς μὲν ἰδιώταις βραδείας ἐποίησε· ταῖς δ' ἀρχαῖς καὶ τοῖς δημαγωγοῖς, ταχείας· ὑπολαμβάνων, τοῖς μὲν ἐνδέχεσθαι καὶ παρὰ τὸν χρόνον τὸ δίκαιον λαβεῖν· τοῖς δ' οὐκ εἶναι περιμεῖναι τὸ ἐκδικούμενον. *Quapropter & Solon tardas plebeiis; magistratibus, populique gubernatoribus veloces constituit poenas; quod existimabat, de illis quovis tempore supplicium sumi posse; hos, moram ultionis non permittere.* Sed inter tot leges nullam de Diis, aut eorum cultu, tulit. Maximus Tyrius Dissertat. XXXIX. Καί τι μετὰ δαιμόνιον, πῶς δὲ τιμητέον, οὐ γὰρ τῷ κυάμῳ λαχόντες δικασταὶ χίλιοι ταῦτα ἐξετάζουσιν, οὐδὲ Σόλων τι ὑπὲρ αὐτῶν γέγραφεν, οὐδὲ οἱ Δράκοντος σεμνοὶ νόμοι. ἀλλὰ κλήσεις μετὰ καὶ φάσεις καὶ γραφαὶ καὶ εὐθύναι καὶ ἀντωμοσίαι, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ἐν Ἡλιαίᾳ εὐθύνεται. *Ac, quid Deus quidem, aut quomodo colendus? nec enim haec curant mille illi iudices, faba lecti; neque Solon de his quidquam omnino statuit; nec Draconis venerandae illae leges. Sed in ius vocare, accusare, deferre, rationem facti exposcere, calumniae iuramentum exigere, aut praestare, & quaecumque ifiiusmodi, haec sunt illa, quae in Heliaea aguntur.* Sine dubio, quia non putavit fore, ut in Deum impius quisquam inveniretur. Ita neque in parricidas leges tulit; cuius rei quando causam rogaretur, Non speraſſe se,

Digitized by Google

se, respondit, quemquam scelus id ausurum. Cicero in Orat. pro S. Roscio Amerino. *Prudentissima civitas Atheniensium, dum ea rerum potita est, fuisse traditur; eius porro civitatis sapientissimum civem Solonem fuisse dicunt; eum, qui leges, quibus hodie quoque utuntur, scripserit. Is, quum interrogaretur, cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset, respondit; se id neminem facturum putasse. Sapienter fecisse dicitur, quum de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat; ne non tam prohibere, quam admonere, videretur.* Quem locum respexit B. Hieronymus Epist. CLI. *Et Tullius de parricidarum suppliciis apud Atheniensis Solonem scripsisse negat; ne non tam prohibere, quam admonere, videretur.* Diogenes Laertius in eius Vita. Ἐρωτηθὲις διὰ τί κατὰ πατροκτόνυς νόμον οὐκ ἔθηκε, διὰ τὸ ἀπελπίσαι, ἔφη. *Interrogatus (Solon) quare contra parricidam legem non tulisset; respondit, quod hoc scelus non speraſſet patratum iri.* Sopater in Hermogenem. *Et Solon, interrogatus, cur legem nullam in parricidam scripsisset, respondit: non se credere, posse hoc naturam committere.* Paulus Diaconus de Publicio Malleolo agens, matris suae interfectore Hist. Misc. lib. v. *Impleveruntque Romani & facinus, & poenam, unde & Solon Athenienſis decernere non ausus fuerat, dum fieri non posse credidit.* Quae totidem quoque verbis Orosius lib. v. cap. XVI.

CAP. XXIII.

Leges eius celeberrimae. Menander Rhetor emendatur. Romani eas per legatos etiam ad se transtulerunt; & suarum quoque legum exemplum eas esse voluit Hadrianus Imperator.

CErte leges eius multo celeberrimae fuere; & earum quoque nomine, quam plurimis ipse passim memoratur. Tacitus illas, tamquam exquisitas praedicat Annal. III. *Vetustissimi mortalium, nulla adhuc mala libidine, sine probro, scelere, eoque sine poena, aut coercitionibus agebant; neque praemiis opus erat, quum honesta suopte ingenio peterentur; &, ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur. At postquam exui aequalitas, & pro modestia, ac pudore, ambitio, ac vis incedebat, provenere dominationes, multosque apud populos aeternum mansere. Quidam statim, aut postquam regum pertaesum, leges maluerunt. Hae primo, rudibus hominum animis, simplices erant; maximeque fama celebravit Cretensium, quas Minos; Spartanorum, quas Lycurgus: ac mox Atheniensibus quaesitiores iam, & plures, Solon perscripsit.* Plato De Republic. lib. x. Λέγε ἡμῖν, τίς τῶν πόλεων διάσε βέλτιων ᾤκησεν, ὥσπερ διὰ Λυκοῦργον Λακεδαίμων, καὶ δι' ἄλλυς πολλὺς πολλαὶ μεγάλαι τε καὶ σμικραί· σὲ δὲ τίς αἰτιᾶται πόλις νομοθέτην ἀγαθὸν γεγονέναι, καὶ σφᾶς ὠφεληκέναι. Χαρώνδαν μὲν γὰρ Ἰταλία καὶ Σικελία· καὶ ἡμεῖς Σόλωνα· σὲ δὲ τίς ἔξει τινὰ εἰπεῖν. *Dic sodes nobis; ecqua Respub. per te sit rectius constituta, quemadmodum per Lycurgum Lacedaemon, & per alios multos multae, magnae pariter, ac parvae? Eccuius vero civitatis homines bonum te legislatorem agnoscent, atque ipsis profuisse? Charondam quidem, Italia, & Sicilia, celebrant; nos, Solonem; te vero ecqua, & qualem, agnoscet civitas?* Menander Rhetor cap., cui titulus, Διαίρεσις βασιλικῆ, per occasionem istam emendandus. Εἰ ἔδει νῦν νομοθετεῖν ἐνομοθέτησεν ἂν τῷ κοινῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, ὥσπερ τοπαλαιὸν ἡ τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ Ἀθηναίων, τοῖς Ἕλλησι· πῶ μὲν γὰρ Σόλωνες πλείως τῶν παρ' ἡμῖν· πῶ δὲ Λυκοῦργοι βελτίων· πῶ δὲ Μίνως, καὶ Ῥαδάμανθοι, οἱ τῶν Κρητῶν νομοθέται. *Si nunc leges ferre oportuisset, communi sane hominum generi leges tulisset; quemadmodum olim Lacedaemoniorum, & Atheniensium urbes, ceteris Graecis. Vbi enim plures, quam apud nos Solones reperiuntur? ubi melior Lycurgus? ubi Minos, & Rhadamanthus, Cretensium legislatores?* Corruptum est, quod hodie editur, οἱ τῶν Κριτῶν νομοθέται; unde male etiam vertit Interpres eius, ut multa alia, Iudicum legislatores. Hinc Libanii in Argyrippum locus, apud Plautum in Asinaria Act. III. Sc. III.

——— *nunc enim hic est*
Negotiosus interdius; videlicet Solon est,
Leges ut conscribat, quibus se populus teneat; gerrae.

Procopius Sophista in Epistola quadam, ad Zachariam. Ἰδοὺ δή σε καί σοβαρὸν ὁρῶ. κἀγὼ Σπαρτιάτης αὐτόχρημα γεγένημαι. κἀί μοι πάντα Λυκοῦργος, ὁ δὲ Σόλων ἐδέη. *Ecce autem tibi, etiam superdum tueor; ac plane Spartiata factus sum, & quidlibet mihi est Lycurgus, Solon nihil.* Athanasius in Orat. contra Gentes. Καὶ νόμους μετὰ Λυκοῦργος ὁ Σπαρτιάτης, κἀγὼ Σόλων ὁ Ἀθηναῖος. *Et leges quidem (invenit) Lycurgus Spartiates, ac Solon Atheniensis.* Et hinc est, quod iustum eum adpellavit Manilius lib. I.

Quique animi vires, & strictas pondere mentes,
Prudentes habuere viri; quibus omnis in ipsis
Census erat; iustusque Solon, fortisque Lycurgus.

In ipsarum autem legum laudem est insignis locus Manuelis Palaeologi in Protreptico, ad doctrinam. Νομοθέτης Ἀθηνῶν ὑτοσὶ Σόλων προσαγορευόμενος ἦν, ἐν ταῖς χρυσαῖς Ἀθήναις θαυμαζόμενος, θαυμαστῶν τῷ τηνικαῦτα γεμούσαις ἀνδρῶν, ὑτῷ χρυσὸν κεκτῆσθαι, κἀ χορηγεῖν, οὐδὲ γὰρ ἦν ἐκείνῳ πολύς χρυσὸς, οὐδέ γε προύργου τάργύριον, εἰ μὴ καλῶς ἀφροίζοιτο, καὶ κρεῖττον ἀναλίσκοιτο, κἀ ἑκάτερον σὺν τῷ καιρῷ γίγνοιτο· τῷ δὲ νόμως ἀγαθὺς ἐπὶ πολλοῖς τε καὶ καλοῖς ἐθθακόσι πολίταις πάντα ἀγαθοῖς τεθηκέναι, τοσούτῳ δὲ ὑπερήλασαν τὺς πρεσβυτέρυς, οἱ παρὰ τῦ δὲ γεγενημένοι, ὅσῳ τελευταίως αὐτὺς γενέσθαι, καὶ διαιωνίσαι τῇ πόλει. ἔδοξαν γὰρ τοῖς, δι' οὺς ἐγένοντο κόσμυ τοῦ παρ' αὐτοῖς δημοσίυ, καί τοι γε πλεονεκτῦντος ἢ ἐν ἄλλοις πόλεσι, κομιδῇ περιφανέσταιοι· αὐτῆς δὲ ἀκροπόλεως, τοῖς αὐτοῖς νομιζομένης ἀσφαλεστέρας ἢ ἁπανταχῦ γῆς ὑπερφυῶς ἀσφαλέστεροι· κἀ ὅλως γε βελτίυς ἢ οἷς ἐφρόνων, πολλῷ τῷ μέσῳ. *Erat hic Atheniensis ille legislator, Solon dictus, quem homines admira-*

mirabantur Athenis; quae plenae id temporis erant viris admirandis; non quod auro abundaret, atque id suppeditaret (neque enim multum ipsi istud erat, neque in pretio ullo argentum reputabat, nisi recte colligeretur, melius expenderetur, & utrumque opportune etiam fieret) sed, quod praeter alia multa praeclaraque facta, quae praecesserant, leges bonas civibus omnino bonas tulerit. Tantopere vero praestiterunt priscis legibus eae, quae ab ipso conditae, quanti venit aestimandum, quod postremae illae fuerint, & civitati semper manserint. Nam visae sunt illis, quibus latae erant, publicis ipsorum ornamentis, quamquam ea civitatum aliarum ornamenta superarent, longe sane illustriores; ipsaque arce, quam munitiorem ceteris, quae ubique terrarum essent, existimabant, insigniter munitiores; longo denique intervallo rebus ipsis, quibus sese efferebant meliores. Ac tanta earum fama fuit, ut Romani, quum suas sibi condere vellent, ablegarint, qui Athenis has deferrent. Livius lib. III. *Quum de legibus conveniret, de latore tantum discreparet, missi legati Sp. Postumius Albus, A. Manlius, P. Sulpitius Camerinus, iussique inclutas leges Solonis describere.* Aurelius Victor De Viris illustribus capit. XXI. *Populus Romanus, quum seditiosos magistratus ferre non posset, decemviros legibus scribendis creavit; qui eas, ex libris Solonis translatas, duodecim tabulis exposuerunt.* Augustinus De Civitate Dei lib. II. cap. XVI. *Si autem a Diis suis Romani vivendi leges accipere potuissent, non aliquot annos post Romam conditam ab Atheniensibus mutuarentur leges Solonis.* Paulus Diaconus Hist. Misc. lib. I. *Legati ad Atheniensis, propter leges Solonis deferendas missi.* Hinc est, quod Ammianus ait lib. XXII. cap. ult. *Solon, sententiis aditus AEgypti sacerdotum, latis iusto moderamine legibus, Romano quoque iuri maximum addidit firmamentum* (a). Quin & postea Hadrianum Imp. petentibus leges Athenienses, ad exemplum

(a) Lubet hisce testimoniis aliorum quoque Scriptorum clarissimorum auctoritatem adiungere, quos inter *Dionysius Halicarnasseus* eminet, & cuius verba *Lib. Roman. Antiquitat. X.* ita habent, dum Romilium verba facientem inducit. Καιφάλαιον δὲ ἐσιὼν ὧν ὑμῖν παραινῶ, πρεσβεῖς ἑλεσθαι, τοὺς μὲν εἰς τὰς Ἑλληνίδας πόλεις τὰς ἐν Ἰταλίᾳ, τοὺς δὲ εἰς Ἀθήνας, οἵτινες αἰτησάμενοι παρὰ τῶν Ἑλλήνων τοὺς κρατίστους νόμους καὶ μάλιστα τοῖς ἡμετέροις ἁρμόττοντας βίοις, οἴσουσι δεῦρο. *Quod vero suasionis meae caput est, censeo legatos mittendos partim ad Graecas urbes, quae sunt in Italia, partim Athenas; qui petant a Graecis leges optimas, & instituto nostro convenientissimas.* In quam quidem sententiam omnes ivisse deinde ait, legatosque Sp. Postumium, Ser. Sulpicium, A. Manlium triremibus ex aerario instructis missos fuisse. Adstipulantur *Dionysio* σύγχρονος Auctor *Strabo Lib. XIIII.* & *Dio Cassius Lib. XLIII.* Sed audiendus quoque *Pomponius* Iurisconsultus in *Lege II. D. de origine Iuris*; ubi rem indicat, licet Athenis haud nominatis. *Placuit*, inquit, *publica auctoritate decem constitui viros, per quos peterentur Leges a Graecis Civitatibus, & Civitas fundaretur legibus.* In quibus tamen verbis quaedam historiae confusio exstitit, aut obscuritas, Legatos in Graeciam missos a Decemviris legum ferendarum gratia constitutis *Pomponio* minime distinguente. At luculenta quoque sunt *Iustiniani* Augusti verba *Lib. I. Institut. Tit. II. Origo eius* (*Iuris Civilis*) inquit, *ab institutis duarum Civitatum, Athenarum scilicet, & Lacedaemoniorum, fluxisse videtur.* Mirari modo subit, quod *Io. Baptista de Vico* Neapolitanus testimoniis classicorum Scriptorum luculentissimis obviam ire veritus non sit, & historiam vetustate robustam, & doctissimorum virorum consensu firmatam, futilibus rationibus impugnare eo volumine, quod *De novae scientiae Principiis &c.* inscripsit. Ipse quidem ab eius difficultatibus amovendis lubenter abstinuissem, nisi & hac nova opinione *Meursii* nostri iudicium, & eruditio oppugnata quodammodo videretur. Quare operae pretium me facturum existimans, in arenam descendo, & manum conferere non formido. Primum igitur videt, hanc de Romanis Legibus ex Graecia repetitis narrationem suis principiis, & ratiocinationibus, collectionibusque minime congruere, adeoque tamquam ex Tripode pronunciat, falsam illam esse, & fabulosam. Quid si eius principia, & universae suae doctrinae fundamenta haudquaquam cum veritate conveniant? si ratiocinationes eius ordine, & recta via non progrediantur? si collectiones absurdae sint, & deridiculae? Ipse quidem fabellas, & somnia, & deliramenta, quibus suum ille libellum infarcit, facile silentio praetereo, quod animum non induxerim Lectorum risum inextinguibilem, ut cum Homero loquar, excitare, neque ita huiusmodi Auctorem tramducere, ut moti capitis, & Hippocratis vinculis adligandus plerisque omnibus videatur. Selegit iam quaedam, unde, tamquam ex ungue Leonem, novae sapientiae venditatorem agnoscas, Vir Cl. *Guido Grandius*, Abbas Camaldulensis, & volumini cuidam, quod auctorem *Luccabertium* mentitur, opportune inferens, risu eruditorum excipienda & exsibilanda publicavit, atque illud curiosos amando. Deinde obiicit, Solonis nomen, eiusque sapientiae famam, ex Attica, regione Graeciae ultima, ad Romanos usque propagari non potuisse; iisdemque rationibus, & argumentis abutitur, quibus *Livius* opinionem, quae Pythagorae auditorem Numam Pompilium fuisse ferebat, impugnat, ita scribens videlicet *Libro III.* ab V. C. *Ex quibus locis* (Metaponto, Heraclea, Crotone) *etsi eiusdem aetatis fuisset* (scilicet Pythagoras cum Numa, nam centum amplius post annos ille floruit) *quae fama in Sabinos, aut quo linguae commercio quemquam ad cupiditatem discendi excivisset? Quove praesidio unus per tot gentes dissitas sermone, moribusque pervenisset?* Atque eo difficilius Solonis, eiusque Legum notitiam ad Romanos pervenisse potuisse iactat, quo Attica est a Latio, quam Croton, Metapontumque, remotior. Sed animadvertendum primum, non tanti ponderis apud quosdam has Livii rationes fuisse, ut qui Pythagoram Numamque συγχρόνους existimabant, propter eas ab vero abludere censuerint eos congressos, & conloquutos invicem fuisse. Quare *Ovidius*, Poeta doctissimus, nullam Livii auctoritatis, & sententiae rationem habuit, & mutuam Numae, Pythagoraeque philosophi consuetudinem in suis libris adstruxit, Ecce *Libro III. Fastorum* de Numa loquens:

Primus oliviferi Romam deductus ab arvis
Pompilius mensis sensit abesse duos.
Sive hoc a Samio doctus, qui posse renasci
Nos putat: Egeria sive monente sua.

Et *Libro XV. Metamorphos.* quum longam Pythagorae orationem retulisset, ait:

Talibus atque aliis instructo pectore dictis
In patriam remeasse ferunt; utroque petitum
Accepisse Numam populi Latialis habenas.

Et mirum profecto tantam in linguarum dissonantia difficultatem collocare, quum tam facile sit, & proclive in diversarum dialectorum cognitionem pervenire, quod late ipse ostendi, & exsequutus sum eo Commentario, quem *De recta Christianorum in eo, quod mysterium Divinae Trinitatis attinet, sententia* inscriptum dudum edidi, *Lib. II. Cap. IV.* Nam ob hanc eamdem rationem historiae quoque illius fides corrueret, qua probabiliter perhibetur non Samium, sed Spartiatam quemdam Pythagoram, qui Olympiis cursu victor fuit circa sextamdecimam Olympiadem (cuius anno tertio est regnum Numa adeptus) quum peragraret Italiam, consuetudinem habuisse cum Numa, atque in constituendo regno consiliorum ei fuisse adiutorem, ut *Plutarchus* in *Numa* memoriae prodidit. Heinc falsa quoque fere omnia, quae historiae philosophicae Scriptores de Graecorum Philosophorum ad gentes Barbaras peregrinationibus tradidere; quod quidem portenti instar haberi possit. Adde quod nec tantum orationis discrimen fortasis occurrat inter Sabinos, & Latinos, & Magnae Graeciae populos, ut facilis non esset uni alterius gentis sermonis intelligentia, Sabini certe colonos Lacedaemoniorum se ferebant, si vera laudatus *Plutarchus* nobis refert, nullam igitur eorum lingua cum Laconica adfinitatem retinuerit? Latinus sermo ex Graeco quoque partim coaluisse videtur, sive ad litteras easdem cum Graiis, ut *Plinius* etiam, & *Quinctilianus* observabant, respexeris; sive ad crebra vocabula, quae vel pura puta Graeca sunt, ut *mater*, *pater*, *fama*, vel ex Graecis vocibus suam originem deducunt, ut *Deus*, *somnus*, *super*, & alia id genus innumera. Quid quod Roma ipsa Graeca urbs vetustis sapientibusque viris videtur, & nomen ipsum magno est argumento? Ex his forte videatur Romanorum vetustissimis Graecum nomen ignotum prorsus esse non potuisse, quamquam inculti, & doctrinarum rudes erant, ut quasi stulti conferentur. *Ovidius Lib. II. Fastorum.*

Lux quoque cur eadem stultorum festa vocetur,
Accipe: parva quidem caussa, sed apta subest.
Non habuit tellus doctos antiqua colonos:
Lassabant agiles aspera bella viros.

Et *Lib. III.*

Nondum tradideras victas victoribus artes
Graecia, facundum, sed male forte, genus.

Qui

plum quoque harum eas condidisse, auctor est Marianus in Chronico in anno imperii eius VI. *Hadrianus Athenienſibus, leges petentibus, ex Draconis, & Solonis, reliquorumque libris, iura compoſuit.* Nicephorus Calliſtus Hiſt. Eccleſ. lib. II. cap. XXIV. Καὶ νόμους

A δὲ συντίθησιν (ὁ Ἀδριάνος) ἐκ τῶν πάρ' Ἀθηναίοις νομοθετῶν Δράκοντός τε καὶ Σόλωνος τὰς ἀφορμὰς ἐσχηκώς. *Leges quoque (Hadrianus Imperator) ad Draconis, & Solonis, Athenienſium legislatorum, imitationem promulgat.*

CAP.

Qui bene pugnarat, Romanam noverat artem:
Mittere qui poterat pila, diſertus erat.

Sed quomodo ignoti prorsus Graeci Romanis, vel ipso Vrbis initio esse potuissent, qui Graecis Civitatibus, vel de Graeco conditore gloriantibus undique cingebantur, ita ut Italia ferme universa, Graeca, ut ita dicam, videretur. *Solinum* quidem *Cap. II. Polyhiſtoris* ita differentem audiamus. *Quis ignorat vel dicta, vel condita, a Iano Ianiculum, a Saturno Latium, atque Saturniam, a Danae Ardeam, a comitibus Herculis Polieon, ab ipso in Campania Pompeios, quia victor ex Hiſpania pompam boum duxerat? In Liguria quoque Lapidarios campos, quod ibi eo dimicante creduntur pluviſſe ſaxa: regionem Ionicam ab Ione Naulochi filia, quam procaciter inſidentem vias Hercules, ut ferunt, interemit; Archippen a Marſya Rege Lydorum, quod hiatu terrae hauſtum, diſſolutum eſt in Lacum Fucinum; ab Iaſone templum Iunonis Argivae: a Pelopidis Piſas: a Cleolao Minois filio Daunios: Iapygas a Iapyge Daedali filio: Tyrrhenos a Tyrrheno Lydiae Rege: Coram a Dardanis: Agyllam a Pelaſgis, qui primi in Latium litteras intulerunt: ab Haleſo Argivo Faliscam: a Phalerio Argivo Phalerios: Feſcenninum quoque ab Argivis: portum Parthenium a Phocenſibus: Tibur, ſicut Cato facit teſtimonium, a Caſtillo Arcade Praefecto claſſis Evandri; ſicut Sextius, ab Argiva iuventute.* Et paulo post: *Mox in Bruttiis ab Vlyſſe exſtructum Templum Minervae; Inſula Ligea adpellata ab eiecto ibi corpore Sirenis ita nominatae: Parthenope a Parthenopes Sirenis ſepulcro, quam Auguſtus poſtea Neapolin eſſe maluit. Praeneſte, ut Zenodotus, a Praeneſte Vlyſſis nepote, Latini filio: ut Praeneſtini ſonant libri a Caeculo, quem iuxta ignes fortuitos invenerunt, ut fama eſt, Digitorum ſorores. Notum eſt a Philocteta Petiliam conſtitutam: Arpos, & Beneventum a Diomede, Patavium ab Antenore, Metapontum a Pyliis, Scylaceum ab Athenienſibus, Sybarim a Troezeniis, & a Sagari Aiacis Locri filio, Salentinos a Lyctiis, Anconam a Siculis, Gabios a Galato & Bio Siculis fratribus, ab Heraclidis Tarentum, inſulam Tenſam ab Ionibus, Paeſtum a Dorenſibus: a Myſcello Achaeo Crotonam, Rhegium a Chalcidenſibus, Cauloniam, & Teriniam a Crotonienſibus, a Nariciis Locros, Heretum a Graecis in honorem Herae; ſic enim Iunonem Graeci vocant: Ariciam ab Archilocho Siculo, unde & nomen, ut Heminae placet, tractum &c.* Iam, credo, antiquos Romanos tanta copia inopes fecit, ut novi Tantali in mediis famae celeberrimae, atque historiae notissimae undis glisscente ignorantiae ariditate sitirent. Sed nullam heinc Graecorum notitiam hauserint. At cur eis hanc Spartiates ille Pythagoras conferre non potuit, qui Laconicorum institutorum quaedam Numae Romanam Civitatem reformanti iam contulit, ut *Plutarchus* auctor est? Cur inde eos cupido non incesserit, melius, latiusque cum Lacedaemoniorum, tum aliarum Graecorum Civitatum leges, mores, instituta noscendi? Cur Hermodorum Ephesium in Italia exsulantem non admiserim, qui Romanos ad Leges ex Graecia repetendas hortetur? Cur *Straboni Lib. XIV.* Scriptori luculentissimo, & *Pomponio* I. C. adfirmantibus non adsenserim? Cur incerti Auctoris epistolae Heracliti ad Hermodorum fidem non sequar, ut saltem in hac eum fuisse sententia non dubitem? Non enim vero est absimile Italiam ab Hermodoro peragratam fuisse, quum a Patria exsulare cogeretur, quod *Strabo* libro laudato, & *Cicero V. Tuscul.* & *Laertius* in *Heraclito* litterarum monumentis consignarunt. Sed nec illustre monumentum in hoc ancipitem quemquam se traducere permittit, quod *Plinius Lib. XXXIV. C. V.* memorat his verbis: *Fuit & Hermodori Epheſii in Comitio, Legum, quam Decemviri ſcribebant, interpretis publice dicata ſtatua.* Atque haec ita disputata sint, ut Neapolitani Scriptoris Romanis caecam Graeci nominis ignorantiam adfingentis frivolas obiectiones diffluremus: nunc ostendendum, & si recte *Livius* de difficultate mutuae inter Pythagoram, & Numam cognitionis, & familiaritatis iudicasset, quam perperam idem nuperus Scriptor similiter argumentandi licentia abutatur, ut de Romana Graeci nominis ignoratione aliquid inferat. *Livius* quidem haud verosimile existimat Pythagoram, & Numam in mutuam cognitionem devenisse, eodem tempore viventes: difficile enim brevi tempore alicuius rei fama propagatur. At Solon maxime claruit, & leges suas tulit Olympiade XLVI. quod *Meurſius Cap. XIII.* late ostendit, anno videlicet Vrbis conditae circiter centesimo sexagesimo: eius autem leges anno V. C. trecentesimo a Romanis petuntur, centum quadraginta circiter post annis: mirum tam longo temporis spatio, vel Solonis sapientis, & celeberrimi Viri, vel eius legum famam Romam usque pervenire non potuisse. Deinde *Livius* agit de Pythagora, & Numa, privatis hominibus, quorum nomen late statim percrebrescere haud proclive; sed nos de clarissimis Civitatibus, de Rebuspub. celeberrimis, Athenienſium scilicet, & Lacedaemoniorum, agimus, quarum quidem gloria, & nomen longe lateque non ex-

currere haud potuit. Ast Attica regio est universae Graeciae remotissima. At manifeste demonstrare valeam, quanto memoratae Respub. Pythagorae famam, sui nominis maiestate, & amplitudine excedebant, tanto eas Romanis Metaponto, & Crotone proximiores iudicandas, si Geometricas proportiones sectari lubeat. Remotam quoque numquam illam regionem arbitrabor, quam mihi facilis, & frequentis navigationis commercia coniungunt: id quod Graeciae Civitatibus, Graecisque Italiae populis invicem contingebat. Quod si ideo temeritatis minime ferendae esset inficias ire a Graecis Italiae Civitatibus inclutas Athenienſium, & Lacedaemoniorum Respub. cognitas fuisse; iam temeritatis notam non inussero iis, qui heinc ad Romanos earumdem famam penetrasse negabunt? Quamquam enim Romani in bello Tarentino, quod anno V. C. CCCCLXXII. gestum est, primum cum Graecis congressi videantur: non tamen hanc unicam esse viam autumandum est, qua populorum nomen ad alios transeat. Insuper Adversario nostro, quum Romani ante annum CCC. V. C. bella cum variis populis, ut Latinis, Hernicis, Aequis, Sabinis, aliisque gessissent, ut *Livius Lib. II.* testatur, & narrat: num & apud illos admirabilis illa Graeci nominis ignoratio? Nonne ex illis ad Romanos Graecorum fama serpere potuit? quae deinde late magis apud eos increbresceret? Immo P. Servilio, & Ap. Claudio Coss. anno videlicet V. C. CCLIX. Legati Aurunci Senatum adierunt, ni decederetur Volsco agro, bellum indicentes, & cum Legatis simul exercitus Auruncorum domo profectus erat, ut idem *Livius Lib. II.* litteris mandavit. Aurunci autem Campanis finitimi sunt. Num ex Auruncis aliqua Graecorum fama pervadere ad Romanos iam cum iis commercia habentes non potuit? Quis enim credat Graecos Auruncis ignotos, quum Campania finitima, tota esset Graecis urbibus bacchata, ut ex iis, quae superius ex *Solino* descripsimus, partim liquet, & ex iis, quae *Strabo Lib. V.* disserit, abunde patet, ex quo sumemus tantum id, quod de Neapoli ἀντιπάλου nostri patria scribit. Μετὰ δὲ Δικαιαρχίαν ἐστὶ Νεάπολις Κυμαίων. ὕστερον δὲ καὶ Χαλκιδεῖς ἐκράτησαν, καὶ Πυθικοῦσσαί τινες, καὶ Ἀθηναῖοι, ὥστε καὶ Νεάπολις ἐκλήθη δὶς τὸ πρότερον, ὅπου δείκνυται μνῆμα τῶν Σειρήνων μιᾶς Παρθενόπης, καὶ ἄγων συντελεῖται γυμνικὸς κατὰ μαντείαν· ὕστερον δὲ Καμπανῶν τινες ἐδέξαντο συνοίκους δίχοσταήσαντες· καὶ ἠναγκάσθησαν τοῖς ἐχθίσοις ὡς οἰκειοτάτοις χρήσασθαι, ἐπειδὴ τοὺς οἰκείους ἀλλοτρίους ἔσχον. Μφύει δὲ, τὰ τῶν δημόσιων ὀνήματα τὰ μὲν πρῶτα· Ἑλληνικὰ ὄντα, τὰ δ' ὕστερα τοῖς Ἑλληνικοῖς ἀναμιξ τὰ Καμπανικά. πλεῖστα δ' ἴχνη τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐνταῦθα σώζεται &c. *Poſt Dicaearchiam eſt Neapolis Cumanorum: poſtea temporis & Chalcidenſium nonnulli, & Pithecuſaeorum, & Athenienſium, immigrarunt, unde urbi hoc nomen factum. Oſtenditur ibi monumentum Parthenopes, unius Sirenum: & iuſſu oraculi Gymnicum certamen celebratur. Aliquanto poſt obortis diſſidiis Campanos quosdam in Vrbem civium loco receperunt, coactique ſunt inimiciſſimos loco familiariſſimorum habere, quum ſuos a ſe abalienaſſent. Argumento rei ſunt nomina Magiſtratuum principio Graeca, poſterioribus temporibus Campanica Graecis permixta. Plurima tamen Graecorum inſtitutorum ſuperſunt veſtigia &c.* Quare Graecam Civitatem Neapolin agnoverunt *Cicero pro L. Cornelio Balbo, Livius Libro XXXV. Tacitus Lib. XV. Annalium, Dio Caſſius Lib. LX. Silius Italicus Lib. XIII. Philoſtratus Iconum Lib. I. in exordio.* Quum autem Auruncorum Legatorum meminerimus, heic obseruare lubet, inepte nobis opponi Legatos ad populos diversa lingua utentes haud mitti; nam si haec constarent, & hanc Auruncorum Legationem ad Romanos commentitiam esse arbitrandum foret; quum enim Aurunci iidem sint ac Osci, quod late demonstrat eruditissimus *Cluverius Lib. III. Italiae antiquae Cap. IX.* Certe Lingua Osca diversa erat a Latina, id quod idem *Cluverius* eodem loco certissimis documentis adstruxit. Eadem de caussa Campanorum ad Romanos Legatio, quae anno Vrbis CCCCXI. facta est, & quam *Livius Florusque* memorant, exculcanda esset; & Romani ipsi a Legatis ad Tarentinos anno V. C. CCCCLXXII. mittendis abstinere debuissent. Sed quicumque in antiqua historia hospes minime est, & peregrinus, tam frequentes inter diversi sermonis populos legationes mutuas offendit, ut eruditionem saltem aliqualem in huiusmodi ἀμύσους, & maleseriatis hominibus desideret. In Neapolitano autem Scriptore praecipue, qui Romanae historiae adeo rudis est, ut Romanos in Tarentino bello primum cum Graecis congressos fuisse adseveraverit; quum tamen exploratae fidei sit Palaeopolitanos, Graecum certe, ut nomen ipsum indicat, Campaniae populum, anno V. C. CCCCXXVIII. bellum Romanis intulisse, & fuisse a Publilio Proconsule domitos, ut apud *Livium Libro VIII.* videre est. Hisce omnibus rite disputatis, sponte aliae omnes corruunt obiectiones, adeo languidae sunt, & frigidiusculae. Nam quid est quod dicitur, mirabile prorsus esse, potuisse Graecas leges ad Latinas

aures

CAP. XXIV.

Ad auctoritatem legum conservandam, centum annorum tempus postulat: iudicesque, & Thesmothetas, iureiurando obstringit. In axibus, & cyrbibus eaedem scriptae: ac discrimen utrorumque. Etymologici Auctor, & Suidas emendati. In arce prius constitutae; hinc deductae in Prytaneum, atque forum ab Ephialte. Axes, & quae in iis leges numero suo distinctae: ac quomodo scriptae fuerint. Varie citantur apud Auctores. Didymi de iis opus, & fragmentum, ac Seleuci in eosdem Commentarius. Notae in iis numerorum, quibus usus Solon fuerit. Nicomachus ad leges describendas constitutus, dato quadrimestri tempore, in sexennium id extendit, & has corrupit.

ATque has quidem, ita latas, valere in centum annos iussit. Plutarchus. Ἰσχὺν δ' τοῖς νόμοις πᾶσιν εἰς ἑκατὸν ἐνιαυτοὺς ἔδωκε. *Robur vero legibus omnibus dedit in annos centum.* Ac Senatus quidem communi iuramento se obstrinxit, eas sese firmaturum: & privato Thesmothetae, si quam illarum violassent, auream se Delphis statuam, eiusdem secum magnitudinis, mulctae vicem dicaturos. Plutarchus. Κοινὸν μετὰ ἦν ὤμνυεν ὅρκον ἡ βουλὴ τοὺς Σόλωνος νόμους ἐμπεδώσειν, ἴδιον δ' ἕκαστος τ Θεσμοθετῶν ἐν ἀγορᾷ πρὸς τῷ λίθῳ, καταφάτιζον, εἴ τι παραβαίη τ θεσμῶν, ἀνδριάντα χρυσοῦν ἰσομέτρητον ἀναθήσειν ἐν Δελφοῖς. *Senatus autem stabilituros se Solonis leges, commune iusiurandum dederunt: privatim vero Thesmothetarum unusquisque, in foro inxta lapidem, si quam legem violassent, auream se statuam paris magnitudinis, Delphis dedicaturos esse.* Hoc est, quod dicit A. Gellius lib. II. cap. XII. *In legibus Solonis illis antiquissimis, quae Athenis axibus ligneis incisae sunt, quasque latas ab eo Athenienses, ut sempiternae manerent, poenis, & religionibus sanxerant.* Meminit Thesmothetarum iuramenti etiam Pollux lib. VII. cap. IX. Sect. I. Ac fortasse illud ipsum iusiurandum est, quod praestari per tres Deos consueviſſe, tradit Hesychius. Τρεῖς Θεοί. Παρὰ Σολωνι, ἐν τοῖς ἄξοσιν, ὅρκῳ τέτακται. *Tres Dii: apud Solonem, in axibus, iusiurandum constitutum.* Pollux lib. VIII. cap. XII. Τρεῖς Θεοὺς ὀμνύναι κελεύει Σόλων, Ἱκέσιον, Καθάρσιον, Ἐξεκεσήριον. *Tres Deos iurare iubet Solon; Supplicem, Expiatorium, Depulsorium* (a). Scriptae vero eae erant in axibus ligneis, sicut in citatis statim Gellii verbis animadvertimus (b); iique axes erant tabulae quadratae, ac longiores, & Ἄξονες partim, partim Κύρβεις dicebantur: ac Κύρβεις quidem, quae de sacris, sacrificiisque essent: Ἄξονες vero, in quibus ceterae leges scriptae. Plutarchus. Καὶ κατεγράφησαν (οἱ τῦ Σόλωνος νόμοι) εἰς ξυλίνους ἄξονας, ἐν πλαισίοις περιέχουσι στρεφομένους ὧν ἔτι καθ' ἡμᾶς ἐν Πρυτανείῳ λείψανα μικρὰ διεσώζετο. κ) προσηγορεύθησαν, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶ, κύρβεις. ἔνιοι δέ φασιν ἰδίως, ἐν οἷς ἱερὰ, κ) θυσίαι, περιέχονται, κύρβεις· ἄξονας δὲ, τοὺς ἄλλους ὠνομάσθαι. *Relatae vero fuerunt (Solonis leges) in axes ligneos, qui vertebantur in lignis oblongis: eorumque in Pritaneo adhuc nostro tempore reliquiae parvae adservabantur. Adpellabantur autem, ut Aristoteles ait, Cyrbes; nonnulli vero dicunt, proprie Cyrbes adpellatas, quibus sacra, ac sacrificia continerentur: Axes vero, ceteros adpellatos fuisse.* De axibus, manifestum est; & mox porro ostendemus: de cyrbibus vero, quod de sacris, sacrificiisque, leges continuerint, clare liquet etiam apud Athenaeum lib. VI. ubi illa verba occurrunt. Ἐν δὲ τοῖς Κύρβεσι τοῖς περὶ τῶν Δηλιαστῶν, οὕτως γέγραπται· κ) τὸν Κήρυκε ἐκ τῦ γένους τ κηρύκων τῦ τῆς μυστηριώτιδος. τέτους δὲ παρασιτεῖν ἐν τῷ Δηλίῳ ἐνιαυτόν. *In Cyrbibus vero, quae de Deliastis, ita scriptum est: Et praecones duo, e familia Cerycum, mysteriis propria: hi vero per annum integrum in Apollinis Delii templo parasitorum munus obeant.* Porro discrimen illud repraesentat etiam Ammonius De Diff. Voc. Ἄξονες κ) Κύρβεις διαφέρουσιν. οἱ μὲν ἄξονες ἦσαν τετράγωνοι, οἱ δὲ Κύρβεις, τρίγωνοι. Καὶ οἱ μὲν ἄξονες εἶχον τοὺς ἰδιωτικοὺς ἐγγεγραμμένους. οἱ δὲ Κύρβεις δημοσίας ἱεροποιίας, κ) εἴ τι ἕτερον τοιῦτον. *Axes, & Cyrbes differunt.*

aures tanta verborum proprietate transferri, ut nihil primigeniam linguam redolerent? Quasi interpretes nimium fidi in Graecis legibus Latine vertendis verbum verbo reddere curaverint, & κατὰ πόδα transtulerint, non sententiam tantum sectati fuerint, & quaedam omiserint, quaedam addiderint, alia correxerint, alia interpolaverint, cunctasque illas leges Romanis moribus, & institutis congruenter reformaverint. Id quidem luculente indicat *Livius Lib. III.* dum de Decemviris loquens scribit: *Versarent in animis secum, unamquamque rem, agitarent deinde sermonibus, atque in medium quid in quaque re plus, minusve esset, conferrent. Eas leges habiturum populum Romanum quas consensus omnium invexisset, nec non iussisse latas magis, quam tulisse videri posset. Quum ad rumores hominum de unoquoque legum capite edito satis correctae viderentur, centuriatis comitiis X. Tabularum leges perlatae sunt &c.* Isthuc ipsum insinuat *Pomponius* in laudata lege dum ait: *Quas (leges) in decem tabulis aeneis perscriptas pro Rostris proposuerunt, ut possent apertius percipi. Datumque est eis (Decemviris) ius eo anno in civitate summum, uti & leges corrigerent, si opus esset, & interpretarentur.* Ita narrationem hanc accepit *Ian. Vinc. Gravina* in eruditissimo Comment. *De Ortu, ac progressu Iuris Civilis*, cuius verba ita habent: *Quae Romam adlatae, redactae fuerunt simul cum legibus aliquot Regiis in XII. Tabulas a decem Viris ad id delectis, cum summo imperio, silentibus aliis Magistratibus; easque leges partim integras perscripserunt, partim emendarunt, partim ad populi mores, & consuetudinem urbis inflexerunt, novasque aliquot ipsi pro temporum opportunitate, ut suspicari fas est, interseruerunt.* Nec aliud quidquam docet *Diodorus Siculus*, perperam adlegatus. *Libro* quippe suae *Bibliothecae XII.* ait tantum XII. Tabulas βραχέως καὶ ἀπερίτλως compositas, scriptasque fuisse. Tantum vero abest ut *M. Tullius* aliqua ratione adversario faveat, quin potius ea, quae sparsim habet, nostram sententiam confirmant, nihilque aliud ostendunt, quam in XII. Tabulis multas leges alias Graecis legibus esse additas, atque invicem confusarum talem temperiem esse factam, ut Decemvirorum sapientia inde luculenter emineret. Quantus autem sit inter Leges Atticas, Romanasque consensus elucere potest ex *Ant. Thysii* libello, in quo utraeque conferuntur, ostendunturque simillimae. Ceterum hominis audaciam, ne quid gravius dicam, satis mirari nequeo, qui Pollionem perverse aemulatus, Livio Patavinitatem obiicere non est veritus, non ut orationis elegantiam, Latinique sermonis puritatem criminetur, sed ut historiae Romanae ignorationem in eo arguat: Dionysium autem Halicarnasseum, scriptorem gr. vissimum, tamquam Graeculum quemdam, & suae gentis gloriae adulantem traducere, hac una tantum de causa, quod eius paralogismis, & sophismatis adversetur. Quod si in vetustioribus Historicis huiusmodi de Romanis legibus ex Graecia repetitis narrationem non offendimus, id profecto non evenit, quod illi rem istam litteris minime mandaverint; sed quod eorum opera, veteresque Annales, ex quibus illam Livius, & Dionysius eruerunt, aetatem non tulerint, nec ad nos usque pervenerint.

(a) Vide *Supplem. Them. Attic. Lib. IV. Tit. VI.*

(b) *Porphyrio* in Epistolam Horatii ad Pisones: *Aereis enim tabulis antiqui non sunt usi, sed roboreis has incidebant leges: unde adhuc Athenis legum tabulae Axones vocantur.*

Digitized by Google

praeſtari per tres Deos conſueviſſe, Heſychius. Τρεῖς Θεοί. Παρὰ Σόλωνι, ἐν ξοσιν, ὅρκῳ τέταχται. *Tres Dii: apud n, in axibus, iusiurandum conſtitutum.* lib. VIII. cap. XII. Τρεῖς Θεοὺς ὀμνύ- εὐῷ Σόλων, Γ'κέσιον, Καθάρσιον, Ε'ξεκεσήριον. *Deos iurare iubet Solon; Supplicem, Ex- um, Depulſorium* (a). Scriptae vero eae in axibus ligneis, ſicut in citatis ſta- ellii verbis animadvertimus (b); iique rant tabulae quadratae, ac longiores, ves partim, partim Κύρβεις dicebantur: βεις quidem, quae de ſacris, ſacrifi- e eſſent: A"ξονες vero, in quibus cete- ges ſcriptae. Plutarchus. Καὶ κατεγρά- (οἱ τῶ Σόλωνος νόμοι) εἰς ξυλίνους ἄξονας, αιτίοις περιέχυσι τρεφομένους ὧν ἔτι καθ' ἡ- Πρυτανείῳ λέψανα μικρὰ διεσώζετο. ᾗ προσ- ησαν, ὡς Α'ριστοτέλης φησὶ, κύρβεις. ἔνια τιν ἰδίως; ἐν οἷς ἱερὰ, ᾗ θυσίαι, περιέχον- κύρβεις· ἄξονας δὲ, τοὺς ἄλλους ὠνομάσθαι. *ne vero fuerunt (Solonis leges) in axes s, qui vertebantur in lignis oblongis: que in Pritaneo adhuc noſtro tempore iae parvae adſervabantur. Adpellabantur , ut Ariſtoteles ait, Cyrbes; nonnulli ve- unt, proprie Cyrbes adpellatas, quibus ac ſacrificia continerentur: Axes vero, adpellatos fuiſſe.* De axibus, manife- eſt; & mox porro oſtendemus: de cyr- vero, quod de ſacris, ſacrificiiſque, le- ontinuerint, clare liquet etiam apud naeum lib. VI. ubi illa verba occurrunt. τοῖς Κύρβεσι τοῖς περὶ τῶν Δηλιαξῶν, οὗ- γραπται· ᾗ τὸ Κήρυκε ἐκ τοῦ γένες ἢ κη- τοῦ τῆς μυκηριώτιδος. τέτυς δὲ παρασιτεῖν Δηλίῳ ἐνιαυτόν. *In Cyrbibus vero, quae eliaſis, ita ſcriptum eſt: Et praecones e familia Ceryeum, myſteriis propria: o per annum integrum in Apollinis De- mplo paraſitorum munus obeant.* Porro men illud repraeſentat etiam Ammo- De Diff. Voc. A"ξονες καὶ Κύρβεις διαφέρου- μὲν ἄξονες ἦσαν τετράγωνοι, οἱ δὲ Κύρβεις Καὶ οἱ μὲν ἄξονες εἶχον τοὺς ἰδιωτικοὺς μένους, οἱ δὲ Κύρβεις δημοσίας ἱεροποιίας, ἕτερον τοιοῦτον. *Axes, & Cyrbes diffe- runt.*

VI. ait tantum XII. Tabulas βραχέως καὶ ἀτεριέπως s, ſcriptaſque fuiſſe. Tantum vero abeſt ut *M. Tul-* n ratione adverſario faveat, quin potius ea, quae ibet, noſtram ſententiam confirmant, nihilque aliud , quam in XII. Tabulis multas leges alias Graecis le- additas, atque invicem confuſarum talem temperiem m, ut Decemvirorum ſapientia inde luculenter e- Quantus autem ſit inter Leges Atticas, Romanaſ- centius elucere poteſt ex *Ant. Thyſii* libello, in quo u- onferuntur, oſtenduntque ſimillimae. Ceterum ho- diciam, *ne quid* gravius dicam, ſatis mirari nequeo, nem perverſe aemulatus, Livio Patavinitatem obice- it *veritus*, non ut orationis elegantiam, Latinique uritatem criminetur, ſed ut hiſtoriae Romanae igno- n eo arguat: Dionyſium autem Halicarnaſſeum, ſcri- viſſimum, tamquam Graeculum quemdam, & ſuae ae adulantem traducere, hac una tantum de cauſa, ralogiſmis, & ſophiſmatis adverſetur. Quod ſi ibus Hiſtoricis huiuſmodi de Romanis legibus ex etitis narrationem non offendimus, id profecto non d illi rem iſtam litteris minime mandaverint; ſed n opera, veteresque Annales, ex quibus illam Li- Dionyſius eruerunt, aetatem non tulerint, nec ad pervenerint.

Clem. Them. Attic. Lib. IV. Tit. VI.

in Epiſtolam Horatii ad Piſones: *Aereis enim tabu- non ſunt uſi, ſed roboreis has incidebant leges: unde eis legum tabulae Axones vocantur.*

runt: nam Axes quidem, quadrati erant: Cyrbes vero, triquetri. Et Axes, leges privatas continebant. Cyrbes, publica ſacrificia, & quae alia iſtiuſmodi. Vbi iſtud quoque obſerva; Axes quadratos fuiſſe; Cyrbes vero triquetros. Hoc ipſum tradit etiam Thomas Magiſter in Collectione Dict. Attic. A"ξονες τετράγωνοι ὄντες, εἶχον ἰδιωτικοὺς νόμους ἐγγεγραμμένους. Κύρβεις δὲ τρίγωνοι ὄσαι εἶχον δημοσίους νόμους, ᾗ ἱεροποιίας. *Axes, qui quadrati erant, leges privatas inſcriptas habebant: Cyrbes vero, triangulares, leges publicas, & ſacrificia continebant.* Ergo duplices legum Solonis tabulae erant; illae quadratae, in quibus leges privatae habebantur, Axes dictae: iſtae triquetrae, in quibus leges publicae, ac de ſacrificiis, Cyrbes adpellatae. Et Axes quidem, e ligno erant; ita alti, ut e terra uſque ad tectum pertingerent: atque ſic nuncupabantur, quod quemadmodum axes curruum, verti poſſent. Etymologici Auctor. A"ξονες, ξύλα ἦν τετράγωνα, ἀπὸ τοῦ ἐδάφους μέχρι τοῦ ὀρόφου διήκοντα, καὶ διά τινος πτερόνης τρεφόμενα· ἐφ' ὧν οἱ Σόλωνος νόμοι ἀπεγράφοντο· τοῖς δ' ἁμάξων A"ξοσιν ὁμοίως κόδιξι τρεφόμενα. *Axes, ligna erant quadrata, a ſolo uſque ad tectum pertingentia, quae in fibula quadam circumagebantur, in quibus Solonis leges ſcribebantur, tabuliſque, ut axes curruum, vertebantur.* Ligneos fuiſſe, ac quadratos, etiam docet Harpocration. Οἱ Σόλωνος νόμοι ξυλίνοις ἦσαν ἄξοσι γεγραμμένοι. ἦσαν δὲ, ὡς φησι Πολέμων, ἐν τοῖς πρὸς Ε'ρατοσθένη, τετράγωνοι τὸ σχῆμα. Videndus quoque Suidas, & Scholiaſtes Ariſtophanis ad Nebulas, & Aves: item Apollonii lib. IV. Cyrbes vero, e lapide erant, ſicuti e ligno axes. Harpocration. Κύρβεις φησὶν Α'πολλόδωρος ἐν τοῖς περὶ θεῶν, ἔχειν ἐγγεγραμμένους τοὺς νόμους. εἶναι δ' αὐτοὺς λίθους ὀρθοὺς ἑστῶτας. *Cyrbes vero, ait Apollodorus in libris De Diis habere inſcriptas leges: eſſe vero eas, lapides rectos ſtantes.* Originem nominis tradit Suidas. Κύρβεις, αἱ τὰς τῶν θεῶν ἑορτὰς ἔχουσαι. κρύβιές τινες ὄσαι, ἐν αἷς τὰ τῶν θεῶν ἀποκρυπτόμενα ἔδει εἶναι. A'σκληπιάδης, ὅτι ἀπὸ Κύρβιος, τοῦ τὰς θυσίας ὁρίσαντος, ὥς φησι Φανίας ὁ Ε'φέσιος· ἢ, ἀπὸ τῶ ταῦτα κυρωθῆναι τοῖς γράμμασι. Ε'ρατοσθένης δὲ, τριγώνους αὐτάς φησιν εἶναι. A'ριστοφάνης δὲ, ὁμοίας εἶναί φησι τοῖς ἄξοσι, πλὴν ὅτι οἱ μὲν ἄξονες νόμους, αἱ δὲ κύρβεις θυσίας εἶχον. *Cyrbes, quae Deorum feſta continebant; κρύβιες quaedam exſtitentes, in quibus res divinas occultatas eſſe oporteret. Aſclepiades tradit, dictas a quodam Cyrbi, qui facultates definiverat, ut auctor eſt Phanias Epheſius; vel, quod literis firmarentur. Eratoſthenes vero, triangulas fuiſſe tradit; Ariſtophanes autem, axibus ſimiles commemorat: niſi quod Axes quidem, leges; Cyrbes vero, facultates continerent.* Sed corruptum locum cenſeo; & initio, τῶ τὰς θυσίας ὁρίσαντος, *qui ſacrificia definiverat*, & in fine, αἱ κύρβεις, θυσίας εἶχον, *cyrbes vero, ſacrificia continebant*, legendum eſſe; eoque modo laborat etiam Etymologici magni Auctor, in hac *voce*, itidem reſtituendus. Ac firmant emendationem meam valide verba Plutarchi. Ε"νιοι δέ φασιν ἰδίως, ἐν αἷς ἱερὰ, ᾗ θυσίαι, περιέχονται, κύρβεις. Alii volunt, ἀπὸ τοῦ κεκορυφῶσθαι dictas eſſe: alii, a Corybantibus, quorum eae inventum erant. Scholiaſtes Comici Avibus. Κύρβεις, ἤτοι παρὰ τὸ κεκορυφῶσθαι εἰς ὕψος ἀνατεταμένον. ἢ ἀπὸ τῶν Κορυβάντων. ἐκείνων ἐξεύρημα, ὡς φησι Θεόπομπος, ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας. Idem dicit eodem loco, ex aere fuiſſe; non, quod alii, e lapide. Κύρβεις, χαλκαῖ σανίδες, ἔνθα τοὺς νόμους γράφουσι. *Cyrbes, aeneae tabulae, in quibus leges perſcribunt.* Ita axes aeneos fuiſſe Pollux nobis refert, quos e ligno alii dicunt lib. VIII. cap. X. A"ξονες ὃ τετράγωνα χαλκοῖ ἦσαν. *Axes vero quadrati, aenei erant* (a). Heſychius confundit, & axem cum Cyrbi eumdem facit. Κύρβεις, σήλη τρίγωνος, ἢ ξύλινος ἄξων, ἐν ᾧ τὸ παλαιὸν οἱ νόμοι ἐγράφοντο. *Cyrbis, columna triquetra, ſive ligneus axis, in quo olim leges ſcribebantur.* Ecce, clare nullam inter axem & cyrbim, differentiam conſtituit: quin triangularem quoque axem dicit, quem quadratum alii omnes; & profecto hanc figuram referebat, quum ita ſtatueretur, ut occultato quarto angulo, tres dumtaxat praeſeferret. Atque hoc eſt, quod dicit Harpocration: Ποιοῦσι δ' ἐνιότε (οἱ ἄξονες) φαντασίαν τριγώνου, ὅταν ἐπὶ στενὸν κλιθῶσι τὰς γωνίας. Certe cyrbes triangulares fuiſſe, praeter Auctores iam citatos, etiam Zenobius dicit Cent. IV. Proverb. LXXVII. Ligneas quoque, ut Heſychius; non lapideas, ſicut alii, facit Diogenianus Cent. V. Proverb. LXXII. Pariter vero axes ac cyrbes, olim in arce adſervabantur: poſtea in Prytaneum, & forum, deduxerunt, ut cuivis inſpicere liceret. Pollux lib. VIII. cap. X. Α'πέκειντο δὲ, οἵτε κύρβεις, ᾗ οἱ ἄξονες ἐν ἀκροπόλει πάλαι, αὖθις δ' ἵνα πᾶσιν ἐξῇ ἐντυγχάνειν εἰς τὸ πρυτανεῖον ᾗ τὴν ἀγορὰν μετεκομίσθησαν. *Cyrbes vero, atque axes, olim in arce poſiti erant: poſtea vero, uti omnibus copia eorum eſſet, in Prytaneum, & forum ſunt deducti.* Verum iſthic diſtinguendum, nam in regiam porticum, quae foro adiacebat, cyrbes deducti: axes autem, in Prytaneum. De cyrbibus, eſt iſte Ariſtotelis locus, e lib. de rep. Athenienſium apud Harpocrationem. Α'ναγράψαντες δὲ τοὺς νόμους εἰς τὰς κύρβεις, ἔσησαν ἐν τῇ στοᾷ τῇ βασιλείᾳ. *Quum leges in cyrbibus deſcripſiſſent, in porticu regia collocarunt.* Quae habes quoque apud Suidam. De axibus in Prytaneum poſt delatis, indicat nobis Harpocration. Διασώζονται δὲ οἱ Α"ξονες ἐν τῷ Πρυτανείῳ. *Adſervantur vero (axes) in Prytaneo.* Et Pauſanias in Atticis. Πλησίον ᾗ Πρυτανείου ἐστὶν, ἐν ᾧ νόμοι τε οἱ Σόλωνος εἰσὶ γεγραμμένοι, καὶ θεῶν Εἰρήνης ἀγάλματα κεῖται, ᾗ Ε'στίας. *In propinquo Prytaneum eſt: in quo & Solonis leges ſcriptae extant, & Dearum ſimulacra, Pacis ac Veſtae.* Huc pertinet, quod Plutarchus ait: etiam ſuo tempore axium reliquias illic parvas quaſdam exſtitiſſe. Καὶ κατεγράφησαν εἰς ξυλίνους ἄξονας, ὧν ἔτι καθ' ἡμᾶς λείψανα μικρὰ διεσώζετο. *Et ſcriptae ſunt (Solonis leges) in ligneis axibus, quorum adhuc noſtro tempore exi-*

(a) Aereis tabulis ſcriptas fuiſſe leges a Diogene Laertio traditum ſcribunt *Thyſius*, & *Oiſelius* ad laudatum Gellii Caput, ſed falluntur, & fallunt.

Digitized by Google

exiguae reliquiae ſervabantur. Facta autem haec axium cyrbiumque deductio ex arce in curiam Prytaneum, & porticum regiam in foro ab Ephialte. Id nos docet ex Anaximenis Philippicis Didymus apud Harpocrationem in ὁ κάτωθεν νόμος, iſtis verbis. Ἄξονας καὶ τοὺς κύρβεις ἄνωθεν τ῀ Ἀκροπόλεως εἰς τὸ βουλευτήριον κ῀ τὴν ἀγορὰν μετέȣησεν Ἐφιάλτης. *Axes, & cyrbes, de ſuperiore loco, ex arce, in curiam, & forum, tranſtulit Ephialtes* (a). Illum ipſum Didymi locum repraeſentat etiam Suidas. Erant porro axes illi numero ſuo diſtincti. Ita primus nominatur a Plutarcho. Καὶ πρῶτος ἄξων ἐστὶν ὁ τᾶτον περιέχων τ῀ νόμων. *Et primus axis eſt, hanc legem continens*. Etiam decimus tertius. Idem auctor paullo ante. Ὁ δὲ τρισκαιδέκατος ἄξων ἦν Σόλωνος τ῀ ὄγδοον ἔχων τὸν νόμον ὕτως αὐτοῖς ὀνόμασι γεγραμμένον. *Decimus tertius enim axis Solonis, octavam legem habet, in hunc modum*. Deinde quoque decimus ſextus. Αἳς γὰρ ἐν τῷ ἑκκαιδεκάτῳ τ῀ ἀξόνων ὁρίζει τιμὰς τ῀ ἐκκρίτων ἱερείων, εἰκὸς μὲν εἶναι πολλαπλασίας. *Quae enim in decimo ſexto axe ſelectarum hoſtiarum praefinit pretia, ea multo maiora exſiſtere, conſentaneum eſt*. Ac veluti axes numero ſuo diſtincti, ita quoque leges erant. Clarum illud ex Plutarchi verbis iſtis, quae de axe decimotertio iam prolata. Scriptae vero ita erant, ut a bubus aratoribus ſulci duci conſueverunt, quod Βουſροφηδὸν γράφειν dicunt. Didymus in fragmento inſigni, quod a Suida, & Harpocratione nobis exhibetur. Διὰ τὸ σχῆμα τ῀ ἐν τοῖς ἄξοσι γραφῆς, βουſροφηδὸν γεγραμμένης, τὸν ἀπὸ τ῀ εὐωνύμων ἀρχόμενον κάτωθεν ὀνομάζει ὁ Δημοσθένης, ὅτι γὰρ βουſροφηδὸν ἦσαν οἱ ἄξονες, καὶ οἱ Κύρβεις, γεγραμμένοι, δεδήλωκεν Εὐφορίων ἐν τῷ Ἀπολλοδώρῳ. *Propter figuram ſcriptionis in axibus, boum more in ſulcis ducendis ſe vertentium inſtitutae, legem, a ſiniſtra parte incipientem, inferiorem vocat Demoſthenes; quod vero in axibus, cyrbibuſque, ſcriptura iſtiuſmodi eſſet, manifeſtum Euphorion nobis fecit in Apollodoro* (b). Et citantur quoque axes ab Auctoribus. Demoſthenes in Ariſtocratem. Τοὺς δ' ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ἀποκτένειν ἐν τῇ ἡμεδαπῇ, κ῀ ἀπάγειν, ὡς ἐν τῷ ἄξονι ἀγορεύῃ. *Homicidas licere occidere in noſtro territorio, & in carcerem abducere, ut in axe promulgat*. Lucianus in Eunucho. Εἰ ȣ̓ μὴ, ψεύδονται οἱ περὶ αὐτῦ λέγοντες, καὶ μοιχὸς ἑάλω ποτὲ, ὡς ὁ Ἄξων φησὶν, ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχων. *Alioqui mentiuntur, qui dicunt: eum in adulterio deprehenſum, ut axis inquit, membra in membris habentem*. Stephanus in Ἀγνῦς. Καὶ ἐν τόπῳ, ἀγνεῦντι ἐν τοῖς Ἄξοσιν. ἐπειδὴ Ἀγνεῦντι ȣ̓σία ἐστὶ τῷ λεῷ. *Et in loco, Agnunte in axibus: Quandoquidem Agnunte ſacrificium eſt populo*. Heſychius in Προπλόρθια. Ἐν τοῖς ἄξοσιν ἡ λέξις φέρεται. *In axibus vocabulum exſtat*. Et in Τρεῖς θεοί. Παρὰ Σόλωνι ἐν τοῖς ἄξοσιν ὅρκος τέτακται. *Apud Solonem, in axibus, iusiuriandum conſtitutum eſt*. Appendix Vaticana Proverbiorum Andreae Schotti Cent. 1. Proverb. XXIV. Ἐν γὰρ τοῖς Ἄξοσι νόμος, κ῀ τὸν βόλιτον ὠφελομένους κολάζει. *Lex enim in axibus fimi quoque fures punit*. Videndi quoque Suidas, & Harpocration in Σῖτος: quorum loca emendavi Atticarum Lectionum lib. 1. cap. XXII. Ex iiſdem eſt, quamquam nulla plane eorum mentio fiat, quod Pollux citat lib. 1. cap. 1. ſect. XXVI. Σόλων δὲ τὰ ἤμπυρα, κ῀ ἀφελῆ ὠνόμασε. *Solon vero mutila quae eſſent, etiam ἀφελῆ nuncupavit*. Lib. III. cap. II. ſect. IV. Δημοσθένης δὲ τῆς ἀνεψιότητος εἴρηκε, καὶ Σόλων. *Demoſthenes vero, τῆς ἀνεψιότητος dixit, & Solon*. Et cap. III. ſequenti ſect. III. Ἰσαῖος δὲ, κ῀ περικληρῖτην, ὥσπερ κ῀ Σόλων. *Iſaeus vero, περικληρῖτην: ut etiam Solon*. Lib. V. cap. IV. Σόλων ȣ̓, κ῀ σοιχάδας τινὰς ἐλαίας ἐκάλεσε ταῖς μορίαις ἀντιθεὶς, ἴσως τὰς κατὰ σοῖχον πεφυτευμένας. *Solon vero, σοιχάδας quoque oleas quaſdam dixit; opponens eas illis, quae μορίαι dicebantur: forte intelligens, quae ordine plantatae eſſent*. Lib. VI. cap. XXXVII. ſect. I. Ὠμοερκὲς δὲ, σκληρὸν παρὰ Σόλωνι. *Apud Solonem ὠμοερκὲς ponitur pro duro*. Lib. VII. cap. XXXII. Ἐπίμορος δὲ γῆ παρὰ Σόλωνι, ἡ ἐπὶ μέρει γεωργουμένη. *Terra vero ἐπίμορος dicitur apud Solonem, quae ex parte tantum culta eſt*. Denique lib. VIII. cap. VI. Σόλων μέντοι τὸ κλέμμα ἐν τοῖς νόμοις ὠνόμασε κλέπος. *Solon quidem furtum in legibus κλέπος adpellavit*. Ita etiam, quae citantur ab Heſychio in Ἀγχισίνδλων, Βάνειν, & Τριταία. Et Lyſias in Theomneſtum Orat. 1. varia vocabula profert, inde petita: Ποδοκάκη, Ἐπιορκήσαντα, Δρασκάζειν, Ἀπίλλειν, Στάσιμον, Πεφασμένως, Πολεῖσθαι, & Οἰκῆος. Didymus denique, proprium de iis opus ſcripſit ad Aſclepiadem: quod Plutarchus in principio ſtatim ipſo huius Vitae ſic commemorat. Δίδυμος ὁ γραμματικὸς, ἐν τῇ περὶ τ῀ ἀξόνων τ῀ Σόλωνος ἀντιγραφῇ πρὸς Ἀσκληπιάδην, Φιλοκλέους τινὸς τέθηκε λέξιν, ἐν ᾗ τὸν Σόλωνα πατρὸς Εὐφορίωνος ἀποφαίνει. *Didymus Grammaticus, in reſcripto De axibus Solonis ad Aſclepiadem, a Philocle quodam dici refert, Solonem patre Euphorione natum eſſe*. Ac, ſi quid iudico, ex hoc Opere ſine dubio eſt fragmentum, quod a Suida, & Harpocratione in ὁ κάτωθεν νόμος, in hunc modum exhibetur. Ἤτοι φησὶ τὴν Ἡλιαίαν· τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω ὀνομάζεσθαι, ἢ διὰ

(a) Quaedam heic eruditiſſimus *Sam. Pet.* adnotat, quae huc tranſcribere e re noſtra eſſe duxi. *Sed adſervabantur legum autographa in Acropoli, quae vero erant alibi, antigrapha tantum erant, unde ſi qua in Legis verbis movebatur controverſia, comparabantur illa antigrapha cum autographo, quod in Acropoli adſervabatur. Pollux.* ἀπέκειτο ȣ̓ οἵ τε Κύρβεις καὶ οἱ Ἄξονες ἐν Ἀκροπόλει πάλαι. αὖθις δ' ἵνα πᾶσιν ἐξῇ ȣ̓ντυγχάνειν, εἰς τὸ Πρυτανεῖον κ῀ τὴν ἀγορὰν μετεκομίσθησαν. *Repoſita igitur erant Legum exemplaria in Curia, & in Foro. An τὸ Βουλευτήριον nomine intelligit Anaximenes Prytaneum? de quo Pollux verbis laudatis. Plutarchus praeterea in Solone, de eius Axonibus, ὧν ἔτι καθ' ἡμᾶς ἐν Πρυτανείῳ λείψανα μικρὰ διεσωζετο. Polemon* ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένη. Ἄξονες ἀναγράφονται ἐν τῷ Πρυτανείῳ γεγραμμένοι, ἐς ἅπαντα μέρη. *Pauſanias Atticis.* πλησίον ȣ̓ πρυτανεῖόν ἐστιν, ἐν ᾧ νόμοι τε οἱ Σόλωνός εἰσι γεγραμμένοι. *Eratque Prytaneum in Foro, ut ex eodem Pauſania conſtat. An vero deſignatur Matris Deum AEdes? Nam haec etiam* Βουλευτήριον *adpellatur. Suidas.* Καὶ ἀφ' τ῀το οἰκοδόμησαν Βουλευτήριον, ἐς ȣ̓φιφράττοντες αὐτὸ καθιέρωσαν τῇ μητρὶ τ῀ θεῶν. *Leges autem reponebantur in hac AEde. Harpocration.* τὸς νόμους ἔθεντο ἀναγράψαντες ἐν τῷ Μητρῴῳ.

(b) Quum ſcriptae eſſent leges βουſροφηδὸν, verſus ille qui a dextra ad ſiniſtram ſcribebatur, adpellatur ex horum ſententia ὁ κάτωθεν νόμος, quod quam alienum ſit a vero, nemo eſt, niſi plane caecus, qui non videat, & nos late explicamus inferius. Quid autem ſit βουſροφηδὸν γράφειν late docuimus in ſcholio quod Supplemento Themidos Atticae in fine adſcripſimus.

Digitized by Google

nte in axibus: *Quandoquidem Agnunte*
ficium est populo. Hesychius in Προπλόρ-
Ἐν τοῖς ἄξοσιν ἡ λέξις φέρεται. *In axibus*
ulum exstat. Et in Τρεῖς Θεοί. Παρὰ Σό-
ἐν τοῖς ἄξοσιν ὅρκ@ τέτακται. *Apud Solo-*
in axibus, iusiuriandum constitutum
Appendix Vaticana Proverbiorum An-
e Schotti Cent. I. Proverb. XXIV. Ἐν
τοῖς Ἄξοσι νόμ@. καὶ τοὺς βόλιτον ὑφελομένους
ει. *Lex enim in axibus simi quoque fu-*
unit. Videndi quoque Suidas, & Har-
ation in Σίτ@: quorum loca emendavi
arum Lectionum lib. I. cap. XXII. Ex
m est, quamquam nulla plane eorum
tio fiat, quod Pollux citat lib. I. cap. I.
XXVI. Σόλων δὲ τὰ ἤμπηρα, καὶ ἀφελῆ ἐνό-
. *Solon vero mutila quae essent, etiam*
ñ nuncupavit. Lib. III. cap. II. sect. IV.
σθένης δὲ τῆς ἀνεψιότητ@ εἶρηκε, καὶ Σόλων,
osthenes vero, τῆς ἀνεψιότητ@ dixit, &
n. Et cap. III. sequenti sect. III. Ἰσαῖος
καὶ περικληῖτιν, ὥσπερ καὶ Σόλων. *Isaeus ve-*
περικληῖτιν; *ut etiam Solon*. Lib. V. cap.
Σόλων ᾗ, καὶ σαχάδας τινὰς ἐλαίας ἐκάλεσε
μορίαις ἀντιθεὶς, ἴσως τὰς κατὰ στοῖχον πεφυ-
νας. *Solon vero, σαχάδας quoque oleas*
dam dixit; opponens eas illis, quae μορίαι
antur: forte intelligens, quae ordine plan-
essent. Lib. VI. cap. XXXVII. sect. I.
ερικὲς δὲ, σκληρὸν παρὰ Σόλωνι. *Apud Solo-*
ὁμοερικὲς *ponitur pro duro*. Lib. VII. cap.
II. Ἐπίμορ@ δὲ γῆ παρὰ Σόλωνι, ἡ ἐπὶ
γεωργουμένη. *Terra vero ἐπίμορ@ dicitur*
Solonem, quae ex parte tantum culta
Denique lib. VIII. cap. VI. Σόλων μέντοι
λέμμα ἐν τοῖς νόμοις ὠνόμασε κλέπ@. *Solon*
dem furtum in legibus κλέπ@ adpellavit,
etiam, quae citantur ab Hesychio in
γισίνδλω, Βένειν, & Τριταία. Et Lysias in
eomnestum Orat. I. varia vocabula pro-
, inde petita: Ποδοκάκη, Ἐπιορκήσαντα, Δρ-
ξειν, Ἀπίλλειν, Στάσιμα, Πεφασμένως, Πολεῖ-
& Οἰκῆ@, *Didymus denique, proprium*
s opus scripsit ad Asclepiadem: quod
rchus in principio statim ipso huius
sic commemorat. Δίδυμ@ ὁ γραμματι-
τῇ περὶ τ ἀξόνων τ Σόλων@ ἀντιγραφῇ
σκληριάδην, Φιλοκλέους τινὸς τέχνην λέξιν,
τὸν Σόλωνα πατρὸς Εὐφορίων@ ἀποφαίνει.
us Grammaticus, in rescripto De axi-
lonis ad Asclepiadem, a Philocle quo-
ci refert, Solonem patre Euphorione na-
se. Ac, si quid iudico, ex hoc Ope-
e dubio est fragmentum, quod a Sui-
Harpocratione in ὁ κάτωθεν νόμ@, in
modum exhibetur. Ἤτοι φησὶ τὴν Ἡ-
τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω ὀνομάζεσθαι, ἢ
διὰ

πρυτανῖόν ἐστιν, ἐν ᾧ νόμοι τε οἱ Σόλωνός εἰσι γε-
. Eratque Prytaneum in Foro, *ut ex eodem Pausa-*
t. An vero designatur Matris Deum AEdes? Nam
m Βαλδυτήριον *adpellatur*. Suidas. Καὶ ἀφ' τοῦτο ἐκα-
Βαλδυτήριον, ἐ ἐξεφράσατις αὐτὸ καθιερωσεν τῇ μη-
ῶν. Leges autem reponebantur in hac AEde. Harpo-
τὰς νόμους ἔθηκε ἀναγράψαντες ἐν τῷ Μητρῴῳ.
scriptae essent leges βυτροφηδόν, versus ille qui a dex-
inistram scribebatur, adpellatur ex horum sententia ὁ
νομ@, quod quam alienum sit a vero, nemo est,
e caecus, qui non videat, & nos late explicamus in-
Quid autem sit βυτροφηδὸν γράφειν late docuimus in
uod Supplemento Themidos Atticae in fine adscripsi-

διὰ τὸ σχῆμα τῆς ἐν τοῖς ἄξοσι γραφῆς βυτροφη-
δὸν γεγραμμένης, ἣ τὸν ἀπὸ τ εὐωνύμων ἀρχόμε-
νον νέμον, κάτωθεν ὀνομάζῃ ὁ Δημοσθένης. ὅτι γάρ
φησι βυτροφηδὸν ἦσαν οἱ Ἄξονες καὶ οἱ Κύρβεις γε-
γραμμένοι, δεδήλωκεν Εὐφορίων ἐν τῷ Ἀπολλοδώρῳ,
ἢ ἐπέ φησι τοὺς ἄξονας καὶ τοὺς Κύρβεις ἄνωθεν τῆς
Ἀκροπόλεως, εἰς τὸ βουλευτήριον καὶ τὴν ἀγορὰν μετ-
εσησεν Ἐφιάλτης, ὥς φησιν Ἀναξιμένης ἐν Φιλιπ-
πικῷ. *Aut Heliaeam dicit, quod tribunalium alia quidem superiora, alia vero inferiora vocarentur; aut, propter figuram scripturae in axibus, boum sese in arando convertentium instar scriptae, legem a sinistra parte incipientem, Demosthenes inferiorem vocat; quod vero axes, atque cyrbes, eum in modum scripti essent, declaravit Eupborion in Apollodoro; aut, quia axes, atque cyrbes, de superiore loco ex arce in curiam, & forum, transtulit Ephialtes, ut auctor est Anaximenes in Opere De Philippo* (a). Scripsit porro commentarium in Solonis istos Axes Seleucus. Suidas in Ὀργεῶνες. Σέλευκ@ δ' ἐν τῷ ὑπομνήματι τ Σόλων@ ἀξόνων, ὀργεῶνάς φησι καλεῖῳ, τοὺς συλ-
λόγους ἔχοντας περί τινας ἥρωας, ἢ θεούς. *Seleucus vero, in Commentario in Solonis Axes, ait vocari Orgeones; qui in honorem heroum quorumdam, aut Deorum, conveniant*. Porro neque illud hic praetereundum; in his legibus multas pecuniarias antiquis numerorum notis expressas fuisse. Indicat Herodianus in tractatu de Numerorum notis. Ἔτι τῶν σημείων ἄν τις φάνη καὶ ταῦτα, ὅσα ἀριθμῷ σημεῖά ἐστι· καὶ γὰρ ταῦτα ἔνιοι ταῖς γραφαῖς τ βιβλίων ἐπὶ τοῖς πέρασιν ὁρῶ μὲν γραφόμενα. ἀλλὰ καὶ παρὰ Σόλωνι τῷ τοὺς νόμους Ἀθηναίων γράψαντι, τὰ ἐπ' ἀργυρίῳ πρασιμήματα, τέτοις ἐγὼ τοῖς γράμμασι σεσημασμένα. *Praeterea ex notarum genere dicat quispiam etiam eas (literas) esse, quae numeri notae sunt. Nam has & inscriptionibus librorum videmus in fine scribi: & apud Solonem quoque, qui Atheniensium leges conscripsit, pecuniarias multas iisdem video litteris notatas*. Quales vero eae notae fuerint, ipse postea valde adcurate exponit, multis verbis, uti etiam Priscianus De fig. & nom. numerorum: ac, quantumvis breviter tantum, Velius Longus lib. De Orthographia. Illud quoque hic addendum, quod Nicomacho, cui iniunctum a rep. ut describeret, tempus ad id quadrimestre datum fuerit, quamquam ille ad sexennium id ex-

tenderit; varieque eas tunc interpolaverit ac corruperit, pretio accepto. In hanc rem est Lysiae Oratio XXIX. in qua ista alibi verba. Ἐπειδὴ ᾔ τῶν νόμων ἀναγραφεὺς ἐγένετο, τίς οὐκ οἶδεν ὅσα τὴν πόλιν ἐλυμαίνετο; προσαχθὲν γὰρ αὐτῷ τεσσάρων μηνῶν ἀναγράψαι τοὺς νόμους τῷ Σόλων@, ἀντὶ μὲν Σόλων@ αὑτὸν νομοθέτην κατέ-
στησεν, ἀντὶ δὲ τεττάρων μηνῶν, ἓξ ἔτι τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο. καθ' ἑκάστην δὲ ἡμέραν ἀργύριον λαμ-
βάνων, τοὺς μὲν ἐνέγραφε, τοὺς δὲ ἐξήλειφεν. εἰς τοῦτο ᾔ κατέσημην ὥστε ἐκ τῆς τότε χάρτος τετα-
μεύμεθα τοὺς νόμους· καὶ οἱ ἀντίδικοι ἐπὶ τοῖς δικα-
στηρίοις ἐναντίους παρέχοντο, ἀμφότεροι παρὰ Νικο-
μάχου φάσκοντες εἰληφέναι. *Postcaquam vero legum scriba (Nicomachus) factus est, quis nescit, quantum reip. nocuerit? constitutis enim ipsi quatuor mensibus, ut Solonis leges describeret, ipse se Solonis loco pro legislatore gessit, ac, pro quatuor mensibus, sex annorum magistratum eum fecit; quotidie autem accepto pretio leges illas inscribebat, has delebat; eoque redacti fuimus, ut ex eius manibus, leges acciperemus: partesque adversae in iudicio diversas producerent leges, quas se a Nicomacho accepisse adfirmabant*. Ac de corruptis ab eo legibus, iterum postea ita ait. Ἀλλὰ ὅτε ὑμεῖς ἐκινδυνεύετε ἐκπλέοντες, ὅτ@ αὐτοῦ μέ-
νων τοὺς Σόλων@ νόμους ἐλυμαίνετο. *Vobis in mari periclitantibus, ipse, hic manens, leges Solonis corrumpebat* (b).

CAP. XXV.

Dierum a vicesimo mensis numerationem mutat; ac tricesimum, ἕνην, καὶ νέαν: primum νουμηνίαν adpellat. Archontes novem, ut unum in locum convenirent, ad dicendas ibi sententias, instituit. Homeri poemata alternatim cani praecipit; item aciem ad tibiam, & lyram, instruere: in Prytaneo victum habentibus cibum ordinat: meretrices emtas iuvenibus prostituit, & Veneris Vulgaris templum ex pecunia meritoria dedicat. Inde, obstrictis prius civibus iuramento in leges suas, in decem annos, ultro in exsilium abit.

DEinde instituit, ut tricesimus mensis dies ἕνη καὶ νέα diceretur: & ut archontes, qui seorsim magistratum exercebant, uno in loco, collatis sententiis, ius dicerent. Diogenes Laertius. Πρῶτ@ δὲ Σόλων τὴν τριακά-

(a) *Sam. Petitus Comment. ad Leges Atticas* aliam causam, unde ὁ κάτωθεν νόμ@ diceretur, a Viro Eruditissimo excogitatam probare non potest, atque ita disserit: *Interpretationes a Didymo adlatae quum Viro eruditissimo non probentur, & merito id quidem, novam commentus est, quam ita explicat. Distincti numero erant Solonis Axones, ut viuere est apud Plutarchum in Solone, ex quo item, ut & Harpocratione, constat in Axonibus singulas Leges numero notatas fuisse. Ac quae in parte inferiori scriptae essent, οἱ κάτω, sive κάτωθεν νόμοι dicebantur. Ecce apud Demosthenem in Aristocratem. Corrigitque in eamdem sententiam Harpocrationis locum in Σίτ@, ubi verba pariter corrupta & luxata: Σίτ@ καλεῖται ἡ διδομένη πρόσο-
δ@ εἰς τροφὴν ταῖς γυναιξίν, ἣ τοῖς ὀρφανοῖς, ὡς ἐξ ἄλλων μα-
θεῖν ἔστι, & ἐν τῷ ἐν Σόλων@ πρώτῳ κατὰ τὸν Ἄξον@, & ἐν τῆς Ἀριστοτέλους Ἀθηναίων πολιτείας. Nam quid hoc quaeso est? & ἐν τῷ ἐν τῷ Σόλων@ πρώτῳ κατὰ τὸν Ἄξον@. Restituit igitur in pristinum suum ordinem, & emendat: ὡς ἐν ἄλλων μαθεῖν ἔστι, & ἐν τῷ ἐν τῷ Σόλων@ πρώτῳ, ἐν τῷ κάτω τῷ Ἄξον@. Hoc ex aliis inquit, discere licet, & ex prima Solonis tabula, in inferiori eius parte. Eodemque exemplo emendat non minus corruptos Suidae codices. Sed tamen non possum ire in sententiam Viri Clarissimi: nam, quod ad Harpocrationem attinet, probandum foret in primo Solonis Axone cautum fuisse ἐν τῷ σίτῳ, τῷ διδομένῃ εἰς τροφὴν ταῖς γυναιξὶν καὶ τοῖς ὀρφανοῖς, at vero id facile non potest probari, imo contra e Plutarcho colligere est de rebus aliis Leges fuisse perscriptas in primo Axone, nam in eo cautum erat de non importandis alio terrae Atticae fructibus. Plutarchi verba haec sunt: τ δ γινομένων ἀλλάττεσθαι πρὸς ξένους ἐλαίᾳ μόνον ἐδωκεν, ἄλλα δ' ἐξάγειν ἐκώλυσεν· καὶ κατὰ τ ἐξαγόντων, ἀρὰς τ Ἀρχοντα ποιεῖσθαι προσέταξεν, ἢ ἐκτίνειν αὐτὸν ἑκατὸν δραχμὰς εἰς τὸ δημόσιον. & πρῶτ@ Ἄξων ἐστὶν ὁ τοῦτον ἐχέτω τ νόμων. Quod si quis in re adeo caliginosa coniecturae locus relinquatur, existimem potius, Leges has perscriptas fuisse in vicesimo primo Axone: eo me ducit Harpocrationis auctoritas: nam cavetur in illo Axone, ut is observat, de liberis. Harpocrationis ista sunt: ὅτι οἱ ποιητοὶ παῖδες ἐκπεσεῖν εἰς τ πατρῴων οἴκων ἐδύναντο, εἰ μὴ παῖδας γνήσιους καταλίποιεν ἐν τῷ οἴκῳ τῷ ποιησαμένου, Ἀντιφῶν Ἐπιτροπικῷ Καλλισράτους, & Σόλων ἐν εἰκοστῇ πρώτῃ τ νόμων, sive, ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ τ νόμων, ut legit CL. Meursius, ubi non intelligitur Lex vicesima prima, sed Legum primus & vicesimus Axon. Liberos quoque spectat hic σίτ@ matribus ἐπικλήρους, ut

Digitized by Google

δα, ἔνην καὶ νέαν ἐκάλεσεν, καὶ πρῶτος τὴν συναγωγὴν τῶν ἐννέα ἀρχόντων ἐποίησεν, εἰς τὸ συνειπεῖν· ὡς Ἀπολλόδωρός φησιν ἐν δευτέρῳ περὶ νομοθετῶν. *Primus autem Solon triceſimum menſis diem ἕνην καὶ νέαν adpellavit; & primus novem archontum congregationem, ad ſententiis communicatis ius dicendum, inſtituit: uti auctor eſt Apollodorus lib.* II. *De legumlatoribus.* De triceſimi diei adpellatione etiam Plutarchus tradit: qui hoc addit, primum itidem Νουμηνίαν adpellaſſe; & a viceſimo numerationem quoque detrahendo inſtituiſſe. Συνιδὼν δὲ τοῦ μηνὸς τὴν ἀνωμαλίαν, καὶ τὴν κίνησιν τῆς σελήνης, ὅτε δυομένῳ τῷ ἡλίῳ πάντως, ὅτ' ἀνίσχοντι συμφερομένην, ἀλλὰ πολλάκις τῆς αὐτῆς ἡμέρας καὶ καταλαμβάνουσαν καὶ παρερχομένην τὸν ἥλιον, αὐτὴν μὲν ἔταξε ταύτῃ, ἕνην καὶ νέαν καλεῖσθαι· τὸ μὲν πρὸ συνόδου μόριον αὐτῆς, τῷ παυομένῳ μηνὶ, τὸ δὲ λοιπὸν, ἤδη τῷ ἀρχομένῳ προσέχειν ἠγούμενος. πρῶτος (ὡς ἔοικεν) ὀρθῶς ἀκούσας Ὁμήρου λέγοντος,

Τῷ μὲν φθίνοντος μηνὸς, τῷ δ' ἑσαμένοιο.

Τὴν δ' ἐφεξῆς ἡμέραν νουμηνίαν ἐκάλεσε· τὴν δ' ἀπ' εἰκάδος οὐ προσιθεὶς, ἀλλ' ἀφαιρῶν, καὶ ἀναλύων, ὥσπερ τὰ φῶτα τῆς σελήνης ἧς ἑώρα μέχρι τριακάδος ἠριθμησεν. *Perſpecta autem menſis varietate, nec curſum Lunae vel cum exortu Solis, vel cum occaſu, prorſus congruere: verum ſubinde eam ſolem eodem die & adſequi, & praetergredi, hunc ipſum diem ἕνην καὶ νέαν, ultimam ac novam, adpellare iuſſit: partem eius, quae coitum Lunae cum Sole antecedit, deſinenti; reſiduam, inchoanti attribuendam arbitratus. Et fuit certe primus, qui Homerum percepit, canentem;*

Hic quum deſierit menſis, quum coeperit ille:
inſequentem vero diem, νουμηνίαν, *novilunium adpellavit. A viceſimo qui ſequuntur, non addendo, ſed detrahendo, & reſolvendo, prout lumen lunae, quam videbat, ſe haberet, uſque ad triceſimum diem numeravit.* Inſignis eſt in hanc rem locus Ariſtophanis in Nebulis.

Φ. Φοβεῖ γὴ δὴ τί; ΣΤ. τὴν ἕνην τε καὶ νέαν.
Φ. Ἕνη γάρ ἐστι καὶ νέα τις ἡμέρα;
ΣΤ. Εἰς ἥν γε θήσειν τὰ πρυτανεῖά φασί μοι·
Φ. Ἀπολοῦντ' ἄρ' αὖθ' οἱ θέντες· οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως
Μί' ἡμέρᾳ γένοιτ' ἂν ἡμέραι δύο.
ΣΤ. Οὐκ ἂν γένοιτο; Φ. Πῶς γὰρ, εἰ μή περ γ' ἅμα.
Αὐτὴ γένοιτο γραῦς τε καὶ νέα γυνή;
ΣΤ. Καὶ μὴν νενόμισαί γ'. Φ. οὐ γὰρ, οἶμαι, τὸν νόμον
Ἴσασιν ὀρθῶς, ὅ, τι νοεῖ, ΣΤ. νοεῖ δὲ τί;
Φ. Ὁ Σόλων ὁ παλαιὸς ἦν φιλόδημος τὴν φύσιν.
ΣΤ. Τουτὶ μὲν ὑδέπω πρὸς ἕνην τε καὶ νέαν.
Φ. Ἐκεῖνος ἦν τὴν κλῆσιν εἰς δύ' ἡμέρας
Ἔθηκεν, εἵς τε τὴν ἕνην τε καὶ νέαν.

Ἵν' αἱ θέσεις γίγνοιντο τῇ νουμηνίᾳ.
ΣΤ. Ἵνα δὲ τί τὴν ἕνην προσέθηκεν; Φ. ἵν', ὦ μέλης,
Παρόντες οἱ φεύγοντες ἡμέρᾳ μιᾷ
Πρότερον, ἀπαλλάττοιντ' ἐκόντες· εἰ δ' μὴ,
Ἔνδεν ὑπανιῶντο τῇ νουμηνίᾳ.
ΣΤ. Πῶς δ' οὐ δέχοντας δῆτα τῇ νουμηνίᾳ
Ἀρχαὶ τὰ πρυτανεῖ', ἀλλ' ἕνη τε καὶ νέᾳ;
Φ. Ὅπερ οἱ προτένθαι γὰρ δοκοῦσί μοι ταθεῖν,
Ἵν' ὡς τάχιστα τὰ πρυτανεῖ' ὀφελοίατο·
Διὰ τοῦτο προὐπέγνουσαν ἡμέρᾳ μιᾷ.

PH. *Quid ergo times, pater?* ST. *diem veterem, & novam.*
PH. *Quid? quaſi vero una dies vetus ſit, & nova?*
ST. *Certe hac ſe depoſituros in foro mihi*
Minantur foeneratores pecuniam.
PH. *Peribunt, ſi deponent: neque enim illud poteſt*
Fieri, una dies ut ſit biduum. ST. *quid? non poteſt?*
PH. *Quomodo? niſi forte una mulier ſimul ſiet*
Anus, & iuvenis. ST. *at lege ſic cautum eſt.* PH. *at hi,*
Quid lex velit, non recte intelligunt. ST. *cedo,*
Quid ergo vult? PH. *Solon ille antiquus, fuit*
Natura amans populi. ST. *hoc nihil ad veterem, & novam.*
PH. *Atqui is citationem poſuit in duos*
Dies: in veterem ſcilicet, & novam diem:
Vt depoſitiones fierent primo die:
Calendis nimirum menſis cuiuslibet.
ST. *Cur autem veterem adpoſuit.* PH. *Ideo, fatue homo,*
Vt poſtulati prius uno die in forum,
Quum adparuiſſent, ultro abirent: ſin minus,
Ii ſtatim ab aurora diei poſteri
Calendis ipſis vexarentur poſtmodum.
ST. *Cur ergo magiſtratus non capiunt Sportulam*
Calendis, ſed die vetere, & nova?
Cur uno praevertunt die? PH. *certe illi idem*
Faciunt, quod praeguſtatores facere ſolent:
Nam ut ſportulas praeripiant quam celerrime:
Idcirco nummos praeguſtant uno die.

De dierum computatione ſunt Diogenis Laertii iſta verba. Ἠξίωσέ τε Ἀθηναίους τὰς ἡμέρας κατὰ σελήνην ἄγειν. *Voluit etiam, ut Athenienſes dies ſecundum lunam putarent.* Homeri item poemata ut alternatim a ſe invicem excipientibus canerentur, inſtituit. Diogenes Laertius. Τά τε Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε ῥαψῳδεῖσθαι, οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐχόμενον. μᾶλλον δὲ Σόλων Ὀνομάκριτον ἐφό-

ſuo loco, Deo dante, dicemus, εἰς τροφὴν διδόμενον. *Quare ſuſpicor apud Harpocrationem reſcribendum eſſe,* ὡς ἐξ ἄλλων μαθεῖν ἔστιν, ἐν τῷ ἐπὶ τοῦ Σόλωνος πρῶτον καί. τοῦ Ἄξονος. *Diſcere, inquit, iſtud eſt, ex aliis, cum etiam ex Solonis primum viceſimo primo Axone, atque ex Ariſtotele de Athenienſium Republica. Eadem repones etiam apud Suidam. Quod vero attinet ad Demoſthenis verba* ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους, *miror tam eruditiſſimis viris potuiſſe negotium exhibere:* καίτοι ταῦτα πάντα ἀπείρηκεν ἄντικρυς, ἐν σαφῶς ὁ κάτωθεν νόμος, μηδὲ τοὺς ἰαλεμιότας, ἐν δεδογμένους ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ποιεῖν, *nam ita adpellatur, non quod ſcripta ſit haec Lex ima Axonis tabella, ſed quia infra laxdatur & recitatur: Atque haec interpretatio eſt ſimpliciſſima, neque enim Oratoris verba vel ullum faciunt indicium adpellari* τὸν κάτωθεν νόμον, *quia imo ſcribatur Axone.*

(b) Axes & Cyrbes Solonis βυτροφηδὸν ſcripti erant; ut apud Harpocrationem & Suidam nos docet *Didymus*, qui περὶ τῶν ἀξόνων τῶν Σόλωνος Commentarium ſcripſerat ad Aſclepiadem, teſte Plutarcho in Vita Solonis ipſo ſtatim initio. In Solonis axes ſcripſerat & Seleucus, teſte Suida in Ὀργεῶνες. Quid ſit ſcribere βυτροφηδὸν docet *Marius Victorinus Lib. I. Cap. de Verſu*, & exſuquuti ſumus in fine Supplementi Themidos Atticae.

Digitized by Google

Γ'ν' αἱ θέσεις γίγνωντο τῇ νουμηνίᾳ.
ΣΤ. Γ'να δὲ τί τὴν ἕνην προσέθηκεν; Φ. Γ'ν', ὦ
μελές,
Παρόντες οἱ Φεύγοντες ἡμέρᾳ μιᾷ
Πρότερον, ἀπαλλάττοιντ' ἐκόντες· εἰ δ' μὴ,
Ε'ωθεν ὑπανιῶντο τῇ νουμηνίᾳ.
ΣΤ. Πῶς δ' ὁ δέχοντας δίκα τῇ νουμηνίᾳ
Ἀ'ρχαὶ τὰ πρυτανεῖ, ἀλλ' ἕνη τε ἡ νέᾳ;
Φ. Ο'περ οἱ προτένθαι γὰρ δοκοῦσί μοι ταχέως,
Γ'ν' ὡς τάχιστα τὰ πρυτανεῖ' ὑφελοίατο·
Διὰ τοῦτο προὐτέλευταν ἡμέρᾳ μιᾷ.
PH. *Quid ergo times, pater?* ST. *diem veterem, & novam.*
PH. *Quid? quasi vero una dies vetus sit, & nova?*
ST. *Certe hac se deposituros in foro mihi*
Minantur foeneratores pecuniam.
PH. *Peribunt, si deponent: neque enim illud potest*
Fieri, una dies ut sit biduum. ST. *quid? non potest?*
PH. *Quomodo? nisi forte una mulier simul*
siet
Anus, & iuvenis. ST. *at lege sic cautum est.* PH. *at hi,*
Quid lex velit, non recte intelligunt. ST. *cedo,*
Quid ergo vult? PH. *Solon ille antiquus, fuit*
Natura amans populi. ST. *hoc nihil ad veterem, & novam.*
PH. *Atqui is citationem posuit in duos*
Dies: in veterem scilicet, & novam diem:
Ut depositiones fierent primo die:
Calendis nimirum mensis cuiuslibet.
ST. *Cur autem veterem adposuit.* PH. *Ideo, fatue homo,*
Ut postulati prius uno die in forum,
Quum adparuissent, ultro abirent: sin minus,
Ii statim ab aurora diei posteri
Calendis ipsis vexarentur postmodum.
ST. *Cur ergo magistratus non capiunt Sportulam*
Calendis, sed die vetere, & nova?
Ut uno praevertunt die? PH. *certe illi idem*
Faciunt, quod praegustatores facere solent:
Nam ut sportulas praeripiant quam celerrime:
Circo nummos praegustant uno die.

Serum computatione sunt Diogenis Laertii verba. Η'ξίωσέ τε Ἀθηναίους τὰς ἡμέρας σελήνην ἄγειν. *Voluit etiam, ut Athenienses secundum lunam putarent.* Homeri poemata ut alternatim a se invicem extribus canerentur, instituit. Diogenes ius. Τά τε Ο'μήρου ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε πρῶτος, οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἐκεῖθεν ἄρξαι τὸν ἐχόμενον. μᾶλλον δὲ Σόλων Ο'μήρου ἐφο-

quia infra laudatur & recitatur: *Atque haec interpre*
simplicissima, neque enim Oratoris verba vel ullum fa
dicium adpellari τὴ κατωθὼ νόμων, quia imo scribatur

ic Cyrbes Solonis βουστροφηδὸν scripti erant; ut apud Harnem & Suidam nos docet *Didymus*, qui ἐπὶ τῆ ἀξονολωνος Commentarium scripserat ad Asclepiadem, teste o in Vita Solonis ipso statim initio. In Solonis axes & Seleucus, teste Suida in Ο'ργάδων. Quid sit scriφηδὸν docet *Marius Victorinus Lib. I. Cap. de Versu*, uuti sumus in fine Supplementi Themidos Atticae.

φώτισεν ἡ Πεισίστρατος, ὥς φησι Διευχίδας ἐν πέμπτῳ Μεγαρικῶν. ἣν δὲ μάλιστα τὰ ἑπη ταυτὶ,

Οἱ δ' ἀρ' Ἀθήνας εἶχον,

Καὶ τὰ ἑξῆς. *Homeri quoque versus, statuit, ut alternis accinerentur* (a); *ita ut, ubi desiisset primus, inde initium alter faceret; magisque ea ratione Homerum Solon illustravit, quam Pisistratus* (b): *ut Dieuchidas commemorat, libro quinto Megaricorum. Versus autem isti potissimum erant;*

Qui vero Athenas habitabant,

& quae sequuntur. Quem Diogenis locum transcripsit Suidas in Ὑποβολή. Auctor quoque fuit, ut ad tybiam, & lyram, aciem instituerent. Sextus Empiricus Adversus Mathematicos lib. VI. Καὶ τὸ ταῖς Σόλωνος χρώμενοι παραινέσεσι, πρὸς αὐλὸν καὶ λύραν παρετάσσοντο, ἔνρυθμον ποιούμενοι. *Et qui Solonis utebantur adhortationibus, ad tibiam, ac lyram, aciem instruebant, numerosum in armis motum facientes.* Instituit etiam, ut in conviviis vinum dilutum biberent: & caupones quoque ipsi dilutum venderent. Indicat Alexis Comicus in Αἴσωπος istis versibus, qui exstant apud Athenaeum lib. x.

Α. Κύμψον γε τοῦτ' ἐξὶ παρ' ἡμῖν ὦ Σόλων.
Ε'ν ταῖς Ἀθήναις δεξιῶς θ' εὑρημένον.
Β. Τὸ ποῖον; Α. ἐν τοῖς συμποσίοις ἵν' ἣ πίνειν
Ἄ'κρατον. ἣ γὰρ ῥάδιον. πωλοῦσι γὰρ
Ε'ν ταῖς ἀμάξαις εὐθέως κεκραμένον,
Οὐχ ἵνα τι κερδαίνωσι. φ' δ' ὠνουμένων
Προνοούμενοι τοῦ τὰς κεφαλὰς ὑγιεῖς ἔχειν
Ε'κ κραιπάλης. ——

Α. *Lepidum, hoc est a vobis, o Solon,*
Athenis dextreque inventum.
Β. *Qualenam istud?* Α. *in conviviis ne bibatur*
Merum; neque enim id facile est; siquidem vendunt
In plaustris statim dilutum.
Non quod inde lucrum captent, sed quod mentibus
Bene consultum esse velint, ut capita sana habeant
A crapula. ——

Nec conviviis dumtaxat vinum suum ordinavit, sed & Prytaneo cibum; & constituit, ut, qui illic alebantur, mazam in cibum acciperent; in diebus vero festis etiam panem. Athenaeus lib. IV. Σόλων δὲ τοῖς ἐν Πρυτανείῳ σιτουμένοις, μάζαν παρέχειν κελεύει· ἄρτον δὲ ταῖς ἑορταῖς προσπαρατιθέναι. *Solon vero iis, qui alebantur in Prytaneo, mazam praeberi iubet; diebus festis etiam panem adponi.* Vt autem matrimoniorum honestati, ac securitati, consuleret, emtas mulierculas libidini iuvenum in ganeis prostituit; & ex quaestu quoque ipsarum templum struxit Veneri τῇ Πανδήμῳ, seu *Vulgari* cognominatae. Idem Athenaeus lib. XIII. Καὶ Φιλήμων δ' ἐν Δελφοῖς, προσισορῶν ὅτι πρῶτος Σόλων, διὰ τ' τῶν νέων ἀκμὴν, ἔσησεν ἐπὶ οἰκημάτων γυναῖκας πριάμενος, καϕὰ ϕ Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος ἱστορεῖ ἐν τρίτῳ Κολοφωνιακῶν, φάσκων αὐτὸν καὶ πανδήμε Α'φροδίτης ἱερὸν πρῶτον ἱδρύσασθαι. *Et Philemon in Delphis narrat insuper, quod primus Solon propter iuvenes aetate vigentes, mulieres emtas prostituerit in ganeis; quemadmodum item Nicander Colophonius refert, Colophoniacorum libro tertio, dicens, ipsum quoque, ex eo quaestu, quem fecissent illae suae meretrices in prostibulis, Veneris Vulgaris templum primum exstruxisse.* De coemtis meretricibus sunt Philemonis isti versus apud eumdem Athenaeum isto loco,

Σὺ δ' εἰς ἅπαντας εὗρες ἀνθρώπους· Σόλων.
(Σὲ γὰρ λέγουσι τοῦτ' ἰδεῖν) πρῶτον,
Δημοτικὸν ὦ Ζεῦ πρᾶγμα καὶ σωτήριον.
Καί μοι λέγειν τοῦτ' ἐξὶν ἁρμοδὸν Σόλων,
Μεσὴν ὁρῶντι τὴν πόλιν νεωτέρων,
Τούτους τ' ἔχοντας τὴν ἀναγκαίαν φύσιν,
Ἁμαρτάνοντας τ' εἰς ὃ μὴ προσῆκον ἦν
Στῆσαι πριάμενόν τι γυναῖκας κατὰ τόπους
Κοινὰς ἅπασι καὶ κατασκευασμένας.
Tu vero in omnes invenisti homines, Solon,
(Te enim primum hoc vidisse dicunt)
Rem, o Iupiter! popularem, & salutarem,
Mihique id dicere est conveniens, Solon:
Quum plenam videres urbem iuvenibus,
Qui necessariis naturae legibus obsequerentur,
Et delinquebant, in quo non conveniebat,
Mulieres mercatus, statuisti in locis suis,
Communes omnibus, & adparatas.

Harpocration. Νίκανδρος ἐν ἕκτῳ Κολοφωνιακῶν, Σόλωνά φησι σωμάτια ἀγοράσαντα εὐτρεπῆ, ἐπὶ στέγης στῆσαι, διὰ τὰς νέας, καὶ ἐκ τῶν περιγινομένων χρημάτων ἱδρύσασθαι Α'φροδίτης Πανδήμε ἱερόν. *Nicander libro sexto Colophoniacorum* (tertium dicit Athenaeus in citatis statim verbis) *narrat Solonem, corpora mercatum formosa, ea*

(a) Τὰ Ο'μήρου ἐξ ὑποβολῆς ῥαψῳδεῖσθαι, est Homeri poesim ordine debito confutam alternis recitare; ita ut, ubi unus desiisset canere, alter inde quod sequeretur, auspicaretur: Sicque unum Homericae poeseos conflaretur corpus; ut recte hunc locum interpretatus est, vir undecumque doctissimus Leo Allatius libro de patria Homeri cap. 5. Hesychius: ὑποβλήδην, ὑποβάλλων τ' λόγον πρὶν σιωπῆσαι τ' λέγοντα. ἄλλοι, ὑπολαμβάνων. Idem ergo ἐξ ὑποβολῆς quod ἐξ ὑπολήψεως. Plato in Hipparcho ea ipsa de re, de qua hic Laertius: Ε τὰ Ο'μήρου πρῶτος ἐκόμισεν εἰς τὴν γῆν ταυτηνὶ, Ε ἠνάγκασε τὸς Ῥαψῳδὸς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ δίεναι ὥσπερ νῦν ἔτι οἴδε ποιοῦσι. Id latini dicunt *legendi vicem excipere*. Suetonius in vita Horatii. Notandum autem obiter, non Soloni, ut Laertius, hanc legem tribuere Platonem, sed Hipparcho Pisistrati filio. Sic quoque AElianus Var. Histor. VIII. 2. Ἵππαρχος, ὁ Πεισιστράτε παῖς, πρεσβύτατος ὢν τ τῦ Πεισιστράτε, Ε σοφώτατος ὢν Ἀθηναίων· ὅτος Ε τὰ Ο'μήρου ἔπη, ἐκόμισε πρῶτος εἰς τὰς Ἀθήνας, κ' ἠνάγκασε τὸς Ῥαψῳδὸς τοῖς Παναθηναίοις αὐτὰ ἆδειν. Meminit Legis & Lycurgus orator ἐν τῷ κατὰ Λεωκράτους, sed sine auctoris nomine· βούλομαι δ' ὑμῶν καὶ τ Ο'μήρου παρασχέδ ἐπαινῶν. ὅτω γὰ ὑπελάβετο ὑμῶν οἱ πατέρες σπουδαῖον εἶναι ποιητὴν, ὥστε νόμον ἔθεντο καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα τ Παναθηναίων μόνε τ ἄλλων ποιητῶν ῥαψῳδεῖσθ τὰ ἔπη. Sed ad Laertium ut redeam, quid sit ἐξ ὑποβολῆς ῥαψῳδεῖσθαι, ipsemet interpretatur, οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι τ ἐχόμενον. Ceterum hic, pro τ ἐχόμενον, legebat, Florens Christianus, τ ἑπόμενον. Sed nihil mutandum, τ ἐχόμενον etiam Suidas agnovit in ὑποβολὴ, ubi hunc Laertii locum exscripsit. Perperam hunc locum intellexit, expositque *Ang. Maria Riccius*, huius urbis Grammatista, dixitque a Solone vetitum ne Homeri carmina recitarentur; quare ab eruditissimo Praeceptore meo *Ant. Maria Salvinio* veram eius intelligentiam ut acciperet opus fuit.

(b) Quomodo ergo Homerum Solon magis quam Pisistratus illustravit? an quia, inquit Aldobrandinus, quod lege decernitur, quodque publice fit, id illustrius est, quam quod privatim & ab uno? Existimabat Leo Allatius, loco laudato, quum ante Solonem omnia Homeri carmina confusa & sine ordine apud plerosque palarent; nec eorum series sine labore, & acri iudicio excogitari posset, recitationem illam ἐξ ὑπολήψεως, sive ἐξ ὑποβολῆς, id effecisse uti eorum rectus ordo haberetur. Haec ita ad Auctoris mentem digesta Pisistratus postea divisit in libros: quare maius Homericae poesi, quae obscura & confusa, tantum non contemtui erat, ex Solonis studio lumen, quum tunc clara apertaque per ora virum vagari coeperit, quam ex Pisistrati labore, accessisse videtur. In re tam obscura & difficili ὁδὸν ὁρίζω.

Digitized by Google

ea in tecto proſtituiſſe propter iuvenes; & ex pecuniis, quas lucratae illae eſſent, Veneris vulgaris templum dedicaſſe. Euſtathius ad Iliad. τ'. Ὅτι δὲ χρυσῷ ἡ τῦ μύθυ Ἀφροδίτη ἔχαιρε, δῆλον καὶ ἐκ τῦ ἱστορῦντος ὅτι Σόλων πανδήμυ Ἀφροδίτης ἱερὸν ἱδρύσατο ἀπὸ γυναίων, ἅπερ ἐπὶ οἰκημάτων ἐκεῖνος ἔσησε πριάμενος διὰ τοῦτο νέυς. χαίρει γὰρ ἡ δαίμων ταῖς χρυσαγωγοῖς ἑταίραισι. *Quod auro gaudeat Venus, de qua eſt in fabula, ille quoque manifeſtum facit, qui tradit, Solonem Veneris Vulgaris templum dedicaſſe e mulierum quæſtu, quas coemtas proſtituerat in cellis in adoleſcentum gratiam.* Poſtea, quia moleſti admodum cives eſſent, propter latas abs ſe leges, explicationem alibi, aut mutationem quoque poſtulantes, ut effugeret importunitatem eorum, legibusque auctoritatem conſervaret, naucleriae praetextu, petita a populo decennalis peregrinationis venia, navigio diſceſſit. Plutarchus. Ἐπεὶ δὲ τῶν νόμων ἐσενεχθέντων ἔνιοι τῷ Σόλωνι καθ' ἑκάσην προσήεσαν ἡμέραν, ἐπαίνυντες, ἢ ψέγοντες, ἢ συμβυλεύοντες ἐμβαλεῖν τοῖς γεγραμμένοις ὅ, τι τύχοιεν ἀφαιρεῖν. πλεῖσοι δ' ἦσαν οἱ πυντανόμενοι καὶ ἀνακρίνοντες, καὶ κελεύοντες αὐτὸν ὅπως ἔκασον ἔχει, καὶ πρὸς ἣν κεῖται διάνοιαν, ἐπεκδιδάσκειν καὶ σαφηνίζειν, ὁρῶν ὅτι ταῦτα καὶ τὸ μὴ πράτλειν, ἄτοπον, καὶ τὸ πράτλειν ἐπίφθονον, ὅλως δὲ ταῖς ἀπορίαις ὑπέκσῆναι βυλόμενος, καὶ διαφυγεῖν τὸ δυσάρεσον καὶ τὸ φιλαίτιον τῶν πολιτῶν, (Ἔργμασι (γὰρ) ἐν μεγάλοις πᾶσιν ἄδειν χαλεπὸν, ὡς αὐτὸς εἴρηκε) τρόσχημα τῆς πλάνης τὴν ναυκληρίαν ποιησάμενος, ἐξέπλευσε, δεκαετῆ παρὰ τῶν Ἀθηναίων ἀποδημίαν αἰτησάμενος. *Quia vero, perlatis legibus, addibant in dies aliqui Solonem, qui vel laudarent eas, vel culparent, monerentve, ut tabulis intexeret, vel demeret, quod cuique in mentem veniret; plurimi vero quærerent, iuberentque quemadmodum accipiendum quidque eſſet, quamque haberet ſententiam explicare, & edocere; conſiderans, niſi faceret, rem inſolentem fore; &, ſi faceret, invidioſam, atque ambiguitates eas ſtatuens omnino declinare, importunitatemque civium, & culpandi ſtudium effugere cupiens, (nam, ut ipſe ait, in magnis rebus omnibus placere eſt difficile) praetexens abſentiae naucleriam, enavigavit; quum prius ab Athenienſibus petiiſſet, ut decennalis peregrinationis gratiam ſibi facerent.* Quin & cives iureiurando obſtrinxit ad ſervandas per decennium iſtud leges. Herodotus lib. 1. Καὶ δὴ καὶ Σόλων, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὃς Ἀθηναίοισι νόμυς κελεύσασι ποιήσας, ἀπεδήμησε ἔτεα δέκα, κατὰ θεωρίης πρόφασιν ἐκπλώσας, ἵνα μὴ δή τινα τῶν νόμων ἀναγκασθῇ λῦσαι τῶν ἔθετο, αὐτοὶ γὰρ οὐκ οἷοί τε ἦσαν αὐτὸ ποιῆσαι Ἀθηναῖοι. ὁρκίοισι γὰρ μεγάλοισι κατέχοντο, δέκα ἔτεα χρήσεσθαι νόμοισι τὺς ἂν σφίσι Σόλων θῆται. *Tum vero Solon, vir Athenienſis, qui quum leges iubentibus Athenienſibus tuliſſet, decem annos peregrinatus eſt, praetextu contemplandi navigio conſcenſo, ne quam legum, quas tulerat, abrogare cogeretur; nam hoc Athenienſes ipſi facere nequibant, maximo iureiurando adacti, iis ſe legibus, quas ipſe tuliſſet, per decennium uſuros eſſe.* Proculus in Timaeum lib. 1. Ὅτι ὁ Σόλων ἀφίκετο εἰς Αἴγυπτον ὐ καθ' ἱστορίαν μόνον, ἀλλ' ἵνα κὴ χρόνον τινὰ κατὰ τὺς αὐτῦ νόμυς Ἀθηναῖοι ζῶσιν ὧν ὡμολόκεσαν αὐτῷ μηδένα λύσειν τῶν τεθέντων νόμων, δῆλον. *Quod vero Solon in AEgyptum contenderit, non dumtaxat eius perluſtrandae ſtudio, ſed ut aliquanto tempore Athenienſes viverent ſecundum leges, quas tuliſſet; quarumque ab ipſo latarum nullam ſe abrogaturos iuraverant manifeſtum eſt.* Elias Cretenſis in Gregorii Nazianzeni Orat. III. *Solon, quum ab Athenienſibus rogatus fuiſſet, ut leges eas ipſis ſtatueret, e quarum praeſcripto viventes quam optimi eſſent, ipſeque eos iuramento devinxiſſet, ſe totos decem annos continuos ea, quae ſanxiſſet, ſervaturos, quo nimirum his adſuefacti, ab his poſtea non facile dimoveri poſſent, eorum petitioni obſequitur. Legibus autem ſtatutis, ex urbe egreſſus, totos eos decem annos, quos ipſis praeſtituerat peregre egit.* Videndus etiam tibi Nonnus in collectione ſua Hiſtoriarum lib. 1. Profectionis vero huius meminit item Philiſcus in collquio cum Cicerone apud Dionem Caſſium libro XXXVIII. Τί γὰρ δεῖ τὸν Ἀριστείδην, τί δὲ τὸν Θεμιστοκλέα λέγειν; οὓς ἐνδοξοτέρυς ἡ φυγὴ ἐποίησε. τί τὸν Ἄννιον; τί δὲ Σόλωνα; ὃς ἑκὼν ἔτη δέκα ἀπεξενώθη. *Quid oportet Ariſtidem, quid Themiſtoclem commemorare? quos exſilium glorioſiores fecit; quid Annium? quid Solonem? qui ſponte per decem annos peregre fuit.* Marius Victorinus in Rhet. Cic. lib. 1. *Athenienſibus Solon leges ſcripſit; &, quia norat, multos eſſe in Republic. corruptiſſimos, in exſilium ultro profectus eſt.* Libanius Declam. XVI. *Qui vero e media Reipubl. adminiſtratione diſceſſerint, quales multos quum dicere poſſim, ipſum Solonem ſufficere exiſtimo; etenim ille, non, ut alius quivis, particeps Reipubl. factus, ſed qui ipſe illam conſtituiſſet, & civitati leges quoque poſuiſſet, ac pro vobis inſaniiſſet, (nam & Solon, uti ego, quum ſic ipſi viſum eſſet, inſanivit;) relicto vitae hoc inſtituto, diſcedens oberravit, ac negotia alia geſſit.*

CAP. XXVI.

In AEgyptum abit, ubi cum ſacerdotibus verſatur. Inde in Cyprum proficiſcitur, ubi urbem a ſuo nomine Solos dicit; quamquam alii id Ciliciae Solis tribuant, quidam utriſque. Hinc in Lydiam ſe recipit, & cum Croeſo rege loquitur. Gregorii Nazianzeni calumnia, Cedreni imperitia, & Ammiani Marcellini error.

ITaque conſcenſa navi, peregre profectus AEgyptum abiit, inde Cyprum; hinc in Lydiam ad Croeſum. Diogenes Laertius. Ἀπέπλευσεν εἰς Αἴγυπτον καὶ εἰς Κύπρον, καὶ πρὸς Κροῖσον ἦλθεν. *Navigio profectus eſt in AEgyptum, & in Cyprum, ac ad Croeſum.* Dicit autem iſtud factum occupata a Piſiſtrato Republica; quum Plutarchus illud referat accidiſſe poſt Rempubl. legibus latis ordinatam, ut robur iis per abſentiam decennalem compararet. Ita vero inquit. Πρῶτον μὲν οὖν εἰς Αἴγυπτον ἀφίκετο, καὶ διέτριψεν, ὡς καὶ πρότερον αὐτός φησι,

Νέ-

ἵνα κ᾽ χρόνον τινὰ κατὰ τὰς αὐτῆ νόμους Α᾽θη-
ζῶσιν ὧν ὠμολόκεσαν αὐτῷ μηδένα λύσειν τῶν
νων νόμων, δῆλον. *Quod vero Solon in AE-*
tum contenderit, non dumtaxat eius perlu-
ndae ſtudio, ſed ut aliquanto tempore A-
ienſes viverent ſecundum leges, quas tu-
t; quarumque ab ipſo latarum nullam
abrogaturos iuraverant manifeſtum eſt.
as Cretenſis in Gregorii Nazianzeni O-
III. *Solon, quum ab Athenienſibus roga-*
fuiſſet, ut leges eas ipſis ſtatueret, e
rum praeſcripto viventes quam optimi eſ-
t, ipſeque eos iuramento devinxiſſet, ſe to-
decem annos continuos ea, quae ſanxiſſet,
vaturos, quo nimirum bis adſuefacti, ab
poſtea non facile dimoveri poſſent, eorum
itioni obſequitur. Legibus autem ſtatutis,
urbe egreſſus, totos eos decem annos,
s ipſis praeſtituerat peregre egit. Viden-
s etiam tibi Nonnus in collectione ſua
ſtoriarum lib. 1. Profectionis vero huius
minit item Piliſcus in collquio cum Ci-
one apud Dionem Caſſium libro XXXVIII.
γὰρ δὴ τὸν Ἀριστείδην, τί δὲ τὸν Θεμιστοκλέα
εν; οὓς ἐνδοξοτέρους ἡ φυγὴ ἐποίησε. τί τὸν
ον; τί δ᾽ Σόλωνα; ὃς ἑκὼν ἔτη δέκα ἀπεξενώθη.
d oportet Ariſtidem, quid Themiſtoclem
memorare? quos exſilium glorioſiores fecit;
d Annium? quid Solonem? qui ſponte per
em annos peregre fuit. Marius Victori-
s in Rhet. Cic. lib. 1. *Athenienſibus Solon*
es ſcripſit; &, quia norat, multos eſſe in
ublic. corruptiſſimos, in exſilium ultro pro-
us eſt. Libanius Declam. XVI. *Qui vero*
nedia Reipubl. adminiſtratione diſceſſerint,
ales multos quum dicere poſſim, ipſum So-
em ſufficere exiſtimo; etenim ille, non, ut
us quivis, particeps Reipubl. factus, ſed
i ipſe illam conſtituiſſet, & civitati leges
oque poſuiſſet, ac pro vobis inſaniiſſet,
am & Solon, uti ego, quum ſic ipſi viſum
, inſanivit;) relicto vitae hoc inſtituto,
edens oberravit, ac negotia alia geſſit.

CAP. XXVI.

Egyptum abit, ubi cum ſacerdotibus ver-
ur. Inde in Cyprum proficiſcitur, ubi
em a ſuo nomine Solos dicit; quamquam
id Ciliciae Solis tribuant, quidam utriſ-
. Hinc in Lydiam ſe recipit, & cum
eſo rege loquitur. Gregorii Nazianze-
alumnia, Cedreni imperitia, & Ammia-
Marcellini error.

que conſcenſa navi, peregre profe-
us AEgyptum abiit, inde Cyprum;
in Lydiam ad Croeſum. Diogenes
us. Ἀπέπλευσεν εἰς Αἴγυπτον καὶ εἰς Κύ-
καὶ πρὸς Κροῖσον ἦλθεν. *Navigio profectus*
AEgyptum, & in Cyprum, ac ad Croe-
Dicit autem iſtud factum occupata a
to Republica; quum Plutarchus illud
accidiſſe poſt Rempubl. legibus latis
tam, ut robur iis per abſentiam de-
m compararet. Ita vero inquit.
μὴν οὖν εἰς Αἴγυπτον ἀφίκετο, καὶ διέτρι-
καὶ πρότερον αὐτός φησι,

Νά-

Νείλου ἐπὶ προχοῇσι, Κανωβίδ@ ἐγγύθεν ἀκτῆς.
Χρόνον δέ τινα κ᾽ τοῖς περὶ Ψένωφιν τ᾽ Ἡλιοπολίτην,
καὶ Σόγχιν τὸν Σαΐτην, λογιωτάτοις ἔσι τῶν ἱερέων, συνεφιλοσόφησε· παρ᾽ ὧν καὶ τὸν Ἀτλαντικὸν ἀκούσας λόγον (ὡς Πλάτων φησὶν) ἐπεχείρησε διὰ ποιήματ@ ἐξενεγκεῖν εἰς τοὺς Ἕλληνας. *Primum in AEgyptum eſt delatus, ibique commoratus, ut ipſe ante dicit,*

Ad Nili fauces, qua littora curva Canobi.
Aliquantiſper vero etiam cum Pſenophi Heliopolita, & Sonchi Saita, literatiſſimis ſacerdotum philoſophatus eſt; a quibus etiam, ut Plato auctor eſt, ſermonem Atlanticum quum audiviſſet, verſibus efferre ad Graecos eum inſtituit. Eius in AEgypto commorationis, & Sonchis Saitae, ac Pſenophios Heliopolitae meminit iterum lib. De Iſide, & Oſiride; niſi quod Oenuphis illic, qui Pſenophis hic, dicatur (a). De Sermone Atlantico eſt apud Platonem in Timaeo, & Critia, item Strabonem lib. II. In colloquio autem illo cum ſacerdotibus, quum de rebus antiquis interrogaret, quidam ipſum ſeniorum ſic affatus eſt. Ω᾽ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδες ἐσὲ, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔσιν. *O Solon, Solon, Graeci ſemper pueri eſtis; ſenex nullus eſt Graecorum.* Commemorat Plato in Timaeo; & ex eo Clemens Strom. I. Iuſtinus Martyr in Cohort. ad Graecos; Theodoretus Therapeut. lib. I. Cyrillus contra Iulianum lib I. Ex AEgypto in Cyprum profectus, magna in gratia apud Philocyprum fuit, eius regionis regem; qui AEpeam quoque urbem, ab eius nomine, Solos dixit. Plutarchus. Ἔπειτα πλεύσας εἰς Κύπρον, ἠγαπήθη διαφερόντως ὑπὸ Φιλοκύπρου τινὸς τῶν ἐκεῖ βασιλέων, ὃς εἶχεν ὀ μεγάλην πόλιν ᾠκισμένην ὑπὸ Δημοφῶντ@ τοῦ Θησέως, περὶ τὸν Κλάριον πολεμον, ἐκ χωρίοις ὀχυροῖς μὲν, ἄλλως δὲ δυσχερέσι καὶ φαύλοις κειμένην, ἔπεισεν ὃν αὐτὸν ὁ Σόλων, ὑποκειμένου καλοῦ πεδίου, μεταθέντα τὴν πόλιν, ἡ πίονα καὶ μείζονα καλασκευάσαι, καὶ παρὼν ἐπεμελήθη τοῦ συνοικισμοῦ, καὶ συνδιεκόσμησε πρός τε διαγωγὴν ἄρισα κ᾽ πρὸς ἀσφάλειαν, ὥσε πολλοὺς μὲν οἰκήτορας τῷ Φιλοκύπρῳ συνελθεῖν, ζηλῶσαι δὲ τὸς ἄλλους βασιλέας. διὸ καὶ τῷ Σόλωνι τιμὴν ἀποδιδὸς, Αἰπείαν καλουμένην τὴν πόλιν πρότερον, ἀπ᾽ ἐκείνου Σόλους προσηγόρευε. *Inde quum in Cyprum navigaſſet, maiorem in modum amatus fuit a Philocypro quodam, e regionis eius regibus; qui habebat oppidum non magnum, a Demophonte Theſei filio conditum, ad flumen Clarium, in munito quidem loco, verum aſpero, ſterilique. Ei Solon, quum bonum agrum ſubiectum haberet, auctor fuit, ut urbem transferret, amoenioremque, & ampliorem excitaret. Atque ipſe praeſens, ut frequentaretur oppidum cultoribus, curam egit, ſociuſque regis fuit in conſtituendo eo, cum ad vitam, tum ad ſecuritatem, commodiſſime tuendam, Vnde factum, ut incolae multi ad Philocyprum confluerent, ceterique item reges aemularentur. Qua de cauſa etiam honorem hunc Soloni habuit, uti urbem, ante AEpeam nominatam, Solos diceret.* Etymologici Auct. Σόλοι, ἡ ἐν Κύπρῳ πόλις. ἀπὸ Σόλων@ τοῦ Ἀθηναίων νομοθέτου. *Soli, urbs Cypri; a Solone Athenienſium legislatore.* Inde Plutarchi poſtrema haec verba profert. Alii non Cypri Solos, ſed Ciliciae a Solone conditos pariter, & denominatos tradunt. Diogenes Laertius. Ἐκεῖθέντε ἀπαλλαγὲς, ἐγένετο ἐν Κιλικίᾳ, καὶ πόλιν ᾤκισεν, ἣν ἀπ᾽ αὐτοῦ Σόλους ἐκάλεσεν. *Inde diſcedens in Ciliciam abiit; & urbem condidit, quam de ſuo nomine Solos adpellavit.* Stephanus. Σόλοι, Κιλικίας πόλις, ἡ νῦν Πομπηίου πόλις, Ἐκαταῖ@ Ἀσίᾳ. Κέκλησαι δὲ ἀπὸ Σόλων@. *Soli, urbs Ciliciae, quae nunc Pompeiopolis; Hecataeus in Aſia. Nominata vero eſt a Solone* (b). Achilles Tatius in Vita Arati in Solis Cypri cum Plutarcho conſentit; ſed Cypranorem, quem is Philocyprum, vocat. *Horum (in Cypro) Solorum meminit Solon, in Elegiis, ad Cypranorem regem; qui conſilio ab ipſo accepto de condenda urbe, eius cauſa eam Solos adpellavit, hanc ei pro conſilio gratiam rependens.* Propter hunc diſſenſum Auctorum, utramque urbem, cum Ciliciae, tum Cypri, ad Solonem conditorem refert Suidas, qui in eo quoque variat, quod profectionem hanc Solonis noſtri, non populi cauſa, ob recenter latas leges negotium ei faceſſentis, ſed Piſiſtrati (c), iam tyrannidem exercentis, atque inſidias tendentis, inſtitutam eſſe tradat. Ἐπιβουλευθεὶς δι᾽ ὑπὸ Πεισιστράτου τοῦ τυράννου, ἀπεδήμησεν ἐν Κιλικίᾳ καὶ ἔκτισε πόλιν, ἣν Σόλους ἐκάλεσε ἐξ αὐτοῦ· οἱ δὲ, καὶ τοὺς ἐν Κύπρῳ Σόλους, ἐξ αὐτοῦ φασι. *Inſidiis vero petitus a Piſiſtrato tyranno, in Ciliciam ſeceſſit; & urbem condidit, quam de ſuo nomine Solos adpellavit; Alii vero etiam Cypri Solos volunt ab eo nomen accepiſſe.* Et mox. Σόλοι. Σικελίας πόλις, καὶ Κύπρου. ἀφ᾽ ὧν ὁ σολικοιτμὸς, βαρβαριζόντων κατὰ τὴν ἰδίαν γλῶτταν. Σόλων δὲ ταύτην κτίζει. ἀφ᾽ οὗ τὴν ἐπουυμίαν ἔσχε. *Soli, Ciliciae, & Cypri urbs; unde ſoloeciſmus, quod ſua lingua barbare uterentur. Solon vero eam condidit, a quo etiam nomen accepit.* Inde in Lydiam, ad Regem Croeſum, id petentem, ſe recepit. Ac, quum Sardes adveniſſet, ſtatim in aulam deductus, Croeſum offendit, veſte multo ſplendidiſſima, auro, ac gemmis cooperta relucentem, quum ſe rebus, quae in oculos maxime incurrerent, nil moveri teſtaretur, iuſſit ei gazam

(a) *Clemens in I. Stromatum* Σεχνούφιδα adpellat. Γεγραπται δὲ, πυθαγόρας μὲν Σόγχηδι (lege Σόγχιδι) τῷ Αἰγυπτίῳ Ἀρχιπροφήτῃ μαθητεῦσαι· Σόλων δὲ, Σεχνουφιδι τῷ Ἡλιοπολίτῃ. Εὔδοξ@ δὲ, ὁ Κνιδι@ Κωνούφιδι, τῷ καὶ αὐτῷ Αἰγυπτίῳ. Vbi quoque obſervare eſt, Pythagorae, non Solonis, Sonchin praeceptorem dici.

(c) Locus *Stephani* paſſim corruptus legitur: Σόλοι, Κιλικίας πόλις, inquit, ἡ νῦν Πομπηίου πόλις· Κέκληται δὲ ἀπὸ Σολων@, ὡς Εὐφορίων ἐν ἄλσ.... ἀνεκτίση ὑπὸ Πομπηίου, καὶ μετωνομάσθη Πομπηιόπολις. Ibi legendum monet *Menagius*, ὡς Εὐφορίων ἐν Ἀλιάσω. Euphorionem περὶ Ἀλιάδων citat *Clemens Alexandrinus* Στρωμ. *Lib. I.* Apud *Stephanum* ſcriptum fuerat Εὐφορίων ἐν Ἀλ. compendioſe, pro ἐν Ἀλιάσω, ex quo poſtea imperiti librarii ἐν Ἀλι. fecerunt. Legi poſſet, & ἐν Ἀραῖς, in quibus citatur idem Euphorion eidem *Stephano* in Ἀλύγη: quae eſt *Tanaquilli Fabri* coniectura. Item & Χιμάσι, ut *Bochartus* coniiciebat, in quibus citatur ab *Athenaeo Lib. X. Cap. X* & a *Stephano* in Ἀσκαλία, & in Χαονία. Porro, ſtat a Laertio etiam *Euſtathius* ad Dionyſii Περιήγησιν, & Anonymus ſcriptor vitae Arati, niſi quod Solonem Lindium vocat, ut iam ad Caput I. adnotavimus.

(c) Vide infra *Cap. XXVIII.*

Digitized by Google

zam omnem, regiumque inſtrumentum univerſum aperiri, & oſtendi; poſt quae, quum rogaret Croeſus, ecquem ſe beatiorem uſquam noſſet; Tellum ait noſſe ſeſe, civem ſuum, virum bonum, & bonorum liberorum etiam patrem; qui, quum nil deſideraret, fortiter pro patria pugnans, glorioſe vitam in acie finiiſſet. Hic, miratus eum Croeſus, & pro ſtipite arbitratus, quod felicitatem humanam non argento, neque auro adfluente, metiretur; quem poſt Tellum collocaret, inquiſivit; ubi quum Bitonem, & Cleobim nominaſſet, fratres geminos, mutuo in ſe amore, & in matrem pietate excellentes; qui quum boves cunctarentur, ipſi plauſtrum ſubiiſſent, & parentem, ſacerdotem tunc Iunonis, in eius aedem pertraxiſſent, gratulantibus ipſi civibus exſultantem; qua de cauſa quum precata mater eſſet, ut quod optimum cenſerent, Dii illis largirentur, epulati cum eadem, ſomno capto, poſtero die longe placidiſſima morte obiiſſe ſunt inventi. Ad haec, quum iratus Croeſus interrogaret, an ne ullo infelicitatis gradu ipſum denique conſtitueret? mediam inter adulationem turpem, & offenſam imprudentem, viam inſiſtens; Graecis, inquit, rex Lydorum, quum alia omnia mediocria Dii dederunt, tum conſtantem ex mediocritate quamdam ſapientiam, plebeiamque, ſed non regiam, ſplendidamque, quae fortunae obnoxiam eſſe vitam hominis conſiderans, nec praeſentibus bonis animum umquam extollere, nec felicitatem ullius, temporis viciſſitudini opportunam, nimium ſuſpicere ſinit, quando ignoremus omnes, quid cuiquam evenire umquam poſſit; cui vero proſperitatem fine Deus confirmaverit, hunc beatum praedicamus. Haec loquutus, ac digreſſus, pupugit animum Croeſi Solon, non correxit. Et AEſopus, qui tunc magno in honore apud Croeſum verſabatur, dolens, ſic dimiſſum eſſe, ſine ullo humanitatis teſtimonio, quum adloqueretur ipſum, diceretque, reges, Solon, aut nequaquam, aut quam poteſt iucundiſſime, ſunt tractandi; immo, AEſope, inquit ille, aut nequaquam, aut quam optime. Ac tunc quidem non Solonis ullam ſibi rationem habendam eſſe Croeſus duxit; poſtquam vero, acie a Cyro victus, Sardibuſque item amiſſis, in poteſtatem eius vivus perveniſſet; ac cremandus pyrae exſtructae, adſpectantibus Perſis omnibus, etiamque ipſo Cyro adſiſtente, impoſitus eſſet, revocans Solonis dicta tunc ad animum, quantum extendere vocem potuit, ter, O Solon, exclamavit. Id quum miraretur Cyrus, miſit, qui ex eo quaereret, quis Deorum, hominumve, Solon eſſet, cuius ita in extremis meminiſſet: quumque Croeſus, quae iam dixi, memoraſſet, & relata haec Cyro eſſent, ille, Croeſo ſapientior, in praeſentia animum flectens, & incerta futurorum ſecum reputans, vitam Croeſo, & honores eſt largitus; retulitque illam inde laudem Solon, quod duorum regum alterum uno dicto conſervaſſet, alterum erudiiſſet. Huius rei ſtrictim meminerunt multi ex Auctoribus; fuſe autem retulerunt, cum Herodotus libro 1. tum Plutarchus in Solonis huius Vita, & Auſonius in Ludo ſeptem Sapientum, qui nonnihil in narratione ſua ab his variat; item Demetrius Triclinius in Commen. ad Trachiniarum initium; & Ioan. Tzetzes, Chil. v. Hiſt. v. Inprimis vero in hoc facto oſtendit Solon, quam divitias contemneret, animumque ſupra pecuniam longe haberet; itaque calumniae non poſſum abſolvere illum in Theologis Graecis inter primos recenſendum, Gregorium Nazianzenum, qui cuiuſdam inexplebilis avaritiae, ſine ulla ratione, Sapientem noſtrum accuſat, adverſus Iulianum Orat. 1. Ταῦτα μὲν ἤδη κ᾽ πολλῷ τιμιώτερα τῆς Σόλωνος ἀπληςίας τὸ σοφόν τε καὶ νομοθέτου, ἣν Κροίσου ἤλεγξε τῷ Λυδίῳ χρυσῷ. *Haec iam ſane ſapientis illius, ac legislatoris, Solonis inexplebili cupiditate, quam Croeſus auro Lydio coarguit, multo praeſtantiora ſunt.* Et veſtigiis quoque huius temere inſiſtit Elias Cretenſis in Commentario ad illum locum, verum omnino Cretenſis, iuxta illud Callimachium Hymno in Iovem,

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται. ——
Cretenſes ſemper mendaces. ——

Melius Nonnus, qui videtur excuſare iniuriam manifeſtam velle, quum exponit in hunc modum in Collectione ſua Hiſtoriarum lib. 1. *Redeuntem vero a theſauris Solonem interrogavit Croeſus; Ecquis tandem ex omnibus mortalibus ipſi beatiſſimus eſſe videretur; exiſtimans utique, eum felicitatis primas ipſi daturum. Solon autem, Tellum ſibi Athenienſem omnium omnino beatiſſimum videri reſpondit. Beatitudinem enim non in opibus, aut ſuperbia, ſed in vitae tranquillitate, & felicitate mortis conſtituebat. Inexplebilem itaque Solonem Croeſus vocat, quod maiores auro Lydio opes cernere deſideraret.* Vt calumniae vero Gregorium, ſic Cedrenum imperitiae bono iure accuſavero, quod Solonem captum potius a Croeſo fuiſſe, quam ſponte ſua, ac vocatum ad ipſum iviſſe, nobis memoret; quum Auctorum veterum neminem hic conſentientem ſibi dare poſſit. Ecce verba. Ἀπερχόμενον ὁ Κροῖσος καῆναι, ἀνέκραξεν, ὦ Σόλων, ὦ Σόλων. Τοῦτο ἀκούσας ὁ Κῦρος, ἐπύθετο τοῦ τίνος χάριν ὀνομάζοι τὸν Σόλωνα· καὶ πάρ᾽ αὐτοῦ ἀκούει, ὅτι ὅτε αἰχμαλωτεύσας τὸν Σόλωνα, ἠνεγκα αὐτὸν καυχώμενος ἐν τῇ δόξῃ μου, καὶ ἐν τῷ πλούτῳ δὲ βασιλείας μου, εἶπον αὐτῷ· δύνασαι εὑρεῖν ὦ Σόλων εὐδαιμονέστερον μου· καὶ εἴρηκέ μοι, ὅτι Διογένης ὁ Κυνικὸς εὐδαιμονέστερός σου ἐστὶ, καὶ ἄλλοι πολλοί. *Croeſus, quum iam ad ignem duceretur, exclamavit: o Solon, Solon. Id Cyrus audiens, cauſam, cur Solonem nominaret, requiſivit; atque is reſpondit: quum Solonem captivum haberem, abduxi eum, gloriam meam illi iactans, & divitias regni mei, ac rogavi; an quem me beatiorem invenire ipſe poſſet: reſpondit autem: Diogenem Cynicum illum eſſe, & alios multos.* Vbi alterum imperitiae non minoris argumentum mihi nota, quod Soloni mentionem Diogenis tribuat, qui centeſimo demum anno, ampliuſque

Digitized by Google

que vivere incepit, poſtquam Solon deſiiſ- A
ſet. Sed, ut merito hic Cedrenum repre-
hendo, quid Diogeni Cynico ipſi faciemus; qui in quadam ad Sinopenſes ſuos Epiſtola, ſe cum Solone, & iis, qui a Medorum ſervitute Graeciam liberaverant, vivere ſcribit iſtis verbis. Τμεῖς μὲν ἐμοῦ φυγὴν κατεψηφίσασθε, ἐγὼ δὲ ὑμῶν μονήν. οἰκήσετε γοῦν διὰ τοῦτο, ὑμεῖς μὲν Σινώπην, ἐγὼ δὲ Ἀθήνας. τυτέσιν ὑμεῖς μὲν μετὰ τῶν ἐμπόρων, ἐγὼ δὲ μετὰ Σόλωνος, καὶ τῶν τὴν Ἑλλάδα ἠλευθερωκότων ἀπὸ τῶν Μηδικῶν. *Vos quidem me exſilio damnaſtis; ego vero vos manſioni. Habitabitis itaque vos quidem Sinopen; ego Athenas, ideſt, vos quidem cum mercatoribus; ego autem cum Solone, atque iis, qui a Medorum ſervitute Graeciam liberarunt.* Atqui a Solonis obitu ad extrema tempora Medica anni ſunt plus ſeptuaginta, & ab iis ad nativitatem ipſius etiam plus ſexaginta. Verum, ut Cedrenum quidem excuſare minime poſſum, ita huic facile patrocinium invenio; nempe figurate loquitur, & ſe cum C
Solone vivere Sinopenſibus ſcribebat, quia ſub illius legibus; cum iis vero, qui Medorum ſervitutem propulſaverant, quia Athenienſes nempe illud fecerant, quorum filii, ac nepotes tunc adhuc in vivis erant. Atque hoc obiter per Cedreni occaſionem. De Telli vero, Cleobiſque, ac Bitonis felicitate a Solone apud Croeſum praedicata eſt Plutarchi quoque locus in libro De diſcr. adul. & amici. Καὶ Σόλωνος Κροίσῳ περὶ εὐδαιμονίας διαπυθανομένου, Τέλλον τινὰ τῶν οὐκ D
ἐπιφανῶν Ἀθήνησι, καὶ βίτωνα καὶ Κλέοβιν, ἀπέφηνεν εὐποτμοτέρους. *Et Solon, Croeſo de felicitate inquirente, Tellum quemdam obſcurum Athenis hominem, Bitonemque, & Cleobin, feliciores eſſe oſtendit.* Verum quod commemoratur Croeſo ſuggeſſiſſe Solon, non beatum praedicari quemquam poſſe ante vitae ſuae finem, id a pluribus celebratur. Iuvenalis Sat. x.

Feſtino ad noſtros, & Ponti tranſeo regem,
Et Croeſum; quem vox iuſti facunda Solonis E
Reſpicere ad longae iuſſit ſpatia ultima vitae.

Vbi Interpres eius vetus: *Quum interrogatus fuiſſet Solon a Croeſo, ſi aliquem vidiſſet tam glorioſe regnantem; ille dixit: debere vitae ultimae eventum exſpectare.* Auſonius in ſententiis ſeptem Sapientum.

Expectare Solon finem docet, ortus Athenis.

Et Solon ipſe apud eumdem.

Dico tunc beatam vitam, quum peracta
fata ſunt. F

Arrianus De Exped. Alex. lib. VII. Ἧς ἕνεκα κἀγὼ Σόλωνα Κροίσῳ παραινέσαι ἐκὼς, τέλος ὁρᾷν μακρῷ βίῳ, μηδὲ πρόσθεν τινὰ ἀνθρώπων ἀποφαίνειν εὐδαίμονα. *Cuius rei cauſa Solonem Croeſo ſuaſiſſe veriſimile eſt, ut longae vitae exitum ſpectaret, neque prius mortalium quemquam felicem iudicaret.* Sophocles dictum repraeſentans, Solonem eius auctorem, deſignat potius, quam nominat; quum ſic loquentem Deianiram introducit in Trachiniarum initio.

Λόγος μετὰ ἓς' ἀρχαίου ἀνθρώπων φανείς,
Ὡς οὐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοι βροτῶν, πρὶν ἂν
Θάνοι τις, ὅτ' εἰ χρηστὸς, ὅτ' εἴτῳ κακὸς.
Vetus hoc dictum eſt, priori ſaeculo celebratum;
Quod non liceat de cuiuſquam vita iudicare, priuſquam
Mortuus ſit, utrum ea bona fuerit, an mala.

Vbi vide Scholiaſten, & Demetrium Triclinium, uti etiam ad Oedipi tyranni finem. Adludit quoque Euripides in Heraclidis.

Δεσμοῖς τε δήσας χεῖρας, ἀκροθίνιον
Κάλλιστον ἥκοι τὸν στρατηλάτην ἄγων,
Τὸν ὄλβιον πάροιθεν. τῇ δὲ νῦν τύχῃ,
Βροτοῖς ἅπασι λαμπρὰ κηρύσσει μαθεῖν.
Τὸν εὐτυχεῖν δοκοῦντα μὴ ζηλοῦν πρὶν ἂν
Θανόντ' ἴδῃ τις, ὡς ἐφήμεροι τύχαι.
Ac vinculis colligatum manus, ſpolium
Pulcerrimum venit imperatorem ducens,
Illum beatum antea; praeſenti vero fortuna,
Mortalibus omnibus clare enunciat, ut diſcant,
Ei, qui beatus videtur, ne aemulentur,
priuſquam
Mortuum viderit quiſpiam; ita fortuna in
dies variat.

Meminerunt quoque Arrianus De rebus geſtis Alexandri lib. VII. Theodorus Ducas De Nat. comm. lib. v. Auctor. Τῶν θεολογουμένων τῆς ἀριθμητικῆς, ubi de numero quaternario agit; Maximus Tyrius Diſſert. xxxv. Theodoretus Therapeut. lib. v. Ioannes Saliſberienſis Policratici lib. VIII. cap. XIV. Nicetas ad Gregorii Nazianzeni Tetraſticha; Manuel Palaeologus Orat. I. & Anthologia Graecorum Epigrammatum lib. I. c. LXXXVI. Inquirit autem in hoc dictum Ariſtoteles Nicomach. lib. I. cap. XI. Πότερον οὖν οὐδ' ἄλλον οὐδένα ἀνθρώπων εὐδαιμονιστέον, ἕως ἂν ζῇ, κατὰ Σόλωνα δὲ χρέων τέλος ὁρᾶν· ἐὰ δὲ δὴ, καὶ θετέον οὕτως, ἆρά γε καί ἐστιν εὐδαίμων τότε ἐπειδὰν ἀποθάνῃ, ἢ τοῦτό γε παντελῶς ἄτοπον, ἄλλως τε καὶ τοῖς λέγουσιν ἡμῖν ἐνεργίαν τινὰ τὴν εὐδαιμονίαν, εἰ δὲ μὴ λέγομεν τὸν τεθνεῶτα εὐδαίμονα, μὴ δὲ Σόλων τοῦτο βούλεται, ἀλλ' ὅτι τηνικαῦτα ἄν τις ἀσφαλῶς μακαρίσειεν ἄνθρωπον, ὡς ἐκτὸς ἤδη τῶν κακῶν ὄντα καὶ δυσυχημάτων, ἔχει μὲν καὶ τοῦτο ἀμφισβήτησίν τινα. *Numquid igitur neque alius quiſquam homo, quod vivit, felix dicendus eſt; ſed ex ſententia Solonis finem ſpectare oportet? Quod ſi ita ſeſe habet, neque aliter ſtatuendum eſt, felixne tunc erit aliquis, ubi diem ſuum obierit? an abſurdum hoc plane exſiſtit, & alias quidem, & nobis, qui dicimus, felicitatem eſſe operationem quamdam? Quod ſi non dicimus, mortuum felicem eſſe (neque hoc Solon etiam voluit, ſed ſolummodo, tunc felicem hominem tuto dici poſſe, quippe qui iam extra mala, & infortunia ſit poſitus) etiam illud dubitationem quamdam habet.* Vbi vide item Euſtratium (a). Diſceſſit vero a Croeſo Solon ſua ſpon-

(a) Ovidius:

Sed ſcilicet ultima ſemper
Expectanda dies homini, dicique beatus
Ante obitum nemo, ſupremaque funera debet.

Lu-

ſponte, non ejectus, uti Ammianus tradit lib. xv. cap. v. *Croeſum legimus ideo Solonem regno ſuo expuliſſe, quia blandiri neſciebat.* Itaque errat manifeſto.

CAP. XXVII.

Interim diſſidio Athenis orto, & tripliciter diviſa civitate, domum redit; ubi Piſiſtrato, tyrannidem adfectanti, & potentiori fruſtra ſe opponit. Theſpin quoque Tragoedum increpat, prohibetque; ac de eo Suidae error indicatus.

AT Athenis dum ſic abeſt, tota Civitas in ſeditionem exarſerat, & Diacrii, Pediaei, Paralique inter ſeſe diſſidebant; ac Lycurgum Pediaei, Parali Megaclem, Diacrii Piſiſtratum ducem ſequebantur. Plutarchus. Οἱ δὲ ἐν ἄσει πάντες ἐστασίαζον ἀποδημοῦντος τοῦ Σόλωνος, καὶ προϊσταμένῳ τῶν μετὰ πεδιαίων Λυκοῦργος, τῶν δὲ παραλῶν Μεγακλῆς ὁ Ἀλκμαίωνος, Πεισίστρατος δὲ τῶν διακρίων. ἐν οἷς ἦν ὁ θητικὸς ὄχλος, καὶ μάλιστα τοῖς πλουσίοις ἀχθόμενος. *Cives vero urbani omnes, peregre abſente Solone, inter ſeſe diſſidebant, ac dux Pediaeorum erat Lycurgus; Paralorum Megacles, Alcmaeonis filius; Piſiſtratus vero Diacriorum; in quibus erat multitudo capite cenſa, eaque locupletibus vehementiſſime infeſta.* Inter haec domum reverſus, erat quidem apud omnes in auctoritate ſumma, & honore; ceterum robuſtiorem factionem, quam componi ut verbis poſſet, & oratione ſuada, facto aliquo inſigni, maſculoque ad opprimendum non ſuffecit; quum aetate jam ſenecta, labefactatis corporis viribus, animi quoque iuſtum robur deſtitueret. Plutarchus. Οὕτω δὲ τῶν πραγμάτων ἐχόντων, ὁ Σόλων παραγενόμενος εἰς τὰς Ἀθήνας, αἰδῶ μὲν εἶχε καὶ τιμὴν παρὰ πᾶσιν, ἐν δὲ καινῷ λέγειν καὶ πράσσειν ὁμοίως ἐκ' ἔτ' ἦν δυνατὸς, οὐδὲ πρόθυμος ὑπὸ γήρως. *Hoc rerum ſtatu regreſſo Solone Athenas, omnes quidem & reverebantur eum, & honorabant; ceterum ad dicendum, vel agendum in publico, neque viribus, neque animo ſufficiebat prae ſenio.* Poſteaquam factioni componendae imparem ſe animadverteret, principes ſeorſim adloquens, ut reduceret in concordiam operam dedit; eaque in re Piſiſtratum maxime ſibi auſcultantem invenit. Plutarchus. Ἀλλ' ἐτυγχάνων ἰδίᾳ τοῖς προεστῶσι τῶν φάτρων ἀνδράσιν, ἐπῆρτο διαλύειν καὶ συναρμόττειν, μάλιστα τῷ Πεισιστράτῳ προσέχειν δοκοῦντι αὐτῷ. *Capita vero factionum ſeorſim compellans, dirimere ea, & reducere in concordiam conatus fuit; Piſiſtrato maxime, ut videbatur, auſcultante.* Sed, quum poſtea obſtinatius ille pergeret, ut tyrannidem adfectaret, Pediaeis, Paraliſque iam ſuperior; ac vulneribus ſibi inflictis populum pro ſe concitaret, ille palam compellatum dehortari minime deſtitit (a). Plutarchus. Ἐπεὶ δὲ κατατρώσας αὐτὸς ἑαυτὸν, ὁ Πεισίστρατος, ἦκεν εἰς ἀγορὰν ἐπὶ ζεύγους κομιζόμενος, καὶ παρώξυνε τὸν δῆμον ὡς διὰ τὴν πολιτείαν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐπιβεβουλευμένος, καὶ πολλὰς εἶχεν ἀγανακτήσεις καὶ βοῶντας, προσελθὼν ἐγγὺς ὁ Σόλων καὶ παρασὰς, ὦ κακῶς (εἶπεν) ὦ παῖ Ἱππο-κράτους, ὑποκρίνῃ τὸν Ὁμηρικὸν Ὀδυσσέα. ταῦτα γὰρ ποιεῖς τοὺς πολίτας παρακρουόμενος, οἷς ἐκεῖνος τοὺς πολεμίους ἐξηπάτησεν αἰκισάμενος ἑαυτόν. *Poſtquam vero, inflictis ſibi vulneribus, in forum Piſiſtratus venit, curru vectus, populumque concitavit, tamquam Reipubl. cauſa inſidiis ab inimicis adpetitus, multoſque haberet indignantes, & clamantes, propius accedens Solon, adſiſtenſque; non recte, inquit, fili Hippocratis, imitaris Vlyſſem Homericum; nunc ſiquidem eadem ipſe facis ad decipiendos cives, quibus ille, quum ſe flagris concidiſſet, hoſti impoſuit.* Verum poſtquam per blanditias nil omnino profeciſſet, tamdem palam ſe oppoſuit; & lorica mox armatus, clypeoque populum pro concione exhortari non ceſſavit, ne deſererent libertatem, ſeque ducem ad vindicandam ſequerentur. Diogenes Laertius in eius Vita lib. 1. Ἀΐξας γὰρ εἴς τινα ἐκκλησίαν (b) μετὰ δόρατος καὶ ἀσπίδος, προεῖπεν αὐτοῖς τὴν ἐπίθεσιν τοῦ Πεισιστράτου· καὶ ὁ μόνον, ἀλλὰ καὶ βοηθεῖν ἕτοιμος εἶναι. *Quum veniſſet (Solon) in concionem quamdam cum lorica (c), & ſcuto, praedixit illi Piſiſtrati inſidias; neque id ſolum, ſed & ſe paratum eſſe opem ferre.* Hoc eſt, quod Valerius Maximus dicit libro v. capit. III. *Piſiſtrati tyrannidem primus (Solon) vidit orientem; & ſolus armis opprimi debere palam dictitare auſus eſt.* Quum vero neque ſic proficeret, poſitis ante curiam armis, ego, inquit, quantum potui patriae, & legibus opem tuli. Plutarchus. Οὐδενὸς δὲ προσέχοντος αὐτῷ διὰ τὸν φόβον, ἀπῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἑαυτοῦ, καὶ λαβὼν τὰ ὅπλα, καὶ πρὸ τῶν θυρῶν θέμενος εἰς τὸν στενωπὸν, ἐμοὶ μὲν, εἶπεν, ὡς δυνατὸν ἦν, βεβοήθηται τῇ πατρίδι καὶ τοῖς νόμοις. *At quum nemo, propter metum, auſcultaret, domum abiit; ſumtiſque armis, & in vico ante fores collocatis: Ego quidem quantum potui patriae, inquit, legibuſque opem tuli.* Diogenes Laertius. Ἤδη δὲ αὐτοῦ κρατοῦντος ὑ πάθων, ἔθηκε τὰ ὅπλα πρὸ τοῦ στατηγίου, καὶ εἰπὼν, ὦ πατρὶς, βεβοήθηκά σοι καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ, Ἀπέπλευσεν εἰς Αἴγυπτον. *Iam potito rerum (Piſiſtrato) ipſo, quum nequaquam perſuaderet, poſuit arma ante curiam; ac quum dixiſſet, Equidem, o patria, verbo, & opere, te adiuvi, in AEgyptum abnavigavit.*

Fa-

Lucanus:

Sic longior aetas
Deſtruit ingentes animos, & vita ſuperſtes
Imperio: niſi ſumma dies cum fine bonorum
Auſuit, & celeri praevertit triſtia leto
Dedecori eſt fortuna prior. Quiſquamne ſecundis
Tradere ſe fatis audet, niſi morte parata?

Petrarcha:

Ora di quel che ho letto mi ſouvene;
Che innanzi al dì dell' ultima partita
Vom' beato chiamar non ſi conuene.

(a) Vide *Piſiſtratum Cap. III.*

(b) Εἰς τὴν Ἐκκλησίαν malebat *Tanaquil. Faber* editio Baſileenſis, & Stephanica: Ἔϊξας γὰρ εἰς τινα Ἐκκλησίαν μετὰ δόρατος καὶ ἀσπίδος. Vbi ἤϊξας reſcribendum, quod pro ἄϊξας dicebant Attici, & ita apud Ariſtophanem non uno loco. *Menagius.*

(c) Vertendum eſt *lancea*, aut legendum θώρακος.

Digitized by Google

Factum ipsum, eodem modo, verba aliter narrat ipse Solon in Epistola ad Epimenidem (a). Ἐγὼ δὴ ξέμυθ@ πρὸ τῦ στρατηγίου τὰ ὅπλα εἶπον, τῶν μὲν μὴ αἰσθανομένων Πεισίστρατυ τυραννησείονλος εἶναι ξυνετώτερ@, τῶν δὲ ὀκνούνλων ἀμύναθαι ἀλκιμώτερ@. *Ego vero, positis ante curiam armis, iis, qui Pisistratum ad tyrannidem contendere nullo modo animadvertebant, prudentiorem me dicebam; iis autem, qui defendere non audebant, fortiorem.* Quomodo etiam Plutarchus refert. Ὁρῶν δὲ τὺς μὲν πενήλας ὁρμωμένυς χαρίζεθαι Πεισιστράτῳ, καὶ θορυβῶνλας, τὺς δὲ πλυσίυς ἀποδιδράσκονλας καὶ ἀποδηλιῶνλας, ἀπῆλθεν, εἰπὼν ὅτι τῶν μέν ἐσι σοφώτερ@, τῶν δ' ἀνδρειότερ@· σοφώτερ@ μὲν ὃ μὴ συνιέντων τὸ πρατλόμενον· ἀνδρειότερ@ δὲ τῶν συνιέντων μετὰ, ἐναντιῦθαι δὲ τῇ τυραννίδι φοβυμένων. *Quum videret pauperes quidem gratificari Pisistrato cupientes, ac tumultuantes, divites vero fugientes, timentesque, abiit dicens: Ego quidem his prudentior, illis fortior exsisto: ac prudentior quidem iis, qui non capiunt quid agatur; fortior autem his, qui isthoc capiunt quidem, sed tyrannidi obviam ire reformidant.* Meminerunt item Aristides in Orat. De Smyrna; & AElianus Var. Hist. lib. VIII. cap. XVI. Quumque custodiam corporis sui, quam petierat, Pisistratus obtinuisset, postulavit, ut, quas tulerat pridem, leges abrogarentur. Eamque in rem Polemonis declamatio fuit, cum hoc titulo: Ὁ Σόλων αἰτῶν ἀπαλείφθν τὺς νόμυς, λαβόντ@ τὴν φυλακὴν τῦ Πεισιστράτυ. *Solon petens ut leges sibi suas delere liceat, quum custodiam impetrasset Pisistratus*; ut est videre apud Philostratum in Polemonis Elogio Sophist. lib. I. Post haec, quamquam facto nil prodesse posset, verbis tamen non abstinuit; quae in isto rerum statu, dementis potius, quam prudentis viderentur; qua de re interrogatus, qui fiducia tanta ageret; Senio fretum se respondit. Plutarchus. Ἐπὶ τύτοις δὲ πολλῶν νυθετύντων αὐτὸν ὡς ἀποθανύμενον ὑπὸ τῦ τυράννυ, καὶ πυθομένων τίνι πισεύων οὕτως ἀπονοεῖται, τῷ γήρᾳ εἶπεν. *Super his quum multi ipsum admonerent a tyranno caesum iri, quaererentque qua re fretus hunc in modum dementiret, Senio, inquit.* Meminitque huius dicti iterum in libro An seni sit gerenda Respub. Cicero, non amicis ipsum admonentibus, sed Pisistrato ita respondisse dicit lib. De Senectute. *Hoc est illud, quod Pisistrato tyranno a Solone responsum est; quum illi quaerenti, Qua tandem spe fretus sibi tam audacter resisteret, respondisse dicitur, senectute.* Inter ista, dum luctatur cum Pisistrato pro Republ. Thespin tragoedias exhibere prohibuit. Diogenes Laertius. Καὶ Θέσπιν ἐκώλυσε τραγῳδίας ἄγειν τε (b) καὶ διδάσκειν, ὡς ἀνωφελῆ τὴν ψευδολογίαν. *Thespin tragoedias agere, ac docere vetuit, tamquam inutilem falsiloquentiam.* Fusius id Plutarchus memorat. Ἀρχομένων δὲ τῶν περὶ Θέσπιν ἤδη τὴν τραγῳδίαν κινεῖν, καὶ διὰ τὴν καινότητα τὺς πολλὺς ἄγοντ@ τῦ πράγματ@· οὔπω δ' ὡς ἄμιλλαν ἐναγώνιον ἐξηγμένυ, Φύσῃ φιλήκοος ὢν καὶ φιλομαθὴς ὁ Σόλων, ἔτι μᾶλλον ἐν γήρᾳ σχολῇ, καὶ παιδιᾷ καὶ νὴ δία πότοις καὶ μυσικῇ παραπέμπων ἑαυτὸν, ἐθεάσατο τὸν Θέσπιν αὐτὸν ὑποκρινόμενον, ὥσπερ ἔθ@ ἦν τοῖς παλαίοις. μετὰ δὲ τὴν θεὰν προσαγορεύσας αὐτὸν, ἠρώτησεν εἰ τοσύτων ἐναντίον ὐκ αἰσχύνεται τηλικαῦτα ψευδόμεν@· φήσαντ@ δὲ τῷ Θέσπιδ@, μὴ δεινὸν εἶναι τὸ μετὰ παιδιᾶς λέγειν τὰ τοιαῦτα καὶ πράσσειν, σφόδρα τῇ βακτηρίᾳ τὴν γῆν ὁ Σόλων πατάξας, ταχὺ μέντοι τὴν παιδιὰν ταύτην ἐπαινέντες καὶ τιμῶντες, εὑρήσομεν ἐν τοῖς συμβολαίοις. *Quum iam movere Thespis coepisset tragoediam, & detineret rei novitas multitudinem, (necdum enim ad certaminis contentionem res devenerat) ac natura Solon audiendi, discendique studiosus esset, magisque in senecta aetate in otium, ludumque se, immo etiam compotationes, musicamque remitteret, ipsum Thespin, uti mos veteribus erat, spectavit. Postquam vero finitum spectaculum esset, compellatum interrogavit; ecquid non puderet ipsum, coram tam multis tam multa mentiri? quumque Thespis responderet, non esse indignum, ea per ludum dicere, aut facere; Solon vehementer terra baculo concussa, Atqui, inquit, brevi ludum hunc laudantes, & honorantes, in contractibus inveniemus* (c). Factum vero isthuc ipsum circa initia tyrannidis Pisistrateae, uti certum ex Plutarcho; idest, Olympiade quinquagesima. Itaque graviter errat Suidas, qui Olympiade sexagesima prima Thespin fabulas primum docuisse nobis tradit in Θέσπις istis verbis: Ἐδίδαξε δὲ ἐπὶ τῆς πρώτης καὶ ἑξηκοστῆς Ὀλυμπιάδ@. *Egit vero fabulas Olympiade sexagesima prima.*

CAP. XXVIII.

Occupata Pisistrato Republ. in Lydiam se, & Cyprum recipit, varie a multis invitatus. Plutarchi error, & Herodoti, ac Diogenis Laertii indicatus.

POtiore iam Pisistrato, & Republ. occupata, continuisse se Solonem; & in Vrbe remansisse, nec amicis contra suadentibus obsequutum, sed carminibus Athenienses ob admissam servitutem incessisse tradit Plutarchus. Οὐδενὸς δὲ προσέχοντ@ αὐτῷ διὰ τὸν φόβον ἀπῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἑαυτῦ, καὶ λαβὼν τὰ ὅπλα, καὶ πρὸ τῶν θυρῶν θέμυν@ εἰς τὸ πενωτὸν, Ἐμοὶ μὲν, εἶπεν, ὡς δυνατὸν ἦν, βεβοήθηται τῇ πατρίδι, καὶ τοῖς νόμοις· καὶ τὸ λοιπὸν ἡσυχίαν ἦγε. καὶ τῶν φίλων φεύγειν παραινόντων, ὃ προσῆκεν, ἀλλὰ ποιήματα γράφων, ὠνείδιζε τοῖς Ἀθηναίοις. *At quum nemo, propter metum, au-*

(a) Iam quid περὶ γηπίστητ@ huiusmodi Epistolarum sentiendum sit alibi pronuntiavimus.

(b) Recte hic monuit *Casaubonus* pro ἄγειν legendum videri ᾄδειν. Vox ἄγειν, quae praecessit, fraudi fuit librario. ᾄδειν & διδάσκειν τραγῳδίας Poetae dicebantur.

(c) Ad Comoediae scriptionem, quod adtinet, adeo rem esse indecoram, & importunam existimarunt Athenienses, ut lege caverint, nequis Comoediam umquam Areopagitam scriberet, teste *Plutarcho* libro *De Gloria Atheniensium*. Exstat *AElii Aristidis* oratio de non agendis Comoediis Περὶ τῦ μὴ δεῖν κωμῳδεῖν. At *Gorgias* Tragoediam dicebat esse fallaciam, qua qui deciperet iustior esset non decipiente, & qui deciperetur, eo qui non deciperetur sapientior. Auctor *Plutarchus* in libro, quo tractat, quomodo iuveni audienda sint Poemata. *Menagius*. Consule *Cap. IV. Areopagi*.

auſcultaret, domum abiit; ſumtiſque armis, & in vico ante fores collocatis; Ego quidem, quantum potui, patriae, inquit, legibuſque, opem tuli; ac deinceps conquievit; nec, ſuadentibus amicis, uti in exſilium iret, morem geſſit; ſed, poemata ſcribens, Athenienſibus probra obiecit. Ac conquieviſſe quidem, & conviviis, ceteriſque oblectamentis ſe dediſſe, paullo ante quoque dixit iſtis verbis, ubi de Tragoedo Theſpi illi ſermo. Φύσῃ φιλήκοος ὢν καὶ φιλομαθὴς ὁ Σόλων, ἔτι μᾶλλον ἐν γήρᾳ σχολῇ καὶ παιδιᾷ καὶ νὴ δία πότοις ἡδυ μουσικῇ παραπέμπων ἑαυτόν. *Quum Solon audiendi, diſcendique ſtudioſus eſſet; magiſque in ſenecta aetate in otium, ludumque ſeſe, immo etiam compotationes, muſicamque remitteret.* Quam in rem ſunt illi quoque eius verſus, qui ab eo producuntur:

Γηράσκω δ' ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος.
Addiſcens vero plurima, fio ſenex.

Item.

Ἔργα δὲ Κυπρογενοῦς νῦν μοι φίλα ἠδὲ Διονύσου,
Καὶ Μουσέων, ἃ τίθησ' ἀνδράσιν εὐφροσύνας.
Sunt Veneris, Bacchique mihi nunc munera curae,
Muſarumque, viros quae recreare ſolent.

Qui ipſi etiam huius verſus proferuntur ab eodem in Convivio ſeptem Sapientum, ubi quod gaudere ſeſe Baccho dicit, eo quoque referri debent iſta Senecae De tranquillitate animi. *Vt libertatis, ita vini ſalubris moderatio eſt. Et Solonem indulſiſſe vino credunt.* Et Muſarum illi ſtudia grata fuiſſe teſtatur quoque inſigne opus de Atlantico ſermone, tunc ab eo inchoatum, ſed deſertum, magnitudinis ſuae taedio. Plutarchus. Ὁ δὲ Σόλων ἀψάμενος μεγάλης τῆς περὶ τὸν Ἀτλαντικὸν λόγου ἢ μῦθον πραγματείας, ὃν διήκουσε τῶν περὶ Σάιν λογίων, προτήκουσα τοῖς Ἀθηναίοις, ἐξέκαμεν, οὐ δι' ἀσχολίαν (ὡς Πλάτων φησὶν) ἀλλὰ μᾶλλον ὑπὸ γήρως, φοβηθεὶς τὸ μέγεθος τῆς γραφῆς. *At Solon quum magnum illud opus Atlantico ſermone, aut fabula, quam ex doctis Sai acceperat, convenientem Athenienſibus, inchoaſſet, defecit, non propter occupationes, ut vult Plato; verum magis propter ſenium, operis magnitudine territus.* Sed, Athenis ut Solon manſerit, poſt quam eae a Piſiſtrato occupatae, ſuadentibus etiam amicis, ut abiret, quamquam id Plutarchus dicat, mihi non fit veriſimile. Quin Diogenem Laertium ſequi hic malo; qui navigio diſceſſiſſe nobis tradit iſtis verbis. Ἤδη δ' αὐτῷ κρατοῦντι ὑπείθων, ἔθηκε τὰ ὅπλα πρὸ τῆς στρατηγίας, καὶ εἰπών, ὦ πατρὶς, βεβοήθηκάσοι καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἀπέπλευσεν. *Iam vero ipſo (Piſiſtrato) rerum potiente, poſuit arma ante praetorium, & dicens; O patria, ego tibi verbo, & opere opem tuli, abnavigavit.* Quamquam etiam ille certe in eo errat, quod AEgyptum petiiſſe tunc adfirmet; quum omnino illud factum, poſtquam leges condidiſſet, ut iam ante a me dictum. Vrbe vero exceſſiſſe, nec in ea remanſiſſe, auctor etiam Aulus Gellius lib. XVII. cap. XXI. *Servio autem Tullo regnante, Piſiſtratus Athenis tyrannus fuit, Solone ante in exſilium voluntarium profecto.* Sed non eſt alio teſte opus, quam Piſiſtrato, qui ad reditum invitat in Epiſtola, quae nunc legitur apud Diogenem, in qua iſta verba exſtant. Σοὶ δ' ἐγὼ οὔτε (a) μέμφομαι μηνύσαντι ἢ ἐμὴν διάνοιαν. εὐνοίᾳ γὰρ τῆς πόλεως μᾶλλον ἢ κατὰ τὸ ἐμὸν ἔχθος ἐμήνυες· ἔτι τε ἀμαθίᾳ τῆς ἀρχῆς ὁποίαν τινὰ ἐγὼ καλαςήσομαι. ἐπεὶ μαθὼν τάχα ἂν ἡνέσχου καθισαμένου, ἃ δὲ ἔφυγες. ἐπάνιθι τοίνυν οἴκαδε, πιςεύων μοι καὶ ἀνωμότῳ, ἄχαρι μηδὲν πέισεσθαι Σόλωνα ἐκ Πεισιςράτου, ἴσθι γὰρ μηδὲ ἄλλον τινὰ πεπουθέναι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν. εἰ δὲ ἀξιώσεις τῶν ἐμῶν φίλων εἷς εἶναι, ἔσῃ ἄνα πρώτους (b). (εἰ γάρ τι ἐν σοὶ ἐνορῶ δολερὸν ἢ ἄπιςον) εἴτε ἄλλως Ἀθήνησιν οἰκεῖν, ἐπιτετράψεται, ἡμῶν δὲ εἵνεκα μὴ ἐξέρηςο τῆς πατρίδος. *Te vero ego nullo modo culpo, quod propoſitum meum detexeris; quippe qui id benevolentia in Rempublicam potius, quam odio mei feceris, inſuper, quod ignorares, quomodo ego principatu uſurus eſſem; ſiquidem, ſi id ſciviſſes, forte me conſtituentem principatum aequo animo toleraſſes, neque in exſilium iviſſes. Itaque domum revertere, etiam iniurato credens, nil Solonem iniucundi a Piſiſtrato paſſurum; noſti enim, neque quemquam inimicorum grave aliquid paſſum eſſe; quod ſi locum inter amicos meos cupies, inter primos collocaberis; quando nec doloſum quidquam, aut infidum in te video; aut, ſi quocumque alio modo habitare Athenis cupies, integrum illud tibi erit; dummodo ne noſtra cauſa patria careas.* Et ipſe Solon in Epiſtola, qua reſpondet huic Piſiſtrati apud eumdem Diogenem. Πιςεύω μηδὲν κακῶν ἐκ σοῦ πέισεσθαι. εἰ γὰρ πρὸ τ' τυραννίδος φίλος σοὶ ἦν ..... ἐτανήκειν δέ μοι Ἀθήναζε οὐ καλῶς ἔχον ὁρῶ, μή μέ τις μέμψηται, εἰ διαθεὶς Ἀθηναίοις ἰσοπολιτείαν, καὶ παρὼν τυραννεύων, αὐτὸς ἐκ ἀξιώσας, νῦν ἐπανελθὼν ἀρεσκοίμην οἷς σὺ πράσσεις. *Credo equidem, nihil me abs te paſſurum mali; etenim ante tyrannidem amicus tibi earum ..... Athenas autem redire non honeſtum eſſe video; ne me quiſpiam reprehendat, qui Rempubl. aequalem Athenienſibus conſtituerim, ac tyrannidem quum liceret, exercere recuſaverim, nunc reverſus probare videar, quae tu facis.* Eſtque hoc ipſum animadvertere ex altera Epiſtola ad Epimenidem, quae ibidem exhibetur (c). Ergo manifeſtus eſt Plutarchi error; & AEliani, qui commemorat; & in urbe remanſiſſe, nullo malo a Piſiſtrato adfectum, & defunctum ibidem eſſe, ac ſepultum, ſtatuaque in foro poſita honoratum. Ita enim refert Var. Hiſt. lib. VIII. c. XVI. Οὕτως οὖν Πεισίςρατος εἶπε. αἰδοῖ τῇ πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ τὴν σοφίαν αὐτοῦ, εἴτε καὶ μνήμῃ τῶν ἐφ' ἡλικίας. (λέγεται γὰρ, αὐτὸν παιδικὰ γενέσθαι) οὐδέν γε ἔδρασε κακὸν Σόλωνα. ὁ δ' οὖν Σόλων ὀλίγον ὕςερον ὑπέργηρως ὢν τὸν βίον ἐτελεύτησεν, ἐπὶ σοφίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ μεγάλην ἀπλιτῶν δόξαν. καὶ ἀνέςησαν αὐτῷ χαλκῆν εἰκόνα ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἀλλὰ καὶ ἔθαψαν αὐτὸν δημοσίᾳ παρὰ τὰς πύλας πρὸς τῷ τείχει ἐν δεξιᾷ εἰσιόντων, καὶ περιῳκοδόμητο αὐ-

(a) Οὔ τι. *Stephani* editio, quod *Menagio* magis placet.
(b) MSS. & Stephani editio: Ἔσῃ ἂν πρῶτος.
(c) Quamvis hae Epiſtolae ſuppoſititiae exiſtimentur, & memoratorum Sapientum nomine confictae, liquet tamen ex iis veteres in ea fuiſſe opinione, quae vult Solonem ſub Piſiſtrati tyrannide Athenis commoratum non fuiſſe.

Digitized by Google

αὐτῷ ὁ τάφος. *Atqui tamen Pisistratus, sive reverentia viri, sive recordatione adolescentiae, qua in deliciis ipsi fuisse dicebatur, nihil mali fecit Soloni. Solon vero paulo post, aetate grandis, vitam finiit; magna gloria sapientiae, & fortitudinis relicta. Atque in honorem eius aenea statua in foro posita est; quin & publice ipsum sepelierunt iuxta portam, & murum urbis, ad dextram introitus; monumentumque eius muro circumdatum est.* Quonam ergo se recepit? Invitabat perbenigne Miletum Thales. Ecce tibi verba eius in Epistola. Γ'παρχοις ἐξ Α'θηναίων δοκέεις ἄν μοι ἁρμοδιώτατα ἐν Μιλήτῳ οἶκον ποιέεσθαι παρὰ τοῖς ἀποίκοις ὑμέων. καὶ γὰρ ἐνταῦθά τοι δεινὸν οὐδέν. εἰ δὲ ἀχαλήσεις, ὅτι καὶ Μιλήσιοι τυραννεύμεθα (ἐχθαίρεις γὰρ πάντας αἰσυμνήτας) ἀλλὰ τέρψιος ἂν σὺν τοῖς ἑταίροις ἡμῖν καταβιούς. *Si paulisper Athenis exceseris, commodissime mihi Mileti domicilium ponere posse videris apud colonos vestros; neque enim hic quidquam grave est. Quod si apud Milesios quoque tyrannidem esse indignaris, (siquidem omnes aesymnetas (a) odio habes,) at nobiscum, qui amici tui sumus, vivere gratum tibi erit.* Bias Prienen evocabat. Id testatur in eadem Epistola Thales. Ε'πέσταλε δέ σοι κὴ Βίης ἥκειν ἐς Πριήνην. *Scripsit etiam tibi Bias ut Prienen venias.* Epimenides in Cretam pertrahere est conatus. Ita etiam ad ipsum scribit. Θάρρει ὦ ἑταῖρε. αἰ γὰρ ἔτι ζητεύσιν Α'θηναίοις καὶ μὴ εὐνομημένοις ἐπεθήκατο Πεισίστρατος, εἶχε καὶ τὰν ἀρχὰν ἀεὶ, ἀνδραποδιξάμενος τὼς πολίτας. νῦν δὲ ὑ κακὼς ἄνδρας δαλῶται τοὶ μεμναμένοι τᾶς Σόλωνος μανύσιος, ἀλγέωσι μετὰ αἰσχύνας, οὐ δὲ ἀνέξονται τυραννεύμενοι. ἀλλ' αἴκε Πεισίστρατος καταστχεθῇ τὴν πόλιν, ὑ μὲν ἐς παῖδας τήνω ἔλπομαι τὸ κράτος ἵξεσθαι. δυσμάχανον γὰρ, ἀνθρώπως ἐλευθερικαζομένους ἐν δεσμοῖς ἀρίσοις, δούλως ἦμεν. τὸ δὲ μὴ ἀλᾶσθαι, ἀλλ' ἔρπε ἐς Κρήτην ποθ' ἁμέ. τουτᾶς γὰρ ὐκ ἐσεῖται τοὶ δεινὸς ὁ μόναρχος. *Bono, o amice, animo esto. Si enim iam servientibus Athenien sibus, neque bonas leges habentibus, dominaretur Pisistratus, principatum in subiectos sibi cives sempiternum habere posset; nunc viris non malis servitutem imposuit; qui, Solonis monitorum memores, dolent cum pudore; neque opprimi tyrannide sustinebunt. Verum, etsi civitatem in potestate Pisistratus teneat, non tamen ad liberos eius imperium perventurum spero; difficile enim est, Viros, antea libertate sub legibus praestantissimis fruitos, servos esse. Tu vero, ne circumerres; quin in Cretam, ad nos veni; non enim tibi tyrannis gravis erit.* Cleobulus, uti Lindum ad se veniret rogavit istis litteris. Πολλοὶ μέν τινές εἰσιν ἑταῖροι, καὶ οἶκος παντί. Φαμὶ ὅ ἐγὼ πλουσιωτάταν ἐσεῖσθαι Σόλωνι τὴν Λίνδον δαμοκρατεομέναν· καὶ ἁ νᾶσος πελαγία, ἔνθα οἰκέοντι οὐδὲν δεινὸν ἐκ Πεισιστράτου. καὶ τοὶ ἑταῖροι δὲ ἑκαστόθεν παρὰ τοὶ βασεῦνται. *Amici quidem tibi sunt multi, & domus ubique: verum ego, Soloni Lindum, populari imperio utentem, iucundissimam fore affirmo. Et insula undique adluitur; in qua habitanti nihil grave a Pisistrato metuendum; & amici undique ad te accedent.* De-

Meursii Tom. II.

(a) Videndus *Scholiastes Sophoclis* ad *Oedipum* Tyrannum, & *Alaobrandinus* ad hunc locum.

nique a Croeso rege in Lydiam invitatus fuit, ut ipse nobis Solon testis in Epistola hac ad eum. Α'γαμαί σε τῆς περὶ ἡμᾶς φιλοφροσύνης· καὶ νὴ τὴν Α'θηνᾶν, εἰ μὴ περὶ παντός μοι ἦν οἰκεῖν ἐν δημοκρατίᾳ ἐδεξάμην ἂν μᾶλλον τὴν δικίταν ἔχειν ἐν τῇ παρὰ σοὶ βασιλείᾳ, ἢ Α'θήνησι, τυραννεῦντος βιαίως Πεισιστράτου. *Amplector tuam in nos benevolentiam; &, per Minervam, nisi omnino constituissem in libera Republ. habitare, mallem tecum in regno tuo commorari, quam Athenis, Pisistrato per vim tyrannidem usurpante.* Et Ausonius in septem Sapientibus, sic loquentem eum de hac vocatione introducit.

Rex, an tyrannus, Lydiae Croesus fuit?
Hic in beatis, dives insanum in modum,
Lateribus aureis templa qui divis dabat,
Is me evocavit. ——

Sed, tam multis invitantibus, quonam ivit? si quid iudico, in Lydiam ad Croesum; atque ita sentiendi mihi ipse Solon auctor, qui in fine citatae statim a me epistolae ita scribit. Α'φίξομαι δ' οὖν παρά σε, στεύδων σου ξένος γενέσθαι. *Veniam tamen ad te, ut hospitio tuo ocyus fruar.* Errat igitur Plutarchus, & eo prior quoque Herodotus; qui profectionem ad Croesum institutam tunc commemorant, postquam, confirmandis legibus, in decennium peregre abiit; uti ante a me dictum. Rectius multo Diogenes; qui Rep. a Pisistrato occupata, id factum dicit; quamquam in eo iterum falsus, quod Aegyptum eodem tempore aditam tradat; hanc enim sine ullo dubio tunc accessit, quum ad leges per absentiam stabiliendas, decennalem peregrinationem instituit. Non potuisse autem Solonis profectionem hanc ad Croesum fieri mox a latis legibus, id est, circa Olympiadem XLVII. inde certo sat pronuntiari potest, quod is regnum demum adierit Olymp. LIV. anno II. ut videre est apud Eusebium Chron. lib. II. Post, a Croeso quum discederet, Cyprum petiit, qua de re Plutarchum sequutus, qui hic quoque itidem errat, supra egi. Nam, tum demum Cyprum eum adiisse, hinc manifestum esse potest, quod ibidem tandem obierit; quemadmodum ostendam infra cap. ultimo.

CAP. XXIX.

Dicta eius praeclarissima.

HActenus, quae facta ab eo commemoravi; nunc praeclare ab eo dicta mihi referenda puto; quorum ista recensentur a Diogene. Ε'λεγε δὲ τὸν μὲν λόγον εἴδωλον εἶναι τῶν ἔργων. βασιλέα δὲ τὸν ἰσχυρότατον τῇ δυνάμει. τοὺς δὲ νόμους τοῖς ἀραχνίοις ὁμοίους. καὶ γὰρ ἐκεῖνα, ἐὰν μὲν ἐμπέσῃ τι κοῦφον κὴ ἀσθενὲς, σέζειν. ἐὰν δὲ μεῖζον, διακόψαν οἴχεσθαι. ἔφασκέ τε σφραγίζεσθαι τὸν μὲν λόγον σιγῇ, τὴν δὲ σιγὴν καιρῷ. ἔλεγε δὲ τὰς παρὰ τοῖς τυράννοις δυναμένας, παραπλησίας εἶναι τοῖς ψήφοις τοῖς ἐπὶ τῶν λογισμῶν. καὶ γὰρ ἐκείνων ἑκάστην ποτὲ μὲν πλείω σημαίνειν, ποτὲ δὲ ἧτλω· καὶ τούτων τοὺς τυράννους ποτὲ μὲν ἕκαστον μέγαν ἄγειν καὶ λαμπρὸν, ποτὲ δὲ ἄτιμον. ἐρωτηθεὶς διά τί κατὰ πα-

τροκτόνυ νόμον ἐκ ἔθηκε, διὰ τὸ ἀπελπίσαι, ἔφη. πῶς τε ἤκισα ἀδικοῖεν οἱ Ἄνθρωποι, εἰ ὁμοίως (ἔφη) ἄχθοιντο τοῖς ἀδικουμένοις οἱ μὴ ἀδικούμενοι. καὶ τὸν μὲν κόρον ὑπὸ τοῦ πλήτυ γενέσθαι, τὴν δ' ὕβριν ὑπὸ τοῦ κόρου. *Aiebat, ſermonem quidem eſſe operis imaginem* (a); *regem vero, qui potentia plurimum valeret; leges vero, araneorum tectis* (b) *ſimillimas; illas enim, ſi quid leve, & imbecillum, incideret, iſtud tegere; ſi quid maius, id diffindere, ac evadere. Sermonem ſilentio ſignari; ſilentium tempore. Qui apud tyrannos potentes eſſent, calculis, quorum in ſubducendis rationibus uſus, ſimiles exſiſtere; ut enim illi interdum maiorem numerum, interdum minorem ſignificant; ita & tyrannos horum quemque aliquando magnum, ac ſplendidum, aliquando ſine ullo honore habere. Interrogatus, qua ratione homines quam minime iniuſte agerent; ſi pariter, inquit, adficerentur, quibus nulla facta iniuria eſt, atque illi, quibus facta eſt. Inſuper, ſatietatem e divitiis, contumeliam e ſatietate gigni.* Item iſta. Καλοκαγαθίαν ὅρκυ πιστοτέραν ἔχε. μὴ ψεύδυ. τὰ σπυδαῖα μελέτα. φίλυς μὴ ταχὺ κτῶ, οὓς δ' ἂν κτήσῃ, μὴ ἀποδοκίμαζε. ἄρχε, πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι. συμβάλευε μὴ τὰ ἥδιςα, ἀλλὰ τὰ ἄριςα. νῦν ἡγεμόνα ποιοῦ. μὴ κακοῖς ὁμίλει. θεοὺς τίμα. γονέας αἰδοῦ. *Probitatem iuramento fideliorem cenſe. Mentiri noli. Praeclara ſedulo meditare. Amicos cito noli parare; quos autem paraveris, ne reiicias. Tunc rege, quum primum didiceris regi. Conſule, non quae ſuaviſſima, ſed quae optima. Mentem ducem ſequere. Ne cum malis converſeris. Deos honora. Parentes revererere.* Rurſum iſtud. Μηδὲν ἄγαν. *Ne quid nimis.* Ad primum quod attinet, ſermonem eſſe operis imaginem fuſius commemorat Syrianus ad Hermogenem in hunc modum. *Quemadmodum etiam Solon clamat. Qualis eſt vita, talis quoque oratio; & qualis oratio eſt, tales etiam actiones.* Apud Valerium Maximum iſta traduntur lib. VII. cap. II. *Solon, quum ex amicis quemdam graviter moerentem videret, in arcem perduxit, hortatuſque eſt, ut per omnes ſubiectorum aedificiorum partes oculos circumferret; quod ut factum animadvertit, cogita nunc tecum, inquit, quam multi luctus ſub his tectis & olim fuerint, hodieque verſentur, inſequentibuſque ſaeculis ſint habitaturi; ac mitte mortalium incommoda, tamquam propria, deflere* (c). *Idem aiebat; ſi in unum locum cuncti mala ſua contuliſſent, futurum, ut propria deportare domum, quam ex* (d) *communi miſeriarum acervo portionem ſuam ferre mallent.* Prius illud, totidem verbis refert Ioannes Salisberienſis Policratici lib. VIII. cap. XIV. pro altero iſtud repraeſentat. *Idem* (*aiebat*) *Nihil homini metuendum, niſi ne Philoſophiam finis excludat* (e). Pluſcula habet Demetrius Phalereus in Apophthegmatis Sapientum apud Stobaeum Serm. II. quorum partem paulo ante ex Diogene iam produxi. Μηδὲν ἄγαν. κριτὴς μὴ κάθιςο. εἰ δὲ μή, τῷ ληφθέντι ἐχθρὸς ἔσῃ. ἡδονὴν φεῦγε, αὐτὴ γὰρ λύπην τίκτει. φύλαττε τρόπυ καλοκαγαθίαν, ὅρκυ πιστοτέραν. σφράγιζε τὺς μὲν λόγυς, σιγῇ· τὴν δὲ σιγὴν, καιρῷ. μὴ ψεύδυ, ἀλλ' ἀλήθευε. τὰ σπυδαῖα μελέτα. τῶν γονέων μὴ λέγε δικαιότερα. φίλυς μὴ ταχὺ κτῶ, οὓς δ' ἂν κτήσῃ μὴ ταχὺ ἀποδοκίμαζε. ἄρχεσθαι μαθὼν, ἄρχειν ἐπιςήσῃ. εὐθύνην ἑτέρους ἀξιῶν διδόναι, καὶ αὐτὸς ὕπεχε. συμβάλευε μὴ τὰ ἥδιςα, ἀλλὰ τὰ βέλτιςα τοῖς πολίταις. μὴ θρασύνυ. μὴ κακοῖς ὁμίλει. χρῶ τοῖς θεοῖς. φίλυς εὐσέβει. γονεῖς αἰδοῦ. νοῦν ἡγεμόνα ποιοῦ. ὃ δ' ἂν ἴδῃς, μὴ λέγε, εἰδὼς σίγα. τοῖς σεαυτοῦ πρᾶττε ἴσθι. τὰ ἀφανῆ τοῖς φανεροῖς τεκμαίρου. *Ne quid nimis. Ne iudex ſedeas; ſin autem, damnato inimicus fies. Voluptatem fuge, parit enim triſtitiam. Serva morum probitatem, vel iureiurando fide digniorem. Sermonem quidem ſilentio obſigna; ſilentium tempore opportuno. Ne mentire, ſed verum dicas. Seria meditare. Parentibus iuſtiora ne dixeris. Amicos non cito comparabis; quos vero comparaveris, non ſtatim reiicies. Quum regi didiceris, regere ſcies. Quam aliis poenam praeſcripſeris, tu quoque ſuſtineto. Civibus non ſuaviſſima, ſed optima, conſules. Ne ſis adrogans. Cum malis ne converſeris. Deos conſule. Amicos cole. Parentes revereare. Mentem tibi ducem praefice. Quod videris, ne dixeris. Sciens, taceto. In tuos manſuetus eſto, Ignota ex notis coniice.* Iſtiuſmodi ſunt illa, quae Soloni in Dictis ſeptem Sapientum tribuit Auſonius.

Dico tunc beatam vitam, quum peracta fata ſunt.

Pars pari iugator coniux; quidquid impar diſſidet.

Non erunt honores umquam fortuiti muneris.

Clam coarguas propinquum, quem palam laudaveris.

Pulcrius multo parari, quam creari nobilem.

Certa ſi decreta ſors eſt, quid cavere proderit?

Sive ſint incerta cuncta, quid timere convenit?

Et ludius ibidem.

Delphis Solonem ſcripſe fama eſt Atticum, Γνῶθι σεαυτόν· *quod Latinum eſt, Noſce te. Multi hoc Laconis eſſe Chilonis putant. Spartane Clilon, ſit tuum nec ne ambigunt. Quod in te fertur,* τέλος ὅρα μακρῷ βίῳ· *Finem intueri longae vitae quo iubes; Multi Solonem hoc dixe Croeſo exiſtimant.*

Plura leguntur apud Stobaeum Serm. XXXIV. Σόλων ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Περιάνδρυ παρὰ πότον, ἐπεὶ σιωπῶν ἐτύγχανε, πότερα διὰ λόγων σπανὶν, ἢ διὰ μωρίαν, σιωπᾷ· ἀλλ' οὐδεὶς ἂν, εἶπε, μωρὸς σιωπᾷν

(a) *Democritus* apud eumdem *Laertium*: Λόγος ἔργου σκιά. Et *Comicus*.

Ἤθους χαρακτὴρ ἐςι τ' ἀνθρώπου λόγος.

Tribuitur hoc Simonidi a *Michaele Pſello* in Dialogo Περὶ ἐνεργείας δαιμόνων, ſtatim initio: Εἰ γὰρ κατὰ Σιμωνίδην ὁ λόγος τῶν πραγμάτων εἰκών ἐςιν &c.

(b) Iure indignatur *Gronovius*, quod Ἀραχνίοις *Aranearum tectis*, & non *telis*, vertatur. Ceterum hoc dictum Anacharſidi a *Plutarcho* in *Solone*, & a *Valerio Maximo Lib. VII. Capit. II.* a *Stobaeo* vero *Serm. XLIII.* Zaleuco adſcritur.

(c) Medius interiacet hic verſus. *Qua conſolatione demonſtravit Vrbes eſſe humanarum cladium conſepta miſeranda.*

(d) Editio Batava: *Ex eo communi &c.*

(e) Apud eumdem eodem loco: *Age quid Solonis prudentia meruit? felicitatis*, inquit, *iudex, dies ultimus eſt, & adpellationis honorem ſapienti confirmat rogus.*

Digitized by Google

eme trius Phalereus in Apophthegmatis
ntum apud Stobaeum Serm. II. quo-
partem paulo ante ex Diogene iam pro-
. Μηδεν ἄγαν. κριτὴς μὴ κάγισο. ἐὰ δὲ μὴ,
ηφϑέντι ἐχϑρὸς ἔσῃ. ἡδονὴν φεῦγε, αὐτὴ γὰρ
τίκτει. φύλασσε τρόπε καλοκαγαϑίαν, ὄφ-
ισοτέραν. σφράγιζε τὰς μὲν λόγες, σιγᾷ· τὴν
γὴν, καιρῷ. μὴ ψεύδε, ἀλλ' ἀλήϑευε. τὰ στυ-
μελέτα. τῶν γονέων μὴ λέγε δικαιότερα. φίλες
αχὺ κτῶ, οὓς δ' ἂν κτήσῃ μὴ ταχὺ ἀποδοκίμα-
ἔρχεσϑ μαϑὼν, ἄρχειν ἐπιςήσῃ. εὐϑύνειν ἑτέρες
διδόναι, καὶ αὐτὸς ὕπεχε. συμβούλευε μὴ τὰ
, ἀλλὰ τὰ βέλτιςα τοῖς πολίταις. μὴ ϑια-
. μὴ κακοῖς ὁμίλει. χρῶ τοῖς ϑεοῖς. φίλες εὐ-
. γονεῖς αἰδοῦ. νοῦν ἡγεμόνα ποιοῦ. ὃ δ' ἂν
, μὴ λέγε, εἰδὼς σίγα. τοῖς σεαυτοῦ πρᾶ-
. τὰ ἀφανῆ τοῖς φανεροῖς τεκμαίρου. Ne
d nimis. Ne iudex ſedeas; ſin autem,
mato inimicus fies. Voluptatem fuge, pa-
enim triſtitiam. Serva morum probitatem,
iureiurando fide digniorem. Sermonem qui-
n ſilentio obſigna; ſilentium tempore opor-
o. Ne mentire, ſed verum dicas. Seria
ditare. Parentibus iuſtiora ne dixeris. A-
cos non cito comparabis; quos vero com-
averis, non ſtatim reiicies. Quum regi
iceris, regere ſcies. Quam aliis poenam
eſcripſeris, tu quoque ſuſtineto. Civibus
ſuaviſſima, ſed optima, conſules. Ne ſis
rogans. Cum malis ne converſeris. Deos
ſule. Amicos cole. Parentes reverere. Men-
n tibi ducem praefice. Quod videris, ne di-
ris. Sciens, taceto. In tuos manſuetus eſto,
ota ex notis coniice. Iſtiuſmodi ſunt illa,
ae Soloni in Dictis ſeptem Sapientum.
buit Auſonius.

Dico tunc beatam vitam, quum peracta
fata ſunt.

Pars pari iugator coniux; quidquid im-
par diſſidet.

Non erunt honores umquam fortuiti muneris.
Clam coarguas propinquum, quem palam
laudaveris.

Pulcrius multo parari, quam creari no-
bilem.

erta ſi decreta ſors eſt, quid cavere pro-
derit?

ve ſint incerta cuncta, quid timere con-
venit?

udius ibidem.

elphis Solonem ſcripſe fama eſt Atticum,
ϑι σεαυτόν· quod Latinum eſt, Noſce te.
ulti hoc Laconis eſſe Chilonis putant.
artane Clilon, ſit tuum nec ne ambigunt.
uod in te fertur, τέλ@ ὅρα μαχρᾷ βίᾳ·
inem intueri longae vitae quo iubes;
ulti Solonem hoc dixe Croeſo exiſtimant.
leguntur apud Stobaeum Serm. XXXIV.
ἐρωτηϑὲις ὑπὸ Περιάνδρε παρὰ πότον, εἰ τὰ
ἐτύγχανε, πότερα διὰ λόγων σπανὶν, ἢ
ρίαν, σιωπᾷ· ἀλλ' ἐϑέλις ἄν, εἶπε, μωρὸς σιω-
πᾷν

cho in Solone, & a Valerio Maximo Lib. VII. Capit. II.
aeo vero Serm. XLIII. Zaleuco adſertur.
ius interiacet hic verſus. Qua conſolatione demonſtravit
eſſe humanarum cladium conſepta miſeranda.
o Batava: Ex eo communi &c.
eumdem eodem loco: Age quid Solonis prudentia
? felicitatis, inquit, iudex, dies ultimus eſt, & ad-
onis honorem ſapienti confirmat regus.

πᾶν ἐν συμποσίῳ ἡσύναται. *Solon inter pocula tacitus a Periandro interrogatus, an propter verborum inopiam, an ob ſtultitiam tuceret, reſpondit; Atqui ſtultus nemo inter pocula tacere poteſt.* Serm. XLI. Σόλων ἐκείνην εἶπεν ἄριςα τὴν πόλιν οἰκεῖσϑαι, ἐν ᾗ τοὺς ἀγαϑοὺς ἄνδρας συμβαίνει τιμᾶσϑαι. καὶ τὸ ἐναντίον, ἐν ᾗ τοὺς κακοὺς ἀμύνεσϑαι. *Solon illam civitatem optime habitari dixit, in qua viros bonos honoribus adfici; contra autem, poenis malos, ſit receptum.* Et huc reſpexit Cicero ad Brutum Epiſt. XV. *Vt Solonis dictum uſurpem, qui & ſapientiſſimus fuit ex ſeptem, & legum ſcriptor ſolus ex ſeptem. Is Rempub. duabus rebus contineri dixit; praemio, & poena.* Rurſum Stobaeus in citato proxime Sermone. Σόλων ἐρωτηϑὲις, πῶς ἂν μὴ γίγνοιτο ἀδίκημα ἐν τῇ πόλει, εἶπεν· εἰ ὁμοίως ἀγανακτοῖεν οἱ μὴ ἀδικέμενοι, τοῖς ἀδικυμένοις. *Solon rogatus, quanam ratione nullum in urbe factum iniuſte admitteretur? reſpondit; ſi tam indignarentur illi, quibus non facta eſt iniuria, quam quibus facta eſt.* Quod ſupra quoque eſt inter illa, quae protulimus e Diogene, & commemoratur etiam a Plutarcho. Ac mox in Sermone eodem. Σόλων πῶς ἄριςα αἱ πόλεις οἰκοῖντο ἐρωτηϑὲις, εἶπεν· ἐὰν μὲν οἱ πολῖται τοῖς ἄρχυσι πείϑονται, οἱ δὲ ἄρχοντες τοῖς νόμοις. *Solon rogatus; Quomodo civitates optime regerentur, reſpondit; Si cives quidem magiſtratui obediant; Magiſtratus autem, legibus.* Serm. XLVI. Ἐμοὶ μὲν ἔφη ὁ Σόλων δοκεῖ μάλις' ἂν ἔνδοξ@ γενέσϑαι καὶ βασιλεὺς καὶ τύραννος ἐὰ δημοκρατίαν ἐκ μοναρχίας κατασκεύασειε τοῖς πολίταις. *Mihi quidem, aiebat Solon, maxime glorioſus futurus videtur & rex, & tyrannus, ſi democratiam ex monarchia civibus conſtituerit.* Denique Serm. LXXXIII. Τοῦτον ἦν ἄριςον, ὁ Σόλων εἶπεν αὐτῷ δοκεῖν οἶκον, ὅπυ τὰ κτήματα μήτε κτωμένοις ἀδικία, μήτε φυλάττουσιν ἀπιςία, μητε δαπανῶσι μετάνοια πρόσεςιν. *Solon optimam ſibi familiam videri dixit, in qua pecuniae non iniuſte poſſideantur, nec mala fide cuſtodiantur, nec cum poenitentia expendantur.* De illo vero, Ne quid nimis, ex Demetrio Phalereo paullo ante recitato eſt Clementis item locus Strom. I. Πάλιν αὖ Χίλωνι τῷ Λακεδαιμονίῳ ἀναφέρυσι τὸ, Μηδὲν ἄγαν. Στράτων δὲ ἐν τῷ περὶ εὑρημάτων, Στρατόδημῳ τῷ Τεγεάτῃ προσάπτει τὸ ἀπόφθεγμα. Δίδυμ@ δὲ Σόλωνι αὐτὸ ἀνατίϑησιν. *Rurſum Chiloni Lacedaemonio tribuunt illud, Ne quid nimis; Strato autem in Opere De inventis adſcribit hoc dictum Stratodemo Tegeatae; Didymus vero id Solonis eſſe cenſet.* Aliud habet Theodoretus Therapeut. lib. V. Καὶ Σόλωνα δὲ τὸν Ἀϑηναῖον τὸν νομοϑέτην, ἱρόδοτ@ εἰρηκέναι τῷ Κροίσῳ, ἔφη.

Ὦ Κροῖσε, Πᾶς ἄνϑρωπος ἐςι συμφορά.

Solonem praetera, Athenienſem legislatorem, Herodotus auctor eſt Croeſo dixiſſe:

O Croeſe, omnis homo eſt calamitas.

Locus autem is Herodoti, quem reſpexit, exſtat Hiſt. lib. I. Neque negligendum iſtud, quod recenſet Ariſtoteles Ethic. Nicom. lib. X. cap. VIIII. Καὶ Σόλων δὲ τὸς εὐδαίμονας ἴσως ἀπεφαίνετο, καλῶς εἰπὼν, μετρίως τοὺς ἐκτὸς κεχορηγημένυς· πεπραικότας δὲ τὰ κάλλιςα, ὡς ἔτο, καὶ βεβιωκότας σωφρόνως. *Quin & Solon felices fortaſſis recte definivit, dicens, eos eſſe, qui externis rebus mediocriter fuerunt inſtructi, & honeſtiſſima egerunt, ut exiſtimabat, vixeruntque temperanter.* Ad quem locum Euſtratius, ſive is eſt Michael Epheſius. Καὶ τὸν Σόλωνα λέγοντα εὐδαίμονα, ὃ τὸν πολλῶν καὶ μεγάλων εὐπορῆντα· ἀλλὰ τὸν ἐν ἀμφοτέροις ὄντα· τῷ τε μετρίῳ κεκλεῖϑαι καὶ πράτειν τὰ κάλλιςα. *Solonem etiam teſtem profert, qui felicem inquiebat, non multis, magniſque adfluentem; ſed qui utraque haec haberet, & optima faceret; denique vitam temperanter inſtitueret.* Denique praeclarum & iſtud, quod refertur a Demoſthene Oratione in Timocratem. Οἳ φασιν ποτ' εἰπεῖν Σόλωνα κατηγορῆνλα νόμον τινὸς οὐκ ἐπιτήδειον ϑέσϑ@· λέγεται γὰρ τοῖς δικασαῖς αὐτὸν ἐπειδὴ τἄλλα κατηγόρησεν, ὅτι νόμ@ ἐςὶν ἁπάσαις, ὡς ἔπ@ εἰπεῖν, ταῖς πόλεσιν, ἐὰν τις τὸ νόμισμα διαφϑείρῃ, ϑάνατον τὴν ζημίαν εἶναι. ἐπερωτήσας δὲ εἰ δίκαι@ αὐτοῖς καὶ καλῶς ἔχων ὁ νόμ@ φαίνεται· ἐπειδὴ φῆσαι πάντας τοῦτο δικασὰς εἰπεῖν, ὅτι αὐτὸς ἡγεῖται, ἀργύριον μετὰ, νόμισμα εἶναι τῶν ἰδίων συναλλαγμάτων ἕνεκα, τοῖς ἰδιώταις εὑρημένων· τοὺς δὲ νόμυς ἡγεῖται τῆς πόλεως νόμισμα εἶναι, δεῖ δή τοὺς δικασὰς, πολλῷ μᾶλλον, εἴ τις, ὁ τῆς πόλεώς ἐςι νόμισμα, τοῦτο διαφϑείρει, καὶ παράσημον εἰσφέρει μισεῖν καὶ κολάζειν· ἢ εἴτις ἐκεῖνο, ὃ τῶν ἰδιωτῶν ἐςι. προσϑεῖναι δὲ τεκμήριον τό καὶ μεῖζον εἶναι τὸ ἀδίκημα, τὸ τοὺς νόμου διαφϑείρειν ἢ τὸ ἀργύριον· ὅτι ἀργύριῳ μὲν, πολλαὶ τῶν πόλεων καὶ φανερῶς πρὸς χαλκὸν καὶ μόλυβδον κεκραμένῳ χρώμεναι σώζονται, καὶ ἡδ' ὁτιῶν παρὰ τοῦτο πάσχυσιν, ἐμοίως δὲ νόμοις πονηροῖς χρώμενοι, καὶ διαφϑείρεσϑαι τὸς ὄντας ἐῶνλες, ὐδένες πώποϑ' ἐσώϑησαν. *Illud etiam vobis recitabo, quod Solonem aliquando dixiſſe ferunt apud iudices, in eo accuſando, qui legem pernicioſum rogarat, in hanc ſententiam. Receptum eſſe univerſim apud civitates, qui monetam adulteraverit, ut morte multetur. Deinde interrogaſſe iudices, num eis illa lex iuſta, & laudabilis videretur? qui quum videri ſibi reſpondiſſent, ſubieciſſe; putare ſeſe, argenti monetam privatorum contractuum cauſa repertam inter cives; leges autem monetam eſſe Reip. Iudices igitur oportere multo magis, ſi quis eam, quae civitatis moneta ſit, corrumpat, odiſſe, ac punire; quam ſi quis eam, quae ſit hominum privatorum. Atque ut intelligerent, haud dubie maius eſſe delictum, corrumpere leges, quam adulterare monetam, addidiſſe; multas civitates, quae haud diſſimulanter argento, quod ſit aere, & plumbo contemperatum, utantur, tamen incolumes eſſe, nec ullum ex ea re detrimentum capere; at ſi qui perinde legibus adulterinis uſi receptas corrumpi ſiverint, eorum nullos umquam non internecione periiſſe.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXX.

Quamdiu Reipubl a Piſiſtrato occupatae, ſuperſtes fuerit; quoque aetatis anno, & ubi vitam finiverit. Profectionis in Lydiam ad Croeſum, itemque Cyprum, verum tempus indicatum. Plutarchi, AEliani, Diogenis Laertii, errores oſtenſi. Oſſa in Salaminem ferri, & ibidem ſpargi iubet. Eius ſepulcrum Athenis, iuxta portam; & ſtatua in foro ante porticum Poecilen; etiam altera, Salamine item in foro; eaque quando dedicata. Libanii error; Demoſthenis corruptus locus indicatus, & correctus. Quibus temporibus potiſſimum claruerit. Theophili error refutatus.

SEd an diu, poſt Rempubl. a Piſiſtrato occupatam, ſupervixit? Video in incerto eſſe; & illos dicere, hos negare. Plutarchus. Ἐπεβίωσε δ' οὖν ὁ Σόλων ἀρξαμένου τοῦ Πεισιστράτου τυραννεῖν, ὡς μὲν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἱστορεῖ, συχνὸν χρόνον, ὡς δὲ Φανίας ὁ Ἐρέσιος ἐλάττονα δυοῖν ἐτῶν. ἐπὶ Κωμίου μὲν γὰρ ἤρξατο τυραννεῖν Πεισίστρατος, ἐφ' Ἡγεστράτου δὲ Σόλωνά φησιν ὁ Φανίας ἀποθανεῖν, τοῦ μετὰ Κωμίαν ἄρξαντος. *Supervixit vero Solon, poſtquam tyrannidem incepit Piſiſtratus, ut Heraclides quidem Ponticus memoriae tradit, longum tempus; ut Phanias Ereſius, minus duobus annis. Siquidem cepit Piſiſtratus tyrannidem archonte Comia; at Hegeſtrato archonte, cuius magiſtratus Comiae proximus fuit, Solonem obiiſſe Phanias dicit.* Phaniae conſentit AElianus, qui ait, non multo poſt obiiſſe, Var. Hiſt. lib. VIII. cap. XVI. Ὁ δὲ οὖν Σόλων ὀλίγον ὕστερον ὑπέργηρως ὢν τὸν βίον ἐτελεύτησεν. *Solon vero paullo poſt, ad decrepitam uſque ſenectutem provectus, vitam finivit.* Cum Heraclide Pontico faciunt, qui ad Olympiad. LVI. produxiſſe eum vitam ſunt auctores. Suidas. Σόλων, Ἐξηκεστίδου, Ἀθηναῖος, φιλόσοφος, νομοθέτης, καὶ δημαγωγός. γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς μς'. ὀλυμπιάδος. οἱ δὲ, νς'. *Solon Execeſtidae filius, Athenienſis, philoſophus, legislator, & Demagogus. Fuit autem Olympiade* XLVI. *Alii vero dicunt, fuiſſe* LVI. Et profecto, ad hoc tempus perveniſſe, veroſimile eſt; ſiquidem ad Croeſum abiit, qui regnare demum incepit, ut iam paullo ante dixi Olymp. LIV. anno II., & in Cyprum hinc profectus, urbem illic, Solos a ſe dictam condidit. Illud certum, deceſſiſſe aetate grandem. Ita AElianus tradit in citatis ſtatim verbis. Ὑπέργηρως ὢν τὸν βίον ἐτελεύτησεν. *Decrepitus exſiſtens vitam finivit.* Diogenes Laertius, octoginta annos natum fuiſſe dicit. Ἐτελεύτησε δ' ἐν Κύπρῳ, βιοὺς ἔτη ὀγδοήκοντα. *Obiit vero in Cypro, quum annos vixiſſet octoginta.* Lucianus in Longaevis centum annos impleviſſe eum tradit. Σόλων δὲ, καὶ Θαλῆς, καὶ Πιττακὸς, οἱ τινες τῶν κληθέντων ἑπτασοφῶν ἐγένοντο, ἑκατὸν ἕκαστος ἔζησεν ἔτη. *Solon autem, & Thales, & Pittacus, qui e ſeptem Sapientum numero fuerunt, ſinguli centum annos vixerunt.* Sed ubi obiit? etiam hic diſſenſum quemdam Auctorum video. Plutarchus quidem, quum non exceſſiſſe eum Vrbe dicat, illic quoque mortuum exiſtimaſſe, facile convinci poteſt, quamquam non diſerte tradat. AElianus clare dicit, & ſepultum iuxta portam apud murum, ad dextram introitus; ac ſepulcrum muro cinctum habuiſſe; ita enim ſcribit libro citato. Ἀλλὰ καὶ ἔθαψαν αὐτὸν δημοσίᾳ παρὰ τὰς πύλας πρὸς τῷ τείχει ἐν δεξιᾷ εἰσιόντων καὶ περιῳκοδόμηται αὐτῷ ὁ τάφος. *Et extulerunt eum funere publico, ac ſepelierunt prope portam iuxta murum; ac ſepulcrum eius muro cinctum eſt.* Alii in Cypro mortuum volunt. Diogenes Laertius in citatis ſtatim verbis. Ἐτελεύτησε δ' ἐν Κύπρῳ. *Obiit vero in Cypro.* Item in Pammetro:

Σῶμα μὲν ἧρε Σόλων ἐν ἀπαλλοδαπῇ Κύπριον πῦρ.
Cypria defunctum ſubtraxit terra Solonem.

Suidas in Σόλων. Οἱ δὲ, καὶ τὸν ἐν Κύπρῳ Σόλων, ἐξ αὐτοῦ φασι, καὶ τελευτῆσαι αὐτὸν ἐν Κύπρῳ. *Alii vero dicunt, etiam Solos, qui ſunt in Cypro, ab eo nomen accepiſſe; ipſumque in Cypro deceſſiſſe.* Valerius Maximus lib. V. cap. III. *Solon ſenectutem Cypri profugus exegit; neque ei in patria, de qua optime meruerat, humari contigit.* Vt autem natus Salamine fuerat, ita oſſa quoque ſua, in cineres redacta, huc referri, & diſpergi tota regione voluit; ſimul etiam, ut videtur, generoſa indignatione animi, ne ingrati Athenienſes illi umquam potirentur. Diogenes Laertius. Ἐτελεύτησε δ' ἐν Κύπρῳ βιοὺς ἔτη ὀγδοήκοντα, τοῦτον ἐπισκήψας τοῖς ἰδίοις τὸν τρόπον, ἀποκομίσαι αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ εἰς Σαλαμῖνα, καὶ τεφρώσαντας εἰς τὴν χώραν σπεῖραι. *Obiit vero in Cypro, quum vixiſſet annos octuaginta; hunc in modum dato ſuis mandato; ut oſſa in Salaminem relata, ac in cineres redacta, per regionem diſpergerent.* Et in Pammetro:

Σῶμα μὲν ἧρε Σόλωνος ἐν ἀπολλοδαπῇ Κύπριον πῦρ
Ὀστᾶ δ' ἔχει Σαλαμὶς, ὧν κόνις ἀσάχυες.
Cypria in externa conſumſit flamma Solonem;
Oſſa, cinis quorum ſpica, tenet Salamis.

Et Cratinus in Chironibus, apud eumdem, ita loquentem eum introducit:

Οἰκέω δὲ νῆσον, ὡς μὲν ἀνθρώπων λόγος,
Ἐσταλμένος κατὰ πᾶσαν Αἴαντος πόλιν.
Ego hanc, ut aiunt homines, inſulam colo;
Per univerſum Aiacis oppidum ſatus.

Areopagiticus pronuntiaverit. Ac provocatio
d populum erat. Ingerunt Dinarchi ver-
a mox ſequentia. Τῇ δὲ βουλῇ (τῇ ἐξ Ἀρείᾳ
άγου) τὸ δόξαι ψευδῆ κατὰ Ἀριστογείτον@ ἀπο-
άλυψ, κ᾽ τοῦτον ἐκείνης παρ᾽ ὑμῖν (ὦ Ἀθηναῖοι)
πολῆφθῆναι δικαιότερ@ λέγειν, τῶν αἰσχίστων, καὶ
ανοτάτων, ἐστίν. *Nam exiſtimare, ſenatum A-*
opagiticum contra Ariſtogitonem non recte
onuntiaſſe, ipſumque vobis, Athenienſes, iu-
ra illo dicere videri, turpiſſimum omnino
, & graviſſimum. Ac videtur a Solone
itutum; qui a ceterorum magiſtratuum
iciis ad populi tribunal provocationem
lit. Refert Plutarchus in eius Vita. Οἱ
λοιποὶ πάντες, ἐκκλῆντο θῆτες· οἷς ἐδεμίαν ἀρ-
ἔδωκεν ἄρχειν, ἀλλὰ τῷ συνεκκλησιάζειν, καὶ
ζειν, μόνον μετεῖχον τῆς πολιτείας, ὃ κατ᾽ ἀρ
ρ πλεῖστα τῶν διαφορῶν, ἐνέπιπτον εἰς τὰς δικα-
ς. κ᾽ γὰρ, ὅσα ταῖς ἀρχαῖς ἔδωκε κρίνειν, ὁ
μοίως

re ſtans, clare nimis ac ſonore oſcitavit: atque inibi prope re-
ferretur, fuit: tamquam illud indicium vagi animi foret, &
lucrantis, & fluxae atque apertae ſecuritatis. Sed cum ille
traſſet invitiſſimum ſeſe, ac repugnantem oſcitatione vitium,
rique eo vitio, quod Oſcedo adpellatur: tum notae iam de-
tae exemtus eſt. P. Scipio Africanus Pauli filius utramque
riam poſuit in oratione, quam dixit in Cenſura, quum ad
orum mores populum hortaretur. Item aliud refert Sabinus
ſſurius in ſeptimo memorabilium ſevere factum: Cenſ. in-
, P. Scipio Naſica, & M. Pompilius, quum equitum cen-
n agerent, equum nimis ſtrigoſum & male habitum, ſed
item eius uberrimum & habitiſſimum viderunt. Es cur, in-
unt, ita eſt, ut tu ſis, quam equus curatior? Quoniam,
ait, ego me curo, equum Statius meus. Viſum eſt parum
erens eſſe reſponſum, relatuſque in tabulas, ut mos eſt.

μοίως κ᾽ περὶ ἐκείνων εἰς τὸ δικαστήριον ἐφέσεις ἔδωκε τοῖς βουλομένοις. *Reliqui omnes, adpellati Thetes; quibus magiſtratum nullum gerere permiſit: ſed eatenus in reip. adminiſtrandae ſocietatem veniebant, ut ſuffragium in concione, & ſententiae dicendae ius haberent; quod initio quidem, parvum; poſtea, plane magnum adparuit; quippe pleraeque controverſiae ad iudices devolvebantur; quarumcumque autem rerum cognitionem magiſtratibus delegaverat, de iis quoque provocationem ad tribunal populi dedit, ſi qui provocare vellent.* Niſi forte ab Ephialte, qui auctoritatem eius valde aecidit, ut mox dicam, factum cuiquam videatur. Vt autem provocatio data, ita poſtea de quibusdam, decreto Timarchi, ad populum referre ſunt coacti. Clarum eſt ex verbis AEſchinis Orat. in Timarchum. Τῆς γὰρ βουλῆς τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ πρόσοδον ποιουμένης πρὸς τὸν δῆμον, κατὰ τὸ ψήφισμα τὸ τότε, ὃ ἔτ@ εἰρήκει περὶ τῶν οἰκήσεων τῶν ἐν τῇ Πυνκὶ, ἦν μὲν ὁ τὸν λόγον λέγων ἐκ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν Αὐτόλυκ@. *Nam, quum ſenatus Areopagiticus populum ex iſtius decreto accederet, quod iſte fecerat, de domiciliis in Pnyce, orationem habuit ex Areopagitis Autolycus.* Tam ſancte autem hic iudicatum ſemper fuit, ut numquam neque reus quiſquam, neque actor de ſententiae iniquitate merito conqueri potuerit. Demoſthenes de Areopago verba faciens Orat. in Ariſtocratem. Ἐνταυθοῖ μόνον οὐδεὶς πώποτε ὔτε φεύγων ἁλὼς, ὔτε διώκων ἡτιμώθη, ἐξήλεγξεν, ὡς ἀδίκως ἐδικάσθη τὰ κριθέντα. *Hic tantum nemo umquam, vel reus damnatus, vel actor cauſa cadens, oſtendere potuit, iudicia perperam data eſſe.* In eamdem ſententiam eſt, quod dicit Ariſtides in Panathenaica. Οὐ γάρ ἐσιν ὑπὲρ τὸν Ἄρειον πάγον οὐδὲν εὑρεῖν, εἴ τις ὑπερβολὴν ζητοίη· ἀλλ᾽, ὥσπερ τὰ ὕδατα, ὅσα μαντικὰ, κ᾽ πνεύματα αὐτόθεν ἴσχει, ὕτω κ᾽ ἔτ@ ὁ χῶρ@ ὥσπερ ἀνιέναι δοκεῖ τὴν τὰ δικαία γνῶσιν ἐναργῆ, κ᾽ τῆς παρὰ τοῖς θεοῖς, ὡς δυνατὸν, ἐγγυτάτω τετίμηται παρὰ πάντων τῷ συγκεχωρηκότι, ὥσθ᾽ οἱ μὲν ἡτιωμένοι σέργουσιν ὁμοίως τοῖς κεκρατηκόσιν. *Nihil enim eſt Areopago excellentius invenire, ſi quis quaerat; nec ſecus; atque ex aquis fatidicis flatus una ſolent ſubmitti, hic etiam locus perfectam iuris ſcientiam, ac prope divinam, videtur emittere. Itaque tanto omnium conſenſu bonoratur, ut eius iudiciis, qui vincuntur, pariter ac victores, ſint contenti.* Lycurgus Orat. in Leocratem. Κάλλιστον ἔχοντες τ᾽ Ἑλλήνων παράδειγμα, τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ συνέδριον· ὃ τοσοῦτον διαφέρει τ᾽ ἄλλων δικαστηρίων, ὥσε καὶ παρ᾽ αὐτοῖς ὁμολογεῖσθ᾽ τοῖς ἁλισκομένοις, δικαίαν ποιεῖσθ᾽ τὴν κρίσιν. *Pulcerrimum habentes Graecorum exemplum, concilium in Areopago; quod inter cetera tribunalia tantum excellit, ut etiam ipſi, qui convicti, fateantur iuſte omnino iudicari* (a). De aequitate, gravitate, & iuſtitia iudiciorum eſt & Xenophontis locus, ubi hoc de hoc ſenatu agit. Memorab. lib. III. Οἶσθα ὃν τινας, ἔφη, κάλλιον, ἢ νομιμώτερον, ἢ σεμνότερον, ἢ δικαιότερον, τάς τε δίκας δικάζοντας, κ᾽ τἆλλα πάντα πράττοντας; *An igitur alios noſti, ait, qui vel magis legitime, vel gravius, vel aequius cauſas in iudiciis cognoſcant, aliaque cuncta gerant?* Quin exemplar iuſtitiae habitum fuit. Ariſtides in citata Oratione. Ὥσπερ ἀγωνιστήριον τοῖς θεοῖς ἀνέται, κ᾽ οἷς ἐξ ἐκείνου καθήκ. κ᾽ πάντες παράδειγμα δικαιοσύνης νομίζοντες, οὕτω τιμῶσιν, αἰδοῖ τῶν θεῶν. *Tamquam certaminis locus diis fuerit; & qui poſt eos ſuccedunt, dicatus: omneſque eum, ceu iuſtitiae exemplar, deorum veneratione colunt.* Ideo factum, ut ex aliis regionibus cauſas ſuas iudicandas huc adferrent. Sic de Meſſeniis narrat Pauſanias, antequam primum cum Lacedaemoniis bellum inirent, cauſam ſuam Areopagitis iudicandam proponere voluiſſe. Verba eius ita habent in Meſſenicis. Πολυχάρη δὲ ἐκδῦναι μὲν ἐπὶ τιμωρίᾳ Λακεδαιμονίοις (οἱ Μεσσήνιοι) ὄ φασιν, ὅτι μηδ᾽ ἐκεῖναι σφίσιν Εὔαιφνον, ἐθέλειν μέντοι παρὰ Ἀργείοις, συγγενέσιν ὄσιν ἀμφοτέροιν, ἐν Ἀμφικτυονίᾳ δικάσαι δίκας. ἐπιτρέπειν δὲ κ᾽ τῷ Ἀθήνησι δικαστηρίῳ, καλουμένῳ δὲ Ἀρείῳ πάγῳ, ὅτι δίκας τὰς φονικὰς τὸ δικαστήριον τοῦτο ἐδόκει δικάζειν ἐκ παλαιοῦ. *Deditum a ſe non fuiſſe Polycharem Lacedaemoniis (Meſſenii) dicunt, quod neque ipſi dediſſent Euaephnum; voluiſſe tamen ſe, vel apud Argivos, qui utriuſque civitatis eſſent conſanguinei, vel in Amphictyonum conſilio, cauſam cognoſci; voluiſſe etiam rem eamdem permittere ſenatui Athenienſium Areopagitico, qui de caedibus iam dudum cognoſcere ſolitus eſſet.* Et de Cn. Dolabella, Aſiae proconſule, cum alii memorant, tum A. Gellius lib. XII. cap. VII. *Dolabella eam rem Athenas, ad Areopagitas, ut ad iudices graviores, exercitatioreſque reiecit.* Ob tam magnam iuris, & aequi, obſervantiam, factum eſt, ut Ἀρεοπαγίτης proverbio diceretur, homo ſeverus, & ius gratiae dare neſcius. Diogenianus Cent. II. Proverb. XCI. Ἀρεοπαγίτης· ἐπὶ τ᾽ σκυθρωπῶν, τῶν ὑπερσέμνων, κ᾽ σιωπηλῶν. *Areopagita; de tetricis, & taciturnis, ac valde ſeveris.* Quae totidem verbis Suidas in Ἀρεοπαγίτης. Inde eſt apud Ciceronem ad Atticum lib. I. epiſt. XIV. *Romanae autem res, ſic ſe habent. Senatus* Ἀρεί@ πάγ@; *nihil conſtantius, nihil fortius.* Et mox Epiſt. XVI. *Clamare praeclari Areopagitae, ſe non eſſe venturos, niſi praeſidio conſtituto.* Iterum lib. XIV. Epiſt. XV. *Ex quo intellectum eſt,* τρισαρεοπαγίτας *ambitum, comitia, interregnum, maieſtatem, totam denique Remp. flocci non facere.* Ammianus Marcellinus lib. XXIX. cap. II. *Ad Areopagitas miſſa eſt, Athenienſes iudices triſtiores; quorum aequitas deorum quoque iurgia dicitur diſtinxiſſe.* Item, εἰς Ἄρειον πάγον ἐκρίθη, proverbialiter dicebatur, de iudicio quam iuſtiſſimo. Michael Apoſtolius Cent. VII. Proverb. LXXX. Εἰς Ἄρειον πάγον ἐκρίθη. Ἐπὶ τ᾽ ἄγαν δικαίων τυχόντων δικασῶν. *In Areopagum iudicatum eſt. In eos, qui iudices admodum iuſtos nacti eſſent.* Atque ſane, ob iuſtitiae hunc rigorem, quum interdum ceteri cives, virtutis ergo, & meritorum in Rempublicam, corona donari ſolerent; iſti, ceu qui ipſo munere ad virtu-

(a) Neſcio tamen an Socrates id faſsurus fuiſſet. Athenienſes quidem aliter de eius damnatione ſenſerunt, iuſtitio indicto, & accuſatoribus odio habitis, atque exſecratis. Conſule *Laertium in Socrate.* Num Areopagitae eum non condemnarunt?

Digitized by Google

tutem obſtricti eſſent, coronari minime poterant. Indicat AEſchines Orat. in Cteſiphontem. Οὐκ ἄρα στεφανωθήσεται ἡ βυλὴ, ἡ ἐξ Ἀρέυ πάγυ· οὐδὲ γὰρ πάτριον αὐτοῖς ἐστιν. *Non itaque coronabitur ſenatus Areopagiticus; neque enim, ut id fiat, a maioribus inſtitutum eſt.* Vt coronae his negatae; ita ne quid contra dignitatem admitterent, etiam a ſcribendis comoediis lege abſtinere iuſſi. Plutarchus de Gloria Athenienſium. Τὴν μὲν κωμῳδοποιΐαν ὕτως ἄσεμνον ἡγοῦντο, ὡς φορτικόν. ὥςε νόμος ἦν, μηδένα ποιεῖν κωμῳδίας Ἀρεοπαγίτης. *Comoediae ſcriptionem adeo cenſuerunt eſſe rem indecoram, & importunam; ut lege caverint, ne quis unquam Areopagita ſcriberet.* Quum autem magiſtratus alii omnes tantum annui eſſent, Areopagitae perpetui erant; neque movebatur quiſquam, niſi graviter deliquiſſet. Scholiaſtes Demoſthenis in Argumento Orationis in Androtionem. Ἡ δὲ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν βυλὴ, ἀδιάδοχος ἦν εἰ μὴ γάρ τις ἥμαρτε μεγάλως, οὐκ ἐξεβάλλετο. *Areopagitis ſucceſſores non dabantur; nec enim quiſquam, niſi graviter deliquiſſet, ordine eo movebatur.* Fallitur valde Caeſar Baronius Annal. Eccleſ. Tom. I. in anno Chriſti LII. cap. II. ubi ait, ab Areopagitarum numero ſponte diſcedere coactos, Genio tantum impellente, qui, quum in iſtum ordinem obrepſiſſent, non inventi eſſent tales, quales exiſtimati fuiſſent. Sententiae vero huius ſuae, in ora libri, auctorem indicat Lucianum in Hermotimo; quum id tamen Lucianus, neque in Dialogo iſto, neque alibi uſquam dicat. Nempe induxere eum in errorem verba Budaei, quae exſcripſit in Annot. in Pandectas, ad quae parum ipſe attendit; ubi quum citaſſet locum Luciani in Hermotimo, in quo dicit, noctu eos, & in tenebris, iudicaſſe; mox ſubiungit alterum quemdam, ex Iſocratis Areopagitico; quo oſtendit, tantam priſcos Areopagitas monumentum virtutis ſuae, ac continentiae, poſteritati reliquiſſe, ut ſuo tempore, quo nimirum multum ab antiquis moribus degeneratum, obſervatum etiam eſſet, eos, qui intolerandis alioquin moribus fuiſſent, ſi in iſtum forte ordinem obrepſiſſent, tum demum ſibi temperaſſe; &, ceu loci genio adflatos, ut Plautus loquitur, ex ingenio ſuo migraſſe: ac ſenatus tam praeſtantis inſtitutis uti porro maluiſſe, quam inſiſtere inſitis vitiis. Eum nos Iſocratis locum, ipſis Oratoris verbis, paulo ante iam citavimus. Vir eximius, qui diſtractam animi intentionem in tam vaſto opere haberet, minus tunc ad iſta attendit. Eadem de cauſa, eodem modo, erat poſtea, illo quoque ipſo Tomo, in anno LVII. cap. XXXV. ubi ſacerdotes fuiſſe Areopagitas ait; quique in his ſupremus eſſet, ſingulorum ſententiam rogantem, ſuffragia collegiſſe: nam Ioſephi teſtimonium, ad quod provocat, plane nullum eſt; quum in illo eiuſce rei neque vola, nec veſtigium ullum adpareat.

CAP. V.

Adlecti in eum Archontes novem; quum, depoſito magiſtratu, geſti eius rationem reddidiſſent: quamquam id non ſemper obtinuerit. Theſmothetae interdum prohibiti, qua de cauſa. Romani quoque poſtea aſciti; neque virtus etiam priſca illis manſit. Demetrii cuiusdam exprobratio; & alterius, poetae Comici, fabula quaedam, inſcripta Ἀρεοπαγίτης. *Gyllion, paraſitus Phrynes. Quo numero fuerint, plane incertum; & Nicephori, item Scholiaſtae AEſchyli, Maximique, & Georgii Pachymerii, error oſtenſus.*

DIgnitatis ſummae iudicium, & munimentum, quod archontes tantum adlecti; quum, depoſito magiſtratu, eius geſti rationem reddidiſſent. Pollux lib. VIII. cap. X. Οἱ δὲ ἐννέα ἄρχοντες, οἱ καθ' ἕκαςον ἐνιαυτὸν, μετὰ τὸ δοῦναι τὰς εὐθύνας, ἀεὶ τοῖς Ἀρεοπαγίταις προσετίθεντο. *Novem archontes, qui annui erant, quum rationem reddidiſſent, ſemper Areopagitis adiuncti fuerunt.* Plutarchus in Vita Periclis. Ἐχρῆτο κατὰ τ' ἐξ Ἀρέυ πάλυ βυλῆς, ἧς ὐ μετῆχε, διὰ τὸ μήτε θεσμοθέτης, μήτε βασιλεὺς, μήτε πολέμαρχος λαχεῖν. αὗται γὰρ αἱ ἀρχαὶ κληρωταί τε ἦσαν ἐκ παλαιῦ, ᾗ δι' αὐτῶν οἱ δοκιμασθέντες ἀνέβαινον εἰς Ἄρειον πάγον. *Vſus eſt adverſus Areopagi curiam, cuius ipſe pars non erat, quod archon, nec theſmothetes, neque rex, nec polemarchus, ſorte lectus eſſet, Hi enim magiſtratus ſortito antiquitus creabantur; quique in iis probati eſſent, in ſenatum Areopagiticum aſcendebant.* Huc pertinent iſta Lyſiae in Areopagitica. Τὺς ἐννέα ἄρχοντας ἀπήγαγες, ἢ ἄλλυς τινὰς τῶν ἐξ Ἀρέυ πάλου. *Novem archontes adduxiſſes, aut alios quosdam ex ſenatu Areopagitico.* Idque factum, e Solonis inſtituto; ut oſtendi paulo ante cap. III. Volunt quidam, ſolos iis Theſmothetas acceſſiſſe. Demoſthenis Scholiaſtes in Argumento Orationis adverſus Androtionem. Ἡ μὲν τῶν πενταχοσίων (βυλὴ) ἀριθμῷ ὑποπίπλει ὡρισμένῳ· ἡ δ' (ἐν Ἀρέῳ πάλῳ) ἀορίςῳ· ὡς γάρ τινες τῶν ῥητόρων λέγυσι, καθ' ἕτος οἱ ἐννέα ἄρχοντες αὐτῇ προσετίθεντο· ὡς δέ τινες, οἱ ἐξ μόνον θεσμοθέται. *Quingentorum (curia) certo numero ſubiacebat; Areopagitica vero, eum certum non habebat; nam, ut quidam ex Oratoribus ſunt auctores, ſingulis annis novem archontes illis accenſeri ſoliti; vel, ut alii, ſex dumtaxat Theſmothetae.* Prohibebantur tamen illi, ſi delatos in iudicium non introduxiſſent ex lege. Verba legis ſunt apud Demoſthenem Orat. in Timocratem. Οἱ δὲ θεσμοθέται, τὺς ἐνδειχθέντας εἰσαγόντων εἰς τὸ δικαςήριον, κατὰ τὸν νόμον· ἢ μὴ ἀνιόντων εἰς Ἄρειον πάλον, ὡς καταλύοντες τὴν ἐπανόρθωσιν τῶν νόμων. *Theſmothetae vero, delatos ex lege in iudicium introducunto; aut ne in ſenatum Areopagiticum aſcendunto, ut qui legum emendationem abrogent.* Ac prohiberi eos ſolitos, licet quoque obſervare apud eumdem in Ariſtogitonem Orat. II. Οἷσις τῶν θεσμοθετῶν εἰς Ἄρειον πάλον ὐχ οἷόν τ' ἐςὶν ἀνελθεῖν, παρόντες τὸ βιάζεσθ, ςέρησιν ἐμμένοντες τ ὑμε-

Digitized by Google

ὑμετέρας γνώσεσι. *Si qui e Theſmothetis in ſenatum Areopagiticum non admittantur, omiſſa omni violentia, iudiciis veſtris aequo animo adquieſcunt.* Poſtquam autem rationem reddidiſſent, placuiſſentque, Baccho in Limnis ſacris ſolemnibus celebratis, conſtitutis hic diebus, ſenatum hunc tranſibant. Teſtis nobis eſt Demoſthenes Orat. in Neaeram. Ὡς δὲ ἐγένετο τὰ ἱερὰ ταῦτα (τῷ Διονύσῳ τῷ ἐν Λίμναις) ἀνέβησαν οἱ ἐννέα ἄρχοντες εἰς Ἄρειον πάγον, ἐν ταῖς καθηκούσαις ἡμέραις. *Peractis ſacris (Baccho in Limnis) aſcenderunt novem archontes in Areopagum, certis diebus.* Verum id non ſemper obtinuiſſe, certum eſt; nam Iſocrates ſuo aevo adlectos in ſenatum hunc dicit homines interdum intolerabiles. Ecce in Areopagitica. Ἔτι γὰρ νῦν ἁπάντων τῶν περὶ τὴν αἵρεσιν, καὶ δοκιμασίαν ταύτην καθημένων, ἰδοιμ' ἂν τοὺς ἐν τοῖς ἄλλοις πράγμασιν ἐκ ἀνεκτοὺς ὄντας, ἐπειδὰν εἰς τὸν Ἄρειον πάγον ἀναβῶσιν, ὀκνοῦντας τῇ φύσει χρῆσθαι. *Etiam nunc deſignatos & delectos in hunc ordinem, videamus, quamquam ceteris in rebus intolerabiles ſunt, ubi in Areopagum aſcenderint, non audere natura ſua uti.* Immo adlecti promiſcue omnes. Ecce tibi apud Lucianum in Bis accuſato. Ὁπόσοι γραφὰς ἀπήνεγκαν, ἥκειν εἰς Ἄρειον πάγον. ἔνθα ἡ Δίκη ἀποκληρώσει τὸ δικαστήριον, καὶ αὐτὴ παρέσται τοῖς δικάζουσιν· οἱ δικασταὶ, ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων. *Quicumque actiones inſtituerunt, in Areopagum veniunto. Ibi iuſtitia ſorte diſtribuet iudicia, atque ipſa aderit iudicantibus; iudiceſque ex univerſis Athenienſibus dabuntur.* Et per litteras ibidem, ut in ceteris tribunalibus, iudices ſortito dati. Scholiaſtes Comici Pluto ad illa verba;

Οὐκ ἐτὸς ἅπαντες οἱ δικάζοντες θαμὰ
Σπεύδουσιν ἐν πολλοῖς γεγράφθαι γράμμασιν.

iſta notat· Βούλονται καὶ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, βούλονται καὶ ἐν ἄλλῳ δικαστηρίῳ, ἀναγράφεσθαι. *Cupiunt & in Areopago, & in alio tribunali, per literas ſortito inſeri.* Quin Romani quoque adſciti, quum nimirum in poteſtatem ſuam Athenas redegiſſent. Obſervo apud Ciceronem in Orat. pro L. Cornelio Balbo. *Quo errore ductos vidi egomet nonnullos imperitos homines, noſtros cives, Athenis in numero iudicum, atque Areopagitarum.* Et, ecce, in Inſcriptione quadam antiqua.

ΤΟΝ . ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ
ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ . ΤΗΣ . ΕΛΛΑΔΟΣ
ΡΟΥΦΙΟΝ . ΦΗΣΤΟΝ . ΚΑΙ . ΑΡΕ
ΟΠΑΓΕΙΤΗΝ . Η . ΕΞ . ΑΡΕΟΠΑΓΟΥ
ΒΟΥΛΗ . ΚΑΙ . Η . ΒΟΥΛΗ
ΤΩΝ . ΤΡΙΑΚΟΣΙΩΝ . ΚΑΙ . Ο
ΔΗΜΟΣ . Ο . ΑΘΗΝΑΙΩΝ . ΕΥΝΟ
ΙΑΣ . ΕΝΕΚΑ . ΚΑΙ . ΕΥΕΡΓΕ
ΣΙΑΣ . ΤΗΣ . ΠΕΡΙ . ΤΗΝ . ΠΟΛΙΝ
ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ . ΠΡΟΝΟΟΥΝΤΟΣ
ΦΛΑΒΙΟΥ . ΠΡΥΛΑΔΟΥ

Vti vero iſtud deſiit, ita quoque a virtute ipſi priſca deſcivere, neque eam adeo rigide coluere. Itaque Demetrius apud Athenaeum exprobrat illis, eſſe inter ipſos, qui muneribus corrupti, ius gratiae darent, uxoreſque alienas item permolerent. Locus Athenaei eſt inſignis lib. IV. Εἰς τοσοῦτον δ' ἀσωτίας ἐλήλυθει καὶ Δημήτριος, ὁ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως ἀπόγονος, ὡς φησιν Ἡγήσανδρος, ὥστε Ἀριστοκράτειαν μὲν ἔχειν τὴν Κορινθίαν ἐρωμένην, ζῆν δὲ πολυτελῶς. ἀνακαλεσαμένων δὲ αὐτὸν τῶν Ἀρεοπαγιτῶν, καὶ κελευόντων βέλτιον ζῆν, ἀλλὰ καὶ νῦν, εἶπεν, ἐλευθερίως ζῶ. καὶ γὰρ ἑταίραν ἔχω τὴν καλλίστην, καὶ ἀδικῶ οὐδένα, καὶ οἶνον Χῖον οἶνον, καὶ τἄλλα ἀρκούντως παρασκευάζομαι, τῶν ἰδίων μὴ προσόδων εἰς ταῦτα ἐκπιπτουσῶν· ὑ, καθάπερ ὑμῶν ἔνιοι, δεκαζόμενος ζῶ, καὶ μοιχεύων· καὶ τῶν τὰ τοιαῦτα πραττόντων καὶ ἐπ' ὀνόματός τινας κατέλεξε. *Demetrii vero, unius e poſteris Demetrii Phalerei, tam immenſus luxus fuit, referente Hegeſandro, ut amicam habuerit Ariſtagoram Corinthiam, magnificeque, & ſplendide vixerit; & ab Areopagitis vocatus, ad honeſtiorem vitam cohortantibus, reſponderit, liberaliter ſeſe vivere; ſiquidem ſcortum pulcerrimum habere, neque iniuriam ulli facere, tum & vinum Chium bibere, ac cetera, quod ſatis eſt, ſuppetere, eaque proventuum ſuorum privata copia ſuppeditari; nec ut quidam e vobis, ait, vitam ſic inſtituiſſe, ut muneribus corruptus a recto deflecteret, aliorumve uxores ſtupraret; quibuſdam etiam, qui talia patrarent, nominatim indicatis.* Et Phrynes ſcorti paraſitus erat Gyllion. Athenaeus lib. XIII. Παρεσίτει δὲ τῇ Φρύνῃ Γυλλίων, εἷς ὢν τῶν Ἀρεοπαγιτῶν. *Paraſitus erat Phrynes Gyllion, quum unus eſſet ex Areopagitis.* Itaque exagitare etiam eos in Fabulis ſuis auſi Comici, & Demetrius quidam alius, poeta Comicus, Comoediae cuidam ſuae titulum fecit, Ἀρεοπαγίτης. Ecce tibi apud Athenaeum lib. IX. Κατὰ τὸν κωμικὸν Δημήτριον, ὃς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἀρεοπαγίτῃ ταῦτ' εἴρηκεν. *Secundum Comicum Demetrium, qui in Fabula, quae inſcripta eſt Areopagita, iſta dixit.* De numero eorum certi nil proferri poteſt; neque enim ille certus, poſtquam novem quotannis archontes, ut oſtendi adderentur. Et id notat Scholiaſtes Demoſthenis in argumento Orationis in Androtionem. Ἡ μὲν τῶν πεντακοσίων (βουλὴ) ἀριθμῷ ὑποπίπτει ὡρισμένῳ. ἡ δὲ (ἐν Ἀρείῳ πάγῳ) ἀορίστῳ. ὡς γάρ τινες τῶν ῥητόρων λέγουσι, κατ' ἔτος οἱ ἐννέα ἄρχοντες αὐτῇ προσετίθεντο. ὡς δέ τινες, ὅτι καὶ ἐξ μόνον θεσμοθέται, καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ὑπίπτον ἀριθμῷ. *Quingentorum Senatus ſub certum numerum cadit; Areopagitarum non item. Vt enim quidam Oratores dicunt, quotannis iis novem Archontes addebantur; aut, ut alii, ſex dumtaxat Theſmothetae; ac propterea certo numero non erant.* Athenaeus lib. VI. Καὶ τούτων, οἷον Ἀρεοπαγιτῶν τινῶν, ὅτε τὸ πλῆθος, ὅτε τὰς ὄψεις, οἶδεν οὐδείς. *Atque horum, ceu Areopagitae quidam eſſent, neque numerum, neque faciem quiſquam novit.* Ergo vehementer errat Nicephorus Calliſtus, qui fuiſſe novem dicit, Eccleſ. Hiſt. lib. II. cap. XX. Καὶ δῆτα εἴσω χειρῶν θέμενοι, ἐπὶ τὸ παρ' αὐτοῖς μέγιστον δικαστήριον ἄγουσιν, ᾧ Ἄρειος πάγος ὄνομα, καὶ τῷ συνεδρίῳ τῶν δικαστῶν παρασήσαντες. ἐννέα δὲ ἦσαν ἔτοι, σοφίᾳ, καὶ γένει, καὶ πλούτῳ, τῶν ἄλλων πάντων ὑπερφέρειν δοκοῦντες, ἐπὶ τῶν δικαστικῶν θρόνων ἀρισταίνδην ἐξελεγμένοι. *Comprehenſus, in ſupremum ibi iudicium, cui Areo-*

Areopagus nomen, producitur, ac confeſsui iudicum ſiſtitur. Novem ii erant numero, ſapientia, genere, atque opibus, aliis omnibus habiti praeſtantiores; & ad iudiciales ſedes, prout quiſque eorum optimus viſus fuit, electi. Scholiaſtes AEſchyli ad Eumenidas, triginta unum fuiſſe ait. Ὁ ἀριθμὸς τῶν Ἀρεοπαγιτῶν, τριάκοντα καὶ εἷς. *Areopagitae erant numero triginta unus* (a). Quinquaginta unum Maximus in Dionyſium Areopagitam. Ἐκ γὰρ τῶν ἐννέα καθισαμένων ἀρχόντων Ἀθήνησι τὺς Ἀρεοπαγίτας ἔδει συνεδρεύειν δικαστὰς, ὡς φησιν Ἀνδροτίων, ἐν δευτέρᾳ τῶν Ἀτθίδων· ὕστερον δέ, πλόχων γέγονεν ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλή. τετέσιν, ἐξ ἀνδρῶν περιφανεστέρων πεντήκοντα καὶ ἑνός. *Ex novem Archontibus Athenis conſtitui Areopagitas oportebat, uti auctor eſt Androtion, Rerum Atticarum libro ſecundo; poſtea vero, Senatus Areopagiticus e pluribus fuit; nempe ex illuſtrioribus viris quinquaginta, & uno.* Erat is Ephetarum numerus, non Areopagitarum; itaque temere confundit. Eumdem errorem errat Georgius Pachymerius in Paraphraſi Dionyſii. Ἐκ τῶν ἐννέα καθισαμένων ἀρχόντων Ἀθήνησιν ἔδει τοὺς Ἀρεοπαγίτας εἶναι, ὧν ἀριθμὸς εἰς ἕνα καὶ πεντήκοντα ἐπεσεῖτο. *Ex novem Archontibus Areopagitas Athenis eſſe oportebat, qui erant numero quinquaginta unus.* At nec novem eos fuiſſe, nec triginta item & unum, neve quinquaginta unum, verum multo plures etiam, ſatis conſtat, quod Diogenes Laertius, ubi Socratem condemnatum nobis memorat, quod ab Areopagitis factum fuit, qui damnarent, ducentos octoginta unum plures fuiſſe dicat, quam qui abſolutum cuperent. Ita eius verba habent. Κατεδικάσθη δικαστηρίοις ὀγδοήκοντα μίᾳ πλείοσι ψήφοις τῶν ἀπολυσάντων. *Damnatus eſt calculis ducentis octoginta uno pluribus, quam abſolveretur.* Quin & mox, ex abſolventibus, quum is ſe in Prytaneo alendum eſſe cenſuiſſet, alii quoque octoginta condemnarunt. Hoc Diogenes item refert in ſequentibus ſtatim verbis. Θορυβησάντων δὲ τῶν δικαστῶν, ἕνεκα μὲν, εἶπε, τῶν ἐμοὶ διαπεπραγμένων, τιμῶμαι τὴν δίκλιν τ' ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως. καὶ οἱ θάνατον αὐτῷ κατέγνωσαν, προσθέντες ἄλλας ψήφους ὀγδοήκοντα. *Quum tumultuarentur iudices, ego, inquit, propter ea, quae commerui, victu mihi in Prytaneo exhibendo litem aeſtimo. Qua de cauſa, adiectis calculis octoginta, mortis poenam irrogarunt.* Habes iudices trecentos ſexaginta, & unum, qui damnarunt. Quibus addo, qui abſolverant; & qui prima quoque ſententia condemnaverant, abſolventium numero pares; e quibus mox octoginta, ut iam dixi, ad damnantes acceſſerunt. Sed repoſiet iſthic aliquis, non damnatum ab Areopagitis Socratem; neque hoc Diogenem dicere. Fateor equidem, non expreſſum id Diogeni; ſed res ipſa clare loquitur; poſtquam accuſatus Socrates, quod in Vrbem deos novos introduceret, veteresque non exiſtimaret tales. Id Diogenes ſat diſerte nobis dicit. Τάδε ἐγράψατο (b) Μέλιτος Μελίτου Πιθεὺς Σωκράτει Σωφρονίσκου Ἀλωπηκῆθεν. Ἀδικεῖ Σωκράτης, οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεὺς, ἃ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσηγούμενος. *Accuſavit Melitus Meliti Pithenſis Socratem Sophroniſci Alopecenſem; quod, quos deos Vrbs ſtatueret, ipſe non exiſtimaret; alios vero novos deos introduceret.* Tertullianus in Apologetico. *Propterea damnatus eſt Socrates, quia deos deſtruebat.* Omitto alios Auctores, qui conſtanter illud tradunt. Atqui hoc de iis iudicium, item tota religione, & de rebus ſacris omnibus, ad hos Areopagitas pertinuiſſe, infra oſtendo cap. IX. Illud tamen obſervandum, quod ducentis octoginta uno calculis ſuperaſſe, qui damnarent, a Diogene memorentur; quum in Apologia Socratis dicat Plato, tribus tantum hos viciſſe. Ita enim Socratem loquentem facit. Ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον θαυμάζω ἑκατέρων τῶν ψήφων γεγονότα ἀριθμόν. ἃ γὰρ ἐμοὶ ἔγωγε, οὕτω παρ' ὀλίγον ἔσεσθαι, ἀλλὰ παρὰ πολύ. νῦν δὲ, ὡς ἔοικεν, εἰ τρεῖς μόναι μετέπεσον τῶν ψήφων, ἀπεπεφεύγειν ἄν. *Multo magis calculorum utrorumque numerum miror; nec tam paucos condemnantes, ſed futuros longe plures, opinabar: nunc, ſi tres dumtaxat aliter cecidiſſent, culpa abſolvi debuiſſem.* Non concilio, aut expedio. Neque enim quidquam iuvat, quod τριάκοντα quaedam exemplaria legant, aut τριάκοντα τρεῖς nonnulla. An vero & hic Platonis error eſt dicendus, quales apud Athenaeum libro quinto, plures refert Dipnoſophiſta [c]?

CAP.

(a) Samuel Petitus. *Certo igitur numero Areopagitae circumſcribi non poſſunt; quamquam quot ſint ſingulis annis dici poſſit, quemadmodum in veteri illa Inſcripticne, quam deſcripſit Volaterranus:* ΤΩι ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΩι ΑΝΘΥΠΑΤΩι ΤΗΣ ΕΛΛΑΔΟΣ ΡΟΥΦΩι ΦΑΙΣΤΩι ΚΑΙ ΑΡΕΙΟΠΑΓΙΤΗι, Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗ ΤΩΝ ΤΡΙΑΚΟΣΙΩΝ, ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ Ο ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΕΥΝΟΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ ΕΝΕΚΑ. *Neque enim perpetuum hunc eſſe trecentorum Areopagitarum numerum docet Inſcriptio, ſed hoc tantum eo, quo ſcripta, poſitaque eſt haec Inſcriptio anno Areopagitas trecentos fuiſſe, quod ſane mirandum eſt; Feſtus autem hic etiam inter Areopagitas, ac proinde de Novemviris unus, quia adſcripti cives ſortiebantur τῶν ἐνιαυσίων Ἀρχόντων γενέσθαι. At vero locus e Scholiis ad AEſchyli Eumenidas duplici in mendo cubat, quorum unum eſt Scholiorum ſcriptoris, alterum deſcriptoris; ita editur:* ὁ Ἀριθμὸς τῶν Ἀρειοπαγιτῶν ν' καὶ εἷς; *atque hoc librarii peccatum eſt; auctoris vero, quod Areopagitas dicat, qui Ephetae ſunt, nam Ephetae erant quinquaginta & unus. Pollux,* Ἐφέται, τὸν μὲν ἀριθμὸν, εἷς καὶ πεντήκοντα. *Niſi dicamus, quod fortaſſe verius eſt, in hoc Oreſtis iudicio, ſediſſe tantum triginta & unum Areopagitas.*

Ἐκβάλλειν' ὡς τάχιστα τευχέων πάλος,
Οἵοις δικαστῶν τῦτ' ἐπίσκηπτει τέλος.

ὁ Ἀριθμὸς τῶν Ἀρειοπαγιτῶν λ' καὶ εἷς. *Non enim omnes ſemper Areopagitae in omnibus cauſis ius dicebant, ſed quidam ex illis tantum, quemadmodum in aliis Tribunalibus factum eſt; itaque in cauſa Oreſtis ſediſſe finguntur Areopagitae triginta & unus tantum. Areopagitarum Magiſtratus erat perpetuus, neque quiſquam hoc Senatu movebatur, qui non grande, & inexpiabile admiſiſſet nefas. Libanius loco laudato:* Ἡ τῶν Ἀρειοπαγιτῶν Βουλὴ ἦν ἀδιάδοχος, εἰ μὴ γάρ τις ἥμαρτε μεγάλας ἐκ ἐξεβάλλετο.

(b) Deeſt, Καὶ ἀνθωμολογήσατο.

(c) Neſcio tamen an omnes errores ſint, quos Athenaeus in Platone reprehendit: ipſe quidem numen illud Philoſophorum ab huiuſmodi calumniis vindicare non ſuperſederam, quum eius vitam litteris mandarem,

Digitized by Google

prima quoque ſententia condemnave-
, abſolventium numero pares; e quibus
octoginta, ut iam dixi, ad damnantes
ſſerunt. Sed repoſiet iſthic aliquis, non
natum ab Areopagitis Socratem; neque
Diogenem dicere. Fateor equidem, non
reſſum id Diogeni; ſed res ipſa clare lo-
tur; poſtquam accuſatus Socrates, quod
Vrbem deos novos introduceret, vete-
que non exiſtimaret tales. Id Diogenes
diſerte nobis dicit. Τάδε ἐγράψατο (b) Μέ-
& Μελίτου Πιθεὺς Σωκράτει Σωφρονίσκου Ἀλω-
πήθεν. Ἀδικεῖ Σωκράτης, οὓς μὲν ἡ πόλις νομί-
ζει θεοὺς, ἃ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσφέ-
ρων. *Accuſavit Melitus Meliti Pithenſis So-
ratem Sophroniſci Alopecenſem; quod, quos
os Vrbs ſtatueret, ipſe non exiſtimaret; alios
ro novos deos introduceret.* Tertullianus in
pologetico. *Propterea damnatus eſt Socra-
s, quia deos deſtruebat.* Omitto alios Au-
ores, qui conſtanter illud tradunt. Atqui
oc de iis iudicium, item tota religione,
x de rebus ſacris omnibus, ad hos Areo-
agitas pertinuiſſe, infra oſtendo cap. IX.
llud tamen obſervandum, quod ducentis
octoginta uno calculis ſuperaſſe, qui dam-
arent, a Diogene memorentur; quum in
Apologia Socratis dicat Plato, tribus tan-
um hos viciſſe. Ita enim Socratem loquen-
em facit. Ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον θαυμάζω ἑκατέ-
ρων τῶν ψήφων γεγονότα ἀριθμόν. οὐ γὰρ ᾤμην
ἁγὼ, οὕτω παρ' ὀλίγον ἔσεσθαι, ἀλλὰ παρὰ πολύ. νῦν δὲ, ὡς ἔοικεν, εἰ τρεῖς μόναι μετέπεσον τὰς
ψήφους, ἀπεπεφεύγειν ἄν. *Multo magis calculo-
rum utrorumque numerum miror; nec tam
paucos condemnantes, ſed futuros longe pla-
res, opinabar: nunc, ſi tres dumtaxat aliter
recidiſſent, culpa abſolvi debuiſſem.* Non conci-
io, aut expedio. Neque enim quidquam iu-
vat, quod τριάκοντα quaedam exemplaria le-
gant, aut τριάκοντα τρεῖς nonnulla. An vero
& hic Platonis error eſt dicendus, quales a-
pud Athenaeum libro quinto, plures refert
Dipnoſophiſta [c]?

CAP.

mus, quod fortaſſe verius eſt, in hoc Oreſtis iudicio, ſedi
tantum triginta & unum Areopagitas.
Ἐκαλλεῖ δὲ τὰς τύχας τυχὼν πάλαι.
Οὗτος δικαστῶν τῶν ἐπὶ σεμνοτάτοις τίλος.
ὁ Ἀρείους τῶν Ἀρεοπαγιτῶν λ' καὶ εἷς. *Non enim omnes ſem-
per Areopagitae in omnibus cauſis ius dicebant, ſed quidam ex
illis tantum, quemadmodum in aliis Tribunalibus factum eſt;
itaque in cauſa Oreſtis ſediſſe finguntur Areopagitae triginta &
unus tantum. Areopagitarum Magiſtratus erat perpetuus, neque
quiſquam hoc Senatu movebatur, qui non grande, & inex-
piabile admiſiſſet nefas. Libanius loco laudato:* Ἡ τῶν Ἀρεο-
παγιτῶν Βουλὴ ἦν ἀδιάδοχος, εἰ μή τις ἥμαρτε μεγάλως
ἢ ἐξέλλετο.
) Deeſt. Καὶ ἀνθωμολογήσατο.
) Nelcio tamen an omnes errores ſint, quos Athenaeus in
Platone reprehendit: ipſe quidem numen illud Philoſophorum
ab huiuſmodi calumniis vindicare non ſuperſederam, quum eius
vitam litteris mandarem,

CAP. VI.

Senatus initio tribus tantum diebus habitus; poſtea pluribus; tandem ſingulis. Decretum Phoci, ut Apaturiorum feſtum per quinque dies celebraret. Priuſquam ſemper haberetur, per praeconem ſolitus denuntiari. Conveniebat autem primo in Areopago; poſtea in porticu regia, idque noctu, & ſub dio; quod poſtremum in aliis quoque tribunalibus, ubi de caedibus iudicabatur, uſitatum; idque qua de cauſa factum.

SEd iudicii rationem univerſam, atque ordinem videamus. Initio Senatus tantum haberi ſolitus tribus ultimis diebus uniuſcuiuſque menſis; quarto, tertio pridieque Kalendarum. Pollux, ubi de eo agit lib. VIII. cap. X. Καθ' ἕκαστον δὲ μῆνα τριῶν ἡμερῶν ἐδίκαζον ἐφεξῆς, τετάρτῃ φθίνοντος, τρίτῃ, δευτέρᾳ. *Singulis menſibus per tres continuos dies iudicabant, quarto, tertio, pridieque Kalendarum.* Sed id poſtea, ſicut alia, immutatum; & obſervo, etiam ſeptimo menſis die iudicaſſe. Lucianus in Bis accuſato ſic loquentem Mercurium introducit. Ἀγόρευε λεώς, ἀγορὰν δικῶν ἀγαθῇ δίκῃ κατασησόμεθα τήμερον. Ἑλαφηβολιῶνος ἑβδόμῃ ἱσαμένου. ὁπόσοι γραφὰς ἀπήνεγκαν, ἥκειν εἰς Ἄρειον πάγον. *Audito populo; forum iuri dicundo, quod bene vertat, hodie conſtituemus, menſis Elaphebolionis die ſeptimo; quicumque actiones inſtituerunt, in Areopagum veniunto.* Immo denique quotidie factum. Suggerit idem Lucianus in ſequentibus inde verbis. Ἀκροάσεων δὲ, καὶ λόγων τῶν δικανικῶν, ἄλις ἔχοιμι. ὁσημέραι τὸν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἀκούων τι. *Auſcultationum, & orationum iudicialium abunde habeo; quotidie aliquid litigantium in Areopago audiens.* Adeoque neque in quibusdam feſtis a iure dicundo abſtinebant; &, Cephiſodoro archonte, qui ſupremum Magiſtratum iſtum tenuit Olympiad. CV. anno III. [a] factum eſt decretum a Phoco, ut feſtum Apaturiorum, pariter ac Senatus alii, quinque diebus celebrarent. Athenaeus lib. IX. Εὑρίσκω δὲ καὶ ψήφισμα, ἐπὶ Κηφισοδώρου ἄρχοντος Ἀθήνησι γενόμενον· ἐν ᾧ, ὥσπερ τι σύσημα, οἱ Προτένθαι ἐσὶ, καθάπερ καὶ οἱ Παράσιτοι ὀνομαζόμενοι, ἔχον οὕτως. Φῶκος εἶπεν, ὅπως ἂν ἡ βουλὴ (ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου) ἄγῃ τὰ Ἀπατούρια κατὰ τῶν ἄλλων Ἀθηναίων, κατὰ τὰ πάτρια, ἐψηφίσθαι τῇ βουλῇ, ἀφεῖσθαι τοὺς βουλευτὰς τὰς ἡμέρας, ὥσπερ καὶ αἱ ἄλλαι βουλαὶ διαφέρονται, ὑπὸ τὰς ἡμέρας, ἃς οἱ Προτένθαι ἄγουσι, πέντε ἡμέρας. *Invenio vero decretum, Cephiſodoro archonte Athenis factum; in quo ceu collegium aliquod, Protenthae memorantur, non ſecus atque illi, qui Paraſiti adpellantur, ita habens: Phocus retulit, ut Apaturia Senatus Areopagiticus cum Athenienſibus aliis ritu patrio celebraret, decretum eſſe, ut ea curia, ad exemplum ceterarum, Senatores ſuos dimittat ab eo die, quo Protenthae illa celebrant, dies quinque.* Priuſquam quotidie haberetur, per praeconem populo indicebatur, ſi quando habendus eſſet. Ecce tibi in Bis accuſato Luciani in citatis ſtatim verbis, Mercurius praeconis vice fungens, ita loquitur. Ἀκούετε λεώς, ἀγορὰν δικῶν ἀγαθῇ δίκῃ κατασησόμεθα τήμερον, Ἑλαφηβολιῶνος ἑβδόμῃ ἱσαμένου· ὁπόσοι γραφὰς ἀπήνεγκαν, ἥκειν εἰς Ἄρειον πάγον. *Audito populo, forum iuri dicundo, quod bene vertat, hodie conſtituemus, menſis Elaphebolionis die ſeptimo; quicumque actiones inſtituerunt, in Areopagum veniunto.* Conveniebat autem primo in Areopagum; ſed ob loci nempe incommoditatem, quum moleſtum eſſet aſcendere, etiam iſtud eſt mutatum; placuitque, in porticu regia locum capere. Obſervo, ecce, apud Demoſthenem in Ariſtogitonem Orat. I. Τὸ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν, ὅταν ἐν τῇ βασιλείῳ σοᾷ περισχοινίζηται, κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν ἐφ' ἑαυτῆς εἶναι. *Quod Senatus Areopagiticus, quum in porticu regia ſedenti funis circumducitur, quum multo ſilentio inter ſe agat.* Et noctu quidem, atque in tenebris, ac ſub dio. Noctu vero, ut non dicentium, ſed eorum, quae dicerentur, rationem haberent. Lucianus in Hermotimo. Κατὰ τοὺς Ἀρεοπαγίτας αὐτὸ ποιοῦντα. οἱ ἐν νυκτὶ, καὶ σκότῳ δικάζουσιν· ὡς μὴ εἰς τοὺς λέγοντας, ἀλλ' ἐς τὰ λεγόμενα, ἀποβλέποιεν. *Areopagitarum more hoc facientem; qui noctu, & in tenebris iudicia habent; ut non in dicentes, ſed in ea, quae dicuntur, reſpiciant* (b). Iterum de domo. Ὅλως δὲ πρὸς τοῖς ὀρομένοις ἐσὶν· εἰ μὴ τύχοι τις παντελῶς τυφλὸς ὤν, ἢ ἐν νυκτὶ, ὥσπερ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ, ποιοῖτο τὴν ἀκρόασιν. *Sed totus in ſpectando verſatur; niſi quis fortaſſe omnino caecus fuerit, aut noctu, ut Senatus Areopagiticus ſolet, ad auſcultandum venerit.* Itaque facies eorum nemo videre poterat. Inde eſt, quod Athenaeus ait lib. VI. Καὶ τούτων, οἷον Ἀρεοπαγιτῶν τινῶν, ὅτε τὸ πλῆθος, ὅτε τὰς ὄψεις, οὐδεὶς ἐδείς. *Atque horum, ceu Areopagitae quidam eſſent, neque numerum, neque facies quiſquam novit.* Quod ſub dio iudicaverint docet Pollux lib. VIII. cap. X. Τὰ παίτριοι δὲ ἐδικάζοντο. *Iudicabant autem ſub dio.* De Areopagitis loquitur [c]. Sed hoc itidem uſitatum in aliis omnibus tribunalibus, in quibus de caedibus iudicia habita. Rem, & cauſam apud Antiphontem obſervo in Orat. De caede Herodis. Ἅπαντα τὰ δικαστήρια ἐν ὑπαίθρῳ δικάζει τὰς δίκας τοῦ φόνου· ὐδενὸς ἄλλου ἕνεκα, ἢ ἵνα τοῦτο μὲν οἱ δικασαὶ μὴ ἴωσιν εἰς τὸ αὐτὸ τοῖς μὴ καθαροῖς τὰς χεῖρας. τοῦτο δὲ ὁ διώκων τὴν δίκην τοῦ φόνου, ἵνα μὴ ὁμορόφιος γένηται τῷ αὐθέντῃ. *Omnia tribunalia cauſas homicidii ſub dio iudicant; idque non alia de cauſa, quam ut partim ne Iudices eant in locum eumdem cum iis, qui impuras manus habent; partim, ne actor homicidii, atque reus ſub eodem tecto eſſent.*

(a) Vide *Lib.* IIII. *De Archont. Athen. Cap.* IIII.
(b) Sic de Principe caeco inter Senatores manibus mutilos elegans Emblema And. Alciati exſtat.
(c) Vide *Lib.* I. *Them. Attic. Cap.* XX.

Digitized by Google

CAP. VII.

Quum sedisset, populus secedere iussus per praeconem, & silere, loco fune circumducto. Inde causae sorte productae; iudicesque singulis sui adsignati; actae autem sine ullo patrocinio, quod permissum tamen postea. Sextus Empiricus, & Lucianus inter se conciliati. Patroni autem isti erant numero decem, sorte lecti, & mercedem accipiebant drachmam in unamquamque causam. Gulielmi Budaei error. Sed & postea hic mutatum est; neque numerus, neque merces ista stetit. Prooemia quoque, & epilogi, verborumque lenocinia; quidquid supervacuum, per praeconem interdictum. Denique ad istud facta a ceteris omnibus provocatio. Κλῆτις. Πρόκλησις.

QVum Senatus conveniſſet, ſederetque, populus faceſſere ſe inde iuſſus, & ſilere per praeconem. Repraeſentat hunc morem, in iudicio Areopagitico, AEſchylus poeta in Eumenidibus, ubi ſic Minerva loquitur.

Κήρυσσε κῆρυξ, κ᾽ στρατὸν κατεργάζου,
Η᾽τ᾽ ἂν διάτορος Τυρσίωνικὴ
Σάλπιγξ, βροτείου πνεύματος πλησθεῖσα,
Γ᾽πέρτονον γήρυμα φοινέτω στρατῷ.
Πλησθεῖσα γὰρ τῆδε βουλευτηρίου,
Σιγᾷν ἀρήγει, κ᾽ μαθεῖν θεσμοὺς ἐμοὺς,
Πόλιν τε πᾶσαν εἰς τὸν αἰανῆ χρόνον.
Καὶ τῶνδ᾽ ὅπως ἂν εὖ καταγνώσθη δίκη.
Edicito praeco, & populum prohibeto;
Ac sonora Tyrrhenica
Tuba, mortali spiritu impleta
Intensum admodum sonum edat populo.
Impleta enim hac curia,
Silere expedit, legesque meas discere,
Vrbem universam in perpetuum tempus.
Vt horum recte cognoscatur iudicium.

Ad quae verba Scholiastes. Κληρώσασα Ἀθηνᾶ τοὺς ἀρίστους, ἄγει δικάσοντας. καθισάντων δὲ αὐτῶν, ἐν μέσῳ στᾶσα, κελεύει διὰ τῆς σάλπιγγος, καὶ τῷ κήρυκι, σιωπὴν γενέσθαι, ὡς μὴ ἀρκοῦντος μόνου τοῦ κήρυκος. ὅρα δὲ, πῶς τὰ νέων ἔθη ἀναχρονίζει. ἃ γὰρ νῦν γίνεται, ταῦτα τὴν Ἀθηνᾶν εἰσήγαγε λέγουσαν. ἐχρῶντο γὰρ τῇ σάλπιγγι, ἀνείργειν τὸ πλῆθος θέλοντες. *Quum Minerva sorte optimos delegisset, eos ius dicturos adducit; postquam autem ipsi consedissent, stans in medio, per tubam, ac praeconem silentium indicit; tamquam solus praeco non sufficeret: vide autem, quo pacto mores recentiorum in priora tempora referat, nam quae nunc sunt usitata, haec Minervam loquentem introducit; tuba enim utebantur, quum populum prohibere vellent.* Atque, ut abscedere iussos prohiberent, locum fune circumseptum quasi muniebant. Demosthenes in Aristogitonem Orat. 1. Τὸ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βοὴν, ὅταν ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ καθεζομένη περισχοινίζηται, κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν ἐφ᾽ ἑαυτῆς εἶναι, καὶ ἅπαντας ἐκποδὼν ὑποχωρεῖν. *Quod Senatus Areopagiticus, quum in porticu regia sedenti funis circumducitur, cum multo silentio inter se agat, & omnes inde se subducant.* Post haec, A causae sorte productae; ne per gratiam, odiumve expediri quaequam citius, aut differri videretur. Ecce indicat in iudicio Areopagitico Lucianus in Bis accusato, ubi iustitia sic Mercurium affatur. Οἶσθα ὃ δράσομεν, ὦ Ἑρμῆ· τὰς μὲν ἄλλας δίκας, ἐς τὴν αὔριον ὑπερβαλώμεθα. σήμερον δὲ, κληρῶμεν τὰς τοιαύτας, ὁπόσαι τέχναις, ἢ βίοις, ἢ ἐπιστήμαις, πρὸς ἄνδρας εἰσὶν ἐπηγγελμέναι. καί μοι ταύτας ἀνάδος τῶν γραφῶν. *Scis quid faciemus, Mercuri? Ceteras quidem lites, in crastinum reiiciamus; hodie autem, eas tantum partiamur, quaecumque ab artibus, aut vitis, aut scientiis, contra homines denuntiatae sunt. Ac has mihi actiones nunc profero.* Ac productae plures simul; singulisque Iudices sui adsignati, qui cognoscerent. Lucianus ibidem. Ὁπόσαι γραφὰς ἀπήνεγκαν, ἥκειν εἰς Ἄρειον πάγον. ἔνθα ἡ Δίκη ἀποκληρώσει τὸ δικαστήριον, καὶ αὐτὴ παρέδρους τοῖς δικάζουσιν. οἱ δικασταὶ, ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων. ὁ μισθὸς, τριώβολον ἑκάστης δίκης. ἀριθμὸς τῶν δικαστῶν, κατὰ λόγον τοῦ ἐγκλήματος. *Quicumque actiones instituerunt, in Areopagum veniant; ibi iustitia sortietur fora; atque ipsa aderit iudicantibus. Iudices, ex universis Atheniensibus dabuntur; & tres oboli causae cuiuscumque merces; numerus Iudicum pro ratione causae erit.* Et hi ipsi etiam sorte dari soliti; ne corrumpi possent, quum ignoraretur plane, cuius causa cui committenda esset. Habes clare in sequentibus statim verbis. EP. Μέθη κατὰ τῆς Ἀκαδημίας, ὑπὲρ Πολέμωνος, ἀνδραποδισμοῦ. ΔΙ. Ἑπτὰ (δικαστὰς) κλήρωσον. EP. Στοὰ κατὰ τῆς Ἡδονῆς, ἀδικίας, ὅτι τὸν ἐρασὴν αὐτῆς Διονύσιον ἀπεβουκόλησε. ΔΙ. πέντε ἱκανοί. EP. περὶ Ἀριστίππου Τρυφὴ πρὸς Ἀρετήν. ΔΙ. πέντε κ᾽ τούτοις δικασάτωσαν. EP. ἀργυραμοιβικὴ δρασμοῦ Διογένη. ΔΙ. τρεῖς ἀποκλήρου μόνους. EP. Ἡ γραφικὴ κατὰ Πύρρωνος, ἀλιποταξίου. ΔΙ. Ἐννέα κρινέτωσαν. MERC. *Ebrietas contra Academiam, pro Polemone plagii.* IVST. *Sortire (Iudices) septem.* MERC. *Porticus contra Voluptatem, iniuriarum; quod amatorem ipsius Dionysium a se diverterit.* IVST. *Quinque sufficient.* MERC. *De Aristippo Luxuria contra Virtutem.* IVST. *Etiam his quinque iudicent.* MERC. *Mensaria contra Diogenem fugae.* IVST. *Tres sortire solos.* MERC. *Pictoria contra Diogenem, ut desertorem.* IVST. *Novem iudicent.* Et mox rursum Iustitia dicit. Ἴδοὺ, καὶ τὰς ὑπερορίας ἤδη Ἀθηναίοις ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἀποκληρώσομεν, ἃς ὑπὲρ τὸν Εὐφράτην καλῶς εἶχε δεδικάσθαι. πλὴν ἀποκλήρου ἕνδεκα τοὺς αὐτοὺς ἑκατέρᾳ τῶν δικῶν. *Ecce peregrinas iam quoque Athenis in Areopago (causas) sortiamur, quas rectius fuerat ultra Euphratem disceptatas fuisse. Verumtamen sorte dato Iudices undecim eosdemque utrique liti.* Et deinde. Καθήσατε, οἱ τῇ Στοᾷ πρὸς τὴν Ἡδονὴν λαχόντες. *Sedete qui Porticui contra voluptatem sorte Iudices dati estis.* Inde causae agi coeptae, ab ipsis partibus, vel patronis. Est in hanc rem elegans Luciani locus in Anacharside. Ὁπόταν γὰρ ἀνελθοῦσα (ἡ βουλὴ) εἰς τὸ (Ἄρειον) πάγον συγκαθέζηται, φόνου, ἢ τραύματος ἐκ προνοίας, ἢ πυρκαϊᾶς, δικάσοντες, ἀποδίδοται λόγος ἑκατέρῳ τῶν κρινομένων. καὶ λέγουσιν ἐν τῷ μέρει, ὁ μὲν διώκων, ὁ δὲ φεύγων, ἢ αὐτοὶ, ἢ ῥήτορας ἀνα-

ἀναβιβάζονται τὰς ἐρῶνλας ὑπὲρ αὐτῶν. οἱ δὲ ἐς' ἂν μὲν περὶ τῦ πράγματ@ λέγωσιν, ἀνέχεται ἡ βουλὴ, καθ' ἡσυχίαν ἀκούσα· ἢν δέ τις ἢ προοίμιον εἴπῃ, πρὸ τοῦ λόγου, ὡς εὐνοϛέρους ἀπεργάσαιτο αὐτὺς, ἢ οἶκτον, ἢ δείνωσιν, ἔξωθεν ἐπάγοι τῷ πράγματι, οἷα πολλὰ ῥητόρων παῖδες ἐπὶ τὺς δικασὰς μηχανῶνται, παρελθὼν ὁ κῆρυξ, κατεσιώπησεν εὐθὺς, ὐκ ἐῶν λῆρεῖν πρὸς τὴν βουλὴν, ἡ περιπέτειν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις, ὡς γυμνὰ τὰ γεγενημένα οἱ Ἀρεοπαγῖται βλέποιεν. *Quum ingressus in Areopagum Senatus considet, de caede, aut vulnere voluntario, aut incendio cogniturus, utrique contendentium parti dicendi copia permittitur. Dicunt vero per vices actor, & reus; sive etiam oratore advocato, qui causam agat, ac quamdiu quidem, quae ad rem pertinent, dixerint, fert Senatus, placide auscultans; ceterum si quis prooemio utatur, ut benigniores sibi Iudices faciat, aut miserationem, aut vim orationis aliquam extrinsecus ad causam adducat, ut saepe solent apud Iudices oratores, accedens confestim praeco, silentium indicit, non permittens apud Senatum nugandi licentiam, ac causae verbis involvendae potestatem; ut, quae gesta, nuda cernere Areopagitae possint.* Et adductum oratorem etiam alibi ostendit in Bis accusato. EP. Οὐ δύναμαι, φησὶ, τὸν ἀγῶνα ἐπᾶν, ὑπὸ τῦ ἀκράτυ τὴν γλῶτταν πεπεδημένη, μὴ ἡ γέλωτα ὄφλω ἐν τῷ δικασηρίῳ· μόγις δὲ καὶ ἕσηκα, ὡς ὁρᾷς. ΔΙ. Οὐκοῦν συνήγορον ἀναβιβασάτω. MERC. *Non possum, inquit, hoc certamen perorare, lingua mero impedita, deinde metu, ne me risui in Senatu exponam; quin, ut vides, aegre pedibus me sustento.* IVST. *Proinde patronum adducat.* Et postea. Ἤκουον δὲ ἔγωγε, ὡς ἐδὲ αὐτὴ παρεσκεύαοτο ποιήσαοθαι τὺς λόγυς, ἀλλὰ ἢ Ἐπίκυρον ἀναβιβάσεται συναγορεύσοντα. *Audivi equidem, quod neque orationem ipsa habere sit parata, sed patronum Epicurum adductura.* Sed id licuisse negat Sextus Empiricus adversus Mathematicos lib. II. Παρ' ἣν αἰτίαν Ἀθηναίοις τὸ παλαιὸν ὐκ ἐπετέτραπτο συνήγορον παρίεσθαι τοῖς κρινομένοις ἐπὶ τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βυλῆς· ἀλλ' ἕκας@, ὡς εἶχε δυνάμεως, ἀδιαῤῥόφως, καὶ ἀπανύρσως, ὑπὲρ ἑαυτῦ λόγους ἐποιεῖτο. *Quam ob causam olim apud Athenienses non erat permissum adhibere patronum ad defendendam causam eorum, qui in Areopago iudicabantur; verum singuli, pro virili, sine ullis verborum strophis, & versutia pro se verba faciebant.* At conciliare Auctorem hunc utrumque in proclivi est; quippe olim quidem vetitum, ut diserte Sextus ait; postea vero, ut multa alia, id mutatum, & permitti etiam coepit. Ac patroni hi causarum non quilibet erant, sed in eam rem electi. Harpocration in Συνήγοροι. Ἐνίκασι παρὰ Ἀθηναίοις τινὲς χϛροτονηθῆ συνήγοροι ἐπὶ τῷ συναγορεύειν. *Videntur apud Athenienses electi fuisse quidam causarum patroni.* Quae totidem verbis apud Suidam, & auctorem Etymologici inveniuntur. Sorte itaque legebantur, atque id quidem, decem numero. Scholiastes Aristophanis ad Vespas. Κληρωτὰς δὲ γενομένης δέκα συνηγόρυς, Ἀριστοτέλης φησίν. *Sorte lectos fuisse decem causarum patronos, refert Aristoteles.* Et mercedem accipiebant obolos sex sive drachmam. Clare dicit Comicus Vespis.

Αὐτὸς δὲ φέρει τὸ συνηγορικὸν, δραχμὴν, κἂν ὕϛερ@ ἔλθῃ.

Ipse vero patrocinii mercedem aufert, drachmam, etsi serior veniat.

Vbi Scholiastes. Ἐλάμβανον γὰρ οἱ ῥήτορες δραχμὴν, ὅτε συνηγόρυν ὑπὲρ τῆς πόλεως, ἢ ὑπὲρ ἄλλυ τινός. *Accipiebant enim drachmam oratores, quum causam egissent civitatis, aut alterius cuiusquam.* Atque non diurnum erat, ut vir summus, Gulielmus Budaeus putavit; sed pro causa unaquaque solvebatur; ut Iudicibus suum triobolum, sicuti ostendo infra capite ultimo. Verum postea etiam hic mutatum observo. Neque enim ultra sorte legebantur; & quum quilibet munus isthoc occuparet, multo plures decem erant; tum & merces imminuta; adeo ut essent qui triobolo, dum adhiberentur modo, operam suam locarent. Manifestum istud fat e Luciano in Bis accusato. EP. Οὐ δύναμαί, φησι, τὸν ἀγῶνα ἐπᾶν, ὑπὸ τῦ ἀκράτυ τὴν γλῶτταν πεπεδημένη, μὴ καὶ γέλωτα ὄφλω ἐν τῷ δικασηρίῳ· μόγις δὲ καὶ ἕσηκα, ὡς ὁρᾷς. ΔΙ. Οὐκοῦν συνήγορον ἀναβιβασάτω, τῶν δεινῶν τούτων τινά. πολλοὶ γ ρ, οἱ κἂν ἐπὶ τριωβόλῳ διαῤῥαγῆναι ἕτοιμοι. MERC. *Non possum inquit, hoc certamen perorare; lingua mero impedita est; vereorque ne me risui in iudicio exponam; quin, ut vides, aegre pedibus consisto.* IVST. *Proinde patronum adducat aliquem ex istis gravibus; multi enim, qui disrumpi, vel triobolo sint parati.* Atque hoc obiter dicendum erat. Porro ut patroni primitus interdicti, sic prooemia, & epilogi, verborumque lenocinia; quibus aut benevolentiam conciliarent, aut adfectus commoverent. Lucianus in Anacharside in citatis ante verbis. Ἢν δέ τις ἢ προοίμιον εἴπῃ, πρὸ τῦ λόγυ, ὡς εὐνοϛέρυς ἀπεργάσαιτο αὐτὺς, ἢ οἶκτον, ἢ δείνωσιν, ἔξωθεν ἐπάγοι τῷ πράγματι, οἷα πολλὰ ῥητόρων παῖδες ἐπὶ τὺς δικασὰς μηχανῶνται, παρελθὼν (a) ὁ κῆρυξ, κατεσιώπησεν εὐθὺς, ὐκ ἐῶν ληρεῖν πρὸς τὴν βυλὴν, καὶ περιπέτειαν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις, ὡς γυμνὰ τὰ γεγενημένα οἱ Ἀρεοπαγῖται βλέποιεν. *Ceterum si quis prooemio utatur, ut benigniores sibi Iudices faciat; aut miserationem, aut vim orationis aliquam extrinsecus ad causam adducat, ut saepe solent apud Iudices oratores, accedens confestim praeco, silentium indicit; non permittens apud Senatum nugandi licentiam; ac causae verbis involvendae potestatem; ut, quae gesta sunt, nuda cernere Areopagitae possint.* Addit vero Lucianus, nec prooemio [b] ullo uti, nec verborum lenocinio ad captandam benevolentiam, aut adfectus commovendos licuisse; idque alii testantur. Pollux lib. VIII. cap. X. Προοιμάζεσθαι δὲ, ὐκ ἐξὴν, ὐδὲ οἰκτίζεσθαι. *Exordiis vero uti, aut commiserationem movere, non licebat.* Themistius Orat. XVI. Τάχα ἔν ὐδέ μοι ἐπιτρέψεθε ἐπὶ πλέον προοιμιάζεσθαι. ὐδὲ γὰρ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ὁ νόμ@ ἐδίδ *Forsan igitur neque mihi longo uti*

(a) προσιλθὼν alii legunt.

(b) Vetus Codex MS. in Bibliotheca Laurentiana servatur, in quo libellus, qui inscribitur: προοίμια ῥητορικά. Huc facit illud *Virgil. Neve per ambages, aut longa exorsa tenebo.*

uti prooemio permittetis; neque enim illud lex in Areopago concedebat. Et expreſſe per praeconem vetabantur, ſi qui contra facere vellent. Scholiaſtes Hermogenis. Ἐπὶ τῦ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δικασηρίῳ, χρῆσις προοιμίων ὐκ ἦν, κήρυξ γὰρ προσεφώνει τῷ εἰσιόντι. μήτε προοιμιάζυ, μήτε ἐπίλεξε. *In iudicio Areopagi exordiorum uſus non erat; nam ingreſſo edicebat praeco, ne exordio, neve epilogo uteretur*. Et poſtea, alio quodam loco. Ἐπὶ δὲ τῶν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δικασῶν ὐδὲ προοιμιασέον, ἢ ἐλεεινολογητέον· ἀλλ' αὐτὰ ψιλὰ τὰ πράγματα λεκτέον. *Apud Iudices in Areopago nec prooemio utendum, nec ad miſericordiam conciliandam aliquid eſt proferendum; ſed res ipſas, ut ſe habent, dicere oportet*. Apuleius Mileſ. x. *Tunc demum clamatus introducitur* (a) *etiam reus; & exemplo legis Atticae, Martiique iudicii, cauſae patronis denuntiat praeco, neque principia dicere, neque miſerationem* (b) *commovere*. Reſpexit Quinctilianus Inſtit. Orat. lib. II. cap. XVI. *Athenis quoque, ubi actor movere adfectus vetabatur, veluti reciſam orandi poteſtatem* (c). Et lib. VI. cap. II. (d) *Id ſenſiſſe Atticos credo; quia Athenis adfectus movere etiam per praeconem prohibebatur orator*. Rurſum ubi Demoſthenem, Ciceronemque comparat lib. X. capit. I. *Salibus certe, & commiſeratione, qui duo plurimum adfectus valent vincimus. Et fortaſſe epilogos illi mos civitatis abſtulerit*. Inde item eſt, quod Iſaeus in Orat. de caede exordio uti dixit, εἰς Ἄρειον πάγον ἐπισκῆψαι. *Areopagum inceſſere*. Notat Pollux libro VIII. cap. VI. Ἰσαῖος δὲ, καὶ τὸ ἐπὶ φόνῳ προοιπεῖν, εἰ Ἄρειον πάγον ἐπισκῆψαι, ἔφη. *Iſaeus vero etiam in Oratione de caede prooemio uti, Areopagum inceſſere dixit* (e). Nec prooemia etiam tantum interdicta, aut epilogi, ſed oratione cetera quidquid non ad rem praeſentem pertineret. Ariſtoteles Rhet. lib. I. cap. I. Οἱ δὲ, καὶ χρῶνται, καὶ κωλύυσιν ἔξω τῦ πράγματος λέγειν, καθάπερ καὶ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. *Hi vero, & utuntur, & prohibent dicere quod ſit alienum a cauſa, quemadmodum & in Areopago*. Lycurgus in Orat. adverſus Leocratem. Τὴν γὰρ ἐξυσίαν ταύτην δεδώκατε τοῖς ἐνθάδε εἰσιῦσι· καὶ ταῦτα, κάλλιστον ἔχονλες τῶν Ἑλλήνων παράδειγμα, τὸν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ συνέδριον. πρὸς ὃ δεῖ καὶ ὑμᾶς ἀποβλέπονλας, μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς ἔξω τῦ πράγματος λέγυσιν. *Hanc enim huc ingreſſis poteſtatem dediſtis; & quidem, quum haberetis pulcerrimum Graecorum exemplum, Senatum Areopagiticum; ad quem vos reſpicientes, permittere non debetis, ut quid praeter rem dicant*. Lucianus in Anacharſide. Αὐτὸς ἐμαυτῷ σιωπᾶν προσάτλω, ὐ περιμείνας τὸν κήρυκα, ὐδὲ τὸν Ἀρεοπαγίτλω σέ. ὃς ὑπ' αἰδῦς, οἶμαι, ἀνέχῃ λεγῦντα ἤδη τοσαῦτα ἔξω τοῦ πράγματος. *Mihi ipſe ſilentium iniungo, non exſpectato praecone, nec te Areopagita; qui ut arbitror, reverentia quadam ductus, tam multa nugantem extra cauſam hactenus toleras* (f). Certe verborum lenocinio interdictum fuiſſe, teſtis quoque elegans locus Iuliani in Orat. De rebus geſtis Conſtantii Imperatoris. Ὅ"τις δὲ ἐθέλα μηδὲν ὑπὸ τῦ κάλλους ἐξαπατᾶσθαι τ ῥημάτων, καὶ τῶν ἔξωθεν ἐπιφερομένων πλασμάτων, Ἀρεοπαγίτης ἔσω κριτὴς, καὶ ὐκ εὐλαβησόμεθα τ κρίσιν. *Sed ſi quis verborum lepore, atque fuco adſcititio, ac lenocinio decipi nolit, eſto iudex Areopagita, nec iudicium formidabimus* (g). Agebantur vero cauſae in loco, quem dicebant Βῆμα; nam & illud hic fuiſſe in ea voce notat Heſychius iſtis verbis. Ἦν δὲ καὶ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. *Erat autem etiam in Areopago*. Denique ab aliis omnibus tribunalibus ad hos provocari ſolitum, tamquam ad ſummum; inde Πρόκλησις dicebatur quum ad illud citarentur; quum ad cetera autem, Κλῆσις. Obſervare eſt apud Ammonium De Diff. Voc. Κλῆσις, καὶ Πρόκλησις, διαφέρει. Κλῆσις μὲν γάρ ἐσιν, ἡ εἰς ὁτιῦν τῶν δικασηρίων γενομένη· Πρόκλησις δὲ, ἡ εἰς Ἄρειον πάγον. *Vocatio, & Provocatio differunt; nam vocatio quidem erat, quae ad quodlibet tribunal fiebat; Provocatio vero quae ad Areopagum.*

CAP. VIII.

Inter partes iuſiurandum de calumnia utrinque datum; ac iuratum per Eumenidas, deoſque alios; quique iuramentum dabant, in mactatis apri, arietis, tauri carnibus inſiſtebant. Et actor quidem, ſi probaſſet, ſpectare ſupplicium, ac nil ultra permittebatur; reo poſtquam oraſſet cauſam, foro cedere, & in exſilium ire licebat, bonis interim publicatis. Quum utrinque ſuam quiſque cauſam egiſſet, iudicatum ſummo cum ſilentio fuit, primo conchis, quae Χοιρίναι *adpellate; inde calculis, partim albis, integriſque; partim nigris, & pertuſis. Vrnae duae, in quas calculi coniecti; & earum una,* Κύριος, *atque* Ἐλέυ; *altera* Ἄ"κυρος, *&* Θανάτυ *dicebatur*. Κρύβδην ψηφίζειν. Κρύβδην ψῆφος. *Menſae duae, urnarum vicem. Triginta tyranni quomodo Areopagitas veterem iudicandi morem mutare coegerint. Vrna tertia, in quam calculi numerati. Poſtquam autem calculi numerati eſſent, in tabella, cera oblita, lineam brevem, ſi abſolverent; ſi damnarent, longam ungue faciebant. Denique quaenam poſt iudicium peractum merces fuerit.*

POſt haec, cauſam ſuam acturi, antequam verba facere inciperent, iuſiurandum de calumnia utrinque dabant. Pollux lib. VIII. c. X. Ἐγί-

(a) Editio Pricaei: *Inducitur*.

[b] Id inſtitutum eſt ob iudicium Phrynes meretricis, quae miſeratione iudicium evaſit, ut apud *Athenaeum Lib. XIII.* videre eſt.

[c] Vix hic locus intelligitur, quae praecedunt, omiſſis. Sunt autem: *Et his adiicium exempla Graecorum, Romanorumque, & enumerant, qui pernicioſa non ſingulis tantum, ſed rebus etiam publicis uſi eloquentia turbaverint civitatum ſtatus, vel everterint: eoque & Lacedaemoniorum civitate expulſam, & Athenis &c.*

[d] In editione Batava anni 1665. primum Caput eſt, non ſecundum.

[e] Vide *Supplem. Themid. Attic. Lib.* III. *Tit.* III.

[f] Vide ibidem.

[g] Generalis horum omnium ratio eſt, quam *Quinctilianus Lib. V.* initio adfert. *Fuerunt*, inquit, *& clari quidem Auctores, quibus ſolum videretur Oratoris officium, docere. Namque & adfectus duplici ratione excludendos putabant: primum, quia vitium eſſet omnis animi perturbatio: deinde, quia Iudicem a veritate depelli miſericordia, vel ira, ſimilibuſque non oporteret, & voluptatem audientium petere, quum vincendi tantum gratia diceretur, non modo agenti ſupervacuum, ſed vix etiam viro dignum arbitrabantur.*

Digitized by Google

Ἐγίγνετο δὲ διωμοσία, κ᾽ μετ᾽ αὐτὴν κρίσις. *Dabatur vero utrinque iusiurandum de calumnia, ac deinde iudicium fiebat.* Iurabant autem deas ſeveras, ſive Eumenidas, alioſque item deos. Obſervo apud Dinarchum Orat. in Demoſth. Ἀπάσαις ταῖς ἀραῖς, ταῖς ἐν τῇ πόλει γενομέναις, ἔνοχ@ καθέσηκεν. ἐπιωρκηκὼς μὲν τὰς σεμνὰς θεὰς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, καὶ τὺς ἄλλους θεὺς, οὓς ἐκεῖ διόμνυσθαι νόμιμόν ἐσι. *Omnibus, quae ſunt in Vrbe, exſecrationibus tenetur; quum & ſeveras deas in Areopago peieraverit, alioſque deos, quos iurare utrinque illic eſt receptum.* Quum iurarent, mactatis rite apri, arietis, & tauri carnibus inſiſtebant. Docet Demoſthenes Orat. in Ariſtocratem. Γ᾽ςε δήπου τοῦθ᾽ ἅπανλες, ὅτι ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἃ δίδωσιν ὁ νόμ@ καὶ κελεύει φόνου δικάζεσθαι, πρῶτον μὲν διεξομεῖται κατ᾽ ἐξωλείας αὐτῦ, καὶ γένους, κ᾽ οἰκίας, εἴ τινα αἰτιώμεν@ εἰργάσθη τι τοιῦτον. εἶτ᾽ οὐδὲ κατὰ τυχόντα τιν᾽ ὅρκον τῦτο ωοιήσει, ἀλλ᾽ ὃν ὐδεὶς ὄμνυσιν ὑπὲρ ὐδενὸς ἄλλου, ςὰς ἐπὶ τῶν τομίων κάπρου, καὶ κριῦ, καὶ ταύρου, καὶ τούτων ἐσφαγμένων ὑφ᾽ ὧν δεῖ, καὶ ἐν αἷς ἡμέραις ωροσήκει. ὥςε καὶ ἐκ τῦ χρόνου, καὶ ἐκ τῶν μεταχειριζομένων, ἅπαν, ὅσον ἐσθ᾽ ὅσιον, ωεπράχθαι. *Scitis hoc nimirum omnes, in Areopago, ubi lex de caede agendi poteſtatem, & mandatum dat, primum iuſiurandum dare, & exitium, ſi calumnietur, tum ſibi ipſi, tum genti, tum familiae ſuae, imprecari cogitur is, qui aliquem talis alicuius facinoris criminatur. Deinde non vulgare aliquod iuramentum dare cogitur; ſed quale nemo in re ulla aliqua iurat, inſiſtens conſecratis carnibus apri, arietis, & tauri; biſque mactatis, tum a quibus oportet, tum iis diebus, quibus convenit; ut ea, quae & ſpatio temporis, & rerum, quae adhibentur, ſolemnitate, perfici ius faſque eſt, omnia praeſtentur.* De mactatis carnibus apri, arietis, & tauri, innuit etiam Antiphon in Orat. de caede Herodis. Δέον αὐτὺς τὸν αὐτὸν ὅρκον σοι διομοσαμένους, καὶ ἁπλομένους, τῶν σφαγίων, καταμαρτυρεῖν ἐμοῦ. *Quum oporteret eos, eodem tecum iuramento dato, tactiſque carnibus mactatis, me accuſare.* In eadem Oratione, imprecationis itidem eiuſdem mentio occurrit. Δέον σε διομόσασθαι ὅρκον τὸν μέγισον, καὶ ἰσχυρότατον, ἐξώλειαν αὐτῷ, καὶ γένει, καὶ οἰκίᾳ τῇ σῇ, ἐπαρώμενον. *Quum oporteret te praeſtare iuſiurandum maximum, & validiſſimum, perniciem tibi ipſi, & familiae, domuique univerſae, imprecantem.* Iuramenti meminit Lyſias Orat. in Theomneſtum 1. Ἔτι τοίνυν σκέψασθε, ὦ ἄνδρες δικασαί. ὑτοσὶ γάρ μοι δοκεῖ ὑπὸ ραθυμίας καὶ μαλακίας ὐδ᾽ εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβεβηκέναι. πάνλες γὰρ ἐπίσασθε, ὅτι ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ, ὅταν τὰς τῦ φόνυ δίκας δικάζωνλαι, ἃ διὰ τύτου τοῦ ὀνόματ@ τὰς διωμοσίας ποιῦνται, ἀλλὰ δι᾽ ἕτερ ἐγὼ καλῶς ἀκήκοα. ὁ μὲν γὰρ διώκων, ὡς ἔκτεινε, διόμνυλαι ὁ δὲ φεύγων, ὡς ὐκ ἔκτεινεν. *Praeterea & hoc conſiderate, Iudices, quod hic prae inertia, & mollitie, ne ad Areopagum umquam aſcenderit, Quandoquidem omnes noſtis, quod in eo loco quando de caede controverſia eſt, non hoc nomine iuramentum calumniae praeſtatur; ſed, ut ego ſaepe audivi, actor, quod interfecerit, iureiurando adfirmat; reus autem, quod non interfecerit* [a]. Peieranti ultio divina in ſe, ſuoſque exſpectanda; quod ſi conviciſſet actor, neque ſic in poteſtate reum habebat; ſed ſpectare tantum poenam permittebatur. Demoſthenes Orat. in Ariſtocratem. Καὶ κατὰ ταῦτα ὁ τὸν τοιοῦτον ὅρκον ὀμωμοκὼς, ὕτω ωεπίσευ). ἀλλ᾽ ἐὰν ἐξελεγχθῇ, μὴ λέξων ἀληθῆ, τὴν ἐπιορκίαν ἐπενεγκάμεν@ τοῖς ἑαυτῦ ωαισὶ κ᾽ τῷ γένει, πλέον ὐδ᾽ ὁτιοῦν ἕξει. ἐὰν δὲ δόξῃ τὰ δίκαια ἐγκαλεῖν, κ᾽ ἕλῃ τὸν δεδρακότα τοῦ φόνυ, ὐδ᾽ οὕτω γίνεται κύριος τοῦ ἀλόντ@, ἀλλ᾽ ἐκείνυ μὲν οἱ νόμοι κύριοι κολάζειν, κ᾽ οἷς ωροσέτακλαι ταῦτα. τῷ δὲ, ἐπιδεῖν δικόνλα δίκλῳ ἔξεσιν, ἣν ἔταξεν ὁ νόμ@, τὸν ἑλόνλα. ωέρα δ᾽ ὐδὲν τύτων. *Quamquam autem ſe tali ſacramento obligarit, nondum tamen ei habetur fides; ſed ſi mendacii convictus fuerit, nihil aliud conſequitur, niſi ut liberos ſuos, & omnem familiam nefario, & exitioſo periurii ſcelere contaminarit: ſin iure accuſaſſe videatur, & reum caedis perpetratae convicerit, ne ſic quidem damnatum in ſua poteſtate habet; ſed infligendi ſupplicii ius, & auctoritas penes leges eſt, & eos, quibus ſententiae exſequutio eſt mandata. Intereſſe ſpectaculo ſupplicii, quod damnatum ex lege ſequitur, accuſatori licet, neque praeter id aliud quidquam.* Reo, poſtquam cauſam ſuam primum dixiſſet, ſi metueret damnari, ſubducere ſeſe, & conſulere ſaluti ſuae licebat; neque quiſquam prohibere illud poterat. Videre eſt in Demoſthenis verbis, quae ſubiungit. Καὶ τῷ μὲν διώκοντι, ὑπάρχει ταῦτα. τῷ δὲ φεύγονλι, τὰ μὲν τῆς διωμοσίας, τοιαῦτα, τὸν ωρότερον δὲ ἔξεσιν εἰπόνλα λόγον, μελασῆναι· κ᾽ ὐθ᾽ ὁ διώκων, ὐθ᾽ οἱ δικάζονλες, ὕτ᾽ ἄλλων ἀνθρώπων ὐδεὶς, κύριος κολῦσαι. *Et quidem, quae ad actorem pertinent, haec ſunt. Reus vero calumniae iuſiurandum dat eodem modo; licetque, cauſa prima vice dicta, ut cedat foro, ſalutique ſuae conſulat; quod nec accuſator, neque Iudices, neque aliorum hominum quiſquam prohibere poteſt.* Pollux idem teſtatur lib. VIII. cap. X. Μετὰ δὲ τὸν ωρότερον λόγον, ἐξῆν φυγεῖν, εἴτις γονέας εἶη ἀπεκτονώς. *Poſt primam cauſae dictionem licebat in exſilium ire, etiam ſi quis parentes occidiſſet.* Meminit Dinarchus Orat. in Demoſthenem. Τοῖς αὐτοῖς ἔνοχον εἶναι κελεύυσιν, ὥσπερ ἄν τις ἓ φευγόνλων ἐξ Ἀρείυ πάγυ κατίῃ. *Iubent enim iisdem obnoxium eſſe, quibus ille ſit futurus, qui quum Areopago exceſſerit revertatur.* Poena tamen illi erat, facultatum publicatio; quae per publicos venditores fieri ſolita, quos Πωλητὰς adpellabant. Iulius Pollux lib. VIII. cap. IX. ſect. XV. Πολῆλαὶ ωιπράσκυσι κ᾽ τὰς τ᾽ ἐξ Ἀρείου πάσου κατὰ τὸν ωρότερον λόσον φυγόνλων οὐσίας. *Venditores vendebant etiam bona eorum, qui poſt primam cauſae dictionem ex Areopago in exſilium conceſſiſſent.* Primam cauſae dictionem, uti etiam iuſiurandum, in mactatis rite carnibus eorum animalium, quae iam dixi, indicat item clare Antiphon in Or. Περὶ τῦ χορευτῦ (b). Καὶ αἱ διωμοσίαι, καὶ τὰ τόμια, κ᾽ αἱ ωροῤῥήσεις, κ᾽ τἆλλα, ὅσα γίνεται ἓ δικῶν τῦ φόνου ἕνεκα. *Et iuramenta de calumnia, carnes item victimarum, prioreſque etiam cau-*

[a] De hiſce iuramentis conſule *Lib. I. Themid. Attic. Cap. XX.*
(b) De his Antiphontis orationibus conſule *Bibliothecam Atticam.*

cauſae dictiones, quaeque alia in iudiciis de caede adhibentur. Poſt haec, inter partes acta, ſententiam ferebant Iudices, idque ſummo cum ſilentio. Indicat Demoſthenes in Ariſtogitonem Orat. I. Τὸ τὴν ἐξ Ἀρέᾳ πάγου βουλὴν, ὅταν τῇ βασιλέῳ στοᾷ καθεζομένῃ περιχοινίζηται, κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν ἔφ' ἑαυτοῖς εἶναι. *Quod Senatus Areopagiticus, quum in Porticu regia ſedenti funis circumducitur, cum multo ſilentio inter ſe agat*. Eſtque in hanc rem elegans Macrobii locus Saturn. lib. VII. cap. I. *Apud Athenas Atticas Areopagitae tacentes iudicant*. Inde Iuvenalis Sat. IX.

Ergo occulta teges, ut curia Martis Athenis.

Et Ἀρεοπαγίτης dicebatur proverbio, quiſquis taciturnus eſſet; ut oſtendi cap. IV. Et Ἀρεοπαγίτου σιωπηλότερος, legitur apud Themiſtium Orat. I. Ἂν μὲν ἀγαθὸν πύθῃ, σεσανὸς εἶ, κἀ Ἀρεοπαγίτου σιωπηλότερος. *Si boni quidquam audiveris, tectus es, & Areopagita taciturnior*. Item dicit Ἀρεοπαγίτου σεμνότερος Alciphon in Epiſt. Auchemii ad Harmenium. Εἰ μέν τι δύνασαι συμπράττειν, κἀ σίγα λέγε πρός με, ἢ πρὸς ἑτέρους ἔκπυσα ποιῶν τἀμά. εἰ δὲ μηδὲν οἷός τε ὠφελεῖν, γένου μοι τανῦν Ἀρεοπαγίτου σεσυνώτερος. *Si quid potes auxilii ferre, mihi dicas, non aliis meas res enuntians; ſin iuvare nihil potes, eſto mihi Areopagita in praeſens tectior*. Ergo ut dixi taciturni iudicabant; idque quonammodo factum explicandum. Vrnae duae poſitae erant, in quas calculos immittebant, ut cognoſci minime poſſet quis cuiuſque Iudicis eſſet; & quae abſolventium erat, ea Ἑλέου nuncupata; quae damnantium, haec Θανάτου. Scholiaſtes Comici Veſpis. Δύο καδίσκοι ἦσαν τῶν ψήφων. εἷς μὲν, ὁ [a] Ἑλέου, ὁ ὀπίσω· ἕτερος δὲ, ὁ ἔμπροσθεν, τοῦ Θανάτου. *Duae calculorum urnae erant; una Miſericordiae, quae poſterior; altera anterior, & haec Mortis*. Mortis urnam, Immitem vocat Ovidius Metamorph. lib. XV.

Tunc quoque ſic lata eſt ſententia triſtis, & omnis
Calculus immitem demittitur ater in urnam.

Poſterioris, quae Miſericordiae erat, meminit illic ipſe Comicus.

Τἰωδὶ λαβὼν τὴν ψῆφον, ἐπὶ τὸ ὕστερον
Μύσας παράϊξον· κἀπόλυτον, ὦ πάτερ.
Hunc ſume calculum, inque poſtremam urnam
Mitte connivens; & abſolve, o pater.

Anterioris, ſtatim poſtea.

Οὑ δ' ἐσθ' ὁ πρότερος. ——
Haec eſt prior urna. ——

Qui abſolvebant in poſteriorem, qui damnabant in priorem calculum ſuum iniiciebant. Inſuper prior etiam Κύριος dicebatur; poſterior, Ἄκυρος. Scholiaſtes ad eiusdem Comici ad Veſpas. Φαίνονται ἡ συνήθως καλοῦντες Κύριον ἀμφορέα (b), τὸ πρότερον· τὸ δὲ ὕστερον, Ἄκυρον. *Videtur uſitatum fuiſſe, ut priorem urnam propriam vocarent; & poſteriorem, impropriam*. Ac prior quidem, qui & Κύριος, aeneus erat; alter autem qui, & Ἄκυρος, ligneus. Idem Scholiaſtes ad eiuſdem Comici Equites. Δύο καδίσκοι ἵσανται ἐν τοῖς δικαστηρίοις. ὁ μὲν, χαλκοῦς· ὁ δὲ, ξύλινος. καὶ ὁ μὲν, Κύριος ἦν. ὁ δὲ, Ἄκυρος. *Vrnae in iudiciis duae erant; una aenea; altera lignea; & illa quidem propria dicta; haec impropria*. Habes quoque apud Pollucem lib. VIII. cap. X. In has urnas, quum de cauſa cognoviſſent, Iudices, loco ſurgentes, ipſi calculum immittebant; quidam autem retinebant; itaque praeco circumibat, & circumferebat urnam, ut colligeret; ſed, quum etiam nihilominus, animi gratia, quidam calculum retinerent, praeco eos, qui retinuiſſent forte, tunc immittere iubebat. Scholiaſtes Comici Veſpis. Ἐν ταῖς δημοσίαις δίκαις εἰς ταυτὸ συναγόμενοι οἱ δικασταὶ, τῷ κήρυκι τὴν κληρωτίδα, ἤτοι τὸν κάδον, περιφέροντι, ἔβαλλον τὰς ψήφους· ἐνιοῖτε δὲ, κἀ αὐτοὶ ἐξεῤῥόμβουν ἔβαλλον. ἔνιοι δὲ, ὑπὸ φιλοδίας, κατεῖχον αὐτάς. τοῦτο οὖν λέγει (ὁ κῆρυξ) ὁ μὴ ἐψηφορηκὼς, ἐγερθεὶς βαλλέτω. *In publicis iudiciis poſtquam conveniſſent Iudices, praecone urnam circumferente, calculum illi iniiciebant; interdum autem ſurgentes ipſi immittebant; nonnulli vero, animi gratia, retinebant; ideo aiebat praeco; ſi quis non immiſit calculum, ille ſurgat, & immittat*. Indicat Comicus in ea fabula, quum inquit.

—— κἄγὼ γένοιμ' ἂν,
Ἵ'τ' ὁ κῆρύξ φησι, τὶς ἀψήφιστος, ἀνιστάσθω.
—— *illic ſim*,
Vbi praeco inquit; quis calculum necdum tulit, ſurgat.

Quia vero, coniectis in has urnas calculis, clam omnino haberetur, quae cuiuſque ſententia eſſet, hoc Κρύβδην ψηφίζειν dictum. Demoſthenes Orat. in Neaeram non in Midiam, ut Budaeus, memoria lapſus, quique eum ſequitur Poſtellus nobis tradunt. Ἐπὶ δὰν πεισθῇ ὁ δῆμος, καὶ δῶ τὴν δωρεὰν, οὐκ ἐξ κυρίαν εἶναι τὴν ποίησιν, ἐὰν μὴ τῇ ψήφῳ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκκλησίαν ὑπὲρ ἑξακισχίλιοι Ἀθηναῖοι ψηφίζωνται, κρύβδην ψηφιζόμενοι. *Poſtquam perſuaſus fuerit populus, & conceſſerit illud donum, non ratum eſſe ſinit, niſi proxima concione plus ſex mille Athenienſes, latis clanculum ſuffragiis, idem decreverint*. Item Ἐκ κρύβδην ψήφου, apud eumdem Demoſthenem. Οὐ γὰρ, εἰ κρύβδην ἐστὶν ἡ ψῆφος, λήσει τοὺς θεούς. *Neque enim, ſi occultum eſt ſuffragium, ideo deos latebit*. Lyſias contra Eratoſthenem. Μηδ' οἴεσθε κρύβδην τὴν ψῆφον· φανερὰν γὰρ τῇ πόλει τὴν ὑμετέραν γνώμην ποιήσετε. *Nec ſuffragium eſſe occultum cogitetis; quippe manifeſtam urbi ſententiam veſtram facietis*. Alias palam ſuffragia ferebant, in duabus illic menſis calculos abiicientes. Triginta tyranni, ut in poteſtate ſua Areopagitas haberent, & ſuffragia pro libidine ferre cogerent, novo more, non in urnis, quod ſolebant, ſed in menſis iſtiuſmodi calculos ſuos mittere iuſſerunt. Teſtis eius rei Lyſias Orat. contra Agoratum. Νῦν δὲ εἰς τὴν βουλὴν αὐτοὺς, τὴν ἐπὶ τὰ τριάκοντα, εἰσάγουσιν. Ἐκ δὲ κρίσις τοιαύτη ἐγίγνετο, οἵαν κἀ ὑμεῖς αὐτοὶ ἐπίστασθε. οἱ μὲν γὰρ τριάκοντα, ἐκάθηντο ἐπὶ τοῦ βάθρου, ἃ νῦν οἱ πρυτάνεις καθίζονται· δύο δὲ τράπεζαι

[a] Videtur legendum τοῦ.
[b] Harum Vrnarum figuram forte repraeſentant nummi Athenienſes Amphoram exhibentes, cui noctua inſidet. Conſule Tabulam Nummorum *Tom. I.*

Digitized by Google

πεζαι ἐν τῷ πρόσθεν τῶν τριάκοντα ἐκείσθων. ἡ δὲ ψῆφον, ὑπ ἐις καδίσκους, ἀλλὰ φανερὰν ἐπὶ τὰς τραπέζας ταύτας ἐδὴ τίθεσθαι. τὴν μὲν καθαιρῶσαν, ἐπὶ τὴν ὑστέραν· τὴν δὲ σώζουσαν, ἐπὶ τὴν πρωτέραν. *Nunc autem eos ad Senatum, qui triginta Tyrannorum tempore erat adducunt. Iudicium autem tale fuit, quale ipsi quoque nostis. Nam triginta in subselliis sedebant, ubi Prytanes nunc sedent. Duae vero ante ipsos mensae collocatae erant; neque calculum in urnas, verum palam in mensis illis abiicere oportebat; condemnantem, in posteriorem; absolventem, in priorem.* Vbi istud item obserua; in priore illic mensa, absolventes; in posteriore rursus, condemnantes calculos poni, receptum fuisse; contra quam in urnis factum, iam ostendi. Iniiciebant vero calculos in has urnas, tribus digitis tenentes; pollice, indice, medioque. Aristophanes Vespis.

Τ'πὸ τῦ δὲ τὴν ψῆφόν γ' ἐχὴν ἐωθέναι,
Τὺς τρεῖς ξυνέχων τῶν δακτύλων, ἀνίσαται,
Ω"σπερ λιβανωτὸν ἐπιτιθὴς νομιῶν.
Tantum tenendo calculo adsuefactus est,
Digitos ut excitatus hos tres contrahat,
Ceu tus acerrae imponat in novilunio.

Ad quae verba Scholiastes. Τέτοις γὰρ (τοῖς δακτύλοις) κατέχουσι τὰς ψήφους οἱ δικασαὶ, τῷ μεγάλῳ, καὶ τῷ λιχανῷ, κὴ τῷ μέσῳ: *His enim (digitis) calculos tenebant Iudices, pollice, indice, atque medio.* Calculi vero, quibus usi, nam & hoc dicendum in praesens, olim erant e marinis conchis facti, & Χοιρίναι dicebantur; post ad horum similitudinem aenei haberi coepti, Σπόνδυλοι dicti. Pollux lib. VIII. c. V. Πάλαι χοιρίναις ἀντὶ ψήφων ἐχρῶντο, αἵπερ ἦσαν κόγχαι θαλάτλιαι, αὖθις δὲ κὴ χαλκᾶς ἐποιήσαντο κατὰ μίμησιν. κὴ στόνδυλοι δὲ ἐκαλοῦντο αἱ ψῆφοι αἱ δικασικαὶ, χαλκῆ πεποιημέναι. *Olim choerinis, quae conchae marinae erant, pro calculis utebantur; deinde aeneos fecerunt ad horum similitudinem; ac spondyli sunt adpellati calculi iudiciales, qui ex aere facti.* De choerinis Hesychius. Χοιρίναι, θαλάσσιαι, αἷς κὴ ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἐχρῶντο Α'θήνησι. *Choerinae (conchae) marinae, quibus Athenis in iudiciis utebantur.* Scholiastes Aristophanis Equitibus. Α'ντὶ δὲ ψήφων ταῖς χοιρίναις οἱ δικασαὶ ἐχρῶντο. αὗται δ' κόγχαι τινές εἰσιν, ὡς φησιν Ε'παφρόδιτος ἐν ταῖς Λέξεσιν. *Pro calculis iudices choerinis utebantur; eaeque erant conchae marinae, ut tradit Epaphroditus in Lexico.* Et postea. Χοιρίναις ἐχρῶντο πρότερον πρὸ τῶν ψήφων, εἰσὶ δέ τινες κόγχαι θαλάσσιαι. *Antequam calculos haberent, choerinis utebantur; eae vero sunt conchae quaedam marinae.* Et occurrit rursum ad Vespas. Meminit choerinarum ipse etiam Comicus in Equitibus.

Οὐ χοιρίνων ὄζων, ἀλλα σπονδῶν. ———
Non choerinas redolens, sed pacem. ———

Et in Vespis.

Η" δῆτα λίθον με ποίησον, ἐφ' ᾧ
Τὰς χοιρίνας ἀριθμῆσιν. ———
Aut me potius lapidem fac, in quo
Choerinas numerant. ———

[a] Heinc patet unde *Ostracismus* nomen suum derivaverit. De eo pluria vide *Lib. II Them. Attic. Cap. XXX.*
[b] Editio *Nic. Heinsii* anni 1659. *Mos erat antiquus.*
[c] Laudata editio: *Culpae.*

A Atque huc respexerit Eustathius Odyss. ξ'. Ο' δὲ Κομικὸς, φαίνεται χοιρίνας εἰδέναι καί τινας ψήφους δικαστικάς. *Comicus vero, videtur etiam choerinas nosse, calculos quosdam iudiciales* [a]. Valde errant Interpretes antiqui, quos Vlpianus ait tradere, e porcinis ossibus eos fuisse; ceu nimirum hinc χοιρίναι dicerentur. Verba eius in Timocrateam ita habent. Φασὶ δέ τινες τῶν ἐξηγησαμένων, ὅτι ἀπὸ χοιρείων ὀστῶν αὗται (αἱ ψῆφοι) ἐγίνοντο. *Aiunt quidam ex Interpretibus, eos (calculos) e porcinis ossibus factos fuisse.* Certe conchis calculorum loco usos indicant item Aristophanis ista Vespis.

B Ψήφων δὲ δεῖσας μὴ δεηθείη ποτὲ,
Ι"ν' ἔχῃ δικάζειν, αἰγιαλὸν ἔνδον τρέφει.
Neve ad ferendas calculi sententias
Desint, dat intus operam alendo littori.

Vbi illud quoque obserua; non e publico dari illos consueviisse, verum domo attulisse secum iudices; ac fuisse, qui idcirco in privatis suis aedibus conchas alerent, ne deessent aliquando. Distinguebantur autem colore suo; & albi erant, qui absolverent; nigri contra, qui damnarent. Ovidius Metamorph. lib. XV.

C *Mos erat antiquis* [b], *niveis, atrisque lapillis,*
His damnare reos, illis absolvere culpa [c].

Vlpianus loco citato. Αἱ ψῆφοι ποτὲ μὲν τετρημέναι, κὴ ἄτρητοι· ποτὲ δὲ μέλαιναι, κὴ λευκαί. αἱ μὲν τετρημέναι, κὴ μέλαιναι, ἦσαν καταψηφιζόμεναι. αἱ δὲ λευκαι, κὴ ἄτρητοι, ἦσαν αἱ σώζουσαι. *Calculi alias erant perforati, alias integri; albi quoque, atque nigri: ac perforati, qui & nigri, condemnabant; albi, & integri, absolvebant.* Sententiam absolventem, quae calculis albis ferebatur, candidam vocat Ovidius libro citato.

D *Candidaque Herculeo sententia numine* [d] *facta,*
Solvit Alemonidem. ———

Albi calculi, pariter ac nigri, meminit Plutarchus in Apophthegmatibus, ubi de Alcibiade agit. Ἑτέρῳ δέ τινι, οὐκ ἐπιτρέπεις τῇ πατρίδι τὴν περὶ σεαυτῦ κρίσιν; ἐγὼ μὲν, ἔφη, οὐδὲ τῇ μητρί. μὴ πως, ἀγνοήσασα, τὴν μέλαιναν βάλῃ ψῆφον, ἀντὶ τ' λευκῆς. *Dicente quodam, an non patriae iudicium de te permittis? ego vero, ne matri inquit; ne ignara forte nigrum calculum pro albo mittat.* Et in Vita Alcibiadis. Τινὸς εἰπόντος· οὐ πιστεύεις, ὦ Α'λκιβιάδη, τῇ πατρίδι; τὰ μὲν ἄλλ', ἔφη, πάντα· περὶ δὲ τ' ψυχῆς [e] τ' ἐμῆς, οὐδὲ τῇ μητρί· μή πως, ἀγνοήσασα, τὴ μέλαιναν ἀντὶ λευκῆς ἐπενέγκῃ ψῆφον. *Quodam dicente: an non fidis, Alcibiades, patriae tuae? Cetera quidem, inquit, omnia; sed de vita, neque matri quidem meae, ne imprudens calculum nigrum pro albo ferat.* Illud insuper est tenendum, calculos albos, integros fuisse; nigros autem, perforatos. Vides clare in proximis Vlpiani verbis; & in istis mox sequentibus. Η"σαν δὲ αὗται (αἱ ψῆφοι) ποτὲ μὲν τετρυπημέναι, κὴ ἄτρητοι· ποτὲ δ' μέλαιναι, κὴ λευκαὶ, καθὼς εἴπομεν. *Erant vero calculi aliquando integri, & perforati; aliquan-*

E

F

[d] Editio *Heinsii: Munere.*
[e] Animadverte phrasin in caelestibus litteris obviam, & frequentem: in iis enim *anima*, pro *vita* passim occurrit.

Digitized by Google

quando nigri, & albi, uti diximus. Pollux lib. VIII. cap. X. Ψήφους δὲ εἶχον χαλκᾶς δύο· τετρυπημένην, καὶ ἀτρύπητον. *Calculos habebant aeneos duos, perforatum, integrumque.* Et oſtendit locus AEſchinis in Timarchum. Φέρε δή, πρὸς τοῦ Διός, εἰ, ὥσπερ περὶ τοῦ γένους, οὕτω καὶ περὶ τοῦ ἐπιτηδεύματος τούτου ἐδέησε δοῦναι ψῆφον Τίμαρχον, εἴτε ἔνοχός ἐστι, εἴτε μή. ἐκρίνετο δὲ τὸ πρᾶγμα ἐν τῷ δικαστηρίῳ, εἰσήγελο δὲ εἰς ὑμᾶς, ὥσπερ νῦν· μὴ ἐξὴν δ' ἐκ τοῦ νόμου, ἢ τοῦ ψηφίσματος, μήτε ἐμοὶ κατηγορεῖν, μήτε τούτῳ ἀπολογεῖσθαι. ὁ δὲ κῆρυξ, ὁ νυνὶ παρεστηκὼς ἐμοὶ, ἐπηρώτα ὑμᾶς τὸ ἐκ τοῦ νόμου κήρυγμα· τῶν ψήφων ἡ τετρυπημένη, ὅτῳ δοκεῖ πεπορνεύσθαι Τίμαρχος· ἡ δὲ πλήρης, ὅτῳ μή. τί ἂν ἐψηφίσασθε; ἀκριβῶς οἶδ', ὅτι κατέγνωτ' ἂν αὐτοῦ. *Age vero, per Iovem, ſi quemadmodum de genere, ſic de vita acta Timarchi ſuffragium ferendum fuiſſet, utrum teneretur, an vero non; & res in iudicio diſceptata, ac vobis propoſita, fuiſſet ut nunc; non licuiſſet autem per legem, aut decretum, vel mihi accuſare, vel illi cauſam dicere; ſed praeco, qui nunc mihi adſtat, vos legitimo illo praeconio hortatus eſſet; perforato calculo, ſuam ſententiam declaret is, cui videtur ſcortum egiſſe Timarchus: integro autem cui non; quidnam pronuntiaſſetis? Satis ſcio, vos illum condemnaturos fuiſſe.* Scholiaſtes Comici Veſpis. Ὁπότε δὲ πάντες διεψηφίσαντο, εἰς χαλκοῦν κάδον διηριθμοῦντο αἱ ψῆφοι· κατεδίκαζον μὲν, αἱ τετρυπημέναι· ἀπέλυον δὲ, αἱ πλήρεις. *Poſtquam omnes calculum tuliſſent, in urnam aeneam numerabantur; damnabantque perforati, integri vero abſolvebant.* Calculi perforati, ac damnantis meminit quoque Lucianus Bis accuſato. Βαβαὶ, δέκα ὅλως κρατεῖς. ὁ γὰρ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ πάλαι ὐδὲ νῦν ὁμόψηφός ἐστιν, ἀμέλει, τοῦτο ἔθος ἐστὶ καὶ πᾶσι τὴν τετρυπημένην ὅτος φέρει, καὶ μὴ παύσαιτο φθονῶν τοῖς ἀρίστοις. *Papae, totis decem vincis! nam ipſe ille neque alias unquam, neque nunc cum aliis ſentit; eſtque hic mos eius, ut perforatum univerſis calculum ferat, neque optimis quibuſque invidere facile deſinat.* Poſtquam autem calculos Iudices miſiſſent, prolati ex urnis ſuis omnes, in aliam coniecti aeneam numerabantur. Scholiaſtes Comici in citatis ſtatim verbis. Ὁπότε δὲ πάντες διεψηφίσαντο, εἰς χαλκοῦν κάδον διηριθμοῦντο αἱ ψῆφοι. *Poſtquam omnes calculum tuliſſent, in urnam aeneam numerabantur.* Quum conchis adhuc uterentur, quas χοιρίνας, ut iam dixi, adpellabant, in lapidem eas coniectas numerabant. Ariſtophanes indicat Veſpis.

Ἢ δῆτα λίθον με ποίησον, ἐφ' ᾧ
Τὰς χοιρίνας ἀριθμεῖσιν. ——
Aut me potius lapidem fac, in quo
Choerinas numerant. ——

Ac dinumeratis calculis, ſi reperti plures nigri, in tabella, cera obducta, ungue lineam longiorem faciebant; quod ſi albi ſuperarent, breviorem; lineaque longiore condemnabant; breviore abſolvebant. Scholiaſtes ad citatas Comicis Veſpas. Προέρηται ὑπὲρ τοῦ τοὺς δικαστὰς ἐν πινακίῳ, ἤτοι ἐπὶ σανίδος, κηρῷ ἀλειμμένης, ὁπότε καταλαμβάνοιέν τινα τῷ ταλμήματι, ἔλκειν μακρὰν γραμμήν· ὁπότε ἀπολύοιεν, βραχεῖαν. τοῦτο δὲ ἐποίουν, μετὰ τὸ ὑποβλέψαι εἰς τὰς ψήφους, τὰς ἐν τῇ πλάτιδι. εἰ γὰρ ἑώρων τὰς μελαίνας πλείους, ἐχάρατλον τῷ ξυνυχι τὴν μακράν· εἰ δὲ τὰς λευκὰς, τὴν βραχεῖαν. *Iam ante diximus de eo, quod Iudices in tabella, cera oblita, ſi quos delicto obnoxios deprehenderent, lineam longam duxerint; quum abſolverent vero, brevem. Factum autem hoc ab ipſis, poſtquam calculos in urna numeratos conſpexiſſent: nam ſi plures nigros eſſe animadverterent, ungue lineam longam ducebant; at ſi albos, brevem.* Et mox brevius. Σανίδας φησὶν, ἐν αἷς ἔγραφον τὴν μακρὰν, καὶ τὴν βραχεῖαν, τὴν δίκης. *Tabellas ait, in quibus ducebant lineam longam iudicii, ac brevem.* Longae lineae meminit ſic ibi Comicus.

Ὑπὸ δυσκολίας δ' ἅπασι τιμῶν τὴν μακρὰν,
Ὥσπερ μέλιτ', ἢ βομβύλιος, εἰσέρχεται.
Ὑπὸ τοῖς ὄνυξι κηρὸν ὑποπεπλασμένος.
——— *damnat omnes linea*
Longa ſeverus; intrat, ut tenax apis,
Penituſque cera ſublitos ungues refert.

Ac iudicium iſthoc modo denique haberi ſolitum. Sed quae merces illis fuit? nam hoc quoque dicendum. Initio quidem, item poſtea, quum novemviri tantum eſſent carnes datae. Heſychius. Κρέας, καὶ τὸ σῶμα ἔλεγον, καὶ τὸ διδόμενον τοῖς Ἀρεοπαγίταις. ἡ γὰρ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ κρέας ἐλάμβανεν. *Carnem vocabant, & corpus, & quod Areopagitis dabatur. Senatus enim Areopagiticus carnem accipiebat.* Poſtea quum nimirum Iudices etiam hic ſortito dati, ut in ceteris tribunalibus, triobolum itidem, ut ceteri Iudices, acceperunt. Clare oſtendit Lucianus in Bis accuſato. Ὁπόσοι γραφὰς ἀπήνεγκαν, ἥκειν εἰς Ἄρειον πάγον, ἔνθα ἡ Δίκη ἀποκληρώσει τὸ δικαστήριον, καὶ αὐτὸ παρέσται τοῖς δικάζουσιν· οἱ δικασταὶ, ἐξ ἁπάντων τῶν Ἀθηναίων· ὁ μισθὸς, τριώβολον ἑκάστης δίκης. *Quicumque actiones inſtituerunt, in Areopagum veniunto. Ibi Iuſtitia ſorte diſtribuet iudicia, atque ipſa aderit iudicantibus; Iudiceſque ex univerſis Athenienſibus dabuntur; merces vero, oboli tres uniuſcuiuſque cauſae.* Ac de Iudicum triobolo plenius infra dicemus cap. XI. Quod ſi duas forte cauſas iudicaſſent, duplum quoque, ideſt ſex obolos accipiebant. Habes poſtea apud eumdem Lucianum in Dialogo eodem. Ὑμεῖς δὲ (ὦ δικασταὶ) περιμένατε· διπλασίονα ἀποισόμενοι ἢ μισθὸν, ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς δίκαις. *Vos autem (Iudices) ſedentes manete, duplicem accepturi mercedem pro utraque lite.* Si iudicium non abſolverent, & in proximum diem differrent, tertiam tantum mercedis partem, ſive unicum obolum accipiebant. Iudicium facit ecce idem Lucianus in eodem illo iudicio Areopagitico. ΔΙ. Μὴ λαμβανέτωσαν ἔτοι τὸ δικαστικόν· ἀδίκως γὰρ ἡ δίκη μεμένηκεν αὐτοῖς. ΕΡ. Μάτην ἂν ἀνελήλυθότες ὦσι γέροντες ἄνδρες ἕως μακρὰν τὴν ἀνάβασιν; ΔΙ. Ἱκανὸν, εἰ τριτημόριον λάβοιεν. IVST. *Ne, accipiant hi mercedem iudicialem, quia cauſa haec ipſis iniudicata manſit.* MERC. *Fruſtra igitur viri ſenes longo adeo adſcenſu huc venerint?* IVST. *Satis eſt, ſi tertiam partem accipiant.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. IX.

Iudicabant de criminibus fere omnibus; de iis, qui quemquam occidiſſent; ſive etiam deſtinato vulneraſſent; quive incendia procuraſſent, aut venenum propinaſſent; etiam, qui occidere quemquam per inſidias voluiſſent; tum qui, patria deſerta, ad hoſtem profugiſſent; Caedis reos, una cum ipſis rex, qui ſiſtebat, iudicabat; ac iudicium capitis illic primum habitum; idque quodnam explicatum. AEſchili locus emendatus; eiuſque Scholiaſtae error indicatus. Morum quoque cenſores erant, & praefectos iuventuti ſuos dabant; tum omnis item ordinis hominum vitam regebant. Conventus etiam privatos, in ſacrificiis, nuptiiſque; tum quae peregrina eſſent, nec a maioribus inſtituta, adcurabant. Quare Plato hos timuerit; & cur Paulus Apoſtolus ad hos abductus. Ioannis Chryſoſtomi error oſtenſus. Sacra quoque ad curam illorum pertinebant; ac tum, ſumto ex ara calculo, ſuffragia ferebant. Caroli Sigonii error, & Vlpiani. Viae item, & aedificia. Vndecimviros conſtituebant, ac decreta faciebant; & legum omnium curam, ac cuſtodiam habebant; adeoque Rempublic. quaſi totam regebant; neque in rebus grauioribus, niſi de conſilio ipſorum, a populo quidquam agitatum; qui ſi perperam iudicaſſet, illi reos comprehenſos iterum, & melius, iudicandos ſiſtebant. Auctoritas quando maxima illis fuerit; & a quibus mox infracta, ac quo tempore. Iudicium rerum capitalium ſemper illaeſum habuerunt. Quae felicitas Reipublicae, quaeque infelicitas fuerit, quum auctoritas illis integra, aut acciſa.

IVdicia autem dabant varia; ac paene de delictis omnibus. Maximus in Prologo in Dionyſium Areopagitam. Ἐδίκαζον ἐν Ἀρειοπαγίτῃ περὶ πάντων σχεδὸν τῶν σφαλμάτων, καὶ παρανομιῶν· ὡς ἅπαντά φησιν Ἀνδροτίων, ἐν πρώτῃ· καὶ Φιλόχορος, ἐν δευτέρᾳ, καὶ τρίτῃ, τῶν Ἀττθίδων. *Iudicabant Areopagitae de omnibus paene delictis, & criminibus; ut refert Androtion libro primo, & Philochorus ſecundo, tertioque rerum Atticarum.* Inprimis de caede, & vulnere voluntario; tum de incendio, & veneficio, ſi quis eo occideretur. Lex in hanc rem expreſſa erat, cuius iſta verba exſtant apud Demoſthenem Orat. in Ariſtocratem. Δικάζει δὲ τὴν βουλὴν, τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, φόνου, καὶ τραύματος ἐκ προνοίας, καὶ πυρκαϊᾶς, καὶ φαρμάκων, ἐάν τις ἀποκτείνῃ δόλῳ. *Iudicat vero Senatus Areopagiticus de caede, & vulnere conſulto facto, de incendio, & venenis, quibus porrectis hominem aliquis occiderit.* Pollux libro VIII. cap. X. Ἐδίκαζε δὲ (ὁ Ἄρης πάγος) φόνου, καὶ τραύματος ἐκ προνοίας, καὶ πυρκαϊᾶς, καὶ φαρμάκων, ἐάν τις ἀποκτείνῃ δόλῳ. *Iudicabat vero (Areopagus) de caede, vulnere voluntario, incendio, & veneno, quo qui dediſſet hominem occiderat.* Eadem omnia, praetermiſſo veneficio, Lucianus memorat in Anacharſide. Ὅταν γὰρ ἀνελθοῦσα (ἡ βουλὴ) εἰς τὸν (Ἄρειον) πάγον συνκαθέζηται, φόνου, ἢ τραύματος ἐκ προνοίας, ἢ πυρκαϊᾶς, διδάσοντες, ἀποδίδοται λόγος ἑκατέρῳ τῶν κρινομένων. *Quando ingreſſus in Areopagum Senatus conſidet, caedis, aut vulneris deſtinato inflicti, aut incendii, cauſam cogniturus, utrique contendentium dicendi copia permittitur.* Ac de caedibus voluntariis cognoviſſe etiam Helladius teſtis in Chreſtomathiis apud Photium in Bibliotheca. Ἐν ταῖς Ἀθήναις καὶ ἔτος τέσσαρα δικαστήρια φονικὰ εἶναι λέγει. πρῶτον, τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ὁ δικάζει τοὺς ἐκ προνοίας τὸν φόνον δεδρακότας. *Athenis etiam hic quatuor de caede iudicia eſſe dicit; ac primum ex his in Areopago; quod iudicat eos, qui deliberato animo caedem commiſerunt.* Demoſthenes in Leptinem. Τί μάλιστα ἐν ἅπασι διεσπούδασαι τοῖς νόμοις; ὅπως μὴ γενήσονται οἱ περὶ ἀλλήλους φόνοι· περὶ ὧν ἐξαίρετος ἡ βουλὴ φύλαξ ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ τέτακται. *Quid omnibus legibus adcuratiſſime cautum eſt? ne mutuae caedes fiant; cuius rei eximius cuſtos conſtitutus eſt Senatus Areopagiticus.* Lyſias de caede Eratoſthenis. Τῷ δικαστηρίῳ τῷ ἐξ Ἀρείου πάγου πάτριόν ἐστι τοῦ φόνου τὰς δίκας δικάζειν. *A maioribus inſtitutum eſt, ut Senatus Areopagiticus de caede cogno ſceret.* Inde eſt apud Demoſthenem in Theocrinem. Ὑπὲρ ὧν δ' ἔπαθεν ἐκεῖνος, μέχρι τούτων σχετλιάζων περιῆει, καὶ φάσκων, εἰς Ἄρειον πάγον Δημόχαριν προσκαλεῖσθαι, ἕως διελύσατο πρὸς τοὺς τὴν αἰτίαν (τοῦ φόνου) ἔχοντας. *Illius vero cauſam hactenus indigne tulit, ut paſſim quiritaretur, ſeque Democharin apud Areopagum delaturum profiteretur; donec cum iis, quibus ea caedes crimini dabatur, tranſegiſſet.* Iterum in Cononem. Ἀλλὰ πρῶτον μὲν, πρὸ τοῦ ψ δίκην λεχθῆναι, ἡνίκα ἀσθενῶν ἐγὼ κατεκείμην, καὶ, οὐκ εἰδὼς εἰ περιφεύξομαι, πρὸς ἅπαντας τοὺς εἰσιόντας τοῦτον ἀπέφαινον, τ πρῶτον πατάξαντα, καὶ τὰ πλεῖστα, ὧν ὑβρίσμην, διαπεπραγμένον· τότ' ἂν εὐθέως ἦκεν, ἔχων μάρτυρας πολλοὺς, ἐπὶ ψ οἰκίαν· τότ' ἂν τοὺς οἰκέτας παρεδίδου, καὶ τῶν ἐξ Ἀρείου πάγου τινὰς παρεκάλει. εἰ γὰρ ἀπέθανον, πάρ' ἐκείνοις ἂν ἦν ἡ δίκη. *Sed primum, ante actionem inſtitutam, dum ego aegrotus decumbebam, & ignarus an evaſurus eſſem, apud omnes, qui me viſebant, profitebar, iſtum primum verberaſſe, & plurimarum contumeliarum, quas perpeſſus fueram, auctorem eſſe; tum ſtatim, multis teſtibus adhibitis, ad aedes venire debuit; tum ſervos noxae dedere, tum aliquos ex Areopago accerſere. Etenim ſi obiiſſem, apud illos cauſa agi debuiſſet.* Heſychius in Δικαστήρια. Ἀθήνησιν Ἄρης πάγος κρίνει τὰ φονικά. *Athenis Areopagus de caedibus iudicat.* Siſtebat autem reos caedis Βασιλεὺς, qui dicebatur; & depoſita corona, cum Areopagitis ipſis iudicabat. Pollux lib. VIII. c. IX. ſect. III. Καὶ τὰς τοῦ φόνου δίκας (ὁ βασιλεὺς) εἰς Ἄρειον πάγον εἰσάγει· καὶ, τὸν στέφανον ἀποθέμενος, σὺν αὐτοῖς δικάζει. *Et lites de caede in Areopagum rex introducebat, ac depoſita corona, cum ipſis iudicabat.* Licet id ipſum animadvertere etiam apud Antiphontem in Orat. Περὶ τοῦ χορευτοῦ, locis pluribus. Quin iudicium illic primum capitis habitum fuiſſe, tradit Plinius lib. VII. cap. LVII. *Iudicium capitis in Areopago primum actum eſt.* Etymologici auctor in Ἄρειος πάγος· Πρώτη γὰρ κρίσις ἔκει ἐγένε-

γένετο ἀνθρώποις. *Primum enim illic iudicium hominibus datum est.* Nempe hoc intelligendum est, quod de caede Halirrhothii, Neptuni filii, inter deos habitum fuit; de quo infra a nobis agetur cap. x. Sed quid AEschylo faciemus, qui iudicium de Oreste primum hic fuisse ait in Eumenidibus? Illic enim, quum de Oreste iudicandum est, Minerva ita adloquitur Athenienses.

Κλύοιτ' ἂν ἤδη θεσμὸν Ἀτλικὸς λεὼς,
Πρώτας δίκας κρίνοντες αἵματ@ χυτῆ.
Audiant nunc legem Athenienses,
Primas lites iudicantes sanguinis fusi.

Ad quae verba Scholiastes. Σημέωσαι, ὅτι πρώτη ἐπὶ Ὀρέστῃ γέγονε δίκη ἐν τῷ Ἀρείῳ πάγῳ. *Observa, quod primum de Oreste iudicium fuerit in Areopago.* Sed erroris eum manifestum teneo; quippe caedes Halirrhothii iudicium Orestis antecessit annis amplius trecentis: & interea Cephalus quoque, Daedalusque, sunt ibidem iudicati ante Orestem; neque hoc sane AEschylus ignorare potuit. Sine dubio est corruptus eius locus, legendumque secundo versu non Κρίνοντες, sed Κρίναντες. Ac sic demum vera erunt verba Minervae. De caede autem Halirrhothii primum iudicium fuisse, testis etiam est Euripides extrema Electra.

Ἔστιν δ' Ἄρεος τις ὄχθ@, ἵ πρῶτον θεοὶ
Ἔζονθ' ἐπὶ ψήφοισιν, αἵματ@ περὶ,
Ἁλιῤῥόθιον ἔκταν' ὠμόφρων Ἄρης
Est vero Martis quidam tumulus, ubi primum dii
Consederunt, ut de caede cognoscerent;
Quum Halirrhothium occidit saevus Mars;

De vulnere autem voluntario est Lysiae locus in Andocidem. Ἂν μέν τις ἀνδρὸς σῶμα τρώσῃ, κεφαλήν, ἢ πρόσωπον, ἢ χεῖρας, ἢ πόδας, αὐτὸς μὲν κατὰ τοὺς νόμους τοὺς ἐξ Ἀρείου πάγου, φεύξεται δὲ τῆ ἀδικηθέντ@ πόλιν. *Si quis viri corpus vulneraverit, sive caput, sive faciem, sive manus, sive pedes, ille quidem, iuxta leges Areopagi, exsulare iubetur ex ea urbe, quam inhabitat, qui iniuria est adfectus.* Et iste AEschinis de falsa legatione. Πρότερον δ' ὑπεμεινας τὴν ἐπιβολὴν τῆς βουλῆς τῆς ἐξ Ἀρείου παγου, οὐκ ἐπεξιὼν τῇ τῶ τραύματ@ γραφῇ, ἣν ἐγράψω Δημομέλῃ τ Παιανιέα. *Prius autem multam, a Senatu Areopagitico inflictam, tolerasti; non persequutus vulneris actionem, quam instituerat adversus Demomelem Paeanienscm.* Iterum in Ctesiphontem. Τί γὰρ δεῖ νῦν ταῦτα λεγειν, ἢ τὰ ἐπὶ τὴν τῶ τραύματ@ γραφὴν αὐτῷ συμβεβηκότα. ὅτ' ἐγράψατο εἰς Ἄρειον πάγον Δημομέλῃ τ Παιανιέα. *Quorsum enim attinet nunc ista dicere; vel quae in accusatione vulneris ei acciderunt, quum Demomelem Paeanienscm apud Areopagum in ius vocasset.* Lucianus in Timone. Προκαλοῦμαί σε τραυματ@ εἰς Ἄρειον πάγον. *In ius te voco ob illatum vulnus ad Areopagum.* De veneficiis iudicasse exemplum habemus in muliere Smyrnaea; de qua narrat A. Gellius lib XII. cap. XVII. aliique, ut ostendam capite sequenti. Sunt qui velint, de insidiis itidem iudicium dedisse; sive caesus is fuisset, cui illae structae essent, sive etiam evasisset. Harpocration in Βουλεύσεως. Ἐγκλήματ@ ὄνομα, ἐπι δυοῖν τατταμένον πραγμάτων. τὸ μὲν γάρ ἐστιν, ὅταν ἐξ ἐπιβουλῆς τίς τινι κατασκευάσῃ θάνατον, ἐάν τε ἀποθάνῃ ὁ ἐπιβουλευθεὶς, εἴ τε μή (a). τὸ δὲ ἕτερον, ὅταν ἐγγεγραμμέν@, ὡς ὀφείλων τῷ δημοσίῳ, αὐτὸς δικάζηταί τινι, ὡς ἐ δικαίως αὐτὸν ἐγεγραφότι. τῶ μὲν οὖν προτέρᾳ, μάρτυς Ἰσαῖ@, ἐν τῷ πρὸς Εὐκλείδλω, ἐν τῷ (b) Παλλαδίῳ λέγων εἶναι τὰς δίκας· Δείναρχος δὲ, ἐν τῷ κατὰ Πιστίᾳ, ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. *Actionis nomen, quae duabus de causis datur. Et haec quidem est, quum quis cuipiam per insidias mortem machinatus fuerit, sive interfectus fuerit, cui eae structae erant, sive incolumis evasisset; altera vero, quum quis inter aerarios relatus ei, qui retulit, ceu iniuria retulisset, litem intendit. Ac prioris, in Palladio iudicium dari, dicit Isaeus in Oratione adversus Euclidem; Dinarchus vero contra Pistiam, in Areopago.* Habes iisdem pene verbis apud exscriptorem Suidam in eadem dictione. Etiam de furtis iudicabant. Manifestum id ex historia, de subrepta ex aede Herculis patera aurea; quam memorat Cicero De Divinat. lib. I. *Adiungamus Philosophis doctissimum hominem, poetam quidem divinum, Sophoclem; qui, quum ex aede Herculis patera aurea gravis subrepta esset, in somnis vidit ipsum deum dicentem, qui id fecisset, quod semel ille, iterumque neglexit. Vbi idem saepius adscendit in Areopagum, detulit rem. Areopagitae comprehendi iubent eum, qui a Sophocle erat nominatus. Is, quaestione adhibita, confessus est.* Cognoscebant quoque de transfugis. Observo ecce apud Lycurgum in Leocratem. Ἡ μὲν γὰρ ἐπ' Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴ τοὺς φεύγοντας τὴν πατρίδα, καὶ καταλιπόντας, τότε, ὡς πολεμίους καταλαβοῦσα, ἀπέκτεινε. *Senatus enim Areopagiticus per id tempus, qui ex urbe profugientes, patriam deseruissent, comprehensos, tamquam hostes, morte adfecit.* Habebant quoque morum curam; & inhoneste viventes castigabant. Isocrates in Areopagitica. Οὕτω γὰρ οἱ πρόγονοι ἡμῶν περὶ τὴν σωφροσύνλω ἐσπούδαζον, ὥστε τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἐπέστησαν ἐπιμελεῖσθαι τῆς εὐκοσμίας. *Maiores enim nostri tantam modestiae rationem habuerunt, ut Senatum Areopagiticum censurae morum praefecerint.* Et mox. Τὴν δὲ τοιαύτλω βουλὴν, ὥσπερ εἶπον, κυρίαν ἐποίησαν ἐπιμελεῖσθαι τ εὐταξίας. *Hunc igitur talem, ut dixi, Senatum censurae morum praefecerunt.* Valerius Maximus lib. II. cap. VI. *Est & eiusdem Vrbis sanctissimum consilium Areopagus; ubi quid quisque* (c) *ageret, aut quonam quaestu subsistentaretur, diligentissime inquiri solebat; ut homines honestatem, vitae rationem memores reddendam esse, sequerentur.* Athenaeus lib. IV. Ὅτι δ τοὺς ἀσώτους, καὶ τοὺς μὴ ἐκ τιν@ περιουσίας ζῶντας, τὸ παλαιὸν ἀνεκαλοῦντο οἱ Ἀρεοπαγίται, καὶ κόλαζον, ἱστόρησαν Φανόδημ@, καὶ Φιλόχορ@, ἄλλοί τε πλείους. *Quod vero prodigos, quique non ex reditibus suis viverent, Areopagitae in ius vocaverint, & puniverint, referunt Phanodemus, & Philochorus, aliique plures.* Et exemplum narrat paulo ante de Demetrio quodam.

(a) Harpocration Maussaci: ἐάν τε μή.
[b] Eadem editio: ἐπὶ Παλλαδίῳ.
[c] Editio Batava anni 1651. *Quid quisque Athenienscium ageret.*

Digitized by Google

dam. Εἰς τοσοῦτον δ' ἀσωτίας ἐληλύθει καὶ Δημήτριος, ὁ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως ἀπόγονος, ὡς φησιν Η'γήσανδρος, ὥστε Α'ριστοκράτην μὲν ἔχειν τὴν Κορινθίαν ἑταιρικήν, ζῆν δ' πολυτελῶς· ἀναπαλεσαμένων δ' αὐτὸν τῶν Α'ρεοπαγιτῶν, κ) κελευόντων βέλτιον ζῆν, ἀλλὰ καὶ νῦν, εἶπεν, ἐλευθερίως ζῶ. *Demetrii vero, unius e posteris Demetrii Phalerei, tantus fuit luxus, ut amicam haberet Aristagoram Corinthiam, ac sumtuose vitam ageret; vocantibus autem Areopagitis, & iubentibus vitam melius instituere, ego quidem, inquit, etiam in praesens liberaliter vitam ago.* Mox alterum subdit, ubi ait, Menedemum, & Asclepiadem, ad se vocatos, interrogasse, quum quotidie in philosophiae studiis tempus tererent, iuvenes egeni, corporisque tamen habitu bono essent, unde vitam tolerarent; quumque e dominis pistrinorum, ad quos illi provocabant, rem intellexissent totam, honoris ergo ducentas drachmas exhibendas decrevisse. Verba eius ita habent libro IV. Μενέδημον γοῦν, καὶ Α'σκληπιάδην, τοὺς φιλοσόφους, νέους ὄντας, καὶ πενομένους, μεταπεμψάμενοι ἠρώτησαν, πῶς ὅλας τὰς ἡμέρας τοῖς φιλοσόφοις συσχολάζοντες, κεκτημένοι δ' μηδέν, εὐεκτοῦσιν οὕτω τοῖς σώμασιν· καὶ οἱ ἐκέλευσαν μεταπεμφθῆναί τινα τῶν μυλωθρῶν. ἐλθόντος δὲ ἐκείνου, καὶ εἰπόντος, ὅτι νυκτὸς ἑκάστης καταβάντες εἰς τὸν μύλωνα, καὶ ἀλοῦντες, δύο δραχμὰς ἀμφότεροι λαμβάνουσι, θαυμάσαντες οἱ Α'ρεοπαγῖται, δικαστίαις δραχμαῖς ἐτίμησαν αὐτούς. *Menedemum, & Asclepiadem philosophos aetate iuvenes, inopesque, accersitos interrogarunt, quo pacto dies totos cum philosophis exigentes, sine ullis facultatibus, tam bono corporis habitu essent; ipsos vero, ut e pistrini praefectis quemquam advocarent petiisse: qui quum venisset, dixissetque, singulis noctibus eos in pistrinum descendere, ac drachmas duas in mercedem utrumque accipere, admirati Areopagitae, ducentis eos drachmis honorarunt.* Tale

Meursii Tom. II.

[a] Sunt qui legant καληθῆναι, ut *Casaubonus*.

(b) Sophronistarum meminit vetus Inscriptio apud *Sponium*, in qua etiam Hyposophronistarum mentio, atque ita habet:

ΑΥΡΗΛΙΟΣ
ΕΥΕΛΠΙΣΤΟΣ
ΜΑΡΑΘωΝΙΟΣ
ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΣ

Ο ΚΟΣΜΗΤΗΣ ΤΩΝ ΕΦΗΒΩΝ
ΜΑΡΚΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ΞΗΝΩ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ ΚΑΙ Ο ΑΝΤΙ
ΚΟΣΜΗΤΗΣ ΟΦΙΛΛΙΟΣ ΑΡΙΣ
ΤΩΝ ΚΟΛΛΥΤΕΥΣ ΤΟΥΣ ΤΕ
ΣΥΝΑΡΧΟΝΤΑΣ ΚΑΙ ΤΟΥΣ
ΕΦΗΒΕΥΣΑΝΤΑΣ ΕΠΙ ΑΡΧΟΝ
ΤΟΣ ΦΙΛΟΤΕΙΜΟΥ ΤΟΥ ΑΡ
ΚΕΣΙΔΗΜΟΥ ΕΛΕΟΥΣΙΟΥ ΑΝΕ
ΓΡΑΨΑΝ ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝΤΟΣ
ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ ΤΟΥ
ΦΙΛΕΡΩΤΟΣ ΣΦΗΤΤΙΟΥ ΕΤΟΣ
Ι ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣ ΔΙΑ
ΒΙΟΥ ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ ΤΟΥ ΚΙ
ΘΑΙΡΩΝΟΣ ΑΧΑΡΝΕΩΣ

ΣΩΦΡΟΝΙΣΤΑΙ

ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΣ ΣΥΜΜΑΧΟΥ
ΜΑΡ.
ΠΑΙ. ΕΠΙΓΟΝΟΣ ΧΟΛΑΡ.

est, quod de Cleanthe etiam narrat Diogenes Laertius in eius vita lib. VII. Φασὶ δὲ, αὐτὸν καὶ εἰς δικαστήριον ἀχθῆναι (a), λόγους δώσοντα, πόθεν, ἐς τοσοῦτον εὐεκτὴς ὢν, διαζῇ· ἔπειτα ἀποφυγεῖν, τόν τε κηπουρὸν μάρτυρα παρασχόντα, παρ' ὃν ἄντλει, καὶ τὴν ἀλφιτόπωλιν, παρ' ἣ τὰ ἄλφιτα ἔπετλεν, ἀποδεξαμένους δὲ αὐτὸν τοὺς Α'ρεοπαγίτας, ψηφίσασθαι δέκα μνᾶς δοθῆναι. *Aiunt vero, etiam eum in ius abductum, rationem redditurum, unde, quum tam bono corporis habitu esset, sese aleret; evasisse, postquam testem advocasset hortulanum, apud quem aquam hauriebat; ac mulierem, farinarum venditricem, apud quam farinas pinseret; Areopagitas vero acceptum ipsum decem minis munerandum censuisse.* Itaque iuventuti etiam praefectos dabant, qui nimirum morum rationem haberent. Aeschines Philosophus in Axiocho. Καὶ πᾶς ὁ τῦ μειρακίσκου χρόνος ἐστὶν ὑπὸ σωφρονιστὰς (b), κ) τὴν ἐπὶ τῶν νέων αἵρεσιν τ' ἐξ Α'ρείου πάγου βουλῆς. *Ita omne adolescentiae tempus sub moderatorum illorum imperiis traducitur, qui a Senatu Areopagitico lecti, iuventuti ad temperantiam, morumque honestatem conformandae invigilant.* Nec iuventutis tantum vitam regebant, sed virorum, senum, ac omnis denique ordinis hominum. Hoc est illud, quod Valerius dicit in citatis statim verbis. *Quid* QVISQVE *ageret, aut quonam quaestu sustentaretur, diligentissime inquiri solebat; ut homines honestatem, vitae rationem memores reddendam esse, sequerentur.* Idem innuit Ioannes Salisberiensis Policrat. lib. I. cap. III. *Primus quidem, & medius Vrbis locus Areopago cessit; unde ad singulas professiones, prout ratio* CVIVSQVE *officii exigebat, dispositione congrua institutas, officiorum iura, quasi quidam salutis, & vitae rivuli derivarentur.* Idque munus a Solone demandatum. Plutarchus in eius vita. Καὶ τὴν ἐξ Α'ρείου πάγου βουλὴν ἔταξεν ἐπισκο-

ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΣ ΑΠΟΛΛΟ
ΝΙΟΥ ΠΕΙ.
ΣΥΜΦΕΡΩΝ ΕΞ ΟΙΟΥ
ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΣ ΠΡΩΤΟΥ
ΠΑΛΛΗ.
ΕΛΕΥΣΕΙΝΙΟΣ ΜΗΝΟΔΩΡΟΥ
ΠΕΙΡ.

ΤΠΟΣΩΦΡΟΝΙΣΤΑΙ

ΣΕΡΑΠΙΩΝ ΙΣΟΦΙΛΟΥ ΓΑΡ
ΓΗΤΙ

Alia quoque Inscriptio apud eumdem *Sponium*:

ΣΟΦΡΟΝΙΣΤΗΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΣΠΕΝΔΟΝΤΟΣ ΕΛΕΥΣΕΙ
ΝΙΟΣ

ΤΟΙΣ ΕΦΗΒΟΙΣ ΤΟΝ ΗΡΑ
ΚΛΕΑ ΑΠΟ ΤΗΣ ΕΝ ΕΛΕΥ
ΣΕΙΝΙ ΝΕΙΚΗΣ

ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝΤΟΣ ΑΒΑΣ
ΚΑΝΤΟΥ

ΣΙΕΩΣ ΕΤΟΣ ΗΓ.

At non Sophronistae tantum in Adolescentum curam incumbebant, verum etiam Cosmetae Epheborum, quorum mentio frequens in vetustissimis Atticis Inscriptionibus,

σαυτειν, ὅθεν ἕκαστος ἔχει τὰ ἐπιτηδεία, καὶ τοὺς ἀργοὺς κολάζειν. *Senatui Areopagitico mandavit, ut obſervaret, quonam ſe quiſque quaeſtu tueretur, atque in otioſos animadverteret* (a). Inſignis vero in hanc rem locus eſt Iſocratis in Areopago, quem etſi prolixum, quia eſt omnino unicus, non adſcribere pigebit. Ταῦτα δὲ διανοηθέντες (οἱ ἐξ Ἀρείου πάγου) τὸ τῶν πρώτων ἐσκόπουν, δι' ὧν κολάσουσι τοὺς ἀκοσμοῦντας, ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν κατασκευάζωσι, μηδὲν αὐτοὺς ἄξιον ζημίας βουλήσεσθαι ἁμαρτάνειν. ἡγοῦντο γὰρ τοῦτο, κ᾽ αὐτῶν ἔργον εἶναι· τὸ δὲ περὶ τὰς τιμωρίας σπουδάζειν, τοῖς ἐχθροῖς προσήκειν· ΑΠΑΝΤΩΝ μὲν οὖν ἐφρόντιζον τῶν ΠΟΛΙΤΩΝ, μάλιστα δὲ τῶν νεωτέρων. ἑώρων γὰρ τοὺς τηλικούτους ταραχωδέστατα διακειμένους, καὶ πλείστων γέμοντας ἐπιθυμιῶν, καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν παιδευθῆναι μάλιστα δεομένας, ἐν ἐπιθυμίαις καλῶν ἐπιτηδευμάτων, καὶ πόνοις, ἡδονὰς ἔχουσιν. ἐν μόνοις γὰρ ἂν τούτοις ἐμμένειν αὐτοὺς, ἐλευθέρως τεθραμμένους. ἅπαντας μὲν οὖν ἐπὶ τὰς αὐτὰς ἄγειν διατριβὰς, οὐχ οἷόντ' ἦν, ἀνωμάλως τὰ περὶ τὸν βίον ἔχοντας. ὡς δὲ πρὸς τὴν οὐσίαν ἥρμοττεν, ὕτως ἑκάστοις προσέταττον. τοὺς μὲν γὰρ ὑποδεέστερον πράττοντας, ἐπὶ τὰς γεωργίας, κ᾽ τὰς ἐμπορίας, ἔτρεπον· εἰδότες, τὰς μὲν ἀπορίας, διὰ τὰς ἀργίας γιγνομένας· τὰς δὲ κακουργίας, διὰ τὰς ἀπορίας. ἀναιροῦντες οὖν τὴν ἀρχὴν τῶν κακῶν, ἀπαλλάξειν ὤοντο καὶ τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων, τῶν μετ' ἐκείνων γιγνομένων. τοὺς δὲ βίον ἱκανὸν κεκτημένους, περί τε ἱππικὴν, κ᾽ τὰ γυμνάσια, καὶ τὰ κυνηγέσια, κ᾽ τὴν φιλοσοφίαν, ἠνάγκαζον διατρίβειν. ὁρῶντες, ἐκ τούτων τοὺς μὲν διαφέροντας γιγνομένους, τοὺς δὲ τῶν πλείστων κακῶν ἀπεχομένους. καὶ ταῦτ' ὀ νομοθετήσαντες, τὸν λοιπὸν χρόνον ὠλιγώρουν· ἀλλὰ διελθόντες ἡ μὲν πόλιν κατὰ κώμας, τὴν δὲ χώραν κατὰ δήμους, ἐθεώρουν τὸν βίον τὸν ἑκάστου, καὶ τὸν ἀκοσμοῦντας εἰς τὴν βουλὴν ἦγον. ἡ δὲ, τοὺς μὲν, ἐνουθέτει· τοῖς δὲ, ἠπείλει· τοὺς δὲ, ὡς προσῆκεν, ἐκόλαζεν· *Haec (Areopagitae) cogitantes, non ſpectabant, qui immodeſtos punirent; ſed qua ratione cives adduci poſſent, ut ne quid vellent poena dignum admittere. Hoc enim ad ſe pertinere exiſtimabat; ſuppliciis infligendis invigilare hoſtium eſſe. Curabant igitur cum omnes cives, tum vero adoleſcentes in primis. Videbant enim, eam aetatem turbulentiſſimis adfectibus agitari, & plurimis redundare cupiditatibus; maximeque neceſſarium eſſe, ita illam inſtitui, ut honeſtis ſtudiis, & temperatis voluptate laboribus gauderet. Eos enim, qui liberaliter educati, & magnitudini animorum adſuefacti eſſent, in ſolis illis rebus perſeveraturos. Vniverſis porro easdem exercitationes praeſcribere, in tanta rei familiaris inaequalitate, non potuerunt; ſed, ut ſingulorum facultates ferebant, ita ſingulis praecipiebant. Nam tenuiores ad agriculturam, & negotiationes deducebant; non ignari & inopiae cauſam eſſe pigritiam, & ad facinus inopia pleroſque impelli. Quare, fonte malorum ſublato, etiam cetera delicta, quae inde velut ebullirent, cenſebant poſſe praecaveri. Locupletes autem, animum ad rem equeſtrem, ad gymnaſia* (b), *ad venationes, & philoſophiam adiungere cogebant. Hoc enim eam vim habere perſpiciebant, ut alii virtutibus excellerent, alii flagitiis plurimis abſtinerent. Neque contenti ſolas leges tuliſſe, de cetero negligentes erant; ſed, civitate in vicos, agro in populos diſtributo; uniuſcuiuſque vitam ſpectabant, & immodeſtos in Senatum ducebant, iſque alios monebat; aliis, minitabatur; alios, ut par erat, puniebat.* Et paucioribus poſtea. Ὧν οὐδὲν ἦν ἐπ' ἐκείνης τῆς βουλῆς. ἀπήλλαξε γὰρ τοὺς μὲν πενήτας τῶν ἀπορίων, ταῖς εὐεργεσίαις, καὶ ταῖς παρὰ τῶν ἐχόντων ὠφελείαις· τοὺς δὲ νεωτέρους τῆ ἀκολασιῶν, τοῖς ἐπιτηδεύμασι, καὶ τῆ αὐτῶν ἐπιμελείαις· τοὺς δὲ πολιτευομένους τῶν πλεονεξιῶν, τῆ τιμωρίαις, κ᾽ τῷ μὴ λανθάνειν τοὺς ἀδικοῦντας. τοὺς δὲ πρεσβυτέρους τῆ ῥαθυμιῶν, ταῖς τιμαῖς τῆ πολιτικαῖς κ᾽ ταῖς παρὰ τῶν νεωτέρων θεραπείαις. *Quarum rerum, quum Senatus ille vigeret, nihil erat. Levabat enim is inopia tenuiores beneficiis, & locupletum adiumentis; iuventutis intemperantiam, honeſtis inſtitutis, & acri animadverſione, coercebat; magiſtratuum avaritiae frenos iniciebat ſuppliciis, & indagatione ſolerti iniuriarum, ſenibus torporem excutiebat, honoribus gerendorum magiſtratuum, & adoleſcentum obſervantia.* Praeterea conventus quoque privatos in nuptiis, & ſacrificiis una cum gynaeconomis curabant. Athenaeus libro VI. Καὶ Φιλόχορος δ', ἐν ἑβδόμῃ Ἀτθίδος, οἱ γυναικονόμοι, φησὶ, κατὰ (c) τ Ἀρειοπαγιτῶν ἐσκόπουν τὰς ἐν ταῖς οἰκίαις συνόδους, ἔν τε τοῖς γάμοις, κ᾽ ταῖς ἄλλαις θυσίαις. *Et Philochorus, rerum Atticarum libro ſeptimo, Gynaeconomi, ait, cum Areopagitis obſervabant conventus, qui fiebant*

[a] Et in eis in primis quas retulimus *Tom. I. Col.* 228. 293. 321. & 348. Id genus quoque officia ad Paedotribas pertinuiſſe reor, qui ſaepe commemorantur in antiquis pariter marmoribus, ut ex Inſcriptionibus *Tom. I. Col.* 321. 324. 367. 902. adlatis aperte elucet. Inſtitutionem puerorum ad Paedeutas etiam ſpectaſſe a vero non abludit, horumque mentio in vetuſta Inſcriptione *Tom. I. Col.* 230. iam producta.

ΠΑΙΔΕΥΤΑΙ

ΛΙΚΙΝΝΙΟΣ ΠΟΛΥΑΙΝΟΣ ΚΟΛ.
ΗΓΕΜΩΝ ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ ΠΡΟΣΑ-
ΓΡ. ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΜΕΛΙΤΕΥΣ
ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ ΠΟΘΕΙΝΟΥ ΕΡΙ.
ΟΠΛΟΜΑΧΟΣ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ
ΠΛΟΥΤΙΑΝΟΣ ΑΓΑΘΗΜΕ
ΡΟΥΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΑΦΡΟΔΙ
ΣΙΟΥ ΕΞ Ο... ΠΑΙΩΝ ΔΙΟ
ΜΗΔΟΥΣ ΠΑΛΛΗ.... ΣΕΞΣ
ΤΙΟΣ ΝΙΚΑΝΩΡ ΣΦΗΤΤΙΟΣ
ΠΙΣΤΟΚΡΑΤΗΣ ΦΙΛΟΣΤΡΑ
ΤΟΥ Α... ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΣ ΕΥ
ΜΟΛΠΟΥ Κ Η.. ΕΡΜΙΑΣ ΤΡΥ
ΦΩΝΟΣ ΜΑΡΑΘΩ...ΚΕΣΤΡΟ
ΦΥΛΑΞ ΠΥΘΙΚΟΣ ΕΥΔΟ.. Θ Υ
ΡΩΡΟΣ ΑΙΣΧΙΝΗΣ Ο ΚΑΙ ΨΙΑ...

(b) Videatur *Solon Cap. XIV.*

[c] Ludos, & certamina gymnica reſpici nullus dubito in antiquis illis Inſcriptionibus, in quibus de Puerorum victoria mentio eſt, ut in ſequenti:

Ο ΔΗΜΟΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ ΠΥΘΑΡΑ
ΤΟΣ ΗΡΧΕΝ
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ ΘΡΑΣΥΚΛΗΣ
ΘΡΑΣΥΛΛΟΥ ΔΕΚΕΛΕΥΣ
ΙΠΠΟΘΟΩΝΤΙΣ ΠΑΙΔΩΝ ΕΝΙΚΑ
ΘΥΩΝ ΘΗΒΑΙΟΣ ΗΥΛΕΝ
ΠΡΟΝΟΜΟΣ ΘΗΒΑΙΟΣ ΕΔΙ
ΔΑΣΚΕΝ

[c] Forte μετὰ.

Digitized by Google

peratis voluptate laboribus gauderet. Eos
m, qui liberaliter educati, & magnitu-
i animorum adsuefacti essent, in solis illis
us perseveraturos. Vniversis porro easdem
ercitationes praescribere, in tanta rei fami-
ris inaequalitate, non potuerunt; sed, ut
gulorum facultates ferebant, ita singulis prae-
piebant. Nam tenuiores ad agriculturam, &
gotiationes deducebant; non ignari & ino-
ae causam esse pigritiam, & ad facinus
opia plerosque impelli. Quare, fonte malo-
um sublato, etiam cetera delicta, quae inde
elut ebullirent, censebant posse praecaveri.
Locupletes autem, animum ad rem equestrem,
ad gymnasia (b), ad venationes, & philosophiam
adiungere cogebant. Hoc enim eam vim habe-
re perspiciebant, ut alii virtutibus excellerent,
alii flagitiis plurimis abstinerent. Neque con-
tenti solas leges tulisse, de cetero negligentes
erant; sed, civitate in vicos, agro in populos
distributo; uniuscuiusque vitam spectabant, &
immodestos in Senatum ducebant, isque alios
monebat; aliis, minitabatur; alios, ut par-
rat, puniebat. Et paucioribus postea. Ὧν δὲ
ἦν ἐπ' ἐκείνης τῆς βουλῆς. ἀπήλλαξε γὰρ τοὺς μὲν
πενήτας τῶν ἀπορίων, ταῖς εὐεργεσίαις, καὶ ταῖς
παρὰ τῶν ἐχόντων ὠφελείαις· τοὺς δὲ νεωτέρους τ
ἀκολασιῶν, τοῖς ἐπιτηδεύμασι, καὶ τ αὐτῶν ἐπιμε-
λείαις· τοὺς δὲ πολιτευομένους τῶν πλουσίων, τ
τιμωρίαις, καὶ τῷ μὴ λαμβάνειν τοὺς ἀδικοῦντας. τοὺς
δὲ πρεσβυτέρους τ ῥαθυμιῶν, ταῖς τιμαῖς τ πολι-
καῖς καὶ ταῖς παρὰ τῶν νεωτέρων θεραπείαις. Quo-
rum rerum, quum Senatus ille vigeret, nihil
erat. Levabat enim is inopia tenuiores benefi-
ciis, & locupletum adiumentis; iuventutis in-
temperantiam, honestis institutis, & acri ani-
madversione, coercebat; magistratuum avari-
tiae frenos iniiciebat suppliciis, & indagatio-
ne solerti iniuriarum, senibus torporem excu-
tiebat, honoribus gerendorum magistratuum, &
adolescentum observantia. Praeterea conventus
quoque privatos in nuptiis, & sacrificiis una
cum gynaeconomis curabant. Athenaeus li-
bro VI. Καὶ Φιλόχορος δ', ἐν ἑβδόμῃ Ἀτθίδος,
γυναικονόμοι, φησὶ, κατὰ (c) τ Ἀρειοπαγιτῶν ἐσκό-
τουν τὰς ἐν ταῖς οἰκίαις συνόδους, ἔν τε τοῖς γάμοις,
καὶ ταῖς ἄλλαις θυσίαις. Et Philochorus, rerum
Atticarum libro septimo, Gynaeconomi, ait,
cum Areopagitis observabant conventus, qui fie-
bant

ΤΟΥ Λ... ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΣ ΕΥ
ΜΟΛΠΟΥ Κ Η.. ΕΡΜΙΑΣ ΤΡΥ
ΦΩΝΟΣ ΜΑΡΑΘΩ...ΚΕΣΤΡΟ
ΦΥΛΑΞ ΠΥΘΙΚΟΣ ΕΥΔΟ.. Θ Υ
ΡΩΡΟΣ ΑΙΣΧΙΝΗΣ Ο ΚΑΙ ΨΙΑ...

(b) Videatur *Solon Cap. XVI.*
[c] *Ludos*, & certamina gymnica respici nullus dubito in anti-
quis illis Inscriptionibus, in quibus de Puerorum victoria rec-
tio est, ut in sequenti:

Ο ΔΗΜΟΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ ΠΥΘΑΡΑ
ΤΟΣ ΗΡΧΕΝ
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ ΘΡΑΣΥΚΛΗΣ
ΘΡΑΣΥΛΛΟΥ ΔΕΚΕΛΕΥΣ
ΙΠΠΟΘΟΩΝΤΙΣ ΠΑΙΔΩΝ ΕΝΙΚΑ
ΘΥΩΝ ΘΗΒΑΙΟΣ ΗΥΛΕΝ
ΠΡΟΝΟΜΟΣ ΘΗΒΑΙΟΣ ΕΔΙ
ΔΑΣΚΕΝ

[c] Forte μετὰ.

*bant in privatis aedibus, nuptiarum, aut sa-
crorum aliorum causa*. De peregrinis, quae-
que non essent a maioribus instituta, iudi-
cium dabant. Harpocration in Ἐπιθέτους ἑορ-
τάς. Ἐλέγετο δὲ καὶ παρ' αὐτοῖς ἐπίθετά τινα, ὁπό-
σα, μὴ πάτρια ὄντα, ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ
ἐδίκαζεν. *Dicebantur vero ipsis insititia quae-
dam, quaecumque, quum a maioribus minime
instituta essent, Senatus Areopagiticus iudica-
bat*. Quae iisdem verbis Auctor Etymologi-
ci, & Suidas in dictionum earumdem explica-
tione. Hinc est, quod Iustinus Martyr in Ex-
hortatione ad Gentiles, Platonem ait, quum
novam de Deo opinionem, neque a maiori-
bus traditam, concepisset, metuisse Areopa-
gum, nec proferre in publicum ausum. Ταῦ-
τα τοίνυν ἐν Αἰγύπτῳ μαθὼν ὁ πλάτων, καὶ σφό-
δρα ἀρεσθεὶς τοῖς περὶ ἑνὸς θεοῦ εἰρημένοις, τοῦ μὲν
ὀνόματος Μωϋσέως, διὰ τὸ ἕνα καὶ μόνον διδάσκειν
θεὸν, μνημονεῦσαι παρ' Ἀθηναίοις ἐκ ἀσφαλὲς ἡγεῖ-
το, δεδιὼς τὸν Ἄρειον πάγον. *Haec ergo quum in
AEgypto didicisset Plato, placerentque ei, quae
de uno Deo dicta; Mosen quidem, quod is unum,
eumque solum esse Deum praedicaret, nomi-
nare apud Athenienses, metu Areopagi, tutum
non existimavit* (a). Et de Euripide Plutarchus
De placitis Philosoph. Ἔνιοι τῶν φιλοσόφων κα-
θόλου φασὶ, μὴ εἶναι θεούς. καὶ Εὐριπίδης ὁ τραγῳ-
δοποιὸς ἀποκαλύψασθαι μὲν ἐκ ἠθέλησε, δεδοικὼς τ
Ἄρειον πάγον. *Philosophorum quidam omnino
negarunt esse deos. Euripides vero tragicus id
profiteri noluit, Areopagum veritus*. Eamdem
ob causam Athenienses Paulum Apostolum,
de Christo verba facientem, tamquam novo
aliquo deo, in Areopagum pertraxerunt,
teste Luca Evangelista Actorum cap. XVII.
Ἐπιλαβόμενοί τε αὐτοῦ, ἐπὶ τ Ἄρειον πάγον ἤγα-
γον, λέγοντες. Δυνάμεθα γνῶναι, τίς ἡ καινὴ αὕ-
τη ὑπὸ σοῦ λαλουμένη διδαχή; ξενίζοντα γάρ τινα
εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν. *Et prehensum eum
duxerunt in Areopagum dicentes; Possumusne
scire, quae sit nova ista, quae a te praedica-
tur, doctrina? Peregrina enim quaedam ingeris
auribus nostris*. Fallitur Ioannes Chrysosto-
mus, quum ideo factum esse censet, quia
de caedibus illic iudicari solitum. Sic enim
ait in citata statim acta Hom. XXXVIII. Ἦγον
αὐτὸν ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον, οὐχ ὥστε μαθεῖν, ἀλλ'
ὥστε κολάσαι, ἔνθα αἱ φονικαὶ δίκαι. *Duxerunt
illum in Areopagum, non ut discerent, sed pu-
nirent; nam de caedibus ibi iudicia habeban-
tur*. Et postea. Διὰ τί εἰς Ἄρειον πάγον αὐτὸν
εἵλκυον; ὡς καταπλήξοντες, ἔνθα τὰς φονικὰς δίκας
ἐδίκαζον. *Quare eum in Areopagum pertraxe-
runt? ut nimirum perterrerent, quia ibi de
homicidiis iudicabant*. At Apostolus non ul-
lius homicidii reus erat; sed ob id accusaba-
tur, quod ignotum quemdam deum, de quo
ipsi nihil plane a maioribus accepissent,
persuadere conaretur. Porro & sacrorum
cura illis demandata fuit. Indicio est Demo-
sthenis locus Orat. in Neaeram. Ἡ βουλὴ ἡ
ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ὥσπερ καὶ τἆλλα πολλῷ ἀξία ἐστὶ
τῇ πόλει περὶ εὐσέβειαν, ἐζήτει τὴν γυναῖκα ταύ-
την τοῦ Θεογένους, ἥτις ἦν· καὶ ἐξήλεγχε, καὶ περὶ
τῶν ἱερῶν πρόνοιαν ἐποιεῖτο. *Senatus Areopagiti-
cus, qui in aliis quoque rebus, quae ad reli-
gionem pertinent, Reipublicae multum expedit,
inquirit in istam Theogenis uxorem, quaenam
esset; eamque coarguit, & sacrorum curam
suscipit* [b]. Ac de sacris quum ferenda essent
suffragia, calculum ex ara sumebant; neque
enim id in iudiciis quibuscumque usitatum,
ut Carolum Sigonium, virum magnum, vel-
le video. Animadverto apud Demosthenem
eumdem in Orat. De Corona. Τοιγαροῦν ἐδυῖα
ταῦτα ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου τὰ τότε τούτῳ
πεπραγμένα, χειροτονησάντων αὐτὸν ὑμῶν σύνδικον
ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Δήλῳ, ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀγ-
νοίας, ἀφ' ἧσπερ πολλὰ προῖεσθε τῶν κοινῶν, ὡς
προσείλεσθε κἀκείνῳ, καὶ κυρίαν τοῦ πράγματος
ἐποιήσατε. τοῦτον μὲν εὐθὺς ἀπήλασεν, ὡς προδό-
την, ὑπερίδιλλον δὲ λέγειν προσέταξε· καὶ ταῦτα ἀπὸ
τοῦ βωμοῦ φέρουσα τὴν ψῆφον, ἔπραξε. *Itaque
gnarus istius facinorum Senatus Areopagiti-
cus, quum vos eum Deliaci Templi patro-
num elegissetis, eadem ignoratione, qua mul-
ta vobis negotia publica elabuntur e mani-
bus, ut illum etiam Senatum in concilium ad-
scivistis, ac negotii universi potestatem ipsi fe-
cistis, istum is statim repudiavit ut prodito-
rem, & Hyperidi orationem demandavit; id-
que fecit, sumto ab ara calculo, suffragium
ferens*. Locum eum neque interpres Vlpia-
nus intellexit. Adposite vero, in iudiciis de
sacris, calculum, quem laturi essent, ex ara
sacra accipiebant. De iis vero rebus omni-
bus, de quibus iudicium ipsorum erat, leges
illic, in columna [c] propositae habebantur.
Ecce tibi apud Lysiam De caede Eratosthe-
nis. Ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτον τ νόμον, ἐκ τ [d] ἐξ
Ἀρείου πάγου. *Recita mihi, & hanc legem e
columna, quae est in Areopago*. Et contra
Andocidem. Αὐτὸς μὲν κατὰ τοὺς νόμους, τοὺς ἐξ
Ἀρείου πάγου, φεύξεται τ τοῦ ἀδικηθέντος πόλιν.
*Ipse quidem secundum leges, quae in Areopa-
go propositae, exsulabit ex ea civitate, quam
habitat is, qui iniuria est adfectus*. Praeterea
vias curabant, & aedificia; ac Vndecimvi-
ros constituebant. Heraclides De Rebuspubl.
Ἡ ἐξ

ΑΦ ΕΣΤΙΑΣ ΔΗΜΗΤΡΙ ΚΑΙ ΚΟΡΗ
ΑΝΕΘΗΚΕ
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣ ΤΗΣ ΑΝΑ
ΘΕΣΣΕΩΣ
ΤΟΥ ΕΠΙΤΡΟΠΟΥ ΛΥΤΗΣ
ΓΑΙΟΥ
ΚΑΣΙΟΥ ΣΗΜΑΧΙΔΟΥ.

[a] Quanta in hoc fides Iustino, ceterisque Patribus habenda sit late ostendimus in iis Commentariis, quos *De Recta Christianorum in eo, quod Mysterium Divinae Trinitatis attinet, sententia* inscripsimus.
[b] Curam sacrorum habuisse Areopagitas eminet etiam ex antiqua Inscriptione, quae apud Sponium ita habet.

Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ
ΚΑΙ Ο
ΔΗΜΟΣ ΝΕΙΚΟΣΤΡΑΤΗΝ
ΜΕΝΝΕ...
..ΕΡΝΕΙΚΙΔΟΥ ΘΥΓΑΤΕΡΑ
ΜΥΘΕΙΣΑΝ

[c] Decreta quoque Senatus columnae Athenis inscribi solita elu-
cet ex vetusta Inscriptione, quam ad *Cap. IV. Lib. II. Themid. Attic.* produximus.
[d] Intellige στήλης.

Digitized by Google

Η ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ πολλὰ ἐδύνατο, καὶ τῶν ὁδῶν ἐπεμελεῖτο. ὅπως μή τινες ἀνοικοδομῶσιν αὐτὰς, ἢ δρυφάκτους ὑπερτείνωσιν. ὁμοίως δὲ καθίζησι καὶ τὰς ἔνδεκα. *Senatus Areopagiticus plurimum poterat; viasque curabat, ne quis eas obstrueret, neve praesepimenta aedium longius extenderet; similiter etiam Vndecimviros constituit.* Decreta etiam faciebant, quae dicebant Ψηφισματισμούς. Cicero ad Fam. lib. XIII. epist. 1. *Quamobrem peto a te, ut scribas ad tuos, posse tua voluntate decretum istud Areopagitarum, quem Ψηφισματισμὸν illi vocant, tolli.* Ac decretum quoddam eorum de Cratippo in Vrbe retinendo memorat Plutarchus in Cicerone. Κρατίππῳ ἢ τῷ περιπατητικῷ διεπράξατο μὲν Ῥωμαίῳ γενέσθαι παρὰ Καίσαρος, ἄρχοντος ἤδη. διεπράξατό τε ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ψηφίσασθαι, καὶ δεηθῆναι, μένειν αὐτὸν ἐν Ἀθήναις, καὶ διαλέγεσθαι τοῖς νέοις, ὡς κοσμοῦντα τὴν πόλιν. *Cratippo Peripatetico impetravit a Caesare, iam rerum potito, civitatem Romanam; perfecitque, ut Athenis remaneret, & iuventutem institueret.* Quin legum omnium cura illis, & custodia a Solone demandata. Plutarchus in Solone. Τὴν δ' ἄνω βουλὴν ἐπίσκοπον πάντων, καὶ φύλακα, τῶν νόμων ἐκάθισεν. *Senatum autem superiorem legum omnium praesidem, & custodem posuit.* Inde est apud Andocidem in Orat. de Mysteriis. Ἐπῴδὰν δὲ τεθῶσιν οἱ νόμοι, ἐπιμελέσθω ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρέως πάγου τῶν νόμων, ὅπως ἂν αἱ ἀρχαὶ τοῖς κειμένοις χρῶνται. *Postquam legem latae sunt, curam illarum gerat Senatus Areopagiticus, ut utantur iis latis Magistratus.* Praeterea, aerarii potentes, honoraria, ac stipendia decernebant. De stipendiis manifestum e Plutarcho in Themistocle. Ἀριστείδης μέν φησι, τὴν ἐξ Ἀρέως πάγου βουλὴν, πορίσασαν ἑκάστῳ τῶν στρατευομένων ὀκτὼ δραχμὰς, αἰτιωτάτην γενέσθαι τῷ πληρωθῆναι τὰς τριήρεις. *Auctor est Aristoteles, Senatum Areopagiticum, singulis militibus octo drachmis constitutis, potissimum effecisse, ut triremes complerentur.* De honorario est videre apud Athenaeum; qui commemorat, Menedemo, & Asclepiadi ducentas drachmas honoris ergo largitos esse.

A Verba eius inter cetera ita habent lib. IV. Θαυμάσαντες οἱ Ἀρεοπαγῖται, διακοσίαις δραχμαῖς ἐτίμησαν αὐτός. *Admirati Areopagitae, ducentis eos drachmis honorarunt.* Et apud Diogenem Laertium in Vita Cleanthis lib. VIII. Ἀποδεξαμένους δὲ αὐτὸν τοὺς Ἀρεοπαγίτας ψηφίσασθαι δέκα μνᾶς δοθῆναι. *Areopagitas vero, acceptum ipsum decem minis munerandum censuisse* [a]. Adeoque totam quasi Rempublic regebant. Cicero De Nat. Deorum lib. II. *Vt si quis dicat, Athenienſium Remp. consilio regi, desit illud, Areopagi; sic, quum dicimus, providentia mundum administrari, deesse arbitror, deorum.* Suidas in Ἄρειος πάγος. Ἐδίκαζε δὲ καὶ τὰ φονικὰ, καὶ τὰ πολιτικὰ διώκει σεμνῶς. *Iudicabat vero causas capitales, & cetera quoque Reipub. negotia magna cum auctoritate administrabat.* Huc pertinent Lysiae verba in Orat. De probatione Evandri. Ταύτης δὲ τῆς ἀρχῆς ἀξιοῖ μόνος αὐτὸς καθ' αὐτὸν ἄρχειν, καὶ μετὰ τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλῆς τὸν ἅπαντα χρόνον τῶν μεγίστων κύριος γενέσθαι. *Hunc autem Magistratum solus ipse per se gerere voluit; & cum Senatu Areopagitico per omne tempus summam rerum maximarum potestatem obtinere.* Certe populus, penes quem maiestas Reipub. erat, in graviſſimis fere rebus nihil sine consilio eorum agitabat. Scholiastes Demosthenis in Argumento Orationis in Androtionem. Ἡνίκα δὲ μεγίστη ἀνάγκη ἐγίγνετο, τότε ἡ (ἐξ Ἀρείου πάγου) βουλὴ περὶ δημοσίων συνήγετο. *Quum maxima necessitas incidisset, tunc Senatus (Areopagiticus) in commune consulturus, convocabatur.* Et exemplum est apud Demosthenem in Orat. de Corona. Τοιγαροῦν εἰδυῖα ταῦτα ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρέως πάγου, τὰ τότε τούτῳ πεπραγμένα, ὡς προσέλεσθε κἀκείνῳ, καὶ κυρίαν τοῦ πράγματος ἐποιήσατε, τοῦτον μὲν εὐθὺς ἀπήλασεν, ὡς προδότην. *Itaque gnarus ipsius facinorum Senatus Areopagiticus, ut eum etiam in consilium adhibuistis, & negotii potestatem permisistis, ceu proditorem repudiavit.* Quin, & si iudicia quaedam populus perperam tulisset, comprehensos ipsi reos sistebant iterum, pro merito condemnandos. Video apud eumdem Demosthenem in eadem Ora-

[a] Sed & honores ab Areopago decernebantur, una tamen cum alio Senatu, & Populo, ut ex hisce Inscriptionibus eminet, quarum prima est Athenis apud Ianum Mastrigum, atque ita habet, auctore *Sponio*.

Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ
ΚΑΙ Η ΒΟΥΛΗ ΤΩΝ Χ ΚΑΙ
Ο ΔΗΜΟΣ ΙΟΥΛΙΑΝ ΒΕΡΕΝΕΙ
ΚΗΝ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝ ΜΕΓΑ
ΛΗΝ ΙΟΥΛΙΟΥ ΑΓΡΙΠΠΑ ΒΑ
ΣΙΛΕΩΣ ΘΥΓΑΤΕΡΑ ΚΑΙ ΜΕ
ΓΑΛΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΕΥΕΡΓΕ
ΤΩΝ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΕΚΓΟ
ΝΟΝ ΔΙΑ ΤΗΣ ΠΡΟΝΟΙΑΣ
ΤΟΥ ΕΠΙΜΕΛΗΤΟΥ ΤΗΣ ΠΟ
ΛΕΟΣ ΤΙΒ. ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΘΕΟ
ΓΕΝΟΥΣ ΠΑΙΑΝΙΕΩΣ

Altera vero his verbis concepta est:

Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟ...
ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ.·
ΚΛΑΥΔΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ...
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΥΠ...

ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΑΡΧΙΕ...
ΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ...
ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ.....
ΕΠΙ ΤΟΝ ΠΕΙΡΑΙΑ ΔΙΣ
..ΑΙΡΗΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΙΣ ΜΕΓ..
ΕΠΙ ΤΟΥΣ ΟΠΛΙΤΑΣ
...ΣΑΙΕΩΣ ΕΠΩΝΥΜ....

Cuius lacunae sic possunt suppleri:

Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥ ΚΑΙ
Η ΒΟΥΛΗ
ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
ΤΙΒΕΡΙΟΝ
ΚΛΑΥΔΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΥΠΑΤΟΝ
ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΜΕ
ΓΙΣΤΟΝ ΔΗΜΑΡΧΙ
ΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΕΠΙΜΕΛΗ
ΘΕΝΤΟΣ
ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ ΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΟΣ
ΕΠΙ ΤΟΝ ΠΕΙΡΑΙΕΑ &c.

Digitized by Google

Oratione. Καὶ εἰ μὴ ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου, τὸ πρᾶγμα αἰσθομένη, καὶ τὴν ὑμετέραν ἀγνοίαν ἐν ᾧ δέοντι συμβεβηκυῖαν ἰδοῦσα, ἐπεζήτησε τὸν ἄνθρωπον, καὶ συλλαβοῦσα, ἐπανήγαγεν ὡς ὑμᾶς, ἐξήρπας' ἂν ὁ τοιοῦτος· καὶ, τὸ δίκαιον δοῦναι διαδὺς, ἐξετέμπετ' ἂν ὑπὸ τῆς σεμνολόγου τυτυί. *Quod niſi Senatus Areopagiticus, re animadverſa, & veſtram ignorantiam, in qua re minime oportebat, conſpicatus, hominem inquiſiviſſet, & comprehenſum iterum vobis ſtitiſſet, ereptus fuiſſet ille talis, evitatoque ſupplicio amiſſus, per iſtum gravem oratorem.* Vel eripiebant, etiamſi quos ille forſan temere damnaſſet. Narrat de AEſchine in vita eius Philoſtratus Sophiſt. lib. I. Ἐπὶ δὲ τῷ καταψηφισθέντι Ἀντιφῶντι, ἦλω κριθείς· καὶ ἀφέλοντο αὐτὸν οἱ ἐξ Ἀρείου πάγου. *Super condemnato Antiphonte, reus eſt peractus; ſed eripuit eum Senatus Areopagiticus.* Atque huc pertinet, quod, quum Delii contenderent, utros templo Apollinis Delphici praeeſſe oporteret, iamque a populo AEſchines electus eſſet, qui cauſam diceret, hic Hyperidem conſtituit. Plutarchus in eius Vita. Συσάντος δὲ πρὸς Δηλίους ἀμφισβητήματος, ποτέρους δεῖ προΐσασθαι τοῦ ἱεροῦ, αἱρεθέντος Αἰσχίνου συνειπεῖν, ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ Ὑπερίδῃ ἐχειροτόνησεν. *Quum orta eſſet controverſia adverſus Delios, utros templo praeeſſe oporteret, lecto AEſchine, qui cauſam ageret, Senatus Areopagiticus Hyperidem elegit.* Hoc ipſum eſt, quod Demoſthenes dicit in Orat. de Corona in citatis ſupra verbis(a). Maxima autem auctoritas fuit belli Medici tempore. Notat Ariſtoteles Politic. lib. v. cap. IV. Ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴ, εὐδοκιμήσασα ἐν τοῖς Μηδικοῖς, ἔδοξε συντονωτέραν ποιῆσαι τὴν πολιτείαν. *Senatus Areopagiticus, belli Medici temporibus florens, intendiſſe Rempubl. videbatur.* Ac Rempubl. maxime tunc obſtrinxerunt, conſtituto ſingulis militibus octo drachmarum ſtipendio. Narrat Plutarchus in Themiſtocle, ubi de eo bello agit. Ἀριστοτέλης μέν φησι, τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν, πορίσασαν ἑκάστῳ τῶν στρατευομένων ὀκτὼ δραχμὰς, αἰτιωτάτην γενέσθαι τοῦ πληρωθῆναι τὰς τριήρεις. *Auctor eſt Ariſtoteles, Senatum Areopagiticum, conſtitutis in ſingulos milites octo drachmis, potiſſimum effeciſſe, ut triremes complerentur.* Poſtea infregit Ephialtes, ac diſſolvit. Plutarchus in Pericle. Ὧν ἕνα φασὶ γενέσθαι τὸν Ἐφιάλτου, ὃς κατέλυσε τὸ κράτος τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς. *Quorum unum fuiſſe ferunt Ephialtem, qui Senatus Areopagitici potentiam diſſolvit.* Iterum in Cimone. Καὶ πρὸς Ἐφιάλτου ὕστερον, χάριτι τοῦ δήμου καταλύσαντα τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν, διηνέχθη. *Et cum Ephialte poſtea, qui in populi gratiam Senatum Areopagiticum diſſolvit, contentiones ſuſcepit.* Pauſanias in Atticis. Ἐφιάλτης, ὃς τα νόμιμα, τὰ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, μάλιστα ἐλυμήνατο. *Ephialtes, qui Areopagi inſtituta maxime evertit.* Aut potius Pericles, Ephialtis opera uſus. Plutarchus in Praeceptis gerendae Reipublicae. Περικλῆς Μενίππῳ μὲν ἐχρῆτο, πρὸς τὰς στρατηγίας. δι' Ἐφιάλτου δὲ, τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἐταπείνωσε. *Pericles Menippo quidem uſus eſt ad bella gerenda; Ephialtis vero opera, Senatum Areopagiticum depreſſit.* Ariſtoteles Politic. lib. II. cap. X. Καὶ τὴν μὲν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν Ἐφιάλτης ἐκόλουσε, καὶ Περικλῆς. *Ac Senatum quidem Areopagiticum Ephialtes imminuit, & Pericles.* Quo modo fecerit, tradit alibi Plutarchus in Vita eius. Θεωρικοῖς καὶ δικαστικοῖς λήμμασι, ἄλλαις τε μισθοφοραῖς, καὶ χορηγίαις, συνδεκάσας τὸ πλῆθος, ἐχρῆτο κατὰ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς. *Theatralibus, & iudicialibus ſportulis, aliiſque praemiationibus, ac largitionibus, corrupta plebe, uſus eſt adverſus Senatum Areopagiticum.* Ademit autem eis plurima iudicia. Idem Plutarchus ibidem. Διὸ καὶ μᾶλλον ἰσχύσας ὁ Περικλῆς ἐν τῷ δήμῳ, κατεσκίασε τὴν βουλὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ὥστε τὴν μὲν ἀφαιρεθῆναι τὰς πλείστας κρίσεις δι' Ἐφιάλτου. *Quare quum plus apud populum valeret Pericles, factione ſua oppreſſit Senatum Areopagiticum; eique, Ephialtis opera, iudicia plurima ademit.* Atque id factum Olymp. LXXX. anno I. Diodorus Siculus in rebus geſtis eius anni lib. XI. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, ἐν μὲν τῇ Ἀθήναις Ἐφιάλτης ὁ Σοφωνίδου, δημαγωγὸς ὤν, καὶ τὸ πλῆθος παροξύνας κατὰ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν, ἔπεισε τὸν δῆμον, ψηφίσματι μεῖωσαι τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλήν. καὶ τὰ πάτρια, καὶ περιβόητα νόμιμα καταλῦσαι. *Dum haec geruntur, Athenis Ephialtes* [6], *concitato in Areopagitas populo, auctor fuit, ut publico decreto Senatus Areopagitici auctoritatem imminueret, & laudatiſſima inſtituta, a maioribus accepta abrogaret.* Imminutam auctoritatem huius Senatus indicat etiam Libanius in Apolog. Socratis, quae eſt Declam. XXIX. Εἰ μὴ μαρτύριον ἦν ἱκανὸν ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλή· οὐχ ἅπαντα νῦν, ἅπερ πρότερον, ἔχουσα. *Niſi Senatus Areopagiticus idoneum perhiberet teſtimonium; qui non omnia nunc, quae pridem habet.* Relictum tamen ipſi fuit, inter cetera, iudicium rerum capitalium. Demoſthenes de hoc Senatu agens Orat. in Ariſtocratem. Τὰ δ' ὕστερον, τοῦτο μόνον τὸ δικαστήριον, οὐχὶ τύραννος, οὐκ ὀλιγαρχία, οὐ δημοκρατία, τὰς φονικὰς δίκας ἀφελέσθαι τετόλμηκε· ἀλλὰ πάντες ἀσθενέστερον ἂν τὸ δίκαιον εὑρεῖν ἡγοῦνται περὶ τούτων αὐτοί, τοῦ παρὰ τούτοις εὑρημένου δικαίου. *Deinceps autem, ſolum hoc iudicium non tyrannus, non paucorum dominatus*

[a] Ceterum concors, ut plurimum, cum Populo erat, ut ex Inſcriptione Eleuſinia, & Tiberii Claudii, & Berenices, ſuperius adlatis, intelligitur, & ex ſequenti etiam patet,

ΚΑΤΑ ΤΟ ΕΠΕΡΟΤΗΜΑ ΤΗΣ ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ. . . . . ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΟΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΤΟΝ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΗΝ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΝ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙΣ ΑΡΧΗΝ ΚΑΙ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΗΝ ΕΠΟΝΤΜΟΝ ΑΡΧΗΝ ΚΑΙ ΠΑ ΝΗΓΥΡΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ ΚΑΙ ΑΓΩ ΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ ΤΩΝ ΜΕΓΑ ΛΩΝ ΠΑΝΑΘΕΝΑΙΩΝ ΟΙΚΟ ΘΕΝ ΙΕΡΑ ΠΑΝΑΓΗ. Π. ΕΡΕΝ. ΔΕΞΙΠΠΟΝ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΕΡ ΜΕΙΟΝ ΤΟΝ ΡΗΤΟΡΑ ΚΑΙ ΣΥΓΓΡΑΦΕΑ ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΑ ΟΙ ΠΑΙΔΕΣ

(6) Deeſt, *Sophonidae Filius.*

tus, non populi imperium, capitalibus cauſis diiudicandis ſpoliare inſtituit; ſed omnes ſe de his controverſiis minus grave ius, quam ab his inventum eſſet, excogitaturos crediderunt. Quam autem felix Reipubl. ſtatus fuerit, quum auctoritas huic Senatui ſalva eſſet, quam infelix item poſtea, quum accita, eleganter nobis repraeſentat Iſocrates multis verbis in Areopag. ſua; quae ne cupidus Lector illic quaerere neceſſe habeat, hic ſubiungam. Et profecto eſt operae pretium. Τοιγαρῦν ὐκ ἐν τοῖς σκιραφίοις οἱ νεώτεροι διέτριβον, ὐδὲ ἐν ταῖς αὐλητρίσιν, ὐδ', ἐν τοῖς τοιούτοις συλλόγοις, ἐν οἷς νῦν διημερεύουσιν. ἀλλ' ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἦμενον, ἐν οἷς ἐτάχθησαν, θαυμάζοντες, κ) ὁμιλοῦντες, τοὺς ἐν τούτοις πρωτεύοντας. οὕτω δ' ἐφευγον τὴν ἀγορὰν, ὥσε, εἰ καί ποτε διελθεῖν ἀναγκασθεῖεν, μετὰ πολλῆς αἰδοῦς, καὶ σωφροσύνης, ἐφαίνοντο τοῦτο ποιοῦντες. ἀντειπεῖν δὲ τοῖς πρεσβυτέροις, ἢ λοιδορήσαθ', δεινότερον ἐνόμιζον εἶναι, ἢ νῦν περὶ τοὺς γονέας ἐξαμαρτάνειν. ἐν καπηλείῳ δὲ φαγεῖν, ἢ πιεῖν, οὐθεὶς ὐδ' ἂν οἰκέτης ἐπιεικὴς ἐτόλμησε. σεμνύνεσθαι δὲ ἐμελέτων, κ) ὐ βωμολοχεύεσθαι· κ) τοὺς εὐτραπέλους δὲ, καὶ σκώπτειν δυναμένους, ὃς νῦν εὐφυεῖς προσαγορεύουσιν, ἐκεῖνοι δυσχεῖς ἐνόμιζον. κ) μηδεὶς οἰέσθω, μὲ δυσκόλως διακεῖσθαι πρὸς τοὺς ταύτην ἔχοντας τὴν ἡλικίαν. ὅτε γὰρ ἡγοῦμαι, τούτους αἰτίους εἶναι τῶν γιγνομένων, σύνοιδά τε τοῖς πλεῖοις αὐτῶν ἥκιστα χαίρουσι ταύτῃ τῇ κατασάσει· δι' ἣν ἔξεσιν αὐτοῖς, ἐν ταῖς ἀκολασίαις ταύταις διατρίβειν, ὥσε ὐκ ἂν εἰκότως τούτοις ἐπιτιμῶημεν, ἀλλὰ πολὺ ἂν δικαιότερον τοῖς ὀλίγῳ πρὸ ἡμῶν τὴν πόλιν διοικήσασιν, ἐκεῖνοι γὰρ ἦσαν, οἱ τὴν ἀρχὴν προτρέψαντες ἐπὶ ταύτας τὰς ὀλιγωρίας, κ) καταλύσαντες τὴν τῆς βουλῆς δύναμιν· ἧς ἐπισατούσης, ὐ δικῶν, ὐδὲ ἐγκλημάτων, ὐδὲ εἰσφορῶν, ὐδὲ πενίας, ὐδὲ πολέμων, ἡ πόλις ἔγεμεν. ἀλλὰ κ) πρὸς ἀλλήλους ἡσυχίαν εἶχον, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας εἰρήνην εἶχον. παρεῖχον γὰρ σφᾶς αὐτοὺς τοῖς μὲν Ἕλλησι πιστοὺς, τοῖς δὲ βαρβάροις φοβερούς. τὰς μὲν γὰρ, σεσωκότες ἦσαν· παρὰ δ' τῶν, δίκην τηλικαύτην εἰληφότες, ὥσε ἀγαπᾶν ἐκείνους, εἰ μηδὲν ἔτι κακὸν πάσχοιεν. τοιγάρτοι διὰ ταῦτα μετὰ τοσαύτης ἀσφαλείας διῆγον, ὥσε καλλίους εἶναι, κ) πολυτελεςέρας, τὰς οἰκήσεις, κ) τὰς ἐπισκευὰς, τὰς ἐπὶ τῶν ἀγρῶν, ἢ τὰς ἐντὸς τέιχους· κ) πολλοὺς τ πολιτῶν μηδὲ εἰς τὰς ἑορτὰς εἰς ἄστυ καταβαίνειν, ἀλλὰ αἱρεῖσθαι μένειν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἀγαθοῖς μᾶλλον, ἢ τῶν κοινῶν ἀπολαύειν. ὐδὲ γὰρ τὰ περὶ τὰς θεωρίας, ὧν ἕνεκά τις ἦλθεν, ἀσελγῶς, ὐδ' ὑπερφάνως, ἀλλὰ νυνεχόντως ἐποίουν. ὐ γὰρ ἐκ τ πομπῶν, ὐδὲ ἐκ τῶν περὶ τὰς χορηγίας φιλονικιῶν, ὐδ' ἐκ τῶν τοιούτων ἀλαζονειῶν, τὴν εὐδαιμονίαν ἐδοκίμαζον· ἀλλ' ἐκ τοῦ σωφρόνως οἰκεῖν, κ) τοῦ βίου τοῦ καθ' ἡμέραν, κ) τοῦ μηδένα τῶν πολιτῶν ἀπορεῖν τῶν ἐπιτηδείων. ἐξ ὧνπερ χρὴ κρίνειν τοὺς ὡς ἀληθῶς εὖ πράττοντας, καὶ μὴ φορτικῶς πολιτευομένους. ἐπεὶ νῦν γε τίς ὐκ ἂν ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις τῶν εὖ φρονούντων ἀλγήσειεν; ὅταν ἴδῃ τινὰς τ πολιτῶν, αὐτοὺς μὲν περὶ τῶν ἀναγκαίων, εἴθ' ἔξουσιν, εἴτε μὴ, πρὸ τῶν δικαστηρίων κληρουμένους· τῶν δὲ Ἑλλήνων τοὺς ἐλαύνειν τὰς ναῦς βουλομένους, τρέφειν ἀξιοῦντας· καὶ χορεύοντας μὲν ἐν χρυσοῖς ἱματίοις, χειμάζοντας δὲ ἐν τούτοις, ἐν οἷς ὁ βέλομαι λέγειν· καὶ τοιαύτας ἄλλας ἐναντιώσεις, περὶ τὴν τοιαύτην διοίκησιν γιγνομένας· αἷς μεγάλῃ αἰσχύνῃ περι-

Quare non in luſtris adoleſcentes alea ludebant, nec verſabantur apud tibicinas, aut in huiuſmodi conventiculis, in quibus nunc totos dies conterunt; ſed iis ſtudiis immorabantur, quibus erant deſtinati; & qui principem in illis locum tenebant, eos admirabantur, & ſectabantur. Forum autem ita fugiebant, ut ſi quando tranſire cogerentur, id magna cum verecundia, & modeſtia facere viderentur. Senioribus vero adverſari, aut maledicere gravius eſſe putabant, quam nunc parentes violare (a). *Iam in caupona edere, aut bibere, nemo ne frugi quidem ſervus audebat. Gravitati, non ſcurrilitati ſtudebant; & homines dicaces, atque ad irridendum paratos, quos nunc facetos vocant, illi calamitoſos iudicabant. Neque vero me quiſquam exiſtimet iratum eſſe iſti aetati; neque enim quidquam harum rerum adoleſcentibus eſt imputandum; & plurimos eorum ſcio iſta ratione minime delectari, qua impune licet tam petulanter agitare; illi potius accuſandi ſunt, qui paulo ante nos Rempublicam geſſerunt. Iſti ſunt, qui primi huic licentiae feneſtram, fracta Senatus auctoritate, patefecerunt. Penes quem dum ſumma rerum eſſet, non accuſationibus, non criminationibus, non exactionibus, non paupertate, neque bellis civitas redundabat; ſed cives & inter ſe concordes, & tranquilli erant; & cum aliis univerſis pacati vivebant. Praebebant enim ſe & Graecis fideles, & Barbaris formidabiles: nam illos quidem conſervarant; hos autem ſic ulti erant, ut bene ſecum agi putarent, ſi nullis praeterea malis adficerentur. Vnde etiam factum eſt, ut in magna ſecuritate degerent; & pulcriora, ac ſumtuoſiora, eſſent aedificia, & adparatus in agris, quam intra moenia; multique civium nec in ſolemnibus feſtis in urbem deſcenderent, ſed ſua re familiari, quam publicis ſpectaculis, frui mallent. Nec enim illa, quorum gratia veniſſet aliquis, luxurioſe, aut ſuperbe, ſed cordate inſtruebant; neque felicitatem pomparum, aut aedilitiorum munerum contentionibus, aut ſimili quapiam inſolentia metiebantur; ſed quotidianae vitae modeſtia, & tali rerum neceſſariarum copia, ut ne qui cives egerent. Quibus e rebus aeſtimandi ſunt vere felices, & non importune gerentes Rempublicam. Nam quis, quaeſo, vir prudens eſt, ut nunc quidem res habet, quem hic ſtatus non magno dolore adficiat? quum viderit civium quoſdam, an ipſi habituri ſint ad victum neceſſaria, nec ne, ante praetoria ſortem ducere; & e Graecis eos, qui remos agere voluerint, ali iubere, in aureis veſtimentis ſaltare; in iis hibernare, quae ego dicere nolo; ſicut & alia multa praetereo, quae inter ſe minime conſentiunt in hac gubernatione, ac magnum dedecus Reipublicae imprimunt. Quarum rerum, quum Senatui illi auctoritas ſua conſtabat, nihil erat.* Certe mala, quae rem hanc ſunt inſequuta, brevibus Plutarchus indicat in Vita Periclis. Κατέλυσε τὸ κράτος τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς, πολλὴν, κατὰ τὸν Πλάτωνα, καὶ ἄκρατον, τοῖς πολίταις ἐλευθερίαν οἰνο-

(a) *Iuvenalis:*
Creuebant hoc grande neſas, & morte piandum,
Si iuvenis vetulo non adſurrexerat, & ſi
Barbato cuicumque puer.

Digitized by Google

οἰνοχοῶν· ὑφ' ἧς, ὥσπερ ἴσπον, ἐξυβρίσαντα τὴ δῆμον, οἱ κωμῳδοποιοὶ λέγουσι πρῶτον ἐπιθέσθαι τῇ ἀρχῇ· οὐκ ἔτι τολμῶντα, ἀλλὰ δάκνειν τὴν Εὔβοιαν, καὶ ταῖς νήσοις ἐπιπηδᾶν. *Senatus Areopagitici fregit potentiam; civibus, ut Plato ait, multam, meramque libertatem propinans; qua, equi luxuriantis more, dicitant Comici, non amplius Magistratui morem gerere voluisse, sed mordere Euboeam, insulisque insultare incepisse.* Quod autem est in Isocratis verbis iam citatis in caupona edere, aut bibere, ne servum quidem aliquem frugi sustinuisse; eadem memorat Athenaeus lib. XIII. additque ex Hyperide Senatum olim Areopagiticum prohibuisse Areopago quempiam, qui in caupona pransus esset. Ὑπερίδης δὲ, ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους, ἐὰ γνήσιός ὁ λόγος, τὴς Ἀρεοπαγίτας φησὶν ἀρισήσαντά τινα ἐν καπηλείῳ κωλύσαι ἀνιέναι εἰς Ἄρεον πάγον. *Hyperides vero in Oratione contra Patroclem, si auctorem non mentitur, Areopagitas ait Areopago interdixisse cuidam, qui in caupona pransus esset.*

CAP. X.

Quinam in Areopago iudicati fuerint. Mars, Orestes; & de eo Scholiastae Comici error indicatus. Minervae calculus. Etiam Cephalus. Daedalusque; ac de eo Hellanici locus apud Scholiasten Euripidis emendatus, & Pausaniae. Dein Pisistratus; mulierque, quae Philtrum dederat: item altera, tertiaque; quae veneno filium, & maritum occiderat. Agnodice; aliusque caedis suasor: tum & puer, qui cornicum oculos eruerat: & Areopagita, passerem accipitri prodens.

NVnc iudicia, illic habita, videamus. Duo inprimis memorantur; quae de Marte, & Oreste: cuius utriusque causam ipsos deos iudicasse fabulantur. Demosthenes in Aristocratem. Ἐν ᾧ δ' ἂν ἰδιώτατον πάντων, καὶ σεμνότατον, τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δικαστήριον· ὑπὲρ ὃ τοσαῦτά ἐστι εἰπεῖν καλὰ παραδεδομένα, καὶ μυθώδη, καὶ ὧν αὐτοὶ μάρτυρες ἐσμὲν, ὅσα περὶ οὐδενὸς ἄλλου δικαστηρίου. ὧν, ὡσπερεὶ δείγματος ἕνεκεν, ἀξιόν ἐστιν ἓν, ἢ δύο, ἀκοῦσαι. τοῦτο μὲν τοίνυν, τὰ παλαιὰ, ὡς ἡμῖν ἀκοῦσαι παραδέδοται, ἐν μόνῳ τούτῳ δικαστηρίῳ θεοὶ δίκας φόνου καὶ δοῦναι, καὶ λαβεῖν, ἠξίωσαν· καὶ δικασταὶ γνώμης διενεχθεῖσιν ἀλλήλοις, ὡς λόγος. λαβεῖν μὲν Ποσειδῶν, ὑπὲρ Ἀλιρροθίου τοῦ υἱοῦ Ἄρεως· δικάσασθαι δὲ Εὐμενίσι, καὶ Ὀρέστῃ, οἱ δώδεκα θεοί. *Vnum vero maxime proprium, & inter cetera nobilissimum, Areopagi iudicium; de quo vobis tot praeclarae narrationes, tum fabulosae, tum nostris testimoniis confirmatae suppetunt, quot de nullo alio concilio. E quibus unam, atque alteram, veluti ad specimen exhibendum, audire fuerit operae pretium. Primum igitur de antiquis, ut ea nobis tradita sunt; in hoc solo iudicio dii ius de caede dare, & accipere, voluerunt; & disceptatores esse inter se, ut ferunt, dissentientes. Nam Neptunus a Marte poenas exegit interfecti Halirrhothii filii; & Furiis, ac Orestis ius dixerunt duodecim dii.* Pausanias in Atticis. Ἔστι δὲ καὶ Ἄρειος πάγος καλούμενος, ὅτι πρῶτος Ἄρης ἐνταῦθα ἐκρίθη. καί μοι καὶ ταῦτα δεδήλωκεν ὁ λόγος, ὡς Ἀλιρρόθιον ἀνέλοι, καὶ ἐφ' ὅτῳ κτάνοι. Κριθῆναι δὲ καὶ ὕστερον Ὀρέστην λέγουσιν, ἐπὶ τῷ φόνῳ τῆς μητρός. *Est vero etiam Areopagus inde nominatus, quod Mars eo in loco primus capitis causam dixerit. Nam & Halirrhothium ab eo occisum, & qua de causa ante exposuimus. Postea quoque ibi Orestem iudicatum esse tradunt, quia matrem occidisset.* De priore Aristides in Panathenaica sua. Καὶ λαγχάνει Ποσειδῶν Ἄρει ὑπὲρ τοῦ παιδὸς, καὶ νικᾷ, ἐν ἅπασι τοῖς θεοῖς. *Neptunus Marti litem intendit de caede filii; isque causam obtinuit omnium deorum suffragio.* AEschines Epist. XI. Τί ἐν τῇ περὶ Χαιρώνειαν μάχῃ τὴν πόλιν ὤνησε τῶν Ἀθηναίων, ὅτι Ἄρης πρὸς Ποσειδῶνα ὑπὲρ Ἀλιρροθίου ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἐκρίθη; *Quid in pugna ad Chaeroneam profuit urbi Athenienſium, quod Mars suam cum Neptuno causam de Halirrhotio in Areopago disceptavit?* Scholiastes Iuvenalis Sat. IX. *In Areopago primus accusatus est Mars a Neptuno, quod filium eius Halirrhothium peremisset.* De Oreste mox subiungit Aristides. Ἑτέρα δὲ γίνεται κρίσις ὕστερον, μικτὴ τοῖς ἀγωνισταῖς, θέα δὲ καὶ αὕτη τοῖς δικασταῖς· ἣν ἀγωνίζεται τῶν Πελοπιδῶν ἀνὴρ δυσχερῶν, πρὸς τὰς νῦν προσοίκους τῷ τόπῳ θεὰς σεμνὰς καταφυγών. καὶ δὴς ὥσπερ ἔφεσιν εἰς τὴν πόλιν, ὡς ἐνταῦθα, εἴπερ που τὴν δικαίαν φιλανθρωπίαν ἔσαν. καὶ τυχὼν τῆς θεοῦ, τῶν μανιῶν ἀπαλλάττεται. *Altera deinde acta est ibidem causa, diversis constans actoribus, iudicibus autem diis; in qua Pelopides quidam ab Eumenidibus, quae templum nunc propinquum habent, reus agebatur: qui, quum ad civitatem confugisset, & quasi provocasset, tamquam hic saltem aequitatem reperturus esset, deae favore adiutus, a furore liberatus fuit.* Et Martis quidem mentionem quoque facit Simeon Metaphrastes in Martyrio Dionysii Areopagitae. Εἴρηται δὲ (ὁ Ἄρειος πάγος) μυθικῶς οὕτως, καθάπερ ἐκεῖνοί φασιν, ἀπὸ τοῦ δίκην ἐν αὐτῷ τὸν Ποσειδῶ κατὰ τοῦ Ἄρεως ὑποσχεῖν, ὅτι τὸν τούτου υἱὸν ἀπέκτεινεν Ἀλιρρόθιον. *Ita autem fabulose dictus est (Areopagus) ut illi aiunt, quod Neptunus ibi Martem accusaverit de interfecto ab ipso filio Halirrhothio.* Meminerunt etiam Auctores, quotquot etymologiam Areopagi tradiderunt; quos citavi cap. primo. De Oreste est Pausaniae iste locus in Atticis: ubi postquam iudicatum illic Martem memoravit, mox subiungit. Κριθῆναι δὲ καὶ ὕστερον Ὀρέστην λέγουσιν, ἐπὶ τῷ φόνῳ τῆς μητρός. *Postea illic iudicatum etiam Orestem ferunt propter interfectam matrem.* Apollinis hac de re ad Orestem est consilium apud Euripidem in cognomine Tragoedia.

Ἐνθένδε τ' ἐλθὼν τὴν Ἀθηναίων πόλιν,
Δίκην ὑποσχὼν αἵματος μητροκτόνου
Εὐμενίσι τρισσαῖς. θεοὶ δέ σα, δίκης βραβεῖς,
Πάγοισιν ἐν Ἀρείοισιν εὐσεβεστάτῳ
Ψῆφον διοίσουσ', ἔνθα νικῆσαί σε χρή.
Inde veniens in urbem Athenienſium,
Redde rationem caedis maternae
Eumenidibus tribus; & dii, iudicii arbitri,
In Areopago iustissimam
Sententiam ferent, ubi te vincere oportet.

Vbi Scholiastes. Περὶ τῆς Ὀρέστου κρίσεως ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἱστορεῖ καὶ Ἑλλάνικος. *De iudicio Orestis, in Areopago habito, refert etiam Hellanicus.* Accidit autem hoc iudicium rege Athenis Demophonte. Isaacius Tzetzes ad Lycophronem. Ὀρέστης, μετὰ τὸ ἀνελεῖν Αἴγισθον, καὶ Κλυταιμνήστραν, διωκόμενος ὑπὸ Ἐρινύων, φεύγει πρὸς Ἀθήνας, ἐν τῇ τῶν Ἀνθεστηρίων ἑορτῇ, βασιλεύοντος Δημοφῶντος, καὶ κρίνεται ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. *Orestes post occisum AEgisthum, & Clytaemnestram, quum persequerentur ipsum Furiae, profugit Athenas, festo Anthesteriorum, regnante Demophonte, ac iudicatur in Areopago.* Eusebius Chron. I. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν δωδέκατος Δημοφῶν Θησέως ἔτη κγ'. ἐπὶ τούτου τὰ περὶ Ὀδυσσέα, καὶ Ὀρέστην. *Athenienſium per annos viginti tres rex fuit duodecimus Demophon, Theſei filius; ac ſub eo acciderunt, quae de Vlyſſe, & Oreſte commemorantur.* Et confirmat Athenaeus libro decimo, qui ex Phanodemo refert, veniſſe Athenas Oreſtem, Demophonte illic rege. Itaque errat manifeſto Scholiastes Comici ad Equites, item Veſpas; ubi Oreſtem adveniſſe Athenas dicit ſub Pandione, annis ante Demophontem amplius centum. Abſolutus autem Oreſtes in hoc iudicio, quum, aequalibus utrimque ſuffragiis, ſuum ipſi calculum Minerva adieciſſet: unde poſtea uſurpatum, in ſententiis ferendis, quum ſuffragia eſſent paria, ut abſolveretur reus, adiecto calculo, qui Minervae in memoriam huius rei dicebatur. Ariſtides Orat. in Minervam. Τὴν δὲ (τῆς Ἀθηνᾶς) φιλανθρωπίαν, οἱ περὶ Ὀρέστην λόγοι μαρτύρονται· ὃν φυγόντα μὲν ἐξ Ἄργους Ἀθήναζε, φεύγοντα δ' Ἀθήνησι δίκην ὑπ' Εὐμενίδων, ἴσων τῶν ψήφων γιγνομένων, προσθεμένη τὴν παρ' αὐτῆς, σώζει. καὶ τοίνυν ἔτι νῦν σώζει πάντας, ἐὰν ἴσαι γένωνται. *Humanitatem vero Minervae demonſtrant ea, quae de Oreſte memorantur; quem Argis Athenas fugientem, & ibidem ab Eumenidibus accuſatum, cum aequales eſſent calculi, addito ſuo, Minerva ſervavit: & nunc etiam quoſvis ſervat, ubi aequalia ſuffragia fuerint.* Ac Minervae quidem calculi, meminit etiam Iulianus in Euſebiae Encomio Orat. II. Ἀθήνησι μὲν δὴ φασὶν, ὅτε τοῖς πρώτοις ἔθεσιν ἐχρῶντο, καὶ ἔζων τοῖς οἰκείοις πεισθόμενοι νόμοις, μεγάλην, καὶ πολυάνθρωπον, οἰκοῦντες πόλιν, εἴ ποτε ἴσων δικαζόντων αἱ ψῆφοι καθ' ἴσον γένοιντο τοῖς φεύγουσι πρὸς τοὺς διώκοντας, τὴν τῆς Ἀθηνᾶς ἐπιτιθεμένην τῷ τὴν δίκην ὀφλήσειν μέλλοντι, ἀπολύειν ἄμφω τῆς αἰτίας. τὸν μὲν, ἐπάγοντα τὴν καταγορίαν, τῷ δοκεῖν εἶναι συκοφάντην· τὸν δὲ, ὡς εἰκὸς, τῷ δοκεῖν ἔνοχον εἶναι τῷ πονηρεύματι. *Athenis quidem olim ferunt, quum patriis legibus uterentur, ac domeſticis inſtitutis viverent, quo tempore magna erat illorum civitas, & multis hominibus inhabitata, ſi par reo cum accuſatore ſuffragiorum numerus eſſet, tum Minervae calculo, ei, qui condemnandus eſſet, adiuncto, utrumque a crimine liberatum; ac tam eum, qui litem intenderat a calumniae ſuſpicione, quam eum qui accuſatus fuerat, a flagitio immunem evaſiſſe.* Philostratus in Aristocle Sophist. lib. II. Εὐδοκιμοῦντι δὲ αὐτῷ κατὰ τὸ Πέργαμον, καὶ ξυνηρτημένῳ πᾶν τὸ Ἑλληνικὸν, ἐξελαύνων ὁ Ἡρώδης εἰς Πέργαμον, ἔπεμψε τοὺς ἑαυτοῦ σμικρὰς πάνυ, καὶ τὸν Ἀριστοκλέα εἶδεν, ὥσπερ τις Ἀθηνᾶς ψῆφος. *Quum Pergami in magna exiſtimatione eſſet, ac totam Graeciam quaſi ab ore pendentem haberet, profectus Pergamum Herodes, omnes familiares miſit; & Ariſtoclem vidit, ceu Minervae aliquis calculus.* Ioannes Cantacuzenus Hiſt. lib. II. cap. XIX. *Quod ſi ſatis virium ad perſuadendum non habebunt, fueritque pugna anceps, tum ſe victoriam illi ceſſurum, quomodo Athenienſes ſolere fama eſt, quum Minervae calculus acceſſerit.* Iudicium vero hoc de Oreſte a Zopyro inciſum fuit ſcyphis duobus, ſeſtertiis duodecim aeſtimatis. Plinius lib. XXXIII. cap. XII. *Zopyrus, qui (caelavit) Areopagitas, & (a) iudicium Oreſtis in duobus ſcyphis, ſeſtertiis duodecim aeſtimatis.* Porro iudicati ibidem, idque etiam ante Oreſtem, uti dixi capite ſuperiori, prius Cephalus, inde Daedalus. Ac Cephalus quidem, quum interfeciſſet Procrin. Exſtat Hellanici inſigne fragmentum apud Scholiaſten Euripidis in Oreſtem; in quo inter cetera ita hac de re ſcripſit. Εἶτα Κέφαλος ὁ Δηϊονέως, ὅσις, Πρόκριν τὴν Ἐρεχθέως ἔχων γυναῖκα, καὶ ἀποκτείνας, ἐξ Ἀρείου πάγου δίκην ὡς δικασθεὶς ἔφυγεν, ἐξ ἡμεαῖς ὕστερον. *Inde Cephalus, Deionei filius; qui, quum filiam Erechthei, Procrin uxorem haberet, eamque occidiſſet, in Areopago iudicatus, in exſilium abiit, ſex aetatibus poſt id tempus.* Apollodorus lib. III. Κέφαλος ἀκοντίζει, καὶ τυχὸν ἀποκτείνει Πρόκριν· καὶ, κριθεὶς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, φυγεῖν ἀίδιον καταδικάζεται. *Cephalus iaculatur, ac forte Procrin occidit. Iudicatuſque in Areopago, perpetuo exſilio damnatur.* Ioannes Tzetzes de hoc ipſo Chil. I. cap. XX.

Ὃς, πρὸς θηρίον βέλεμνον ἀφεὶς, αὐτὴν ἀνεῖλε,
Ἀρείῳ πάγῳ δὲ κριθεὶς ἀειφυγίαν φεύγει.
Qui, in feram emiſſo iaculo, ipſam interfecit,
In Areopago vero iudicatus, perpetuum exſulat.

Cephalum ſequutus Daedalus, caeſo Talo, e Perdice ſorore nepote. Apollodorus iam citato lib. III. Οὗτος (ὁ Δαίδαλος) ἐξ Ἀθηνῶν ἔφυγεν, ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως βαλὼν τὸν τῆς ἀδελφῆς Πέρδικος υἱὸν Τάλων, μαθητὴν ὄντα. δείσας, μὴ, διὰ τὴν εὐφυΐαν, αὐτὸν ὑπερβάλλῃ. σιαγόνα γὰρ ὄφεως εὑρὼν, ξύλον λεπτὸν ἔπρισε. φωραθεὶς δὲ τὸν νεκρὸν, κριθεὶς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, καταδικασθεὶς πρὸς Μίνωα ἔφυγε. *Hic (Daedalus) Athenis profugit, poſt deiectum ex arce Talon, Perdicis ſororis filium, diſcipulum ſuum; quum vereretur, ne, qua erat ingenii praeſtantia, ipſum ſuperaret: etenim, ſerpentis mala inventa lignum tenue diſſecuerat. Deprehenſa autem caede, quum in Areopago iudicatus eſſet, ac condemnatus, ad Minoem fugit.* Meminit iudicii huius etiam Hellanicus in Fragmento ſtatim nobis memorato. Μετὰ τὴν Δαιδάλου δίκην, ἀδελφιδοῦν Τάνταλον ἀποκτείναντος δολόεντι θανάτῳ. *Poſt Daedali iudicium, qui ſororis filium Tantalum, dolo circumventum, occiderat.* Sed corrupta illic verba obiter ſic emendanda. Ἀδελφιδοῦν τὸν Τάλων ἀποκτείναντος. *Qui ſororis filium Talon occiderat.* Per eamdem occa-

[a] MS. Codex Riccardianus admodum vetuſtus habet: *ac.*

Digitized by Google

casionem corrigendus & Pausanias; qui, iudicium etsi praetereat, tamen historiam caedis narrat. Ecce in Atticis. Γόντων δὲ Ἀθήνησιν ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀπὸ τοῦ θεάτρου, τέθαπται Κάλως. Τοῦτον δὲ Κάλων, ἀδελφῆς παῖδα ὄντα, καὶ τῆς τέχνης μαθητὴν, φονεύσας Δαίδαλος, ἐς Κρήτην ἔφυγε. *Athenis in via, quae a theatro ad arcem ducit, sepultus est Calos. Hunc Calon, sororis filium, & artis discipulum, Daedalus quum occidisset, in Cretam aufugit.* Omnino rescribo. Τέθαπται Τάλως. Τοῦτον τὸν Τάλων (a). *Sepultus est Talos. Hunc Talon* (b). Item Pisistratus. Plutarchus de eo in Solone. Καὶ φόνου προσκληθεὶς εἰς Ἄρειον πάγον, ἤδη τυραννῶν, ἀπήντησε κοσμίως ἀπολογησόμενος. *Ac de caede apud Areopagum accusatus, quum tyrannidem iam teneret, modeste in iudicium venit, causam dicturus.* Aristoteles Polit. lib. v. cap. XII. Φασὶ δὲ, τὸν Πεισίστρατον ὑπομεῖναί ποτε προσκληθέντα δίκην εἰς Ἄρειον πάγον. *Aiunt vero, & Pisistratum sustinuisse aliquando, quum in iudicium ad Areopagum vocatus esset* (c). De muliere, quae philtrum dederat, narrat idem Ethicorum magnorum lib. I. cap. XVII. Φασὶ ποτέ τινα γυναῖκα φίλτρον τινὶ δοῦναι πιεῖν, εἶτα τὸν ἄνθρωπον ἀποθανεῖν ὑπὸ τοῦ φίλτρου. τὴν δ' ἄνθρωπον ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἀποφυγεῖν· ἃ παρῆσαν, δι' ὃθὲν ἄλλο ἀπέλυσαν, ἢ διότι ὐκ ἐκ προνοίας. *Aiunt aliquando mulierem aliquam amoris poculum cuipiam bibendum dedisse, qui quum eo hausto obiisset, illa ad Areopagum confugiens, ibi absoluta est, non aliam ob causam, quam quod non fecisset destinato consilio.* De altera, quae venenum alicui propinaverat, legitur apud AElianum Var. Hist. lib. v. cap. XVIII. Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ, ἐπέ τινα φαρμακίδα συνέλαβον, ὡς ἔμελλον θανατώσειν, ὃ πρότερον αὐτὴν ἀπέκτειναν, πρὶν ἢ ἀπεκύησεν. *Senatus Areopagiticus veneficam comprehensam quum e medio tollere vellent, non prius eam morte adfecerunt, quam peperisset.* De tertia quadam, Smyrnaea, quae veneno virum, & filium simul ulta esset, refert A. Gellius lib. XII. cap. VII. *Ad Cn. Dolabellam proconsulari imperio provinciam Asiam obtinentem, deducta mulier Smyrnaea est; eadem mulier virum, & filium eodem tempore, venenis clam datis, vita interfecerat; atque id fecisse se confitebatur; dicebatque, habuisse se faciendi causam, quoniam iidem illi, maritus, & filius, alterum filium mulieris, ex viro priore genitum, adolescentem optimum, & innocentissimum, exceptum insidiis, occidissent; idque ita factum esse controversia non erat. Dolabella retulit ad consilium; nemo quisquam ex consilio sententiam ferre in causa tam ancipiti audebat; quod & confessum veneficium, quo maritus, & filius necati forent, non amittendum* (d) *impoenitum videbatur; & digna tamen poena in homines sceleratos vindicatum fuisset. Dolabella eam rem Athenas ad Areopagitas; ut ad iudices graviores, exercitatioresque, reiecit. Areopagitae, cognita causa, accusatorem mulieris, & ipsam, quae accusabatur, centesimo anno adesse iusserunt; sic neque absolutum mulieris veneficium est, quod per leges non licuit, neque nocens damnata, poenitaque, quae digna venia fuit.* Habes idem apud Val. Maximum lib. VIII. cap. I. Ammianum Marcellinum lib. XXIX. & Ioannem Salesberiensem Policratici lib. IV. cap. XI. De Agnodice narrat Hygin. cap. CCLXXIV. *Antiqui obstetrices non habuerunt; unde mulieres, verecundia ductae, interierant; nam Athenienses caverant, ne quis servus, aut femina artem medicinam disceret* (e). *Agnodice quaedam, puella virgo, concupivit medicinam discere; quae quum concupisset, demtis capillis, habitu virili, se Herophilo cuidam* (f) *tradidit in disciplinam; quae, quum artem didicisset, & feminam laborantem audisset, ab inferiore parte veniebat ad eam: quae quum credere se noluisset, aestimans virum esse, illa, tunica sublata, ostendebat se feminam esse, & ita eam curabat. Quod quum vidissent medici, se ad feminas non admitti, Agnodicen accusare coeperunt; quod dicerent eum glabrum esse, & corruptorem earum, & illas simulare imbecillitatem. Quo quum Areopagitae consedissent, Agnodicen damnare coeperunt; quibus Agnodice tunicam adlevavit, & se ostendit feminam esse. Et validius medici accusare coeperunt; quare tum feminae principes ad iudicium convenerunt, & dixerunt: Vos coniuges non estis, sed hostes, quia, quae salutem nobis invenit, eam damnatis. Tunc Athenienses legem emendarunt, ut ingenuae artem medicinam discerent.* De quodam, qui caedem fuaserat, est apud Demosthenem Orat. in Cononem. Τόν γ' ἐν τῆς Βραυρωνόθεν ἱερείας πατέρα, ὁμολογουμένως ὐχ ἁψάμενον τοῦ τελευτήσαντος, ὅτι τῷ παλάξαντι τύπτειν παρεκελεύσατο, ἐξέβαλεν αὐτὸν ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλή. *Patrem sacerdotis e Braurone, quem quidem, non attigisse interfectum in confesso fuit, quod interfectorem cohortatus esset, ut caederet, senatus Areopagiticus in exsilium eiecit.* De puero, qui cornicum oculos eruerat, est apud Quintilianum lib. v. cap. IX. *Nec mihi videntur Areopagitae, quum damnaverunt puerum, cornicum* (g) *oculos eruentem, aliud iudicasse, quam, id signum esse pernicioſissimae mentis, multisque malo futurae, si adolevisset.* De Areopagita, passerem accipitri prodente, Photius in Excerptis ex Helladii Χρησομαθειῶν lib. IV. Ἱέρακα φεύγων στρουθὸς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, τῶν Ἀρεοπαγιτῶν ἑνὸς καθέπεσεν εἰς τὸν κόλπον· ὁ δὲ τὸν πρόσφυγα, δέον σώζειν, ἀνεῖλε· τὸ δὲ συνέδριον, ἀπεκήρυξεν ὡς ὐχ ὅσια δράσαντα τοῦτον. Ἔδωκε τοίνυν ὐχὶ στρουθῷ χάριν δίκαιω, τῆς δ' ἰταμότητος τρόπων. *Accipitrem in Areopago fugiens passer, in sinum unius ex Areopagitis decidit; ille vero, avem*

Meursii Tom. II.

[a] Eadem correctio habetur *Lib. II. Athen. Attic. Cap. VII.* Mirum id non animadverti in recentiori Pausaniae editione, quae Lipsiae anno 1696. facta est.

[b] Adi *Lib. II. Athenar. Atticar. Cap. XI. Tom. II. Mus. Florent. Tab. XXXIX. Gem. III.* Talos hic forte exhiberi creditur, sed figura ante Icarum alatum inclinata Talon sine dubio referre non potest, quum is occubuisset, antequam Daedalus in Cretam fugeret, unde alarum deinde remigio una cum filio Icaro avolavit.

[c] Vide *Pisistrat. Cap. VI. Tom. I.*

[d] Perperam *admittendum* est in Editione Batava.

[e] Consule *Lib. II. Themid. Attic. Cap. IX.*

[f] Non dubito quin Herophilus ille fuerit celeberrimus, ex quo Herophileorum Medicorum secta defluxit.

[g] Editio Batava anni 1665. habet *Coturnicum* & melius, ut quidem videtur.

Digitized by Google

eam, quae ad ipſum confugiſſet, quum ſervare oporteret, interfecit; ſenatus autem, impie feciſſe hunc, pronuntiavit; itaque non paſſeris cauſa poenas dedit, verum ob ſaevitiam morum. Haec omnia fortaſſis, & plura alia tradiderat Hyginus capite CCLXXII. cui titulus eſt, De iis, qui in Areopago cauſam dixerunt. Sed, quia id Caput hodie intercidit, ignorare ea cogimur [a].

CAP. XI.

Donarium, taurus, in Arce dedicatus. Areopagus litera A ſignatus; inde etiam Ἄλφα *dictus. Literae omnium tribunalium, a quibus haec adpellata: tum tinctura, baculuſque iudicum concolor. Ariſtophanis Scholiaſtae error oſtenſus. Tribunalia univerſim quotnam fuerint.* Τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ. *Iudicium eius, & origo; atque in ea variae ſententiae iudicatae.* Τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ. *Eius iudicium, & origo. Primus ibi iudicatus Theſeus. Demoſthenis hallucinatio.* Τὸ ἐπὶ Πρυτανείῳ. *Hic qui iudicari ſoliti, & qui item iudicare. Origo eius.* Τὸ ἐν Φρεάττει. *Demoſthenes, Ariſtoteles, Auctor Etymologici, Helladius, Heſychius, Pollux, Suidas, & Harpocration emendati. Suidae, & Auctoris Etymologici, lapſus memoriae. Phreattus heros, a quo nomen. Teucri defenſio; a qua origo.* Ἡλιαία. *Id tribunal omnium maximum, unde nomen ſuum acceperit. Quae negotia hic tractata; & quot iudices. Etymologi Auctoris iſthic lapſus. Merces iudicum; & quam varie, tractu temporis, auctа fuerit; deinde, iusiurandum eorum.* Παράβυστον. *Sopatri locus reſtitutus. Vndecimviri ibi iudices. Vbi eſſet, & quae res hic iudicatae. Vnde dictum. Duplex erat;* Μεῖον *unum, alterum* Μεῖζον *nuncupatum. Iul. Pollux emendatus. Quatuor in foro loca.* Τρίγωνον. *Vnde dictum.* Τὸ ἐπὶ Λύκῳ. *Lyci heroïs fanum, & ſtatua, lupi forma. Qui corrumpere iudices vellent, convenire illic ſoliti.* Δεκάζειν, Συνδεκάζειν. *Pollux denuo reſtitutus. Error Harpocrationis, Suidae, Etymologici Auctoris, & Zenobii indicatus. Anytus, & Melitus, primi illud inceperunt. Auctor Etymologici correctus. Lyci ſtatua, apud cetera etiam tribunalia poſita; & ab iis, quorum cauſae agerentur, vota ad eam nuncupata, ac querelae a victis factae; qui interdum, in ultionem, quia cauſa cecidiſſent, admingebant, & pedebant: cui iniuriae prohibendae tegetes circumponi ſolitae. Ennii locus explicatus, & correctus.* Τὸ μητίχυ. *Illud magnum, & unde dictum. Metichus architectus.* Ἄρδηττος. *Vnde acceperit nomen. Ardettus heros, populi concordiam ſancit. Iusiurandum illic datum.* Βατραχιῶν, & Φοινικιῶν; *a colore utrumque ſuo adpellatum.* Ὠδεῖον. *Suidae error.* Θησεῖον. *Ariſtophanes illuſtratus.* Ἐπώνυμοι. Βυκολεῖον. Λύκειον, Θεσμοθέσιον. *Novemvirorum tribunalia, ante tempora Solonis. Heſychii error, & Pollucis.*

POſt iudicia, & donarium eſt dicendum; taurus nempe, quem in Arce dedicarunt. Pauſanias in Atticis; ubi de donariis agit,

(a) Deciſiones aliquot Areopagiticas collegit *Marq. Freherus*, eaſque habes Volumine V. Theſauri Graecarum Antiquitatum a doctiſſimo Gronovio congeſti, ſed tanti eſſe non videntur, ut huc transferantur, quum fictae potius ut plurimum a Rhetoribus, aliiſque controverſiae ſint, quam verae, quae contigerint lites. Cavendus enim ille error, in quem *Meurſius* noſter quoque incidit, qui ficta a Rhetoribus declamationum argumenta, legeſque ab iis productas, veras leges eſſe credidit, iiſque Athenienſium legum numerum in ſua Themide Attica perperam auxit. Quaedam tamen alia exempla nos adducemus, quae a *Meurſio* praetermiſſa ſunt, nec ficta dici poſſunt. Igitur mirari ſubit Socratis iudicii, & damnationis nullam hic ab Auctore noſtro mentionem fieri, quum tamen illum ab Areopagitis damnatum Cap. V. cenſuerit: Item nec Apoſtolum Paulum Paulum heic produci; ſed eius Capite ſuperiori mentio eſt. Exempla vero omiſit ab *AElliano Lib. V. Var. hiſt. Cap. XVII. & XIX.* adducta, quae iuxta ea, quae ipſe probat, quin ad Areopagum referenda ſint, non videtur dubitandum. Illa autem ita narrat. Ὅτι τοσοῦτον ἦν Ἀθηναίοις δεισιδαιμονίας, εἴτις πρωΐδιον ἐξέκοψεν ἐξ Ἥρας, ἀπέκτειναν αὐτόν. ἀλλὰ καὶ Ἀτάρβην, ὅτι δὴ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἱερὸν σφηδὸν ἀπέκτεινε παταξας, οὐκ ἀργᾶς τοῦτο Ἀθηναῖοι παρεῖδον, ἀλλ' ἀπέκτειναν Ἀτάρβην, καὶ οὐκ ἔδοσαν ὅτε ἀνίας συγγνώμην, ὅτε μανίας, πρεσβυτέρα τούτων ἀμφοτέρων τὰ δὴ θεῖα ποιησάμενοι. ἐλύγετο γὰρ ἀκουσίως, οἱ δὲ μεμονωμένως τοῦτο δρᾶσαι. *Tantam ſuperſtitionem Athenienſes animis conceperant, ut ſi quis vel parvam ilicem exciidiſſet, e luco Heroum, eum morte multarent; ſed & Atarbem, quoniam AEſculapii ſacrum paſſerem uſque ad necem verberaſſet, non impune ferre potuerunt, ſed Atarben morti adiudicarunt: neque imprudentiae, neque inſaniae rationem ducentes, ſed utriſque his antiquiora habentes ſacra Dei. Dicebatur enim non ſponte, at per furorem id feciſſe.* Αἰσχύλος ὁ Τραγῳδὸς ἐκρίνετο ἀσεβείας ἐπί τινι δράματι. ἑτοίμων δὴ ὄντων Ἀθηναίων βάλλειν αὐτὸν λίθοις, Ἀμυνίας ὁ νεώτερος ἀδελφὸς Δεξιλαϊδου ἀμύνεσθαι τὸ ἱμάτιον, ἔδειξε τὴν χεῖρα ἔρημον τῆς χειρός. ἔτυχε δὲ ἀριστεύων ἐν Σαλαμῖνι ὁ Ἀμυνίας, ἀποδεδληκὼς τὴν χεῖρα, καὶ πρῶτος Ἀθηναίων τὸ ἀριστεῖον ἔτυχεν. ἐκεῖ δὲ εἶδον οἱ δικασταὶ δὴ ἀνδρὸς τὸ πάθος, ἐτεμνήσθησαν τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ ἀφῆκαν τὸν Αἰσχύλον. *AEſchylus tragoedus ob quaedam drama impietatis damnatus erat. Quumque Athenienſes iam parati eſſent eum lapidibus obruere, Amynias iunior frater detecta veſte, cubitum oſtendit manu carentem. Fuerat autem Amynias unus ex iis, qui fortiſſime pugnarant in Salamine, ubi manum amiſit, & primum ex omnibus Athenienſibus fortitudinis praemium conſequutus eſt. ubi vero iudices hominis animum & miſerationem intellexerunt, repetentes facinorum eius memoriam, AEſchylum abſolverunt.* Quod autem *Cap. XII.* de Demade idem Auctor prodit, a populo quidem factum eſſe ait, ſed forte non ſine Areopagitarum auctoritate & conſenſu. Id autem ita habet. Οὐ δύναμαι δὲ Ἀθηναίων μὴ οὐ φιλεῖν ταῦτα. ἐκκλησίας ὕστις Ἀθηναίοις παρελθὼν ὁ Δημάδης, ἐψηφίσατο θεὸν τὸν Ἀλέξανδρον τρισκαιδέκατον. τὸ δὲ ἀσεβείας ὁ δῆμος τὸ ὑπερβάλλον μὴ ἐνεγκὼν, ζημίαν ἐτιμήσαντο τῷ Δημάδει ταλάντων ἑκατόν, ὅτι θνητὸν αὐτὸν δὴ τὸν Ἀλέξανδρον ὄντα ἐνεγραψε τοῖς Ὀλυμπίοις. *Non poſſum non hoc factum Athenienſium exoſculari. Convocata concione Demades ſurgens, decreto iuſſit, ut Alexander ſcriberetur decimustertius. At populus impietatis magnitudinem non ferendam ducens, Demadi irrogavit multam centum talentorum, quod Alexandrum mortalem & hominem adſcripſiſſet Olympicis.* Sed numquid in iis, Athenienſium gloria & virtute indignis, quae in defectores quosdam fancita ſunt, Areopagitae quoque partem habuerint? Ea ita memoriae tradit laudatus Auctor *Lib. II. Cap. IX.* Οἷα ἐψηφίσαντο Ἀθηναῖοι, καὶ ταῦτα ἐν δημοκρατίᾳ; Αἰγινητῶν μὲν ἑκάστῳ τὸ μέγαν ἀποκόψαι τὸ χειρὸς δάκτυλον τὸ δεξιᾶς, ἵνα δόρυ μὴ βαστάζειν μὴ δύνωνται, κώπην δὲ ἐλαύνειν δύνωνται. Μιτυληναίους δὲ ἡσθῆναι ἀποσφάξαι. καὶ τοῦτο ἐψηφίσαντο, εἰσπεπαυμένου Κλεωνος δὴ Κλεαινέτου. τοὺς γε μὴν ἁλισκομένους αἰχμαλώτους Σαμίαν σίζειν κατὰ δὴ πρόσωπον, καὶ εἶναι τὸ σίγμα γλαῦκα, καὶ τοῦτο Ἀττικὸν ψήφισμα. οὐκ ἐβούλοντο δὲ αὐτὰ, ὅτε Ἀθηναῖοι κεκυρῶσθαι, ὅτε ὑπὸ Ἀθηναίων λέγεσθαι, ὦ πολιὰς Ἀθηνᾶ, καὶ ἐλαύνειν Ζεῦ, καὶ οἱ Ἑλλήνων θεοὶ πάντες. *Quae vero dii boni decreverunt Athenienſes, idque in democratia? AEginetarum unicuique pollicem e manu dextra reſcindi, ut hastam ferre non poſſent, remos vero adhuc agere poſſent. Mitylenenſium vero omnem iuventutem occidi; idque decretum factum eſt auctore Cleone, filio Cleaeneti. Captivos vero Samiorum notis in facie notari & inuri, quae noctuam referrent: quod ipſum etiam Atticum erat decretum. Haec vero, o urbana Minerva, & Iuppiter Eleutherie, & omnes Graecorum dii, utinam neque Athenis ſtatuta eſſent, neque de Athenienſibus dicerentur.* Certe, ut eruditiſſimus *Sam. Petitus* ait, nil quicquam quod alicuius eſſet momenti, ſive in Sago, ſive in Toga, abſque huius Areopagitici Senatus auctoritate fiebat. *M. Tullius Lib. De Natura Deorum II. Vt, ſi quis dicat Athenienſium Remp. conſilio regi, deſit illud Areopagi: ſic, quum dicimus providentia mundum adminiſtrari, deeſſe arbitrator deorum.*

Digitized by Google

agit, quae in Arce ſpectabantur. Ἔ"ϛι δὲ κ᾽ ταῦρ@-, ἀνάθημα τῆς βυλῆς τῆς ἐν Ἀ"ρείῳ πάγῳ. *Eſt vero etiam taurus, quem ſenatus Areopagiticus dedicavit* (a). Illud denique minime mihi omittendum; quum cetera omnia tribunalia litera quoque peculiari ſignata eſſent, Areopagum literam Ἄ"λφα habuiſſe. Id ut recte teneamus, res eſt latius explicanda. Tribunalia decem univerſim erant, ſuis unaquaeque iudiciis deſtinata. Ex his primum litera A, alterum B, tertium Γ, ac ſic deinceps, uſque ad decimum, cuius litera K erat, notabatur. Docet iſta, nuſquam alibi temere obvia, Scholiaſtes Comici Pluto. Ἐ᾽ν ταῖς Ἀ᾽θήναις πολλὰ ἦν δικαϛήρια. κ᾽ ἔν τισι μὲν, ἐδίκαζον περὶ φονικῶν πραγμάτων. ἔν τισι δὲ, περὶ δημοϛικῶν. κ᾽ ἕκαϛον δὲ τούτων, εἶχεν ἔν τι τ ϛοιχείων εἰδικὸν ὄνομα. οἷον ἦν τι τῶν δικαϛηρίων, λεγόμϐυον Ἄ"λφα. ὁμοίως ἄλλο, λεγόμϐυον Βῆτα, ἄλλο Γάμμα, κ᾽ ἑξῆς τὸ Δέλτα, κ᾽ τὸ Ἐ᾽ψιλόν· ἕως τοῦ Κάππα. δίκα γὰρ ἦν τὰ δικαϛήρια ἐν Ἀ᾽θήναις. κ᾽ πρὸ θυρῶν δὲ ἑκάϛυ δικαϛηρίυ γέ᾽γραπλαι πυῤῥῷ βάμματι τὸ ϛοιχεῖον, ᾧ τινι τὸ δικαϛήριον ὠνομάζετο. *Athenis multa erant tribunalia; & in quibusdam, de rebus capitalibus ius dicebant; in quibusdam, de civilibus, atque ipſorum unumquodque a ſpeciali quadam litera dictum erat. Exempli cauſa; erat quodpiam tribunal, cui nomen* Ἄ"λφα *datum: eodem modo alterum,* Βῆτα *nuncupatum: tertium* Γάμμα: *quartum,* Δέλτα: *quintum* Ἐ᾽ψιλόν: *uſque ad* Κάππα: *ſiquidem decem tribunalia Athenis erant, ſinguliſque ante fores tinctura rufa notata erat litera ſua, a qua nomen accipiebant.* Ac facete ipſe Comicus ludens in Eccleſiaz.

ΒΛ. Τὰ δὲ κληρωτέρα ποῖ τρέψως; ΠΡ. ἐϛ τὴν ἀγορὰν καταθήσω.
Καταϛήϛατα παρ᾽ Ἁ"ρμοδίῳ, κλιράϛω πάνλας, ἕως ἂν
Εἰδὼς ὁ λαχὼν ἀπίῃ χαίρων ἐν ὁποίῳ γράμματι δειπνεῖ.
Καὶ κήρυξ ᾖ, τὸς ἐκ τοῦ Βῆτ᾽ ἐπὶ ϯ ϛοὰν ἀκολαθεῖν
Τὴν βϛίλειον δαπνήϛοντας· τὸ δὲ Θῆτ᾽, εἰϛ Ἴην παρὰ ταύ ὼν.
Τὸς δ᾽ ἐκ τοῦ Κάτω᾽ εἰϛ τὴν ϛοὰν χωρεῖν τὴν ἀλφιτόπωλιν.

BL. *At ſorte creatos magiſtratus quo vertas?* PR. *In foro ſtatuam.*
Inde, ubi iuxta Harmodium collocavero, ſortiar omnes, donec
Gnarus quiſque, ſorte miſſa, in qua litera ſit coenaturus, laetus abeat:
Ac praeco dicat, qui ex Beta ſunt, ii in porticum ut ſequantur
Regiam, illic coenaturi; qui e Theta vero, in proximam:
Qui e Kappa, in illam eant, ubi venum ſunt farinae.

Inde autem certa ſatis coniectura eſt, Areopagum uti dignitate primum, ita primam quoque litteram habuiſſe. Ait vero Scholiaſtes, rufa tinctura literas illas notatas fuiſſe in citatis ſtatim verbis. Καὶ πρὸ θυρῶν δὲ ἑκάϛυ δικαϛηρίυ ἐγέγραπλο πυῤῥῷ βάμματι τὸ ϛοιχεῖον, ᾧ τινι τὸ δικαϛήριον ὠνομάζετο. *Et ante fores uniuſcuiuſque tribunalis tinctura rufa ſcripta erat littera ſua, a qua nomen accipiebat.* Ariſtoteles lib. de Rep. Athenienſium dicit, litteram hanc fuiſſe in obice ianuae; tincturam vero, in palo, ad introitum poſito: baculumque iudici unicuique datum, eo colore, quo tribunal denotatum: & inſcripta item littera, quae in obice exſtaret. Fragmentum eius Scholiaſtes repraeſentat; ſuntque illius iſta verba. Τοῖς δικαϛηρίοις χρῶμα ἐπιγέγραπλαι ἐφ᾽ ἑκάϛῳ, ἐπὶ τῷ φηκίσκῳ τῆς εἰϛόδυ. ὁ δὲ (δικαϛὴς) λαϐὼν τὴν βακτηρίαν, βαδίζει εἰς δικαϛήριον, τὸ ὁμόχρων μὲν τῇ βακληρίᾳ, ἔχων δὲ τὸ αὐτὸ γράμμα, ὅπερ ἐν τῇ βαλάνῳ. *Tribunalium unumquodque colore ſuo notatum erat, in palo ad introitum; iudex autem, accepto baculo, abit ad tribunal illud, quod colore eodem eſſet; litteramque eamdem haberet, quae in obice.* Sed tinctura omniumne rufa fuit? Non exiſtimo; & errare Scholiaſten: nam ut litera ſingula diſtinguebantur, ſic colore; quem & baculi referebant. Et id clare dicunt Scholia ad eiusdem Comici Veſpas. Ἐ᾽δίδοντο δὲ κ᾽ βακτηρίαι τοῖς δικαϛαῖς, ὁμόχροι τοῖς δικαϛηρίοις, ὅπυ ἑκάϛτυς εἰϛελθόντας δικάζειν ἔδει, ἵνα τὸν διαμαρτάνοντα ἀτελέγξῃ τὸ χρῶμα. *Dabantur iudicibus baculi, concolores tribunalibus, in quae ſingulos abire iudicatum oporteret, ut errantem argueret color.* Verum obiter, in Epilogo iſto Operis, de ceteris quoque tribunalibus dicere lubet; eo magis, quia non ſat accurate Gulielmus Poſtellus, & Carolus Sigonius, pertractarunt. Ac decem ea fuiſſe, dicit Scholiaſtes Ariſtophanis in citatis ſtatim verbis. Sed an non hallucinatur? Non immerito videatur; quippe plura multo invenio, ordine nunc indicanda. De Areopago, abunde dictum; ſequitur, ΤΟ ΕΠΙ ΠΑΛΛΑΔΙΩ. In hoc de caedibus involuntariis iudicabant. Demoſthenes Orat. in Ariſtocratem. Δεύτερον δ᾽ ἕτερον δικαϛήριον, τὸ τῶν ἀκυϛίων φόνων, φανήϛεται συγχέων, τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ, κ᾽ τὺς παρὰ τούτῳ νόμους παραϐαίνων. *Deinde aliud iudicium, de caedibus involuntariis pronuntiare ſolitum, quod ad Palladium nuncupatur, & leges, ibi receptas, confundere deprehendetur.* Heſychius. Ἐπὶ Παλλαδίῳ. δικαϛήριον, ἔνθα ἐδίκαζον οἱ Ἐ᾽φέται τοῖς ἀκουσίων φόνων δικαζομένοις. *Ad Palladium; forum, in quo Ephetae ius dicebant de caedibus involuntariis accuſatis.* Helladius apud Photium in Excerptis. Τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ, ἐτάζῃ τὺς ἀκουσίως φόνων δεδρακότας. *Ad Palladium tribunal, inquirit in illos, qui inviti caedem patrarunt.* Videndus quoque AElianus Var. Hiſt. lib. v. cap xv. Originem refert Iulius Pollux lib. viii. cap. x. Τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ. ἐν τούτῳ λαγχάνειαι παρὰ τ ἀκουσίων φόνων. καὶ γὰρ Τροίας ἅλωσιν Ἀ᾽ργείων τινὰς, τὸ Παλλάδιον ἔχοντας, Φαλήρῳ πριϐαλεῖν. ἀγνοίᾳ δὲ ὑπὸ τ ἐγχωρίων ἀναιρεθέντας, ἀπορριφθῆναι. κ᾽ τῶν μὲν, οὐδὲν προσήπλετο ζώων. Ἀ᾽κάμας δὲ, ἐμήνυσεν, ὅτι εἶεν Ἀ᾽ργεῖοι, τὸ Παλλάδιον ἔχοντες. κ᾽ οἱ μὲν, ταφέντες, ἀγνῶτες προσηγορεύθησαν. τῷ θεῷ δὲ χρήσαντ@-, αὐτόθι ἱδρύθη τὸ Παλλάδιον. *Forum ad Palladium. In hoc ius dicitur de involuntariis caedibus. Nam, poſt expugnatam Troiam, Argivos quosdam in Phale-*

(a) Vide *Cecropiae Cap. XII.*

lerum adpuliſſe memoratur, quos ignotos incolae occiderint, & abiecerint inſepultos: illos autem, animal nullum attingebat. Acamas vero, indicavit, Graecos eſſe, qui Palladium haberent. Itaque hi quidem, ſepulti, ſunt Ignoti adpellati; deo vero ſic iubente, Palladium ibi conſecratum eſt. Alii Demophontem hic nominant, non Acamantem. Pauſanias in Atticis. Καὶ ἐπὶ Παλλαδίῳ καλῦσι, ϗ τοῖς ἀποκτείνασιν ὡς κρίσις καθέστηκε. Καὶ ὅτι μὲν Δημοφῶν πρῶτ@ ἐνταῦθα ὑπέσχε δίκας, ἀμφισβητοῦσιν οὐδένες. ἐφ' ὅτῳ δὲ, διάφορα ἐς τοῦτο εἴρηται· Διομήδη γάρ φασιν, ἁλόσης Ἰλίου, ταῖς ναυσὶν ὀπίσω κομίζεσθαι, ϗ ἤδη τε νύκτα ἐπέχειν. ὡς κατὰ Φαληρὸν πλέοντες γίγνονται. ϗ τοὺς Ἀργείους, ὡς ἐς πολεμίαν ἀποβῆναι τὴν γῆν, ἄλλως που δόξαντας ἐν τῇ νυκτὶ, ϗ ὲ τὴν Ἀττικὴν, εἶναι. ἐνταῦθα Δημοφῶντα λέγουσιν ἐκβοαθήσαντα, ὲκ ἐπιστάμενον οὐδὲ τοῦτον τοὺς ἀπὸ τῶν νεῶν ὥς εἰσιν Ἀργεῖοι, ϗ ἄνδρας αὐτῶν ἀποκτεῖναι, ϗ, τὸ Παλλάδιον ἁρπάσαντα, οἴχεσθαι. Ἀθηναῖον τε ἄνδρα, ὲ προϊδόμενον, ὑπὸ τοῦ ἵππου τοῦ Δημοφῶντ@ ἀνατραπῆναι, ϗ συμπατηθέντα ἀποθανεῖν. Ἐπὶ τούτῳ Δημοφῶντα ὑποσχεῖν δίκας, οἱ μὲν, τοῦ συμπατηθέντ@ τοῖς προσήκουσιν, οἱ δὲ, Ἀργείων φασὶ τῷ κοινῷ. *In eo foro, quod ad Palladium adpellant, coedis cauſae agitantur. Atque in eo quidem primum Demophontem cauſam dixiſſe, nemo dubitat; cuius vero ille criminis reus fuerit, varie fertur. Diomedem quidam tradunt, Ilio capto, quum in patriam reveheretur, per noctem ad Phalerum adpuliſſe, ubi quum Argivi, qui cum eo erant, in agrum tamquam hoſtilem excurrerent, ut qui aliam, quam Atticam, terram inter tenebras crederent; Demophontem aiunt, & ipſum ignarum, Argivorum eam claſſem eſſe, ad propulſandas populationes accurriſſe; quumque aliquot interfectis, Palladio erepto, domum abiret, ab eius equo hominem Athenienſem, parum ſibi providentem, ſubverſum, ac conculcatum, interiiſſe: ideoque Demophontem reum actum, a propinquis interfecti, ut quidam volunt; vel, ut alii, a communi Argivorum.* Demophontem hic item nominat, ſed rem paulo aliter memorat Polyaenus lib. I. & Clemens in Protreptico. Videndi porro Harpocration, Suidas, Etymologici Auctor, & Euſtathius Odyſſ. ά. Meminit Palladii huius etiam Plutarchus in Theſeo, & De Exſilio. ΤΟ ΕΠΙ ΔΕΛΦΙΝΙΩ. Hic iudicabantur ii, qui, commiſiſſe caedem faſſi, iure ſe feciſſe contenderent. Demoſthenes loco citato. Τριτον δὲ ἕτερον πρὸς τούτοις δικαστήριον, ὃ πάντων ἁγιώτατα τούτων ἔχει, καὶ φρικωδέστατα, ἂν τις ὁμολογῇ μὲν κτεῖναι, ἐννόμως δὲ φῇ δεδρακέναι. τοῦτο δέ ἐστι, τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ. *Tertium etiam eſt praetorium, inter haec omnia auguſtiſſimum, maximeque formidandum; ſi quis occidiſſe quidem fateatur, ſed ſecundum leges tamen ſe feciſſe illud dicat; eſtque id, quod Ad Delphinium nuncupatur.* Helladius in Excerptis Photii. Τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ, ὃ συνίσταται ἐπὶ τ λεγόντων δικαίως τὴν ἀναίρεσιν πεποιηκέναι. *Ad Delphinium praetorium, quod conſtituitur propter eos, qui ſe iure caedem commiſiſſe dicunt.* AElianus Var. Hiſt. lib. v. cap. xv Περὶ δὲ τῶν κτεῖναι μὲν ὁμολογούντων, ἀμφισβητούντων δὲ ὅτι δικαίως, ἐπὶ Δελφινίῳ γίνονται αἱ εὐθύναι. *De iis vero, qui caedem feciſſe conſiterentur, verum, iure ſe feciſſe adfirmarent, in Delphinio iudicabatur.* Suidas. Ἐπὶ Δελφινίῳ. δικαστήριον Ἀθήνησιν. ἐπὶ τῶν ὁμολογούντων μὲν δεδρακέναι φόνους, κατὰ νόμους δέ. *Ad Delphinium Praetorium erat Athenis, ad eos pertinens, qui feciſſe quidem caedem fatebantur; ſed & iure ſe feciſſe adfirmabant.* Videndi item Harpocration, & Euſtathius ad Iliad. φ'. Non plene Heſychius. Ἐπὶ Δελφινίῳ. Τοῦτο δικαστήριον, ἐφ' ᾧ οἱ ὁμολογοῦντες, πεποιηκέναι φόνους ἐκρίνοντο. *Ad Delphinium. Hoc tribunal erat, in quo iudicabantur, qui caedes commiſiſſe fatebantur.* Meminit ſimpliciter Scholiaſtes Ariſtophanis ad Equites. Δελφίνιον δὲ, ἱερὸν Ἀπόλλων@ οὕτω καλούμενον. ἔνθα ἦν τὸ ἐν Δελφινίῳ δικαστήριον. *Delphinium vero, erat fanum Apollinis, ita dictum; ubi & tribunal erat, Ad Delphinium adpellatum.* Meminit eius ſemel, atque iterum, Plutarchus in Theſeo, & Theodoretus Therapeutic. lib. IX. (a) Conſtitutum autem id forum eſt ab AEgeo, primuſque hic Theſeus iudicatus, quum latrones, & Pallantidas occidiſſet, quos ſe iure occidiſſe contendebat. Pollux loco citato. Τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ ἱδρύθη μὲν ὑπὸ τοῦ Αἰγέως, λέγεται δὲ Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ ϗ Ἀρτέμιδι Δελφινίᾳ· ἐκρίθη δὲ ἐν αὐτῷ πρῶτ@ Θησεὺς, ἀφοσιούμεν@ τὸ ἄγ@ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἀνῃρημένων λῃστῶν, καὶ τῶν Παλλαντιδῶν· ὃς ὡμολόγει μὲν ἀποκτεῖναι, δικαίως δὲ ἔφη τοῦτο δεδρακέναι. *Forum ad Delphinium; ab AEgeo quidem conſtitutum eſt, ſed dicatum Apollini Delphinio, & Dianae Delphiniae: primuſque ibi iudicatus Theſeus, poſtquam expiaſſet ſcelus interfectorum latronum, & Pallantidarum; quos quidem ſe occidiſſe fatebatur, ſed id iure abs ſe factum adfirmabat.* Pauſanias in citatis Atticis. Ἐπὶ Δελφινίῳ δὲ κρίσις καθέσηκεν, ἐργάσαιτο φόνον σὺν τῷ δικαίῳ φαμένοις. ὁποῖόν τι καὶ Θησεὺς παρεχόμεν@, ἀπέφυγεν, ὅτε Πάλλαντα, ἐπαναστάντα, καὶ τοὺς παῖδας, ἔκτεινε. πρότερον δὲ, πρὶν ἢ Θησεὺς ἀφέθη. καθεστήκει πᾶσι φεύγειν κτείναντα, ἢ κατὰ ταυτὰ θνήσκειν μένοντα. *In Delphinio cauſam dicunt, qui ſe iure occidiſſe contendunt: quo iudicio & Theſeus, quum Pallantem, eiuſque filios, res novas molientes interemiſſet, abſolutus eſt. Ante enim, quam Theſeus abſolutus eſſet, interfectorem neceſſe erat exſulare, aut, ſi maneret, itidem morte puniri.* Ecce Theſeum uterque illic iudicatum refert. Idem tradit Auctor quoque Etymologici. Ἐπὶ Δελφινίῳ δικαστήριον Ἀθήνησιν, ἐπὶ τῶν ὁμολογούντων φόνους δεδρακέναι. οἱ δέ φασιν, ὅτι, Κρητῶν χειμαζομένων, εἰκαθεὶς δελφῖνι ὁ Ἀπόλλων, ἔσωσεν αὐτοὺς, εἰς τὴν Ἀττικὴν κομίσας. ἀνθ' ὧν Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ ἱδρύθη ἱερόν. ὕστερον δὲ, δικαστήριον γεγένηται τῶν φονικῶν· ἐν ᾧ καὶ Θησέα κεκρίσθαι, ὑπὲρ τῶν φόνων τῶν περὶ Σκείρωνα, ϗ Σίνιν. *Ad Delphinium, tribunal Athenis, ubi iudicati ii, qui caedem commiſiſſe ſeſe faterentur. Quidam aiunt, quum Cretenſes tempeſtate laborarent, mutatum in delphinem Apollinem eos ſervaſſe, & in Atticam edaxiſſe: qua de cauſa Apollini Delphinio ſtructum fanum; quod tribunal poſtea factum, in quo caedes iudicarentur: Theſeumque illic etiam iudicatum, quia*

(a) Conſule *Lib. II. Athen. Attic. Cap. I.*

Si-

Sinin, & Scironem occidiſſet (a). At Demoſthenes in citata Oratione poſt Oreſtem demum hoc tribunal natum ſatis manifeſto dicit. Vbi enim iſtud memorat, ita ait. Λογιζόμενοι δ', ὅτι μητέρα Ὀρέστης ἀπεκτονὼς, ὁμολογῶν, θεῶν δικαστῶν τυχὼν, ἀποφυγάνει, νομίσαι δίκαιόν τινα εἶναι φόνον. ὁ γὰρ ἂν τά γε μὴ δίκαια θεὸς ψηφίσασθαι. ὡς δὲ τοῦτο ἐνόμισαν, γράφουσιν ἤδη, κ᾽ διορίζουσι σαφῶς, ἐφ᾽ οἷς ἐξεῖν ἀποκτιννῦναι. *Quum igitur, Oreſtem, interfecta matre, idque haud negantem, deos iudices nactum, caedis abſolutum eſse repeririſent; ſtatuiſſe, caedem aliquam eſse iuſtam: nec enim deos iniuſte quidquam pronuntiaturos. Proinde, quia ſic ſenſerunt, iam ſcribunt, & definiunt aperte, quibus de cauſis occidere liceat.* Atqui Theſeus, ſub AEgeo patre; Oreſtes, demum ſub Demophonte iudicatus, teſte Euſebio: eſtque annorum ſexaginta, plus minuſve, intervallum. Itaque omnino neceſſarium, aut memoria lapſum eſſe Oratorem, aut Auctoribus aliis uſum, quorum ſcripta interciderint. ΤΟ ΕΠΙ ΠΡΥΤΑΝΕΙΩ. In hoc foro iudicatae res inanimae, quae caedem commiſiſſent; nempe lapis, lignum, ferrum, aut quid tale (b); quum is, qui patraſſet facinus, neſciretur. Suidas. Ἐπὶ Πρυτανείῳ, δικαστήριον· ὅταν τὸ μὲν ἀποκτεῖναν βέλος, ἢ φανερὸν, ἢ λίθος, ἤ τι τοιοῦτον· ὁ δὲ δράσας, μὴ ᾖ. *Ad Prytaneum, forum; quum manifeſtum erat telum, ſive lapis, ſive aliquid huiuſmodi, quod interfeciſset quemquam, ſed auctor caedis ignotus eſset.* Harpocration. Ἐπὶ Πρυτανείῳ. δικαστήριόν ἐϛι καὶ τοῦτο φονικόν. δικάζει δὲ, ἄν τι τῶν ἀψύχων ἐμπεσὸν ἀποκτείνῃ τινά. τοῦτο δέ ἐϛιν, ἐὰν λίθος, ἢ ξύλον, ἢ σίδηρος, ἤ τι τοιοῦτον· καὶ τὸν μὲν βαλόντα ἀγνοῇ, αὐτὸ δὲ εἰδῇ, κ᾽ ἔχῃ, τὸ τὸν φόνον εἰργασμένον. *Ad Prytaneum. Hoc quoque forum eſt, caedibus iudicandis proprium. Cognoſcit autem de inanimis, quae illapſa occidunt quemquam; videlicet lapis, lignum, ferrum, aut quid tale; quum ignoret, quiſnam coniecerit; norit vero, habeatque, id quod caedem perpetraverit.* Demoſthenes loco iam citato. Τέταρτον τοίνυν ἄλλο πρὸς τούτοις, τὸ ἐπὶ Πρυτανείῳ. τοῦτο δέ ἐϛι τί; ἐὰν λίθος, ἢ ξύλον, ἢ σίδηρος, ἤ τι τοιοῦτον, ἐμπεσὸν πατάξῃ· καὶ τὸν μὲν βαλόντα, ἀγνοῇ τις· αὐτὸ δὲ εἰδῇ, κ᾽ ἔχῃ, τὸ τὸν φόνον εἰργασμένον. τούτοις ἐνταῦθα λαγχάνεται. *Iam ad haec quartum etiam eſt praetorium, Ad Prytaneum. Id vero cuiuſmodi eſt? ſi lapis, aut lignum, aut ferrum, aut tale quidpiam, illapſum percuſserit; atque aliquis, a quo id coniectum ſit, ignoret; telum vero, quo ſit perpetrata caedes, norit ipſe, habeatque: de his rebus in hoc loco iudicium datur.* Videndus quoque Etymologi Auctor in Ἐπὶ Πρυτανείῳ. Iudicabant autem illic, qui Φυλοβασιλεῖς dicebantur, remque inanimam, quae illapſa occidiſſet, exterminabant. Pollux. Τὸ ἐπὶ Πρυτανείῳ. δικάζῃ δὲ περὶ τῶν ἀποκτεινάντων, κἂν ὦϛιν ἄφνεῖς· καὶ περὶ τῶν ἀψύχων, τῶν ἐμπεσόντων, κ᾽ ἀποκτεινάντων. προϛήκεισαν δὲ τούτῳ τῷ δικαϛηρίῳ Φυλοβασιλεῖς· ὃς ἔδῃ τὸ ἐμπεσὸν ἄψυχον ὑπερορίσαι. *In Prytaneo vero forum, iudicat de iis, qui occiderunt, & ſi ignotis; tum inanimis, quae illapſa interfecerint. Praeſunt autem, qui dicuntur tribuum reges; eoſque rem inanimam illapſam exterminare oportebat.* Origo ei a caſu quodam, qui Erechtheo rege accidit. Narrat Pauſanias iſtis verbis. Τὸ δὲ ἐν Πρυτανείῳ καλούμενον, ἔνθα τῷ σιδήρῳ, κ᾽ πᾶσιν ὁμοίως τοῖς ἀψύχοις δικάζουσιν, ἐπὶ τῷδε ἄρξασθαι νομίζω. Ἀθηναίων βασιλεύοντος Ἐρεχθέως, τότε πρῶτον βοῦν ἔκτεινεν ὁ βωφόνος, ἐπὶ τῷ βωμῷ τῷ Πολιέως Διός. κ᾽ ὁ μὲν, ἀπολιπὼν ταύτῃ τὸ πέλεκυν, ἀπῆλθεν ἐκ τῆς χώρας φεύγων· ὁ δὲ πέλεκυς, παραυτίκα ἀφείθη κριθείς· καὶ ἐς τόδε ἀνὰ πᾶν ἔτος κρίνεται. *In Prytaneo quod vocatur, ibi de ferro, rebuſque aliis inanimatis, fit iudicium; & principium equidem hoc fuiſſe arbitror. Erechtheo regnante Athenis, bovem ſacerdos, is qui Buphonus eſt adpellatus, ad Poliei Iovis aram interfecit: atque is quidem, relicta illic bipenni; e regione in exſilium ſtatim ivit; bipennis iudicio abſoluta eſt; & quotannis eum omnino ritum ſervant.* Narrat fuſe eamdem hiſtoriam Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib. II. & attingit AElianus Var. Hiſt. lib. VIII. cap. III. ΤΟ ΕΝ ΦΡΕΑΤΤΕΙ. Nuſquam recte hoc nomen ſcribitur. Apud Demoſthenem, & Ariſtotelem ἐν φρεαττοῖ eſt vulgatum; apud Auctorem Etymologici, & Helladium in Excerptis Photii, per τ ſimplex, ἐν Φρεατοῖ; apud Heſychium, ἐν Φρεάτῳ; apud Pollucem, ἐν Φρεάτει; apud Suidam, Ἐμφρεάτοι: & ἐν φρεάτοις in Ἐφέται. Atqui locus, ubi erat id tribunal, in caſu recto Φρέαττυς adpellabatur. Ecce tibi apud Pauſaniam (c). Φρέατλυς· ἐνταῦθα οἱ πεφευγότες, ἢν ἀπελθόντας ἕτερον ἐπιλάβῃ σφᾶς ἔγκλημα, πρὸς ἀκρωμένους ἐκ τῆς γῆς ἀπὸ νεὼς ἀπολογεῖσθαι. *In Piraeei maritima parte eſt Phreattys (d); ubi rei, ſi, ſemel elapſi, alio crimine implicentur; ad eos, qui e terra audiunt, cauſam ſuam e navi dicunt.* Ergo omnino apud Auctores illos omnes eſt ſcribendum ἐν Φρεάττει. Ac iudicium de iis ibi ſolitum dari, qui, prioris criminis rei, altero ſe oneraſſent; iique e mari, auſcultantibus e terra iudicibus, cauſam dicebant. Vides in Pauſaniae verbis. Iulius Pollux. Τὸ ἐν Φρεάττει. ἐν τούτῳ ἐκρίνετο, εἴ τις τῶν φευγόντων ὑπ᾽ ἀκουσίᾳ φόνου αἰτίᾳ, δευτέραν αἰτίαν ἑκουσίᾳ προσλάβοι. ἦν δὲ ἐν θαλάττῃ τὸ δικαστήριον. καὶ τὸν ἐν αἰτίᾳ πρόσπλεύσαντα, τῆς γῆς ὑ προσαπτόμενον, ἀπὸ τῆς νεὼς ἐχρῆν ἀπολογεῖσθαι, μήτε ὑποβάθραν, μήτε ἄγκυραν, εἰς ἣ γῆν βαλλόμενον. *In Phreatti. Hic iudicabatur, ſi quis, caedis involuntariae reus, alteram inſuper voluntariam commiſiſſet. Erat vero iudicium in mari; & reum quidem adnaviganem, terram non attingentem, e navi cauſam dicere oportebat, neque ſcalam, neque anchoram, in terram iniicientem.* Photius in Bibliotheca in Excerptis Helladii. Τέταρτον (δικαστήριον) τὸ ἐν Φρεάττῃ, ὃ δικάζῃ τὸν χρόνον μέν τινα φεύγοντα ῥητὸν, αἰτίαν γε πρότερον ἔχοντα φόνου. ὃς καὶ κρινόμενος ἐπὶ νηὸς, ἔξωθεν τῆ Πειραιῶς, ἀπολογούμενος ἄγκυραν καθίῃ, διότι ὁ νόμος αὐτὸν ἐκ ἐδίδου τῆς γῆς ἐπιβῆναι. *Quartum (tribunal) in Phreatti; in quo iudicatur, qui, caedis, antea*

(a) Adi *Theſei Cap. VI.*
(b) Vide *Lib. I. Them. Attic. Cap. XVII.*
(c) Locus integer. Ἔϛι δὲ ἔτι πειραιῶς πρὸς θαλάσσῃ Φρεαττὺς &c.
(d) Minus recte *Gurges* ab Interprete in Editione Lipſienſi redditur.

Digitized by Google

tea commissae reus, ad tempus quoddam praefinitum exsulabat; ac, dum iudicatur, in navi extra Piraeeum causam dicens, ancboram demittit: quia lex non permittebat ei in terram descendere. Nimis breviter Hesychius. Ἐν Φρεάττει, ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ἐν ᾧ ἐδικάζοντο ἐπὶ ἀκουσίῳ φόνῳ. *In Phreatti, in iudicio, in quo de involuntaria caede cognoscebant.* Item Suidas. Ἐν Φρεάττει. δικαστήριον τῶν ἀκουσίων φόνων ἐν Ἀθήναις. Δημοσθένης, ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος, ἀκριβῶς διέρχεται περὶ αὐτοῦ. *In Phreatti; iudicium Athenis, de involuntariis caedibus. Demosthenes in Oratione in Aristogitonem, accurate de eo disserit.* Totidem verbis Auctor quoque Etymologici. Sed memoriae certus lapsus in utroque est, qui Demosthenem in Orat. in Aristogitonem de hoc iudicio plene disseruisse aiunt; quum in ea illud faciat, quam in Aristocratem dixit. Ecce verba. Ἔτι τοίνυν, πέμπτον δικαστήριον ἄλλο θεάσασθε, οἷον ὑπερβέβηκε, τὸ ἐν Φρεάττῃ. Ἐνταῦθα γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κελεύῃ δίκας ὑπέχειν ὁ νόμος, ἐάν τις, ἐπὶ ἀκουσίῳ φόνῳ πεφευγὼς, μήπω τῶν ἐκβαλόντων αὐτὸν ἡδεσμένων, αἰτίαν ἔχῃ ἑτέρου φόνου ἑκουσίου· καὶ οὐχ ὅτι δεῦρο οὐχ οἷόν τε αὐτῷ ἐλθεῖν, παρεῖλεν αὐτὸν ὁ ταῦτα ἕκαστα διατάξας· ἀλλ', ὅτι ἂν πρότερόν τι τοιοῦτον ἐποίησε, καὶ δὴ τὴν ὁμοίαν ἐποιήσατο πίστιν αἰτίαν κατ' αὐτοῦ, ἀλλὰ τόν, τε εὐσεβῆ εὗρεν ὅπως ἔσαι, κἀκεῖνον οὐκ ἀπεσέρησε λόγου, καὶ κρίσεως. τί οὖν ἐποίησεν; ἤγαγε τοὺς δικάζοντας ἐκεῖσε, οἱ προσελθεῖν οἷόν τε ἦν ἐκείνῳ, τὸ χώρας ἀποδείξας τόπον τινὰ, ἐν Φρεάττει καλούμενον, ἐπιθαλάττιον. εἶθ' ὁ μὲν, ἐν πλοίῳ προσπλεύσας, λέγει, τῆς γῆς οὐκ ἀπόμενος· οἱ δ', ἀκροῶνται, καὶ δικάζουσιν, ἐν τῇ γῇ. κἂν μὲν ἁλῷ, τὴν ἐπὶ τοῖς ἑκουσίοις φόνοις δίκην ἔδωκε, δικαίως· ἐὰν δὲ ἀποφύγῃ ταύτης μὲν ἀθῷος ἀφίεται. τὴν δ' ἐπὶ τῷ προτέρῳ φόνῳ φυγὴν ὑπέχει. *Cuiusmodi porro aliud quintum iudicium violarit, spectate, quod In Phreatti nuncupatur. In quo causam dicere lege iubetur, si quis ob caedem involuntariam in exsilium profectus, nondum reconciliatis caesi propinquis, alterius voluntariae caedis insimuletur. Neque vero, quia huc ei venire non est integrum, cum neglexit is, qui haec singula ordinavit: neque propterea, quod prius etiam tale quid designarit, simile crimen in eo satis probatum esse censuit; sed eam rationem invenit, qua & pietati consuleret, & illum nec defensione, nec iudicio privaret. Quid igitur fecit? Iudices illo adduxit, quo illi accedere fas erat, designato quodam regionis nostrae maritimae loco, qui in Phreatti adpellatur. Post ille, nave accedens, verba facit, terra non contacta; illi, in terra auscultant, & iudicant; quod si convincitur, poenas luit, caedi voluntariae constitutas; idque merito: sin absolvitur, indemnis quidem eius criminis abit; sed exsilium, ob priorem caedem indictum, sustinet.* Meminit breviter Aristoteles Politic. lib. IV. cap. XVI. Τέταρτον δὲ, ὅσα τοῖς φεύγουσι φόνου ἐπὶ καθόδῳ ἐπιφέρεται· οἷον Ἀθήνησι λέγεται καὶ τὸ ἐν Φρεάττει δικαστήριον. *Quartum genus est de iis, quae caedis reis in reditu intenduntur; quale est, quod Athenis tribunal in Phreatti nuncupatur.* Nomen inditum a Phreatto, heroe quodam. Harpocration. Ὠνομάσαι δ' ἔοικε τὸ δικαστήριον ἀπό τινος Φρεάττου ἥρωος, καθά φησι Θεόφραστος, ἐν τῇ ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ τῶν νόμων. *Adpellatum vero id tribunal videtur a Phreattio quodam, heroe; uti auctor Theophrastus, De Legibus libro decimo sexto.* Quae totidem verbis Suidas refert, & Etymologici Auctor. Origo, a Teucro memoratur. Pausanias verbis iam citatis mox subiungit. Τεῦκρον πρῶτον λόγος ἔχει Τελαμῶνι οὕτως ἀπολογήσασθαι, μηδὲν ἐς τὸν Αἴαντος θάνατον εἰργάσασθαι. *Teucrum aiunt primum omnium Telamoni eo modo se purgasse, quum de Aiacis caede culpa vacaret.* ΗΛΙΑΙΑ. Id tribunal omnium maximum habebatur. Pausanias. Τὸ δὲ μέγιστον (δικαστήριον) καὶ ἐς ὃ πλεῖστοι συνίασιν, Ἡλιαίαν καλοῦσι. *Maximum vero omnium (tribunal) & quo frequentissimi conveniunt, Heliaeam vocant.* Ita dictum, quod in loco subdiali esset, & soli expositio, qui ἥλιος Graecis. Suidas. Ἡλιαστής, δικαστής· ἀπὸ μεγάλου δικαστηρίου τῆς Ἡλιαίας. οὕτω δὲ ἐκλήθη, διὰ τὸ ἐν ὑπαίθρῳ εἶναι τόπῳ, καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου βάλλεσθαι. *Heliastes, iudex, in magno praetorio. Sic autem vocatum fuit, quod in loco subdiali esset, ac a sole feriretur.* Idem tradit Etymologici Auctor, & Scholiastes Comici ad Nebulas, Equites, Vespas, Aves, Vlpianus in Timocrateam, aliam quoque nominis rationem profert. Ἡ Ἡλιαία λέγεται αὐτὸς ὁ τόπος τοῦ μεγάλου δικαστηρίου, καὶ τὸ ἄθροισμα αὐτῶν, τῶν ἐκεῖσε δικαζόντων. ἡλιαία δὲ ἐκλήθη ὁ τόπος, παρὰ τὸ ἐκεῖσε ἁλίζεσθαι, καὶ συναθροίζεσθαι, τὸ πλῆθος τῶν δικαστῶν. τὸ γὰρ α εἰς η μεταβέβληται, ὡς καὶ πολλαχοῦ. τινὲς δὲ λέγουσιν, ἐκ τοῦ ὑπαίθρου εἶναι τὸν τόπον, καὶ τὸν ἥλιον ἐκεῖ ἔνδον προσβάλλειν. *Heliaea dicitur, ipse magni iudicii locus; & conventus eorum, qui ibidem ius dicebant. Dicta autem est Heliaea locus iste, quod ibi conveniret, ac congregaretur, multitudo iudicum. Nam in verbo ἁλίζεσθαι mutatum est α in η, quod alias saepe fit. Quidam dicunt, ex eo adpellari locum, quod sub dio ille esset, radiosque sol immitteret.* Tractabantur autem hic negotia publica civitatis, ac reipublicae universae. Harpocration. Ἡλιαία μέν ἐστι τὸ μέγιστον δικαστήριον τῶν Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ τὰ δημόσια τῶν πραγμάτων ἐκρίνετο. *Heliaea quidem est maximum tribunal eorum, quae Athenis; in quo negotia publica tractabantur.* Eadem quoque Etymologici Auctor dicit. Et observare est ex Aristotelis Politic. lib. V. cap. I. Εἰ δὲ τὴν Ἡλιαίαν ἐπάναγκές ἐστιν ἔτι τῷ αὐτῷ πολιτεύματι βαδίζειν τὰς ἀρχὰς, ὅταν ἐπιψηφίζηται ἀρχή τις. *In Heliaeam necesse est eorum qui in Republica versantur magistratus abire, quum quis suffragiis magistratus creatur.* E iudicibus mille constitisse, ait Auctor Etymologici. Ἡ βουλὴ συνεστῶσα ἐξ ἀνδρῶν χιλίων. *Senatus constans e viris mille.* Non satis accurate; uti neque Harpocration. Χιλίων δικαστῶν, ἢ χιλίων καὶ πεντακοσίων, συνιόντων· συνήεσαν δὲ οἱ μὲν χίλιοι πεντακόσιοι, ἐκ τριῶν. *Mille iudicibus, sive & mille quingentis, convenientibus. Congregabantur vero mille quidem, e duobus tribunalibus; mille quingenti, e tribus.* Ita sese res habebat. In Heliaeam conveniebat senatus Quingentorum; interdum, si necessitas ferret, duplicatus numerus

Digitized by Google

rus ille, ac triplicatus. Pollux. Η' Ηλιαία δὲ, πενταπόσιων. εἰ δὲ χιλίων δέοι δικαστῶν, συνίσταντο δύο δικαστήρια· εἰ δὲ πεντακοσίων, καὶ χιλίων, τρία. *Heliaea vero, Quingentorum erat. Quod si autem mille iudicibus opus esset, duo fora coniungebantur; si mille, & quingentis, tria.* Ac iudicii illis merces, oboli terni. Suidas. Ηλιασταὶ, οἱ ἐν Ηλιαίᾳ δικασταὶ· οἵτινες ὑπὸ τῶν δημοτῶν ἐτρέφοντο, τριώβολον λαμβάνοντες μισθὸν δικαστικὸν, μετὰ τὸ κρῖναι. *Heliastae, iudices, qui in Heliaea; qui a popularibus suis alebantur, triobolum accipientes pro mercede iudiciali, postquam iudicassent.* Inde est apud Aristophanem Equitibus.

Ω' δῆμε, λᾶσαι, λᾶσαι πρῶτον, ἐνδικάσας μίαν·
Ε'ὖθυ, ῥόφησον, ἔντραγ', ἔχε τριώβολον.
O popule, lava primum, postquam iudicasti causam unam.
Cibum cape, sorbe, ede, accipe triobolum.

Vbi Scholiastes. Ε''χε τριώβολον· τὸν δικαστικὸν μισθὸν. ἐπὶ τριώβολον ἐλάμβανον. *Accipe triobolum, mercedem iudicialem; quandoquidem triobolum accipiebant.* Et postea.

Ω' γέροντες Ηλιασταὶ, φράτορες τριωβόλου.
O senes Heliastae, contribules trioboli.

Vbi videndus iterum Scholiastes; uti etiam Eustathius ad Odyss. α. Sed non ita semper fuit. Hesychius. Δικαστικόν. Α'ριστοφάνης, ἐν Ω''ραις, τριώβολόν φησιν εἶναι. ὁ μέντοι ἔσηκεν, ἀλλ' ἄλλος ἄλλως ἐδίδοτο. *Dicasticum. Aristophanes in Horis, triobolum esse dicit; sed non stetit, aliasque aliter dabatur.* Et initio obolus tantum unus datus. Observo in Hesychii Glossis. Ο'βολὸς, νομμία, καὶ ἐν ἄστει δικαστικοὶ μισθοί. *Oboli, nummi, & in Vrbe mercedes iudiciales.* Ecce tibi in hanc rem Strepsiadis verba apud Aristophanem in Nebulis.

Ο''ν πρῶτον ὀβολὸν ἔλαβον ἡλιαστικὸν,
Τότε πριάμην σοι Διασίοις ἀμαξίδα.
Quem primum accepi obolum Heliasticum,
Eo tibi festo Diasiorum emi plostellum.

Primusque instituit id Callistratus, qui Parnytes cognomento adpellatus; unde & proverbio postea dici coeptum, Ο'βολὸν εὗρε Παρνύτης. *Obolum invenit Parnytes.* Append. Proverb. Vaticana Cant. III. Prov. XXXV. Ο'βολὸν εὗρε Παρνυτης. Καλλιστράτ@, Α'θήνησι πολιτευσάμεν@, ἐπικαλούμενος Παρνύτης, μισθὸν ἔταξε τοῖς δικασταῖς. *Obolum invenit Parnytes. Callistratus, qui Athenis Rempublicam administravit, Parnytes cognominatus, mercedem constituit iudicibus.* Quae reperiuntur totidem verbis apud Lucillum Tarrhaeum. Antea vero, maxime archonte Myronide, nihil plane accipiebant; sed suo sumtu sese quisque sustentabat. Elegans est in hanc rem locus Aristophanis Concion.

——— Πρῶτον μὲν, ἡνίκ' ἐλθόντ' ἔδει
Λαβεῖν ὀβολὸν, καθῆντο λαλοῦντες.
Νυνὶ δ' ἐνοχλεῖς ἄγαν· ἀλλ' ὑχὶ, Μυρωνίδης.
Ο''τ' ἦρχετ' ὁ γεινάδας, ὐδεὶς ἐνετόλμα
Τὰ τῆς πόλεως διοικεῖν, ἀργύριον φέρων.
Α'λλ' ἦκεν ἕκας@, ἐν ἀσκιδίῳ φέρων
Πιεῖν ἅμα τ' ἄρτον αὖ, κὴ δύο κρομμύω,
Καὶ τρεῖς ἢ ἐλάας. νυνὶ δὲ τριώβολον
Ζητοῦσι λαβεῖν, ὅταν πράτλωσί τι καινὸν, ὥσπερ πηλοφοροῦντες.

——— *antea quidem, quando venientem oportebat*
Capere obolum solum, sedebant garrientes.
Nunc autem inter se turbant valde; sed mox, Myronides quando
Archon erat ille generosus, nullus audebat
Res civitatis administrare, pecuniam accipiens.
Sed accedebat unusquisque, in utriculo ferens
Potum simul, & panem, & duas cepas,
Et tres olivas; nunc autem triobolum
Quaerunt accipere, quum publicum aliquid administrant, tam-
Quam lutum ferentes. ———

Inde bini, & mox terni solvi coepti; denique aetate Aristophanis, drachma tota; idest seni. Scholiastes Comici Ranis. Τὸ δικαστικὸν μισθάριον, δύο ὀβολοὶ ἦσαν· ὕστερον δὲ, ἦν τριώβολον· τοῦτο τῶν στρατηγῶν, κολακείας χάριν, προστιθέντων. ἐπὶ δὲ Α'ριστοφάνους, κὴ δραχμὴν ἦν λαβεῖν. *Iudicialis mercedula oboli duo erant; postea terni; augentibus praetoribus, ut adulatione devincerent; at vero aetate Aristophanis, etiam drachmam capere erat.* Ecce, drachma etiam data, idest, sex oboli. De uno, altero, tertioque item obolo, est Pollucis quidam locus lib. VIII. cap. IX. sect. XXXII. Τὸ δικαστικὸν, ὅπερ καὶ τριώβολον, κὴ δίωβολον, κὴ ὀβολὸς. *Et iudicialis merces, quae erat tobolus unus, alter, tertiusque.* De tribus, alibi apud eumdem est, libro eodem cap. V. Δικαστικὸν τριώβολον, ὁ τῷ δικαστῇ διδόμεν@ μισθός. *Iudiciale triobolum, merces, quae iudici dabatur.* Lucianus in Bis acculato. Οἱ δικασταὶ, ἐξ ἁπάντων Α'θηναίων· ὁ μισθὸς, τριώβολον ἑκάστης δίκης. *Iudices, ex universis Athenientibus; merces vero tres in singulas causas oboli.* Et accipiebant hanc mercedem vesperi, quum a iure dicundo discederent, restituta Prytani virga, quam acceperant a praecone eo ipso mane, quum in curiam ingrederentur. Docet nos id Scholiastes Comici Pluto. Ε'δίδε δὲ ὁ κῆρυξ αὐτοῖς (τοῖς δικασταῖς) ῥάβδον, ἥτις ἦν σύμβολον τοῦ δικάζειν. ἵνα ἕκας@ καθ' ἑσπέραν, ἀποδιδῷς τῷ Πρυτάνει τὴν ῥάβδον, τριώβολον λαμβάνῃ, μισθὸν τῆς δικάσεως. *Dabat vero ipsis (iudicibus) praeco virgam, iurisdictionis tesseram; ut vesperi quisque, quum hanc Prytani restitueret, triobolum acciperet, iurisdictionis mercedem.* Neque haec merces tantum Heliastis propria, sed communis ceteris item Iudicibus aliorum quorumcumque tribunalium. Inde est, quod ἡλιαστικὸν Aristophanis, aliis δικαστικὸν dicitur. Accipiebant autem, ad Lyci herois fanum; quod ad tribunalia singula visebatur. Scholiastes eiusdem Comici ad Vespas. Λύκου ἡρῶον πρὸς τῷ δικαστηρίῳ ἦν. ᾧ ἐμέριζον, ὅτε δικαστήρια ἦν, τὸν παρὰ τοῖς λαχοῦσι τῶν Α'θηναίων δικάζειν δικαστικὸν μισθὸν τριώβολον. *Lyci herois fanum erat iuxta tribunal; ubi, quum iudicium haberetur, iis Atheniensibus, quibus forte iudicare contigisset, mercedem iudicialem, triobolum distribuebant,* Sciendum vero, iudicaturos mane adesse debuisse, ac tempestive, antequam daretur signum; quique serius, eo iam dato, venisset, is mercede excidebat. Aristophanes Vespis.

Ὅ"ταν εἰσελθὼν μειράκιόν σοι κατάπυγον, Χαιρέᾳ υἱὸς,
Ὡ'δί διαβὰς, διακινηθεὶς τῷ σώματι, καὶ τρυφεραν θεὶς,
Η"κειν εἴπῃ πρωΐ; κᾆν ὥρᾳ, δικάσονθ'· ὡς ὅσις ἂν ὑμῶν
Υ"στερον ἔλθῃ τοῦ σημείου, τὸ τριώβολον οὐ κομιεῖται,
——— *quando in tempore, ſub primordia lucis,*
Filius ingreſſus Chaereae, ephebus tener, interque cutitus,
Et corpore moto flagitia exercens, in iudicium ire
Monet; haud etenim veſtrum poterit mercedem auferre forenſem
Iure triobolarem, ſi ſerus, ſignoque dato, forum adivit.

Dabant autem Colacretae. Inde eſt quod ait Ariſtophanes ibidem.

Σὺ δὲ χασκάζεις τὸν Κωλακρέτην. ———
At tu Colacretae inhias. ———

Ad quae verba Scholiaſtes. Ἀντὶ τοῦ, ἐπιτηρεῖς, πότε ἔλθῃ ὁ Κωλακρέτης, καὶ ἐνέγκῃ σοι τὸ τριώβολον. Κολακρέτης δὲ καλεῖται, ὁ κατέχων τὰ χρήματα τῆς πόλεως, ὁ ταμίας τοῦ δικαστικοῦ μισθοῦ. *Pro eo quod eſt, obſervas, quando adveniat Colacreta, ac triobolum tibi adferat. Colacreta enim vocatur, qui pecuniam publicam penes ſe habet, quaeſtor mercedis iudicialis.* Inde poſtea ludens hanc mercedem vocat, Κωλακρετῶν γάλα, Colacretarum lac.

Πλὴν Κολακρέτου γάλα πίνειν.
Praeterquam Colacretae lac bibere.

Vbi Scholiaſtes. Περιφραστικῶς, τὸν δικαστικὸν μισθόν. *Periphraſtice, mercedem iudicialem.* Ac ſolvebant binis drachmam; quam inter ſe illi ipſi commutantes, ſinguli triobolum ſuum accipiebant. Innuit idem in eadem fabula Comicus.

Αἴσχιστα γάρ τοι μ' εἰργάσατο Λυσίστρατος
Ὁ' σκωπτόλης, δραχμὴν μετ' ἐμοῦ πρώϊον λαβὼν,
Ε'λθὼν, διεκερμάτιζέ μ' ἐν τοῖς ἰχθύσι.
Factum facetus turpe nam Lyſiſtratus
Admiſit in me, debitam qui ſumſerat
Vtrique drachmam, quam minutam in piſcium
Secuit macello. ———

Vbi Scholiaſtes. Δύο δικασταῖς ἐδίδοτο δραχμὴ μία· καὶ οὕτως ἐμερίζοντο πρὸς τρεῖς ὀβολούς. *Binis iudicibus drachma una dabatur; iique inde inter ſe diſtribuebant ad tres obolos.* Et mox. Εἰς δύο ἡ δραχμὴ ἐδίδοτο καὶ αὐτοὶ διηροῦντο κερματίζοντες, ἵνα μὴ οἱ Κωλακρέται κέρμα εἰσφέρωσιν. *Inter binos drachma una dabatur; quam ipſi commutantes, dividebant, ne nimirum Colacretae minutias aeris inferrent.* Iuſiurandum eorum erat plane inſigne; idque memorat Demoſthenes Orat. in Timocratem iſtis verbis. Ψηφιοῦμαι κατὰ τοὺς νόμους, καὶ τὰ ψηφίσματα τοῦ δήμου τῶν Α'θηναίων, καὶ τῆς βουλῆς τῶν πεντακοσίων· καὶ τύραννον ὐ ψηφιοῦμαι εἶναι, οὐδὲ ὀλιγαρχίαν· οὐδὲ, ἐάν τις καταλύῃ τὸν δῆμον τῶν Α'θηναίων, ἢ λέγῃ, ἢ ἐπιψηφίζῃ παρὰ ταῦτα, ὐ πείσομαι· οὐδὲ τῶν χρεῶν τῶν ἰδίων ἀποκοπάς· οὐδὲ γῆς ἀναδασμὸν τῆς Α'θηναίων, οὐδ' οἰκιῶν, οὐδὲ τοὺς φεύγοντας κατάξω, οὐδὲ ὧν θάνατος κατέγνωσαι. οὐδὲ τοὺς μένοντας ἐξελῶ παρὰ τοὺς κειμένους, καὶ τὰ ψηφίσματα τῶν Α'θηναίων, καὶ τῆς βουλῆς· οὐτ' αὐτὸς ἐγὼ, οὔτ' ἄλλων οὐδένα ἐάσω. οὐδὲ ἀρχὴν καταστήσω ὡς γε ἄρχὴν ὑπεύθυνον ὄντα ἑτέρας ἀρχῆς, καὶ τῶν ἐννέα ἀρχόντων, καὶ τῶν ἱερομνήμονος, καὶ ὅσοι μετὰ τῶν ἐννέα ἀρχόντων κυαμεύονται ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, καὶ κήρυκος, κὴ πρεσβείας, κὴ συνέδρων. οὐδὲ δὶς τὴν αὐτὴν ἀρχὴν, τὸν αὐτὸν ἄνδρα, οὐδὲ δύο ἀρχὰς ἄρξαι τὸν αὐτὸν ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ. οὐδὲ δῶρα δέξομαι, τῆς ἡλιάστεως ἕνεκα, οὔτ' αὐτὸς ἐγὼ, οὔτ' ἄλλος ἐμοὶ, οὐτ' ἄλλοι ἐμοῦ, οὔτε τέχνῃ, οὔτε μηχανῇ οὐδὲ μιᾷ. κὴ, γέγονα οὐκ ἔλαττον, ἢ τριάκοντα ἔτη· κὴ ἀκροάσομαι τοῦ τε κατηγόρου, καὶ τὴν ἀπολογουμένου, ὁμοίως ἀμφοῖν· κὴ διαψηφιοῦμαι, περὶ αὐτοῦ ὅ ἂν ᾖ ἡ δίωξις. ἐπόμνυμι Δία, Ποσειδῶνα, Δήμητρα, κὴ ἐπαρῶμαι ἐξώλειαν ἐμαυτῷ, καὶ οἰκίᾳ τῇ ἐμαυτοῦ, εἴ τι τούτων παραβαίνοιμι· εὐορκοῦντι δὲ, καλὰ πολλὰ κἀγαθὰ εἶναι. *Pronuntiabo ſecundum leges, & decreta populi Athenienſis, & Senatus Quingentorum. Tyrannidem vero, aut paucorum dominatum mea ſententia non comprobabo; neque, ſi quis populi Athenienſis libertatem oppreſſerit, aut quidquam contra haec dixerit, aut decreverit, concedam; neque novas tabulas privatim, neque agrorum Athenienſium diviſionem, nec aedium; neque exſules revocabo, neque capitis damnatos; neque eos, qui manent, expellam contra leges receptas, & decreta populi Athenienſis, & Senatus; neque egomet ipſe, neque alium ſinam; neque Magiſtratum creabo, ut is imperet, antequam de alio geſto Magiſtratu rationem reddiderit, ſive ſit Novemvir, ſive Pontifex, ſive quicumque cum Novemviris eodem die creantur, ſive praeco, ſive Legatus, ſive Aſſeſſor; neque bis eumdem Magiſtratum eumdem virum, neque binos Magiſtratus eumdem gerere ſinam eodem anno; nec accipiam munera propter Heliaeam, vel ipſe ego, vel alius meo nomine; vel alii, me conſcio; non fraude, non machinatione ulla; & natus ſum annos non pauciores triginta; audiamque cum accuſatorem, tum reum, eodem modo utrumque; & ſententiam de eo feram, quod eſt in controverſia poſitum. Adiuro Iovem, Neptunum, Cererem; & ipſe mihi exitium imprecor, & familiae meae ſi quid horum neglexero, aut violaro. Sin bona fide praeſtitero, praeclara mihi, & bona multa eveniant.* Iurabant autem omnes Athenienſes in Ardetto. Harpocration in Α"ρδηττος. Ἐν τούτῳ, φασὶ, δημοσίᾳ πάντες ὤμνυον Α'θηναῖοι τὸν ὅρκον τὸν Η'λιαστικόν. *In hoc, aiunt publice Athenienſes omnes obſtringebant ſeſe iureiurando Heliaſtico.* Quae totidem verbis tradit Suidas in eadem dictione. ΠΑΡΑΒΥΣΤΟΝ. Meminit huius Heſychius. Παράβυσον. Ε"νιοι δικαστήριον, οὕτω καλούμενον. *Parabyſtum; quidam tribunal eſſe volunt ita dictum.* In eo iudicabant Vndecimviri. Harpocration. Παράβυσον, οὕτως ἐκαλεῖτό τι τῶν παρ' Α'θηναίοις δικαστηρίων, ἐν ᾧ ἐδίκαζον οἱ Ε"νδεκα. *Parabyſtum; ita dicebatur tribunal quoddam Athenienſium, in quo ius dicebant Vndecimviri,* Quae totidem verbis tranſcripſit Suidas. Pollux. Ε'νιοῦτοι τῷ Παραβύστῳ οἱ Ε"νδεκα ἐδίκαζον. *In Parabyſto quidem Vndecimviri ius dicebant.* Itaque huc reſpexit Ariſtophanes Veſpis.

— οἱ

(a) De hoc iureiurando vide *Lib. II. Them. Attic. Cap. XXVI.*

——— οἱ δὲ, παρὰ τὰς ἕνδεκα·
Οἱ δ', ἐν Ὠδείῳ δικάζυσ'. ———
——— *hi vero, apud Vndecimviros;*
Illi autem, in Odeo ius dicunt. ———

Erat autem in obſcuro Vrbis loco, ac de rebus minimi momenti illic conveniebant. Pauſanias. Ἔστι δὲ Ἀθηναίοις καὶ ἄλλα δικαστήρια, οὐκ ἐς τοσοῦτο δόξης ἥκοντα. Τῶν μὲν οὖν καλούμενον παράβυστον, καὶ τρίγωνον, τὸ μὲν ἐν ἀφανεῖ πόλεως ὂν, καὶ ἐπ' ἐλαχίστοις συνίοντων ἐς αὐτό· τὸ δὲ, ἀπὸ τοῦ σχήματος ἔχει τὰ ὀνόματα. *Sunt etiam apud Athenienſes alia iudicia, ſed minus illuſtria. Eorum unum, Parabyſtum; alterum, Trigonum nominant; illud ab obſcuro Vrbis loco, & quod in eo de leviſſimis plane cauſis conveniatur; hoc a forma nominatum.* Quin iudicia quoque illic clanculum habita. Etymologici Auctor. Ἦν δὲ καὶ Παράβυστον δικαστήριον, ὃ λάθρᾳ ἔκρινε. *Erat vero & tribunal Parabyſtum, quod clanculum iudicabat.* Corruptum eius nomen cenſeo apud Sopatrum in Diviſ. Quaeſt. Ὥσπερ ἐν Μαδραβύστῳ κρινόμενος, καὶ μανδραγόραν πεπωκότων ἡμῶν, ἢ οὐκ εἰδότων. *Tamquam ſi in Madrabyſto iudicareris, noſque mandragoram bibiſſemus, aut ignari eſſemus.* Legendum omnino: Ὥσπερ ἐν Παραβύστῳ κρινόμενος. *Tamquam ſi in Parabyſto iudicareris.* Ac fuiſſe duplex video; unum Μεῖον, ſive *Minus*; alterum Μεῖζον, ideſt, *Maius* adpellatum. Pollux indicat. Μεῖον παράβυστον, μεῖζον παράβυστον· καὶ μείζονος δὲ, μέμνηται Λυσίας. *Minus parabyſtum, maius parabyſtum. Ac maioris quidem meminit Lyſias.* Ita enim ibi legendum eſſe cenſeo; non Μέσον παράβυστον, μεῖζον π. *Medium parabyſtum maius p.* Scholiaſtes Comici ait, quatuor in foro loca exſtitiſſe; quorum unus Παράβυστος, alter Καινός; tertius Τρίγωνος; quartus Μέσος diceretur. Verba eius iſta ad Veſpas. Τόπος ἐν τῷ δικαστηρίῳ οὕτω λεγόμενος. εἰσὶ δὲ τέτταρες. Παράβυστος, Καινὸς, Τρίγωνος, Μέσος. *Locus eſt in Foro ita dictus. Sunt autem quatuor. Parabyſtus, Caenus, Trigonus, Medius.* ΤΡΙΓΩΝΟΝ. Pollux. Γνώριμα δικαστήρια. Ἡλιαία, καὶ τὸ Τρίγωνον. οὗ μέμνηται Δείναρχος. *Nota fora ſunt, Heliaea, & Trigonum; cuius meminit Dinarchus.* Nomen illi datum a forma; ut Pauſanias in citatis ſtatim verbis clare dicit. Alii volunt, locum in foro quemdam eſſe, uti docet Scholiaſtes Ariſtophanis, cuius verba iam produxi. ΤΟ ΕΠΙ ΛΥΚΩ. De eo Pollux. Τὸ ἐπὶ Λύκῳ· ἀφ' οὗ καὶ ἡ Λύκου δεκάς, καὶ ἥρως δὲ ἵδρυται αὐτόθι, ἔχον τοῦ θηρίου μορφήν· πάλαι δὲ συνήεσαν, οἱ συνδικάζοντες τὰ δικαστήρια. *Forum ad Lycum; a quo Lyci decas, & heros ibi conſtitutus erat, ferae formam habens; olim vero conveniebant ſimul iudicantes fora.* Ita enim legendum monuit pridem Attic. Lect. lib III. c. IX. Sed & aliud ibi mendum nunc tollendum. Quid eſt illud? οἱ συνδικάζοντες, τὰ δικαστήρια. Quinam erant, fora ſimul iudicantes? Omnino certe reſcribendum, οἱ συνδεκάζοντες τὰ δικαστήρια. *Qui ſimul corrumpebant fora.* Dicebantur Δεκάζειν qui decem ſimul convenientes corrumpendis iudicibus operam dabant. Heſychius in Δεκάζων. Ἔλεγον δὲ οὕτω καὶ τὸ κατὰ δέκα διαφθείρειν τὸν δικαστὴν, ἢ τοὺς κριτάς. *Dicebant ita etiam, quum deni corrumperent Iudicem unum, pluresve.* Errat certe Harpocration, qui ipſos Iudices, ut corrumperentur, eo numero conveniſſe illic dicit. Verba eius in Δεκάζων, ita habent. Λύκος ἐστὶν ἥρως, πρὸς τοῖς ἐν Ἀθήναις δικαστηρίοις, τοῦ θηρίου μορφὴν ἔχων, πρὸς ὃν οἱ δωροδοκοῦντες, κατὰ δέκα γιγνόμενοι, συνεκρέφοντο. *Lycus heros eſt; Athenis iuxta tribunalia collocatus, ferae ſpecie; ad quem, qui dona acciperent, deni numero verſabantur.* Eumdem errorem habent Suidas, Etymologici Auctor, & Zenobius Cent. V. Proverb. II. hunc ſequuti. Primi iſtud factitarunt Anytus, & Melitus; poſtquam nempe contra Socratem conſpiraſſent. De Anyto meminit Harpocration, ex Ariſtotele De Republ. Athenienſium. Ἀριστοτέλης δ' ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ, Ἄνυτόν φησι καταδεῖξαι τὸ δεκάζειν τὰ δικαστήρια. *Ariſtoteles in libro De Republ. Athenienſium, ait primum Anytum iudicum corruptionem inſtituiſſe.* De Melito Auctor Etymologici in Δεκάσαι. Πρῶτον δέ φασι δεκάσαι Μέλιτον. *Primum vero aiunt corrupiſſe Melitum.* Ita enim ibi legendum; perperamque editur hodie δεκάσαι Μέλητα. *Corrupiſſe Meletem.* Dictum autem hoc tribunal, quia Lyci herois fanum, ut & ſtatua, lupi forma, iuxta erat; ut videmus in Pollucis iſtis verbis. Καὶ ἥρως δὲ ἵδρυται αὐθότι, ἔχων τοῦ θηρίου μορφήν. *Et herois ibi ſtatua poſita erat lupi forma.* Quia autem ea ſtatua lupi formam referebat, ideo ludens Ariſtophanes in Veſpis θηρῶν eam adpellavit, quum ἠρῶν debuiſſet.

Θηρῶν εἴ πως ἐκκομίσαις ἔτι Λύκου.
Imaginem ferinam ſicunde exportes Lyci.

Alii dicunt, non ibi tantum, ſed ad tribunalia item cetera fuiſſe. Heſychius in Λύκου δεκάς. Λύκος ἥρως πρὸς τοῖς ἐν Ἀθήναις δικαστηρίοις ἵδρυτο, ἔτι θηρίου μορφὴν ἔχων. *Lycus heros apud Tribunalia, quae Athenis, dedicatus erat; ferae (lupi) formam referens.* Harpocration in Δεκάζων. Λύκος ἐστὶν ἥρως, πρὸς τοῖς ἐν Ἀθήναις δικαστηρίοις, τοῦ θηρίου μορφὴν ἔχων. *Lycus heros eſt ad tribunalia, quae Athenis, poſitus, ferae formam habens.* Itidem eſt apud Suidam, & Auct. Etymol. in eadem dictione. Scholiaſtes Comici Veſpis. Παρὰ τοῖς δικαστηρίοις τὸ τοῦ Λύκου ἱερὸν ἦν, καὶ ἡρῶον. *Iuxta tribunalia fanum Lyci, & ſtatua erat.* Sed de hac re ita ſtatuendum puto. Initio quidem, in foro, iſti heroi proprio, ſtatua ea poſita dumtaxat fuerit; verum, quia hic iudicibus merces ſua ſolvebatur, ut oſtendi paulo ante, quum de Heliaea agerem; & moleſtum iis effet huc tranſire; tandem conſtitutum fuerit, ut ad ſingula tribunalia ſtatua quaedam eiuſcemodi poneretur. Ad hanc autem, quibus aliqua in foro cauſa ageretur, vota heroi nuncupabant, ut obtinere eam poſſent; victi, lacrymas, & querelas effundebant; quidam etiam indignantes, admingebant, pedebantque; unde, & contra hanc contumeliam, tegetes circumdatae erant. Obſervo apud Comicum Veſpis; ubi ſic Philocleon inquit.

Ὦ Λύκε δεσπότα, γέτων ἥρως, σὺ γὰρ οἷσπερ ἐγὼ κεχάρησαι,
Τοῖς δακρύοισι τῶν φευγόντων ἀνὲξ, καὶ τοῖς ὀλοφυρμοῖς,

Ω'κησας γῦν ἐπίτηδες ἰὼν ἐνθαῦθ', ἵνα ταῦτ' ἀκρῳῶς,
Καβυλήθης μόνῳ ἡρώων παρὰ τὸν κλάοντα καθῆσθαι.
Ε'λέησον, καὶ σῶσον, νυνὶ τὸν σαυτοῦ πλησιόχωρον.
Κὐ μή ποτὲ σῦ παρὰ τὰς κάννας ἐρήσω, μηδ' ἀποπαρδῶ.

O Lyce domine, o vicine heros, etenim lamenta reorum,
Lacrymaeque iuvant te perpetuo, pariterque ea laetificant me.
Iſtamque habitas ideo ſedem, his facilem quae praebeat aurem;
Qui ſolus amas heroum lacrimantibus adſeſſor adeſſe:
Miſerare tuum, Lyce, nunc ſalvumque velis praeſtare propinquum.
Hoc ſi adnueris, non deinde tuas mingam ad tegetes, neque pedam.

Videntur nempe exiſtimaſſe, in herois huius manu exitum cauſae ſuae fuiſſe; quia nimirum in fano eius, iuxta ſtatuam, Heliaſtae, ceterique item Iudices, mercedem ſuam accipiebant. Et hunc oppedendi morem innuit nobis etiam ille apud Ennium in innominata fabula; qui quum cauſa cecidiſſet, ita inquit:

Areopagitae quid dedere, quam pedam?

Quaſi hoc velit; poſtquam in praeſens in iudicio Areopagitarum cauſa cecidi, quid mihi illi aliud dederunt, quam ut pedam ad herois Lyci ſtatuam? Nempe, ut ad alia omnia tribunalia, quod oſtendi, ita quoque ad Areopagum ſtatua Lyci iſtiuſmodi poſita fuerit. Exſtat is verſus apud Varronem De LL. lib. VI. ſed non recte exhibetur iſtoc modo.

Areopagitae quid dedere aliud, quam pedam;

Nam τὸ *aliud* plenioris ſenſus cauſa a mala manu inſertum eſſe, ſatis metrum ipſum indicat. Vir magnus emendare volebat:

Areopagiticam ea de re vocant petram.

Et cupiebat eſſe ex iſtis AEſchyli in Eumenidibus;

——— ἔνθεν ἐς' ἐπώνυμῳ
Πέτρα, πάγῳ τ' Α''ρει῝ῳ. ———
——— *unde eſt cognominis*
Petra, & Areopagus. ———

Sed coniectat, neque certe bene emendat, & refellit ipſe Varro; qui priorem eius verſus dictionem expoſiturus, ſtatim ſubdit. *Areopagitae ab Areopago; is locus Athenis.* ΤΟ ΜΗΤΙΧΟΥ. Magnum id erat. Heſychius. Μητίχυ τέμενῳ. εἴη ἂν τὸ Μητιχεῖον δικαστήριον μέγα. *Metichi fanum; erit forte Metichi tribunal magnum.* Addit Pollux, nuncupatum eſſe a Meticho Architecto; ac ibidem iudicaſſe viros triceſimum annum egreſſos, famae integros, quique aerario nil deberent. Τὸ δὲ Μητίχυ δικαστήριον μέγα, οὕτω κληθὲν, ἀπ' ἀρχιτέκτονῳ Μητίχυ. ἐδίκαζον δὲ οἱ ὑπὲρ τριάκοντα ἔτη, ἐκ τῶν ἐπιτίμων, κὐ μὴ ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ. *Metichi vero praetorium magnum, ita a Meticho Architecto nominatum; iudicabant vero ibi, qui triceſimum aetatis annum exceſſiſſent, viri integra fama, & aerario nil debentes.* Meminit eius antea. Ε'ν μέν τοι τῷ Παραβύσῳ οἱ ἑνδεκα ἐδίκαζον τὰ Μητίχυ καλλίω. *In Parabyſto iudicabant Vndecimviri ea, quae Meticho meliora erant.* Quem locum quomodo emendandum cenſeam, explicavi Atticarum Lectionum lib. II. cap. IX. ΑΡΔΗΤΤΟΣ. Nomen illi ab heroe Ardetto datum. Iurabant autem illic Iudices Iovem Regem, Apollinem Patrium, Cereremque, ſe de illis rebus, de quibus leges eſſent, ſecundum eas ius dicturos; de quibus vero nullae eſſent, quam iuſtiſſime poſſent. Pollux. Ο''μνυον δὲ ἐν Α''ρδήττῳ δικαστηρίῳ Α''πόλλω Πατρῶον, κὐ Δία Βασιλέα, καὶ Δήμητραν. ὁ δὲ Α''ρδήττ῝ῳ, Ειλιαοῦ μέν ἐστι πλησίον. ὠνόμασαι δὲ ἀπό τιν῝ῳ ἥρωος, ὃς σασιάζοντα τὸν δῆμον ὑπὲρ ὁμονοίας ὤρκωσεν. ὁ δὲ ὅρκ῝ῳ ἦν τῶν δικασῶν· περὶ μὲν ὧν νόμοι εἰσὶ, κατὰ τὺς νόμυς ψηφιεῖσθαι· περὶ δὲ ὧν μή εἰσι, σὺν γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ. *Iurabant vero in Praetorio Ardetto, Apollinem Patrium, Cererem, & Iovem Regem. Eratque Ardettus, prope Iliſſum; diciturque ab heroe, qui tumultuantem populum ad concordiam iuramento adegit. Ac iudicum quidem iuſiurandum erat, de quibus leges forent, de iis ſe ſecundum illas iudicaturos; de quibus autem nullae omnino, quam iuſtiſſime.* Huc reſpectum a Platone in Apologia Socratis. Καὶ ὠμώμοκεν (ὁ δικασὴς) οὐ χαριεῖσθαι οἷς ἂν δοκῇ αὐτῷ, ἀλλὰ δικάσειν κατὰ τὺς νόμυς. *Ac iuſiurandum dedit (iudex) non ſe gratiam facturum quibus videbitur, verum ex praeſcripto legum ius dicturum.* Harpocration, & Suidas, omnes illic Athenienſes iuſiurandum Heliaſticum dediſſe tradunt; uti ſupra memoravi, quum de Heliaea dicerem. Videndus quoque eſt Heſychius in A''ρδηττος, qui ſimpliciter iuramenti dati meminit. De Iudicibus eſt, & apud Etymologici Auctorem; apud quem per literam ι ſcribitur A''ρδιττ῝ῳ. Loci mentio exſtat etiam apud Plutarchum in vita Theſei. ΒΑΤΡΑΧΙΟΥΝ, ut & ΦΟΙΝΙΚΙΟΥΝ, qualia fuerint, ignoratur; nec de iis quidquam conſtat, quam, ſic dicta a colore. Pauſanias. Τὸ δὲ (Παράβυσον) ἀπὸ τῦ σχήματ῝ῳ ἔχ῝ι τὰ ὀνόματα· Βατραχιῶν δὲ, καὶ Φοινικιῶν, ἀπὸ τῶν χρωμάτων. τὸ δὲ κὐ ἐς τόδε διαμεμένηκεν ὀνομάζεσθ῝ι. *Hoc (Parabyſtum) a loci forma nomen habet; Batrachium vero, ac Puniceum, a colore, quem referrent; eorumque in hunc uſque diem nomina permanſerunt.* ΩΔΕΙΟΝ. Suidas in hac dictione. Ε'ϛὶ δὲ ἐν αὐτῷ δικαστήριον τοῦ ἄρχοντ῝ος. *Eſt in eo tribunal archontis.* Sed archontis anne hic tribunal, Suida? Nego omnino. Nam odei, & archontis, tribunalia clare Comicus diſtinguit Veſpis.

Οἱ μὲν ἡμῶν, ἔπερ ἄρχων· οἱ δὲ, παρὰ τοὺς ἕνδεκα
Οἱ δ' ἐν Ω'δείῳ δικάζυσ'· οἱ δ' ἐ, πρὸς τοῖς τειχίοις.

Quidam noſtrum, ubi archon; quidam apud Vndecimviros;
Quidam, in Odeo ius dicunt; quidam, apud muros.

Quin tu ipſe alibi dicis, ad heroum Eponymorum ſtatuas eum conſediſſe, ac ius dixiſſe. Verba tua iſta. Ο' ἄρχον (καθῆϛο) παρὰ τὺς ἐπωνύμυς. *Archon, (ſedebat) iuxta Eponymos.* Atque hic verum autumare te exiſti-

ſtimo. Dictum autem in Odeo ius fuiſſe, etiam Demoſthenes indicat Orat. in Neaeram. Λαχόντ@ δὲ τῦ Στεφάνυ αὐτῷ σίτυ δίκλυ εἰς Ω'δεῖον τῆς προικὸς κατὰ νόμον, ὃς κελεύει ἐὰν ἀποπέμπῃ τὴν γυναῖκα, ἀποδιδόναι τὴν προῖκα· ἐὰν δὲ μὴ, ἐτ' ἐνιέα ὀβολοῖς τοκοφορεῖν, καὶ σίτου εἶναι Ω'δεῖον εἶναι δικάζεσθαι ὑπὲρ τῆς γυναικὸς τῷ κυρίῳ. *Quum Stephanus ei diem dixiſſet de victu apud Odeum dotis nomine, ex lege, quae iubet: Si dimiſerit quis uxorem, reddat dotem; ſin minus, novem obolos uſuram pendat; & curatori mulieris pro ea de victu ad Odeum detur actio* (a). ΘΗΣΕΙΟΝ. Etiam ad fanum Theſei locum fuiſſe iuri dicundo, ait Etymologici auctor in Θησεῖον. Ε'λέγοντο δὲ κ) δίκαι ἐνταῦθα. *Agebantur vero etiam hic cauſae.* Puto autem hoc Theſeum hic intelligi, quod ad longos muros erat; nam, quum fana Theſei in Vrbe multa eſſent, unum ex iis ad hos muros exſtitiſſe, doceo in Athenis Atticis lib. II. cap. v. Atque hoc intelligi putem ab Ariſtophane in Veſpis in citato ſtatim verſu.

Οἱ δ', ἐν Ω'δείῳ δικάζυσ'· οἱ δὲ, πρὸς τοῖς τειχίοις.

Quidam, in Odeo ius dicunt; quidam, apud muros.

Ad haec Novemviri quatuor diverſis locis ius dicebat; Archon quidem, ad Eponymos; Rex ſacrorum, ad Bucoleum; Polemarchus in Lyceo; Theſmothetae, ad Theſmotheſium. Suidas in A''ρχων. Ο' μὲν βασιλεὺς, καθῆτο παρὰ τῷ καλυμένῳ Βυκολείῳ· ὁ δὲ πολέμαρχ@, ἐν Λυκείῳ· κ) ὁ ἄρχων, παρὰ τὺς Ε'πωνύμυς· οἱ θεσμοθέται, παρὰ τὸ Θεσμοθέσιον. *Rex quidem, ad ius dicendum conſidebat ad Bucoleum, quod vocatur; Polemarchus in Lyceo; Archon vero, ad Eponymos; Theſmothetae, ad Theſmotheſium.* De archonte, & eius iurisdictione, & locus Ariſtophanis capiendus, quem citavi paulo ante. Bucolei, ad quod Regem ius dixiſſe indicavi, meminit Pollux lib. VIII. cap. IX. ſect. XXXI. Οἱ φυλοβασιλεῖς, ἐξ εὐπατριδῶν δὲ ὄντες, μάλιστα τῶν ἱερῶν ἐπεμελῦντο, συνεδρεύοντες ἐν τῷ βασιλείῳ, τῷ παρὰ τὸ Βυκολεῖον. *Tribuum Reges, qui e patritiis erant, potiſſimum ſacra adcurabant, conſidentes in curia Regia, quae eſt iuxta Bucoleum.* De Lyceo Polemarchi eſt, & in Heſychii Gloſſis. Ε'πιλύκιον, ἀρχεῖον τ πολεμάρχων Α'θήνησιν. *Epilycium eſt Athenis Polemarchorum archivum.* Verum errat, mendo inductus; quum Ε'πιλύκιον, *Epilycium*, pro ἐπὶ Λύκειον, *ad Lyceum*, apud Auctorem aliquem ſcriptum a librario oſcitante inveniſſet. Habes ecce, tribunalia univerſim decem & novem; e quibus priora decem deſtinata gravioribus iudiciis, ea fuerint, quae diſtinta literis ſuis memoravimus. De Ardetto, lapſum exiſtimo Pollucem; neque enim, qui ius ibi dictum tradat, praeter eum invenitur; ac conſtanter alii dicunt, tantum iſthic iuſiurandum a iudicibus datum eſſe. De Batrachio, ac Puniceo, Odeoque, & Theſeo, hoc tenendum, res minores illic agitari ſolitas, ideoque ignobiliora habita. Certe qui Batrachii quoque mentionem ullam faciat, aut Punicei, ſi Pauſaniam excipias, non eſt facile invenire. Quae ſuperſunt quatuor Novemvirorum, ea poſtea ſublata a Solone, qui deinde in unum locum ad ius dicendum convenire eos iuſſit. Suidas in A''ρχων, ubi de illis verba facit. Καὶ πρὸ μὲν τῶν Σόλων@ νόμων, οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς ἅμα δικάζειν. ἀλλ' ὁ μὲν βασιλεὺς, καθῆτο παρὰ τῷ καλυμένῳ Βυκολείῳ, & quae ſequuntur, paulo ante iam citata. *Et quidem, ante Solonis leges, non licebat ipſis una ius dicere; ſedebatque Rex, ad Bucoleum, quod vocatur, &c.* Hoc ipſum eſt, quod a Diogene Laertio traditur in Solone lib. I. Καὶ πρῶτ@ τὴν συναγωγὴν τῶν ἐννέα ἀρχόντων ἐποίησε, εἰς τὸ συνειπεῖν. *Ac Novemviros primus convenire fecit, ut ſententiam ſimul ferrent.* Atque haec ſunt, quae de Areopago mihi, & iudiciis item aliis, quibus uſi Athenienſes, obſervata. Ea tibi ſi accepta, ut futura eſſe ſpero, benigne lector, bene habet; iamque operae pretium tuli [b].

(a) De Odeo conſule *Athenas Atticas Tom. I.* in quo habes & Odei imaginem ex VVhelero deſumtam.

(b) Quum de Tribunalibus, Foriſque Athenienſium quaedam eruditiſs. *Sam. Petitus* egregie diſſertet, quae huic poſtremo Capiti lucem nonnullam foenerare poſſe videantur, ea huc ex illius in Leges Atticas Commentario transferre lubuit, ut ab erudito Lectore cum Meurſianis contendi poſſint, &, ſiqua indigent, mutuo corrigi, ſuppleri, illuſtrari. *Varia erant*, inquit, *apud Athenienſes Fora, atque Tribunalia, nam, ut mittam illa quinque in quibus iudicabant de furtis manifeſtis, alia erant Tribunalia, in quibus iudicabant de publicis. Decem Tribunalia, ſive Fora fuiſſe docent Comici Interpretes ad Plutum, inſcripta ſingula una harum decem literarum, A, B, Γ, Δ, E, Z, H, Θ, I, K. Athenienſes, qui vellent iudiciis reddundis vacare, nomina ſua dabant tabellae inſcripta adſcripto patris populique nomine; totidem quoque erant tabellae, quarum aliae aliis harum decem literarum eſſent notatae, pro numero ſcilicet eorum, qui in hoc vel illo Foro eſſent iudicaturi; atque ita fiebat, ut prout quiſque hanc aut illam literam ſortiretur, ita huic, aut illi Foro iudex traderetur; quicumque autem literae ſortem nactus erat, Fori eius praeconi oſtendebat; praeco tabellam ei dabat, in qua nomen illius, itemque Fori inſcriptum, itemque virgam cum eodem Fori nomine; quibus poteſtatem iudicandi adipiſcebatur καὶ τὸ δικαστικόν. Si quis autem, qui ſortitus non eſſet, inter Iudices ſedere vellet, multabatur:* Ε'ν ταῖς Α'θήναις πολλὰ ἦν δικαστήρια, καὶ ἐν τισι μὲν, ἐδίκαζον περὶ φονικῶν πραγμάτων· ἐν τισι δὲ, περὶ δημοτικῶν, καὶ ἑκάστου δὲ τυτων εἶχεν ἓν τι τῶν φονικῶν ἰδικὸν, οἷον, ἦν τι τῶν δικαστηρίων λεγόμενον ΑΛΦΑ. ὁμοίως ἄλλο λεγόμενον ΒΗΤΑ. ἄλλο ΓΑΜΜΑ. καὶ ἑξῆς τὸ Δ, καὶ τὸ Ε, καὶ ἑως τῦ Κ. δίκα γὰρ ἦν τὰ δικαστηρια ἐν Α'θήναις. καὶ πρὸ θυρῶν δὲ ἑκάστου δικαστηρίου, ἐγεγραπτο τυρρῆ βάμματι τὸ στοιχεῖον, ᾧ τινι τὸ δικαστηριον ὠνομάζετο. ἤρχετο δὲ ἑκαστος εἰς τὸ πινάκιον ἔχων ἐπεγεγραμμένον ὄνομα αὐτοῦ, καὶ πάτρωδεν, καὶ τῦ δήμου, καὶ κλήρους ἔβαλλον. καὶ ὅς τις ἂν κλῆρον ἐκλειῶτο ἔχοντα τὸ Α, ἀπήρχετο εἰς τὸ Α δικαστήριον. ὁμοίως δὲ εἰς τὸ Β. καὶ τὰ ἑφεξῆς. ἀπήρχετο δὲ, καὶ πρῶτον μὲν ἐδίκευε τῷ κήρυκι τοῦ δικαστηρίυ τ κλῆρον τοῦ στοιχείου. ὁ δὲ κῆρυξ λοιπὸν ἐδίδου αὐτῷ τὸ πινάκιον, ἐν ᾧ ἐγγεγραμμένον ἦν τὸ ὄνομα αὐτοῦ κ) τοῦ δικαστηρίυ, ἐδίδε, κ) τὴν ῥαῤδὸν ἅμα καὶ τῷ πινακιδίῳ, καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ῥαῤδῷ ἦν τὸ ὄνομα τοῦ δικαστηρίυ ἐγεγραμμένον, εἶτα ἵστως ἐδίκαζον. εἰ δὲ τις δίκαιος εἰσῆει μὴ κληρωθεὶς εἰς τὸ δικαστηριον, διαφέρως ἠζημιοῦτο. *Ad haec adludit Comicus Pluto.*

Ε'ν τῇ σοφῇ γοὖν καχὴν τὸ γράμμα σε δικάζειν.

Σὺ δ' ὑ βαδίζεις· ὁ δὲ Χάρων τὸ ξύμβολον δίδωσιν.

Ab hoc Tribunalium decem numero putem natum Proverbium: Λύκου δικάς. παρεμιῶδες, ἐκιδαι Λύκος ὁ Η''ρως πρὸς τοὶς ἐν Α'θήναις δικαστηρίοις ἱδρυτο, τοῦ θηρίου την μορφην ἔχων. ἔνθα οἱ δωροδοκοῦντες καὶ συκοφάνται κατὰ δίκα γινόμενοι συνεῤῥιφοντο. Harpocration: Λύκος ἐστὶν Η''ρως πρὸς τοὶς ἐν Α'θήναις δικαστηρίοις τοῦ θηρίυ μορφην ἔχων· πρὸς ὃν οἱ δορωδοκοῦντες κατὰ δίκα γιγνόμενοι συνεῤῥιφοντο. *Hic enim* κατὰ δίκα *ad decem illa dikaſteria, ad quorum ſingula* Λυκος ὁ Η''ρως ἱδρυτο, *refertur, non autem ad* τοὺς δωροδοκοῦντας, *quaſi decem tantum numero eſſent. Sed videamus quaenam fuerint haec decem Tribunalia. Olim quinque Tribunalibus* περὶ φονικῶν πράγματων *adſcripti erant Ephetae.* Pollux Libro VIII. Cap. X. Ε'φεται, τὸν μὲν ἀριστίνδην εἷς καὶ πεντηκοντα. Δράκων δ' αὐτὸς κατέστησεν, ἀριστίνδην αἱρεθέντας. ἐδίκαζον δὲ τοῖς ἐφ' αἵματι δικομένοις, ἐν τοῖς πέντε δικαστηρίοις. *Ephetae hi, ut habes in verbis Pollucis, eligebantur ἀριστίνδην, non autem ſorte capiebantur; ſed uni ex his quinque Tribunalibus, nempe Areopagitico, adſcripſit Solon iudices, qui Areopagitici dicti ſunt, ita ut quatuor tantum reliquis Ephetas adſcripſerit;* addit Pollux: Σόλων δ' Ε'φέτας πρεκατέστησε τὴν ἐξ Α'ρείυ πάγυ βουλήν.

Sed

Digitized by Google

Sed non multo poſt Ephetae deridiculo fuerunt. Pollux: κατὰ μικρὸν δὲ κατεγελάσθη τὸ τῶν Ἐφετῶν δικαστήριον. *Itaque his quatuor Tribunalibus alii dati ſunt Iudices, ſorte capti, ut omnino liquet e verbis Scholiaſtae Comici, quae deſcripſimus. Inter haec igitur aecem Tribunalia, quorum Iudices ſorte legebantur, recenſenda ſunt quatuor iſta* περὶ φονικῶν πραγμάτων, *Tribunal* τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ, *Tribunal* τὸ ἐπὶ Διὶ Φυλίῳ, *Tribunal* τὸ ἐπὶ Πρυτανείῳ, *quartum denique Tribunal* τὸ ἐν Φρεάττοι. *Superſunt igitur ſex Tribunalia, in* οἷς ἐδίκαζον περὶ δημοτικῶν πραγμάτων. *Quaenam iſta ſint, videamus. Occurrit primo longe celeberrimum Heliaea, deinde Trigonum, tertio Parabyſtum medium, quarto Parabyſtum maius, quinto Forum ad Lycum, ſexto Tribunal Metichi; ſeptimum quoque occurrit apud Ariſtophanem Veſpis.*

ὁ δ' αὐτῷ τυμπάνῳ
Αἴξας, ἐδίκαζεν ἐς τὸ Καινὸν ἰμπεσών.

Scholiaſtes: Τόπος ἐν τῷ δικαστηρίῳ ὕτου λεγόμενος. εἰσὶ δὲ δ', Παράβυστος, Καινὸς, Τρίγωνος, Μίσος. *Hic habes quatuor Tribunalia, nempe Parabyſtum maius, quod ſimpliciter dixit* Παράβυστος, *Parabyſtum medium, Scholiaſtae* Μίσος, *tertium eſt* Καινὸν δικαστήριον, *quartum denique Trigonum. Horum omnium, ſi* Καινὸν *excipias, meminit Pollux Libro VIII. Cap. X. ceteraque recenſet his verbis:* Γνώριμα δικαστήρια, ἡ Ἡλιαία, τὸ Τρίγωνον, ὃ μιμοῦνται Δείναρχος· μέσον Παράβυστον, μεῖζον Παράβυστον, ᾧ μείζονος δὲ μέμνηται Λυσίας. ἐν μέν τοι τῷ Παραβύστῳ, οἱ Ἐνδεκα ἐδίκαζον τὰ Μετίχου καλλίω, ὃ μνημονεύει Ἀνδροτίων. τὸ ἐπὶ Λύκῳ, καὶ Ἥρως δὲ ἵδρυται αὐτόθι ἔχων τοῦ θηρίου μορφήν. τὸ δὲ Μητίχου. *Pauſanias Atticis:* ἔστι δὲ Ἀθηναίοις καὶ ἄλλα δικαστήρια οὐκ ἐς τοσοῦτο δόξης ἥκοντα. τῶν μὲν οὖν καλουμένων Παράβυστον καὶ Τρίγωνον, τὸ μὲν, ἐν ἀφανεῖ πόλεως ὂν καὶ ἐπ' ἐλαχίστοις συνιόντων ἐς αὐτό. τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος ἔχει τὰ ὀνόματα· βατραχιοῦν δὲ καὶ φοινικιοῦν ἀπὸ χρωμάτων· τὸ δὲ καὶ ἐς τόδε διαμεμένηκεν ὀνομάζεσθαι. τὸ δὲ μέγιστον, καὶ ἐς ὃ πλεῖστοι συνίασιν, Ἡλιαίαν καλοῦσιν. *Habes hic de Heliaea, de Parabyſto, itemque Trigono; quaenam autem haec ſint duo Tribunalia,* Βατραχιοῦν, καὶ Φοινικιοῦν, *quibus nomen a colore, obſcurum, ſed mutuabuntur lucem ab his* ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ *Ariſtotelis verbis:* Τοῖς γὰρ δικαστηρίοις χρῶμα ἐπιγέγραπται ἐφ' ἑκάστῳ ἐπὶ τῷ σφηκίσκῳ τῆς εἰσόδου. ὁ δὲ λαβὼν τὴν βακτηρίαν βαδίζει εἰς δικαστήριον τὸ ὁμόχρουν μὲν τῇ βακτηρίᾳ, ἔχον δὲ τὸ αὐτὸ γράμμα ὅπερ ἐν τῇ βαλάνῳ. *Cuius vero Parabyſti, quum duo ſint, memimerit Pauſanias non dicit, colligere tamen eſt e Pollucis verbis. Scribit enim Pauſanias* Παράβυστον ἐν ἀφανεῖ πόλεως εἶναι, καὶ ἐπ' ἐλαχίστους συνιέναι ἐς αὐτό. *Tribunal eſt in obſcura urbis parte, in eoque res viles minimique momenti iudicantur. Pollucis verba indicant illud eſſe Parabyſtum medium, in quo Iudices ſedebant Vndecimviri:* Μίσον Παράβυστον, μεῖζον Παράβυστον. καὶ μείζονος δὲ μέμνηται Λυσίας· ἐν μὲν τοι τῷ Παραβύστῳ οἱ Ἐνδεκα ἐδίκαζον τὰ Μητίχου καλλίω, ὃ μνημονεύει Ἀνδροτίων. *Pollucis iſta, ἐδίκαζον τὰ Μητίχου καλλίω, inepta ſunt proculdubio, nam res maioris momenti non iudicabantur in hoc Tribunali, quam in illo, cui a Meticho cognomen: etenim conſtat,* ἐπ' ἐλαχίστοις συνιέναι ἐς Παράβυστον, *ſed viam non vidit, qua itur ad emendationem, Vir eruditiſſimus, qui deſcribit τὰ Μητίχου κακίω. Exiſtimo reponendum eſſe:* ἐν μέν τοι τῷ Παραβύστῳ οἱ Ἐνδεκα ἐδίκαζον τὰ μή τι χοῦς καλλίω. *In medio Parabyſio Vndecimviri iudicabant ea, quae ne tantillum quidem pretio unum ſuperabant Choem: Chous eſt duodecima pars Metretae vini: vaenibat autem Metretes vini duodecim drachmis. Demoſthenes:* ἐν τῷ πρὸς Φαινιππον, σὺ δὲ ἐκ τῆς ἐσχατιᾶς τῆν πωλῶν τὰς κριθὰς ὀκτωκαιδεκαδραχμοῦς, καὶ τὸν οἶνον δωδεκάδραχμον, πλατεῖς εἰκότως, ἐπειδὰν ποιῇς, σίτου μὲν μεδίμνους, πλέω, ᾧ χιλίας, οἶνε δὲ Μιτρήτας ὑπὲρ ὀκτακοσίους. *Ergo pretium Chois vini erat unius drachmae. Ac proinde res, quae ſub iudicium Vndecimvirorum in Parabyſto cadebant, non excedebant unius pretium drachmae, ſive Chois. Atque ex his praeterea liquet, in hoc Parabyſto Iudices non ſediſſe, quemadmodum in aliis Tribunalibus ſedebant capti ſorte. Fuit enim hoc Parabyſtum Vndecimvirorum Tribunal,* Παράβυστον. ὅτου ἐκαλεῖτό τι τῶν παρ' Ἀθηναίοις δικαστηρίων, ἐν ᾧ ἐδίκαζον οἱ Ἐνδεκα. Ἀντιφῶν ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα περὶ ὅρων. μνημονευουσι δ' αὐτοῦ ἄλλοι τε τῶν Κωμικῶν, καὶ Τιμοκλῆς ἐν Ὀρεσαυτοκλείδῃ. *Ex his igitur ſeptem Tribunalibus, quae recenſuimus, expungendum eſt Parabyſtum hoc; ſupererunt itaque ſex tantum, quibus adde illa quatuor, in quibus iudicia reddebantur,* περὶ φονικῶν πραγμάτων, *fient decem illa Tribunalia, in quibus ius dicunt ſorte capti ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων iudices. Horum autem Tribunalium ſex maximum fuit Heliaea. Pauſanias.* Τὸ δὲ μέγιστον, καὶ ἐς ὃ πλεῖστοι συνίασιν, καλοῦσιν Ἡλιαίαν. *Maximum dixit, meo iudicio, Pauſanias, quia de pluribus cauſis cognoſcebat, eoque nomine,* ἐς αὐτὸ πλείστοι συνίασιν. *alio, qui par fuiſſe videtur numerus Iudicum, qui in duobus ſaltem aliis Tribunalibus ſedebant, cum numero eorum, qui in Heliaea ius dicebant; nam in Heliaea erant quingenti Iudices. Pollux:* Ἡ Ἡλιαία δὲ πεντακοσίων. *Fuit & alterum Tribunal, in quo totidem erant, nam quum fieret aliquando, ut duorum Tribunalium Iudices coirent ad ius dicendum, πάλαι δὲ συνήεσαν οἱ συνδικάζοντες τὰ δικαστήρια, fiebant mille Iudices. Pollux.* Εἰ δὲ χιλίων δέοι δικαστῶν, συνίσαντο δυο δικαστήρια. *En tibi exemplum apud Demoſthenem in Timocratea.* Πρὸς δὲ τυτοις, δικαστηρίου δυοῖν εἰς ἅπα καὶ χιλίους ἐψηφισμένων. *Vlpianus:* Ἐν τοῖς μεγάλοις καὶ ἐσπουδασμένοις πράγμασι, συνήρχοντο ἐκ δύο δικαστηρίων, πληροῦντες ἀριθμὸν χιλίων καὶ ἑνός. *Habes tertium quoque Tribunal, in quo erant quoque quingenti; ſi namque mille, & quingentis Iudicibus opus foret, tria Tribunalia conveniebant. Pollux:* Εἰ δὲ πεντακοσίων, καὶ χιλίων δέοι δικαστῶν, συνίσαντο τρία δικαστήρια. *Exemplum habes apud Dinarchum:* Ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους. καὶ πεντακόσιοι, καὶ χίλιοι ὄντες, τὴν ἁπάσης τῆς πόλεως σωτηρίαν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχετε. *Item apud Plutarchum in Pericle:* Ἄγων δὲ τοῦτο μὲν ἀφεῖλε τοῦ ψηφίσματος, κρίνεσθαι δὲ τὴν δίκην ἔγραψεν, ἐν δικασαῖς χιλίοις καὶ πεντακοσίοις. *Non igitur maior fuit numerus Iudicum, qui in Heliaea ſederent, ſed longe plures, gravioreſque lites, & cauſae, quam in aliis Tribunalibus; itaque nemo non optabat ſorte legi ad hoc Tribunal. Demoſthenes.* Ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος α. ἀλλ' ὑμεῖς αὐτοὶ πάντων ἄρτι κληρουμένων Ἀθηναίων, καὶ πάντων οὖ οἶδ' ὅτι βουλομένων εἰς τυτὶ λαχεῖν τὸ δικαστήριον, μόνοι δικάζεσθ' ἡμῖν.

FINIS.

Digitized by Google

esse : ἐν μὲν τοι τῷ Παραβύσῳ οἱ Ἑνδεκα ἐδίκαζον τὰ μή τι χῶς καλλίω. *In medio Parabysio Vnaecimviri iudicabant ea, quae ne tantillum quidem pretio unum superabant Choem : Chous est duodecima pars Metretae vini : valebat autem Metretes vini quo*

τῆς ἰσχατιᾶς τῶν πωλῶν τὰς κριθὰς ἑκατοντακισχιλιάδραχμος, τὸν δὲ ἐ εἶνον δωδεκάδραχμον, πλατεῖς εἰκότως, ἐπειδὴ πολῦς, εἶτα μυριάδιμους, πλέω, ὧν χιλίας, οὗτος δὲ Μετρητὰς ὑπὲρ ἑκατοντάς. *Ergo pretium Chois vini erat unius drachmae. Ac proinde res, sub iudicium Vnaecimvirorum in Parabysio cadebant, non excedebant unius pretium drachmae, sive Chois. Atque ex his praeterea liquet, in hoc Parabysio Iudices non seuisse, quemadmodum in aliis Tribunalibus sedebant capti sorte. Fuit enim hoc Parabysium Vndecimvirorum Tribunal,* Παραβύσιον. ὅτου ἐκαλεῖτό τι τῶν τῆ Ἀθηναίοις δικαστηρίων, ἐν ᾧ ἐδίκαζον οἱ Ἑνδεκα. Λυκῶν ὁ τῷ πρὸς Νικοκλέα περὶ ὅρων. μνημονεύουσι δ' αὐτοῦ καὶ τῶν Κωμικῶν, καὶ Τιμοκλῆς ἐν Ὀρεσαυτοκλείδῃ. *Ex his igitur septem Tribunalibus, quae recensuimus, expungendum est Parabysium hoc; supererunt itaque sex tantum, quibus adde illa quatuor, in quibus iudicia reddebantur,* περὶ φονικῶν πραγμάτων, *sexta decem illa Tribunalia, in quibus ius dicunt sorte capti ἐξ ἑκάστου Ἀθηναίων iudices. Horum autem Tribunalium sex maximum fuit Heliaea. Pausanias.* Τὸ δὲ μέγιστον, καὶ ἐς ὃ πλεῖστα ἐσάγεται, καλοῦσιν Ἡλιαίαν. *Maximum dixit, meo iudicio, Pausanias, quia de pluribus causis cognoscebat, eoque nomine,* ἐς αὐτὸ πλείους ἐσάγεσθαι. *alio, qui par fuisse videtur numerus Iudicum, qui in duobus saltem aliis Tribunalibus sedebant, cum numero eorum, qui in Heliaea ius dicebant; nam in Heliaea erant quingenti Iudices. Pollux :* Ἡ Ἡλιαία δὲ πενταχοσίων. *Fuit & alterum Tribunal, in quo totidem erant, nam quum fieret aliquando, ut amplius Tribunalium Iudices coirent ad ius dicendum,* τότε δὲ συνῆσαν οἱ συνδικάζοντες τὰ δικαστήρια, *fiebant mille Iudices. Pollux.* Εἰ δὲ χιλίων δέοι δικαστῶν, σύνισταντο δύο δικαστήρια. *Exstat exemplum apud Demosthenem in Timocratea.* Πρὸς δὲ τούτοις, δικαστηρίου δυοῖν εἰς ἑκατὸν καὶ χιλίους ἐψηφισμένων. *Vlpianus :* Εἰ τῆς μεγάλης καὶ ἐκπεπλασμένους πράγμασι, σύνηρχοντο εἰς δύο δικαστήρια, πληροῦντες ἀριθμὸν χιλίων καὶ ἑνός. *Habes iterum duasque Tribunal, in quo erant quoque quingenti ; si tamen mihi, & quingentis Iudicibus opus foret, tria Tribunalia constituenda. Pollux :* Εἰ δὲ πεντακοσίων, καὶ χιλίων δέοι δικαστῶν, ἐγίνοντο τρία δικαστήρια. *Exemplum habes apud Dinarchum :* Εἰ τῷ κατὰ Δημοσθένους. καὶ πεντακοσίοις, καὶ χιλίοις οὖσι, τὸν ἀπὸ τῆς τελευτῆς σωτηρίαν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχειν. *Item apud Plutarchum in Pericle :* Ἄγων δὲ τοῦτο μὲν ἀφῖλε τὸ ψήφισμα, γράψας δὲ τὴν δίκην ἔγραψεν, ἐν δικασταῖς χιλίοις καὶ πεντακοσίοις. *Non igitur maior fuit numerus Iudicum, qui in Heliaea sedebant, id longe plures, graviores que lites, & causae, quam in aliis Tribunalibus ; itaque nemo non optabat sorte legi ad hoc Tribunal. Demosthenes.* Ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος α. ἀλλ' ὑμεῖς αὐτοὶ τοῦτον ἄρτι κληρωσάμενον Ἀθηναῖον, καὶ πάντων ὧν θεὸν ὅτι βουλόμενον τοῦτ' λαχεῖν τὸ δικαστήριον, μόνοι δικάζεσθ' ὑμεῖς.

ELEVSINIA
SIVE
DE CERERIS
ELEVSINAE SACRO, AC FESTO
LIBER SINGVLARIS.

Digitized by Google

NOB. & AMPL.
IOANNI DVVENVORDIO
Equeſtris Ordinis viro, Domino Duvenvordae, Voſcotae, &c.
ROCHO HONARDO
Supremi in Hollandia Senatus Conſiliario primario
HADRIANO PAVWIO
Equiti, Vrbis Amſtelodam. Syndico, Acad. Curatoribus. Item Amp. Prudentiſſimiſq;
PETRO DEIMANNO, AEMILIO HOGEVENIO CLEMENTI
BAERSDORPIO I. C. GERARDO LEONARTIO
Vrbis Leidenſis Conſulibus, eorum Collegis
IOANNES MEVRSIVS
Dedico, Conſecroque

VVm vos Academiae ſuae Illuſtriſſimi, ac Potentiſſimi Hollandiae, & Weſtfriſiae Ordines praefeciſſent, committendum non putavi, quin proferrem in publicum aliquid, quod & obſervantiae meae in vos monumentum eſſet, ſtudiumque illuſtrandae Academiae, in qua Profeſſorem iam novennium ago, teſtaretur. Idque facere ELEVSINIA *iſta volui; quae nunc edo, nomini veſtro conſecrata. Cupiebam paullo citius; ſed, dum me Typographus differt, mora iniecta eſt. Verum tamen, ſi placuero, ſatis adhuc maturatum; ſi diſpliceo, etiam nimis. Sed humanitas illa veſtra, aequitaſque, & in literatos amor, credere iubent; fore, ut non diſpliceat vobis, quod placere in primis opto. Quam ob cauſam, ſi potitus voto fuero, erit cur non parum mihi gratulandum exiſtimabo. Non ego anxie, aut ambitioſe nimis, nunc me commendatum eo; iſtud tantum adſevero, nullum in ordine noſtro eſſe, qui ſe vobis, ſuaque omnia, adprobari magis velit; quod ut merear, uti operam ſemper dabo; ita quoque, ſi impetravero, operae me feciſſe pretium non exiguum arbitrabor. Viri Nob. & Ampliſſimi Deum Opt. Max. rogo, uti vos quam diutiſſime ſanos, & incolumes, ſervet. Lugd. Bat. ad diem* IV. *Iun.* CIↃIↃCXIX.

AD LECTOREM.

DO tibi, benigne Lector, ELEVSINIA; quibus ſacris tota Graecia, immo orbe univerſo, nihil unquam celeboratius, ſanctiuſve, habitum fuit. Proprium de illis Opus olim Melanthius nobis dederat. Laudat ecce Athenaeus lib. III. Μελάνθιος δ' ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Ἐλευσῖνι μυςηρίων, καὶ τρίγλαν, καὶ μαινίδα, ὅτι καὶ θαλάττιος ἡ Ἑκάτη *Melanthius vero in libro de Myſteriis Eleuſiniis, mullum etiam, & haleculam, quia Hecate & marina eſt.* Et Scholiaſtes Comici Pluto. Ἦθος γὰρ ἦν, ἐν οἷς τις ἱματίοις μυηθείη, ἐκ θεῷ τινος ταῦτα ἀνατιθέναι, ὥσπερ δηλοῖ καὶ Μελάνθιος ἐν τῷ περὶ μυςηρίων. *Moris enim erat, quibus veſtibus indutus quis initiatus fuerat, eas Deo alicui conſecrare, ut etiam Melanthius in libro de Myſteriis memoriae prodidit.* Iterum Avibus. Τοῦτο οὖν ἐκήρυξαν κατ' αὐτοῦ Ἀθηναῖοι, καὶ ἐν χαλκῇ ςήλῃ ἔγραψαν, ὡς φησι Μελάνθιος ἐν τῷ περὶ μυςηρίων. *Hoc igitur publicarunt adverſus eum Athenienſes, & in aerea columna ſcripſerunt, ut Melanthius libro de Myſteriis ait.* Etiam Menander quidam. Habes apud eumdem Scholiaſten ibidem. Μένανδρος δὲ ἐν τῷ περὶ μυςηρίων προφέρεται τῆς χαλκῆς ςήλης ἀντίγραφον. *Menander vero in libro de Myſteriis aeneae columnae exemplar profert.* Item Hiceſius. Meminit Clemens in Protreptico. Σκυθῶν δὲ οἱ Σαυρομάται, ὡς φησιν Ἱκέσιος ἐν τῷ περὶ μυςηρίων, ἀκινάκῃ σέβεσιν. *Scytharum vero ii, qui Sauromatae adpellantur, ut Hiceſius in opere de Myſteriis ait, Acinacem venerantur.* Etiam Sotades. Suidas, Σωτάδης, Ἀθηναῖος φιλόσοφος, ὁ γράψας περὶ μυςηρίων βιβλίον ἕν. *Sotades, Philoſophus Athenienſis, qui de Myſteriis librum ſingularem conſcripſit.* Et Philochorus. Vide Suidam in Φιλόχορος. Quorum lucubrationes poſtquam amiſimus, animum induxi, quantum in me, hanc iacturam reſtituere. Quaeſo te, ne invidere publico velis, docte Lector, ſi tibi alia quaedam inſuper obſervata. Facile illud, in tam lato eruditionis campo; *In quo*, ut Auſonius ait, *alius alio plura invenire poteſt, nemo omnia.* Dein, ſi alibi me erraſſe deprehendes; quod non mirum in iſtis tenebris, cum ſacrorum arcanorum, tum abſtruſae antiquitatis; mone candide, & ſine ullo loliginis ſucco, quod me facere in meis vides, gratiaſque magnas agam. Quod ſi neutrum tibi in promtu, iſtis utere; & me ama, bene Rei Literariae, bene tibi, cupientem. Vale.

ELEV-

Digitized by Google

ELEVSINIA
SIVE
DE CERERIS
ELEVSINAE SACRO, AC FESTO,
LIBER SINGVLARIS.

CAPVT PRIMVM.

Eleusinia sacra, Μυστήρια dicta per excellentiam. Quanta dignitate fuerint, & qua frequentia celebrata.

Cereris Eleusinae [a] sacra, Eleusinia nuncupata, libro singulari tradita in plenam hominum Antiquitatis studiosorum cognitionem nunc proferre mihi visum. Erant vero nominis tanti, & dignitatis, ut maioris in Antiquitate omni nulla essent; adeo ut cum plura etiam plurium deorum haberentur κατ' ἐξοχὴν sola Μυστήρια sint vocata. Id passim observare apud Auctores licet. De eorum dignitate iste est Aristotelis locus Rhet. libro II. cap. XXIV. Τὰ μυστήρια πασῶν τιμιωτάτη τελετή. *Mysteria sunt omnium honoratissima festivitas.* Aristides Eleusinia. Τίς γὰρ Ἑλλήνων, ἢ τίς Βαρβάρων, οὕτω σκαιὸς, ἢ ἀνήκοος; ἢ τίς οὕτω σφόδρα ἔξω τῆς γῆς, ἢ θεῶν; ἢ, συλλήδδην εἰπεῖν, καλῶν ἀναίσθητος, πλὴν τῶν κάκις' ἀπολωλεκότων, οἱ ταῦτ' ἔδρασαν, ὅσις ὑ κοινόν τι τ' γῆς τέμενος τὴν Ἐλευσῖνα ἡγεῖτο, καὶ πάντων ὅσα θεῖ' ἀνθρώποις ταυτὸν φρικωδέστατόν τε κ' φαιδρότατον. *Quis enim Graecorum, aut quis Barbarorum ita laevus, aut imperitus? aut quis ita longe extra terram, aut deos? aut, ut breviter dicam, sine sensu rerum bonarum, praeterquam illi pessime perditi, qui haec patrarunt, qui non commune quoddam terrae delubrum Eleusinem existimaverint, & omnium, quae divina hominibus, illud maxime horridum, & splendidissimum.* Pausanias Phocicis. Οἱ γὰρ ἀρχαιότεροι τῶν Ἑλλήνων τελετὴν τὴν Ἐλευσινίαν πάντων ὁπόσα ἐς εὐσέβειαν ἥκει τοσούτῳ ἦγον ἐντιμωτέραν, ὅσῳ καὶ τοὺς θεοὺς ἐπίπροσθεν ἡρώων. *Vetustiorem enim Graecorum initia Eleusinia ex omnibus quotquot ad pietatem spectant tanto praestantiora duxerunt, quanto deus antepositos heroibus.* Praetextatus apud Zosimum lib. IV. vocat, τὰ συνέχοντα τὸ ἀνθρώπειον γένος ἁγιώτατα μυστήρια. *Conservantia humanum genus sanctissima mysteria.* Hinc Σεμνὰ Euripides dixit initio Hippolyti.

Meursii Tom. II.

(a) De Eleusine, & unde dicta sit, consule *Lib. De Populis Atticae Tom. I.*

Σεμνῶν ἐς ὄψιν καὶ τέλη μυστηρίων.
Et ad conspectum, celebritatemque augustorum mysteriorum.

Quin & inde eorum dignitas colligi potest, quod Romani ludos suos seculares, de quibus pronuntiare praeco solitus; *Tales neque visos umquam, nec videndos*; ad eorum aemulationem egerint. Herodianus libro III. Εἶδομεν δὲ ἐπ' αὐτῷ καὶ θέας τινῶν παντοδαπῶν θεαμάτων ἐν πᾶσι θεάτροις ὁμοῦ, ἱερουργίας (b) τε ἅμα παννυχίδας, ἐπιτελεσθείσας εἰς μυστηρίων ζῆλον. αἰωνίους δὲ αὐτὰς ἐκάλουν. *Vidimus vero eius tempore, & ludos quorumdam omnigenarum spectaculorum in omnibus theatris simul, sacrificia quoque, & pervigilia peracta ad mysteriorum imitationem: aeterna autem illa vocabant.* Dein, pro nominis claritate, summa etiam ea frequentia celebrata. Philostratus in Vita Apollonii lib. IV. cap. VI. Εἰς δὲ τὸν Πειραιᾶ εἰσπλεύσας περὶ μυστηρίων ὥραν, ὅτε Ἀθηναῖοι πολυανθρωπόταται Ἑλλήνων πράττουσιν. ἀνήει ξυντείνας ἀπὸ τῆς νεὼς εἰς τὸ ἄστυ. *Ad Piraeeum autem navigans circa tempus mysteriorum, quando Athenienses maxima inter Graecos frequentia faciunt, adscendebat festinans e navi ad urbem.* Immo concursum ad haec fuit ab omni Graecia. Lysias in Andocidem indicat. Καὶ τίνα γνώμην οἴεσθε ἕξειν τοὺς μύστας τοὺς ἀφικομένους, ἐπειδὰν ἴδωσι τὸν βασιλέα ὅστις ἐστὶ, καὶ ἀναμνησθῶσι πάντα ἠσεβημένα αὐτῷ; ἢ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, οἱ ἕνεκα ταύτης τῆς ἑορτῆς, ἢ θύειν εἰς ταύτην τὴν ἑορτὴν βουλόμενοι, ἢ θεωρεῖν. *Et quam opinionem putatis habituros initiatos venientes, ubi viderint regem qualis est, & in memoriam revocaverint omnia impia facta eius; aut reliquos Graecos, qui propter hoc festum, aut in hoc festo sacrificare volunt, aut sacra legatione uti.* Ac vis frequentiam istam scire? ecce tibi triginta millia, numerum finitum pro infinito, apud Herodotum lib. VIII. Ἰδὲν (c) κονιορτὸν χωρέοντα ἀπὸ Ἐλευσῖνος, ὡς ἀνδρῶν μάλιστα κη τριμυρίων. ἀποθωϋμάζειν τέ σφεας τὸ κονιορτὸν, ὅτεόν

(b) Γεωργίας.
(c) Editio Batava 1716. Ἰδὲν δὲ;

ποτε εἴη ἀνθρώπων, καὶ πρόκα τε φωνῆς ἀκούειν, καὶ οἱ φαίνεσθαι τὴν Φωνὴν εἶναι τὸν μυστικὸν Ἴακχον. εἶναι δ' ἀθανήμονα τῶν ἱερῶν τῶν ἐν Ἐλευσῖνι γινομένων τὸν Δημάρητον. *Vidisse pulverem procedentem ab Eleusine, tamquam virorum ferme triginta millium. Admiratosque fuisse illos pulverem, quorumnam hominum esset, tunc statim vocem audire illum, & visam vocem esse mysticum Iacchum* (a). *Fuisse autem ignarum sacrorum, quae in Eleusine fiunt, Demaretum.*

CAP. II.

Instituta ab Erechtheo, aut a Cadmo, Inachove; vel, ut alii volunt, Cerere; quibusque illa communicaverit. Alii ad Eumolpum referunt institutionem eorum; ac quis iste Eumolpus fuerit, quotus nominis. Suidae in re illa error, & Auctoris Etymologici. Alii Musaeum auctorem volunt.

ORigo eorum ab Erechtheo Rege fertur; quem, delata ex AEgypto Athenas magna frumenti copia, Regem ab Athenienſibus eius beneficii ergo conſtitutum, ſacra haec Cereris communicaſſe ipſis tradunt. Diodorus Siculus lib. 1. Γενομένων ὁμολογουμένως αὐχμῶν μεγάλων κατὰ πᾶσαν σχεδὸν τὴν οἰκουμένην, πλὴν Αἰγύπτου, διὰ τὴν ἰδιότητα τῆς χώρας, καὶ φθορᾶς ἐπιγιγνομένης τῶν τε καρπῶν, ἐξ Αἰγύπτου τὸν Ἐρεχθέα κομίσαι διὰ τὴν συγγένειαν σίτου πλῆθος εἰς τὰς Ἀθήνας. ἀνθ' ὧν τὸν εὖ παθόντας βασιλέα καταςῆσαι τὸν εὐεργέτην. τοῦτον δὲ παραλαβόντα τὴν ἡγεμονίαν, καταδεῖξαι τὰς τελετὰς τῆς Δήμητρος ἐν Ἐλευσῖνι, καὶ τὰ μυστήρια ποιῆσαι, μετενεγκόντα τὸ περὶ τούτων νόμιμον ἐξ Αἰγύπτου. *Quum orta esset ex omnium confessione siccitas ingens per totum fere terrarum orbem excepta AEgypto, ob proprietatem regionis, & pernicies quoque frugum accessisset, Erechtheus ex AEgypto advexisse ob consanguinitatem frumenti copiam Athenas. Pro quibus bene adfectos Regem constituisse benefactorem. Quumque ille adeptus esset imperium, ostentavisse initia Cereris Eleusine, & mysteria instituisse, transferentem illorum morem ex AEgypto.* Alii a Cadmo, & Inacho, ex AEgypto in Graeciam introducta tradunt. Epiphanius Adv. Haer. lib. 1. Ἐκεῖθεν δὲ ἀρχὴν ἔσχε τὰ παρ' Ἕλλησι μυστήριά τε καὶ τελεταί. πρότερον παρ' Αἰγυπτίοις, καὶ παρὰ Φρυξὶ, καὶ Φοίνιξι, καὶ Βαβυλωνίοις, κακίως ἐπινενοημένα, μετενεχθέντα τε εἰς Ἕλληνας ἀπὸ τῆς τῶν Αἰγυπτίων χώρας ὑπὸ Κάδμου, καὶ αὐτῷ τῷ Ἰνάχου. *Inde mysteria, & initia apud Graecos exordium sumsere; quae prius apud AEgyptios, & Phrygas, Phoenicasque, & Babylonios, male excogitata sunt, & de AEgyptiorum regione a Cadmo, & Inacho ipso ad Graecos translata.* Alii aiunt, Cererem tunc Athenas venisse, & frumenti donatione Athenienſes in illa annonae caritate ſublevaſſe; ideoque tunc illi iſta ſacra Eleuſine inſtituta, Ariſtides Eleuſinia. Ποιηταὶ, καὶ λογοποιοὶ, καὶ συγγραφεῖς πάντες ὑμνοῦσι, Κόρῃ τὴν Δήμητρα ἀφανῆ γενέσθαι χρόνον ἔσιν ὅν. Δήμητρα δ' ἐπέρχεσθαι γῆν πᾶσαν καὶ θάλατταν, ζητοῦσαν τὴν θυγατέρα, τέως μὲν οὐκ ἂν τε εἶναι εὑρεῖν. ἐλθοῦσαν δὲ εἰς Ἐλευσῖνα, τήν τε ἐπωνυμίαν ποιῆσαι τῷ τόπῳ, καὶ τὴν Κόρῃ εὑροῦσαν, ποιῆσαι τὰ μυστήρια, καὶ γενέσθαι δὴ τὸν σῖτον παρὰ μὲν ταῖν θεαῖν τῇ πόλει τῶν Ἀθηναίων. *Poetae, & Historici, & Scriptores omnes divulgant, Proserpinam Cereris non adparuisse per aliquod tempus. Cererem autem peragrasse terram omnem, & mare, quaerentem filiam, huc usque tamen non potuisse invenire. Quum vero Eleusinem venisset, & cognomen loco dedisset, & quum invenisset Proserpinam, fecisse mysteria, & contigisse frumentum ab illis quidem deabus urbi Athenienſium.* Diodorus loco citato. Καὶ τῆς θεοῦ δὲ παρουσίαν εἰς τὴν Ἀττικὴν γεγονυῖαν κατὰ τούτους τοὺς χρόνους παραδεδόσθαι κατὰ λόγον, ὡς ἂν τῶν ἐπωνύμων ταύτης καρπῶν κομισθέντων τότε εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ διὰ τοῦτο δόξαι, πάλιν ἐξ ἀρχῆς τὴν εὕρεσιν γεγονέναι τοῦ σπέρματος, δωρησαμένης τῆς Δήμητρος. ὁμολογεῖν δὲ καὶ τοὺς Ἀθηναίους, ὅτι βασιλεύοντος Ἐρεχθέως, καὶ τῶν καρπῶν διὰ τὴν ἀνομβρίαν προαναλισκομένων, ἡ τῆς Δήμητρος ἐγενέτο παρουσία πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἡ δωρεὰ τοῦ σίτου. πρὸς δὲ τούτοις αἱ τελεταὶ καὶ τὰ μυστήρια τῆς θεοῦ τότε κατεδέχθησαν ἐν Ἐλευσῖνι. *Et Deae quidem adventum in Atticam contigisse eis temporibus traditum fuisse merito, ita ut dictae ab illa fruges importatae sint tunc Athenas, & ideo putari, denuo inventionem contigisse seminis, benigne donante Cerere. Fateri etiam Athenienses, regnante Erechtheo, & frugibus ob siccitatem ante absumtis, contigisse adventum Cereris ad ipsos, & donationem frumenti. Insuper initia, & mysteria Deae tunc ostentata sunt in Eleusine.* Et, ecce, Athenienſes Cereri tribuebant. Quo pertinent iſta Iſocratis Panegyrico. Πρῶτον μὲν οὖν, ὃ πρῶτον ἡ φύσις ἡμῶν ἐδεήθη, διὰ τῆς πόλεως τῆς ἡμετέρας ἐπορίσθη. καὶ γὰρ εἰ μυθώδης ὁ λόγος γέγονεν, ὅμως αὐτὸν καὶ νῦν ῥηθῆναι προσήκει. Δήμητρος γὰρ ἀφικνουμένης εἰς τὴν χώραν ἡμῶν, ὅτε ἐπλανήθη, τῆς κόρης ἁρπασθείσης, καὶ πρὸς τοὺς προγόνους τοὺς ἡμετέρους εὐμενῶς διατεθείσης ἐκ τῶν εὐεργεσιῶν, ἃς οὐχ οἱόντε ἄλλοις, ἢ τοῖς μεμυημένοις ἀκοῦσαι, καὶ δόσης δωρεὰς διττὰς, αἵπερ μέγισαι τυγχάνουσιν ὄσαι, τούς τε καρπούς, οἱ τοῦ μὴ θηριωδῶς ζῆν ἡμᾶς αἴτιοι γεγόνασι, καὶ τὴν τελετὴν, ἧς οἱ μετέχοντες περί τε τῆς τοῦ βίου τελευτῆς, καὶ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος, ἡδίους τὰς ἐλπίδας ἔχουσιν. *Primum itaque quo primum natura nostra indiguit, ab urbe nostra profectum est. Etsi enim fabulosus sermo sit, tamen illum nunc narrare decet. Quum enim Ceres pervenisset in regionem nostram, quum errasset, Proserpina rapta, quumque erga maiores nostros benigne adfecta esset ob beneficia, quae nullis aliis nisi initiatis fas audire, & dedisset dona duo, quae maxima fuerunt, fruges* (b) *nem-*

[a] Vide inferius *Cap. XXVII.*

(b) Hinc Ceres frugifera adpellatur in Inſcriptione apud *Gudium:*

CERERI. FRVGIFERAE.
ET. LIBERO. PATRI.
CONSENTI
SACRVM

Et in alia pariter veruſta Inſcriptione apud *Gruterum pag. XXVI.* An vero hac de cauſa *Fortuna* etiam dicatur, vel Fortuna ipſa *Ceres* in Inſcriptione IV. Claſſis II. apud *Donium*, alii iudicent.

. DEM . AEDEM . FORTVNAE . CERERIS . SVA.
PECVNIA . CONSTITVIT .

Suppleo autem primum verbum ita: IDEM.

Digitized by Google

nempe, quae causa fuerunt nobis ne pecudum more vivamus, & initia, quorum qui participes sunt, & de vitae exitu, & de universo aevo dulciores spes habent. Ac primi a Cerere initia haec edocti sunt Triptolemus, Diocles, Eumolpus, & Celeus. Exstat hac de re Homeri fragmentum ex Hymno in Cererem apud Pausaniam Corinthiacis.

Δεῖξεν Τριπτολέμῳ τε, Διοκλεῖ τε πληξίππῳ,
Εὐμόλπῳ τε βίῃ, Κελεῷ θ' ἡγήτορι λαῶν.
Δρησμοσύνην ἱερῶν, καὶ ἐπέφραδεν ὄργια πᾶσιν.
Docuit Triptolemum, & Dioclem fraenatorem equorum,
Vt & robur Eumolpi, Celeumque ducem populorum,
Ministerium sacrorum, & indicavit orgia omnibus.

Clemens Protreptico Baubonem nominat, Dysaulem, Triptolemum, Eumolpum, & Eubuleum. Ὦκουν δὲ πρωικάδε τὴν Ἐλευσῖνα οἱ γηγενεῖς, Βαυβὼ, Δυσαύλης, καὶ Τριπτόλεμος. ἔτι δὲ Εὔμολπός τε, καὶ Εὐβουλεύς. *Habitabant vero tunc Eleusinem indigenae ex terra, Baubo, Dysaules, & Triptolemus. Adhaec Eumolpus, & Eubuleus.* Ac vis scire quales fuerint? Triptolemus bubulcus, Eumolpus opilio, Eubuleus subulcus. Clemens ibidem. Βουκόλος ὁ Τριπτόλεμος ἦν, ποιμὴν δὲ ὁ Εὔμολπος, συβώτης δὲ ὁ Εὐβουλεύς. *Boum pastor Triptolemus erat, ovium vero Eumolpus, suum autem Eubuleus.* Arnobius variat lib v. (a) *Qui illud temporis has partes incolebant, terrigenae, quibus nomina haec fuerunt; Baubo, Triptolemus* (b), *capellarum Dysaules custos, Eubuleus porcorum, gregis lanitii Eumolpus* (c). Alii mysteriorum originem referunt ad Eumolpum, non Cererem; a quo Εὐμολπίδαι postea Athenis dicti. Helychius. Εὐμολπίδαι, οὕτως οἱ ἀπὸ Εὐμόλπου ἐκαλοῦντο, τοῦ πρῶτον ἱεροφαντήσαντος· πολλοὶ δὲ γεγόνασιν ὁμώνυμοι Εὔμολποι. *Eumolpidae, ita vocabantur qui ab Eumolpo, primo sacrorum antistite. Multi autem fuere Eumolpi cognomines.* Sed, quum plures eo nomine, ut Hesychius clare dicit, quisnam iste Eumolpus fuit (d)? Isaacius Tzetzes ad Lycophronem potius quis non fuerit dicit, quam quis fuerit. Εὔμολπος, οὐχ ὁ Θρᾷξ, κατὰ Ἴστρον, ἀλλ' ὁ θεὶς τὰ μυστήρια, ἐκέλευε ξένους μὴ μυεῖσθαι. *Eumolpus, non ille Thrax, secundum Istrum, sed qui instituens mysteria, prohibuit ne peregrini initientur.* Item Scholiastes Sophoclis Oed. Col. Ἀξιοῦσιν ἔνιοι πρῶτον Εὔμολπον ποιῆσαι τὸν Δηϊόπης παῖδα Τριπτολέμου τὰ ἐν Ἐλευσῖνι μυστήρια, καὶ ἐκ τὸν Θρᾷκα, καὶ τοῦτο ἱστορεῖν Ἴστρον ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτάκτων. *Existimant aliqui primum Eumolpum filium Deiopes, Triptolemi nepotem, instituisse mysteria, quae in Eleusine, non autem Thracem; Illudque scribere Istrum in libro de Inordinatis.* Erat vero Eumolpus iste non Thrax, ut distingui vides; sed alius, tertius eius nominis, Musaei filius, quintus a Thrace. Accipe stemma. Eumolpus primus, Thrax origine; huius filius, Ceryx erat; huius, Eumolpus secundus; huius rursum, Antiphemus; huius, Musaeus Poeta, huius denique, Eumolpus tertius; mysteriorum, ut volunt, auctor. Docet Scholiastes Sophoclis loco citato ex Acesodoro, & Androtione. Ἀκεσόδωρος δὲ πέμπτον ἀπὸ τοῦ πρώτου Εὐμόλπου εἶναι τὸν τὰς τελετὰς καταδείξαντα, γράφων οὕτως. Κατοικῆσαι δὲ τὴν Ἐλευσῖνα ἰσορροῦσι πρῶτον μὲν τοὺς αὐτόχθονας, εἶτα Θρᾷκας, τοὺς μετὰ Εὐμόλπου παραγενομένους πρὸς βοήθειαν εἰς τὸν κατ' Ἐρεχθέως πόλεμον. τινὲς δέ φασι καὶ τὸν Εὔμολπον εὑρεῖν τὴν μύησιν, τὴν συντελουμένην κατ' ἐνιαυτὸν ἐν Ἐλευσῖνι Δήμητρι καὶ Κόρῃ. Ἀνδροτίων μὲν οὖν γράφει, οὐ τὸν Εὔμολπον εὑρεῖν τὴν μύησιν, ἀλλ' ἀπὸ τούτου Εὔμολπον πέμπτον γεγονότα. Εὐμόλπου γὰρ, γενέσθαι Κήρυκα· τοῦ δὲ, Εὔμολπον· τοῦ δὲ, Ἀντίφημον· τοῦ δὲ, Μουσαῖον τὸν ποιητήν· τοῦ δὲ, Εὔμολπον, τὸν καταδείξαντα τὴν μύησιν, καὶ ἱεροφάντην γεγονότα. *Acesodorus autem quintum a primo Eumolpo esse, qui initia constituerit, ita scribens. Narrant autem primum indigenas inhabitasse Eleusinen, dein Thraces, qui cum Eumolpo advenerunt in auxilium belli contra Erechtheum. Quidam vero dicunt, etiam Eumolpum invenisse initiationem, quae peragitur singulis annis Eleusine Cereri, & Proserpinae. Androtion quidem scribit, non Eumolpum invenisse initiationem, sed illum, qui quintus ab isto Eumolpo natus. Nam ex Eumolpo natum Cerycem. Ex eo autem Eumolpum, a quo Antiphemus, ut ex eo Musaeus Poeta, ab eoque Eumolpus, qui docuit initiationem, & antistes fuit.* Diogenes Laertius in Prooemio, Eumolpum hunc Musaei esse patrem dicit, a quo nomen datum familiae Eumolpidarum. Ἀπὸ τοῦ πατρὸς δὲ τοῦ Μουσαίου (τοῦ Εὐμόλπου) καὶ Εὐμολπίδαι καλοῦνται παρ' Ἀθηναίοις. *Porro Musaei pater (Eumolpus) Eumolpidis apud Athenienses cognomen dedit.* Male Suidas a Secundo quintum tradit. Εὐμολπίδαι, γένος ἀπὸ τοῦ Θρᾳκὸς, ὃς καὶ τὴν μύησιν εὗρεν. ἢ ἀπὸ τοῦ Μουσαίου υἱοῦ. ὃς ἦν ἀπὸ τοῦ δευτέρου πέμπτος. *Eumolpidae, genus a Thrace, qui & initiationem invenit. Aut a Musaeo filio, qui a secundo erat quintus.* Idem error Etym. quoque Auct. Εὐμολπίδαι, γένος Ἀθήνησιν. ἀπὸ Εὐμόλπου τοῦ Θρᾳκὸς, ὃς καὶ τὴν μύησιν εὗρεν. ἢ ἀπὸ τοῦ Μουσαίου, ὃς ἦν ἀπὸ δευτέρου πέμπτος. *Eumolpidae, genus Athenis. Ab Eumolpo Thrace, qui & initiationem invenit. Aut a Musaeo, qui erat a secundo quintus.* Alii rursum non Eumolpo huic tertio rem adsignant, sed Musaeo eius patri. Tertullianus Apologetico. *Orpheus Pieriae, Musaeus Athenis, Melampus Argis, Trophonius Boeotiae, initiationibus homines obligarunt.*

[a] Locus Arnobii sic restituendus ex Heraldi editione Batava anni 1651. *Atque illud temporis has partes incolebant, terrigenae; quibus nomina haec fuerant: Baubo, Triptolemus, Eubuleus, Dysaules, Eumolpus: boum iugator Triptolemus, Capellarum Dysaules &c.* Consule *Heraldum* in *Scholiis*.

[b] Heinc passim Triptolemus in Cereris curu alitibus draconibus vectus in antiquis monumentis occurrit. Consule *Tabulam nummorum Atheniensium*, quam in *I. Volumine* exhibemus; *Philipp. Bonarotam Observat. in Nummos maximi moduli Tab. XXXVII.* aliosque antiquitatis consultos.

[c] Haec omnia confirmantur nummis Eleusiniis, in quibus Ceres, curru vecta exhibetur. Eos videre est apud *Nic. Fr. Haymum* in *Thesauro Britannico*; sed & nos proferimus *Tab. I.*

[d] Arnobius loco citato illum eumdem Eumolpum lanitii gregis custodem fuisse ait: *Gregis lanitii [custos] Eumolpus, a quo & genus fluit Eumolpidarum, & ducitur clarum illud apud Cecropios nomen, & qui postea floruerunt Caduceatores, Hierophantae, atque Praecones.*

CAP. III.

Deinde ubi, & qua de causa instituta. Ceres a Celeo hospitio excepta; & ab Iambe, aut Baubone ad risum permota. Καλλίχορον *puteus Eleusine; ad quem Eleusiniae feminae primum choreas instituerunt, & hymnum deae cecinerunt; atque in illo mystas considere nefas.* Ἀγέλας πέτρα. Ἄνθινον *puteus. Eleusinii quanam conditione sese Athenienſibus subiecerint.*

ELeusine instituta, res est nota. Sed quae causa? Venit eo, Proserpinam filiam, a Plutone raptam, quaerens Ceres; ac fatigata requievit iuxta puteum, Χαλλίχορον dictum; & a Celeo (a) hospitio recepta a moerore exhilarata, atque ad risum perducta fuit. Exponit fuse Apollodorus Bibliothecae libro I. Πλούτων δὲ, Περσεφόνης ἐρασθεὶς, Διὸς συνεργοῦντος, ἥρπασεν αὐτὴν κρύφα. Δήμητρα δὲ, μετὰ λαμπάδων νυκτός τε καὶ ἡμέρας κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν ζητοῦσα περιήει. μαθοῦσα δὲ παρ' Ἑρμιονέων, ὅτι Πλούτων αὐτὴν ἥρπασεν, ὀργιζομένη θεοῖς, ἀπέλιπεν οὐρανόν. ἀκαθθᾶσα δὲ γυναικὶ, ἦκεν εἰς Ἐλευσῖνα. καὶ πρῶτον μὲν ἐπὶ τὴν ἀπ' ἐκείνης κληθεῖσαν Ἀγέλαστον ἐκάθισε πέτραν, παρὰ τὸ Καλλίχορον φρέαρ καλούμενον. ἔπειτα πρὸς Κελεὸν ἐλθοῦσα, τὸν βασιλεύοντα τότε Ἐλευσινίων, ἔνδον ὄντων γυναικῶν, καὶ λεγουσῶν τούτων παρ' αὐτὰς καθίζεσθαι, γραῖά τις Ἴαμβη, σκώψασα τὴν θεὸν, ἐποίησε μειδιάσαι. *Pluto autem, Proserpinam deperiens, adiuvante Iove, rapuit ipsam furtim. Ceres vero, cum lampadibus nocte (b), & die per universam terram illam quaerens circuibat. Edocta autem ab Hermionensibus Plutonem ipsam rapuisse, irata diis, reliquit coelum. Similisque facta mulieri, pervenit Eleusinem. Et primum quidem in petra ab illa vocatam Agelastam, resedit ad puteum Callichorum dictum. Postea ad Celeum profecta, qui tunc imperabat Eleusiniis, quum intus essent mulieres, & iuberent apud se, ut consideret, anus quaedam Iambe, deridens deam, fecit, ut rideret.* Proclus Chrestom. Gramm. Οἱ δὲ, ἀπό τινος Ἴαμβης θεραπαινίδος, Θράττης τὸ γένος. ταύτην φασὶ, τῆς Δήμητρος ἀνιωμένης ἐπὶ τῇ τῆς θυγατρὸς ἁρπαγῇ, προσελθεῖν ἐπὶ τὴν Ἐλευσῖνα ἐπὶ τῇ νῦν Ἀγελάστῳ καλουμένῃ πέτρᾳ καθημένῳ. καὶ διά τινων χλευασμάτων εἰς γέλωτα προαγάγεσθαι τὴν θεόν. *Alii vero a quadam Iambe ministra, Thracica genere. Hanc aiunt quum Ceres solicita esset de filiae raptu, venisse Eleusinem ad petram nunc Agelastam dictam. Et ob quaedam iocularia ad risum provocavisse deam.* Meminit Ovidius Fast. IV.

Sic venit ad portus, Attica terra, tuos.
Hic primum sedit gelido moestissima saxo,
Illud Cecropidae nunc quoque triste vocant.
Sub love duravit multis immota diebus,
Et lunae patiens, & pluvialis aquae.
Sors sua cuique loco est, qui nunc Cerealis Eleusis
Dicitur, haec Celei rura fuere senis (c).

Et quae plura illic sequuntur, inspicienda. Alii & a Baubone hospitio exceptam, & risum illi concitatum ferunt modo obscoeno. Clemens Protreptico. Καὶ δὴ, οὐ γὰρ ἀνήσω μὴ εἰπεῖν, ξενίσασα ἡ Βαυβὼ τὴν Δηὼ, ὀρέγει κυκεῶνα αὐτῇ. τῆς δὲ ἀναινομένης λαβεῖν, καὶ πιεῖν ὡς ἐτελέστης· πενθήρης γὰρ ἦν· περιαλγὴς ἡ Βαυβὼ γινομένη, ὡς ὑπερορᾶθεῖσα δῆθεν, ἀναςέλλεται τὰ αἰδοῖα, καὶ ἐπιδείκνυ τῇ θεῷ· ἡ δὲ τέρπεται τῇ ὄψει ἡ Δηὼ, καὶ μόλις ποτὲ δέχεται τὸ ποτὸν, ἡσθεῖσα τῷ θεάματι. *Quinetiam, non enim remittam non* [d] *dicere, hospitio excipiens Baubo Cererem, praebet illi potum mixtum. Illa vero recusante accipere, & detrectante bibere, (erat enim luctuosa) aegerrime id ferens Baubo, utpote quae esset contemta, revelat pudenda, & ostendit divae. Ceres autem oblectabatur illo visu, & vix tandem admisit potum, recreata illo spectaculo.* Et ex eo fuse Arnobius lib. v. illic videndus. Putei Callichori, ubi consedisse Ceres commemoratur, meminit quoque Nicander Theriacis.

——— τὸν μέντ' ἐρέῃ φάτις οὔνεκ' Ἀχαιὴ
Δημήτηρ ἔβλαψεν, ὅθ' ἅψεα σίνατο παιδὸς
Καλλίχορον περὶ φρεῖαρ, ὅτ' ἐν Κελεοῖο θεράπναις
Ἀρχαίη Μετάνειρα θεὴν δείδεκτο περίφρων.
——— *et huic quidem dicit fama, unde Achaea*
Ceres laesit, quum membra lesisset pueri
Callichorum circa puteum, quando in Celei stabulis
Vetusta Metanira deam excepit prudens.

Callimachus Hymno in Cererem.

Τρὶς δ' ἐπὶ καλλίστης νήσου δράμες ὀμφαλὸν Ἔννην,
Τρὶς δ' ἐπὶ Καλλιχόρῳ χαμάδις ἐκαθίσσαο Φρήτι.
Ter autem ad pulcerrimae insulae cucurristi umbilicum Ennam:
Ter ad Callichorum hunc desedisti puteum.

Inde est, quod illic primum Eleusiniae mulieres chorum instituerunt, & hymnum deae cecinerunt. Pausanias Atticis. Ἐλευσινίοις δέ ἐσι μὲν Τριπτολέμου νεὼς, ἔστι δὲ Προτυλαίας Ἀρτέμιδος, καὶ Ποσειδῶνος Πατρός. Φρέαρ τε καλούμενον Καλλίχορον, ἔνθα πρῶτον Ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χορὸν ἔστησαν, καὶ ὕσιν ἐς τὴν θεόν. *Apud Eleusinios autem est quidem Triptolemi fanum, est autem Propylaeae Dianae, & Neptuni patris. Puteusque dictus Callichorus, ubi primum Eleusiniorum mulieres chorum egerunt, & cecinerunt in laudem deae.* Iuxta hunc puteum saxum erat, in quo sedit Ἀγέλας πέτρα inde dictum. Apollodorus loco citato. Ἦκεν εἰς Ἐλευσῖνα, καὶ πρῶτον μὲν ἐπὶ τὴν ἀπ' ἐκείνης κληθεῖσαν Ἀγέλαστον ἐκάθισε πέτραν, παρὰ τὸ Καλλίχορον φρέαρ καλούμενον. *Venit Eleusinem, & primum quidem consedit in petra ab ipsa Agelasto dicta, ad puteum Callichorum vocatum.* Scholiastes Aristophanis Equitibus. Ἔστι δὲ καὶ Ἀγέλας πέτρα καλουμένη παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, ὅτου καθίσαι φασὶ Θησέα μέλλοντα καταβαίνειν

[a] Consule *Lib. I. De Reg. Athenienſ. Cap. XIV.* & *Lib. II. Capite II. & III. Tom. I.*

[b] Ceres hoc habitu exhibetur in Vasculo antiquo ex Onyche, quod ex Museo Ducis Brunvicensis edidit *Io. Henr. Eggelingius*, & commentario explicavit, quod nos quoque delineandum curavimus. Ceres quoque cum geminis facibus occurrit in Nummis M. Aurelii, & Faustinae apud *Patinum*: cum unica face apud *Bonarotam observat. in Nummos maximi moduli Tab. III.* cum tribus facibus in *Museo Florentino Tom. I. Tab. XXXVI. n. II.*

[c] *Nic. Heinsius* legendum putat:
Sors sua cuique loco est, quo nunc Cerealis Eleusin
Dicitur, hoc Celei rura fuisse senis.

[d] Superfluere videtur illud: *non*.

Digitized by Google

Dicitur, haec Celei rura fuere ſenis (c).

Et quae plura illic ſequuntur, inſpicienda. Alii & a Baubone hoſpitio exceptam, & risum illi concitatum ferunt modo obſcoeno. Clemens Protreptico. Καὶ δὴ, οὐ γὰρ ἀνετὸν μὴ εἰπεῖν, ξενίσασα ἡ Βαυβὼ τὴν Δηὼ, ὀργῇ κατεῶνα αὐτῇ. τῆς δὲ ἀναινομένης λαβεῖν, καὶ πιεῖν ὀκ ἐτελήτης· ᾠνῃήρης γὰρ ἦν· περιαλγὴς ἡ Βαυβὼ γιγνομένη, ὡς ὑπερορᾶσθαι δῆθεν, ἀνασύλλεται τὰ αἰδοῖα, καὶ ἐπιδείκνυ τῇ θεῷ· ἡ δὲ τέρπεται τῇ ὄψει ἡ Δηὼ, καὶ μόλις ποτὲ δέχεται τὸ ποτὸν, ἡσθεῖσα τῷ θεάματι. *Quinetiam, non enim remittam non* [d] *dicere, hoſpitio excipiens Baubo Cererem, praebet illi potum mixtum. Illa vero recuſante accipere, & detrectante bibere, (erat enim luctuoſa) aegerrime id ferens Baubo, utpote quae eſſet contemta, revelat pudenda, & oſtendit divae. Ceres autem oblectabatur illo viſu, & vix tandem admiſit potum, recreata illo ſpectaculo.* Et ex eo fuſe Arnobius lib. v. illic videndus. Putei Callichori, ubi conſediſſe Ceres commemoratur, meminit quoque Nicander Theriacis.

C

——— τὸν μέντ' ἐρεὲ φάτις αὖεκ' Ἀχαιὴ
Δημήτηρ ἔβλαψεν, ὅθ' ἅψεα σίνατο παιδὸς
Καλλίχορον περὶ φρῆαρ, ὅτ' ἐν Κελεοῖο γεράντναις
Ἀρχαίῃ Μετάνειρα θεὴν δείδεκτο περίφρων.

——— *et huic quidem dicit fama, unde Achaea*
Ceres laeſit, quum membra leſiſſet puri
Callichori circa puteum, quando in Celei ſtabulis
Vetuſta Metanira deam excepit prudens.

D

Callimachus Hymno in Cererem.

Τρὶς δ' ἐπὶ καλλίστης νήσου θράμες ὀμφαλὸν ἔντυναν,
Τρὶς δ' ἐπὶ Καλλιχόρῳ χαμάδις ἐκαθίσσαν Φρίκι.
Ter autem ad pulcherrimae inſulae cucurristi umbilicum Ennam:
Ter ad Callichori hunc deſedisti puteum.

Inde eſt, quod illic primum Eleuſiniae mulieres chorum inſtituerunt, & hymnum deae cecinerunt. Pauſanias Atticis. Ἐλευσινίοις δὲ ἔστι μὲν Γριτόλεως καὶ, ἔστι δὲ Πρωτυλαίας Ἀρτέμιδος, καὶ Ποσειδῶνος Πατρός. Θέαρ τε καλοῦσιν, καὶ Παρθένῳ Πατρὸς, ἐνθα πιεῖν τῶν Ἐλευσῖνι ὧν αἱ γυναῖκες χορὸν ἔστησαν, καὶ ὕσαν ἐς τὴν θεόν. *Apud Eleuſinios autem eſt quidem Triptolemi fanum, eſt autem Propylaeae Dianae, & Neptuni patris. Puteuſque dictus Callichorus, ubi primum Eleuſiniorum mulieres chorum egerunt, & cecinerunt in laudem deae.* Iuxta hunc puteum ſaxum erat, in quo ſedit Ἀγέλαστος πέτρα inde dictum. Apollodorus loco citato. Ἦλθε δὲ εἰς Ἐλευσῖνα, καὶ πρῶτον μὲν ἐπὶ τὴν ἀπ' ἐκείνου κληθεῖσαν Ἀγέλαστον ἐκάθισε πέτραν, παρὰ τὸ Καλλίχορον φρέαρ καλούμενον. *Venit Eleuſinem, & primum quidem conſedit in petra ab ipſa Agelaſto dicta, ad puteum Callichorum vocatum.* Scholiaſtes Ariſtophanis Equitibus. Ἐφ' ᾗ δὲ καὶ Ἀγέλαστος πέτρα καλουμένη παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, ὅτου καθίσας φασὶ Θησέα μέλλοντα κατεσθίειν

[c] *Nic. Heinſius* legendum putat:
Sors ſua cuique loco eſt, quo nunc Cerealis Eleuſin
Dicitur, hoc Celei rura fuiſſe ſenis.

[d] Superfluere videtur illud: *non*.

Bonarotam obſervat. in Nummos maximi moduli Tab. III. cum tribus facibus in Muſeo Florentino Tom. I. Tab. XXXVI. n. II.

νειαν εἰς ἄδυ. ὅθεν καὶ τὄνομα τῇ πέτρᾳ. ἢ ὅτι ἐκεῖ ἐκάθισεν ἡ Δημήτηρ κλαίουσα, ὅταν ἐζήτει ἡ Κόρην. *Eſt autem Agelaſtus petra vocata apud Athenienſes, ubi ſediſſe ferunt Theſeum deſcenſurum ad inferos. Vnde & petrae nomen, vel quod ibi ſederit Ceres flens, quando quaerebat Proſerpinam.* Et quae ſequuntur verbo tenus exſcripta ex citatis iam Apollodori verbis. Videndus quoque Suidas in Σαλαμῖνος, & Zenobius Cent. I. Proverb. VII. & Diogenianus Cent. I. Proverb. VIII. Proclus Chreſtom. Ταύτῃ φασὶ, τῆς Δήμητρος ἀνιωμένης ἐπὶ τῇ τῆς θυγατρὸς ἁρπαγῇ, προσελθεῖν ἐπὶ τὴν Ἐλευσῖνα, ἐπὶ τῇ νῦν Ἀγελάστῳ καλουμένῃ πέτρᾳ καθημένῃ. *Hanc ferunt, Cerere anxia ob filiae raptum, acceſſiſſe ad Eleuſinem, inſediſſe petrae, nunc dictae Agelaſtae.* Heſychius. Ἀγέλαστος πέτρα, ἐν τῇ Ἀττικῇ. ἐφ' ἧς ἐκαθέσθη ἡ Δημήτηρ, ὅτε τὴν Κόρην ἐζήτει. *Agelaſtus, petra in Attica, in qua ſedit Ceres, quum Proſerpinam quaereret.* Ovidius Saxum triſte dicitur Faſt. IV.

Hic primum ſedit gelido moeſtiſſima ſaxo,
Illud Cecropidae nunc quoque Triſte vocant.

Alii volebant, ſediſſe Cererem non in puteo Callichoro, qui Eleuſine erat, ſed in alio, extra Eleuſinem in via Megarenſi ſito, cui Ἄνθινον nomen erat. Pauſanias Atticis. Ἑτέρα δὲ ὁδὸς ἐξ Ἐλευσῖνος πρὸς Μέγαρα ἄγει. Ταύτῃ ἐρχομένοις τὴν ὁδὸν, φρέαρ ἐστὶν Ἄνθινον καλέμενον. ἐποίησε δὲ Πάμφως ἐπὶ τούτῳ τῷ φρέατι καθῆσθαι Δήμητρα, μετὰ ἁρπαγὴν (a) τῆς παιδὸς, γραὶ ἐικασμένην. *Altera via ex Eleuſine ad Megaram ducit. Hanc viam egredientibus, puteus ſe offert Floridus dictus. Finxit vero Pamphus ad illum puteum ſediſſe Cererem poſt raptum filiae, vetulae ſimilem.* Clemens Protreptico puteo Eleuſine inſediſſe deam refert, ſine eius tamen nomine. Ἀλωμένη ἡ Δηὼ κατὰ ζήτησιν τῆς θυγατρὸς τῆς Κόρης, περὶ τὴν Ἐλευσῖνα, τῆς Ἀττικῆς δέ ἐστι τοῦτο τὸ χωρίον, ἀποκάμνει, καὶ φρέατι ἐπικαθίζει λυπουμένη. *Errabunda Ceres ob inveſtigationem filiae Proſerpinae, circa Eleuſinem, Atticae autem eſt ille locus, defatigata fuit, & puteo adſedit triſtis.* Quam ob rem nec myſtis huic puteo inſidere licitum, ne lugentem imitari viderentur. Clemens ibidem. Τοῦτο τοῖς μεμυημένοις ἀπαγορεύεται εἰσέτι νῦν, ἵνα μὴ δοκοῖεν οἱ τετελεσμένοι μιμεῖσθαι τὴν ὀδυρομένην. *Illud initiatis vetari mos eſt hodieque, ne videantur conſummati imitari lugentem.* Hac itaque de cauſa Cereris ſacra, de quibus agimus, Eleuſinii acceperunt; fuitque ea res in iſtis repraeſentata. Auguſtinus De Civitate Dei lib. VII. cap. XX. *In Cereris autem ſacris praedicantur illa Eleuſinia, quae apud Athenienſes nobiliſſima fuerunt. De quibus nihil iſte interpretatur, niſi quod attinet ad frumentum, quod Ceres invenit; & ad Proſerpinam, quam rapiente Orco perdidit.* Arnobius lib. V. *Eleuſinia illa myſteria, & ſacrorum reconditi ritus, cuius memoriam continent? nonne illius erroris, quo in filiae conquiſitione Ceres feſſa, oras ut venit ad Atticas, triticeas attulit fruges?* Syneſius in Calvitii Encomio, poſtquam de frugibus quaedam dixit, addit. Ἐπὶ τούτοις Ἐλευσὶς ἄγει τὰ Δήμητρος ἀνακαλυπτήρια. *Poſt has Eleuſis celebrat Cereris arcana.* Ludens, quae μυσήρια alii, ἀνακαλυπτήρια dicit; in quibus nempe Cereris acta revelarentur. Minutius Octavio de errore Cereris ait. *Ceres, facibus accenſis, & ſerpente circumdata, errore ſubreptam, & corruptam Liberam anxia, & ſollicita veſtigat. Haec ſunt Eleuſinia.* Ac tam acriter ea ſemel accepta Eleuſinii defenderunt, ut bello cum Athenienſibus inferiores, non alia lege ſeſe iis ſubmiſerint, niſi ut iſta retinerent. Pauſanias Atticis luculentus mihi teſtis. Γενομένης δὲ Ἐλευσινίοις μάχης πρὸς Ἀθηναίους, ἀπέθανε μὲν Ἐρεχθεὺς (b), ἀπέθανε δὲ Ἰμμάραδος ὁ Εὐμόλπου. καταλύονται δὲ ἐπὶ τοῖσδε ἡ πόλεμον, ὡς Ἐλευσινίους ἐς τὰ ἄλλα Ἀθηναίων κατηκόους ὄντας, ἰδίᾳ τελεῖν τὰ τελετήν (c). *Quum autem Eleuſiniis pugna contingeret adverſus Athenienſes, occubuit quidem Erechtheus; occubuitque Immaradus Eumolpi filius: finiverunt autem hiſce conditionibus bellum, ut Eleuſinii ad alia Athenienſibus obedientes eſſent, peculiariter peragerent Initia.*

CAP. IV.

In quem finem inſtituta crederentur. Τελετὴ *cur adpellata.*

ITa autem induxerant animum, ut ad vitam corrigendam inſtituta exiſtimarent. Cicero De Leg. l. II. *Multa eximia, divinaque videntur Athenae tuae peperiſſe, atque in vitam hominum attuliſſe; tum nihil melius illis myſteriis, quibus ex agreſti, immanique vita exculti ad humanitatem, & mitigati ſumus; Initiaque ut adpellantur, ita re vera principia vitae cognovimus.* Iterum Ver. V. *Teque Ceres, & Libera, quarum ſacra, ſicut opiniones hominum, ac religiones, ferunt, longe maximis, atque occultiſſimis caeremoniis continentur; a quibus initia vitae, atque victus, legum, morum, manſuetudinis, humanitatis exempla hominibus, & civitatibus data, ac diſſpertita eſſe dicuntur.* Phurnutus, ubi de Cerere. Μυσήρια δ' ἄγειν ἤρξαντο αὐτῇ, φιλοσοφοῦντες ἅμα τῇ εὑρέσει τῶν πρὸς τὸν βίον χρησίμων, καὶ τῇ πανηγύρει χαίροντες, ὡς μαρτυρίῳ χρώμενοι, τὸ πεπαῦσθαι μαχομένους αὐτοὺς περὶ τῶν ἀναγκαίων. *Myſteria autem celebrare coeperunt illic diſſerentes ſimul cum inventione illorum, quae vitae utilia ſunt, & feſtivitate gaudentes tamquam utentes teſtimonio, quod quieverunt bellare ipſi ob neceſſaria.* Arrianus in Epictetum lib. III. cap. XXI. Ἐτὶ παιδείᾳ καὶ ἐπανορθώσει τοῦ βίου κατεσάξη πάντα ταῦτα (de myſteriis his illi ſermo eſt) ὑπὸ τῶν παλαιῶν. *Ad diſciplinam, & emendationem vitae conſtituta ſunt omnia haec ab antiquis.* Quin ideo quoque initiatio Τελετὴ dicta, quia ea quamdam quaſi perfectionem vitae adferre credebatur. Maximus Monachus in Dionyſii Areopagitae Περὶ τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας, cap. I. Τελετὴ λέγεται κατὰ τοὺς τῶν Ἑλλήνων φιλοσόφους, ἡ με-

[a] Μετὰ τὴν ἁρπάγην. Editio Lipſienſis.
(b) Deeſt: Ἀθηναίων βασιλεὺς, ex editione Lipſienſi.
(c) Non Immaradum, ſed Eumolpum in eo praelio cecidiſſe alii tradunt. Adi *Scholia Euripid.* in *Phoeniſſis*.

Digitized by Google

ἡ μετάδοσις τῶν μυστηρίων, ἅτε τελέσασα τὸν μυούμενον, καὶ τελεστικὴ τυγχάνουσα τῶν προσιόντων τοῖς τοιούτοις. *Consummatio dicitur iuxta Graecorum Philosophos, traditio mysteriorum, quia perficiunt initiatum, & consummatoria sunt illorum, qui ad haec accedunt.* Iterum in Epistolam eiusdem ad Demophilum VIII. Καὶ τελετὰς ἐκάλουν, ὡς τελέσας, καὶ εἰς τὸ τέλος ἀγούσας τοὺς τελουμένους. *Et consummationes vocarunt, utpote perficientes, & ad perfectum ducentes initiatos.* Etymologici Auctor in Τελετή. Χρύσιππος δέ φησι, τοὺς περὶ τῶν θείων λόγους εἰκότως καλεῖσθαι τελετάς. χρῆναι γὰρ τούτους τελευταίους, καὶ ἐπὶ πᾶσι, διδάσκεσθαι· τῆς ψυχῆς ἐχούσης ἔρμα, καὶ κεκραταιμένης, καὶ πρὸς τοὺς ἀμυήτους σιωτᾶν δυναμένης. μέγα γὰρ εἶναι τὸ ἄθλον, ὑπὲρ θεῶν ἀκοῦσαί τε ὀρθὰ, καὶ ἐγκρατεῖς γενέσθαι αὐτῶν. *Chrysippus autem dicit, sermones de divinis merito vocari cosummationes, oportere enim illos postremos, & post omnia addisci. Anima habente stabilimentum, & corroborata, & ad non initiatos silere valida. Magnam enim esse luctam, & de diis audivisse recta, & illorum esse tenaces* (a).

CAP. V.

Erant vero duplicia; maiora, ac minora. Et haec quidem in Herculis gratiam instituta; isque ubi initiatus.

ERant vero haec duplicia; maiora illa, de quorum institutione iam a nobis dictum; ista, minora; quorum haec origo fertur: Hercules Eurysthei iussu Cerberum ex inferis abducturus, quum descendere ad inferos, nisi initiatus, nollet, Eumolpum adit, ut ab eo initiaretur. At quum lex vetaret, peregrinum initiari, neque tamen denegare id Herculi auderet, Athenienſium amico, ac bene de illis merito, adoptavit eum Pylius, atque ita initiatus fuit. Scholiastes Homeri Iliad. Θ'. Τελεσθέντων τ' τῷ Ἡρακλέους ἄθλων ἐν μιᾷ καὶ ἕτεσιν ὀκτὼ, μὴ προσδεχόμενος Εὐρυσθεὺς τόν τε τῶν Λυγέως βοσκημάτων ἆθλον, καὶ τὸν Γ''δρας, ἐνδέκατον ἐπέταξεν ἆθλον αὐτῷ, τὸν Κέρβερον ἐξ ᾅδου κομίζειν· εἶχε δ' ὅτι τρεῖς μὲν κυνῶν κεφαλὰς, τὴν δ' ὑρὰν δράκοντος. μέλλων οὖν ἐπὶ τοῦτον ἀπιέναι, ἦλθε πρὸς Εὔμολπον εἰς Ἐλευσῖνα, βουλόμενος μυηθῆναι. ἦν δ' οὐκ ἐξὸν ξένοις τότε μυεῖσθαι, δι' ὃ γίνεται Πυλίου θετὸς υἱὸς, καὶ παραγινόμενος ἐμυεῖτο. *Quum perfecti essent Herculis labores mense, & annis octo, nec admitteret Eurystheus Augiae equorum certamen. & Hydrae, undecimum imposuit illi certamen, Cerberum ex inferno ducere. Habebat autem hic tria quidem canina capita, caudam vero draconis. Adversus hunc igitur egressurus, venit ad Eumolpum in Eleusina, cupiens initiari. Erat vero illicitum peregrinis tunc initiari, propterea factus est Pylii adoptivus filius, & accedens initiabatur.* Hinc Lycophroni Alexandra Μύστης dicitur.

Σὺν ϑηρὶ βλώξας τῷ στάσαντι δηΐας
Μύστην τροπαίας μασδὸν εὔϑηλον θεᾶς.

Cum Leone adveniens ad convellentem exuvias
Initiatum, & victricis ubera foecunda deae.

Vbi Isaacius Tzetzes. Μύστην. τῷ Ἡρακλεῖ. διότι ἐμυήϑη ἐν Ἐλευσῖνι τὰ δι' αὐτὸν λεγόμενα μικρά. Εὔμολπος γὰρ, οὐχ ὁ Θρᾴξ, κατὰ Ἴστρον, ἀλλ' ὁ θεὶς τὰ μυστήρια, ἐκέλευσε ξένους μὴ μυεῖσϑαι. ἐλϑόντος δὲ τοῦ Ἡρακλέους ἐν Ἐλευσῖνι, καὶ ϑέλοντος μυεῖσϑαι, τὸν μὲν τοῦ Εὐμόλπου νόμον φυλάττοντες, ϑέλοντες δὲ καὶ τὸν κοινὸν εὐεργέτην Ἡρακλέα ϑεραπεῦσαι, οἱ Ἐλευσίνιοι ἐπ' αὐτῷ τὰ μικρὰ ἐποιήσαντο μυστήρια. *Ad initiatum, nempe Herculem, quia initiatus est Eleusine illis, quae propter eum dicuntur minora. Eumolpus enim, non Thrax iuxta Istrum, sed qui instituit mysteria, iussit peregrinos non initiari. Eleusinii quidem legem Eumolpi servantes, volentes vero communi benefactori Herculi inservire, in eo minora peregere mysteria.* Atque haec, ut vides, minora dicta. Scholiastes quoque Aristophanis ad Plutum secundam. Μεγάλα καὶ μικρὰ μυστήρια ἐτελοῦντο ἐν Ἐλευσῖνι τῆς Ἀττικῆς. μὴ ὄντων δὲ πρότερον μικρῶν, ἐλϑόντος Ἡρακλέους, καὶ ϑέλοντος μυηϑῆναι, ἐπειδὴ νόμος ἦν Ἀϑηναίοις, μηδένα ξένον μυεῖν, αἰδεσϑέντες τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν, καὶ ὅτι φίλος τε ἦν τῆς πόλεως, καὶ υἱὸς τοῦ Διὸς, ἐποιήσαν μικρὰ μυστήρια, ἐν οἷς αὐτὸν ἐμύησαν. *Magna & parva mysteria peragebantur in Eleusine Atticae. Quum autem antea non exstitissent parva, veniente Hercule, & cupiente initiari, quoniam lex erat apud Athenienses, neminem peregrinum initiari, reveriti eius virtutem, & quod propitius fuerit urbi, & filius Iovis, egerunt parva mysteria, quibus ipsum initiaverunt.* Et alibi ad eamdem fabulam. Εἰ καὶ μικρὰ μυστήρια, γινόμενα δι' Ἡρακλέα. Ἡρακλῆς γὰρ ἐπισὰς, ἠξίου μυεῖσϑαι. ἔϑος δὲ ἦν τοῖς Ἀϑηναίοις, ξένον μὴ μυεῖν. μὴ βουλόμενοι, δὲ λῦσαι τὸ ἔϑος, μηδὲ ἀπῶσαι τὸν εὐεργέτην Ἡρακλέα, ἐπενοήσαν μυστήρια εὐμετάδοτα. *Sunt & parva mysteria, facta ob Herculem. Hercules enim accedens rogabat initiari. Mos vero erat Athenienſibus, peregrinum non initiare. Nolentes vero solvere morem, neque abigere benefactorem Herculem, excogitaverunt mysteria, quae facile communicari poterant.* Verum initiatio haec Herculis ubi facta? An non Eleusine? Videtur. Ecce Homeri Scholiasten in citatis statim verbis. Ἦλϑε πρὸς Εὔμολπον εἰς Ἐλευσῖνα, βουλόμενος μυηϑῆναι. *Venit ad Eumolpum Eleusinem, volens initiari.* Ac clare Isaacius Tzetzes. Ἐμυήϑη ἐν Ἐλευσῖνι τὰ δι' αὐτὸν λεγόμενα μικρὰ μυστήρια. *Initiatus est Eleusine mysteriis, quae propter eum parva vocantur.* Tamen alii Melitae accidisse tradunt. Aristophanis Scholiastes Ranis. Ἡ μελίτη δήμου τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾗ ἐμυήϑη Ἡρακλῆς τὰ μικρὰ μυστήρια. *Meli-*

[a] Hinc inter maxime veneranda sacra haec ponit *Galenus Libro VII. De usu partium &c.* Καὶ τὸ δοκοῦν αὐτῷ σμικρὸν εἶναι πρότερον, ἢ περὶ χρείας μορίων πραγματεία ϑεολογίας ἀκριβοῦς ἀληϑὰς ἀρχὴ κατασήσεται, πολὺ μειζόνος τε καὶ πολὺ τιμιωτέρου πράγματος ὅλης τῆς ἰατρικῆς. ὑκοῦν ἰατρῷ μόνον ἡ περὶ χρείας μορίων ἐστὶ πραγματεία χρησίμη, πολὺ δὴ μᾶλλον ἰατρῷ φιλοσόφῳ, τῆς ὅλης φύσεως ἐπιστήμην κτήσασθαι σπεύδοντι, καὶ κατ' αὐτὴν χρὴ τελεῖσθαι τὴν τελευτὴν, ἅπαντας γάρ, ὡς οἶμαι, καὶ κατ' ἔϑνος, καὶ κατ' ἀριϑμὸν ἀνϑρώπους, ὅσοι τιμῶσιν ἑαυτοὺς, ὠδὲν ὅμοιον ἔχουσι, Ἐλευσινίοις τε καὶ Σαμοθρᾳκίοις ὀργίοις. *Nemini esse dubium potest ista verba, ὅσοι τιμῶσιν ἑαυτοὺς mendosa esse; itaque corrigunt ὅσοι τιμῶσιν ϑεοὺς, non magis, si quid iudico, ad Galeni mentem; emendandum putamus, ὅσοι τι μωῶσιν ἑαυτούς. Dixerat Galenus cognitionem, quae de Deo habetur ex usu partium corporis humani eam esse, καθ' ἣν χρὴ τελεῖσθαι τὴν τελετὴν, atque adeo praestantissimam esse τελετὴν, ut si qui sacra suscipiant, huic τελετῇ nihil par, ne in ipsis quidem Eleusiniis, aut Samothraciis orgiis, reperiant. Sam. Petitus.*

Digitized by Google

Melite populus Atticae, apud quem Hercules initiatus est parvis mysteriis. Et magna Cereri, minora Proserpinae propria esse credebantur. Scholiastes Comici ad citatam Plutum. Ἦσαν δὴ τὰ μὲν μεγάλα (μυστήρια) τῆς Δήμητρος. τὰ δὲ μικρὰ, Περσεφόνης τῆς αὐτῆς θυγατρός. *Erant magna autem (mysteria) Cereris. Parva vero, Proserpinae eius filiae.*

CAP. VI.

Loco utraque diverso acta. Clementis locus emendatus. Etiam tempore. Viri magni lapsus indicatus. Galeni dissensus.

SEd neque in eodem loco celebrari utraque solita. Maiora enim Eleusine, minora Agris habebantur. De maioribus res vulgata est; de minoribus ecce istum Stephani locum. Ἄγρα, καὶ Ἄγραι, χωρίον, ἐνικῶς καὶ πληθυντικῶς. ἔστι δὴ τῆς Ἀττικῆς (a), πρὸ τοῦ ἄστεως, ἐν ᾧ τὰ μικρὰ μυστήρια ἐπιτελῶνται. *Agra & Agrae, locus singulariter, & pluraliter. Est autem Atticae, ante urbem, in quo parva mysteria celebrantur.* Itaque haec etiam τὰ ἐν Ἄγρᾳ, vel ἐν Ἄγραις adpellata. Eustathius ad Iliad. Ϛ'. Ἔτι δὲ καὶ Ἀγροτέρα Ἄρτεμις, ὡς καὶ ὁ Κωμικὸς δηλοῖ, ἣ καὶ Ἀγραία παρὰ Πλάτωνι κατὰ Παυσανίαν, ὅπου χώρας πρὸς τῷ Ἰλισσῷ· ἧς κλῆσις (b) Ἄγρα, καὶ Ἄγραι. ἃ τὰ μικρὰ (c) ἡγετό φησι μυστήρια, ἃ ἐλέγετο τὰ ἐν Ἄγραις (d). *Adhuc autem & Agrotera Diana, ut Comicus etiam indicat, quae, & Agraea apud Platonem secundum Pausaniam, ab loco ad Ilissum. Nomen Agra est, & Agrae. Ubi parva agebantur, dicit, mysteria, quae dicuntur in Agris.* Corruptus est hac de re insignis Clementis locus in Protreptico. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἐπὶ Σάγρᾳ μυστήρια, καὶ τὰ ἐν Ἀλιμοῦντι τῆς Ἀττικῆς, Ἀγῆνησιν παρώρισαι. *Sed illa quidem in Sagra mysteria, & quae in Alimunte Atticae, loca Athenis vicina.* Restituendum omnino censeo. Τὰ μὲν ἐπὶ Ἄγρᾳ (e) μυστήρια. *Illa quidem in Agra mysteria (f).* Porro ut non unus utrisque locus fuit, ita nec tempus; nam maiora, Boedromione mense; minora, Anthesterione acta [g]. Plutarchus Demetrio. Τὰ μικρὰ (μυστήρια) τῷ Ἀνθεστηριῶνι ἐτελοῦντο, τὰ δὲ μεγάλα, τῷ Βοηδρομιῶνι. *Parva (mysteria) mense Anthesterione peragebantur; Magna vero Boedromione.* De maioribus est videre apud Demosthenem Olynth.

[a] *Thomas de Pinedo* legit locum Stephani: ἔστι καὶ τῆς Ἀττικῆς πρὸ τῆς Ἰλίσσου πόλεως: *Est & Atticae ante Ilissum urbem*; ubi Stephanum erroris arguit, quod Ilissum urbem dixerit, quum fluvius sit.

[b] Editio *Politi* pag. 783. habet ᾗ κλῆσις, quod a doctissimo Interprete corrigitur: sed vel ante *Meursium* correxerat, vel aliter legerat.

[c] Edit. ead. ibid. οὗ τὰ μικρὰ τῆς Δημήτρος &c.

[d] Ibid. τὰ ἐν Ἄγραις, quod *Alex. Politus* iure probat ex iis, quae sequuntur: ὁμοῖος τῷ ἐν Ἀσκληπιοῦ.

(e) *Politus* maluisset restituere: τὰ μὲν ἐν Ἄγραις μυστήρια, καὶ τὰ ἐν Ἀλιμοῦντος *Eustathius* vestigiis insistens.

(f) Consule *Lib. De Pop. Attic. in* Ἄγρα *Tom. I.*

[g] Quum saepe in posterum mensium, & dierum, quibus festa, & ludi apud Athenienses celebrabantur, mentio occursura sit: operae pretium me facturum existimo si Kalendarium Atticum ab eruditissimo *Sam. Petito* concinnatum hic adscribam: unde ex eo non modica utilitas, atque commoditas Lectoribus nostris accedet.

Δευτέρα. Ἕνη καὶ νέα. Τρίτη. Δευτέρα. Ἕνη καὶ νέα.

KALENDARIVM ATTICVM.

HEKATOMBAEON.	METAGITNION.
Πρώτη ἰσαμένου. Πρυτανεία, πρώτη.	Πρώτη ἰσαμένου. Κυρία ἐκκλησία III.
Τρίτη.	Δευτέρα.
Τετάρτη.	Τρίτη.
Πέμπτη.	Τετάρτη. Κυρία ἐκκλησία IV.
Ἕκτη.	Πέμπτη.
Ἑβδόμη.	Ἕκτη.
Ὀγδόη. Κάθοδος Θησέως εἰς Ἀθήνας.	Ἑβδόμη. Πρυτανείου δευτέρα.
Ἐνάτη.	Ὀγδόη.
Δεκάτη.	Ἐνάτη.
Πρώτη μεσοῦντος.	Δεκάτη.
Δευτέρα. Κυρία ἐκκλησία I.	Πρώτη μεσοῦντος.
Τρίτη. Κρόνια.	Δευτέρα.
Τετάρτη.	Τρίτη.
Πέμπτη.	Τετάρτη.
Ἕκτη. Μητοίκια.	Πέμπτη.
Ἑβδόμη.	Ἕκτη.
Ὀγδόη.	Ἑβδόμη. Κυρία ἐκκλησία I.
Ἐνάτη.	Ὀγδόη.
Εἰκάς.	Ἐνάτη.
Δεκάτη φθίνοντος. Κυρία ἐκκλησία II.	Εἰκάς.
Ἐνάτη.	Δεκάτη. φθίνοντος.
Ὀγδόη.	Ἐνάτη.
Ἑβδόμη.	Ὀγδόη.
Ἕκτη.	Ἑβδόμη.
Πέμπτη.	Ἕκτη.
Τετάρτη.	Πέμπτη. Κυρία ἐκκλησία II.
Τρίτη. Παναθήναια.	Τετάρτη.

BOEDROMION.	PYANEPSION.
Πρώτη ἰσαμένου.	Πρώτη ἰσαμένου.
Τρίτη.	Δευτέρα. Κυρία ἐκκλησία II.
Τετάρτη.	Τρίτη.
Πέμπτη.	Τετάρτη.
Ἕκτη. Νίκη ἐν Μαραθῶνι.	Πέμπτη.
Ἑβδόμη. Κυρία ἐκκλησία III.	Ἕκτη.
Ὀγδόη.	Ἑβδόμη. Πυανέψια.
Ἐνάτη.	Ὀγδόη.
Δεκάτη. Κυρία ἐκκλησία IV.	Ἐνάτη.
Πρώτη μεσοῦντος.	Δεκάτη.
Δευτέρα. Χαρισήρια ἐλευθερίας	Πρώτη μεσοῦντος. Ἄνοδος εἰς τὰ Θεσμ.
Τρίτη.	Δευτέρα. Κυρία ἐκκλησία III.
Τετάρτη.	Τρίτη.
Πέμπτη. Ἀγυρμός. Μυστήρια.	Τετάρτη. Θεσμοφόρια.
Ἕκτη. Μυστήρια.	Πέμπτη. Θεσμ. Κυρία ἐκκλ. IV.
Ἑβδόμη. Μυστήρια.	Ἕκτη Θεσμοφόρια Νηστεία.
Ὀγδόη. Μυστήρια.	Ἑβδόμη. Θεσμοφόρια.
Ἐνάτη. Μυστήρια.	Ὀγδόη. Πρυτανεία τετάρτη.
Εἰκάς. Μυστήρια. Ἴακχος.	Ἐνάτη.
Δεκάτη φθίνοντος.	Εἰκάς.
Ἐνάτη.	Δεκάτη φθίνοντος.
Ὀγδόη. Κυρία ἐκκλησία I.	Ἐνάτη.
Ἑβδόμη.	Ὀγδόη.
Ἕκτη.	Ἑβδόμη,
Πέμπτη.	Ἕκτη.
Τετάρτη.	Πέμπτη.
Τρίτη.	Τετάρτη.
Δευτέρα.	Τρίτη. Κύρια ἐκκλησία I.
Ἕνη καὶ νέα.	Δευτέρα.
	Ἕνη καὶ νέα. Καλκεῖα.
ΒΟΗΔΡΟΜΙΑ.	ΑΠΑΤΟΥΡΙΑ.

MAEMACTERION.	POSIDEON.
Πρώτη ἰσαμένου.	Πρώτη ἰσαμένου.
Τρίτη.	Δευτέρα.
Τετάρτη.	Τρίτη.
Πέμπτη.	Τετάρτη. Κυρία ἐκκλησία I.
Ἕκτη.	Πέμπτη.
Ἑβδόμη.	Ἕκτη.
Ὀγδόη. Κυρία ἐκκλησία II.	Ἑβδόμη.
Ἐνάτη.	Ὀγδόη.
Δεκάτη.	Ἐνάτη.
Πρώτη μεσοῦντος.	Δεκάτη.

Διυτέρα.

Digitized by Google

Olynth. III. ubi, poſtquam Boedromionem dixit, ita inquit. Τούτου τοῦ μηνὸς μόλις μετὰ τὰ μυστήρια δέκα ναῦς ἀπεστείλατε. *Hoc menſe fere poſt myſteria decem naves miſiſtis.* Plutarchus Phocione. Ἐνίκων ἦ μεγάλοις μυστηρίοις, καὶ παρεῖχεν οἰνοχόημα Χαβρίας Ἀθηναίοις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Βοηδρομιῶνος. *Magnorum autem myſteriorum tempore vicerunt, & praebuit vinum congiarium Chabrias Athenienſibus ſingulis annis, ſexto & decimo die Boedromionis.* Et ſignificat haec ipſa in Alexandro. Ἡ μὲν οὖν σελήνη τοῦ Βοηδρομιῶνος ἐξέλιπεν, περὶ τὴν τῶν μυστηρίων τῶν Ἀθήνησιν ἀρχήν. *Luna itaque menſe Boedromione defecit circa myſteriorum Athenis initium.* Item Theophraſtus in Eth. Char. cap. Περὶ ἀδολεσχίας. Καὶ ὡς Βοηδρομιῶνος μέν ἐστι τὰ μυστήρια, Πυανεψιῶνος δὲ Ἀπατούρια, Ποσιδεῶνος δὲ κατ' ἀγροὺς [a] Διονύσια. *Et quemadmodum menſe Boedromione myſteria ſunt, Pyanepſione vero Apaturia, Poſideone autem in agris Dionyſia.* Pertinentque huc iſta Ariſtidis in Eleuſinia. Καὶ δὴ προσάγει μὲν, ὦ γῆ καὶ θεοὶ, τὰ μυστήρια. Βοηδρομιὼν δ' ἔστι· ἑτέρας τὰ νῦν δεῖται βοῆς. *Et adpropinquant quidem, o tellus diique, myſteria. Boedromion vero hic, ut nunc eſt, alio clamore indiget.* De minoribus clarus eſt Plutarchi locus in Demetrio, quem citavi; & memoria labitur vir magnus, qui Pyanepſioni adſcribit. Capiendus autem de iis Philoſtrati locus De Vita

Δευτέρα.	Πρώτη μισοῦντος.
Τρίτη.	Δευτέρα.
Τετάρτη.	Τρίτη. Κυρία ἐκκλησία II.
Πέμπτη.	Τετάρτη.
Ἕκτη.	Πέμπτη.
Ἑβδόμη.	Ἕκτη.
Ὀγδόη. Κυρία ἐκκλησία III.	Ἑβδόμη.
Ἐνάτη.	Ὀγδόη.
Εἰκάς.	Ἐνάτη.
Δεκάτη φθίνοντος. Κυρία ἐκκλησία IV.	Εἰκάς.
Ἐνάτη.	Δεκάτη φθίνοντος.
Ὀγδόη.	Ἐνάτη.
Ἑβδόμη. Πρυτανεία πέμπτη.	Ὀγδόη. Κυρία ἐκκλησία III.
Ἕκτη.	Ἑβδόμη.
Πέμπτη.	Ἕκτη.
Τετάρτη.	Πέμπτη. Κυρία ἐκκλησία IV.
Τρίτη.	Τετάρτη.
Δευτέρα.	Τρίτη.
Ἕνη καὶ νέα.	Δευτέρα. Πρυτανεία ἕκτη.
	Ἕνη καὶ νέα.
	ΑΛΩΑ,
	ΔΙΟΝΥΣΙΑ ΤΑ ΛΗΝΑΙΑ ἢ ΚΑΤ' ΑΓΡΟΥΣ.

GAMELION.	ANTHESTERION.
Πρώτη ἰσαμένου.	Πρώτη ἰσαμένου.
Τρίτη.	Δευτέρα. Κυρία ἐκκλησία IV.
Τετάρτη.	Τρίτη.
Πέμπτη.	Τετάρτη.
Ἕκτη.	Πεμπτη. Πρυτανεία ἑβδόμη.
Ἑβδόμη.	Ἕκτη.
Ὀγδόη.	Ἑβδόμη.
Ἐνάτη.	Ὀγδόη.
Δευτέρα. Κυρία ἐκκλησία I.	Ἐνάτη.
Πρώτη μισοῦντος.	Δεκάτη.
Δευτέρα.	Πρώτη μισοῦντος. Πιθοιγία. Ἀνθεστήρια.
Τρίτη.	Δευτέρα. Χόες. Ἀνθεστήρια.
Τετάρτη.	Τρίτη. Χύτροι. Ἀνθεστήρια.
Πέμπτη.	Τετάρτη.
Ἕκτη.	Πέμπτη. Κυρία ἐκκλησία I.
Ἑβδόμη.	Ἕκτη.
Ὀγδόη.	Ἑβδόμη.
Ἐνάτη. Κυρία ἐκκλησία II.	Ὀγδόη.
Εἰκάς.	Ἐνάτη,
Δεκάτη. φθίνοντος.	Εἰκάς.
Ἐνάτη.	Δεκάτη φθίνοντος.
Ὀγδόη.	Ἐνάτη.
Ἑβδόμη.	Ὀγδόη.
Ἕκτη.	Ἑβδόμη. Κυρία ἐκκλησία II.
Πέμπτη.	Ἕκτη.
Τετάρτη.	Πέμπτη.
Τρίτη.	Τετάρτη.
Δευτέρα. Κυρία ἐκκλησία III.	Τρίτη.
Ἕνη καὶ νέα.	Δευτέρα.
	Ἕνη καὶ νέα.
ΓΑΜΗΛΙΑ.	ΜΙΑΡΑΙ ΗΜΕΡΑΙ.

ELAPHEBOLION.	MVNYCHION.
Πρώτη ἰσαμένου.	Πρώτη ἰσαμένου.
Τρίτη.	Δευτέρα.
Τετάρτη.	Τρίτη.
Πέμπτη. Κυρία ἐκκλησία III.	Τετάρτη.

Ἕκτη.	Πέμπτη.
Ἑβδόμη.	Ἕκτη.
Ὀγδόη. Θυσία Ἀσκλ. Κυρία ἐκκλησία IV.	Ἑβδόμη.
Ἐνάτη.	Ὀγδόη.
Δεκάτη.	Ἐνάτη.
Πρώτη μισοῦντος. Πρυτανεία ὀγδόη.	Δεκάτη. Κυρία ἐκκλησία III.
Δευτέρα.	Πρώτη μισοῦντος.
Τρίτη.	Δευτέρα.
Τετάρτη.	Τρίτη. Κυρία ἐκκλησία IV.
Πέμπτη.	Τετάρτη.
Ἕκτη.	Πέμπτη.
Ἑβδόμη. Διονύσια τὰ κατ' ἄστυ.	Ἕκτη. Μουνύχια. Πρυτανεία ἐνάτη.
Ὀγδόη.	Ἑβδόμη.
Ἐνάτη.	Ὀγδόη.
Εἰκάς.	Ἐνάτη. Διάσια.
Δεκάτη φθίνοντος. Κυρία ἐκκλησία I.	Εἰκάς.
Ἐνάτη.	Δεκάτη φθίνοντος.
Ὀγδόη.	Ἐνάτη.
Ἑβδόμη.	Ὀγδόη.
Ἕκτη.	Ἑβδόμη.
Πέμπτη.	Ἕκτη.
Τετάρτη.	Πέμπτη. Κυρία ἐκκλησία I.
Τρίτη.	Τετάρτη.
Δευτέρα.	Τρίτη.
Ἕνη καὶ νέα. Κυρία ἐκκλησία II.	Δευτέρα.
	Ἕνη καὶ νέα.

THARGELION.	SCIRROPHORION.
Πρώτη ἰσαμένου.	Πρώτη ἰσαμένου.
Τρίτη.	Δευτέρα, Κυρία ἐκκλησία I.
Τετάρτη.	Τρίτη.
Πέμπτη,	Τετάρτη.
Ἕκτη. Κυρία ἐκκλησία II.	Πέμπτη.
Ἑβδόμη. Θαργήλια.	Ἕκτη.
Ὀγδόη.	Ἑβδόμη.
Ἐνάτη.	Ὀγδόη.
Δεκάτη.	Ἐνάτη.
Πρώτη μισοῦντος.	Δεκάτη.
Δευτέρα.	Πρώτη μισοῦντος.
Τρίτη.	Δευτέρα. Σκίρα.
Τετάρτη;	Τρίτη.
Πέμπτη.	Τετάρτη. Βουφονία.
Ἕκτη. Κυρία ἐκκλησία III.	Πέμπτη.
Ἑβδόμη.	Ἕκτη.
Ὀγδόη.	Ἑβδόμη.
Ἐνάτη. Κυρία ἐκκλησία IV.	Ὀγδόη.
Εἰκάς. Βενδίδεια.	Ἐνάτη.
Δεκάτη φθίνοντος.	Εἰκάς.
Ἐνάτη. Καλλυντήρια. Πρυταν. δεκάτη.	Δεκάτη φθίνοντος. Κυρία ἐκκλησία III.
Ὀγδόη.	Ἐνάτη.
Ἑβδόμη.	Ὀγδόη.
Ἕκτη. Πλυντήρια.	Ἑβδόμη. Κυρία ἐκκλησία IV.
Πέμπτη.	Ἕκτη.
Τετάρτη.	Πέμπτη.
Τρίτη.	Τετάρτη Πρυταν. ἡ φυλὴ πρώτη.
Δευτέρα.	Τρίτη. Πρυταν. ἡ δευτέρα φυλή.
Ἕνη καὶ νέα.	Δευτέρα. Πρυταν. ἡ τρίτη φυλή.
	Ἕνη καὶ νέα. Πρυταν. ἡ τετάρτη φυλή.

[a] Editio Lugdunenſis anni 1617. τὰ κατ' ἄγρους &c.

Digitized by Google

Vita Apollonii lib. VI. cap. VI. Ἐς ἣ τὸν Πειραιᾶ ἐσπλεύσας περὶ μυστηρίων ὥραν, ὅτε Ἀθηναῖοι πολυανθρωποτάτοις Ἑλλήνων πράττουσιν, ἀνῄει ξυντείνας ἀπὸ τῆς νεὼς ἐς τὸ ἄστυ. προϊὼν ἣ, πολλοῖς τῶν Φιλοσοφούντων ἐνετύγχανε, Φαλήραδε κατιοῦσιν. ὧν οἱ μὲν, γυμνοὶ ἐθέροντο. καὶ γὰρ τὸ μετόπωρον εὐήλιον τοῖς Ἀθηναίοις. *In Piraeeum autem navigans circa mysteriorum tempus, quando Athenienses frequentissimum Graecorum conventum faciunt, adscendebat intente ab navi in urbem. Progrediens vero incurrebat in multos ex Philosophis descendentibus versus Phalerum, quorum nonnulli nudi aestivabant; etenim Autumnus apud Athenienses calidus.* Et alter iste maximi Tyrii Dissert. XXXIII. Τὰ ἣ Ἀθηναίων τί χρὴ λέγειν· πάντα μεσὰ ἑορτῆς τὰ Ἀττικά. πάντα θυμηδίας. καὶ διέλαχον αὐταῖς ὧραι τὰς ἡδονὰς, ἦρ᾽ Διονύσια, μετοπώρα Μυστήρια. *Athenienſium vero res quid opus referre? omnia Attica plena festivitatis, omnia hilaritatis. Et diviserunt sibi ipsis tempore voluptates; veris Dionysia, autumni Mysteria.* Vterque Autumni tempus indicat; & Anthesterion, uti volunt, Novembri Romanorum respondet. Sed Galeno quid faciemus, qui Septembri, non Novembri mensi adscribit? Ecce enim, Γιγιενῶν lib. IV. Εἰ μὲν ἓν ὡραιότατον αὐτῆς τὸ σπέρμα περὶ τὴν ἐπιτολὴν τοῦ ἀρκτούρου. ὅσις καιρὸς ἐν Ῥώμῃ μὲν, ὁ καλούμενος Σεπτεμβρι᾽· ἐν Περγάμῳ δὲ παρ᾽ ὑμῖν, Ὑπερβερεταῖ᾽· Ἀθήνῃσι δὲ, μυστήρια. *Maxime igitur tempestivum est eius semen circa Arcturi exortum. Quod quidem tempus Romae September vocatur; Pergami vero apud nos, Hyperberetaeus; Athenis autem, mysteria.*

CAP. VII.

In maioribus initiari, in minoribus perlustrari moris erat, ac praeparari; idque ad Ilissum flumen. Lustrandi autem in pelle victimae, Iove immolatae, a daducho statuebantur. Ad lustrationem istam quae adhibita. Ἰμερα, *sive* Ἱσμερα. *Qui lustrabat,* Γδρανὸς *dictus. Sacra quoque, & vota facta; & castitati opera data. Arrianus emendatus. Sacra autem porco facta, eoque femina, gravidaque; quam abluebant in portu Cantharo. Plutarchi locus restitutus. Merces quoque initiationi posita.*

IN maioribus initiari solebant. Indicat Aristophanes Pluto secunda.

Μῶν ἦ ἐμυήθης δῆτ᾽ ἐν αὐτῷ τὰ μεγάλα.
Num igitur initiatus es in ipsa (veste) magnis.

In minoribus lustrabantur, & initiationi praeparabantur. Scholiastes Comici loco citato. Εἴσι τὰ μικρὰ (μυστήρια) ὥσπερ προκάθαρσις, καὶ προάγνευσις, τῶν μεγάλων. *Sunt parva (mysteria) tamquam praecedens purgatio, & praeparatio magnorum.* Ac lustrari quidem solitos, qui initiari cuperent, res est certa. Sopater in Divis. Quaest. Μέλλων ἢ τοῖς καθαρσίοις, τοῖς πρὸ τῆς τελετῆς, ἐντυγχάνῃ, ἐκάλουν εὐδαίμονα ἑαυτόν. *Ad lustrationes vero solitas*

(a) Latine diceretur *accessurum*, vel *accessurus quum essem*.

ante initia accessurus[a], *vocarunt beatum me.* Idque ad Ilissum flumen. Polyaenus lib. V. Ταῦτα μὲν δὴ συνέθεντο παρὰ τον Ἴλισσὸν, ἔ τὸν καθαρμὸν τελοῦσι τοῖς ἐλάττοσι μυστηρίοις. *Haec quidem transegerunt ad Ilissum, ubi lustrationem peragunt minoribus mysteriis.* Hinc est, quod Ilissi μυσταὶ ὄχθαι dicuntur ab Himerio in Eclogis Declam. Πατρικὸν ὄλβον ῥίψας εὐδαίμονα, παρ᾽ Ἴλισσῷ μυσταῖς ὄχθαις ἐσκήνημαι. *Paternam felicitatem proiiciens beatam, ad Ilissum, iuxta ripas mysticas tentoriam fixi.* Et Ilissus θεσπέσιος apud Dionysium in Periegesi.

Τῷ διὰ θεσπεσίου φέρεται ῥόος Ἰλισσοῖο.
Perquam divini fertur fluxus Ilissi.

Lustrandi autem in pelle victimae, Iovi immolatae, unde Διὸς κώδιον dicta, a daducho statuebantur. Suidas. Διὸς κώδιον, ἔ τὸ ἱερεῖον Διὶ τέθυται. θύουσί τε τῷ Μειλιχίῳ καὶ τῷ Κτησίῳ Διΐ. τὰ δὲ κώδια τούτων φυλάσσουσι, Διὸς προσαγορεύοντες. χρῶνται δ᾽ αὐτοῖς, οἵ τε Σκιροφορίων τὴν πομπὴν στέλλοντες, καὶ ὁ δαδοῦχος ἐν Ἐλευσῖνι, καὶ ἄλλοι τινὲς, πρὸς τὰς καθαρμὰς, ὑποστρωννύοντες αὐτὰ τοῖς ποσὶ τῶν ἐναγῶν. *Iovis vellus, cuius victima Iovi immolata est. Mactant enim & Milichio, & Ctesio Iovi. Vellera vero earum servant, Iovis praedicantes. Vtuntur autem illis, & qui Scirrophoriorum pompam parant, & Daduchus Eleusine, & alii quidam, ad lustrationes substernentes illa pedibus eorum, qui nefas fecerunt.* Fiebat autem variis modis. Procopius Gazaeus in Deuteronomium. *Quid igitur de purificationibus in lege constitutis dicemus? Primum quidem, prae se figuram purificationis melioris ferre; insuper vero a Graecanicis differre; quod eae cum incantationibus, salibus, lauro, bordeo, mari, & transitione per ignem, fieri solebant.* Quin flores quoque, & corollae, huc adlatae; eaque Ἴμερα nuncupata. Hesychius. Ἴμερα, τὰ πρὸς τὰς καθαρμὰς φερόμενα ἄνθη, ἢ στεφανώματα. Ἰμερα, *Flores ad lustrationes ferri sueti, & corollae.* Alii Ἵσμερα adpellabant. Itaque in iisdem Hesychii Glossis alibi reperies. Ἵσμερα, τὰ εἰς τὰς καθαρμούς. Ι σμερα, *Quae ad lustrationes.* Nempe ex duplici eiusdem vocis lectione duplicem nobis glossam dedit doctissimus Grammaticus. Qui vero initiandos lustraret, Γδρανὸς nuncupabatur. Idem Hesychius. Γδρανὸς, ἁγνιστὴς τῶν Ἐλευσινίων. Γδρανὸς, *Sacrator Eleusiniorum.* Qui initiari cuperent, quia nempe numquam evulganda essent ea sacra, prius sese in silentio exercebant Observare est apud Sopatrum in Divis. Quaest. Τοῦτον διάγων τὸν τρίτον ἐγὼ, καὶ καθάπερ ἄλλῳ μυστηρίῳ, προτελεσθεὶς τῇ σιωπῇ, τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων λοιπὸν τὸν ἐμαυτοῦ βίον ἐκάθαιρον. *Hac quidem ego ratione vivens, & veluti alio mysterio, silentio praeinitiatus, peccatis aliis meam vitam purgabam.* Praeterea sacris prius, & votis etiam, rite factis, ac praemisso castitatis exercitio, initiari sese dignos efficiebant; alias nihil profutura initiatio putabatur. Arrianus in Epictetum libro III. cap. XXI. Καὶ παρὰ τόντον ταῦτα ὠφελεῖ, καὶ παρὰ καιρὸν, καὶ μετὰ θυσίας ἢ, ἢ μετ᾽ εὐχῶν, καὶ προηγνευκότα, καὶ προδιακείμενον τῇ γνώμῃ, ὅτι ἱεροῖς προσελεύσετ᾽, καὶ ἱεροῖς παλαιοῖς. οὕτως ὠφέ-

λιμα γίνεται τὰ μυστήρια. *Et ad locum haec prosunt, & ad tempus, & vero cum ſacrificio, & cum precibus, & caſtitate uſum, & ante praeparatum animo* [a], *quia ſacris accedit, & ſacris veteſtis. Hoc modo utilia fiunt myſteria.* Et mox corrigendus idem eodem loco in re eadem. Σὺ ἢ ἐξαγγέλλεις αὐτὰ (τὰ μυστήρια.) καὶ ἐξορχῇ, παρὰ καιρὸν, παρὰ τόπον, ἄνευ θυμάτων, ἄνευ ἁγνείας. *Tu vero enuncias illa (myſteria) & profanas, ob tempus, ob locum, ſine ſacrificiis, ſine caſtimonia.* Perperam editur. ἄνευ θυμάτων, ἄνευ ὑγιείας. Ac meminit quoque, luſtrationis praemiſſae, & caſtitatis Scholiaſt. Comici in verbis citatis; & Clemens, ſtatim mihi laudandus. Hoſtia autem, quam, qui initiari vellent, immolabant, porcus erat (b). Trygaeus apud Ariſtophanem Pace.

Ἐς χοιρίδιόν μοι νῦν δάνεισον τρεῖς δραχμάς.
Δεῖ γὰρ μυηθῆναί με, πρὶν τεθνηκέναι.
Ad porcum mihi nunc foenerato tres drachmas
Oportet enim initiari me, antequam moriar.

Vbi Scholiaſtes. Τοῖς μυουμένοις ἐστὶν ἔθος χοιρίδιον θύειν ἐξ ἀνάγκης. *Initiatis mos eſt porcum mactare ex neceſſitate.* Itaque χοιρία μυστηρικὰ dicit Acharnenſibus.

Χησεῖτε φωνὰν χοιρίων μυστηρικῶν.
Effundite vocem porcarum myſtericarum.

Et mox: χοίρους μυσικάς. *Porcas myſticas.*

ΔΙ. Τί δαὶ φέρεις; ΜΕ. χοίρους ἐγὼν γα μυσικάς.
DI. Quid igitur fers? ME. porcas ego myſticas.

Ad quem locum Scholiaſtes. Διὰ τὸ ἐν τοῖς μυστηρίοις τῆς Δήμητρος θύεσθαι χοίρους. *Quia in myſteriis Cereris mactantur porcae.* Hinc capienda haec Platonis De Rep. lib. II. Εἰ δὲ ἀνάγκη τις ἦν λέγειν, ἢ ἀπορρήτων ἀκόων ὡς ὀλιγίστους, θυσαμένους, ὑ χοῖρον, ἀλλά τι μέγα καὶ ἄπορον θῦμα, ὅ, τι πῶς ὀλιγίστοις συνέβη ἀκοῦσαι. *Si vero neceſſitas quaedam eſſet dicendi, quum arcana audiant pauciſſimi, ii ſcilicet, qui ſacrificarunt, non porcum, ſed magnum aliquod, & inexplicabile ſacrum, quod pauciſſimis audire contigit.* Obſerva autem, quod Ariſtophanes in citatis ſtatim verbis. Et quidem gravidam. Phurnutus. Θύουσι δὲ ὗς ἐγκύμονας Δημήτερι. πάνυ οἰκείως. τὸ πολύγονον, καὶ εὐσύλληπτον καὶ τελεσφόρον, καθεσάντες. *Mactant autem ſues gravidas Cereri, omnino apte, aliquid fecundum, & concipiens facile, & foetum perferens conſtituentes.* Vides cauſam; quia id animal valde fecundum, & facile conciperet, foetumque perferret. Aliam habes apud AElianum Hiſt. Anim. lib. x. c. xvi. Ἀθηναῖοι δὲ ἐν τοῖς μυστηρίοις καταθύουσι τὰς ὗς, ᾗ μάλα δικαίως· λυμαίνονται γὰρ τὰ λήϊα. *Athenienſes in myſteriis ſues ſacrificant, & iuſte admodum ſegetes enim vaſtant* (c). Certe ſues in myſteriis immolari conſueviſſe, etiam e Varrone diſcimus De Re Ruſt. lib. II. cap. IV. *Ab ſuillo genere pecoris immolandi initium primum ſumtum videtur; cuius veſtigia, quod initiis Cereris porci immolantur.* Vt autem Ariſtophanes doctiſſime χοίρους μυστικὰς dixit, genere feminino; ita a Tibullo, eius imitatione, *porcus myſtica* dicitur Lib. I. El. XI.

Hoſtiaque e plena myſtica [d] *porcus hara.*

Prius vero, quam mactarent, in portu Cantharo abluebant. Docet nos hanc rem Plutarchus Phocione. Μύστω ἢ, λύοντα χοιρίδιον ἐν καθαρῷ λιμένι, κήτους συνέλαβε, ᾗ τὰ κάτω μέρη τοῦ σώματος ἄχρι τῆς καυλίας κατέπιε. *Myſtam autem, lavantem porcum in Cantharo portu, cete corripuit, & inferiores partes corporis uſque ad ventrem deglutivit.* Sed corruptum locum cenſeo, ac reſtituendum omnino. Ἐν Κανθάρῳ λιμένι. Nam Cantharus erat unus e tribus Piraeei portubus, ut nuper docui lib. De Populis Atticae in Πειραιεύς. Sed an gratis facta haec initiatio? Primitus quidem; ſed, aerario laborante, mercedem Ariſtogiton ſtatuit. Syrianus Commentario in Hermogenem. Ἀριστογέτων, ἐν σπάνει χρημάτων, γράφῃ νόμον, παρ' Ἀθηναίοις μισθῷ μυεῖσθαι. *Ariſtogiton in pecuniae penuria legem ſcribit, ut mercede apud Athenienſes initiarentur.* Apſines Lib. De Arte Rhet. cap. περὶ κατασάσεως. Ἐν σπάνῃ χρημάτων ἔγραψεν ὁ Ἀριστογέτων, μισθῷ μυεῖν. *In pecuniarum penuria, ſanxit Ariſtogiton, ut quis mercede initiaretur.* Iterum cap. περὶ λύσεως. Ἡ δὲ ἀντιπαράσασις, τὰ πολλὰ ἀπὸ τῶν ἐκβάσεων εὑρισκέται· οἷον, εὐπορίαν φέρῃ τὸ μισθῷ μυεῖν. *Depulſio vero ſaepe ex digreſſionibus invenitur, quale eſt, pecuniae copiam adfert mercede initiare.* Occurritque rurſum capit. περὶ διηγήσεως. Et exemplum habes apud Demoſthenem Or. in Neaeram. Λύσιας ὁ σοφιστὴς, Μετανείρας ὢν ἐραστὴς, ᾑβυλήθη πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀναλώμασι, οἷς ἀνάλισκεν εἰς αὐτὴν, καὶ μυῆσαι. *Lyſias Sophiſta, quum Metaniram amaret, voluit, inter alias impenſas, quas in eam fecit, etiam initiare.*

CAP.

[a] Nulla eſt in hac interpretatione ſyntaxis, niſi poſt *praeparatum animo*; *accedere oportet*, vel aliquid ſimile adiiciatur.

(b) Hinc in nummorum Eleuſiniorum averſa facie ſcrofa, ſeu porcus occurrit; quemadmodum etiam interdum in Athenienſibus. Conſule Tab. Numiſmatum I. Tom. & Tabul. aliam, quam Soloni praefiximus. In alia primi voluminis Tabula Scrofa occurrit in anaglypho, ubi quaedam ceremoniae Serapidis, ut videtur, & Iſidis, repraeſentantur; quod quidem Anaglyphum Athenis repertum exhibet *Vvhelerus*: ſed num hoc Serapidi cum Cerere commune? forte: nam Serapis, Oſiris: Ceres, Iſis: Iſis autem, & Oſiris σώφρονι, ᾗ σύναοι.

[c] Ovidius I. Faſtorum.

Prima Ceres avidae gaviſa eſt ſanguine porcae:
Vlta ſuas merita caede nocentis opes.
Nam ſata vere novo teneris lactentia ſuccis
Eruta ſetigerae comperit ore ſuis.

Et XV. Metamorphos.

—— prima putatur
Hoſtia ſus meruiſſe mori: quia ſemina pando
Eruerit roſtro ſpemque interceperis anni.

(d) Vereor ut *myſtica* τῦ *hoſtia* Epitheton ſit non τοῦ *porcus*, atque ita hunc Tibulli locum intellexit *Muretus*. Sed non omnino improbanda *Meurſii* ſententia.

Digitized by Google

s enim vastant (c). Certe sues in
nolari consueviſſe, etiam e Var-
De Re Ruſt. lib. II. cap. IV.
re pecoris immolandi initium pri-
videtur; cuius vestigia, quod
porci immolentur. Vt autem
doctiſſime χοίρους μυσικὰς dixit,
no; ita a Tibullo, eius imi-
s mystica dicitur Lib. I. El. XI.
plena mystica [d] *porcus hara*.
iam mactarent, in portu Can-
t. Docet nos hanc rem Plu-
one. Μύσλω ἢ, λέοντα χοιρίδιον ἐν
κήτει συνέλαβε, καὶ τὰ κάτω μέ-
ἄχρι τῆς καλίας κατέτιε. *My-*
rantem porcum in Cantharo por-
uit, & inferiores partes corporis
rem deglutivit. Sed corruptum
, ac restituendum omnino. Ἐν
. Nam Cantharus erat unus e
i portubus, ut nuper docui lib.
Atticae in Πειραεύς. Sed an gra-
initiatio? Primitus quidem;
aborante, mercedem Aristogi-
yrianus Commentario in Her-
ισογάτων, ἐν σπάνει χρημάτων,
ρ' Ἀθηναίους μισθοῦ μυεῖσθαι. *Ari-*
uniae penuria legem scribit,
Athenienses initiarentur. A-
Arte Rhet. cap. περὶ κατασκε-
χημάτων ἔγραψεν ὁ Ἀριστογάτων,
pecuniarum penuria, sanxit
uis mercede initiaretur. Ite-
τεως. Η' δὲ ἀντιπαράσασις, τὰ
βάσεων εὑρισκεται· οἷον, εὐτε-
μυεῖν. Depulsio vero saepe
invenitur, quale est, pecuniae
mercede initiare. Occurritque
περὶ διηγήσεως. Et exemplum
emosthenem Or. in Neaeram.
ις, Μετανέρας ὢν ἑρμῆς, ἡβωλή-
λοις ἀνελώμασι, οἷς ἀνάλισκεν εἰς
ι. *Lysias Sophista, quum Me-*
, *voluit, inter alias impensas,*
it, etiam initiare.

CAP.

rum.
avidae gavisa est sanguine porcae:
merita caede nocentis opes.
vere nova teneris lactentia sucis
gerae comperit ore suis.
orpios.
putatur
meruisse mori: quia semina pauds
ro spemque interceperit anni.
ica τῇ *hostia* Epitheton sit non τῷ *porco*, a-
ibulli locum intellexit *Meursius*. Sed non o-
nda *Meursii* sententia.

CAP. VIII.

In minoribus, Μύσαι *dicti erant; in maioribus vero*, Ἔποπται. *Vnde* Ἐποπτεύειν *illi; ipsa sacra*, Ἐποπτικὰ *dicta. Demetrius praeter morem solitum mysta, & epopta simul factus. Mystarum locus in vestibulo. Epoptae intra adytum admissi. Ac facti Epoptae tantum maioribus, idque quo temporis intervallo. Plutarchi locus emendatus. Nefas iis aliquid morticinum tangere.*

VT autem recte rem teneamus; lustratio ista, ceteraque, minoribus mysteriis praemitti solita; in ipsis vero, doctrinae arcana fundamenta accipiebant; ut in magnis plene demum de omnibus mox edocebantur. Clemens Strom. v. Οὐκ ἀπεικότως ἄρα καὶ τῶν μυηρίων τῶν παρ' Ἕλλησιν ἀρχὰ μὲν τὰ καθάρσια, καθάπερ καὶ τοῖς βαρβάροις τὸ λυτρόν. μετὰ ταῦτα δέ ἐσι τὰ μικρὰ μυήρια, διδασκαλίας τινὰ ὑπόθεσιν ἔχοντα, καὶ προπαρασκευὴς τῶν μελλόντων. τὰ ἢ μεγάλα περὶ τῶν συμπάντων. ἃ μανθάνειν ἔτι ὑπολέπεται, ἐποπτεύειν ἢ, καὶ περινοεῖν τὴν φύσιν, καὶ τὰ πράγματα. *Non indecenter ergo & mysteria, quae apud Graecos, inchoant lustrationes, quemadmodum, & apud barbaros lavacrum. Post haec autem sunt parva mysteria, doctrinae quoddam fundamentum habentia, & praeparationis futurorum: magna vero, universorum. Discere non amplius restat, contempluri autem & comprehendere naturam, & ipsa facta.* Iterum Strom. VII. Καὶ πρὸ τῆς τῶν μυηρίων παραδόσεως καθαρμούς τινας προσάγειν τοῖς μυεῖσθαι μέλλουσιν ἀξιοῦσιν, ὡς δέον, τὴν ἄθεον ἀποθεμένους δόξαν, ἐπὶ τὴν ἀληθῆ τρέπεσθαι παράδοσιν. *Et ante mysteriorum traditionem lustrationes quasdam adhibendas initiari volentibus censent. Vtpote quum oporteat, impiam deponentes opinionem, ad veram converti traditionem.* Huc pertinent quae antea dixerat initio Strom. IV. Τότε δὴ τὴν τῷ ὄντι γνωστικὴν φυσιολογίαν μέτειμεν, τὰ μικρὰ πρὸ τῶν μεγάλων μυηθέντες μυηρίων. *Itaque tunc revera cognoscendam* [a] *naturae contemplationem adgredimur, parvis ante magna initiati mysteria.* Et haec est, quae Τελετὴ dicitur Proclo in Plat. Theol. lib. IV. cap. XXVI. Προηγεῖται γὰρ, ἡ μὲν τελετὴ, τῆς μυήσεως· αὕτη δὲ, τῆς ἐποπτείας. *Praeponitur enim perfectio* (b) *quidem initiationi. Illa* (c) *vero contemplationi.* Sed nihilominus haec mysteriis accensa. Inde Clemens Strom. I. Ἀγὼν γὰρ καὶ ὁ προαγὼν, καὶ μυήρια τὰ πρὸ μυηρίων. *Certamen enim & praeludium certaminis, & mysteria sunt, quae praecedunt mysteria.* Atque ita accipienda Polyaeni verba, supra citata; in quibus ait, lustrationem fieri solitam minoribus mysteriis, quae tamen illa antecedebat. Ad minora admissi Μύσαι (d); ad Maiora, Ἔπόπται dicti. Ac notat discrimen Suidas in Ἐπόπτης. Διαφέρει μύσης, καὶ ἐπόπτης. Scholiastes Aristophanis Ranis. Σύμμαχος οὕτως αὐτῇ τῇ λέξει φαίνεται συνεχῶς λέγων· εὐφημοῦντες τὴν τῶν μυηρίων ἐποπτείαν. οἱ δὲ τὰ μυηρία παραλαμβάνοντες, μύσαι καλοῦνται. οἱ δὲ παραλαβόντες αὐτὰ τῷ αὐθις ἐνιαυτῷ, ἐφορῶσι τὰ μυήρια, καὶ ἐποπτεύουσι. *Symmachus ita ipso hoc dicto videtur continenter loqui. Celebrantes mysteriorum contemplationem. Qui autem mysteria suscipiebant, mystae vocantur. Qui vero ea suscipiunt sequenti postea anno, inspiciunt mysteria, & contemplantur.* Suidas ex eo. Οἱ τὰ μυήρια παραλαμβάνοντες, λέγονται ἐν ἀρχῇ μὲν μύσαι. μετ' ἐνιαυτὸν δὲ, ἐπόπται, καὶ ἔφοροι. *Qui mysteria suscipiunt, dicuntur in principio quidem mystae: post annum vero contemplantes, & inspectores.* Plutarchus in Alcibiade. Τοὺς δ' ἄλλους ἑταίρους, μύσας προσαγορεύοντα, καὶ ἐπόπτας. *Reliquos vero sodales mystas adpellantem, & contemplantes.* Himerius in Eclogis in Dialogi Prooemio. Οὐ μιμησάμενος τὸν μυσικὸν νόμον, ὃς ἐπόπτῃ τε καὶ μύσῃ μερίζει τὸν χρόνον, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν ἐν ταὐτῷ μύσῳ τε ὁμοῦ καὶ προφήτῃ [e] τὰ ἱερᾶς τελετῆς τὰ ἐν σοὶ λόγων δεξάμενος, ἔδωκας ἁπλήσως τῶν ἐκεῖθεν ναμάτων ἐμπλήσασθαι. *Non imitatus mysticam legem, quae contemplanti, & mystae distribuit tempus, sed ipsum eodem tempore mystam simul, & Prophetam sacrae initiationis sermonum in te excipiens, dedisti ita facultatem replendi ex his scaturiginibus, ut satietas non fatigaret.* Philochorus Ἀτθιδι lib. X. apud Harpocrationem in Ἀνεπόπτευτος. Τὰ ἱερὰ ὅτου ἀδικεῖ πάντα, τά τε μυσικὰ, καὶ τὰ ἐποπτικά. *Sacra ista ille violat omnia & mystica, & epoptica.* Et minora erant quasi προτέλεια quaedam, & praeparatio ad maiora. Huc pertinet iste Euripidis versus.

Ὕπνος τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυήρια.
Somnus parva mortis mysteria.

Est-

(a) Vertendum videtur: *illam, quae revera scientiae est, naturae contemplationem.*
(b) Reliquissem Graecum τελετή.
(c) Vertendum *haec*.
(d) Mystarum eorumque conventus mentio in vetusta Inscriptione apud *Gruterum* pag. CCCIX.

ΗΣΤΝΟΔΟΣ. ΤΩΝ. ΜΥΣΤΩΝ. ΤΗΣ. ΜΕΓΑΛΗΣ
ΘΕΑΣ ΘΕΣΜΟΦΟΡΟΥ. ΔΗΜΗΤΡΟΣ. ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΝ
ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ. ΜΑΤΡΩΝ
ΣΥΜΜΑΡΤΥΡΑΣ. ΤΟΝ. ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΝ.

In qua quidem legendum videtur pro ΣΥΜΜΑΡΤΥΡΑΣ. ΣΥΜΜΑΡΤΥΡΟΥΣ. quasi συμμαρτυρουσα, vel ΣΥΜΜΑΡΤΥΡΗΣ hoc est συμμαρτύρησε Latine autem ita vertenda esset:

Conventus mystarum magnae
Deae legiferae Cereris Metrodorum
Hermogenis F. Metrodori N. Matris Deum Sacerdotem
Renunciavit Stephanephoron.

(e) Nescio an talis Propheta esset ille Onias, qui Epitaphium scripsit apud *Gruterum* laudatum pag. 326.

Θ. Κ.
ΑΙΜΑΘΙΟΝΙ
ΤΙΩΙ ΓΑΤΚΤ
ΤΑΤΩΙ
ΩΝΕΙΑΣ
ΑΡΧΙΕΡΕΤΣ
ΚΑΙ
ΠΡΟΦΗΤΗΣ

Digitized by Google

Eſtque elegantiſſimus locus Marini in Vita Procli. Α'χθένδα δὲ διὰ τούτων ἱκανῶς ὥσπερ διά τινων προτελείων, καὶ μικρῶν μυηρίων, εἰς τὴ Πλάτωνος ἦγεν μυαγωγίαν, ἐν τάξει, καὶ ὐχ ὑπερβάθμιον πόδα, κατὰ τὸ λέγιον, τάνοντα. κ τὰς παρ' ἐκείνῳ θείας ὅλως τελετὰς ἐποπτεύειν ἐποίει. *Deductum vero per illa admodum veluti per quaedam praeparationes ſacras, & parva myſteria, ad Platonis duxit myſtagogiam, ordine, & non immodicum progreſſum ſecundum oraculum, intendentem. Et quae apud illum divinae vere exſtant initiationes, contemplari faciebat.* Et Themiſtii Orat. in patris obitum. Καὶ τὸ σχῆμα ὅλον μονονῦ δῆθεν ἐπῆν Α'ριστοτέλους τοῖς μυηρίοις, ἅπανθα δὲ ὥμως συνανεώγνυτο τῶν σοφῶν τὰ ἀνάκτορα, κ συνεπόπτευσας ἂν τὰ ἱερά. *Et quod ad faciem tantum non univerſam videlicet inhaerebat Ariſtotelis myſteriis, omnia nihilominus ſimul cognovit ſapientum templa* (a), *utique ſimul contemplatus & myſteria* [b]. Et in altera ad Iovianum Imp. Ε'ξῶ τῦ νεὼ τὰ προτέλεια μυήσας, εἰς τὰ ἀνάκτορα τὴν τελετὴν καθαγήσεσθαι. *Extra aedem praeparationes ſacras docens, in templis initiationem perſolvet* (c). Itaque duplex erat μύησις; prior, minoribus; ſecunda, maioribus myſteriis fiebat; poſtquam Ε'πόπται, ut poſt primam Μύσαι dicti; ut iam oſtendi. Pertinentque eo Harpocrationis verba in Ε'πωπτευκότες. Οἱ μυηθέντες ἐν Ε'λευσῖνι ἐν τῇ δευτέρᾳ μυήσει, Ε'ποπτεύειν λέγονται. *Initiati Eleuſine in ſecunda initiatione, contemplari dicuntur.* Et Epoptam factum eſſe, Ε'ποπτεύειν indigetabant. In citatis Harpocrationis verbis. Ε'ν τῇ δευτέρᾳ μυήσει ἐποπτεύειν λέγονται. *In ſecunda initiatione contemplari dicuntur.* Xiphilinus in Hadriano. Α'φικόμενος δὲ ἐς τὴν Ε'λλάδα, ἐπώπτευσε τὰ μυστήρια. *Perveniens autem in Graeciam, contemplatus eſt myſteria.* Ariſtophanis Ranis.

——— μάλα γ' ἐποπτεύειν δοκῶ,
Ο"ταν καθαράσωμαι λάθρα τῷ δεσπότῃ.
——— *potius quidem contemplari videor,*
Quando devovebo clam dominum,

Plutarchus in Demetrio. Ε'πώπτευον δὲ τοὐλάχιστον ἀπὸ τ μεγάλων ἐνιαυτὸν διαλείποντες. *Contemplabantur autem minimum ab magnis annum intermittentes.* Hinc ſacra Ε'ποπτικὰ, in citatis Philochori verbis, & apud Platonem in Sympoſio. Ταῦτα μὲν ὖν τὰ ἐρωτικὰ ἴσως κἂν σὺ μυηθείης, τὰ δὲ τέλεα, κ ἐποπτικὰ ὧν ἕνεκα, κ ταῦτά ἐστιν, ἐάν τις ὀρθῶς μετίῃ, ὐκ οἶδ' ἂν οἷόν τ' εἴης. *Illa quidem igitur amatoria fortaſſe ſi & tu edoctus ſis, perſpecta vero, & contemplativa, quorum cauſa etiam haec ſunt, ſi quis recte perpendat, neſcio qualis fueris.* Plutarchus Demetrio. Μυηθῆναι, καὶ τὴν τελετὴν ἅπασαν, ἀπὸ τ μικρῶν ἄχρι τ ἐποπτικῶν, παραλαβεῖν. *Doceri, & univerſam initiationem a parvis uſque ad contemplativa accipere.* Nec epoptis fieri licebat, niſi maioribus his myſteriis. Itaque inuſitatum fuit in Demetrio, qui ſimul ac ſemel myſta, & epopta fieri voluit. Qua de re eſt iſte Plutarchi locus in eius Vita. Τότε δ' οὖν ἀναζευγνύων εἰς τὰς Α'θήνας, ἔγραψεν, ὅτι βούλεται παραγυμνῶ & εὐθὺς μυηθῆναι, καὶ τὴν τελετὴν ἅπασαν, ἀπὸ τ μικρῶν ἄχρι τῶν ἐποπτικῶν, παραλαβεῖν. τοῦτο δὲ ὐ θεμιτὸν ἦν, ὐδὲ γεγονὸς πρότερον. *Tunc autem revertens Athenas, ſcripſit, velle quum illuc adveniſſet ſtatim inſtitui* (d) *& initiationem univerſam, a parvis uſque ad contemplativa accipere. Illud vero non receptum erat, neque factum antea.* Et Philochori e decimo Α'τθίδος apud Harpocrationem in Α'νεπόπτευτος. Δημητρίῳ μὲν ὖν ἴδιον τι ἐγένετο παρὰ τοὺς ἄλλους, τὸ μόνον ἅμα μυηθῆναι καὶ ἐποπτεῦσαι, καὶ τοὺς χρόνους τῆς τελετῆς τοὺς πατρίους μεταπυηθῆναι. *Demetrio quidem igitur proprium quid contigit praeter alios, ut ſolus ſimul initiaretur, & contemplaretur, & tempora initiationis patria commutarentur.* Ac myſtae, in ſacrarii tantum veſtibulo conſiſtebant; epoptae facti, intra ipſum adytum admittebantur. Colligere eſt e Senecae loco Nat. Quaeſt. lib. VII. capit. XXXI. *Non ſemel quaedam ſacra traduntur. Eleuſis ſervat, quod oſtendat reviſentibus. Rerum natura ſacra ſua non ſemel tradit. Initiatos nos credimus; in veſtibulo eius haeremus. Illa arcana non promiſcue neque omnibus patent. Reducta, & in interiore ſacrario clauſa ſunt.* Pſellus Α'ναγωγαῖς, ubi de Sphinge. Ε'τὶ τῶν λεγομένων τελετῶν, τὰ μὲν ἄδυτα ἦν, ὡς δηλοῖ καὶ τὔνομα· τὰ δὲ παραπετάσματα προβέβλητο, αἰθέλα τὰ ἐν τοῖς ἀδύτοις φυλάττοντα, ἐν δὲ ταῖς Ε'λευσινίαις, ἀνεμίγνυτό τε ταῦτα, καὶ ἀνεγυμνῦτο τὰ κεκρυμμένα. ἐγίνετο γὰρ τῦτο

(a) Vertiſſem *Adyta*.
(b) Verti debuiſſet *Sacra*.
(c) Ipſe quidem ignoro an ad haec minora myſteria referendae ſint illae initiationes, quae ἀφ' ἑσίας dicebantur; quarum quidem in ſequentibus vetuſtis Inſcriptionibus, quae Eleuſine exſtant, mentio fit apud *Sponium* eruditiſſimum:

ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙ ΚΛΑΥΔΙΑ...
Γ. ΚΛΑΥΔΙΟΝ ΣΕΙΛΙ
ΑΝΟΝ ΠΟΛΙΚΡΙΤΟΝ
ΤΟΝ ΥΙΟΝ ΜΥΗΘΕΝΤΑ
ΑΦ' ΕΣΤΙΑΣ ΤΑΙΝ ΘΕ
ΑΙΝ ΑΝΕΘΗΚΑΝ
ΕΠΙ ΙΕΡΕΙΑΣ ΚΛΑΥΔΙΑΣ
ΤΙΜΟΘΕΑΣ ΤΗΣ ΤΕΙΜΟ
ΘΕΟΥ ΓΑΡΓΗΤΤΙΟΥ ΘΥ.

Alia vero ita habet:

Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ
ΚΑΙ Ο
ΔΗΜΟΣ ΝΕΙΚΟΣΤΡΑΤΗΝ
ΜΕΝΝΕ.....
...ΕΡΝΕΙΚΙΔΟΥ [*] ΜΥΗΘΕΙΣΑΝ
ΑΦ ΕΣΤΙΑΣ ΔΗΜΗΤΡΙ ΚΑΙ ΚΟ
ΡΗ ΑΝΕΘΗΚΕ
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣ ΤΗΣ ΑΝΑ
ΘΕΣΕΩΣ
ΤΟΥ ΕΠΙΤΡΟΠΟΥ ΑΥΤΗΣ
ΓΑΙΟΥ
ΚΑΣΙΟΥ ΣΗΜΑΧΙΔΟΥ.

[*] *Babinus* in *Deſcriptione Athenarum* legit: ΜΕΝΕΘΕΡΝΕΙ ΔΟΥ ΘΥΓΑΤΕΡΑ. Huius *a foco*, ſeu ἀφ' ἑσίας initiationis meminit & *Suidas*. Illud autem in cauſſa fuit cur ſubſpicarer, hanc initiationem ad minora myſteria, & praeparationes pertinere, quod vir longe doctiſſimus *Ant. Mar. Salvinius* in ea ſententia fuit, quae cenſeret hanc phraſin ἀφ' ἑσίας μυεῖσθαι reſpondere Italae loquutioni: *Ordinarſi a' primi ordini*, quemadmodum ipſe ad primam Inſcriptionem in ora libri adnotavit. Ceterum quoddam initiatorum genus id fuiſſe, certo cuidam miniſterio addictum, probabilius forte videatur. Quidquid autem ſit; non parum hae duae antiquae Inſcriptiones hiſce Eleuſiniis ritibus illuſtrandis idoneae deprehenduntur.

[d] Hoc eſt *initiari*.

Digitized by Google

ηποσιο. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ ἐρωτικὰ ἴσως κἂν
είης, τὰ δὲ τέλεα, κ᾽ ἐποπτικὰ ὧν ἕνεκα, κ᾽
σιν, ἐάν τις ὀρθῶς μετίῃ, γνῷ οἷδ᾽ ὧν οἷόν
Illa quidem igitur amatoria fortasse si
edoctus sis, perspecta vero, & contem-
, quorum causa etiam haec sunt, si
se perpendat, nescio qualis fueris. Plu-
Demetrio. Μυηθῆναι, καὶ τὴν τελετὴν
ἀπὸ τῶν μικρῶν ἄχρι τῶν ἐποπτικῶν, παρα-
Doceri, & universam initiationem a
usque ad contemplativa accipere. Nec
fieri licebat, nisi maioribus his my-
Itaque inusitatum fuit in Demetrio,
ul ac semel mysta, & epopta fieri vo-
ua de re est iste Plutarchi locus in
ita. Τότε δ᾽ οὖν ἀναζευγνύων εἰς τὰς Ἀθή-
ραψεν, ὅτι βούλεται παραχρῆμα εὐθὺς
, καὶ τὴν τελετὴν ἅπασαν, ἀπὸ τῶν μικρῶν
ν ἐποπτικῶν, παραλαβεῖν. τοῦτο δὲ οὐ θεμι-
θὲ γεγονὸς πρότερον. *Tunc autem re-*
Athenas, scripsit, velle quum illuc ad-
t statim institui (d) *& initiationem univer-*
a parvis usque ad contemplativa accipe-
Illud vero non receptum erat, neque fa-
ntea. Et Philochori e decimo Ἀτθίδος
Harpocrationem in Ἀνεπόπτευτος. Δη-
μὲν ἓν ἴδιόν τι ἐγένετο παρὰ τοὺς ἄλλους, τὸ
μα μυηθῆναι καὶ ἐποπτεῦσαι, καὶ τοὺς χρό-
τελεστῆς τοὺς πατρίους μεταχειρισθῆναι. Deme-
idem igitur proprium quid contigit
alios, ut solus simul initiaretur, &
laretur, & tempora initiationis patria
arentur. Ac mystae, in sacrarii tan-
stibulo consistebant; epoptae facti, in-
um adytum admittebantur. Colligere
enecae loco Nat. Quaest. lib. VII. ca-
XXI. Non semel quaedam sacra tradun-
Eleusis servat, quod ostendat revisentibus.
n natura sacra sua non semel tradit. Ini-
nos credimus; in vestibulo eius haere-
Illa arcana non promiscue neque omni-
patent. Reducta, & in interiore sacrario
sunt. Psellus Ἀναγωγαῖς, ubi de Sphin-
Ἐπὶ τῶν λεγομένων τελετῶν, τὰ μὲν ἄδυτα
δηλοῖ καὶ τέγνημα· τὰ δὲ παραπετάσματα
λωται, ἀγάλματα τὰ ἐν τοῖς ἀδύτοις φυλάτ-
ἐν δὲ ταῖς Ἐλευσινίοις, ἀνεμίγνυτό τε ταῦ-
καὶ ἀνεγυμνοῦτο τὰ κεκρυμμένα. ἐγίνετο γὰρ
τοῦτο

ΛΕΝΝΕ....
.. ΕΡΝΕΙΚΙΔΟΥ [*] ΜΥΘΕΙΣΑΝ
ΑΦ ΕΣΤΙΑΣ ΔΗΜΗΤΡΙ ΚΑΙ ΚΟ
ΡΗ ΑΝΕΘΗΚΕ
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣ ΤΗΣ ΑΝΑ
ΘΕΣΕΩΣ
ΤΟΥ ΕΠΙΤΡΟΠΟΥ ΑΥΤΗΣ
ΓΑΙΟΥ
ΚΑΣΙΟΥ ΣΗΜΑΧΙΔΟΥ.

Babinus in *Descriptione Athenarum* legit: ΜΕΝΕΘΕΡΝΕΙ
ΘΥΓΑΤΕΡΑ. Huius *a foco*, seu ἀφ᾽ ἑστίας initiationis memi-
& *Suidas*. Illud autem in caussa fuit cur subspicarer, hanc
iationem ad minora mysteria, & praeparationes pertinere,
d vir longe doctissimus *Ant. Mar. Salvinius* in ea senten-
fuit, quae censeret hanc phrasin ἀφ᾽ ἑστίας μυεῖσθαι respon-
e Italae loquutioni: *Ordinarsi a' primi ordini*, quemadmodum
e ad primam Inscriptionem in ora libri adnotavit. Cete-
m quoddam initiatorum genus id fuisse, certo cuidam mi-
terio addictum, probabilius forte videatur. Quidquid autem
; non parum hae duae antiquae Inscriptiones huic Eleusi-
s ritibus illustrandis idoneae deprehenduntur.
Hoc est *initiari*.

τοῦτο ἐν περιόδοις ἐτῶν, ἵνα μὴ τὰ ἀβέβηλα βεβήλοις πολλάκις ὀπλάνοιτο. *Quod ad initiationes, quae dicuntur, alia quidem adyta, vel recondita erant, ut innuit etiam nomen. Vela autem propendebant, invisibilia, quae in adytis, custodientia. In Eleusiniis vero, commiscentur illa, & revelantur occultata. Fiebat enim illud in circuitu annorum, ne profana sacrosanctis* (a) *mixta saepius cernerentur*. Huc pertinent ista quoque Procli in Timaeum Commentario II. Τῶν ὑπὸ τ᾽ τελεστικῆς ἱδρυμένων ἀγαλμάτων τὰ μέν ἐστιν ἐμφανῆ (ita lego, non ἀφανῆ) τὰ δὲ ἔνδοθεν ἀποκρύπτεται, σύμβολα τῆς θεῶν παρουσίας, ἃ καὶ μόνοις ἐστὶ γνώριμα τοῖς τελεσταῖς. *Imaginum per consecrationem positarum aliae quidem sunt conspicuae, aliae vero intus absconduntur, pignora deorum praesentiae, quae etiam solis sunt notae conservantibus* (b). Etecce, ne epoptis quidem, atque in adyta iam admissis, omnia revelabantur; sed adservabantur quaedam, non adspicienda ulli, praeterquam ipsis sacrorum praefectis, qui mystas, epoptasque, creabant. Fiebant vero epoptae in magnis mysteriis, ut iam dixi; idest, quinto demum anno; nam singulis quinquenniis ea celebrari solita. Tertullianus adversus Valentinus. *Nam & illa Eleusina haeresis, & ipsa Atticae superstitionis, quod tacent pudor est. Idcirco aditum prius cruciant, diutius consignant, quam initiant; quum epoptas ante quinquennium instituunt, ut opinionem suspendio cognitionis aedificent*. Atque hoc de iis est capiendum, qui ipsis mysteriis maioribus initiabantur; nam quos primis minoribus initiari contigisset, iis opus quadriennium exspectare; quos secundis triennium; quos tertiis, biennium; quos quartis, unum tantum annum; idque minimum intervallum omnium erat. Et de his Plutarchus sentit in Demetrio. Ἐπώπτευον δὲ τὐλάχιστον ἀπὸ τῶν μεγάλων ἐνιαυτὸν διαλιπόντες. *Conspiciebant autem minimum ab magnis annum interponentes*. Sed luxatus, corruptusque iste locus, & legendum. Ἐπώπτευον δὲ ἐπὶ τῶν μεγάλων, τὐλάχιστον ἐνιαυτὸν διαλιπόνλες. *Conspiciebant* (c) *autem in magnis, minimum interponentes annum*. Epoptae enim fiebant in magnis, anno minimum uno, postquam mystae facti essent; non autem post magna anno uno, in minoribus; quod ista lectio prae se fert. Nefas autem epoptis, morticinum aliquid tangere. Porphyrius in Epistola ad Anebonem apud Theodoretum Therap. III. Καὶ νεκρῷ ἀθιγῆ δέον εἶναι τὸν ἐπόπτην, διὰ νεκρῶν δὲ ζώων αἱ θεαγωγίαι ἐκτελοῦνται. *Oportet autem, ut Epoptes morticinum non tangat, mortuis autem animalibus* Θεαγωγίαι *perficiuntur*.

[a] Vertendum videretur: *ne sacrosancta a profanis saepius cernerentur*.

CAP. IX.

Initiatio noctu facta. Initiandi in sacello Agrae exiguo, Eleusine in amplissimo, mysteriorum leges, ac ritus accipiebant. Erant vero myrto coronati. Ac templum ingressi manus sibi abluebant.

NVnc mysteria inspiciamus; & qui circa ea ritus. Ac primo sciendum, noctu fieri initiationem solitam. Inde Cicero De Leg. lib. II. *Quid ergo aget Iacchus, Eumolpidaeque nostri, & antiqua illa mysteria; siquidem sacra nocturna tollimus?* Scholiastes Aristophanis Ranis. Νύκτωρ ἐτελεῖτο τὰ μυστήρια. *Noctu peragebantur mysteria*. Gregorius Nazianzenus Or. Εἰς τὰ ἅγια φῶτα. Αἰσχύνομαι γὰρ ἡμέρᾳ δοῦναι τὴν νυκτὸς τελετήν. *Pudet enim diei dare noctis initiationem*. Demetrius ut vulgo inscribitur Phalereus De Elocut. Τὰ μυστήρια ἐν ἀλληγορίαις λέγεται, πρὸς ἔκπληξιν, καὶ φρίκην· ὥστερ ἐν σκότῳ, καὶ νυκτί. *Mysteria allegoriis involuta traduntur ad stupore animos, atque horrore percellendos, tamquam in tenebris, & nocte*. Evagrius Hist. Eccles. lib. I. cap. XI. Καὶ τὰ ἐν Ἐλευσῖνι μυστήρια, καθ᾽ ἓν μόνον ἐπαινετὰ, ὅτι γε ἥλιον οὐχ ὁρᾷ, ἀλλὰ τῷ σκότῳ συνοικεῖν κατεκρίθησαν. *Et quae Eleusine mysteria, ob unam rem tantum laudanda, quod sol non videat, sed tenebris habitare condemnata sint*. Qui initiarentur illis, in sacello quodam exiguo, mysteriorum participes fiebant. Indicat hoc Dion Chrysostomus Orat. XII. Κοινῇ δὲ ξύμπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, τὴν ὁλόκληρον καὶ τῷ ὄντι τελείαν τελετὴν μυούμενον, οὐκ ἐν οἰκήματι μικρῷ, παρασκευασθέντι πρὸς ὑποδοχὴν ὄχλου βραχέος ὑπὸ Ἀθηναίων, ἀλλ᾽ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, ποικίλῳ καὶ σοφῷ δημιουργήματι, μυρίων ἑκάστοτε θαυμασίων φαινομένων. *Communiter autem omne hominum genus, integram, & vere perfectam initiationem edoctum, non in domicilio parvo, exstructo ad receptaculum turbae parvae ab Athenienſibus, sed in hoc mundo, variegato, & sapiente opificio, innumeris identidem admirandis adparentibus*. Atque hoc de minoribus mysteriis accipiendum, quae celebrari Agrae solita, ut iam supra commemoravi; nam maioribus, quae celebrata Eleusine, si initiatio fieret, in templo etiam Eleusinio, in sacello, quod amplissimum, illa facta. Designat illud idem Dion in eadem Oratione. Σχεδὸν ἓν ὅμοιον, ὥσπερ εἴ τις ἄνδρα Ἕλλωα, ἢ βάρβαρον, μυεῖσθαι παραδίδως, εἰς μυστικόν τινα οἶκον, ὑπερφυῆ κάλλει καὶ μεγέθει, πολλὰ μὲν ὁρῶντα μυστικὰ θεάματα, πολλῶν δὲ ἀκούοντα τοιούτων φωνῶν, σκότους τε καὶ φωτὸς ἐναλλὰξ αὐτῷ φαινομένων, ἄλλων τε μυρίων γινομένων, *Fere igitur simile, ac si quis virum Graecum, vel barbarum sacris instituendum tradens, in mysticam quamdam domum, eminentem pulcritudine, & magnitudine, multa quidem videntem mystica spectacula, multas vero audientem tales*

(b) Cur non *Sacerdotibus*? vel *initiationum Ministris*? vel *sacrorum Praefectis*?
(c) Hoc est, ἐπόπται fiebant.

Digitized by Google

bilitate ſit caſtus. Primus autem fuiſſe Eumolpus commemoratur; & ab eo, qui de gente ipſius eſſent, Εὐμολπίδαι nuncupati. Heſychius. Εὐμολπίδαι. ὕτως οἱ ἀπὸ Εὐμόλπου ἐκαλοῦντο, τῷ πρώτου ἱεροφαντήσαντι. πολλοὶ δὲ γεγόνασιν ὁμώνυμοι. *Eumolpidae. Ita poſteri Eumolpi vocabantur, qui primus hierophanta fuit: multi autem fuerunt eodem nomine.* Ineptit Suidas, qui Hierophantam quemdam tradit. Ἱεροφάντης, οὕτω φασὶ τὸν πρῶτον ὠνομάσθαι ἱεροφάντην, τὸν ἀποφήναντα ἐκ τοῦ πολέμου ἀπιόντα τὰ ἱερά. *Hierophantes, ſic dicunt primum adpellatum fuiſſe hierophantam, qui decernebat ex bello diſcedentia ſacra* [a]. Atque in fine legendum etiam, ἐκ τοῦ Εὐμόλπου ἀπιόντα τ. ἱ. *Eumolpo digreſſa* [b]. Fuit autem hic Eumolpus non Thrax iſte, primus nominis; verum tertius, a priore iſto quintus, ut ſupra oſtendi cap. II. Et ex Eumolpidis legi deinceps hierophantas conſueviſſe, teſtis Arnobius lib. V. *Eumolpus, a quo gens fluit Eumolpidarum, & ducitur clarum illud apud Cecropios nomen; & qui poſtea floruerunt* [c] *hierophantae.* Clemens Protreptico. Τὸ Εὐμολπιδῶν τὸ ἱεροφαντικὸν δὴ τοῦτο Ἀθήνησι γένος (ἀπ' Εὐμόλπου) ἤνθηκε. *Eumolpidarum hierophanticum illud Athenis genus (ab Eumolpo) floruit.* Et vis exemplum? ecce tibi apud Tacitum Hiſtoriarum extremo IV. *Timotheum Athenienſem, ex gente Eumolpidarum, quem, ut antiſtitem ceremoniarum, Eleuſi exciverat, quaenam illa ſuperſtitio, quod numen, interrogat.* Vocat *Antiſtitem ceremoniarum*, quem ἱεροφάντην Athenienſes. Porro, ut hoc caput finiam, hierophanta etiam Μυσαγωγὸς dictus. Heſychius. Ἱεροφάντης, μυσαγωγὸς, ὁ τὰ μυστήρια δεικνύων. *Hierophantes, myſtagogus, myſteria monſtrans.* Et alibi. Μυσαγωγὸς, ἱερεὺς ὁ τοὺς μύστας ἄγων. *Myſtagogus, ſacerdos myſtas ducens.* Huc adludens Menander:

Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
Εὐθὺς γεγωμένῳ, μυσαγωγὸς τοῦ βίου.
Vnicuique daemon viro adeſt
Statim naſcenti myſtagogus vitae.

Symmachus lib. IX. epiſt. IX. *Eumdemque in domus tuae ſacrarium tamquam myſtagogus induco.* Et antea dixerat lib. IV. epiſt. XXVI. *Hunc in amicitiam tuam tamquam myſtagogus induco.* Et lib. VII. epiſt. XLV. *Eos in clientelam tuam quaſi myſtagogus inducam* [d].

[a] Vertendum *diſcedentem.*
[b] Verte *deſcendentem.*
[c] Integer locus eſt: *Floruerunt Caduceatores, Hierophantae, atque Praecones.*
[d] Hinc *Cyrillus* Hieroſolymitanus Myſtagogica ea ſcripta adpellavit, quibus ad Chriſtianae ſapientiae myſteriorum cognitionem inſtitutam plebem adducit.

CAP. XIV.

Daduchus quoque, & praeco adhibiti; item ὁ ἐπὶ βωμῷ. Daduchus coma, & ſtrophio diſtinctus; totam vitam munere ſuo fungebatur; & ſi vellet, vxorem ducebat. Solus hoc nomine adpellatus, & Solis effigiem praeferens; ut praeco, Mercurii; & minister ad aram, Lunae.

PRaeter Hierophantam partes hic quoque ſuas habebant daduchus, & praeco. Arrianus recenſet ſingulos Commentar. in Epictetum III. cap. XXI. Τί ἄλλο ποιεῖς, ἄνθρωπε, ἢ ἐξορχῇ τὰ [e] μυστήρια, ἢ λέγεις. οἴκημά ἐςι καὶ ἐν Ἐλευσῖνι, ἰδοὺ καὶ ἐνθάδε. ἐκεῖ ἱεροφάντης, καὶ ἐγὼ ποιήσω ἱεροφάντην. ἐκεῖ κῆρυξ, κἀγὼ κήρυκα καταςήσω. ἐκεῖ δᾳδοῦχος, κἀγὼ δαδοῦχος. *Quid aliud facis, o homo, quam exſultas* (f) *myſteria, & dicis, conclave eſt & in Eleuſine, ecce, & hic; ibi hierophantes, & ego faciam hierophantem; ibi praeco, & ego praeconem ſtatuam; ibi facitenens, & ego facitenens.* Et Plutarchus in Alcibiade. Ἐν δὲ τούτῳ δοῦλους τινὰς καὶ μετοίκους προῆγεν Ἀνδροκλῆς ὁ δημαγωγὸς, ἄλλων τε ἀγαλμάτων περικοπὰς, καὶ μυστηρίων παρ' οἶνον ἀπομιμήσεις τοῦ Ἀλκιβιάδου, καὶ τῶν φίλων, κατηγοροῦντας. ἔλεγον δὲ Θεόδωρον μέν τινα δρᾶν τὰ τοῦ κήρυκος, Πολυτίωνα δὲ τὰ τοῦ δᾳδούχου, τὰ δὲ τοῦ ἱεροφάντου τὸν Ἀλκιβιάδην. *Interea vero ſervos aliquos, & inquilinos produxit Androcles tribunus plebis, & aliorum ſimulacrorum reciſiones, & myſteriorum in vino imitamenta Alcibiadis, & amicorum accuſantes. Dicebant autem Theodorum quidem quemdam facere opus praeconis, Polytionem vero partes facitenentis, hierophantae autem Alcibiadem.* Et mox. Θεσσαλὸς, Κίμωνος, Λακιάδης, Ἀλκιβιάδην Κλεινίου, Σκαμβωνίδην, εἰσήγγελλεν ἀδικεῖν περὶ τὼ θεὼ, τὴν Δήμητρα καὶ τὴν Κόρην, ἀπομιμούμενον τὰ μυστήρια, καὶ δεικνύοντα τοῖς ἑαυτοῦ ἑταίροις ἐν τῇ οἰκίᾳ τῇ ἑαυτοῦ, ἔχοντα στολὴν, οἵανπερ ἱεροφάντης ἔχων δείκνυσι τὰ ἱερὰ, καὶ ὀνομάζοντα αὐτὸν μὲν ἱεροφάντην. Πολυτίωνα δὲ δᾳδοῦχον, κήρυκα δὲ Θεόδωρον Φηγαιέα. *Theſſalus, Cimonis, Laciades, Alcibiadem Cliniae Scambonidem detulit iniurium eſſe circa Deas Cererem, & Proſerpinam, imitantem myſteria & oſtendentem ſuis ſociis domi ſuae, indutum veſte, qualem habens hierophantes monſtrat ſacra: & adpellantem ſe hierophantem, Polytionem vero facitenentem, praeconem vero Theodorum Phegaeenſem.* Hierophantae, ac daduchi, mieminit etiam Sopater in Diviſ. Quaeſt. Καὶ μύστης ὢν τὸν ἱεροφάντην ἅμα καὶ δαδοῦχον τεθέαμαι, καὶ τὴν τελετὴν ἐκείνην εἶδον, ἣν οἱ μεμυημένοι πάντες ἐπίσασθε. *Et myſta quum eſſem, hierophantem ſimul, & facitenentem vidi, & ceremonias illas ſpectavi, quas initiati omnes noviſtis.* Vtque hierophanta coma, & ſtrophio inſignis erat; ita daduchus. Obſervare eſt apud Plutarchum Ariſtide.

Ω'ν

[e] Alii legunt: τὰ μυστήρια ἐξορχῇ, καὶ &c.
[f] Hoc eſt, *patefacis.*

Digitized by Google

Ὧν ἦν καὶ Καλλίας ὁ δᾳδοῦχος. τούτῳ γάρ τις, ὡς ἔοικε, τῶν βαρβάρων προσέπεσεν, οἰηθεὶς βασιλέα, διὰ τὴν κόμην, καὶ τὸ στρόφιον, εἶναι. *Quorum erat, & Callias faciienens, huic enim aliquis, ut videtur, barbarorum accidit, opinatus regem propter comam, & redimiculum.* Atque ſtrophium, pariter ac hierophantae, e myrto erat. Vides apud Scholiaſten Sophoclis ad Oed. Colon. cuius verba a me citata capite ſuperiori, ubi de hierophantae ſtrophio dico. Et munere eo totam vitam fungebatur, ut hierophanta. Indicant Pauſaniae verba iſta Atticis. Τούτους δὲ ἐς τὸν τέταρτον πρόγονον Λέοντα δᾳδούχους πάντας ὑπῆρξε γενέσθαι παρὰ τὸν βίον τὸν αὐτῆς. πρῶτον μὲν τὸν ἀδελφὸν Σοφοκλέα εἶδε δᾳδουχοῦντα· ἐπὶ δὲ τούτῳ, τὸν ἄνδρα Θεμιστοκλέα· τελευτήσαντος δὲ καὶ τούτου, Θεόφραστον τὸν παῖδα. *Illos enim ad quartum ex progenitoribus Leontem (a) facitenentes omnes eſse contigit per vitam huius; primum quidem fratrem Sophoclem vidit facitenentem; poſt hunc vero maritum Themiſtoclem, hoc autem etiam mortuo Theophraſtum filium.* Atque uxorem illi ducere licitum erat, quod hierophantae interdictum. Ecce in citatis illis Pauſaniae verbis. Πρῶτον μὲν τὸν ἀδελφὸν Σοφοκλέα εἶδε δᾳδουχοῦντα· ἐπὶ δὲ τούτου, τὸν ἄνδρα Θεμιστοκλέα. *Primum quidem fratrem Sophoclem vidit facitenentem; poſt hunc vero maritum Themiſtoclem.* Non autem quivis facem geſtans δᾳδοῦχος dictus, ſed κατ' ἐξοχὴν hic, de quo agimus. Euſtathius ad Iliad. ά. Διαφέρει ὁ δᾳδοῦχος ἔχων ἁπλῶς, καὶ ὁ ἐν τοῖς κατ' Ἐλευσῖνα μυστηρίοις δᾳδοῦχος. *Differt faces tenens ſimpliciter, & ille in Eleuſinis myſteriis facitenens (b).* Ad praeconem (c), quod attinet de eo eſt Pollucis locus lib. VIII. cap. IX. ſect. XXII. Κῆρυξ, ὁ μέν τις τῶν μυστικῶν, ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ, καὶ Πανδρόσου τῆς Κέκροπος. *Praeco, alius quidem myſticorum, ab Ceryce Mercurii filio, & Pandroſi filiae Cecropis.* Quin praeter daduchum, ac praeconem, quartus item aliquis erat, ad aram miniſtrans, ὁ ἐπὶ βωμῷ nuncupatus; utque creatoris hierophanta, ita daduchus Solis, praeco Mercurii, & ὁ ἐπὶ βωμῷ effigiem Lunae repraeſentabat. Euſebius De Praep. Evang. lib. III. Ἐν δὲ τοῖς καθ' Ἐλευσῖνα μυστηρίοις ὁ μὲν ἱεροφάντης, εἰς εἰκόνα τοῦ δημιουργοῦ ἐνσκευάζεται· δᾳδοῦχος, εἰς τὴν ἡλίου, καὶ ὁ μὲν ἐπὶ βωμῷ, εἰς τὴν σελήνης· ὁ δὲ ἱεροκήρυξ, Ἑρμοῦ. *In myſteriis autem Eleuſinis hierophanta quidem ad effigiem opificis (d) adornatur; facitenens ad illam ſolis, & ille qui aram miniſtrat, ad lunae, ſed hierocerux (e), Mercurii.* Philoſtratus in Vita Chreſti Sophiſt. lib. II. Καὶ τῶν ἐλλογίμως φιλοσοφησάντων, Κάλλαισχρός τε ὁ Ἀθηναῖος, καὶ ὁ ἐπὶ βωμῷ Σῶσπις, καὶ πλείους ἕτεροι, λόγου ἄξιοι. *Et eorum, qui egregie philoſophati ſunt, Callaeſchruſque Athenienſis, & Soſpis aras miniſter, & alii multi commemoratione digni (f).*

CAP. XV.

Praefectus myſteriis ὁ Βασιλεύς, *eiuſque circa iſta munus. Item* οἱ Ἐπιμεληταί, *numero quatuor; iique unde legi ſoliti. Praeter illos* Ἐξηγηταί *etiam decem. Pollucis locus emendatus.*

PRaeerat vero myſteriis, ὁ Βασιλεὺς adpellatus. Heſychius. Βασιλεύς, ἄρχων τις Ἀθήνησι, μυστηρίων προνοῶν. *Rex, magiſtratus Athenis, myſteria procurans.* Etymologici Auctor. Παρὰ Ἀθηναίοις ὁ λεγόμενος βασιλεὺς πρῶτον μὲν μυστηρίων ἐπιμελεῖται. *Apud Athenienſes dictus Rex primo quidem myſteriorum curam gerit.* Pollux lib. VIII. cap. VIII. ſect. III. Ὁ δὲ Βασιλεὺς μυστηρίων προέστηκε. *Rex autem myſteriis praeeſt.* Ariſtophanis Scholiaſtes ex-

[a] Latini *Leonem* dicunt.

[b] Daduchorum mentio occurrit in antiquis Inſcriptionibus Athenienſibus. Conſule eas quas attulimus ad *Cap. X. & XV.* Alia apud *Sponium*.

ΑΡΞΑΝΤΟΣ ΤΗΝ ΕΠΩ....
ΤΙΒ. ΚΛ. ΣΩΣΠΙΔΟΣ ΔΑΔΟΥ
ΧΟΥ
ΤΙΒ. ΚΛ. ΛΥΣΙΛΛΟΥ ΔΑΔΟΥ
ΧΟΥ
ΣΥΝΚΛΗΤΙΚΩΝ ΑΝΕΘ...
ΕΝΝΕΑ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΟ...
ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΔΙΠΛΩ ΤΩ...
ΛΟΓΙΣΤΗΝ ΚΑΤΑΠΕ...
ΕΠΙΔΑΤΡΙΟΙΣ ΧΑΙΡΟ...
ΚΟΡΩΝΕΥΣΙ ΘΗΒΑ...
ΤΗΣ ΔΕ ΑΛΛΗΣ ΑΡΕΤΗΣ

[c] Praeconis mentio frequens in vetuſtis Inſcriptionibus, quas paſſim proferimus, & in quadam Baſi Eleuſinae, ut creditur, Cereris praecipue, ubi:

ΟΥ
Ν ΝΙΓΡΕΙΝΟΣ
ΙΕΡΟΚΗΡΥΞ

apud *Sponium*, & *VVhelerum*. De Praecone hoc quoque intelligendum vetuſti marmoris Eleuſinii fragmentum apud eumdem *Sponium:*

Supplementa.

Κ	ΗΡΥΚΕΥΣΑΝΤΑ ΚΑΙ
Γυμ	ΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ ΔΙΣ
Αγ	ΩΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ
	ΤΩΝ
μεγαλ	ΩΝ ΚΑΙΣΑΡΗΩΝ ΣΕ
	ΒΑΣ
των και	ΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΑ
επι του	Σ ΟΠΛΕΙΤΑΣ ΔΙΣ
	....ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝ

(d) Dixiſſem, *Creatoris*.

(e) Addidiſſem *ad*.

[f] Epibomorum meminit Inſcriptio inſignis, quam produximus ad *Caput XV.* Et alia, ut ipſe quidem corrigo, ac ſuppleo, quae habetur ad *Lib. De Popul. Attic.* in Στειρία, in qua

ΙΟΥ. ΙΕΡΟΦΑ
ΝΤΗΣ
ΠΟΜ. ΔΑΔΟΥ
ΧΟΣ
ΠΑΙ.. ΙΕΡΟΚΗΡΥΞ
Μ... ΕΠΙΒΩΜΟΣ

Fundamentum meae emendationis alia inſcriptio eſt, quam *Sponius* profert, & nos iam ad memoratum *Lib. De Popul. Attic.* in Ἐλεοῦσα exhibuimus, & in qua legitur:

ΙΟΥΛ.

Digitized by Google

extremis Acharnenſibus. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἀρχή τις ἐστίν· ἦν καὶ τῶν μυστηρίων ἐπιμελητής. *Rex autem, Magiſtratus quidam eſt: Erat enim (a) myſteriorum curator (b).* Habes quoque apud Harpocrationem, & Suidam. Et vota ritu patrio nuncupabat, ac ſacra faciebat Eleuſine, atque Athenis in Eleuſinio; curabatque, ne quis in myſteria quidquam, aut ſacra delinqueret. Lyſias in Andocidem. Φέρε γὰρ, ἂν νυνὶ Ἀνδοκίδης ἀθῶος ἀπαλλαγῇ ἡμῶν ἐκ τοῦδε τοῦ ἀγῶνος, καὶ ἔλθῃ κληρωσάμενος τῶν ἐννέα ἀρχόντων, καὶ λάχῃ βασιλεὺς, ἄλλο τι ἢ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ θυσιάσῃ, καὶ εὐχὰς εὔξεται κατὰ τὰ πάτρια, τὰ μὲν, ἐν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσῖνι, τὰ δὲ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ ἱερῷ, καὶ τῆς ἑορτῆς ἐπιμελήσεται μυστηρίοις, ὅπως ἂν μηδεὶς ἀδικῇ, μηδὲ ἀσεβῇ περὶ τὰ ἱερά. *Age enim, ſi nunc Andocides ſine noxa diſcedat ex hoc noſtro certamine, & venerit ſortitus inter novem archontes, denique ſortiatur magiſtratum Regis, aut quid aliud, & pro nobis ſacra facturus ſit, ac vota facturus ritu patrio, alia quidem in ea, quae hic eſt, Eleuſine, alia autem in ſacro Eleuſinio, & feſti adminiſtraturus myſteria, ut ne quis iniuſte, neque impie egerit circa ſacra.* Atque initio edicebat; ut, quiſquis hoſtis ſacris abſtineret. Pollux loco iam citato. Προαγορεύῃ δὲ (ὁ βασιλεὺς) τοῖς ἐναντίοις, ἀπέχεσθαι τῶν μυστηρίων. *Praenunciat vero (Rex) contrariis, abſtinere myſteriis.* Deinde poſtridie myſteriorum ex lege Solonis ſenatum in Eleuſinio cogebat (c), cogniturus de iis, qui in myſteria, aut ſacra deliquiſſent. Andocides Orat. Περὶ μυστηρίων. Ἐπειδὴ γὰρ ἤλθομεν Ἐλευσινόθεν, καὶ ἡ ἔνδειξις ἐγεγένητο, πρασσῇ ὁ βασιλεὺς περὶ τῶν γεγενημένων ἐν Ἐλευσῖνι κατὰ τὴν τελετὴν, ὥσπερ ἔθος ἐστίν. οἱ δὲ πρυτάνεις προσάξειν ἔφασαν αὐτὸν πρὸς τὴν βουλὴν, ἀπαγγεῖλαί τ' ἐκέλευον ἐμοί τε καὶ Κηφισίῳ παρεῖναι εἰς τὸ Ἐλευσίνιον. ἡ γὰρ βουλὴ ἐκεῖ καθεδεῖσθαι ἔμελλε, κατὰ τὸν Σόλωνος νόμον, ὃς κελεύει τῇ ὑστεραίᾳ τῶν μυστηρίων ἕδραν ποιεῖν ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. *Poſtquam enim venimus Eleuſinem, & demonſtratio fieret, adgrediebatur Rex peragenda Eleuſine in feſto, ut moris eſt. Prytanes vero delaturos ſe eum ad ſenatum dixerunt, mihique, & Cephiſio mandarunt ſignificare, ut adeſſet, ad Eleuſinium. Senatus enim illic conſeſſurus erat ex lege Solonis, quae iubet, proximo poſt myſteria die conſeſſum facere in Eleuſinio.* Sed non ſolus Βασιλεὺς curabat myſteria, verum cum eo etiam οἱ Ἐπιμεληταὶ dicti. Pollux lib. VIII. cap. VIII. ſect. III. Ὁ δὲ Βασιλεὺς μυστηρίων προέσηκε μετὰ τῶν Ἐπιμελητῶν. *Rex autem myſteriis praeeſt cum Curatoribus.* Erant vero hi quatuor numero, & a populo legebantur; duo ex civibus Athenienſibus, tertius autem ex Eumolpidis, quartus ex Cerycibus. Etymologici Auctor. Ἐπιμελητὴς τῶν μυστηρίων. Παρὰ Ἀθηναίοις ὁ λεγόμενος Βασιλεὺς πρῶτον μὲν μυστηρίων ἐπιμελεῖται μετὰ τῶν Ἐπιμελητῶν, ὃς ὁ δῆμος ἐχειροτόνει. τέσσαρες δὲ ἦσαν. εἷς δὲ, ἐξ Εὐμολπιδῶν· καὶ εἷς, ἐκ Κηρύκων. *Curator myſteriorum. Apud Athenienſes is, qui Rex dicitur, primo quidem myſteriorum curam gerit cum Curatoribus, quae populus legebat. Erant vero quatuor, unus vero ex Eumolpidis, item unus ex Cerycibus.* Quae totidem pene verbis Harpocration, & Suidas, ex Ariſtotele. Meminit τοῦ Ἐπιμελητοῦ τῶν μυστήριων Demoſthenes in Midiana. Ὑμεῖς γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐχειροτονήσατε τοῦτον τῆς παράλου ταμίαν ὄντα τοιοῦτον οἷός ἐστι. καὶ πάλιν ἵππαρχον, ὀχεῖσθαι διὰ τῆς ἀγορᾶς ταῖς πομπαῖς οὐ δυνάμενον· καὶ μυστηρίων Ἐπιμελητὴν (d), καὶ Ἱεροποιόν. *Vos enim, o viri Athenienſes, creaviſtis hunc navis Parali quaeſtorem talem, prout eſt; & rurſus equitum praefectum, quum vehere per forum in pompis non poſſet; & myſteriorum curatorem, & ſacrificulum.* Ad hos in myſteriis maioribus Ἱεροποιοὶ erant, decem numero, qui ſacra facerent. Pollux lib. VIII. cap. VIII. ſect. XXVI. Quae eſt Περὶ ἱεροποιῶν. Δέκα ὄντες ἦσαν, ἔθυον θυσίας τὰς πενταετηρικὰς ἢ εἰς Δῆλον, τὴν ἐν Βραυρῶνι, ἢ τῶν Ἡρακλείων, ἢ (e) Ἐλευσῖνι. *Illi decem numero immolabant libamenta quinquennalia, illa in Delum, Brauronе, Herculaneorum, Eleuſine.* Ita locum illum, hodie corruptiſſimum, emendandum cenſeo (f).

CAP. XVI.

Initiati his myſteriis Athenienſium liberi, adhuc pueri; nec Athenienſes tantum, ſed Graeci quoque alii omnes; niſi quod Socrates, & Demonax neglexerunt. Item Romani; in quibus Sylla, Atticus, Auguſtus, Hadrianus, & M. Antoninus Philoſophus. Etiam Anacharſis, Scytha, & mulieres, quae Μέλισσαι *adpellatae.*

CVrabant autem Athenienſes his myſteriis liberos ſuos, adhuc pueros, a certo tempore initiari; quemadmodum etiam in Samothraciis fiebat. Terentius in palliata fabula Phormione Act. I. Scen. I.

Ferietur alio munere, ubi hera pepererit;
Porro autem alio, ubi erit puero natalis dies
Vbi initiabunt. ——

Vbi Donatus. *Terentius Apollodorum ſequitur, apud quem legitur, in inſula Samothracia (g) a certo tempore pueros (h) initiari more Athe-*

ΙΟΤΛ. ΙΕΡΟ
ΦΑΝΤΗΣ
ΑΙΛ. ΔΑΔΟΥ
ΧΟΣ
ΕΡΕΝΝΙΟΣ ΙΕ
ΡΟΚΗΡΥΞ
ΜΕΜ. ΕΠΙΒΩ
ΜΟΙ

Vbi tamen ΕΠΙΒΩΜΟΣ potius legerem.

(a) Vertendum eſt *etiam*.
(b) Conſule *Lib. I. De Archont. Athenienſ. Cap. IX.*
(c) Adi *Lib. II. Them. Attic. Cap. XXXV.*
(d) Epimeletarum Myſteriorum mentio eſt in illis antiquis inſcriptionibus quas *ad Cap. XVI.* adducimus: Alterius autem generis Epimeletas videre eſt in Inſcriptionibus apud *Gruterum pag. CCCXCV.* 1. 2. & *Lib. De Pop. Attic. col.* 375.
(e) Forte τῷ ἐν Ἐλευσῖνι.
(f) Ἱεροποιῶν meminerunt antiquae inſcriptiones apud *Gruterum pag. CCCCXIX. CCCCXCV.* quorum ſecundi ad Eleuſinia pertinere videntur.
(g) Editio Batava: *In inſula Samothracum*.
(h) Memento puerorum oblatorum inter Chriſtianos, quorum frequens mentio in hiſtoria Eccleſiaſtica.

Athenienſium. Ac, ſi in pueris neglectum foret; ſaltem, ut ante mortem fieret, ſummo ſtudio operam dabant. Inde ille apud Ariſtophanem Pace.

Δεῖ γὰρ μυηθῆναί με, πρὶν τεθνηκέναι.
Oportet enim initiari me, priuſquam moriar.

Socrati, & Demonacti probro datum, quod initiationem neglexiſſent. Lucianus Demonacte. Καί τινες ἐπ' αὐτὸν (τὸν Δημώνακτα) ἀνέστησαν Ἄνυτοι καὶ Μέλιτοι, τὰ αὐτὰ κατηγοροῦντες, ἅπερ κἀκεῖνοι τότε (τῷ Σωκράτει) ὅτε θύων ὤφθη πώποτε, ὅτε ἐμυήθη μόνῳ ἁπάντων ταῖς Ἐλευσινίαις. *Et quidam contra eum (Demonactem) inſurrexerunt Anyti, ac Meliti, eadem exprobrantes, quae illi tunc (Socrati) neque viſus ſit ſacrificans umquam, neque initiatus ſit ſolus omnium Deabus Eleuſiniis* (a). Nec Athenienſes tantum, ſed Graeci omnes, hiſce ſacris initiandos ſe ſiſtebant. Herodotus lib. VIII. Τὴν δὲ ἑορτὴν ταύτην (de Eleuſiniis illi ſermo) ἄγουσιν Ἀθηναῖοι ἀνὰ πάντα ἔτεα τῇ μητρὶ καὶ τῇ κόρῃ, καὶ αὐτέων τε ὁ βουλόμενος, καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων μυεῦται. *Feſtum vero iſtud celebrant Athenienſes ſingulis quinquenniis Matri, ac Filiae, & ipſorum quicumque vult, ac reliquorum, initiatur*. Immo non dumtaxat Graeci, ſed quaecumque etiam gentes. Cicero De Natur. Deorum lib. I.

Omitto Eleuſinam ſanctam illam, & auguſtam;
Vbi initiantur gentes orarum ultimae.

Itaque ipſi quoque Romani; inter quos Sulla. Plutarchus in eius Vita. Ἀναχθὲς δὲ πάσαις ταῖς ναυσὶν ἐξ Ἐφέσου, τριταῖος ἐν Πειραιεῖ καθωρμίσθη· καὶ μυηθεὶς, ἐξεῖλεν ἑαυτῷ τὴν Ἀπελλίκωνος τοῦ Τηΐου βιβλιοθήκην. *Quum Epheſo cum omnibus navibus ſolviſſet, tertia die in Piraeeo anchoras iecit: & quum initiatus fuiſſet Apellicontis Teii Bibliothecam ſibi vindicavit*. Atticus, ad quem Brutus apud Ciceronem Tuſc. I. *Reminiſcere, quoniam es initiatus, quae tradantur myſteriis*. Et ipſe Atticus apud eumdem De Leg. lib. II. *Excipis, credo, illa (myſteria) quibus ipſi initiati ſumus*. Auguſtus quoque Imperator. Dion Caſſius lib. LI. Τά τε ἐν τῇ Ἑλλάδι διώκησε, (loquitur autem de Auguſto) καὶ τῶν θεῶν (b) μυηρίων μετέλαβεν. *Ac res in Graecia ordinavit, & myſteria Dearum ſuſcepit*. Suetonius in eius Vita cap. XCIII. *Athenis initiatus, quum poſtea Romae pro tribunali de privilegio ſacerdotum Atticae Cereris diſceptaretur* (c), *& quaedam ſecretiora proponerentur, dimiſſo concilio, & corona circumſtantium, ſolus audiit diſceptantes*. Et Hadrianus Imp. Spartianus in eius Vita. *Et Eleuſinia ſacra, Herculis, Philippique exemplo, ſuſcepit*. Hieronymus in Catalogo Script. Eccleſ. ubi de Quadrato agit. *Quumque Hadrianus Athenis exegiſſet hiemem, inviſens Eleuſinem, & omnibus paene Graeciae ſacris initiatus, dediſſet occaſionem iis, qui Chriſtianos oderant, abſque praecepto Imperatoris vexare credentes, porrexit ei librum, pro religione noſtra compoſitum*. Et in Epiſtola ad Magnum Oratorem. *Quadratus, Apoſtolorum diſcipulus, & Athenienſis pontifex eccleſiae, nonne Hadriano principi, Eleuſinae ſacra inviſenti, librum pro noſtra religione tradidit?* Xiphilinus in Hadriano. Ἀφικόμενος δὲ εἰς τὴν Ἑλλάδα, ἐπώπευσε τὰ μυστήρια. *Quum autem in Graeciam delatus eſſet, myſteria inſpexit*. Item M. Antoninus Philoſophus. Xiphilinus quem iam dixi in eius Vita. Ὁ δὲ Μάρκος, ἐλθὼν εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ μυηθεὶς, ἔδωκε μὲν τοῖς Ἀθηναίοις τιμάς. *Marcus autem quum Athenas veniſſet, & initiatus eſſet, honores quidem Athenienſibus dedit*. Iulius Capitolinus item in Vita. *Orientalibus rebus ordinatis, &c.* Quin longinquae etiam gentes. Nec temere eſt illud in citato apud Ciceronem loco,

Vbi initiantur gentes orarum ultimae.

Quod Anacharſidis cauſa dictum puto; qui, quum Scytha ipſe eſſet, tamen & civis Athenienſis factus fuit, & his ſacris initiatus. Lucianus Scytha. Καὶ ἐμυήθη μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρσις, δημοποίητος γενόμενος· εἰ χρὴ Θεοξένῳ πιστεύειν, καὶ τοῦτο ἱστοροῦντι περὶ αὐτοῦ. *Et initiatus fuit ſolus ex barbaris Anacharſis, adſcitus civis, ſiquidem oportet fidem habere Theoxeno, etiam iſtud de eo narranti*. Himerius in Eclogis. Ἤγαγεν ἡ ἄρα ὁ τοῦ πυρὸς τοῦ κατ' Ἐλευσῖνα πόθος καὶ Ἀνάχαρσιν, καὶ Σκύθην, ἐπὶ μυσήρια. *Duxit vero iam quoque ignis in Eleuſine cupiditas Anacharſin, & Scythen, ad myſteria*. Nec viri tantum initiati, verum etiam ſequior ſexus; & quidem aetatis omnis, ac dignitatis. Apuleius Mil. XI. *Influunt turbae, ſacris divinis initiatae, viri, feminaeque, omnis aetatis, & omnis dignitatis* (d). Ariſtides Eleuſinia. Ὅσα μὲν δὴ θέας ἐχόμενα εἶδον γενεαὶ παμπληθεῖς εὐδαιμόνων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἐν τοῖς ἀῤῥήτοις φάσμασιν. *Quaecumque quidem ſpectari decet, viderunt familiae admodum multae felicium virorum, ac mulierum in illis arcanis ſpectaculis*. De feminis videre eſt etiam in Inſcriptione antiqua.

SACRATAE . APVD . ELEVSINAM .
DEO . BACCHO . CERERI . ET . CORAE (e).

Mulieres vero initiate Μέλιτται dictae. Heſychius. Μέλιτται, αἱ τῆς Δήμητρος μύστιδες. *Meliſſae Cereris initiatae*. Porphyr. De Nymph. antro. Τὰς Δήμητρος ἱερείας, ὡς τῆς χθονίας θεᾶς μύστιδας, Μελίττας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν. *Cereris ſacerdotem, qui Daduchi munere iam functus fuerat, bis Cereri, & Proſerpinae dedicavit*. Quamquam id haud omnino neceſſarium videatur. Feminam reſpiceret haec inſcriptio, niſi potius legenda ὁ δῆμος ἱεροφάντην Ἀμφίου Φιλανδρου εὐσεβείας ἕνεκεν τῆς θεᾶς ἀνέθηκεν.

Ο ΔΗΜΟΣ
..ΕΙΟΦΑΝΤΙΝ ΑΜΦΙΟΥ ΦΙΛΑΝ
ΔΡΑ ΕΥΣΕΒΗΑΣ ΕΝΕΚΕΝ ΤΗΣ..
ΘΕΑΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

(a) Aeque enim initiabantur Cereri, ac Proſerpinae. Conſule ſuperius *Cap. XI.* & Inſcriptiones adlatas inferius.
(b) Eadem phraſis in Inſcriptione quam alibi protulimus.
(c) *De privilegio Sacerdotum Atticae Cereris cognoſceret*. Editio Batava anni 1647.
(d) Editio *Io: Pricaei* anni 1650. *omnis dignitatis, & omnis aetatis*.
(e) Sic Eleuſiniam Sacerdotem Claudiam Timotheam Timothei Gargettii F. & Nicoſtratam initiatas habes in Inſcriptionibus Eleuſiniis ſuperius ad *Caput VIII.* adlatis. Forte initiata quoque erat Cteſicleia illa, cuius mentio in Inſcriptione pariter Eleuſinia mox adducenda; quandoquidem virum ſuum Sopho-

Digitized by Google

n Catalogo Script. Eccles. ubi de Qua-
agit. *Quumque Hadrianus Athenis ex-*
biemem, invisens Eleusinem, & omni-
aene Graeciae sacris initiatus, dedisset
nem iis, qui Christianos oderant, absque
pto Imperatoris vexare credentes, porre-
librum, pro religione nostra compos-
Et in Epistola ad Magnum Oratorem.
atus, Apostolorum discipulus, & Athe-
pontifex ecclesiae, nonne Hadriano prin-
Eleusinae sacra invisenti, librum pro
religione tradidit? Xiphilinus in Ha-
. Ἀφικόμενος δὲ εἰς τὴν Ἑλλάδα, ἐτώπλευ-
μυσήρια. *Quum autem in Graeciam de-*
esset, mysteria inspexit. Item M. An-
us Philosophus. Xiphilinus quem iam
n eius Vita. Ὁ δὲ Μάρκος, ἐλθὼν εἰς τὰς
ς, καὶ μυηθεὶς, ἔδωκε μὲν τοῖς Ἀθηναίοις
. *Marcus autem quum Athenas venisset,*
itiatus esset, honores quidem Athenien-
dedit. Iulius Capitolinus item in Vita.
ntalibus rebus ordinatis, &c. Quin lon-
uae etiam gentes. Nec temere est illud
itato apud Ciceronem loco,
i initiantur gentes orarum ultimae.
d Anacharsidis causa dictum puto; qui,
Scytha ipse esset, tamen & civis Athe-
s factus fuit, & his sacris initiatus.
anus Scytha. Καὶ ἐμυήθη μόνος βαρβάρων
αρσις, δημοποίητος γενόμενος· ἐφ' ᾧ χρὴ Θεοξέ-
σεύδην, καὶ τοῦτο ἱστορεῖντι περὶ αὐτοῦ. *Et ini-*
fuit solus ex barbaris Anacharsis, ad-
civis, siquidem oportet fidem habere
eno, etiam istud de eo narranti. Hime-
n Eclogis. Ἤγαγεν ἡ ἄρα ὁ τοῦ πυρὸς τοῦ
Ἐλευσῖνα πόθος καὶ Ἀνάχαρσιν, καὶ Σκύθην,
μυσήρια. Duxit vero iam quoque ignis in
sine cupiditas Anacharsin, & Scythen, ad
steria. Nec viri tantum initiati, verum
am sequior sexus; & quidem aetatis omnis,
dignitatis. Apuleius Mil. XI. *Influunt tur-*
e, sacris divinis initiatae, viri, feminaeque,
nis aetatis, & omnis dignitatis (d). Aristides
eusinia. Ὅσα μὲν δὴ θέας ἐχόμενα εἶδον γε-
παμπληθεῖς εὐδαιμόνων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἐν
ς ἀῤῥήτοις φάσμασιν. *Quaecumque quidem*
ctari decet, viderunt familiae admodum mul-
felicium virorum, ac mulierum in illis ar-
is spectaculis. De feminis videre est etiam
Inscriptione antiqua.

ΣΑCRATAE . APVD . ELEVSINAM .
ΔΕΟ . BACCHO . CERERI . ET . CORAE (c).

ulieres vero initiatae Μέλισσαι dictae. Hesy-
ius. Μέλισσαι, αἱ τῆς Δήμητρος μύστιδες. Me-
lissae Cereris initiatae. Porphyr. De Nymph.
tro. Τὰς Δήμητρος ἱερείας, ὡς τῆς χθονίας θεᾶς
σίδας, Μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν. *Cereris sa-*
cer-

em; qui Daduchi munere iam functus fuerat, bis Ceri,
Proserpinae dedicavit. Quamquam id haud omnino necessa-
um videatur. Feminam respiceret haec inscriptio, nisi potius
genda ὁ δῆμος ἱεροφάντην Ἀμφίωνα Φιλανδρου ἰδιώτην ὄντα τῆς
ταῖς ἀνάθησιν.

Ο ΔΗΜΟΣ
..ΕΙΟΦΑΝΤΗΝ ΑΜΦΙΟΝ ΦΙΛΑΝ
ΔΡΑ ΕΥΣΕΒΗΑΣ ΕΝΕΚΕΝ ΤΗΣ..
ΘΕΑΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

cerdotes, tamquam terrestri (a) *Deae initiatas, Melissas antiqui vocabant.* Alii sacerdotes Cereris ita dictas esse volunt. Scholiastes Euripidis Hippolyto. Τὰς ἱερείας (Δήμητρος) Μελίσσας ἐκάλουν οἱ ποιηταί. *Sacerdotes (Cereris) Melissas vocabant poetae.* Item Pindari Pythionic. Od. IV. Μελίσσας κυρίως τὰς τῆς Δήμητρος ἱερείας φησί. *Melissas proprie Cereris sacerdotes dicunt.* Atque ita capiendus Callimachus Hymno II.

Δηοῖ δ' οὐκ ἀπὸ παντὸς ὕδωρ φορέουσι Μέλισσαι.
Cereri autem non ex quolibet aquam ferunt Melissae (b).

CAP. XVII.

Initiati ad virtutem obstricti putabantur, & recta a deabus Eleusiniis consilia accipere; feliciores denique esse in hac vita, & post mortem apud inferos multo honoratiores; ac priorem in consessu locum tenere: etsi nonnulli, Amori qui initiati, eos esse feliciores existimarent.

QVi autem initiati, credebantur ad vitam quamdam meliorem capessendam, eamque quam rectissime possent instituendam, quasi sacramento quodam obstricti esse. Huc pertinent illa Ciceronis De Leg. lib. II. *Multa eximia, divinaque videntur Athenae tuae peperisse, atque in vitam hominum attulisse; tum nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti, immanique vita exculti ad humanitatem, & mitigati sumus: initiaque ut adpellantur, ita re vera principia vitae cognovimus; neque solum cum laetitia vivendi rationem accepimus, & etiam* (c) *cum spe meliore moriendi.* Proclus in Platonis Remp. cap. I. Τίς γὰρ οὐκ ἂν συνομολογήσειεν, τά τε μυσήρια, καὶ τὰς τελετὰς, ἀνάγειν μὲν ἀπὸ τῆς ἐνύλου καὶ θνητοειδοῦς ζωῆς τὰς ψυχὰς, καὶ συνάπτειν τοῖς θεοῖς, ἀφανίζειν δὲ ἅπασαν τὴν ἐκ τῆς ἀλογίας παρεισδυομένην ταραχὴν ταῖς νοεραῖς ἐλλάμψεσιν, ἐξωθεῖν δὲ τὸ ἀόριστον, καὶ τὸ σκοτεινὸν, τῶν τελουμένων τῷ φωτὶ τῶν θεῶν. *Quis autem non fateatur, mysteria, & initia, a materiata, & mortali vita animas sursum adducere, & Deis coniungere, omnem autem tumultum, qui ex rationis defectu subit, intellectualibus illustrationibus tollere, infinitum autem, & tenebrosum eorum, qui initiantur, Deorum lumine expellere?* Et ille apud Sopatrum in Divis. Quaest. Καὶ τῶν μυσηρίων ἀξιωθεὶς, ἐδεόμην καὶ παρ' ὑμῶν ἀρίστης παιδεύσεως· ἐζήτουν κατ' ἐμαυτὸν, ὅστις παρ' ὑμῶν καὶ ἔθεσι καὶ λόγοις καὶ τὰ ἄριστά με λόγον παιδεύσειεν. *Et mysteriis dignus habitus, petebam quoque illam apud vos optimam institutionem; quaerebam apud me, quis apud vos & moribus, & verbis optimam doctrinam me docere posset.* Et alius ibidem. Καθάπερ ἄλλῳ μυσηρίῳ προτελεσθεὶς τῇ σιωπῇ, τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων λοιπὸν τὸν ἐμαυτοῦ βίον ἐκάθαιρον· καὶ, πρὸς τὴν θείαν τῶν θεῶν τελετὴν ἐπειγόμενος, ἐκ-

Meursii Tom. II.

(a) Cereris χθονίας seu terrestris mentio est in vetusta inscriptione apud *Donium Class. IV. n. 9.*
(b) Cereris sacerdotis feminae mentio in Inscriptione Eleusinia.

ΕΠΙ ΙΕΡΕΙΑΣ ΦΛΑΥΙΑΣ
ΛΑΟΔΑΜΙΑΣ

(c) Lege, *Sed etiam.*
(d) Vertendum potius, *Parcae*, vel *Fata.*

κλίνειν τῶν ἁμαρτημάτων ἐσωθεύδαζον. *Tamquam alio mysterio initiatus silentio, ab aliis peccatis reliquam meam vitam purgabam; & ad divinam Deorum initiationem festinans, evitare errores laborabam.* Aristides Eleusinia, Σαφέστατα δὴ πανήγυρις αὕτη [de mysteriis nostris loquitur] καθάρσιον ἦν καὶ μανιῶν, καὶ πάσης ἀτόπου συμφορᾶς. *Manifestissime autem solennitas haec est purgatio, & a stultitia, & ab omni indecente casu.* Nec obstrictos sese tantum quasi sacramento quodam ad virtutem, sed paratiores quoque existimabant. Quidam apud Sopatrum in citato statim Opere. Διὸ κἀγὼ τὰς τοιαύτας πρὸς ἐμαυτὸν ἀφῆκα φωνὰς ἂν μυηθῶ τὰ μυσήρια, ἂν μεταχῶ τῆς τελετῆς, τῶν ἐμαυτοῦ λοιπὸν προσήσομαι πράξεων, ὅ μέμψεταί μοι τις κατὰ τὴν πόλιν ὡς πλημμελήσαντι, ὅ λοιδωρήσεταί τις ὡς λάλον, ὅ διορθώσεταί τις πλαίοντα· ἀλλ' ἕσομαι διὰ τὴν τελετὴν, πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν ἑτοιμότατος. *Propterea & tales ad meipsum voces emisi: Si mysteriis initior, si initiorum particeps efficior, mearum actionum reliquum addam; nemo in urbe de me queretur tamquam delinquente, nemo contumeliis ut loquacem adficiet, nemo cadentem corriget; sed ero propter initia ad virtutem omnem paratissimus.* Quin & consilia sibi recta a deabus Eleusiniis, Cerere, ac Proserpina, suppeditari arbitrabantur. Ita Pericles apud Sopatrum in citato semel, iterumque Opere. Πιστεύω ταῖς ἐν Ἐλευσῖνι θεαῖς, τοῦτόν μοι ἐκβεβηκέναι τὸν νοῦν, καὶ τὸ στρατήγημα τοῦτο ἐξ ἀνακτόρων δῶναι τῶν μυστικῶν. *Credo deabus Eleusiniis, hanc mihi incessisse mentem, & istud consilium ex adytis dedisse mysticis.* Immo longe aliis feliciores censebantur. Hinc Chorus Aristophanis Ranis.

Χωρῶμεν ἐς πολυῤῥόδους
Λειμῶνας ἀνθεμώδεις,
Τὸν ἡμέτερον τρόπον
Τὸν καλλιχορώταλον
Παίζοντες, οὐ ὄλβιαι
Μοῖραι ξυνάγουσι.
Μόνοις γὰρ ἡμῖν ἥλιος,
Καὶ φέγγος ἱλαρὸν ἔστιν,
Ὅσοι μεμυήμεθ', εὐ-
σεβῆ τε διήγομεν
Τρόπον, πρός τε ξένους,
Καὶ τοὺς ἰδιώτας.
Eamus in roseos
Campos floridos,
More nostro
Pulcerrimo
Ludentes, quem felices
Eumenides (d) *congregant.*
Nobis enim solis sol,
Et lumen hilare est,
Quotquot initiati sumus, bene
Piamque transigimus
Vitam, & apud extraneos,
Et proprios.

Theon in Paradigm. Κάλλιστον μὲν οὖν, καὶ τῶν μεγίστων, ἀγαθῶν, τὸ μυστηρίων μετέχειν. *Pulcerrimum quidem igitur, & maximum bonorum, consortem esse mysteriorum.* Et inter ipsos, quo diutius quis initiatus esset, tanto honoratior quoque habebatur. Aristides in Orat. Περὶ παραφθέγματος. Καὶ ὁ

Digitized by Google

μὲν ἀρτιτελὴς μύστης, ἀτιμοτέρῳ τῷ πάλαι μύσῃ. *Sed recens mysta, antiquo mysta est inhonoratior.* Nec in vita tantum, sed morte etiam, melius cum illis actum iri opinio erat. Crinagoras Anthologiae lib. 1. cap. XXVIII.

Εἰ καί σοι ἑδραῖῳ ἀεὶ βίῳ, οὐδὲ θάλασσαν
Ἔπλως, χερσαίας τ' οὐκ ἐπάτησας ὁδούς,
Ἔμπης Κεκροπίης ἐπιβήμεναι. ὄφρ' ἐν ἐκείνῃ
Δήμητρῳ μεγάλης νύκτας ἴδῃς ἱερῶν.
Τῶν ἄπο κἂν ζωοῖσιν ἀκηδέα, κεὖτ' ἂν ἵκηαι
Εἰς πλεόνων, ἕξεις θυμὸν ἐλαφρότερον.

Et si tibi semper stabilis vita, neque mare
Navigasti, litoreasque non calcaveris vias,
Statim Atticam ingredi (a), *ut in ea*
Cereris magnae noctes videas sacrorum.
A quibus tum inter vivos innoxium, tum si veneris
Ad plures, habebis mentem leviorem.

Isocrates in Panegyrico, ubi de Cerere, quae fruges Athenienſibus, & initia eſt largita. Καὶ δώρῃς δωρεὰς διττὰς, αἵπερ μείζσαι τυγχάνουσιν οὖσαι, τούς τε καρπούς, οἱ τῶ μὴ θηριωδῶς ζῆν ἡμᾶς αἴτιοι γεγόνασι, καὶ τὴν τελετὴν, ἧς οἱ μετέχοντες περί τε τῆς τοῦ βίου τελευτῆς, καὶ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος, ἡδίους τὰς ἐλπίδας ἔχουσιν. *Et dantis duplicia dona, quae sunt maxima, tum fructus, qui in causa fuerunt, ne bestiarum more viveremus, & sacrum, quo initiati, & de vitae fine, & de omni aevo dulciores spes habent.* Aristides Eleusinia. Ἀλλὰ μὲν τό τε κέρδος τῆς πανηγύρεως, οὐχ ὅσον ἡ παροῦσα εὐθυμία, ἐλλ' αἱ τοῦ προτέρου χρόνου δυσκολιῶν λύσεις, καὶ ἀπαλλαγαί· ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς τελευτῆς ἡδίους ἔχειν τὰς ἐλπίδας, ὡς ἄμφνον διάξοντας. *Attamen fructum huius sacri adeo non praesens laetitia, neque praecedentis temporis vexationum remissiones & dispulsiones; sed & de morte dulciores fovere spes, tamquam melius peracturos.* Et inter mortuos honoratiores futuri credebantur. Scholiastes Aristophanis Ranis. Φιλοτιμότεροί εἰσιν ἐν ᾅδου οἱ μεμυημένοι. *Conspectiores sunt apud inferos initiati.* Quin priorem quoque locum in conſeſſu inter beatos habituri. Diogenes Laertius in Vita cognominis Cynici lib. VI. Ἐν ᾅδου προεδρίας οἱ μεμυημένοι τυγχάνουσι. *Apud inferos priore loco initiati honorantur.* Et Auctor Axiochi, ubi de beatorum poſt mortem ſtatu. Ἐνταῦθα τοῖς μεμυημένοις ἐξί τις προεδρία. *Hic initiatis est quaedam prioris loci dignitas.* Maioris tamen felicitatis compotes fieri a nonnullis putabantur, qui Amoris ſacris eſſent initiati. Itaque ille ait apud Plutarchum. Ἐρωτικῷ. Ἀγαθὸν μὲν, ὦ ἑταῖρε, τῆς ἐν Ἐλευσῖνι τελετῆς μεταλαχεῖν. ἐγὼ δὲ ὁρῶ τοῖς ἔρωτος ὀργιασταῖς, καὶ μύσταις ἐν ᾅδου βελτίονα μοῖραν οὖσαν. *Bonum quidem, o amice, ſacri Eleuſinii particeps eſſe. Ego autem video initiatis ſacris amoris, & ſacerdotibus apud inferos feliciorem partem concedi* (b). Hanc illorum ſpem perſtringit Clemens in Protreptico. Ἄξια μὲν οὖν νυκτὸς τὰ τελέσματα, καὶ πυρὸς, καὶ τοῦ μεγαλήτορος, μᾶλλον δὲ ματαιόφρονος, Ἐρεχθιδῶν δήμοπρος δὲ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, οὓς τινας μένει τελευτήσαντας ἄσσα οὐδὲ ἔλπονται. *Dignae quidem igitur tenebris nocturnis, & igne initiationes illius magnanimi, sed potius vani, Erechthidarum populi; praeterea etiam reliquorum Graecorum, quos mortuos manent ea, quae non sperant.*

CAP. XVIII.

Non initiati autem Cereris templo prohibebantur; unde belli cum Philippo Athenienſibus causa fuit. Dein poſt mortem apud inferos in luto iacere, & in dolio inexplebili replendo laborare credebantur.

QVi initiati non eſſent, iis templum Cereris intrare non licebat. Atque haec Athenienſibus belli cum Philippo rege cauſa fuit. Livius Hiſt. lib. XXXI. *Contraxerant autem cum Philippo bellum Athenienſes, haud quaquam digna causa: dum ex vetere fortuna nihil praeter animos servant. Acarnanes duo iuvenes per initiorum dies, non initiati, templum Cereris, imprudentes religionis, cum cetera turba ingreſſi sunt. Facile eos sermo prodidit, absurde quaedam percunctantes; deductique ad antistites templi, quum palam eſſet, per errorem ingreſſos, tamquam ob infandum scelus interfecti sunt.* Hinc eſt, quod Cererem, Proſerpinam, aut Iacchum, myſteriorum praeſides Deos, in ſomnis videre non initiatis malum eſſe Artemidorus dicit, Onirocrit. lib. II. cap. XLIV. Δημήτηρ δὲ, καὶ Κόρη, καὶ ὁ λεγόμενος Ἴακχος, τοῖς μεμυημένοις ταῖς θεαῖς ἀγαθόν τι, καὶ οὐ τὸ τυχὸν σημαίνουσι· τοῖς δὲ ἀμυήτοις, πρότερον τινὰ φόβον, καὶ κίνδυνον, ἐπάγουσι. *Ceres vero, & Proſerpina, & ille, qui dicitur Iacchus, illis, qui Deabus initiati sunt, aliquid bonum, & non vulgare significant: non initiatis autem, primum quemdam metum, & periculum adducunt.* Ac poſt mortem apud inferos in luto iacere putabantur. Plato Phaedone. Καὶ κινδυνεύουσι καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν ὕτοι καταξήσαντες, οὐ φαῦλοί τινες εἶναι, ἀλλὰ τῷ ὄντι πάλαι αἰνίττεσθαι, ὅτι ὃς ἂν ἀμύητος, καὶ ἀτέλεστος, εἰς ᾅδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται. *Et periclitantur etiam noſtri auctores harum religionum, non eos esse inanes, sed reipsa olim clanculum innuere, eum, qui non initiatus nec consummatus descendat ad*

[a] Vertendum eſſet *Ingredere*: nam Graeci pro imperativo etiam Infinitum tempus uſurpant, quemadmodum apud nos: *Non fare, Non dire.*

[b] Latine reddendum videtur: *Ego autem video Orgiaſtis Amoris, & Sacerdotibus apud inferos feliciorem ſortem concedi.* Adludit *Plutarchus* ad Myſtas, & Orgiaſtas, qui Eleuſine erant: Quare vetus Inſcriptio apud *Sponium*, quam Eleuſine exſiſtere ait:

ΚΤΗΣΙΚΛΕΙΑ ΑΠΟΛ
ΛΟΝΙΟΥ ΑΧΑΡΝΕΩΣ
ΟΡΓΙΑΣΤΗΝ ΤΟΝ ΕΑΥ
ΤΗΣ ΑΝΔΡΑ ΣΟΦΟΚΛΗΝ
ΞΕΝΟΚΛΕΟΥΣ ΑΧΑΡ
ΝΕΑ ΔΑΔΟΥΧΗΣΑΝΤΑ
ΔΗΜΗΤΡΙ ΚΑΙ ΚΟΡΗ
ΔΙΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

ΟΡΓΙΑΣΤΗΝ in hac Inſcriptione legit alia editio, alia autem caſu recto ΟΡΓΙΑΣΤΗΣ; ſed illud melius: niſi cum *Sponio* in interpretatione legatur ὀργιαζούσα.

Digitized by Google

ris, & ſacerdotibus apud inferos feliciorem
tem concedi (b). Hanc illorum ſpem perſtrin-
Clemens in Protreptico. Α"ξια μὲν οὖν
τὸς τὰ τελέσματα, καὶ πυρὸς, ϗ τῦ μεγαλή-
, μᾶλλον δὲ ματαιόφρον, Ε'ρεχθέως δήμα-
ς δὲ καὶ τῶν ἄλλων Ε'λλήνων, οὕς τινας μέν
ευτήσαντας ἄσπα οὐδὲ ἔλπονται. *Dignae qui-*
m igitur tenebris nocturnis, & igne initia-
nes illius magnanimi, ſed potius vani, E-
chthidarum populi; praeterea etiam reliquo-
n Graecorum, quos mortuos manent ea,
uae non ſperant.

CAP. XVIII.

Non initiati autem Cereris templo prohibe-
bantur; unde belli cum Philippo Athenien-
ſibus cauſa fuit. Dein poſt mortem
apud inferos in luto iacere, & in
dolio inexplebili replendo
laborare credebantur.

QVi initiati non eſſent, iis templum Cereris intrare non licebat. Atque haec Athenienſibus belli cum Philippo rege cauſa fuit. Livius Hiſt. lib. xxxi. *Contraxerant autem cum Philippo bellum Athenienſes, haud quaquam digna cauſa: dum ex vetere fortuna nihil praeter animos ſervant. Acarnanes duo iuvenes per initiorum dies, non initiati, templum Cereris, imprudentes religionis, cum cetera turba ingreſſi ſunt. Facile eos ſermo prodidit, abſurde quaedam percunctantes; deductique ad antiſtites templi, quum palam eſſet, per errorem ingreſſos, tamquam ob infandum ſcelus interfecti ſunt.* Hinc eſt, quod Cererem, Proſerpinam, aut Iacchum, myſteriorum praeſides Deos, in ſomnis videre non initiatis malum eſſe Artemidorus dicit, Onirocrit. lib. II. cap. XLIV. Δημήτηρ δὲ, καὶ Κόρη, καὶ ὁ λεγόμενος Ἴακχος, τοῖς μεμυημένοις ταῖς θεαῖς ἀγαθόν τι, ϗ ὃ τὸ τυχὸν σημαίνουσι· τοῖς δὲ ἀμυήτοις, πρότερον τινὰ φόβον, καὶ κίνδυνον, ἐπάγουσι. *Ceres vero, & Proſerpina, & ille, qui dicitur Iacchus, illis, qui Deabus initiati ſunt, aliquid bonum, & non vulgare ſignificant: non initiatis autem, primum quemdam metum, & periculum adducunt.* Ac poſt mortem apud inferos in luto iacere putabantur. Plato Phaedone. Καὶ κινδυνεύουσι καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν ἤτοι καταξήσαντες, ὃ Φαῦλλε τινες εἶναι, ἀλλὰ τῷ ὄντι πάλαι κεκινῆσθαι, ὅτι ὃς ἂν ἀμύητος, καὶ ἀτέλεστος, εἰς ἅδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται. *Et periclitantur etiam noſtri auctores harum religionum, non eos eſſe innes, ſed reipſa olim clanculum innuere, eum, qui non initiatus nec conſummatus deſcendat ad*

ΤΗΣ ΑΝΔΡΑ ΣΟΦΟΚΛΗΝ
ΞΕΝΟΚΛΕΟΥΣ ΑΧΑΡ
ΝΕΑ ΔΑΔΟΥΧΗΣΑΝΤΑ
ΔΗΜΗΤΡΙ ΚΑΙ ΚΟΡΗ
ΔΙΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

ΟΡΓΙΑΣΤΗΝ in hac Inſcriptione legit alia editio, alia autem caſu recto ΟΡΓΙΑΣΤΗΣ; ſed illud melius: niſi cum Spanhemio interpretatione legatur ὀργιαδίστρια.

ad inferos, in ſtercore abiectum iri (a). Ariſtides Eleuſinia de re eadem. Α'λλὰ καὶ περὶ τῆς τελευτῆς ἡδίους ἔχειν τὰς ἐλπίδας, ὡς ἄμφνον διάξοντας, ϗ οὐκ ἐν σκότῳ τε καὶ βορβόρῳ κεισομένους, ἃ δὲ τοὺς ἀμυήτους ἀναμένει. *Sed etiam de morte ſuaviores habere ſpes, tamquam melius acturos, nec fore, ut in caligine, & ſtercore* (b) *iaceant; illa autem manent profanos.* Huc Themiſtii pertinet locus in fragmento quodam inſigni apud Stobaeum Serm. CXIX. Καὶ σύνεσιν ὁσίοις ϗ καθαροῖς ἀνδράσι τὸν ἀμύητον ἐνταῦθα τῶν ζώντων ἀκάθαρτον ἐφορῶν ὄχλον, ἐν βορβόρῳ πολλῷ καὶ ὁμίχλῃ πατούμενον ὑφ' ἑαυτῦ, καὶ συνελαυνόμενον. *Et adeſt ſanctis, puriſque viris illam non initiatam hic viventium impuram aſpicere* (c) *turbam, in ſtercore multo, & caligine calcatam ab ſe ipſa, & compulſam.* Et Diogenis Cynici reſponſum ad amicos, conſulentes, ut initiari ante mortem vellet apud Laertium lib. VI. Γελοῖον, ἔφη, ἀ Α'γεσίλαον μὲν, ϗ Ε'παμεινώνδας, ἐν τῷ βορβόρῳ διάξουσιν, εὐτελεῖς δέ τινες μεμυημένοι ἐν ταῖς μακάρων νήσοις ἔσονται. *Ridiculum, dixit, ſi Ageſilaus quidem, & Epaminondas in ſtercore verſaturi ſunt; viles vero quidam initiati in beatorum inſulis futuri.* Item iſte Cydonii locus lib. De Contemnenda Morte. Καὶ τοῦτ' ἐστὶν ἡ ἐσχάτη κακοδαιμονία, καὶ ὁ βόρβορος, καὶ τὸ σκότος, ᾗ κεῖσθαι τοὺς ἀμυήτους ἔχει γνώμη. *Et haec eſt extrema infelicitas, & ſtercus, & caligo, in qua proiectum iri non initiatos obtinet.* Laborare quoque ibidem in replendo dolio quodam pertuſo, ideoque inexplebili, credebantur. Zenobius Cent. II. Proverb. VI. Α"πλης πίθος λέγεται ἔτος ἐν ἅδου εἶναι, ἀδέποτε πληρούμενος. πάσχουσι δὲ περὶ αὐτὸν αἱ τῶν ἀμυήτων ψυχαί. *Inexpletum dolium dicitur hoc eſſe apud inferos, quod numquam impletur, circa ipſum autem patiuntur, atque laborant profanorum animae.* Totidem verbis eſt id legere apud Lucillum Tarrhaeum; & Appendicem Proverbiorum Vaticanam Andreae Schotti Cent. III. Proverb. XXXI.

CAP. XIX.

Prohibiti autem initiari peregrini; & extra ordinem initiati Hercules, Bacchus, Dioſcuri, AEſculapius, & Hippocrates. Sorani error indicatus. Barbari quoque excluſi his ſacris, & homicidae, quamlibet involuntarii; magi item, & praeſtigiatores alii; denique impii, & ſcelerati qualeſcumque.

ARcebantur autem initio his myſteriis peregrini, neque fas initiari illos erat. Apollodorus lib. II. Η'ν δὲ οὐκ ἐξὸν ξένοις τότε μυεῖσθαι. *Non erat autem licitum peregrinis initiari.* Quae totidem verbis Homeri Scholiaſtes Iliad. Υ'. Scholiaſtes Ariſtophanis Pluto ſecunda. Νόμος ἦν Α'θηναίοις, μηδένα ξένον μυεῖν. *Lex erat Athenienſibus, neminem peregrinum initiare.* Itaque quum initiari Hercules cuperet, atque hac lege prohiberetur,

Meurſii Tom. II.

[a] Quanto melius *Ficinus* noſter interpretatur! *Hi qui myſteria nobis conſtituerunt, minime contemnendi videntur, ſed revera iamdudum occulte nos admonere, quicumque non expiatus neque initiatus migrabit ad inferos, eum iacere in luto.*
[b] Verte: *in luto.*

inſtituta ſunt Minora, ut ſupra dixi, quibus initiatus fuit. Atque hic primus e peregrinis initiatus. Ariſtides Orat. in Herculem. Ε"τι δ' αὐτῇ (τῶν Α'θηναίων πόλει) ϗ φιλίας συμβόλαια πρὸς Η'ρακλέα πάμπολλα ὑπῆρχεν· ἄλλα τε, ϗ ὅτι πρῶτον ξένον ἐμύησεν, ἕως ἦν ἐν ἀνθρώποις. *Praeterea illi (Athenienſium urbi) & pignora amicitiae cum Hercule valde multa erant, tum alia, tum quod primum peregrinum initiaverit, dum erat in hominibus.* Iterum Panathenaica. Η'ρακλέα ἀπελθόντα ἐξ ἀνθρώπων, ἡ πόλις καὶ νεὼς ϗ βωμὲς ἱδρύεται πρώτη, καθάπερ ϗ πρόσθεν τοῖς μυηρίοις ἐτίμησε πρῶτον ξένων. *Hercule ex hominibus digreſſo, urbs & templa & aras exſtruit prima, ſicut etiam antea myſteriis bonoravit primum peregrinorum.* Et rurſum Leuctrica I. Η'ρακλεῖ μυηρίων μετάδοσις πρώτῳ ξένων. *Herculi myſteriorum communicatio primo peregrinorum.* Praeter Herculem, qui primus fuit, initiatus etiam Bacchus. Auctor Axiochi. Καὶ τὸς περὶ Η'ρακλέα τε καὶ Διόνυσον, καθιόντας εἰς ἅδου, πρότερον λόγος ἐνθάδε μυηθῆναι, ϗ τὸ θάρσος τῆς ἐκεῖσε πορείας παρὰ τῆς Ε'λευσινίας ἐνκαύσασθαι. *Et Herculem, & Bacchum, degreſſos ad inferos, prius rumor eſt hic initiatos eſſe, & fiduciam profectionis ad illa loca ab Eleuſinia incendiſſe.* Dein Dioſcuris iſte quoque honos habitus, adoptante illos Aphidno, quemadmodum Herculem Pylius etiam adoptaverat. Plutarchus Theſeo. Οὐδὲν γὰρ (οἱ Τυνδαρίδαι) ἠξίωσαν, ἁπάντων κρατοῦντες, ἄλλ' ἢ μυηθῆναι. μηδὲν ἧττον Η'ρακλέους τῇ πόλει προσήκοντες. ϗ τοῦτο ἦν ὑπῆρξεν αὐτοῖς, Α'φίδνα ποιησαμένοις παῖδας, ὡς Πύλιος Η'ρακλέα. *Nihil enim (Tyndaridae) petiverunt, omnium potentes, praeterquam initiari, nihil minus quam Herculis urbem contingentes: idque igitur aderat illis, Aphidno procreante liberos, ut Pylius Herculem* (d). Ariſtides in Panathenaica. Η'ρακλέα γε καὶ Διοσκόρους ἅπαντες δήπου θεοὺς εἶναι νομίζουσι. τούτοις δέ γε, ἕως ὡμίλουν ἀνθρώποις, ξένων ἡ πόλις δείκνυσι τὰ ἱερά. *Herculem, & Dioſcuros omnes profecto Deos eſſe arbitrantur. Hiſce vero, donec inter homines verſati ſunt, hoſpitum ſacra civitas oſtendit.* Item in Eleuſinia. Μυηθῆναι δὲ ξένων πρώτους Η'ρακλέα, ϗ Διοσκόρους, ἀγῶνά τε γυμνικὸν χθέσθαι πρῶτον Ε'λευσῖνι τῆς Α'τλικῆς. *Initiatos autem fuiſſe peregrinorum primos Herculem, & Caſtoras* (e), *& certamen gymnicum fuiſſe primum Eleuſine Atticae.* Atque Herculi quidem, & Dioſcuris primus haec oſtendit Triptolemus. Xenophon Hiſt. Graec. lib. VI. Λέγεται μὲν Τριπτόλεμος, ὁ ἡμέτερος πρόγονος, τὰ Δήμητρος ϗ Κόρης ἄρρητα ἱερὰ πρῶτος ξένοις δεῖξαι, Η'ρακλεῖ τε τῷ ἡμετέρῳ ἀρχηγέτῃ, καὶ Διοσκούροιν τοῖν ἡμετέροιν πολίταιν. *Dicitur quidem Triptolemus, noſter progenitor, arcana Cereris, & Proſerpinae ſacra primus hoſpitibus oſtendiſſe, Herculique duci noſtro, & Dioſcuris noſtris civibus.* Et AEſculapio. Philoſtratus in Vita Apollonii lib. IV. cap. VI. Τοῦτο δὲ ἐνόμισαν Α'σκληπιῷ ἕνεκα, ὅτι δὴ ἐμυήσαντο αὐτὸν ἥκοντα Ε'πιδαυ-

[c] Vertendum: *adſpiciens turbam in luto multo, &c.*
[d] Vertendum fuerat, ut ceteram barbariem omittam: *Et hoc igitur illis contigit, quum Aphidnus eos adoptaſſet, ut Pylius Herculem.*
[e] Verte: *Dioſcuros*, ſeu *Caſtorem, & Pollucem.*

Digitized by Google

δαυρόθεν ὀψὲ μυςηρίων. *Id autem ſtatuerunt Aeſculapii cauſa, quod initiaverant eum venientem Epidauro ſeptera mysteriorum.* Paulanias Corinthiacis. Ἀθηναῖοι τῆς τελετῆς λέγοντες Ἀσκληπιῷ μεταδῶναι, τὴν ἡμέραν ταυτὴν Ἐπιδαύρια ὀνομαζουσι. *Athenienſes dicentes AEſculapio dediſſe communionem ſacri, diem illum vocant Epidauria.* Etiam Hippocrati. Exſtatque hac de re Senatuſconſultum Athenienſium, in quo iſta ecce verba. Δεδόχηαι τῷ δήμῳ μυῆσαι αὐτὸν τὰ μυςήρια τὰ μεγάλα δημοσίᾳ, καθάπερ Ἡρακλέα τὸν Διός. *Viſum fuit populo initiare eum myſteriis magnis publice, ſicut Herculem Iovis filium.* Non recte Soranus in eius Vita, ſecundo id ab Hercule ipſi contigiſſe nobis tradit. Καὶ λαμπρῶν ἔτυχε τιμῶν παρὰ Κώοις, ἀλλὰ καὶ Θεσσαλοῖς, καὶ Ἀργέοις, καὶ Ἀθηναίοις· οἵ τινες καὶ δεύτερον αὐτὸν ἀφ' Ἡρακλέους δημοσίᾳ τοῖς Ἐλευσινίοις ἐμύησαν, καὶ πολίτην ἔγραψαν. *Et ſplendidos nactus fuit honores ab Cois, ſed & Theſſalis, & Argivis, & Athenienſibus, qui etiam ſecundum illum ab Hercule publice Eleuſiniis initiarunt, ac civem ſcripſerunt.* Nam ante Hippocratem etiam Baccho, & Dioſcuris illud factum iam oſtendi. Vt autem Hippocrati, ita filio quoque eius Theſſalo is honos habitus. Ipſe dicit in Oratione Presbeutica. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο τὸ καλὸν ὑπερβάλεσθε, μυήσαντες τὰ Δήμητρος καὶ Κόρης μυςήρια, καὶ ὄργια, καὶ τὸν πατέρα, καὶ ἐμὲ, δημοσίᾳ. *Sed & hoc honeſtum ſuperaſtis quum me, & patrem, Cereris, & Proſerpinae myſteriis publice initiaveritis.* Verum an etiam Philippo, Macedoniae regi? Spartianus illud dicit in Hadriano, etſi veterum alius nemo. *Poſt hos per Aſiam, & inſulas, ad Achaiam navigavit: & Eleuſinia ſacra, exemplo Herculis, Philippique, ſuſcepit.* Poſtea admiſſi peregrini omnes, praeter barbaros; idque in Medorum, & Perſarum odium. Iſocrates Panegyrico. Εὐμολπίδαι δὲ, καὶ Κήρυκες, διὰ τὸ τούτων μῖσος, (de Medis, Perſiſque loquitur) καὶ τοῖς ἄλλοις βαρβάροις εἴργεσθαι τῶν ἱερῶν, ὥσπερ τοῖς ἀνδροφόνοις, προαγορεύουσιν. *Eumolpidae vero & Ceryces, propter illorum odium quoque alios barbaros arcere ſacris, tamquam homicidas, pronunciaverunt.* De barbaris locus Luciani eſt Demonacte. Ἐτόλμησε δέ ποτε καὶ Ἀθηναίους ἐρωτῆσαι δημοσίᾳ, τῆς προρρήσεως ἀκούσας· διὰ τίνα αἰτίαν ἀποκλείουσι τοὺς βαρβάρους, καὶ ταῦτα, τὸν τὴν τελετὴν αὐτοῖς καταςησαμένου Εὐμόλπου βαρβάρου, καὶ Θρᾳκὸς ὄντος. *Auſus fuit autem aliquando etiam Athenienſes palam rogare, praefatione audita; qua de cauſa excluderent barbaros, idque, quum Eumolpus ſacri auctor fuiſſet barbarus, & Thrax.* Excluſi quoque homicidae. Ecce in citatis iam Iſocratis verbis. Τοῖς ἄλλοις βαρβάροις εἴργεσθαι τῶν ἱερῶν, ὥσπερ τοῖς ἀνδροφόνοις προαγορεύουσιν. *Reliquis barbaris interdicere ſacris, tamquam homicidis, praeſantur.* Theon in Paradigmatis. Κάλλιςον μὲν ἦν, καὶ τῶν μεγίςων ἀγαθῶν, τὸ μυςηρίων μετέχειν· ἀλλὰ καὶ τούτων τῶν μυςηρίων (τὸ ἀνδροφόνον) ἀπεκλείσασι, καὶ δὴ τοῖς ἀκουσίοις φόνοις παντελῶς συγγνώμην εἶσαν εἶναι. *Pulcerrimum quidem igitur, & maximis bonis (a), myſteriorum conſortem eſſe. Sed & his myſteriis (homicidam) arcuerunt, & neque fortuitis caedibus omnino ſtatuerunt veniam eſſe.* Et obſerva, nec involuntariae caedi veniam fuiſſe. Magi etiam, & praeſtigiatores quilibet. Philoſtratus in Vita Apollonii lib. IV. cap. VI. Ὁ δὲ ἱεροφάντης (b) οὐκ ἐβούλετο παρέχειν τὰ ἱερά. μὴ γὰρ ἄν ποτε μυῆσαι γόητα, μηδὲ τὴν Ἐλευσῖνα ἀνοῖξαι ἀνθρώπῳ μὴ καθαρῷ τὰ δαιμόνια. *Hierophantes autem nolebat praebere ſacra: numquam enim initiatum fuiſſe praeſtigiatorem, neque Eleuſinem aperuiſſe homini impuro Deos.* Ac ſimpliciter omnes impii, & ſcelerati. Itaque initio per praeconem (c) edicebatur, Ἐκὰς, ἐκὰς, ὅσις ἀλιτρός. *Procul, procul, quiſquis nefarius.* Vel, Ἐκὰς, ἐκὰς ἔσε βέβηλοι. *Procul, procul eſte profani.* Lampridius in Alexandro Severo. *In ſacris Eleuſiniis dicitur, ut nemo ingrediatur, niſi qui ſe innocentem novit.* Inde eſt illud Theocriti Id. III.

——— ζαλῶ δὲ φίλα γύναι Ἰασίωνα,
Ὅς τόσσων ἐκύρησεν ὅσ' οὐ πεύσεῃ βέβαλοι.
——— *aemulor autem, cara mulier, Iaſionem,*
Qui talia adeptus fuit, qualia vos profani non noſcetis.

Suetonius Nerone cap. XXXIV. *Peregrinatione quidem Graeciae Eleuſiniis ſacris, quorum initiatione impii, & ſcelerati voce praeconis ſubmoverentur, intereſſe non auſus eſt.* Horatius lib. III. Od. I.

Odi profanum vulgus, & arceo.

Vbi vetus eius Interpres. *Profani, ſacris non initiati, qui a ſacris arcebantur.* Huc pertinet, quod M. Antoninus Philoſophus, narrante Iulio Capitolino in eius Vita, quum Athenis eſſet, ordinatis Graeciae rebus, *Inter alia Cereris templum adiit, ut ſe innocentem probaret, & ſacrarium ſolus ingreſſus eſt (d).* Ab eadem cauſa Nero abſtinuit, ut adparet ex Suetonii, quae citavi ſtatim, verbis. Hinc inſolens illud Demetrii factum, qui Ariſtagorae meretrici prope ipſa adyta ſellam poſuit, ut myſteria ſpectaret. Narrat Athenaeus lib. IV. Ἐλευσῖνί τε μυςηρίων ὄντων ἔθηκεν αὐτῇ (τῇ Ἀριςαγόρᾳ) θρόνον παρὰ τὸ ἀνάκτορον, οἰμώξεσθαι φήσας τοὺς κωλύσοντας. *Et quum Eleuſine myſteria peragerentur, poſuit ipſi (Ariſtagorae) ſellam prope adytum, ploraie iubens (e) vetituros.* Et haec quidem priſcis temporibus fiebant: poſtea immutata formula; hac prohibiti non dumtaxat quotquot impii, verum etiam Chriſtiani, & Epicurei. Lucianus in Pſeudomanti. Ἐν τῇ πρώτῃ τῆς τελετῆς ἡμέρᾳ πρόρρησις ἦν, ὥσπερ Ἀθήνησι, τοιαύτη. Εἴ τις ἄθεος, ἢ Χριςιανὸς, ἢ Ἐπι-

[a] Vertiſſem: *maximum bonorum.*
[b] Hierophantarum mentio in antiquis Inſcriptionibus occurrit. Conſule *Lib. De Popul. Attic.* in Ἐλεῦσα, & in Παλλήνη, & alibi, & quas hic paſſim adferimus Inſcriptiones.
[c] Horum praeconum meminerunt vetuſtae Inſcriptiones productae ad *Libr. De Popul. Attic.* ubi Ἱεροκήρυκες adpellantur.
[d] Heinc illae ſolennes formulae ſimiles paſſim apud Veteres Scriptores occurrunt. *Virgilius VI. AEneid.*
------- *Procul hinc procul eſte profani*
Conclamat vates.
Et *Statius:*
------- *procul hinc, procul ite nocentes.*
Et *Claudianus I. De Raptu Proſerpin.*
------- *greſſus removete profani.*
Apud *Lucianum de Sacrificiis.* Θύρας δ' ἐπιθεῖσι βεβήλοις. Conſule *Briſſonium de Formulis.*
[e] Peius vertere quis non potuiſſet. Verte igitur: *Quum dixiſſet, plorauros eos, qui vetare auſuri eſſent.*

Digitized by Google

τ.ν μεγίσων ἀγαθῶν, τὸ μυςηρίων μετέχειν
ἢ τετων τῶν μυςηρίων (τ ανθρωπον) απο-
κτασι, ἢ δὲ τοῖς ακυτίοις φόνοις παντελῶς
νώμιν εἶασαν εἶναι. *Pulcerrimum quidem i-*
r, & maximis bonis (a), *mysteriorum con-*
rm esse. Sed & his mysteriis (homicidam)
erunt, & neque fortuitis caedibus omnino
erunt veniam esse. Et obterva, nec in-
untariae caedi veniam fuisse. Magi etiam,
praestigiatores quilibet. Philostratus in
a Apollonii lib. IV. cap. VI. Ὁ δὲ ἱερο-
της (b) ὢκ ἐβόλετο παρέχειν τὰ ἱερά. μὴ γὰρ ἄν
μῦσαι γόητα, μηδὲ τὴν Ἐλευσῖνα ἀνοῖξαι ἀν-
πῳ μὴ καθαρῷ τὰ δαιμόνια. *Hierophantes au-*
n nolebat praebere sacra: numquam enim
tiatum fuisse praestigiatorem, neque Eleusi-
n aperuisse homini impuro Deos. Ac sim-
iciter omnes impii, & scelerati. Itaque
itio per praeconem (c) edicebatur, Ἐκὰς,
ὰς, ὅσις ἀλιτρός. *Procul, procul, quisquis ne-*
rius. Vel, Ἐκὰς, ἐκὰς ἔσω βέβηλοι. *Procul,*
rocul este profani. Lampridius in Alexan-
ro Severo. *In sacris Eleusiniis dicitur, ut*
mo ingrediatur, nisi qui se innocentem no-
t. Inde est illud Theocriti Id. III.

—— ζαλῶ δὲ φίλα γύναι Ἰασίωνα,
ὃς τόσσων ἐκύρησεν ὅσ' ὐ πευσῇδε βέβαλοι.
—— *aemulor autem, cara mulier, Ia-*
sionem,
Qui talia adeptus fuit, qualia vos profani
non noscetis.

etonius Nerone cap. XXXIV. *Peregrina-*
ne quidem Graeciae Eleusiniis sacris, quo-
n initiatione impii, & scelerati voce prae-
is submoverentur, interesse non ausus est.
oratius lib. III. Od. I.

Odi profanum vulgus, & arceo.

Vbi vetus eius Interpres. *Profani, sacris*
non initiati, qui a sacris arcebantur. Huc
pertinet, quod M. Antoninus Philosophus,
narrante Iulio Capitolino in eius Vita, quum
Athenis esset, ordinatis Graeciae rebus, *In-*
ter alia Cereris templum adiit, ut se inno-
centem probaret, & sacrarium solus ingressus
est (d). Ab eadem causa Nero abstinuit, ut
adparet ex Suetonii, quae citavi statim, ver-
bis. Hinc insolens illud Demetrii factum,
qui Aristagorae meretrici prope ipsa ady-
ta sellam posuit, ut mysteria spectaret. Nar-
rat Athenaeus lib. IV. Ἐλευσῖνί τε μυςηρίων
ὄντων ἔθηκεν αὐτῇ (τῇ Ἀριςαγόρᾳ) θρόνον παρὰ
τὸ ἄδυτον, οἰμώξεσθαι φήσας τοὺς κωλύσοντας.
Et quum Eleusine mysteria peragerentur, po-
suit ipsi (Aristagorae) sellam prope adytum,
plorare iubens (e) *vetituros.* Et haec quidem
prisci temporibus fiebant: postea immutata
formula; hac prohibiti non dumtaxat quot-
quot impii, verum etiam Christiani, & E-
picurei. Lucianus in Pseudomanti. Ἐν τῇ
τρίτῃ τῆς τελετῆς ἡμέρᾳ περίρρητος ἦν, ὥσπερ Ἀ-
θηναῖοι, τοιαύτη. Εἴ τις ἄτερ, ἢ Χριστιανὸς, ἢ

Et-

Conclamat vates.

Et *Statius*:

—— *procul hinc, procul ite nocentes.*

Et *Claudianus* I. *De Raptu Proserpin.*

—— *gressus removete profani.*

Apud *Lucianum de Sacrificiis.* Θύρας δ' ἐπιθῶδε βεβήλοις. *Con-*
sule Brissonium de Formulis.

[e] Peius vetare quis non potuisset. Verte igitur: *Quum dixis-*
set, ploraturos eos, qui vetare ausuri essent.

Ἐπικύρει δ' ἥκε κατάσκοπος τῶν ὀργίων, Φευγέτω. *oi* δὲ πιςεύοντες τῷ θεῷ, τελεσθησαν τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. *Prima initiorum die praeceptum tale erat, quemadmodum Athenis. Si quis impius, vel Christianus, vel Epicureus venit orgiorum speculator, Fugito. Ii vero, qui Deo credunt, initientur bono eventu.* In exsilium missis interesse licuit. Observare est apud Plutarchum De Exsilio. Ἔξεσι δήπου καὶ τῷ μεθεςῶτι, μυςηρίοις ἐν Ἐλευσῖνι διατρίβειν. *Licet profecto etiam exsulanti, mysteriis Eleusine interesse.*

CAP. XX.

Sed nec prodere non initiatis ea licitum fuit, qui obstricti in rem istam iuramento; mulieribus iurantibus per Pollucem, Castoremque, & si quis hic deliquisset, ei mortem lex statuebat. Diagorae Melii proscriptio. AEschyli periculum. Numenii somnium. Nec commune cum his quidquam sibi quisquam cupiebat. Ac ne ipsis quidem Diis divulgare illa licitum. Quin ut eloqui, ita audire nefas erat. Ceres quoque nomine mystico nuncupata. Tamen nihil apud Cretenses occultatum.

VTque ad sacra haec profani non admissi, ita nihil etiam illis evulgare fas putatum. Lysias in Epistola ad Hipparchum. Οὐ γὰρ θέμις ὀρέγειν τοῖς ἁπαντῶσι τὰ μετὰ τοσέτων ἀγώνων πορισθέντα. ὐδὲ γὰρ βεβάλοις τὰ ταῖν Ἐλευσινίαιν θεαῖν μυςήρια διηγεῖσθαι. κατ' ἰσότητα δὲ ἄδικοι, καὶ ἀσεβέες, ἀμφότεροι οἱ ταῦτα πράξαντες. *Non enim fas porrigere occurrentibus ea, quae per tot agones adquisita sunt. Neque enim profanis Eleusiniarum Dearum mysteria narrari. Perinde autem iniusti, & impii utrique talia facientes.* Quae corruptissima hodie leguntur apud Iamblichum lib. I. cap. XVII. Plato Theaeteto. Ἄθρει δὲ περισκοπῶν, μή τις τῶν ἀμυήτων ἐπακύῃ. *Vide autem circumspiciens, ne quis non initiatorum exaudiat.* Quem Platonis etiam locum, etsi sine Dialogi nomine, citat Clemens Strom. V. Diodorus Siculus lib. III. Καὶ τὰ παρεισαγόμενα κατὰ τὰς τελετὰς, περὶ ὧν ὁ θέμις τοῖς ἀμυήτοις ἰσορᾶν τὰ κατὰ μέρος. *Et instituta ad initiationes, de quibus nefas est non initiatis particulatim inquirere.* Nicetas in Gregorii Nazianzeni Orat. εἰς τὰ ἅγια φῶτα. *Nota sunt haec Graecae superstitionis hierophantis, quibus inviolabili lege interdictum erat, ne haec, atque huiusmodi mysteria, apud eos, qui his sacris minime initiati essent, evulgarent.* Huc pertinet proverbium, Ἀτλικοὶ τὰ Ἐλευσίνια. *Attici Eleusinia.* Tarrhaeus. Ἀτλικοὶ τὰ Ἐλευσίνια ἐλλείπει τὸ, καθ' ἑαυτούς· λέγει δὲ Δῦρις, ὅτι ὅταν καθ' ἑαυτοὺς συλλεγέντες τινὲς πράττωσί τι, ἐπιλέγουσιν ἑαυτοῖς· Ἀτλικοὶ τὰ Ἐλευσίνια. *Attici Eleusinia: deest apud se ipsos. Dicit autem Duris, quando aliqui inter se congregati aliquid faciunt, solitos super eo dicere sibi, Attici Eleusinia.* Habes quoque apud Zenobium Cent. II. Proverb. XXVI. Diogenianum Cent. I. Proverb. LI. & Cent. II. Proverb. XXXVIII. Iustinus initio lib. V. *Mysteria Cereris initiorum sacra nullo magis, quam silentio solennia.* Tertullianus Adversus Valentinianos cap. I. *Nam & illa Eleusinia, haeresis* [a] *& ipsa Atticae superstitionis, quod tacent, pudor est.* Sophocles Oed. Col.

Οὔ πότνιαι σεμναὶ τιθη-
νῦνται τέλη
Θνατοῖσιν, ὧν καὶ χρυσέα
Κλῆὶς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακεν
Προσπόλων Εὐμολπιδῶν.
Vbi venerabiles sacerdotes fovent sacra
Mortalibus, quorum etiam aurea
Clavis linguae imposita est
Ministrorum Eumolpidarum.

Vbi Scholiastes. Ἐπεὶ ἄῤῥητα τὰ μυςήρια, ἢ καθάπερ κλεισὶν ἡ γλῶσσα κατέληπται, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐξενεγκεῖν. *Quoniam mysteria enunciare non licet, & quasi clavibus lingua continetur, ut ne quid efferat.* Gregorius Nazianzenus Orat. XXXIX. Οἶδεν Ἐλευσὶς ταῦτα, ἢ οἱ τῶν σιωπωμένων, ἢ σιωπῆς ὄντως ἀξίων, ἐπόπται. *Ista novit Eleusis, & illi, qui rerum tacendarum, & vere silentio dignarum, sunt praestites.* Hermias Διασυρμῷ τῶν ἔξω Φιλοσόφων. Πυθαγόρας, ἢ οἱ τότε συμφυλέται, σεμνοὶ, ἢ σιωπηλοὶ, παραδίδασιν ἄλλα μοι δόγματα, ὥσπερ μυςήρια. *Pythagoras eiusque contribules, graves, ac taciturni, tradiderunt alias mihi sententias, velut mysteria.* Mucius apud Dionysium Halicarn. lib. V. Δήμῳ μὲν φράζειν, ἃ διανοοῦμαι πράτλειν, ὐκ ἀσφαλὲς, μή τις ἰδία κέρδη περιβαλόμενος, πρὸς τὰς πολεμίας αὐτὰ ἐξενέγκῃ, δέον αὐτοῖς ὥσπερ μυςηρίω ἀπορῥήτῳ φυλακῆς. *Populo quidem edere, quae constituo facere, non est tutum, ne quis propriis commodis imminens ea ad hostes efferat, quum oporteat eis adhibere custodiam, velut mysterii prorsus tacendi.* Inde est istud Senecae Hippolyto.

Iactare tacitis conscias sacris faces.

Et Statii Sylv. IV. Carm. VIII.

Votivam taciti quassamus lampada mystae.

Ovidius de Arte Amandi lib. II.

Quis Cereris ritus audet (b) *vulgare profanis?*

Mercurius Trismegistus (c) lib. XIII. Πρόσεχε, παῖ. ἀῤῥήτων γὰρ ἐπακύεις μυστηρίων. *Attende, fili: nam celanda exaudis mysteria.* Hinc est illud Augusti factum, quod Suetonius nobis narrat in eius Vita cap. XCIII. *Athenis initiatus, quum postea Romae pro tribunali de privilegio sacerdotum Atticae Cereris cognosceret, & quaedam secretiora proponerentur, dimisso concilio, & corona circumstantium, solus audiit disceptantes.* Hesychius. Μύσης, τελούμενος, σιωπηλός. *Mysta, consecratus, taciturnus.* Inde Μυσηριώδης σιωπὴ, apud Eunapium in Iuliano. Καταπληξάντων δὲ ὥσπερ διοσημίαν, ἢ σιωπῆς κατακεχυμένης μυσηριώδους. *Trepidantum* (d) *vero velut ad coeleste prodigium, & effuso mysterioso silentio.* Et, Ἐν μυσηρίῳ κατέχειν, apud Iustinum Martyrem in Epistola ad Diognetum. Ἐν ὅσῳ μὲν ἦν κατεῖχεν ἐν μυσηρίῳ, καὶ διετήρει τὴν αὐτῆ βυλὴν, ἀμελεῖν ἡμῶν, ἢ ἀφροντιςεῖν, ἐδόκει. *In quantum igitur pro*

(a) Sunt qui legant *heureseos.*
(b) Editio *Nic. Heinsii: Ausit.*
(c) Opus ὑποβολιμαίων.
(d) Verte, *Trepidantibus.*

Digitized by Google

pro mysterio continuit, & custodiebat suum propositum, videbatur nobis sine cura, & solicitudine agendum. Basilius Magnus in Psalmum XLV. Ὑπὲρ ἀποῤῥήτων, καὶ τῶν ἐν μυστηρίῳ κεκρυμμένων. *De rebus non dicendis & occulendis in mysterio.* Et Aretaeus malagma quoddam suum secretius, hinc petita ratione, Μυσήριον vocat. Locus est χρονίων παθῶν θεραπ. lib. II. cap. VII. Καὶ τὸ μάλαγμα, ἐπίκλησιν τὸ χλωρόν· καὶ τοὔμὸν, τὸ μυστήριον. *Et emplastrum, quod vocatur viride, & hoc meum, quod est mysterium* (a). Ac videntur & obstricti ad silentium iuramento: feminaeque per Dioscuros iurabant. Observare est apud Gellium lib. XI. cap. VI. *Varro adseverat, antiquissimos viros, neque per Castorem, neque per Pollucem, deierare solitos: sed id iusiurandum fuisse tantum feminarum, ex sacris Eleusiniis acceptum.* Quod si quis haec divulgasset, ei mortem lex statuebat. Sopater in Divis. Quaest. Νόμος, τὸν ἐξειπόντα τὰ μυστήρια τεθνάναι. *Lex, ei, qui enunciat mysteria, moriendum esse.* Hinc proscriptus ab Athenienſibus fuit Diagoras Melius, ac propositum talentum unum ei, qui interfecisset ipsum: duo, qui vivum adduxisset. Suidas in Διαγόρας ὁ Μήλιος. Ἐκήρυξαν κατ' αὐτοῦ Ἀθηναῖοι, καὶ ἐν χαλκῇ στήλῃ ἔγραψαν· τῷ μὲν ἀποκτείναντι, τάλαντον λαμβάνειν, τῷ δὲ ἄγοντι, δύο. ἐκηρύχθη δὲ τοῦτο, διὰ τὸ ἀσεβὲς αὐτοῦ· ἐπεὶ τὰ μυστήρια πᾶσι διηγεῖτο, κοινοποιῶν αὐτὰ, καὶ μικρὰ ποιῶν, καὶ τοὺς βουλομένους μυεῖσθαι ἀποτρέπων. *Praeconio vulgarunt contra eum Athenienses, & inscripserunt aereae columnae, interficienti talentum praemium fore; ducenti autem (captivum), duo. Id pronunciarunt propter eius impietatem, quoniam mysteria omnibus enarrabat, exponens in commune, & extenuans, & dehortans eos, qui initiari volebant.* Quae iisdem verbis Scholiastes quoque Comici Avibus dicit. Ac respexit Athenagoras in Legatione. Διαγόρᾳ μὲν γὰρ εἰκότως ἀθεότητα ἐπεκάλεσαν Ἀθηναῖοι, μὴ μόνον τὸν Ὀρφικὸν εἰς μέσον κατατιθέντι λόγον, καὶ τὰ ἐν Ἐλευσῖνι δημεύοντι μυστήρια. *Diagoram enim quidem iuste impietatis accusaverunt Athenienses, qui non modo Orphicum in medium protulisset sermonem, & Eleusina publicaret mysteria.* Etiam AEschylus, quum nonnulla de mysteriis in tragoediis quibusdam divulgasse videretur, in extremum mortis discrimen adductus fuit. Eustratius ad Ethic. lib. III. cap. I. Δοκεῖ Αἰσχύλος λέγειν μυστικά τινα ἔν τε ταῖς Τοξότισι, καὶ Ἱερείαις, καὶ ἐν Σισύφῳ Πετροκυλιστῇ, καὶ ἐν Ἰφιγενείᾳ, καὶ ἐν Οἰδίποδι. ἐν γὰρ τέτοις πᾶσι περὶ Δήμητρος λέγων, τῶν μυστικωτέρων περιεργότερον ἅπτεσθαι ἔοικε. λέγει δὲ καὶ περὶ Αἰσχύλου Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ Οἰμήρου, ὡς κινδυνεύοντος ἐπὶ σκηνῆς ἀναιρεθῆναι, ἐπὶ τῷ τῶν μυστικῶν προφέρειν τινὰ δοκεῖν, εἰ μὴ προαισθόμενος κατέφυγεν ἐπὶ τὸν τοῦ Διονύσου βωμὸν, καὶ Ἀριοπαγιτῶν αὐτῶν παραιτησαμένων, ὡς ὀφείλοντα κριθῆναι πρῶτον· *Videtur AEschylus dicere quaedam arcana in Equitantibus feminis, & in Sacerdotibus, & in Sisypho saxi volutatore, & in Iphigenia, & in Oedipo. In illis enim omnibus, loquens de Cerere, videtur curiosius tetigisse secretiora. Loquitur autem de AEschylo etiam Heraclides Ponticus in primo de Homero, ut qui in periculum venerit trucidandi in scena, quia videbatur aliqua secreta proferre, nisi illud praesentiens refugisset ad Bacchi aram, & Areopagitis illum exigentibus, quasi qui deberet primo iudicari.* Clemens Strom. II. Ὡς Αἰσχύλος, τὰ μυστήρια ἐπὶ σκηνῆς ἐξαπῶν, ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κριθεὶς· οὕτως ἀφέθη, ἐπιδείξας αὐτὸν μὴ μεμυημένον. *Sicut AEschylus quum mysteria in scena enuntiasset, in Areopago iudicatus, ita dimissus fuit, quum demonstravisset se non initiatum* (b). Et Numenio numinum ob hanc rem offensam somnium ostendit, quod Macrobius nobis refert in Somn. Scip. lib. I. cap. II. *Numenio denique inter Philosophos occultiorum curiosiori, offensam Numinum, quod Eleusinia sacra interpretando vulgaverit, somnia prodiderunt. Viso sibi ipsas Eleusinias Deas habitu meretricio ante apertum lupanar videre prostantes: admirantique, & causas non convenientis numinibus turpitudinis consulenti, respondisse iratas; ab ipso se adyto pudicitiae vi abstractas, & passim adeuntibus prostitutas.* Adeoque nihil sibi cum eo commune cupiebant, qui hic peccasset; immo ne domum quidem, aut iter. Hinc Horatius lib. III. Od. II.

——— vetabo, qui Cereris sacrum
Vulgarit arcanae, sub iisdem
Sit trabibus, fragilemque mecum
Solvat phaselum. ———

Quin silentium hoc adeo necessarium omnes arbitrari, ut ne ipsis quidem Diis enarrare fas putarent. Hoc Tibulli ista innuunt lib. III. Eleg. V.

Non ego tentavi, nulli temeranda Deorum (c),
Audax laudandae sacra docere Deae.

Atque ut proloqui crimen erat, ita audire. Apuleius Milesia XI. *Quaeris forsitan anxie* [d], *quid deinde dictum, quid factum? dicerem, si dicere liceret; cognosceres, si liceret audire; sed parem noxam contraherent aures, & linguae, temerariae curiositatis.* Pausanias Atticis, ubi de Eleusine agit. Τὰ δὲ ἐντὸς τοῦ τέχους τοῦ ἱεροῦ, τό τε ὄνειρον ἀπεῖπε γράφειν, καὶ τοῖς δὲ τελεσθεῖσιν ὅπως ὧν θέας εἴργονται, δῆλα δήπου μηδὲ πυθέσθαι μετεῖναι σφίσιν. *Quae vero intra murum templi sunt, somnium vetuit scribere, & non initiatis, ut quorum arcentur spectaculo, sane nec sciscitari illis permissum.* Inde est illud apud Catullum.

Orgia, quae frustra cupiunt audire profani.

Hinc est, quod *Verenda* dicitur Eleusis apud Sidonium Carm. IX.

Non cum Triptolemo verendam Eleusin.

Quin ipsa Ceres in his sacris non Δημήτηρ, suo nomine; verum Ἄχθεια, mystice dicta. Habes in Hesychii Glossis. Ἄχθεια, ἡ Δημήτηρ

(a) Heine *Ovidius* occulta amantium furta *mystica* vocat:
Tectaque sint solida mystica furta fide.

(b) Hinc facile pateat non semper errare *Meursium* in *Attica Themide*, ubi leges quasdam profert, Rhetorum & Declamatorum controversiis & argumentis innixum: Nam non semper commentitias leges illi producebant.

(c) Editio Traiectina anni 1649. *Virorum*, & recte.

(d) Editio *Ioannis Pricaei*: *Quaeras forsitan satis anxie, studiose Lector, quid deinde dictum, &c.*

Digitized by Google

cerdotibus, & in Sisypho saxi volutatore, in Iphigenia, & in Oedipo. In illis enim nibus, loquens de Cerere, videtur curiosius tigisse secretiora. Loquitur autem de AEbylo etiam Heraclides Ponticus in primo de omero, ut qui in periculum venerit trucidi in scena, quia videbatur aliqua secreta oferre, nisi illud praesentiens refugisset ad cchi aram, & Areopagitis illum exigentis, quasi qui deberet primo iudicari. Clens Strom. II. Ὡς Αἰσχύλος, τὰ μυστήρια ἐπὶ σκηνῆς ἐξαπὼν, ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κριθεὶς· οὕτως ἀφείθη, ἐπιδείξας αὐτὸν μὴ μεμυημένον. *Sicut AEschylus quum mysteria in scena enuntiasset, in Areopago iudicatus, ita dimissus fuit, quum demonstravisset se non initiatum* (b). Et Numenio numinum ob hanc rem offensam somnium ostendit, quod Macrobius nobis refert in Somn. Scip. lib. I. cap. II. *Numenio denique inter Philosophos occultiorum curiosiori, offensam Numinum, quod Eleusinia sacra interpretando vulgaverit, somnia prodiderunt. Viso sibi ipsas Eleusinias Deas habitu meretricio ante apertum lupanar videre prodantes: admirantique, & causas non conscientis numinibus turpitudinis consulenti, respondisse iratas; ab ipso se adyto pudicitiae si abstractas, & passim adeuntibus prostitutas.* Adeoque nihil sibi cum eo commune cupiebant, qui hic peccasset; immo ne domum quidem, aut iter. Hinc Horatius lib. III. od. II.

—— vetabo, qui Cereris sacrum
Vulgarit arcanae, sub iisdem
Sit trabibus, fragilemque mecum
Solvat phaselum. ——

Quin silentium hoc adeo necessarium omnes arbitrari, ut ne ipsis quidem Diis enarrare fas putarent. Hoc Tibulli ista innuunt lib. III. Eleg. V.

Non ego tentavi, nulli temeranda Deorum (c),
Audax laudandae sacra docere Deae.

Atque ut proloqui crimen erat, ita audire. Apuleius Milesia XI. *Quaeris forsitan anxie* [d], *quid deinde dictum, quid factum? dicerem, si quid deinde dictum, quid factum? dicere liceret; cognoscere, si liceret audire; sed parem noxam contraherent aures, & linguae, temerariae curiositatis.* Paulanias Atticis, ubi de Eleusine agit. Τὰ δὲ ἐντὸς τοῦ τέχους τῷ ἱερῷ, τό τε ὄνειρων ἀπᾶπε γράφειν, καὶ τοῖς δὲ τελεσθεῖσιν ὅπως ὧν ἥκας εἴρηνται, δῆλα δήπου μηδὲ πυθέσθαι μετεῖναι σφίσιν. *Quae vero intra murum templi sunt, somnium vetuit scribere, & non initiatis, ut quorum arcentur spectaculo, sane nec sciscitari illis permissum.* Inde est illud apud Catullum.

Orgia, quae frustra cupiunt audire profani.

Hinc est, quod *Verenda* dicitur Eleusis apud Sidonium Carm. IX.

Non cum Triptolemo verendam Eleusin.

Quin ipsa Ceres in his sacris non Δημήτηρ, suo nomine; verum Ἄχθεια, mystice dicta. Habes in Hesychii Glossis. Ἄχθεια, ἡ Δημήτηρ

commentitias leges illi producebant.

(c) Editio Traiectina anni 1649. *Virorum*, & recte.

(d) Editio Ioannis Pricaei: *Quaeras forsitan satis anxie, studiose Lector, quid deinde dictum, &c.*

τηρ, μυστικῶς. *Achthea, Ceres, mystice.* Atque haec ita apud Athenienses sese, Graecosque omnes, habuere; nisi quod apud Cretenses divulgare ea licitum, quod & illi testimonium esse volebant, originem eorum sibi deberi. Diodorus Siculus auctor Bibliothecae lib. V. Περὶ μὲν ὧν τῶν θεῶν οἱ Κρῆτες τῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων γεγενῆθαι τοιαῦτα μυθολογοῦσι. τὰς δὲ τιμὰς, καὶ θυσίας, καὶ περὶ τὰ μυστήρια τελετὰς, ἐκ Κρήτης εἰς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους παραδεδόσθαι λέγοντες, τοῦτο φέρουσιν, ὡς οἴονται, μέγιστον τεκμήριον· τήν τε γὰρ παρ' Ἀθηναίοις ἐν Ἐλευσῖνι γινομένην τελετὴν, ἐπιφανεστάτην οὖσαν σχεδὸν ἁπασῶν, καὶ τὴν ἐν Σαμοθράκῃ, καὶ τὴν ἐν Θράκῃ ἐν τοῖς Κίκοσιν, ὅθεν ὁ καταδείξας Ὀρφεὺς ἦν, μυστικῶς παραδίδοσθαι. κατὰ δὲ τὴν Κρήτην ἐν Κνώσσῳ νόμιμον ἐξ ἀρχαίων εἶναι φανερῶς τὰς τελετὰς ταύτας παραδίδοσθαι, καὶ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἐν ἀπορρήτῳ παραδεδομένα, παρ' αὐτοῖς μηδένα κρύπτειν τῶν βουλομένων τὰ τοιαῦτα γινώσκειν. *Igitur de Diis quidem, qui apud ipsos dicuntur nati, talia Cretenses fabulantur. Honores vero, & sacrificia, & initiationes circa mysteria ex Creta ad alios homines fuisse proditas dicentes, illud adferunt, ut opinantur, maximum documentum. Etenim conspectissimam istam fere omnium quae apud Athenienses Eleusine peragitur, eamque, quae in Samothrace, eamque quae in Thracia apud Ciconas, unde primus auctor Orpheus erat, mystice tradi. Sed apud Cretas in urbe Gnosso legitimum ab antiquo esse palam initiationes illas omnibus tradi, & quae apud alios in operto traduntur, apud ipsos nemini occultare eorum, qui talia volunt cognoscere.*

CAP. XXI.

Quando inchoata mysteria; &, quot dies agitata. Polyaenus restitutus.

DIxi supra quonam mense agi solita; nunc de die, quo incepta; & quot dies agitata est dicendum. Ac quo die inchoata, age primum ostendamus. Plutarchus in Alexandro, ubi pugnam ad Arbela commemorat, undecimo die post mysteriorum initium commissam eam nobis refert. Ecce verba. Ἡ μὲν ἐν σελήνῃ τῇ Βοηδρομιῶνος ἐξέλιπεν, περὶ τὴν τῶν μυστηρίων ἀρχὴν Ἀθηναίοις. ἐνδεκάτῃ δὲ ἀπὸ τῆς ἐκλείψεως νυκτὶ, τῶν στρατοπέδων ἐν ὄψει γενομένων, Δαρεῖος μὲν ἐν ὅπλοις συνῆγε τὴν δύναμιν, ὑπὸ λαμπάδων ἐπιπορευόμενος τὰς τάξεις. *Luna quidem igitur Boedromionis eclipsin passa fuit circa principium Athenienssium mysteriorum. Vndecima vero nocte ab deliquio, exercitibus in mutuum conspectum progressis, Darius quidem in armis collegit omne robur, ad faces circumiens ordines.* In Camillo vero dicit XXVI. die factum. Τοῦτο δὴ αὖ πάλιν Πέρσαι μηνὸς Βοηδρομιῶνος, ἕκτῃ μὲν ἐν Μαραθῶνι, τρίτῃ δ' ἐν Πλαταιαῖς ἅμα καὶ περὶ Μυκάλῃ ἡττήθησαν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων. πέμπτῃ δὲ φθίνοντος, ἐν Ἀρβήλοις Ἀθηναίοις τὴν περὶ Νάξον ἐνίκων ναυμαχίαν, ἣν Χαβρίας ἐστρατήγει, τοῦ Βοηδρομιῶνος περὶ τὴν πανσέληνον. *Partim vero rursus Persae mense Boedromione, sexta quidem in Marathone, tertia vero ad Plataeas simul & circa Mycalen victi sunt ab Graecis: quinta vero finientis in Arbelis Athen. victoria navali ad Naxum potiti sunt, ubi Chabrias dux fuit, circa Boedromionis plenilunium.* Ergo si his XXVI. diebus undecim detrahas, habebis mensis decimum quintum; in quem mysteriorum initium incidisse, ex Plutarcho iam accipimus. Sed per quot dierum spatium agitata? Non hoc certo adfirmaverim. Corruptissimus est omnino Polyaeni quidam locus, qui XXXIX statuit. Extat iste libro III. Χαβρίας περὶ Νάξον ναυμαχῶν ἐνίκησε Βοηδρομιῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα. αὐτὴν τὴν ἡμέραν ἐπιτήδειον τῇ ναυμαχίᾳ κρίνας, ὅτι ἦν μία τῶν λθ'. μυστηρίων. *Chabrias ad Naxum classe pugnans vicit Boedromionis die sexta decima, quum decerneret illum diem opportunum navali conflictui esse, quoniam erat unus* XXXIX. *mysteriorum.* Itane plus mense toto impensum sacris istis fuerit? Ne quis credat. Certe nimium exerrat numerus; vereorque, ne hic factum, quod in explicandis somniis alibi Artemidorus tradit, novem fieri triginta novem. Idque arbitror, & scribendum, τῶν θ' μυστηρίων. Nam novem dies observasse mihi videor; ac de quibusdam, certa dicam; de quibusdam coniectura tantum utar: cuius mihi venia danda in re obscura; & quam primus, sine duce, investigo.

CAP. XXII.

Primus dies Ἀγυρμὸς *dictus. Plutarchi locus restitutus. Eoque initiatio facta.*

ERgo, ut a me ostensum, primus mysteriorum dies in decimum quintum mensis incidit. Nomen vero illi Ἀγυρμός. Hesychius luculentus testis. Ἀγυρμὸς, ἐκκλησία, συγκρότησις. ἐσὶ δὲ πᾶν τὸ ἀγειρόμενον. καὶ τῶν μυστηρίων ἡμέρα πρώτη. *Agyrmus, ecclesia, congregatio. Est vero omne, quod congregatur, & mysteriorum dies prima.* Corruptum ego illud video apud Plutarchum in Demetrio, ubi de eo initiari cupiente. Στρατοκλέους γνώμην ἐπιόντος, Ἀνθεστηριῶνα τὸν Μουνυχιῶνα ψηφισαμένους καλεῖν, καὶ νομίζειν, ἐτέλουν τῷ Δημητρίῳ τὰ πρὸς ἀγοράν. *Stratocle sententiam dicente, quum decrevissent Antheseriona adpellare Munychionem, idque ratum habere, praestabant Demetrio commeatum.* Nam quid hoc est? ἐτέλουν τῷ Δημητρίῳ τὰ πρὸς ἀγοράν. *Praestabant Demetrio commeatum.* Neque iniuria sese torquet hic vir magnus Isaacus Casaubonus. Omnino rescribendum censeo. ἐ. τ. Δ. τὰ πρὸς ἀγυρμόν. *Praestabant Demetrio ea quae ad coetum.* Vult enim dicere, praeparasse ipsos Demetrio, quae ad inchoanda mysteria, & initiandum eum necessaria. Quippe primo illo die initiatio fieri solita; cuius ritus iam explicui capp. X. & XI. Ac respectum huc existimo a Dionysio Halicarn. Antiquit. Rom. lib. II. Ἑορτή τε παρ' αὐτοῖς ὑδεμία μελανείμων ἢ πένθιμος ἄγεται, κοπετοὺς ἔχουσα καὶ θρήνους γυναικῶν ἐπὶ θεοῖς ἀφανιζομένοις, ὥσπερ Ἕλλησιν ἐπιτελεῖται περί τε Περσεφόνης ἁρπαγὴν, καὶ τὰ Διονύσου πάθη, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. ὐδ' ἂν ἴδοι τις παρ' αὐτοῖς, καίτοι διεφθαρμένων τῶν

Digitized by Google

τ ἐτῶν ἤδη, ὃ θεοφορήσδε, ὃ κορυβαντιασμὸς, ὐκ ἀσυρμὸς, ὃ βακχάας, ϗ τελετὰς ἀτορρήτους. *Et festum apud eos nullum in pullo aut lugubribus agitur, planctus habens & lessos mulierum de Diis obscuratis, prout ab Graecis celebratur circa Proserpinae raptum, & aerumnas Bacchi, & quae his similia. Nullus apud eos videat, quamvis corruptis iam annis, non impletas Deo mentes, non Corybantum lusus, non congregationes, non Bacchicos ululatus, & arcanas initiationes.*

CAP. XXIII.

Secundus vero Α"λαδε μύσαι adpellatus. Hesychius emendatus, & Polyaenus. Chabriae hoc die victoria navalis, omenque ab eo ex nomine captum. Plutarchi locus emendatus.

SEcundus, mensis decimus sextus Α"λαδε μύσαι nuncupatus; quia, ut colligo admonere praeco sacrorum illos solitus, uti ad mare se conferrent. Est Hesychii locus quidam, e quo capio; sed corrupte hodie editur. Α"λα * δένυσαι. ἡμέρα τις τῶν Ἀθήνησι μυστηρίων. *Hala * denysiae dies quidam mysteriorum Athenis.* Nisi me coniectura fallit, rescribendum. Α"λαδε μύσαι. *Ad mare sacerdotes.* Et clarissime Polyaenus nos docuerat; sed corrupta valde verba: ac partem eorum iam restitui supra cap. xxi. partem vero nunc restituam. Exstant Strategematum III. ubi de navali victoria Chabriae agit apud Naxum reportata. Χαβρίας περὶ Νάξον ναυμαχῶν ἐνίκησε Βοηδρομιῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα. ταυτὴν τὴν ἡμέραν ἐπιτήδειον τῇ ναυμαχίᾳ κρίνας, ὅτι ἦν μία τῶν λθ'. μυστηρίων. οὕτω γέ τοι ϗ Θεμιστοκλῆς τοῖς Πέρσαις ἐναυμάχησε περὶ Σαλαμῖνα. ἀλλὰ οἱ μὲν περὶ Θεμιστοκλέα σύμμαχον ἔσχον τὸν Ἴακχον γολλάδα μύσαι. *Chabrias ad Naxum proelio navali pugnans vicit Boedromionis die sexto supra decem, ipsum illum diem iudicans opportunum navali proelio, quoniam erat unus triginta novem mysteriorum. Sic sane etiam Themistocles cum Persis mari conflixit ad Salamina. Sed Themistocles quidem commilitonem habuit Iacchum gollada mystae.* De dierum ibi numero, per quos celebrata mysteria, emendationem meam iam proposui; restant duo in fine verba, item mendosa; & in medio, unde avulsa, reponenda. Itaque totus iste locus sic legendus. Χαβρίας περὶ Νάξον ναυμαχῶν, ἐνίκησε Βοηδρομιῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα, αὐτὴν τὴν ἡμέραν ἐπιτήδειον τῇ ναυμαχίᾳ κρίνας, ὅτι ἦν μία τῶν λθ'. μυστηρίων, Α"λαδε μύσαι. οὕτω γέ τοι ϗ Θεμιστοκλῆς τοῖς Πέρσαις ἐναυμάχησε περὶ Σαλαμῖνα. ἀλλὰ οἱ μὲν περὶ Θεμιστοκλέα σύμμαχον ἔσχον τὸν Ἴακχον. *Chabrias ad Naxum navibus pugnans, vicit Boedromionis sexto die supra decem, illum diem iudicans opportunum navali proelio, quoniam erat unus mysteriorum, dictus, Ad mare mystae. Sic sane etiam Themistocles cum Persis mari conflixit ad Salamina; sed Themistocles quidem commilitonem habuit Iacchum.* Adfirmaverim, veram hanc lectionem esse; sed iudicio tamen Lectoris eruditi, eiusque qui iudicio valeat, rem permitto. Et vis rei fundamentum? Chabrias sibi eo mysteriorum die pugna navali decertandum existimavit; quasi ipso illius nomine, quo ad mare vocabatur, invitatus; & omen quoque victoriae inde aliquod capiens. Porro quod victoriam istam Chabriae attinet, ut hoc obiter etiam dicam, iste item Plutarchi locus Phocione est. Πρώτῳ μὲν ἐκείνῳ ναυμαχίαν ἡ πόλις αὐτὴ δι' αὐτῆς ἀγωνισαμένη τοῖς Ἕλλησι μετὰ τὰ ἄλωσιν, καὶ καταλυχθεῖσα, τόν τε Χαβρίαν ὑπερηγάπησε, ϗ τῷ Φωκίωνι, ὡς ἀνδρὶ ἡγεμονικῷ, λόγον ἔσχεν. ἐνίκων δὲ μεγάλοις μυστηρίοις, καὶ παρέσχεν οἰνοχόημα Χαβρίας Ἀθηναίοις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Βοηδρομιῶνος. *Primum igitur istud navale proelium urbs ipsa per se praeliata Graecis post expugnationem, & feliciter defungens, tum Chabriam valde amavit, & Phocionem, ut virum imperatorium, in sermone & cura habuit. Vicerunt autem magnis mysteriis, praebuitque vini congiarium Chabrias Athenienses in annos singulos sexto die super decem mensis Boedromionis.* Ac corrigendus omnino idem lib. De Gloria Athen. Ε"κτῃ μὲν ἱσαμένου Βοηδρομιῶνος ἀσέτι νῦν τὴ ἐν Μαραθῶνι νίκῃ ἡ πόλις ἑορτάζει. ἕκτῃ δ' ἐπὶ δέκα μιοὺς οἰνοχοεῖται τ Χαβρίᾳ περὶ Νάξον ἐπινίκια ναυμαχίας. *Sexto quidem stantis Boedromionis etiam nunc victoriam Marathoniam urbs celebrat: sexto autem mensis post decem vinum fundit ad memoriam victoriae maritimae Chabriae ad Naxum.* Minus recte est in vulgatis. Ε"κτῃ δὲ μιοὺς οἰνοχοεῖται. *Sexto autem mensis vinum fundit.* Ortum mendum e numerorum confusione ς' & ις'.

CAP. XXIV.

Tertio die sacra facta, & mullus ei immolatus, isque AExonicus, tamquam ceteris praestantior. Itaque sacer ille Cereri, duabus de causis; neque eum gustabant mystae. Additum hordeum e campo Rhario. Nec fas quidquam foras abiicere, aut Iunonis sacerdoti inde gustare; eiusque templum claudi solitum, quum Cereris sacra peragerentur, ut & Cereris cum Iunoni sacra fierent: Omnia ei immolata, Θύα dicta.

IN tertium diem, qui mensis decimus septimus erat, sacra facta collocabimus; nam haec reliquis praemissa, ut religiosi erant Athenienses, verosimile. Immolabant autem mullum; ideoque inter ea, quae in sacris Eleusiniis fieri solita refert Melanthius. Περὶ τῶν ἐν Ἐλευσῖνι μυστηρίων. *De mysteriis in Eleusine.* Videmus apud Athenaeum lib. VII. Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν τοῖς Περὶ θεῶν, τῇ Ἑκάτῃ (eadem haec cum Cerere, & Diana; unde etiam Τρίμορφος dicta) φησὶ θύεσθαι τρίγλαν, διὰ τὴν τοῦ ὀνόματος οἰκειότητα. τρίμορφος γὰρ ἡ θεός. Μελάνθιος δ' ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν Ἐλευσῖνι μυστηρίων, καὶ τρίγλαν, καὶ μαινίδα. *Apollodorus vero in libris de Diis, Hecatae scribit immolari mullum propter nominis similitudinem, quippe triformis dea. Melanthius autem in scripto de mysteriis in Eleusine, & mullum, & sepiam.* Hoc est, quod Phurnutus ait, ubi

Digitized by Google

ubi de Diana agit. Καθιέρωσαν ᾗ καὶ τρίγλιν αὐτῇ, διὰ τὄνομα. *Conſecrarunt autem & mullum illi propter nomen.* Et erat ille non quilibet mullus, ſed AExonenſis. Obſervo ex Nauſicrate Ναυκλήροις, cuius fragmentum iſtud producit Athenaeus libro citato. Ναυσικράτης δ' ὁ κωμῳδοποιὸς ἐπαινεῖ τὰς Αἰξωνικὰς τρίγλας ἐν Ναυκλήροις, λέγων οὕτως.

——— μετ' αὐτῶν εἰσιν ἐκπρεπεῖς φύσιν
Αἱ ξανθοχρῶτες, ἃς κλύδων Αἰξωνικὸς
Πασῶν ἀρίστας ἐν τόποις παιδεύεται.
Αἷς κ᾽ θεὰν τιμῶσι φωσφόρον κόρην,
Δείπνων ὅταν πέμπωσι δῶρα ναυτίλοι.
Τρίγλας λέγῃς. ———

Nauſicrates vero comicus laudat AExonicos mullos in navium magiſtris, dicens ita:

——— *cum illis ſunt decori corpore*
Flavicolores, quos fluctus AExonicus
Omnium optimos in locis educat.
Quibus quoque Deam honorant luciferam puellam,
Coenarum quando mittant dona navitae;
Mullos ais. ———

Ideo autem AExonenſis mullus capiebatur, tamquam qui praeſtaret ceteris. Vides in citatis Nauſicratis verſibus.

——— ἃς κλύδων Αἰξωνικὸς
Πασῶν ἀρίστας ἐν τόποις παιδεύεται.
——— *quos fluctus AExonicus*
Omnium optimos in locis educat.

Cratinus Trophonio.

Οὐδ' Αἰξωνίδ' ἐρυθρόχρων ἐωθίζν ἔτι
Τρίγλαν. ———
Neque AExonicum rubrum edere amplius
Mullum. ———

Heſychius. Αἰξωνίδα τρίγλαν. δοκοῦσι καλλίσται εἶναι αἱ Αἰξωνικαὶ τρίγλαι. *AExonicum mullum, videntur optimi eſſe AExonici mulli* (a). Itaque ſacer Cereri mullus habebatur, & a myſtis colebatur. Plutarchus de Solertia Anim. Τρίγλαν δὲ τὸς ἐν Ελευσῖνι μύστας σεβομένους ἴσε. *Mullum vero Myſtas Eleuſinios venerantes noſtis.* AElianus duas nobis huius rei cauſas tradit Hiſt. Anim. lib. IX. cap. LI. Τρίγλης περὶ ἀνωτέρω εἶπον. ὃ δὲ οὐκ εἶπον, νῦν ἐρῶ. ἐν Ελευσῖνι τιμὰς ἔχει ἐκ τῶν μυουμένων. καὶ διπλᾶς ὁ λόγος τῆς αἰτίας τῆσδε. οἱ μέν φασιν, ἐπεὶ τρὶς τοῦ ἔτους τίκτει. οἱ δὲ, ἐπεὶ τὸν λαγὼν ἐσθίει, ὅσπερ ἀνθρώπῳ θανατηφόρος. *De mullo ſupra loquutus ſum. Quod autem non dixi, nunc prodam. Eleuſine honores habet ex initiatis. Et duplex ſermo de cauſa hac. Alii quidem ferunt, quia ter anno parit: alii vero, quia leporem* (n. marinum) *devorat, quia homini lethalis eſt.* Itaque neque guſtabant mullum. Idem AElianus Operis citati eodem libro cap. LXV. Τῆς δὴ τρίγλης ἐκ ἂν γεύσαιντο οἱ αὐτοὶ μύσαι. *Mullum vero non guſtaverint myſtae.* In his ſacris ad molas, & liba hordeum quoque adhibebatur, quod in campo Rhario natum. Pauſanias Atticis, ubi de Eleuſine agit. Τὸ δὴ πεδίον τὸ Ῥάριον πρῶτον σπαρῆναι λέγουσι, κ᾽ πρῶτον αὐξῆσαι καρπούς. καὶ διὰ τοῦτο ἀλαῖς ἐξ αὐτοῦ χρῆσθαι (b), κ᾽ ποιεῖσθαι πέμματα εἰς τὰς θυσίας καθέσηκεν. *Campum vero Rharium primum ſeminatum fuiſſe dicunt, ac primum auxiſſe fructus, & propterea hordeo*

(a) Vide *Lib. De Populis Attic.* in Αἰξωνή.

inde uti, & fingere liba ad ſacrificia inſtituit. Atque ex iis nihil foras abiicere licitum. Scholiaſtes Comici Equitibus. Οὐκ ἐξῆν τὰ θυόμενα Δημήτερι καὶ Περσεφόνῃ ἔξω ἀφιέναι. *Non licebat immolata Cereri, ac Proſerpinae extra emittere.* Neque ex his guſtare quidquam fas Iunonis ſacerdoti; quin templum eius Deae, quum Cereri fieret, claudebatur: ut & Cereris quum Iunoni ſacra facerent. Servius AEneid. IV. *Quum Eleuſinae Cereris ſacrum fit, aedes Iunonis clauditur; item, cum Iunoni Eleuſinae fit, templum Cereris clauditur: nec ſacerdoti Iunonis licet guſtare, unde Cereri ſit libatum.* Quae autem Cereri, ac Proſerpinae immolata; ea Θύα adpellata. Habes in Heſychii Gloſſis. Θύα, ἀρτύματα, Κύπριοι. ἔνιοι, τὰ ἀρώματα. Καλλίμαχος, Εὔπολις, τὰ πέμματα. λέγεται δὲ κ᾽ τὰ θυόμενα τῶν θεῶν. *Thya, libamenta, Cyprii: alii aromata. Callimachus, Eupolis, liba. Dicuntur autem etiam immolata Deabus.*

CAP. XXV.

Die quarto calathi proceſſio erat, qui curru vehebatur, bobus trahentibus. Hunc cum ciſtis mulieres ſequebantur. Eae ciſtae faſciis puniceis redimitae forma quadam propria, quidque in iis occultatum. Ac cur mala in illis Punica, & papaver. Strabi Galli error oſtenſus.

QVarto die, qui octavus decimus menſis, calathi proceſſio fuit, ut exiſtimo. Eius mentio apud Callimachum eſt Hymno citato.

Τῷ καλάθῳ κατιόντι ἐπιφθέγξασθε γυναῖκες,
Δάματερ μέγα χαῖρε, πολύτροφε, πυλυμέδιμνε,
Τὸν κάλαθον κατιόντα χαμαὶ θάσησθε βέβαλοι
Μηδ' ἀπὸ τοῦ τέγεος, μηδ' ὑψόθεν αὐγάσησθε,
Μὴ παῖς, μηδὲ γυνὰ, μηδ' ἃ κατεχεύατο χαίταν.
Μὴ τόκ' ἀπ' αὐαλέων στομάτων πτύωμες ἄπαστοι,
Ἑσπερίη ἐκ νεφέων ἐσκέψατο πανίκα νεῖται.
Calatho deſcendente acclamate mulieres,
Ceres, multum ſalve, copioſa nutrix, multorum modiorum!
Calathum deſcendentem deorſum ſpectate profani,
Neque ab tecto, neque ſuperne intueamini,
Non puer, nec mulier, nec quae demiſit comam.
Non quod ab arido ore ſpuimus ieiunii,
Veſper ab nubibus vidit, quando incedit.

Et obſerva; inter procedendum acclamatum a mulieribus fuiſſe, χαῖρε Δήμητερ. Deinde humi ſpectare profanos debuiſſe, non e tectis, aliiſve locis editis; nec ſpuendum tum fuiſſe: deinde circa veſperam id factum. Erat vero calathi repraeſentatio, quo Proſerpina flores lectos repoſuerat. Clemens meminit in Protreptico. Καὶ τὰ Φερεφάτλης ἀνθολόγια διηγήσομαί σοι, καὶ τὸν κάλαθον, κ᾽ τ᾽ ἁρπαγὴν τὴν ὑπὸ Αἰδωνέως. *Et Proſerpinae collectiones flo-*

(b) Editio Lipſienſis: χρῆσθαι σφίσι.

Digitized by Google

rum tibi narrabo, & calathum, & raptum ab Plutone. Vehebatur autem calathus curru. Scholiastes Callimachi loco citato. Ἐν ᾗ ἦν ἐν Ἀθηναις, ἐν ὡρισμένῃ ἡμέρᾳ, ἐπὶ ὀχήματος φέρεσθαι καλάθιον, εἰς τιμὴν τῆς Δήμητρος. *Mos erat Athenis statuto die in vehiculo portari calathum in honorem Cereris.* Et incedebat tarde hic currus, trahentibus bobus; estque hic intelligendus, de quo Virgilius Georg. 1.

Tardaque Eleusinae matris volventia plaustra.

Habebat autem non rotas radiatas, quemadmodum alii; sed tympana, axi cohaerentia, & cantho ferreo iuncta. Probus ad citatum Virgilii locum. *Imperiti ea plostra adpellant. Sunt enim vehicula, quorum rotae non sunt radiatae; sed tympana, cohaerentia axi, & iuncta cantho ferreo. Axis autem cum rota voluitur; nam rotae circa eiusdem cardinem adhibentur. Hoc vehiculum in sacris Cereris arcanae, quae Eleusina adpellatur, ab oppido Eleusine Attico; & id ducunt boves.* Post hunc feminae incedebant, cistas mysticas baiulantes. Suidas meminit. Κιστοφόρος. ἔοικε ἱερὰς τὰς κίστας τῷ Διονύσῳ, καὶ ταῖν θεαῖν. *Cistophorus, videtur sacras cistas Bacchi, & Dearum* (*alludere.*) Catullus in Carmine De Nuptiis Pelei.

Pars obscura cavis celebrabant orgia cistis.

Et adlusit Ovidius De Arte lib. II.

Condita si non sunt Veneris mysteria cistis,
Nec cava vesanis ictibus aera sonant;
Attamen inter nos medio versantur in usu,
Sed sic, inter nos, ut latuisse velint.

Hinc Μυστιτόλοι ταλάροιο dicuntur Nonno Dionys. XIII.

Οἵ τ' ἔχον ἀγλαόπαιδος Ἐλευσινίδαο χθόνα δηθὲς
Μυστιτόλοι ταλάροιο. ——

Et qui habent laetae subole Eleusiniam terram Cereris
Mystae calathi (*a*). ——

Erantque illae fasciis purpureis redimitae. Observo apud Plutarchum in Phocione. Τότε δὲ περὶ τὰς ἡμέρας ἐκείνας αἱ ταινίαι μὲν, αἷς περιελίττουσι τὰς μυστικὰς κοίτας, βαπτόμεναι, θάψινον ἀντὶ φοινικοῦ χρῶμα, καὶ νεκρώδες, ἀνήνεγκαν. *Tunc autem circa illos dies taeniae quidem, quibus circumvolvunt mysticos lectos, tinctae flavum colorem pro purpureo & moribundum retulerunt.* Erant autem forma propria, & ab aliis seorsim. Indicant Pausaniae verba, quae in Phocicis. Κλεόβοια δ', ἔτι παρθένος· ἔχει δὲ ἐν τοῖς γόνασι κιβωτὸν, ὁποίας ποιεῖσθαι νομίζουσι Δήμητρι. *Cleoboea vero, adhuc virgo. Habet vero super genua arcam similem illis, quas Cereri fieri censent.* Et in his reconditae sesamides, pyramides, lanae elaboratae, liba multis distincta umbilicis, micae aliquot salis, draco, mala Punica, corda, ferula, hederae, placentae, & papavera. Clemens in Protreptico. Οἷαι δὴ καὶ αἱ κίσται αἱ μυστικαί; δεῖ γὰρ ἀπογυμνῶσαι τὰ ἅγια αὐτῶν, καὶ τὰ ἀῤῥητα ἐξενεγκεῖν. ἐ σησαμαῖ ταῦτα, καὶ πυραμίδες, καὶ τολύπαι, καὶ πόπανα πολυόμφαλα, χόνδροι τε ἁλῶν, καὶ δράκων, ὄργιον Διονύσου Βατσάρου; ἆχὶ δὲ ῥοιαὶ πρὸς τοῖσδε, καὶ καρδίαι, καὶ νάρθηκές τε, καὶ κιτλοί; πρὸς δὲ καὶ φθοῖς, καὶ μήκωνες; ταῦτ' ἐστιν αὐτῶν τὰ ἅγια. *Quales vere etiam cistae mysticae? Oportet enim denudare sacra eorum, & illa non dicenda efferre. Nonne illa sesamae, & pyramides, & volumina lanae, & liba umbilicata, & micae salium, & draco, sacrum Bacchi Bassarei? Nonne autem insuper mala Punica, & corda, & ferulae, & hederae? adhuc quoque placenta & papavera? Haec sunt illa sancta.* Ad mala Punica quod attinet, meminit eorum Artemidorus Onirocrit. lib. I. cap. LXXV. Ῥοιαὶ δὲ, τραυμάτων εἰσὶ σημαντικαὶ, διὰ τὸ χρῶμα, καὶ βασάνων, διὰ τὰς ἀκάνθας. καὶ δουλείας, καὶ ὑποταγῆς, διὰ τὴν ἐν Ἐλευσῖνι λόγον. *Mala autem Punica significationem habent vulnerum propter colorem, & cruciatuum propter spinas, & servitutis, ac subiectionis propter narrationem Eleusiniam.* Causam video a Proserpinae facto, quae apud Plutonem mali Punici granum edisse dicebatur. Apollodorus lib. I. Ὁ Πλούτων, ἵνα μὴ πολὺν χρόνον παρὰ τῇ μητρὶ καταμένῃ, ῥοῦαν ἔδωκεν αὐτῇ φαγεῖν κόκκον. *Pluto ne longo tempore apud matrem maneret, mali Punici dederat ei edendum granum.* Lutatius ad Theb. III. *Quum filiam suam Ceres raptam a Dite comperisset, conquesta, a Iove impetravit, ut ei filia redderetur; ita tamen, si nihil apud inferos gustavisset; & quum in eo fuisset, ut matrem filia sequeretur, Ascalaphus, qui apud inferos erat, dixit Proserpinam e pomario Ditis e malo Punico gustasse tria grana.* Et huc respectum a Lucano lib. VI.

Eloquar immenso terrae sub pondere, quae te
Contineant, Ennaea, dapes; quo foedere moestum
Regem noctis ames; quae te contagia passam
Noluerit revocare Ceres (*b*). ——

De papavere, Cereri sacro, & causa rei, habes apud Phurnutum, ubi de illa dea agit. Ἀνατιθέασι δ' αὐτῇ καὶ τὰς μήκωνας, κατὰ τὸν λόγον· τό, τε γὰρ στρογγύλον, καὶ περιφερὲς, αὐτῶν, παρίστησι τὸ σχῆμα τῆς γῆς, σφαιροειδοῦς ὄσης. ἥ, τε ἀνωμαλία τὰς κοιλότητας, καὶ τὰς ἐξοχὰς τῶν ὀρῶν. *Consecrant ei quoque papavera iuxta narrationem. Nam rotundum, & orbiculare illorum statuunt figuram terrae, quae est Sphaerica; & inaequalitas cavitates, ac tubera montium.* Inde nimirum *Cereale* dixit Virgilius Georg. I.

Nec non & lini segetem, & Cereale papaver,
Tempus humi tegere. ——

Vbi Servius causam non unam addit. *Cerea-*

(*a*) Cistas in Mysteriis Eleusiniis adhiberi solitas, magis notum est, quam ut ostendere oporteat. Huiusmodi Cistam, calathosque videre est sculptos in vetusto vasculo ex Onyche, quod aeri inciśum edidimus. Heinc & ipsa Eleusinia Ceres calathum capite gestabat, ut etiamnum probat simulacri Eleusiniae Cereris fragmentum apud *Sponium*, & *Vvhelerum*, quod nos etiam in prima tabula exhibuimus. Ceterum quod Cistas attinet, nos peculiari de iis Dissertatione iam egimus, quae quidem edita est Romae inter Dissertationes Academiae Etruscae, ad quam curiosos amandamus. Cistarum quarumdam imagines ex antiquis monumentis, praeter memoratum Vasculum, in Tabula nostra protulimus, &c.

(*b*) *Ovidius V. Metamorph.*

-------- ieiunia virgo
Solverat, & cultis dum simplex errat in hortis
Puniceum curva decerpserat arbore pomum,
Sumtaque pallenti septem de cortice grana
Pressérat ore suo.

Digitized by Google

τὰ ἅγια
καὶ ταῦτα,
πολυθμφα-
σον Διονύσε
καρδίαι, ἢ
ῖς, καὶ μή-
uales vere
n denudare
ferre. Non-
volumina
ae ſalium,
Nonne au-
da, & fe-
placenta &
Ad mala
orum Arte-
LXXV. Γ'καὶ
ὁ χρῶμα, καὶ
ας, καὶ ὑπο-
Mala autem
erum propter
inas, & ſer-
rationem Eleu-
rpinae facto,
nici granum
ib. 1. Ὁ Πλέ-
περὶ κατασκευῆ,
Pluto ne longo
mali Punici
Lutatius ad
Ceres raptam
Iove impe-
a tamen, ſi
quum in eo
tur, Aſcala-
ixit Proſerpi-
Punico guſtaſſe
ım a Lucano

pondere, quae n
; quo foedere

contagia paſ-

& cauſa rei,
le illa dea agit.
κωνας, κατὰ τὸν
ὴ περιφερὲς, αὐ-
ς, σφαιροειδῶς δ
γτας, ἢ τὰς ἐξο
puoque paſcere
undum, & or-
am terrae, quae
cavitates, ac is-
m *Cereale* dixit

, & Cereale p

---

inam addit. *Ce-*
rea-

umdem imagines ex
im Vaticanum, in Tab

errat in hortis
pomum,
e graua

Digitized by Google



J Menabuonj del.

C. Gregorj sculp.

Digitized by Google

reale papaver; vel, quod eſt eſui, ſicut frumentum: vel, quo Ceres uſa eſt, ad oblivionem doloris. Nam ob raptum Proſerpinae vigilis, guſtato eo, acta eſt in ſoporem; vel, quia Miconem Athenienſem dilexit Ceres; &, transfiguratum in papaverem, tutelae ſuae iuſſerit reſervari; vel, quia pani aſpergatur. De doloris oblivione in inquirenda filia Proſerpina, eſt Strabi Galli etiam locus, Horti Carm. xv.

Et Cereale quidem nugarum in parte papaver
Hac memorare placet, quod raptae moeſta puellae
Mater, ut immenſis optata oblivia mentem
Exuerent curis, fertur Latona voraſſe.

Sed in eo haud parum errat, quod pro Cerere Latonam dicat. Porro *Cereale* item nominavit Columella lib. x.

Allia cum cepis, Cereale papaver anetho
Iungite (a). ——

CAP. XXVI.

Quinto die cum facibus myſtae incedebant; viri pariter, feminaeque, & vultu truci. Noctu autem id factitatum; & faces quoque dedicatae, certatumque de earum magnitudine. Dein quamobrem res haec omnis inſtituta.

QVintus dies, qui in menſis decimum nonum incidebat, quod Λαμπαδεύεσθαι dicebatur. Anonymus apud Suidam in Λαμπαδεύεσθαι. Ἀριστόγονος ἐν Διονυσίῳ, μύσης, λαμπαδεύεσθαι μέλλων, εἶτα μέντοι τὰ δεξιὰ παρέσθη μέρη. *Ariſtogonus igitur Dionyſii F. Myſta, quum* λαμπαδεύεσθαι *vellet, deinde tamen dextris membris diſſolutus eſt.* Is fuiſſe videri poteſt, cui ἡ τῶν λαμπάδων ἡμέρα nomen fuit. Fulgentius indicat Mythолog. lib. i. *Hanc (Proſerpinam) etiam mater cum lampadibus raptam quaerere dicitur, unde &* LAMPADVM DIES *Cereri dedicatus eſt.* Tunc nimirum cum facibus accenſis incedebant. Hinc iſtud Statii Sylu. iv. Carm. viii.

Tuque Actaea Ceres, curſu cui ſemper anhelo
Votivam taciti quaſſamus lampada myſtae.

Iuvenalis Sat. xv.

——— *quis enim bonus, & face dignus*
Arcana, qualem Cereris vult eſſe ſacerdos.

Quo loco Interpres eius Vetus. *Arcana dicit, myſtica; nam in templo Cereris ſibi invicem facem curſores tradunt.* Claudianus De Raptu Proſerpinae in initio lib. i.

templumque remugit
Cecropidum, ſanctaſque faces exſtollit Eleuſis.

Et adludit Ariſtophanes Ranis.

——— ἢ δᾷδων γέ με
Αὔρα τις προσέπνευσε μυσικωτάτη.
——— *Et facum me*
Aura aliqua adflavit ſecretiſſima.

Nec viri tantum faciebant, ſed & feminae. Obſervo apud Senecam Hippolyto, ubi ita de ſe Phaedra.

Non colere donis templa votivis libet;
Non inter aras, Atthidum miſtam choris,
Iactare tacitis conſcias ſacris faces.

Et incedebant vultu truci, ac minaci. Lucianus Cataplo. ΜΙ. Εἶπέ μοι, ἐτελέσθης γάρ, ὦ Κυνίσκα, τὰ Ἐλευσίνια, οὐχ ὅμοια τοῖς ἐκεῖ τὰ ἐνθάδε σοι δοκεῖ; ΚΥ. Εὖ λέγεις. ἰδοὺ ἔν, προσέρχεταί δαδηχῆσά τις, φοβερόν τι, καὶ ἀπλητικὸν, προσβλέπουσα. *Dic mihi, initiatus enim es, o Cyniſca, Eleuſiniis, nonne ſimilia iis, quae ibi ſunt, ea quae ſunt hic tibi videntur? Cy. Bene dicis. Ecce igitur accedit quaedam facem ferens, & terribile quiddam, minaxque adſpiciens.* Ab his facibus λαμπάδες ἀκταὶ Sophocli Oed. Col.

——— ἢ πρὸς Πυθίαις,
Ἣ λαμπάσιν ἀκταῖς.
——— *Aut ad Pythias,*
Aut lucernas oras.

Vbi Scholiaſtes. Καὶ εἴη, λαμπάσιν ἀκταῖς λέγων, λαμπαδευομέναις, ἢ καταλαμπομέναις ὑπὸ τῆς μυσικῆς φλογός. *Et ſit, lucernas oras dicens, lucernis illuminatas, & ſplendentes ab myſtica flamma.* AEſchylus in re eadem.

Λαμπραῖσιν ἀστραπαῖσι λαμπάδων σθένος.
Splendidis fulguribus lucernarum gemit.

Et id noctu factitatum. Ariſtides clare indicat Eleuſinia. Ὦ δᾷδες, ὑφ' οἵων ἀνδρῶν ἀπέσβεσθε. ὦ δεινὴ, καὶ ἀφεγγὴς ἡμέρα, ἢ τὰς φωσφόρους νύκτας ἐξῄλες. *O faces, a quibus viris extinctae eſtis? O gravis, & obſcura dies, quae illas luciferas noctes exemiſti.* Seneca, Hercule Furente.

Libra Phoebaeos tenet aequa currus,
Turba ſecretam Cererem frequentat,
Et citi tectis properant relictis
Attici noctem celebrare myſtae.

Statius Theb. vii.

Et non adſuetis pernox ululavit Eleuſis
Menſibus.

Quin cives etiam faces Deae dedicabant, de magnitudine inter ſeſe concertantes. Inde ſunt iſta Theophraſti in Eth. Charact. cap. Περὶ ἀδολεσχίας. Δάμιππον δὲ μυστηρίοις μεγίστην δᾷδα ἔστησε. *Damippus myſteriis maximam facem ſtatuit.* Nempe hoc facto repraeſentabant errantem cum face ab AEtna accenſa Cererem. Lactantius lib. i. cap. xxi. *Sacra*

Dux Comiti [Celeus Cereri] *narrat quam ſit ſibi filius aeger;*
Nec capiat ſomnos, invigiletque malis.
Illa ſoporiferum, parvos initura penates,
Colligit agreſti lene papaver humo.
Dum legit, oblito fertur guſtaſſe palato,
Longamque imprudens exſoluiſſe famem.

Et mox:

Abſtinet alma Ceres, ſomnique papavera cauſſa
Dat tibi cum tepido lactis bibenda, puer.

(a) Hinc Cererem, & papaver videre eſt in Vaſe antiquo, quod tabula huic libello praefixa exhibuimus. Ceres quoque cum papaveribus occurrit *Tom. I. Muſ. Florent. Tabb. XCVI. & C.* Sed & in Nummo Athenienſium papaver inter duas ſpicas ligatum exſtat. Et in ſculptura Muſei Gaddiani Ceres eſt raſtrum tenens, & papaveribus caput redimita, quam quidem proferimus in noſtris tabulis. Sed & in Anaglypho egregio a *Buonarotio* in *Obſervat. in Num. m. m.* illuſtrato Ceres in curru ſiniſtra ſpicas & papavera fert. Ceterum cauſſae aliae deduci poſſunt ex *Ovidio IV. Faſt.* cur papavera Cereri tribuantur. Ait enim:

cra vero Cereris Eleusinae non sunt his dissimilia. Nam sicut ibi Osiris puer planctu matris inquiritur, ita hic ad incestum patrui matrimonium rapta Proserpina; quam quia facibus ex Aetnae vertice accensis quaesisse in Sicilia Ceres dicitur, idcirco sacra eius ardentium taedarum iactatione celebrantur. Iustinus Martyr Ad Graecos Orat. 11. Ὁ μὲν Πλουτεὺς τὴν Κόρην ἥρπασε, καὶ ἡ Δήμητρα, ἀλωμένη κατὰ τὰς ἐρήμους, τὸ τέκνον ἐζήτει. καὶ τοῦτον τὸν μῦθον εἰς ὕψος ἤγαγε τὸ ἐν Ἐλευσῖνι πῦρ. *Plutus* (a) *quidem Proserpinam rapuit, & Ceres errans per loca deserta filiam quaerebat, & hanc fabulam in altum evexit ignis Eleusine* (b).

CAP. XXVII.

Sexto Iacchum producebant. Claudianus hallucinatus. Iacchus myrto hic coronatus, & non hedera. Dies ex re Ἴακχος *dictus. Deductio autem a Ceramico usque Eleusinem facta, idque per fora. Iacchus manu facem gestans fingebatur, & quam ob rem. Ac templum sibi proprium habebat. Deductusque cum choreis, saltu, ac cantu; qui item* Ἴακχος *nuncupatus. Etiam cum aeris sono, quod* Ἠχεῖον *dicebatur. Qui ducebant aqua e Proserpinae Rheto lustrabantur. Iacchus vero hic Iovis, Cereris que filius. Arriani ea in re error ostensus. Cuique producendi eius cura data* Ἀγυρταγωγός *nominatus. Porta, qua exire soliti,* Ἱερὰ *dicta; obiterque, qua cadavera efferebantur, quomodo adpellata fuerit, indicatum: & Theophrastus emendatus. Via quoque* Ἱερὰ *dicta; ac Plutarcho eius nomen restitutum. Polemonisque de eadem liber proprius. Suburbium etiam* Ἱερὰ Συκῆ *indigetatum; in quo mystae, Eleusine redeuntes, interquiescere consueverunt. In via Cephissus, ponte stratus; in quo scommata spectatores desidentes in praetereuntes mystas iaciebant. Vnde* Γεφυρίζειν *dictum, &* Γεφυρισμός. *Vltra pontem, qua intrabant Eleusina,* Μυστικὴ Εἴσοδος *vocabatur. Post, munita Decelea, ac terrestri itinere clauso, mari Iacchus duci coepit; nisi quod semel Alcibiades pompam in armis via usitata duxit, daduchi vice, ut nonnulli putant, functus.*

SExtus dies in vigesimum incidebat; & hunc inter mysteria fuisse ex Andocidis loco adparet Orat. Περὶ τῶν μυστηρίων. Ταῖς ἕξ' ἐκάσι, μυστηρίοις τούτοις, δὺς Κηφισίῳ χιλίας δραχμὰς, ἐνδείκνυσί με, καὶ εἰς τὸν ἀγῶνα τοῦτον καθίσησιν. *Vigesimo autem die, illorum mysteriorum tempore praebens Cephisio mille drachmas, exhibet me, & in hoc certamen constituit.* Et Iacchum tunc producebant (c). Plutarchus docet in Phocione. Εἰκάδι ἡ φρερὰ Βοηδρομιῶνος εἰσήχθη, μυστηρίων ὄντων, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξ ἄστεος Ἐλευσίναδε πέμπουσι. *Vigesimo die mensis Boedromionis inductum est praesidium, quum agerentur mysteria, in quo Iacchum*

(a) *Pluto* dicerem.

(b) Lampadum pompa in marmore Eleusine invento occurrit apud *Sponium*, & *Vvhelerum*, quod nos in prima Tabula producimus. Ceterum illam eamdem causſam adtulit *Ovidius Lib. IV. Fastor.* de Cerere Proserpinam raptam quaerente agens, & innuit insuper cur noctu id factum fuerit:

Iam color unus inest rebus, tenebrisque teguntur
Omnia: iam vigiles conticuere canes.
Alta iacet vasti super ora Typhoeos Enne,
Cuius adhelatis ignibus ardet humus.
Illic accendit geminas pro lampade pinus:
Hinc Cereris sacris nunc quoque taeda datur.

Eiusdem rei originem exponit *Cicero IV. in Verrem*, & *Clemens* pariter Alexandrinus *Protreptico* iis verbis: Δηὼ δὲ ἡ Κόρη, δρᾶμα ἤδη ἐγένετο μυστικὸν, ἡ τὴν πλάνην, καὶ τὴν ἁρπαγὴν καὶ τὸ πένθος αὐταῖν Ἔλευσις δαδαχεῖ. *Ceres autem & filia Proserpina iam mysteriorum scena versantur, erroremque & raptum, & eorum luctum Eleusis illustrat facibus.*

(c) Nil mirum si & Iacchus mysteriis intervenit, quem veteres a Cerere minime separarunt. Coniungitur ei in antiqua inscriptione, quam ad Caput huius libelli secundum protulimus: & digna sunt, quae huc transferantur, adnotata ab erudito *Matthaeo AEgyptio in Explicatione S. C. de Bacchanalibus. Quod autem mysteria, & τελεταὶ communia fuerint Cereri, & Baccho, praeter indicium, quod facit Casaubonus, plura exstant apud veteres criticos argumenta. Ad illa enim Sophoclis in Antigone carmina,* 1231. ---- 1237.

Πολυώνυμε, Καδμείας
Νύμφας ἄγαλμα, καὶ Διὸς
Βαρυόρμητα γένος,
Κλυτὰν ὃς ἀμφέπεις
Ἰταλίαν, μεδεὶς δὲ παγ-
κοίνου Ἐλευσινίας
Δηοῦς ἐν κόλποις,
Bacche Cadmeae
Puellae decus,
Et Iovis tonantis genus,
Inclutam qui regis
Italiam, & curas
Eleusina communem
In sinu Cereris,

notant (παγκοίνου Ἐλευσινίας) *post alias interpretationes,* ἢ ὅτι κοινὰ τὰ μυστήρια Δήμητρος καὶ Διονύσου, vel quia communia mysteria Cereri, & Baccho. *Ad illa vero in Ranis Comicis* 325. & 326.

Ἴακχ' ὦ πολυτιμήτους
Ἕδρας ἐνθάδε ναίων,
Iacche, o pretiosas qui

Sedes hic habitas,

aiunt, καθὸ συνίδρυται τῇ Δήμητρι ὁ Διόνυσος, quoniam cum Cerere statuitur Bacchus. *Ipsum Pindarus* πάρεδρον Δημήτερος *adpellat. Hinc L. Mummius Achaicus Aristidis tabulam, de qua Plinius libro XXXV. cap IV. habentem Liberi imaginem, in Cereris delubro posuit: de qua Strabo instit:* τὸ δὲ Διόνυσον ἀνακείμενον ἐν τῷ Δημητρείῳ τὸ ἐν Ῥώμῃ κάλλιστον ἔργον ἑωρᾶκεν (Manuscr. ἑωράκαμεν) Bacchum autem illum Romae in Cereris dedicatum inspexi, opus pulcerrimum. *De communi Bacchi, & Cereris cultu consulendum ait Spanhemius, Strabonem, qui observat a pluribus Graecis attribui:* καὶ ΤΗΙ ΔΗΜΗΤΡΙ νὴ Δία τὸ ὀργιαστικὸν πᾶν, καὶ τὸ Βακχικὸν, καὶ τὸ χορικὸν, καὶ τὸ περὶ τὰς τελετὰς μυστικὸν, ΙΑΚΧΟΝ τε καὶ ΤΟΝ ΔΙΟΝΥΣΟΝ καλοῦσι, καὶ τὰ Ἀρχηγέτιδι τῶν μυστηρίων τῶν ΔΙΙΜΗΤΡΟΣ ΔΑΙΜΟΝΑ: & CERERI mehercule orgia omnia, & BACCHATIONES, choros, sacrorum initiationes, mysteria, & BACCHVM IACCHVM adpellant, ac ducem mysteriorum Cereris genium. *Tullius etiam II. de legibus, de initiis Atticis verba faciens, inquit.* Quid ergo faciet Iacchus, Eumolpidaeque vestri, &c. *Iacchum, & Eumolpidas, Cereris sacerdotes, coniungit, genus ducentes ab Eumolpo, qui Cererem hospitio excepit, ut est apud Clementem Alexandrinum in Protreptico. Nec Cererem a Baccho separandam censuit Lucretius lib. IV. v.* 1161. *ut est a Scaligero emendatus:*

At gemina, & mammosa Ceres, est ipsa ab Iaccho.

pro quo monstrum quoddam legebatur in vetustissima editione Veneta A. MCCCCLXXXXV.

At lavima & mannio facer est ipsa ab iacho.

Florentina A. MDXII. habebat

At λάδξα, immanis, acrisque est icta ab iacho.

Aliis, teste Petro Candido, qui eamdem editionem curavit, erat:

At Lamia est manioſa. Deo certe est ipsa ab Iacho.

Hactenus ille. Sic quoque Hierophantes Bacchi memoratur in vetusta Inscriptione apud *Reines. Class. I. n.* 207.

ΕΣΤΙΑΙ ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΑΠΡΩΝΙΑΝΟΣ ΙΕΡΟΦΑΝΤΗΣ

Quum autem Iacchus in Eleusina pompa quoque esset, quae quidem noctu fiebat, hinc ab *Aristophane Ranis* dicitur:

Νικτέρου τελετῆς φωσφόρος ἀστήρ. ------
Festi noctivagi lucifer. ---------

Vbi Scholiastes: Νύκτωρ δ' ἐτελεῖτο τὰ μυστήρια, ὧν τῆς τελετῆς ὁ μόνον χορευτὴς, ἀλλὰ καὶ ἔξαρχος ἦν ὁ Διόνυσος. καὶ μὲν Διονύσου ἐν Ἐλευσῖνι ἱερόν ἐστι; *Noctu autem peragebantur mysteria, quorum festo non modo choreas ducebat, sed princeps erat Dionysus. Nam Dionysi quoque templum est Eleusine.*

Digitized by Google

chum ex urbe verſus Eleuſina deducunt. Iterum in Camillo. Καὶ μετὰ ταῦτα Φυρὰν Ἀθηναῖοι Μακεδόνων ἐδέξαντο περὶ αὐτὴν τὴν εἰκάδα τοῦ Βοηδρομιῶνος, ἣν τὸν μυστικὸν Ἴακχον ἐξάγουσιν. *Et poſt haec praeſidium Macedonum Athenienſes exceperunt circa ipſum vigeſimum diem Boedromionis, quo myſticum Iacchum educunt.* Scholiaſtes Ariſtophanis Ranis. Μία τῶν μυστηρίων εἰκάς ἐστιν, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάγουσι. *Vnus dies myſteriorum vigeſimus eſt, quo Iacchum educunt.* De hac Iacchi productione ſunt iſti verſus Ariſtophanis citatis Ranis.

Τοῦτ' ἐς' ἐκεῖνο. δέσποθ', οἱ μεμυημένοι
Ἐνταῦθά πω παίζουσιν, ὡς ἔφραζε νῷν.
Ἄθυσιν ἦν τὸν Ἴακχον.
Hoc illud eſt, domine, initiati
Illic alicubi ludunt, quos dicebat modo.
Canunt igitur Iacchum.

Et iſti Claudiani De Raptu Proſerpinae lib. I.

——— *laetuſque ſimul procedit Iacchus,*
Crinali florens hedera, quem Parthica velat
Tigris, & auratos in nodum colligit ungues,
Ebria Maeoniis fulcit veſtigia thyrſis.

Sed errat ille, & imperitum ritus Athenienſis ſeſe eſſe oſtendit, cum hedera coronatum Iacchum, ut alias erat, in his ſacris nobis canit. Nam coronam hic e myrto, non ex hedera geſtabat. Chorus apud Comicum Ranis.

Ἴακχ' ὦ Ἴακχε,
Ἐλθὲ τόνδ' ἀνὰ λιμῶνα χορεύσων,
Οἵους ἐς θιασώτας,
Πολύκαρπον μὲν τινάσσων
Ἀμφὶ κρατὶ τῷ βρύοντα
Στέφανον μύρτων.
Iacche, o Iacche,
Veni in hunc campum choream nexurus,
Sanctos ad colluſores,
Fructibus plenam quidem quatiens
Circa caput tuum adfluentem
Coronam e myrtis.

Et huc pertinet, quod myſtae quoque myrto coronati fuerunt; ut ſupra docui cap. IX. Atque hic dies ex re Ἴακχος nuncupatus. Heſychius. Ἴακχον, τὸ Διόνυσον, ἢ μίαν ἡμέραν μυστηρίων, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάγουσιν. *Iacchum, Bacchum, vel unum myſteriorum diem, in quo Iacchum educunt.* Deducebant vero a Ceramico Eleuſinem. Ariſtophanis Scholiaſtes citatis Ranis. Εἰς Ἐλευσῖνα ἐδεύουσιν, ἀπὸ τοῦ Κεραμεικοῦ προπέμποντες τὸν Διόνυσον. *Eleuſinem commeant ab Ceramico proſequentes Bacchum.* Idque per fora. Heſychius. Διαγύρας. Διόδωρος ὁ Ταρσεὺς ἀναγινώσκει περισπῶν, Διαγορᾶς. διὰ τὸ τὰς μύστας βακχάζειν, τουτέστιν ᾄδειν τὸν Ἴακχον, δι' ἀγορῶν βαδίζοντας. *Diagoras. Diodorus Tharſenſis legit circumflectens, Diagoras, quia myſtae bacchantur, id eſt, canunt per fora euntes.* Erat vero hoc Iacchi ſimulacrum facem geſtans; quia nimirum ipſe cum matre Proſerpinam raptam face accenſa quaeſiviſſet. Inde eſt illud apud Ariſtophanem Ranis in Chori cantu.

Ἔγειρε φλογέας λαμπά-

δας. ἐν χερσὶ γὰρ ἥκεις
Τινάσσων Ἴακχε,
Νυκτέρου τελετῆς φωσφόρος ἀστὴρ
Φλογὶ, φέγγεται δ' ἁλμών.
Excita flammantes fa-
ces; in manibus enim venis
Quatiens Iacche,
Nocturni ſacri lucifera ſtella
Flamma, ſplendet vero campus (a).

Et mox:

Σὺ δὲ λαμπάδι φλέγων,
Προβάδην ἔξαιρε πάνυ-
ρον, ἕλκων δάπεδον,
Χοροποιὸν, μάκαρ, ἥβαν.
Tu vero face ardens,
Praecedens educito in florulen-
tum paludoſum ſolum,
Choreas ſtatuentem, beate, iuventutem.

Et ita fingebatur. Ecce apud Pauſaniam Atticis, ubi de templo Cereris. Καὶ πλησίον ναός ἐστι Δήμητρος. ἀγάλματα δὲ, αὐτή τε, καὶ ἡ παῖς, καὶ δᾶδα ἔχων Ἴακχος. *Et prope eſt aedes Veneris, ſimulacra vero, tum ipſa, tum filia, & facem tenens Iacchus.* Templum autem proprium habebat, cuius mentio apud Plutarchum Ariſtide. Ὁ δὲ Φαληρεὺς ἐν τῷ Σωκράτει φησὶ μνημονεύειν Ἀριστείδου θυγατριδοῦν εὖ μάλα πένητα Λυσίμαχον, ὃς ἑαυτὸν ἐκ πινακίου τινὸς ὀνειροκριτικοῦ, παρὰ τὸ Ἰακχεῖον λεγόμενον καθεζόμενος, ἐβόσκε. *Phalereus autem in Socrate dicit meminiſſe Ariſtidae ex filia nepotem bene pauperem Lyſimachum, qui ſe ipſe ex tabella quadam ſomniorum coniectiones docente, ad Iacchi templum ſedens, paſcebat.* Deducebant vero cum multo plauſu, cantu, choreis. Hinc illa apud Herodotum lib. VIII. Ἔφη δὲ Δικαῖος ὁ Θεοκύδεος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, φυσάς τε, καὶ παρὰ Μήδοις λόγιμος γεγονὼς τοῦτον τὸν χρόνον, ἐωυτά τε ἐκείρετο ἡ Ἀττικὴ χώρη ὑπὸ τοῦ πεζοῦ στρατοῦ τοῦ Ξέρξεω, ἐοῦσα ἐρήμη Ἀθηναίων, τυχεῖν τότε ἐὼν ἅμα Δημαρήτῳ τῷ Λακεδαιμονίῳ ἐν τῷ Θριασίῳ πεδίῳ, ἰδεῖν κονιορτὸν χωρέοντα ἀπὸ Ἐλευσῖνος, ὡς ἀνδρῶν μάλιστα κη τρισμυρίων· ἀποθωυμάζειν τε σφέας τὸν κονιορτὸν, ὅτεών κοτε εἴη ἀνθρώπων, καὶ τρόκα τε φωνῆς ἀκούειν, καὶ οἱ εἰκάζεσθαι τὴν φωνὴν εἶναι τὸν μυστικὸν Ἴακχον. *Dicebat autem Dicaeus Theocidae filius, vir Athenienſis, exſul, & apud Medos ſapiens tunc habitus, quando tondebatur Attica regio ab exercitu Xerxis, deſerta ab Athenienſibus, tunc caſu cum Demarato Lacedaemonio conſiſtentem ſe in Thriaſio campo, vidiſſe pulverem venientem ab Eleuſine velut hominum triginta millium: ipſoſque admiratos fuiſſe pulverem, quorum tandem hominum foret, ac ſtarem, quorum tandem hominum foret, ac ſtatim audiviſſe vocem, & viſam fuiſſe illi vocem eſſe myſticum Iacchum.* Et iſta apud Plutarchum in Themiſtocle. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ ἀγῶνι ὄντι, φᾶς μὲν ἐκλάμψαι μέγα λέγουσιν Ἐλευσινόθεν, ἦχον δὲ, καὶ φωνὴν, τὸ Θριάσιον κατέχειν πεδίον, ἄχρι τῆς θαλάττης, ὡς ἀνθρώπων ἁμῶ πολλῶν τὸν μυστικὸν ἐξαγόντων Ἴακχον. *Quum ſic ageretur ludicrum* (b), *lumen aiunt magnum exſplenduiſſe ab Eleuſine, ſonum vero, & vocem repleviſſe campum Thriaſium, uſque ad mare, quaſi multorum ſimul hominum educentium myſticum Iacchum.* Himerius in Eclogis.

Θη-

(a) Proprie *pratum.*

(b) *Certamen, ludus.*

Θηβαίων πεσόντων, τὴν τελετὴν ἀπεκλείσαμεν, ἵνα μὴ τοῖς Θηβαίων θρήνοις ἀντιβοῶμεν τὸν Ἴακχον. *Thebanis occisis clausimus festum, ne Thebanorum lugubri cantui responderemus Iaccho.* Ethic cantus, strepitusque, Ἴακχος quoque, pariter, ac dies dicebatur. Hesychius. Ἴακχον. τὸ Διόνυσον. ἢ μίαν ἡμέραν τῶν μυστηρίων, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάγουσι. καὶ ἡ ᾠδὴ, ἣν οἱ μεμυημένοι ᾄδουσι. *Iacchum, Bacchum; vel unum diem mysteriorum, in quo Iacchum educunt; & cantilena quam initiati canunt.* Herodotus in citatis verbis. Καὶ πρόκα τε φωνῆς ἀκοὲιν, καὶ οἱ φαίνεσθαι τὴν φωνὴν εἶναι τὸν μυστικὸν Ἴακχον. *Et audire vocem, viderique esse vocem mysticum Iacchum.* Athenion, apud Athenaeum lib. v. Μὴ περιΐδωμεν δὲ, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴ ἱερὰν τοῦ Ἴακχου φωνὴν κατασεσιγασμένην. *Ne contemnamus vero, Viri Atlenienses, sacram Iacchi tacitam vocem.* Aristophanes Ranis.

Ἄδουσιν οὖν τὸν Ἴακχον.

Canunt igitur Iacchum.

Eustathius ad Iliad. ν'. Ἴακχος, ὁ μόνον ὁ ἐπὶ Διονύσῳ ἦχος, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἰκὼν θεός. *Iacchus, non tantum sonus ad Bacchum, sed etiam ille ipse.* Atque hoc est, quod μυστικὸν μέλος dicitur Aristidi in Eleusinia. Τῇ δ' Ἐλευσῖνι τοσοῦτον περιῆν, ὡς' ὐκ ἀπόρρητος μόνον, ὡς ἀπεῖν, διεγένετο, ἀλλὰ καὶ συνίησις τ' ναυμαχίας, ἐξεφοίτα μὲν ὁ Ἴακχος συνναυμαχήσων, νέφος δὲ ὁρμηθὲν ἀπ' Ἐλευσῖνος, καὶ ὑψωθὲν ὑπὲρ τῶν νεῶν, ἐπικατέσκηψεν εἰς τὰς ναῦς ἅμα τῷ μέλει τῷ μυστικῷ. *Eleusini autem hoc privilegium aderat, ut non tantum a vastatione, ut sic dicam, fuerit immunis, sed etiam commissa navali pugna exibat quidem Iacchus simul pugnaturus, nubes autem exoriens ab Eleusine, & elevata super naves, impetum fecit in eas simul cum cantu mystico.* Habes vero cantus huius, chorearumque repraesentationem apud Aristophanem Ranis. Ad strepitum quod attinet, aeris quoque hic sonus adhibitus. Velleius lib. I. *Huius classis cursum esse directum alii columbae antecedentis volatu ferunt, alii nocturno aeris sono, qualis Cerealibus sacris cieri solet.* De aeris sono huc adlusum est ab Ovidio De Arte Amandi lib. II.

Condita si non sunt Veneris mysteria cistis,
Nec cava vesanis ictibus aera sonant.
Attamen inter nos medio versantur in usu;
Sed sic, inter nos ut latuisse velint.

De re eadem Iustinus Hist. lib. II. *Megarenses, memores illati ab Atheniensibus belli, & deserti, ne frustra bellum* (a) *moviisse viderentur, matronas Atheniensium in Eleusiniis* (b) *sacris noctu oppressuri, naves conscendunt. Qua re cognita, dux Atheniensium Pisistratus iuventutem in insidiis locat; iussis matronis solito clamore, ac strepitu, etiam in accessu hostium, ne intellectos se sentiant, sacra celebrare.* Huc pertinet illud Statii Theb. VII.

Et non adsuetis pernox ululavit Eleusis (c) *Mensibus.*

Nempe invocabatur Proserpina; & tunc aes pulsari solitum, quod Ἠχεῖον dicebatur. Innuit Theocriti id Scholiastes ad Idyl. II. Φησὶν Ἀπολλόδωρος, Ἀθήνησι τὸν Ἱεροφάντην, τῆς Κόρης ἐπικαλουμένης, ἐπικρούειν τὸ καλούμενον Ἠχεῖον. *Apollodorus, inquit, Athenis Proserpinae, ut vocatur, Hierophantem* (d) *pulsare instrumentum, Echeum dictum.* Quae Iacchum deducebat multitudo, e Proserpinae Rheto aqua abluebatur, lustrabaturque; nam, ut per occasionem hoc dicam, duae erant prope Eleusina scatebrae, Ῥεῖτοὶ dictae: quarum Cereri sacra illa, ista Proserpinae; quae Cereri sacra, versus mare profluebat; quae Proserpinae, versus urbem: eiusque aqua, haec, quam dixi, multitudo lustrabatur. Hesychius luculentus auctor. Ἐν τῇ Ἀττικῇ δύο εἰσὶν οἱ πρὸς τῇ Ἐλευσῖνι Ῥεῖτοὶ, ῥωγμοί· καὶ ὁ μὲν πρὸς τῇ θαλάττῃ, τῆς πρεσβυτέρας θεᾶς νομίζεται. ὁ δὲ πρὸς τῷ ἄστει, τῆς νεωτέρας. ὅθεν τοῖς λεθροῖς ἁγνίζεσθαι τὰς θυάσους. *In Attica duae sunt prope Eleusinem fluentes scatebrae; quarum altera ad mare consecrata erat seniori Deae; altera vero ad urbem iuniori; unde lavacris purificabantur Thiasi* (e). Erat vero Iacchus hicce (nam plures olim existimati, ut ex Diodoro, Cicerone, aliisque satis notum.) Iovis, Cereriisque filius; sive, ut alii, Proserpinae. Meminit eius Diodorus lib. III. Δεύτερον δὲ μυθολογεῖσι γεγενῆσθαι Διόνυσον ἐκ Διὸς, καὶ Περσεφόνης· ὡς δέ τινες, καὶ Δήμητρος. *Secundum vero fabulantur fuisse Bacchum ex Iove, & Proserpina; ut vero nonnulli, & Cerere.* Arrianus eos sequitur, qui Proserpinae tradiderunt. Locus exstat De Exped. Alexandri lib. II. Καὶ Ἀθηναῖοι Διόνυσον, τὸν Διὸς καὶ Κόρης, σέβουσιν. ἄλλον τοῦτον Διόνυσον. καὶ ὁ Ἴακχος ὁ μυστικὸς τούτῳ τῷ Διονύσῳ, ἐγὼ τῷ Θηβαίῳ, ἐπάδεται. *Et Atheniensis Bacchum Iovis, & Proserpinae filium venerantur; alium hunc Bacchum: & Iacchus mysticus huic Baccho, non Thebano, cantatur.* Verum errat. Nam Proserpinam si cum Cerere accensa face inquisivit, ut initio commemoravi, atque idcirco res haec instituta fuit, oportet Cereris filius fuerit, non Proserpinae (f). Cui vero producendi eius cura, Ἰακχαγωγὸς dicebatur. Invenio nomen apud Pollucem lib. I. cap. I. sect. XXXI. Ἰακχαγωγὸς γὰρ, καὶ Κυρτεσίφος, καὶ Δαειρίτης, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἴδια τῶν Ἀττικῶν. *Iacchi ductor enim, & puerorum nutritor, & Facis accensor, ac quae talia propria Atticorum.* Duci vero e Ceramico intra urbem consuevisse Eleusinem, iam notavi. Ac porta quidem, qua exibant, Ἱερὰ cognominata: sive Atticorum more, plurali numero, Ἱεραὶ πύλαι: Invenio nomen apud Plutarchum in Vita Sullae. Αὐτὸς δ' Σύλλας τὸ μεταξὺ τῆς Πειραϊκῆς πύλης, καὶ τῆ Ἱε-

(a) Editio Amstelaedamensis anni 1656. *Ne frustra arma moviisse viderentur.*
(b) Eadem Editio: *Eleusinis.*
(c) Editio Lipsiensis *Casp. Barthii*: *Eleusin.*
(d) Hierophanta Proserpinae memoratur in antiquis Inscriptionibus quas superius laudavimus ad *Cap. XI.*
(e) Scatebrae hae antequam transeatur Cephissus occurrunt, easque falsa aqua in mare fluere, & veluti parva stagna videri scribit *Sponius Itinerario.*
(f) Neutrum forte crediderim, & Iacchum hunc Baubo filium fuisse existimaverim potius, qui, ut Orpheus apud Alexandrinum Clementem ait, ea matris membra, unde femina erat, contrectans, risum moerentis Cereris excitavit, quare illa exhilarata Cyceonem bibit. Consulendus etiam *Arnobius Lib. V.*, qui egregie emendatur a *Meursio* nostro *Lib. I. Lect. Attic. Cap.* qui quidem omnino adeundus. Non omittendus quoque *Bonarotius Observ. in Num. m. m.* ubi de Bacchi triumpho agit.

Digitized by Google

τ' Ἱερᾶς, κατασκάψας, καὶ συνομαλύνας, περὶ μέσας νύκτας εἰσήλαυνε φρικώδης. *Ipse autem Sulla murum inter portas Piraicam, & ſacram quum ſubruiſſet, & coaequaviſſet, circa mediam noctem invectus fuit terribilis* (a). Et apud Theophraſtum Ethic. Charact. cap. Περὶ ἀναισθησίας. Πόσους οἴῃ κατὰ τὰς Ἱερὰς πύλας ἐξενηνέχθαι νεκρούς. *Quot exiſtimas per ſacras portas elatos fuiſſe mortuos?* Sed legendum illic cenſeo, κατὰ τὰς Ἡ'ρίας πύλας. *Per ſepulcrales portas*. Nam qua porta cadavera efferrent, Ἡ'ρίαι πύλαι dicebantur. Etymologici Auctor id oſtendit. Ἡ'ρίαι πύλαι Ἀ'θήνησι. διὰ τὸ τὺς νεκροὺς ἐκφέρεσθαι ἐκεῖ ἐπὶ τὰ ἠρία, ὅ ἐϛι τὺς τάφους. *Sepulcrales portae Athenis; quia mortui illic efferebantur ad ſepulcra, quae Graecis Eria* (b). Atque hoc ὡς ἐν παρόδῳ. Quin, ut porta Ἱερὰ dicta, qua exibant; ita via, qua ducebant. Etymologici Auctor. Ἱερὰ ὁδὸς, ἰδός τις ἦν, ἡ εἰς Ἐλευσῖνα ἄγουσα, ἣν ἀπίασιν οἱ μύσαι. *Sacra via, via quaedam erat Eleuſinem ducens, per quam deſcendebant myſtae.* Suidas. Ἱερὰ Ὁδὸς, ἣν οἱ μύσαι πορεύονται ἀπ' ἄϛεως ἐπ' Ἐλευσῖνα. *Sacra Via, quam myſtae frequentabant ab urbe verſus Eleuſina*. Quae habet ille, ut plura alia, ex Harpocratione. Pauſanias Atticis. Ἴ"ϐσι δὲ ἐπ' Ἐλευσῖνα ἐξ Ἀ'θηνῶν, ἣν Ἀ'θηναῖοι καλοῦσιν Ὁ'δὸν Ἱεράν, Ἀ'νθεμοκρίτου πεποίηται μνῆμα. *Euntibus verſus Eleuſina ex Athenis, quam Viam Sacram vocant Athenienſes, exſtructum eſt monumentum Anthemocriti*. Plutarchus in Vita Iſocratis. Οὗ ἐϛι τὸ μνῆμα ἐπὶ τὴν Κυαμῖτιν πορευομένοις, κατὰ τὴν Ἱερὰν Ὁ'δὸν, τὴν ἐπ' Ἐλευσῖνα. *Cuius eſt monumentum ad Fabariam proficiſcentibus per ſacram viam, quae fert Eleuſina*. Et corruptum eumdem puto in Alcibiade. Οὐδένα κόσμον εἶχεν ἡ τελετὴ, κατὰ θάλασσαν πεμπομένη. ἀλλὰ καὶ θυσίαι, καὶ χορεῖαι, καὶ πολλὰ τῶν δρωμένων καθ' ὁδὸν ἱερᾶν, ὅταν ἐξελαύνωσι τὸν Ἴ"ακχον, ὑπ' ἀνάγκης ἐξελείπετο. *Nullum ornatum habuit ſolemnitas ad mare deducta. Sed & ſacrificia, & choreae, & multa illorum ſacrorum, quae in via fiebant, quando educunt Iacchum, ex neceſſitate praetermittebantur*. Attende enim. Prius ab eo commemoratae ſunt θυσίαι. quaenam igitur alia illa ſacra erunt, inſuper facta? Reſcribendum omnino cenſeo. Τῶν δρωμένων καθ' Ὁ'δὸν Ἱεράν. *Faciendorum in Via Sacra*. Ceſſabant tum, inquit, ſacrificia, & choreae; deinde multa, quae per Viam Sacram agi id temporis ſolita. Ac de illa proprius Polemoni liber olim ſcriptus. Harpocration. Βιϐλίον ἓν ὅλον Πολέμωνι γέγραπται Περὶ τῆς Ἱερᾶς Ὁ'δοῦ. *Liber igitur integer ab Polemone ſcriptus eſt de Sacra Via* (c). Et ſuburbium, in qua ficus Ἱερὰ Συκῆ adpellatum: ubi myſtae, ſacra in Vrbem reducentes, conſuevere interquieſcere. Animadverto apud Philoſtratum in Apollonio Athenienſi Sophiſt. lib. II. Ἐτάφη δὲ ἐν τῷ προαστείῳ τ' ἐς Ἐλευσῖνα λεωφόρου. ὄνομα τῷ προαστείῳ, Ἱερὰ Συκῆ. τὰ δὲ Ἐλευσινόθεν ἱερὰ, ἐπειδὴ εἰς ἄϛυ ἄγουσιν, ἐκεῖ ἀναπαύουσιν. *Sepultus autem eſt in ſuburbio viae publicae verſus Eleuſina. Nomen ſuburbio Sacra ficus. Sacra vero Eleuſine venientia, quando ferunt in urbem, illic requieſcunt*. Meminit τῆς Ἱερᾶς Συκῆς Heſychius. Ἱερὰ, θυσία, πειμήλια, ἢ συκῆ, ἐν τῇ ἐς Ἐλευσῖν' ἀγούσῃ ὁδῷ. *Sacra, immolatio, cimelia, aut ficus, in via ducente Eleuſinem*. Dirimebat autem viam Cephiſſus (d) fluvius; quem tranſibant, ponte inſtratum (e). Obſervare eſt apud Strabonem lib. IX. Ποταμοὶ δ' εἰσὶν, ὁ μὲν Κηφισσὸς, ἐκ Τρινεμέων τὰς ἀρχὰς ἔχων, ῥέων δὲ διὰ τοῦ πεδίου, ἐφ' ᾧ καὶ ἡ γεφύρα, καὶ οἱ γεφυρισμοί. *Fluvii vero ſunt, Cephiſſus quidem ex Trinemenſibus initia habens, fluens autem per campum, a quo etiam pons, & pontani ioci*. In hoc ponte deſidebant, qui in tranſeuntes ſcommata iacerent, idque cum clamore, ac ſtrepitu: quem intelligit Scholiaſtes Ariſtophanis Acharnenſibus. Ἀ'χαιὰν δὲ τὴν Δήμητρα ἐκάλουν, ἀπὸ τοῦ κλύσου τῶν κυμβάλων, καὶ τυμπάνων, τοῦ γενομένου κατὰ ζήτησιν τῆς Κόρης. ἢ ἀπὸ τοῦ ἤχου, ὃν παρεῖχον ἐν τοῖς περὶ τὴν γεφύραν εἰς Ἀ'θήνας ἀπιοῦσι. *Achaeam vero Cererem vocabant a cymbalorum, & tympanorum ſonitu, qui, dum Proſerpinam quaereret, factus eſt. Vel a ſono, quem excitabant inter eos, qui Athenas abibant, circa pontem*. Vnde factum, ut Γεφυρίζειν pro *Convitiari* dicerent. Suidas. Γεφυρίζων, χλευάζων, ἐξευτελίζων. *Pontis proprium faciens, ſubſannans, deprimens*. Item Γεφυρισταὶ Maledici, Convitiatores. Heſychius. Γεφυρισταὶ, οἱ σκῶπται. ἐπεὶ ἐν Ἐλευσῖνι ἐπὶ τῆς γεφύρας τοῖς μυσηρίοις καθεζόμενοι ἔσκωπτον τὺς παριόντας. *Pontani, deriſores, quia Eleuſine in ponte per myſteria conſidentes convitiabantur praetereuntes*. Et Γεφυρισμοὶ, pro Convitiis in citatis Geographi verbis. Apud Ammonium De Diff. Voc. Γεφυρισμὸς eſt, & alia quoque origo datur. Σκῶμμα Γελοῖον, Εὐτραπέλου, καὶ Γεφυρισμοῦ διαφέρει. *Convitium ab ridiculo, & ſcurrili, & pontano ioco differt*. Et mox. Γεφυρισμὸς δὲ, ἀπὸ τοῦ τοῖς Ἀ'θήνησι, ἐπὶ τ' γεφυρῶν ἐπιγράφειν ἤτοι ἔμμετρα, ἢ καὶ δίχα μέτρων, διασυρμοὺς τινῶν. *Pontana iaculatio ab eo, quod Athenis in pontibus ſcribebant, vel in verſiculis, vel ſine metris deriſiones quorumdam*. Sed ſcribendum eſt, Γεφυρισμῷ, & Γεφυρισμὸς. Nam Γεφυρίζω dicebant, non Γεφυριάζω. Meminit quoque AElianus Hiſt. Anim. lib. IV. cap. XLIII. Καὶ τί δεῖ καταλέγειν τε & ἐπαντλεῖν τ' τοιοῦτον ὄχλον; κεκήρυκται γὰρ Διονύσια, καὶ Λήναια, καὶ Χύτροι, καὶ γεφυρισμοί. *Et quid opus eſt recenſere, & exantlare tantam turbam? Percrebuerunt enim Dionyſia, Lenaea, & Chytri, & pontana convicia*. Pontem iſtum quum tranſiiſſent, via erat, Μυσικὴ

(a) De ſacra porta conſule *Lib. III. Athen. Attic. Cap. XII.*
(b) Conſule *Lib. I. Lection. Attic. Cap.*
(c) Via quae Athenis Eleuſina ducebat eſt duodecies mille circiter paſſuum, ut ſcribit *Sponius*.
(d) Cavendum eſt ne confundatur hic fluvius cum Cephiſſo, qui in lacum Copaidem influit, & cum alio, cuius meminit Strabo, qui ad Athenarum occidentem murum longum praeterfluebat, & in Phalerum evolvebatur, quemque alii Eridanum adpellant. Eſt & alius Cephiſſus in Argi regione.
(e) Hunc pontem exſtruxit, vel refecit Xenocles, ut ex *Simonidis* Epigrammate adparet, *Anthol. Lib. IV. Cap. XXVIII. Epigr. I.* qui illac iter ad myſteria indicat.

Ὦ ἴτε Δημητρος πρὸς ἀνάκτορον, ὦ ἴτε μύσαι,
Μηδ' ὕδατος πρεχοὰς δείδιτε χειμερίας.
Τοῖον Ξεινοκλῆς γὰρ ὁ λίνδιος ἀσφαλὲς ὄρμου
Ζεῦγμα διὰ πλατέος τοῦδ' ἔβαλεν ποταμοῦ.

O, ite Cereris ad regiam, O ite ſacerdotes,
Neque aquae fluxus reformidate hiemales.
Talem Xenocles enim Lindius ſtabilem vobis
Pontem per latum hunc conſtruxit fluvium.

κὴ εισοδ@ nuncupata, qua Eleusinem ingrediebantur. Ecce tibi Istri verba e primo Ἀτθίδων, apud Scholiasten Sophoclis Oed. Col. Προς τον Κηφισσὸν ἑως τ῀ Μυστικῆς Εἰσοδ@ εἰς Ἐλευσῖνα. ἀπὸ ταύτης δὲ βαδιζόντων εἰς Ἐλευσῖνα, τὰ ἐπ' ἀριστερᾷ μέχρι τ@ λόφ@ τ@ πρὸς ἀνατολὰς τ@ Αἰγάλεω. *Ad Cephisum usque ad mysticum introitum in Eleusinem. Ab eo enim meantibus in Eleusinem, quae ad sinistram usque ad collem, qui est ad orientem Aegalei.* Atque haec via ordinaria deducendi Iacchi erat; sed, munita Decelea, quum iter impeditum esset, mari pompa haec omnis ducta: nisi quod semel Alcibiades, dux exercitus designatus, summa omnino magnificentia in armis deduxit itinere terrestri usitato. Narrat in Vita eius Plutarchus; nec pigebit locum adscribere valde insignem. Πάντων γεγονότων τῷ Ἀλκιβιάδῃ κατὰ γνώμην, κὴ πληρωμένων ἑκατὸν τριηρῶν, αἱ αὔριον ἐκπλεῖν ἔμελλον, φιλοτιμία τις οὐκ ἀχρὴς προσπεσοῦσα κατέσχεν αὐτὸν ἄχρι μυστηρίων. ἀφ' ἧ γὰρ ἐπετελέσθη ἡ Δεκέλεια, καὶ τ῀ ἐς Ἐλευσῖνα παρόδων ἐκράτουν οἱ πολέμιοι παρόντες, οὐδένα κόσμον εἶχεν ἡ τελετὴ, πεμπομένη κατὰ θάλασσαν. ἀλλὰ κὴ θυσίαι, κὴ χορεῖαι, κὴ πολλὰ τῶν δρωμένων καθ' Ὁδὸν Ἱερὰν (ita enim iam legendum esse monui) ὅταν ἐξελαύνωσι τ῀ Ἴακχον, ὑπ' ἀνάγκης ἐξελείπετο· καλὸν ὂν ἐφαίνετο τῷ Ἀλκιβιάδῃ καὶ πρὸς θεῶν ὁσιότητα, κὴ πρὸς ἀνθρώπων δόξαν, ἀποδοῦναι τὸ πάτριον σχῆμα τοῖς ἱεροῖς, παραπέμψαντα πεζῇ τ῀ τελετὴν, κὴ δορυφορήσαντα παρὰ τοὺς πολεμίους. *Quum omnia Alcibiadi ex sententia contigissent, & instructis centum triremibus, quae mox enavigarent, ambitio quaedam non ignobilis incessens detinuit eum usque ad mysteria. Nam a quo tempore immunita erat Decelia, & transitum versus Eleusinem domini erant hostes praesentes, nullum ornatum habebat solennitas, quae ducebatur ad mare. Sed & immolationes, & choreae, & multa peragendorum in Via Sacra, quando educunt Iacchum, ex necessitate praetermittebantur. Videbatur igitur pulcrum Alcibiadi, & ad Deorum ceremoniam, & ad hominum gloriam, reddere patrium decorem sacris, pedibus deducentem festum, & stipantem praeter hostes.* Et mox. Ὡς δὲ ταῦτ' ἔγνω κ. προεῖπεν Εὐμολπίδαις, κὴ Κήρυξι, σκοπὺς μὲν ἐπὶ τῶν ἄκρων ἐκάθισε, καὶ προδρόμους τινὰς ἅμ' ἡμέρᾳ προεξέπεμψεν. ἱερεῖς δὲ, κὴ μύστας, καὶ μυσαγωγὺς ἀναλαβὼν, κὴ τοῖς ὅπλοις περικαλύψας, ἦγεν ἐν κόσμῳ, κὴ μετὰ σιωπῆς, θέαμα σεμνὸν, κὴ θεωρητὲς, ἢ στρατηγίαν ἐπιδεικνύμεν@, ἐπὶ τῶν μὴ φθονούντων ἱεροφαντίαν, κὴ μυσαγωγίαν, προσαγορευομένῳ. *Quum vero haec resciviset, & significasset Eumolpidis, & Cerycibus, speculatores quidem in collibus locavit, & praecursores quosdam cum ipso die ante emisit: Sacerdotes autem & mystas, & sacrorum ductores adsumens, & armis circumsepiens, duxit ordine, & cum silentio spectaculum grave, & Dea dignum, ducatum ostendens apud homines non invidos magisterium sacri, & arcanorum prosequutionem dictam.* Et sunt, qui hic Alcibiadem daduchi munus obiisse nobis tradant. Nam de hac deductione capiendus iste Cyri Sophistae locus lib. Περὶ διαφορᾶς στάσεως, cap. Περὶ δοκιμασίας. Μετὰ τὰ κατὰ Κύζικον Ἀλκιβιάδης δᾳδουχῆν δοκιμάζεται. *Post res ad Cyzicum gestas Alcibiades eligitur ad facem ferendam.* Huc pertinent illa Libanii Declam. IX. ubi de Alcibiade agit. Φασὶ πρότερον τ῀ θεὸν τὸν μυστικὸν βακχεύοντα, κὴ δᾳδουχοῦντα, καὶ τὰς ἐξ ἀνακτόρων λαμπάδας αἰωροῦντα. *Dicunt primum Deum mysticum, bacchantem, & faces ferentem, & lampadas ex adytis attollentem.* Plutarchus in eius Vita, ait ipsum hierophantam egisse. Ἔλεγον δὲ, Θεόδωρον μέν τινα δρᾶν τὰ τ῀ κήρυκ@, Πολυτίωνα δὲ τὰ τ῀ δᾳδούχου, τὰ δὲ τ῀ Ἱεροφάντου τ῀ Ἀλκιβιάδου. *Dicebant vero, Theodorum quemdam Praeconem agere, Polytionem autem Daduchum, Hierophantam vero Alcibiadem.* Et postea. Καὶ δεικνύντα τοῖς αὐτ῀ ἑταίροις (τὰ μυστήρια) ἐν τῇ οἰκίᾳ ἑαυτ῀, ἔχοντα στολὴν, οἵαν περ ἔχει ὁ Ἱεροφάντης. *Et ostendisse domi amicis suis mysteria, stola indutus, qualem Hierophantes habet.*

CAP. XXVIII.

Septimo certamen erat, idque multo antiquissimum; in quo victor hordeum accipiebat. Etymologus ea de re emendatus, item Suidas. Hordeum autem praemium datum, quia primum Eleusine illud natum, ut ferebant.

SEptimo, qui vigesimus primus mensis erat, certamen adsignare libet. Meminit eius Aulus Gellius lib. XV. cap. XX. *Eleusinio, & Thesео certamine insignavit, & coronatus est.* Id omnium antiquissimum. Aristides Panathenaica. Ἐνδοξότατοι πάντων οἱ κατὰ τ῀ Ἑλλάδα ἀγῶνες. καὶ μὴν τούτων πρεσβύτατ@ ὁ τῶν Παναθηναίων· εἰ δὲ βέλει, ὁ τῶν Ἐλευσινίων. *Laudatissimi omnium in Graecia agones. Et quidem eorum vetustissimus ille Panathenaeorum: sin autem vis, Eleusiniorum.* Iterum Eleusinia. Μυηθῆναι ϑ' ξένων πρῶτος Ἡρακλέα, κὴ Διοσκόρους. ἀγῶνά τε γυμνικὸν γενέσθ῀ πρῶτον Ἐλευσῖνι τ῀ Ἀττικῆς (a). *Initiatos autem fuis-*

(a) Insignis huius certaminis memoria habetur in antiqua inscriptione apud *Reinesium Classf. II. n. XLIX.* quam tamen ipse *Reinesius*, & *Seldenus*, a quo acceperat, non satis feliciter supplevisse, & exposuisse videntur, atque ita habet supplente *Spon.*

ΚΟΣΜΗΤΕΥΟΝΤΟΣ ΣΤΑ. ΣΕΡΑΠΙΩΝΟΣ ΚΟΛΛΕΙΔΟΥ
ΑΝΤΙΚΟΣΜΗΤΕΥΟΝΤΟΣ ΚΑΣΙ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΣΤΕΙΡΙΕΩΣ
ΣΩΦΡΟΝΙΣΤΗΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΣΠΕΝΔΟΝΤΟΣ ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΣ
ΤΟΙΣ ΕΦΗΒΟΙΣ ΤΟΝ ΗΡΑΚΛΕΑ ΑΠΟ ΤΗΣ ΕΝ ΕΛΕΥΣΙΝΙ ΝΕΙΚΗΣ

ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝΤΟΣ ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΥ
ΤΟΥ ΕΥΜΟΛΠΟΥ ΚΗΦΕΙΣΙΕΩΣ ΕΤΟΣ ΚΓ

In medio Hercules est sub arbore recubans opere ἀναγλύφῳ.

Nos hanc Inscriptionem alibi retulimus, sed mutilam, & mendis scatentem τυπογράφων incuria, scilicet ad *Lib. De Pop. Atticis* in Μαραθὼν, & ad *Cap. IX. Areopagi.* Ex hac igitur illas supple, & emenda.

Digitized by Google

Digitized by Google







Digitized by Google

Digitized by Google



Joseph Menabuoni del.

gogni sculp. Flor.

Digitized by Google

fuisse ex peregrinis Herculem, & Castoras; & agonem gymnicum fuisse primum Eleusine Atticae. Et praemium victori hordeum erat. Scholiastes Pindari Olym. Od. IX. Ἄγεται δὲ αὐτόθι (de Eleusine loquitur) ἀγὼν Κόρης καὶ Δημήτρος, ὃς καλεῖται Ἐλευσίνια. ἦν ἔπαθλον, κριθαί. *Celebratur vero illic agon Proserpinae, & Cereris, qui vocatur Eleusinia; cuius praemium erat mensura hordei.* Ac mutilum censeo Etymologici Auctorem in Ἐλευσίς. Ἐλευσίνια, ἑορτή. καὶ τοῖς νικῶσι τὰ Ἐλευσίνια ἄθλον ἐδίδοτο. *Eleusinia, festum, & vincentibus Eleusinia praemium dabatur.* Restituenda in fine vox, quae excidit, ἄθλον ἐδίδοτο, κριθαί. *Praemium dabatur hordei mensura.* Eodem modo laborat Suidas, apud quem itidem est. Ἐλευσίνια. τοῖς νικῶσι τὰ Ἐλευσίνια ἐδίδοτο ἄθλον. *Eleusinia vincentibus Eleusinia dabatur praemium.* Et huc fortasse respexerit Plinius lib. XVIII. cap. VII. *Antiquissimum in cibis hordeum; sicut Atheniensium ritu, Menandro auctore, adparet* (a). Causam hordei dati arbitror, quod id primum Eleusine inventum fuerit. Phurnutus. Οὐλαὶ δὲ λέγονται, αἱ κριθαί. Ἐλευσὶς δὲ ὁ τόπος, ὅπου πρότερον εὑρέθησαν. *Molae autem dicuntur grana hordei. Eleusis vero locus, ubi primum repertae sunt.* Atque hoc est, quod dicit Aristides Eleusinia loco citato. Ἀγῶνά τε γυμνικὸν χρυέσθαι πρῶτον Ἐλευσῖνι τῆς Ἀττικῆς, καὶ τὸ ἄθλον εἶναι τῦ κάρπυ τῦ φανέντος. *Et agonem gymnicum fuisse primum Eleusine Atticae, & praemium esse fructus illic nati.* Certabant etiam iuvenes cum tauris. Artemidorus Onirocrit. lib. I. cap. IX. Ταύροις κατὰ προαίρεσιν ἐν Ἰωνίᾳ παῖδες Ἐφεσίων ἀγωνίζονται· καὶ ἐν Ἀττικῇ παρὰ ταῖς θέαις ἐν Ἐλευσῖνι κῦροι Ἀθηναῖοι περιτελλομένων ἐνιαυτῶν. *Tauris in Ionia ex instituto Ephesiorum pueri certamina ineunt. Et in Attica adolescentes Athenienses Eleusine apud Deas quum anni perficiuntur* (b).

CAP. XXIX.

Octavus Ἐπιδαύρια dictus; quia AEsculapii honori, post mysteria celebrata Epidauro advenientis, institutus. Initiatio iterum tunc pueris solita, & secunda quoque sacra. Philostrati locus emendatus.

OCtavus dies, qui vigesimus secundus mensis Ἐπιδαύρια dictus fuit. Id Philostratus nos docet De Vita Apollonii lib. IV. cap. VI. Ἐς δὲ τὸν Πειραιᾶ ἐσπλεύσας περὶ μυσηρίων ὥραν, ὅτε Ἀθηναῖοι πολυανθρωπότατα Ἑλλήνων πράττυσιν, ἀνὴρ ξυντείνας ἀπὸ τῆς νεὼς ἐς τὸ ἄστυ. *Navigans autem in Piraeeum circa tempus mysteriorum, quando Athenienses prae Graecis abundant hominum multitudine, ascendebat festinans ab navi in urbem.* Ac mox subiungit. Ἦν μὲν δὴ Ἐπιδαυρίων ἡμέρα. *Erat quidem Epidauriorum dies.* Inde autem diei nomen, quod AEsculapius, quum Athenas Epidauro adveniret, ut initiaretur sacris, iamque mysteria peracta essent, denuo in illius gratiam Athenienses, & initiationem, & secunda item sacra instituissent. Philostratus loco citato. Τὰ δὲ Ἐπιδαύρια μετὰ πρόσρησίν τε, καὶ ἱερεῖα, δεῦρο μυεῖν Ἀθηναίοις πάτριον επὶ θυσίᾳ δευτέρᾳ. τυτὶ δὴ ἐνόμισαν Ἀσκληπιῦ ἕνεκα, ὅτι δὴ ἐμανήσαντο αὐτὸν ἥκοντα Ἐπιδαυρόθεν ἀψὲ μυσηρίων. *Epidauria vero post adloquutionem, & victimas, illic initiare Athenienses patrium post immolationem secundam. Istud sane constituerunt propter AEsculapium, quod initiarunt eum venientem ab Epidauro vespera mysteriorum.* Sed corrupta illic verba sic emendo. καὶ ἱερεῖα, δεύτερον μυεῖν Α'. π. *Et victimas secunda vice initiare A. p.* Itaque illo quoque die, si qui primo neglexissent, aut initiari forte non potuissent, initiari moris erat, & secunda sacra fieri. Quod ex citatis iam Philostrati verbis discimus. De Epidauriis, & initiato item AEsculapio, est Pausaniae quoque locus Corinthiacis. Μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ τόδε ἐν Ἐπιδαύρῳ τὸν θεὸν γρυέσθαι. τὰ γὰρ Ἀσκληπία εὑρίσκω τὰ ἐπιφανέστατα ἐξ Ἐπιδαύρυ. τῦτο μὲν γὰρ Ἀθηναῖοι τῆς τελετῆς λέγοντες Ἀσκληπιῷ μεταδῦναι, τὴν ἡμέραν ταύτην Ἐπιδαύρια ὀνομάζυσι, καὶ θεὸν ἀπ' ἐκείνυ φασὶν Ἀσκληπιόν σφισι νομισθῆναι. *Testatur autem mihi etiam istud, Epidauri Deum fuisse. AEsculapii enim festum invenio splendidissimum ex Epidauro. Hoc enim Athenienses dicentes se fecisse AEsculapium consortem festi, diem istum Epidauria nominant, & Deum ab eo tempore aiunt AEsculapium ab ipsis receptum.*

CAP. XXX.

Nonus, ultimusque idem, Πλημοχόη nuncupatus, qua de causa. Plemochoae tunc duae impletae, & eversae, cum verbis mysticis. Κοτολίσκος, Ῥῆσις μυστική. Τιὲ, Τοκυῖε. Μυσηριώτιδες σπονδαί.

NOnus, qui vigesimus tertius mensis erat, ultimusque mysteriorum, Πλημοχόη dicebatur. Pollux lib. X. cap. XX. Τάχα δὲ καὶ πλημοχόλω. ἔστι δὲ κεραμῆν ἀγγεῖον, ὑκ ἔχον ὀξῦν τὸν πυθμένα, ἀλλ' ἑδραῖόν τε καὶ σάσιμον. ᾧ χρῶνται τῇ τελευταίᾳ τ μυσηρίων, ἣν ἀπ' αὐτῆ καλῦσι Πλημοχόλω. *Forsan vero etiam plemochoen. est vero testaceum vas, non habens acutum fundum, sed sessilem, ac stabilem, quo utuntur per ultimum mysteriorum diem, quem ab eo vocant Plemochoen.* Et hoc plemochoas binas implentes, ad ortum unam statuebant; alteram vero ad occasum; inde utramque, mystica quaedam verba profati, evertebant. Athenaeus lib. XI. Πλημοχόη, σκεῦος κεραμῆν, βεμβικώδες, ἑδραῖον ἡσυχῆ. ὃ κοτυλίσκον ἔνιοι προσαγορεύυσιν, ὡς φησι Πάμφιλος· χρῶνται ᾧ αὐτῷ ἐν τῇ τελευταίᾳ τῶν μυσηρίων ἡμέρᾳ, ἣν ἀπ' αὐτῆ προσαγορεύυσιν, ὡς φησι Πάμφιλος, Πλημοχόας. ἐν ᾗ δύο πλημοχόας πληράσαντες, τὴν μὲν πρὸς ἀνατολὰς, τὴν δὲ πρὸς δύσιν ἀνιστάμενοι, ἀνατρέπυσί τε ἐπιλέγοντες ῥῆσιν μυστικήν. *Plemochoen, vas testaceum, instar turbinis, paulatim fastigiatum in fundo, quod alii adpellant cotyliscum, ut ait Pamphilus. Vtuntur autem eo per ultimum mysteriorum diem, quem ab eo vocant Plemochoen.* Et hoc plemochoas binas implentes, ad ortum unam statuebant; alteram vero ad occasum; inde utramque, mystica quaedam verba profati, evertebant.

(a) Huius agonis & praemii meminit etiam Scholiastes Aristophanis *Ranis*.

(b) Huius certaminis imaginem ex anaglypho aeri inciso exhibuimus.

timum myſteriorum diem, quem inde adpellant, ut ait Pamphilus, Plemochoas; in quo implentes duas Plemochoas, alteram quidem verſus ortum, alteram autem verſus occidentem erigentes, evertunt etiam ſuperdicentes ſermonem myſticum. De impletis plemochois, eſt Heſychii etiam locus. Πλημοχόη. τῇ ὑσεραίᾳ ἡμέρᾳ τ μυςηρίων κοτυλίσκους πληροῦσιν, ὃς καλοῦσι πλημοχόας. *Plemochoe. ultimo die myſteriorum cotyliſcos implent, quos vocant plemochoas.* Sed in eo variat, quod poſtridie myſteriorum facta tradat, quae poſtremo eorum die alii dicunt. Vas vero iſtud πλημοχόη, a quo huic diei nomen, etiam Κοτυλίσκος dictum. Ecce in citatis Athenaei verbis. Πλημοχόη, σκεῦος κεραμοῦν, ὃ Κοτυλίσκον ἔνιοι προσαγορεύουσιν. *Plemochoe, vas teſtaceum, quod nonnulli cotyliſcum adpellant.* Et in Heſychii. Τῇ ὑσεραίᾳ τῶν μυςηρίων κοτυλίσκους πληροῦσιν, ὃς καλοῦσι πλημοχόας. *Poſtremo myſteriorum die cotyliſcos implent, quos vocant plemochoas.* Eſtque eius in rem eamdem alibi quoque iſta gloſſa. Κοτυλίσκος, κρατηρίσκος, ᾧ χρῶνται οἱ μύσται. *Cotyliſcus, parvus crater, quo utuntur myſtae.* Sine dubio τὴν Πλημοχόην, de qua agimus, intellexit. Porro de everſis illis plemochois eſt Euripidis iſte verſus, ſive Critiae in Pirithoo.

Γ'να πλημοχόας τάσδ' εἰς χθόνιον χάσμ' εὐφήμως
Προχέωμεν.

Vt has plemochoas in terrenum hiatum inter fauſta omnia
Profundamus.

Vbi dixit, Εὐφήμως προχέειν; quod Athenaeus, ἀνατρέπειν ἐπιλέγοντας ῥῆσιν μυσικήν. *Evertere ſuperdicentes ſermonem myſticum.* Et fuerit fortaſſe ῥῆσις illa μυσικὴ, quam tradit Proclus in Timaeum; e quo diſcimus, coelum prius adſpicientes, Τίε; inde in terram deſpicientes, Τοκυῖε clamaſſe. Locus exſtat Commentariorum v. Εἰς δὲ τέτους βλέποντες καὶ ἐν τοῖς Ελευσινίοις ἱεροῖς, εἰς μὲν τὸν ὐρανὸν ἀναβλέποντες ἐβόων, Τίε· καταβλέψαντες δὲ εἰς τὴν γῆν, Τοκυῖε. *Verſus eos autem ſpectantes, & in Eleuſiniis ſacris ad coelum quidem ſurſum videntes clamabant, Fili: deorſum vero ad terram cernentes, Tocyie.* Haec vero plemochoarum everſio erat quaſi libatio quaedam; eaque deſignari cenſenda apud Pollucem lib. 1. cap. 1. ſect. xxxi. Vbi Μυςηριώτιδες σπονδαὶ commemorantur. Ὀνομάζονται δὲ καὶ Μυςηριώτιδες σπονδαὶ, καὶ μυσικαὶ ἡμέραι. *Nominantur vero etiam arcanae in myſteriis libationes, & dies myſtici.* Item apud Ariſtidem Eleuſinia. Μόναι δ' αἱ μυςηριώτιδες σπονδαὶ τὄνομα ἔσωζαν, καὶ μόνοις Ελευσινίοις ὑγίαινεν ἡ Ελλάς. *Solae autem iſtae arcanae libationes nomen ſervaverunt, & ſolis Eleuſiniis bene valet Graecia.*

(a) Conſule *Lib. II. Them. Attic. Cap. XXXV.*

CAP. XXXI.

Per hos dies manum iniicere ulli vetitum, & libellum ſupplicem offerre; quaeque hic delinquentis multa. Feminis quoque Eleuſinem bigis vehi interdictum, idque a quo; & quae delinquentium multa. Ariſtophanis Scholiaſtae hallucinatio. Poſtero die a rege ſacrorum ſenatus convocari ſolitus; ac ſententia lata in eos, qui in ſacra deliquiſſent, idque e Solonis lege, & tum forum, fune circum ducto, obſeptum, ne profani ingrederentur: nundinaeque celebratae. Iurari etiam per myſteria uſitatum; ac quae ad haec neceſſaria, aſinis Eleuſinem vecta. Myſtae nec muſtellum edebant; ut videtur, neque ſabam.

ITa ergo nunc myſteria enarravi; reſtant quaedam circa ea, quae adiungam. Per hos dies neminem adprehendere licitum; idque clare animadvertere eſt ex Demoſthenis iſtis verbis Midiana. Τί ὖν ποιήσαντες, ὦ ἄνδρες Αθηναῖοι, καὶ ἐχθρὸν τὸν Ευάνδρου, ἴστ' ἀκήκατε, ὅτι δίκλιν ἐμποριὴν καταδικάσαντος τοῦ Μενίππου, ὃν ἔχων πρότερον λαβεῖν αὐτὸν, ὡς ἔφη τοῖς μυςηρίοις ἐπιδημοῦντα ἐπελάβετο. κατεχειροτονήσατε μὲν διὰ ταῦτα, καὶ ὠδολιῶν ἄλλο πρᾶγμα. *Quid igitur parantes, viri Athenienſes, damnaviſtis Evandrum. Id audite. Quia litem mercatoriam male temperans Menippi, non valens antea eum adprehendere, ſicut dixit, per myſteria advenam comprehendit. Damnaviſtis quidem propterea, nec quidquam aliud aderat.* Nec libellum ſupplicem offerre. Quod ſi quiſpiam feciſſet, eum cauſa indicta mori oportebat. Ita Andocidis inimici inquiebant, ut ipſe narrat Orat. Περὶ τ μυςηρίων. Κατηγόρησαν δέ μου καὶ περὶ ἱκετηρίας, ὡς καταθείλων ἐγὼ ἐν τῷ Ελευσινίῳ. νόμος ἦν πάτριος, ὃς ἂν θῇ ἱκετηρίαν μυςηρίοις, τεθνάναι. *Sed etiam me accuſaverunt de ſupplicatione, quaſi depoſuiſſem ego in templo Eleuſinio. Lex autem erat patria, quiſquis ſupplicationem poſuerit myſteriis, mori.* Et mox. Πάλιν ὁ Καλλίας στὰς ἔλεγεν ὅτι εἴη νόμος πάτριος, εἴ τις ἱκετηρίαν θείη ἐν τῷ Ελευσινίῳ, ἄκειτον ἀποθανεῖν. *Rurſum Callias ſtans dixit, legem eſſe patriam, ſi quis ſupplicationem poſuerit in templo Eleuſinio, indemnatum mori* (a). Sed id negat Andocides, & multam tantum mille drachmas eſſe dicit. Habes poſtea in ſequentibus illic verbis. Η' δὲ στήλη, παρ' ἣν ἕστηκας, χιλίας δραχμὰς κελεύει ὀφείλειν, ἐάν τις ἱκετηρίαν θῇ ἐν τῷ Ελευσινίῳ. *Columna vero, ad quam ſtetiſti, iubet multare mille drachmis, ſi quis ſupplicationem ponat in templo Eleuſinio.* Ne qua mulier bigis ad haec veheretur; quaeque id faceret, ut ſex mille drachmas penderet, a Lycurgo inſtitutum. Plutarchus in eius Vita. Εἰσήνεγκε δὲ νόμους. ἐπὶ ζεύγους μὴ ἀπέναι γυναῖκα Ελευσίναδε, ὅπως μὴ ἐλαυνῶνται ὑπὸ τ πλουσίων. εἰ δέ τις φορεθείη, ἀπολίνειν δραχμὰς ἑξακισχιλίας. *Introduxit autem leges, curru iuncto non abire feminam verſus Eleuſina, ne vituperarentur ab divitibus. Si qua deprehenderetur, ſolvere denariorum ſex millia.* AElianus Var. Hiſt.

Digitized by Google

Hiſt. lib. XII. cap. XXIV. Λυκοῦργος ὁ ῥήτωρ ἔγραψε, μὴ ἐλαύνειν τὰς γυναῖκας ἐν τοῖς μυστηρίοις ἐπὶ ζεύγους (a), ἢ τῷ δρώσῃ τοῦτο ἐπηρτῆσθαι ζημίαν, ἣν γε ἔμελλε τάξαι ἀποχρῶσαν. *Lycurgus rhetor ſcripſit, non vehere mulieres in myſteriis curru iuncto, aut iſtud facienti imminere multam, quam putavit deſtinans ſufficientem.* Antea illud uſitatum. Itaque anus apud Ariſtophanem Pluto ſecunda loquitur.

Μυστηρίοις δὲ ταῖς μεγάλοις ὀχουμένῃ
Ἐπὶ τῆς ἁμάξης, ὅτι προσέβλεψέν μέ τις
Ἐτυπτόμην διὰ τοῦθ' ὅλην ἡμέραν.
Myſteriis autem magnis vehentem
In curru, quia me aliquis adſpexit,
Verberabar ideo totum diem.

Vbi Scholiaſtes. Αἱ τῶν Ἀθηναίων γυναῖκες ἐπὶ ἁμαξῶν ὀχούμεναι εἰς τὰ μεγάλα Ἐλευσίνια ἀπήρχοντο. *Athenienſium mulieres curribus vehentes ad magna Eleuſinia abibant.* Verum erat, quod haec tantum magnis facta myſteriis putet. Inſolentem Midiae luxum inſectatur Demoſthenes, qui uxorem ad myſteria bigis albis Sicyoniis veheret. Locus eſt in Midiana. Καὶ εἰς μυστήρια τὴν γυναῖκα ἄγει, κἂν ἄλλοτέ που βούλεται, ἐπὶ τοῦ λευκοῦ ζεύγους τοῦ ἐκ Σικυῶνος. *Et ad myſteria uxorem ducit, & ſi quando alias vult, in albo iugo ex Sicyone* (b). Iurari etiam per haec ſolitum animadverto. Alciphron in Epiſtola Leontii ad Lamiam. Νὴ τὰ μυστήρια, νὴ τούτων τῶν κακῶν ἀπαλλαγήν, ὡς ἐνθυμηθέντα τοῦ Τιμάρχου τὸν χωρισμόν, ἀνέψυξα. *Per myſteria! per horum malorum depulſionem! quam conſiderans diſcidium Timarchi, modo exanimatus fui.* Iterum in altera Menandri ad Glyceram. Ἐγὼ, μὰ τὰς Ἐλευσινίας θεὰς, μὰ τὰ μυστήρια αὐτῶν, ἃ σοι καὶ ἐναντίον ἐκείνων ὤμοσα πολλάκις, Γλυκέρα, μόνος μόνῃ, ὡς οὐδεὶς ἐπαίρω τὰ ἐμά. *Ego, per Deas Eleuſinias! per myſteria illarum! quae tibi, & coram illis iuravi ſaepe, Glycera, ſolus ſoli, quam nihil extollam mea.* Quae vero ad haec neceſſaria, ea aſini Eleuſinem devehebant. Ariſtophanes Ranis.

Νὴ τὸν Δί' ἔγωγ' ὄνος ἄγων μυστήρια.
Per Iovem! ego aſinus ducens myſteria.

Vbi Scholiaſtes. Τοῖς μυστηρίοις ἐξ ἄστεος εἰς Ἐλευσῖνα διὰ τῶν ὄνων φέρουσι τὴν χρείαν. *Myſteriis ex urbe Eleuſinem per aſinos ferunt neceſſitates.* Heſychius. Ὄνος ἄγει μυστήρια. Τοῖς μυστηρίοις ἐξ ἄστεος εἰς Ἐλευσῖνα κομίζουσι τὰ πρὸς τὴν χρείαν διὰ τῶν ὄνων. *Aſinus ducit myſteria. Myſteriis ex urbe verſus Eleuſinem portant ea, quae ſunt ad uſum per aſinos.* Tarrhaeus. Ὄνος ἄγων μυστήρια. ἐπὶ τῶν παρ' ἀξίαν πραττόντων. τοῖς γὰρ μυστηρίοις ἐξ ἄστεος εἰς Ἐλευσῖνα διὰ τῶν ὄνων ἔφερον τὰ εἰς τὴν χρείαν. *Aſinus ducens myſteria; de illis, quibus contingunt aliqua praeter meritum. Nam myſteriis ex urbe ad Eleuſinem per aſinos ferebant neceſſaria.* Habes etiam apud Suidam, & Apoſtolium Cent. XIV. Proverb. L. Poſtero die ſenatus conveniebat in Eleuſinae Cereris templo, quod in urbe, convocante ſacrorum rege: ibique in eos ſententia ferebatur, qui in ſacra commiſiſſe delati eſſent: idque ex Solonis lege. Diſco ex Andocid. in Oration. Περὶ τῶν μυστηρίων. Ἐπειδὴ γὰρ ἤλθομεν Ἐλευσινόθεν, καὶ ἡ ἔνδειξις ἐγεγένετο, προσῆλθ ὁ βασιλεὺς περὶ τῶν γεγραμμένων ἐν Ἐλευσῖνι κατὰ τὴν τελετὴν, ὥσπερ ἔθος ἐστίν. οἱ δὲ πρυτάνεις προσάξαν ἔφασαν αὐτὸν πρὸς τὴν βουλὴν ἀπαγγεῖλαί τ' ἐκέλευον ἐμοί τε καὶ Κηφισίῳ παρεῖναι εἰς τὸ Ἐλευσίνιον. Ἡ γὰρ βουλὴ ἐκᾶ καθεδεῖσθαι ἔμελλε, κατὰ τὸν Σόλωνος νόμον· ὃς κελεύει, τῇ ὑστεραίᾳ τῶν μυστηρίων ἕδραν ποιεῖν ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. *Poſtquam enim Eleuſinem venimus, & oſtenſio facta eſt, admiſit Rex ea, quae Eleuſine in initiis facta fuerant, uti mos eſt. Prytanes vero edixerunt, ut adduceretur ipſe ad ſenatum, & praecipi iubebant mihi, & Cephiſio ad Eleuſinium accedere. Senatus enim ibi conſeſſurus erat, iuxta Solonis legem, quae iubet die myſteriorum poſteriore in Eleuſinio conſidere* (c). Dum iudicia iſta fierent, non profano intereſſe ulli licitum: &, ne quis ingrederetur, forum obſeptum, ducto circum illud fune. Pollux indicat lib. VIII. cap. XII. Περισχοινίσαι δὲ τὸ δικαστήριον (ἔλεγον) ὁ πότε περὶ τῶν μυστηρίων δικάζοιεν, ἵνα μὴ προσίῃ μηδεὶς, ἀνεπόπλευτος ὤν. *Funem autem circum tribunal duci dicebant, quum de myſteriis iudicarent, ne ullus ingrederetur, qui profanus eſset.* Nundinae item poſt peracta haec myſteria celebratae. Obſervare eſt apud Plutarchum Sympoſ. lib. II. Quaeſt. II. Ἐν Ἐλευσῖνι, μετὰ τὰ μυστήρια, τῆς πανηγύρεως ἀκμαζούσης, ἐτεώμεθα παρὰ Γλαυκίᾳ τῷ ῥήτορι. *Eleuſine poſt myſteria, conventu iam frequentiſſimo, apud Glauciam Rhetorem ſpectabamus.* Porro myſtae, ut nec puteo inſidere illis licitum, neque mullum item edere, ut ſuis locis ſupra iam a me oſtenſum; ita nec muſtellum fas guſtare ipſis. Rem, & cauſam AElianus nobis tradit Hiſt. Anim. lib. IX. cap. LXV. Οἱ μύμμυοι ταῖν θεαῖν οὐκ ἂν πάσαιντο γαλεοῦ φασίν. ὑ γὰρ εἶναι αὐτὸν καθαρὸν ὀψον, ἐπεὶ τῷ σώματι τίκτει. *Initiati deabus nequaquam comederint muſtelam, dicunt. Neque enim eſſe ipſum purum obſonium, quia ore parit.* Et videtur neque fabam fas fuiſſe. Nam hoc puto Pauſaniae locum in Atticis velle. Τῶν κυάμων ἀπέχεσθαι οὐκ ἔστι σφίσιν ἐς Δήμητρα τὴν εὕρεσιν. ὅσις δ' ἤδη τὴν τελετὴν Ἐλευσῖνι εἶδεν, ἢ τὰ καλούμενα ὀρφικὰ ἐπελέξατο, οἶδεν ὃ λέγω. *Fabarum deferre non licet ipſis inventionem ad Cererem. Quiſquis vero iam vidit ceremonias Eleuſine, aut vocata orphica perlegit, novit quod dico.* Immo clare dicit Porphyrius περὶ ἀποχῆς lib. IV. Παραγγέλλεται δὲ Ἐλευσῖνι, ἀπέχεσθαι καὶ κατοικιδίων ὀρνίθων, καὶ ἰχθύων, καὶ κυάμων. *Iubetur etiam Eleuſine, domeſticis avibus, & piſcibus, & fabis abſtinere.*

(a) Editio Argentoratenſis anni 1647. ἐπὶ ζυγῶν.

(b) *Samuel Petitus Commeat. in Leg. Attic.* Quibus e verbis colligere licet, nondum hanc a Lycurgo latam fuiſſe Legem, qua ſanciebatur, ne qua femina bigis Eleuſinem veheretur. Midianam autem ſcripſit Demoſthenes Callimacho Athenis Praetore. Dionyſius Halicarnaſſeus Epiſtola ad Ammaeum: Κατὰ Καλλίμαχον γέγραπται τὰ Ἄρχοντα ἐφ' οὗ κατὰ Μειδίου λόγος, ὃν συντάξατο μετὰ τὴν χειροτονίαν, ἣν ὁ δῆμος αὐτῷ κατεχειροτόνησε. *Fuit autem Callimachus Archon anno quarto Olympiadis centeſimae ſeptimae. Quare poſt annum quartum Olympiadis centeſimae ſeptimae lata eſt haec Lex a Lycurgo, viro & generis nobilitate & actibus illuſtri, qui malis terrori, bonis praeſidio fuit: itaque urbis cuſtodia, & maleficorum hominum coercitio illi commiſſa eſt.* Conſule *Suppl. Them. Attic. Lib. I. Tit. I.*

(c) Adi *Lib. II. Them. Attic. Cap. XXXV.*

Digitized by Google

CAP. XXXII.

Continuata vero haec ſacra ad Imperatores Chriſtianos; & quum tollere Valentinianus vellet, Praetextato intercedente, adhuc manſerunt. Semel tantum intermiſſa ob captas Thebas. Hierophanta apud Eunapium falſus vates. Tandem everſa a Theodoſio ſeniore.

COntinuata autem haec ſacra ad tempora uſque Imperatorum Chriſtianorum. Teſtatur Hieronymus Adverſus Iovinianum extremo primo. *Hierophantas quoque Athenienſium (legant) uſque hodie cicutae ſorbitione caſtrari.* Tollere ea Valentiniano animus, poſt exceſſum Iuliani rerum potito; verumtamen, Praetextati patrocinio, obtinuerunt. Zoſimus Hiſt. lib. IV. Ἐπεὶ δὲ κ᾽ νόμων ἀσφορὰς ἐγνώκει (ὁ Οὐαλεντινιανὸς) ποιεῖσθ᾽, ἀφ᾽ ἑσίας ὥσπερ ἀρξάμεν᾽ τὰς νυκτερινὰς ἐκώλυε θυσίας ἐπιτελεῖσθαι. τοῖς μυσαροῖ; μὲν ὂν πραλ- C τομένοις ἐμποδὼν διὰ τὸ τοιῦδε νόμυ, γενέσθαι βυλόμεν᾽. ἐπεὶ δὲ Πραιτεξτάτ᾽ ὁ τῆς Ἑλλάδ᾽ ἀνθύπατον ἔχων ἀρχὴν, ἀνὴρ ἐν πάσαις διαπρέπων ταῖς ἀρεταῖς, τοῦτον ἔφη ἀβίωτον τοῖς Ἕλλησι κατασήσειν τὸν βίον, εἰ μέλλοιεν κωλύεσθαι τὰ συνέχοντα τὸ ἀνθρώπειον γέν᾽ ἁγιώτατα μυσήρια κατὰ θεσμὸν ἐκτελεῖν, ἐπέτρεψεν, ἀργοῦντ᾽ τῷ νόμυ, πράτ᾽εσθαι τὰ πάντα κατὰ τὰ ἐξ ἀρχῆς πάτρια. *Quia vero etiam legum lationes decreverat (Valentinianus) facere, velut ab veſta incipiens, prohibebat nocturna ſacrificia peragere; probroſis quidem igitur facinoribus per hanc legem volens obſiſtere. Poſtquam vero Praetextatus, Graeciae proconſul, vir omnibus virtutibus eminens, hanc vitam diceret minime vitalem fore ut conſtitueret Graecis, ſi prohibere vellet illa ſanctiſſima myſteria humanum genus continentia ex ritu fieri, permiſit, ceſſante lege, fieri omnia more antiquitus patrio.* Semel tantum intermiſſa; quum nimirum, captis ab Alexandro Thebis, in luctu ſummo verſarentur. Plutarchus, ubi de ea re agit Alexandro. Ἀθηναίοις δὲ διηλλάγη, καίτερ ὐ μετρίως ἐνεγκῶσι τὸ περὶ Θήβας δυσύχημα. καὶ γὰρ τὴν τῶν μυσηρίων ἑορτὴν ἐν χερσὶν ἔχοντες, ὑπὸ πένθυς ἀφῆκαν. *Cum Athenienſibus vero reconciliatus eſt, quamquam non pro materia ferrent (a) illam Thebarum cladem. Etenim myſteriorum feſtum in manibus habentes, prae dolore omiſerunt.* Arrianus de Exped. Alex. lib. I. Ἀθηναῖοι ᾔ, μυσηρίων τῶν μεγάλων ἀγομένων, ὡς ἦκόν τινες τῶν Θηβαίων ἐξ αὐτῦ τῦ ἔρκυ, τὰ μὲν μυσήρια ἐκπλαγέντες ἐξέλιπον, ἐκ δὲ τῶν ἀγρῶν ἐσκευαγώγυν εἰς τὴν πόλιν. *Athenienſes vero, quum maiora myſteria celebrarentur, quumque Thebani quidam ex ipſo vallo veniſſent, myſteria perculſi reliquerunt, ex agris vero in urbem ſarcinas, & vaſa ferebant.* Himerius in Eclogis. Ἀλέξανδρος δὲ τὴν πόλιν, κ᾽ μετὰ Θήβας ἠχύνετο. καίτοι γε εἶχέν τι τότε τῇ πόλ᾽ κ᾽ μέμψασθαι. ἡμεῖς γὰρ, Θηβαίων πεσόντων, τὴν τελετὴν ἀπεκλείσαμεν, ἵνα μὴ τοῖς Θηβαίων θρήνοις ἀντιβοῶμεν τὸν Ἴακχον. *Alexander vero urbem quoque poſt Thebas reverebatur, quamvis tunc haberet aliquid, propter quod eam reprehenderet. Nos enim, quum Thebani cecidiſſent, feſtivitatem praecluſimus, ne Thebanorum leſſis occentaremus Iacchum.* Hierophanta apud Eunapium in Vita Maximi praedicebat Iuliano, ſub ipſo haec ſacra ceſſatura. Καὶ εἰς τοσόνδε ἐξικνέιτο προνοίας, ἐφ᾽ ἑαυτῦ τὰ ἱερὰ κατασκαφήσεῳ κ᾽ διωχήσεσθαι ἔφασκε. κἀκεῖνον ζῶν᾽α ταῦτα ἐπόψεσθαι, διὰ φιλοτιμίαν περιτ᾽ὴν ἀτιμαζόμεν᾽ον. κ᾽ προτελευτήσ᾽ν γε αὐτῦ τὴν θεραπείαν ταῖν θεαῖν. *Et, in tantum exceſſit providentiae, ſua aetate templa everſum iri, ac dirutum dicebat: eumque vivum iſta viſurum, propter nimiam ambitionem deſpectum, & prius morituram eius venerationem, quam Dearum.* Sed eum divinationis falſum res oſtendit; & ſublata, ut videtur, a maiore Theodoſio; quem gentilium fana, ac ſacra evertiſſe Hiſtoriae tradunt.

CAP. XXXIII.

Celebrata vero praeterea a Celeenſibus, Phliaſiis, Pheneatis, Lacedaemoniis, Parrhaſiis, Ionibus, Cretenſibus, & Romanis. Claudii Caeſaris conatus, Hadriani factum.

SEd an alibi Eleuſinia agitata. Etiam apud Celeenſes, ac Phliaſios. Et apud illos quarto quidem quoque anno mutabaturque hierophanta; ſi videretur, ſingulis quadriennis, feſti tempore: eique uxorem ducere licitum. Pauſanias teſtis Corinthiacis. Τῆς δὲ πόλεως αἱ Κελεαὶ πέντε τυ σαδίυς μάλισα ἀπέχυσι. κ᾽ τῇ Δήμητρι ἐν᾽αῦθα δι᾽ ἐνιαυ᾽ῦ τετάρ᾽υ τὴν τελετὴν, κ᾽ ὐ κατὰ ἔτ᾽ ἄγυσι. ἱερο- φάντης δὲ οὐκ εἰς τὸν βίον πάντα ἀποδέδεικται. κατὰ δὲ ἑκάστ᾽ν τελετὴν ἄλλος τέ ἐσιν ἄλλ᾽ σφίσιν αἱρετὸς, λαμβάνων ἣν ἐθέλῃ κ᾽ γυναῖκα. κ᾽ ταῦτα μὲν διάφορα τῶν ἐν Ἐλευσῖνι ὀνομάζυσι. τὰ δ᾽ ἐς αὐτὴν, ἐκείνων ἐσὶν εἰς μίμησιν. ὁμολογῦσι δ᾽ὲ καὶ αὐτοὶ μιμᾶσθαι Φλιάσιοι τὰ ἐν Ἐλευσῖνι δρώμεν᾽α. *Ab urbe autem Celeae ſtadia admodum quinque abſunt; & Cereri illic quolibet quadriennio feſtum, non quotannis celebrant. Hierophanta autem non in omnem vitam deſignatus eſt; ſed quovis feſto alius illis eſt electus, ſumens quoque ſi velit uxorem. Et haec quidem differentia ab illis, quae Eleuſine fiunt, adpellant. Quae vero ad ipſum ſolemne referuntur, ſunt ad illorum imitationem. Immo vero ipſi fatentur Phliaſii ſe imitari ea, quae Eleuſine peraguntur.* Celebrabant quoque Pheneatae, eodem quo Eleuſinii modo. Idem Pauſanias Arcadicis. Φενεάταις ᾔ κ᾽ Δήμητρός ἐσιν ἱερὸν Ἐλευσινίας, κ᾽ ἄγυσι τῇ θεῷ τελετὴν τὰ ἐν Ἐλευσῖνι δρώμεν᾽α, κ᾽ παρὰ σφίσι τὰ αὐτὰ φάσκοντες καθεσηκέναι. *Apud Pheneatas autem eſt & Cereris templum Eleuſiniae, & celebrant Deae ſolemnitatem per eadem, quae fiunt Eleuſine, etiam apud ipſos eadem dicentes obtinuiſſe.* Item Lacones, apud quos agon tunc thymelicus. Heſychius. Ἐλευσίνια, ἀγὼν θυμελικὸς παρὰ Λάκωσιν. *Eleuſinia, certamen*

(a) Verte, *non moderate.*

Digitized by Google

men thymelicum apud Laconas (a). Etiam Parrhasii in urbem a Cypselo rege exstructam ubi convenissent, lucum, & aram, Cereri Eleusiniae consecrarunt; festumque ipsi instituerunt, in quo de forma mulieres certarent, Χρυσοφόροι adpellatae. Athenaeus lib. XIII. Νικίας ἐν τοῖς Ἀρκαδικοῖς διαῤῥῆναί φησιν αὐτὸν Κύψελον πόλιν κτίσαντα ἐν τῷ πεδίῳ περὶ τὸν Ἀλφειόν. εἰς ἣν καταοικίσαντας Παῤῥασίων τινὰς τέμενός τε καὶ βωμὸν ἀναστῆσαι Δήμητρι Ἐλευσινίᾳ. ἧς ἐν τῇ ἑορτῇ καὶ τὸν τῶν κάλλους ἀγῶνα ἐπιτελέσαι, καὶ νικῆσαι πρῶτον αὐτῆς τὴν γυναῖκα Ἡροδίκην. ἐπιτελεῖται δὲ καὶ μέχρι νῦν ὁ ἀγὼν ἔτος, καὶ αἱ ἀγωνιζόμεναι γυναῖκες Χρυσοφόροι ὀνομάζονται. *Nicias in Arcadicis posuisse ait ipsum Cypselum urbe condita in campo circa Alpheum, in qua colonos inductos quosdam Parrhasiorum fanum, & aram excitavisse Cereri Eleusiniae, in cuius festo etiam peragi certamen pulcritudinis, & primum vicisse uxorem ipsius Herodicen. Etiam hoc tempore iste agon peragitur, & in certamen venientes feminae nominantur Auriferae.* Item Iones Ephesi, qui ab Androclo, Codri filio, genus ducebant, & ex hac re Βασιλεῖς adpellabantur. Strabo lib. XIV. Ἄρξαι δέ φησιν Ἄνδροκλον τῆς τῶν Ἰώνων ἀποικίας, ὕστερον τῆς Αἰολικῆς, υἱὸν γνήσιον Κόδρου, τῷ βασιλέως Ἀθηνῶν γένεσθαι τοῦτον Ἐφέσου κτίσην. διόπερ τὸ βασίλειον τῶν Ἰώνων ἐκεῖ συνῆναί φασι. καὶ ἔτι νῦν οἱ ἐκ τοῦ γένους ὀνομάζονται βασιλεῖς· ἔχοντές τινας τιμὰς, βροεδρίαν τε ἐν ἀγῶσι, καὶ πορφύραν, ἐπίσημον τοῦ βασιλικοῦ γένους, σκίπωνα ἀντὶ σκήπτρου, καὶ τὰ ἱερὰ τῆς Ἐλευσινίας Δήμητρος. *Ionum vero Coloniam ait Androclum deduxisse post Aeolicam legitimum filium Codri Athenienſium Regis, & Ephesi hunc conditorem fuisse. Quapropter Ionum Regiam ibi constitisse ferunt. Et adhuc in praesentia ex eius genere Reges nominantur, qui honores quosdam habent, primamque sedem in certaminibus, & purpuram, Regii generis insigne, baculum pro sceptro, & Eleusiniae Cereris sacra.* Et Cretenses; apud quos vulgare etiam arcana licitum Diodorus Siculus lib. V. Περὶ μὲν οὖν τῶν θεῶν οἱ Κρῆτες τῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων γεγενῆσθαι τοιαῦτα μυθολογοῦσι· τὰς δὲ τιμὰς, καὶ θυσίας, καὶ τὰς περὶ τὰ μυστήρια τελετὰς, ἐκ Κρήτης εἰς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους παραδεδόσθαι λεγοντες, τοῦτο φέρουσιν, ὡς οἴονται, μέγιστον τεκμήριον. Τὴν τε γὰρ παρ' Ἀθηναίοις ἐν Ἐλευσῖνι γινομένην τελετὴν, ἐπιφανεστάτην σχεδὸν οὖσαν ἁπασῶν, καὶ τὴν ἐν Σαμοθράκῃ, καὶ τὴν ἐν Θράκῃ ἐν τοῖς Κικόσιν, ὅθεν ὁ καταδείξας Ὀρφεὺς ἦν, μυστικῶς παραδίδοσθαι. κατὰ δὲ τὴν Κρήτην ἐν Κνωσσῷ νόμιμον ἐξ ἀρχαίων εἶναι φανερῶς τὰς τελετὰς ταύτας πᾶσι παραδίδοσθαι. καὶ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἐν ἀποῤῥήτῳ παραδεδομένα, παρ' αὐτοῖς μηδένα κρύπτειν τῶν βουλομένων τὰ τοιαῦτα γινώσκειν. *De diis quidem igitur apud ipsos genitis Cretenses haec fabulantur. Honores autem, & sacrificia, & solemnitates circa mysteria ex Creta aliis hominibus traditas esse dicentes, eius rei hoc adferunt maximum, ut opinantur, argumentum. Nam quod apud Athenienses Eleusine colitur festum, quod est fere splendidissimum omnium, idque quod in Samothrace, & quod in Thracia apud Ciconas, unde erat Orpheus auctor, mystice traditum esse. At in Creta in urbe Cnosso fas antiquitus esse palam istas initiationes omnibus tradi: & quae apud alios in operto tradita sunt, apud illos neminem occultare, si velint illa cognoscere* (b). Quin apud Romanos etiam. Ac transferre primus conatus Claudius Caesar sed non fecit. Suetonius in eius Vita cap. XXV. *Sacra Eleusinia etiam transferre ex Attica Romam conatus est.* Fecit postea Hadrianus. Aurelius Victor in eius Vita. *Ceremonias, leges, gymnasia, doctoresque curare occoepit; adeo quidem, ut etiam ludum ingenuarum artium, quod Athenaeum vocant, constitueret, atque initia Cereris, Liberaeque, quae Eleusina dicitur, Athenienſium modo Roma percoleret* (c). Hinc est, quod in Caesaribus ait Iulianus, ubi de eo. Μετὰ τοῦτον ἐπέρχεται βαθείαν ἔχων ὑπήνην ἀνὴρ σοβαρὸς, τά τε ἄλλα, καὶ τὴν μυσικὴν ἐργαζόμενος, εἴς τε τὸν οὐρανὸν ἀφορῶν πολλάκις, καὶ πολυπραγμονῶν τὰ ἀπόῤῥητα. *Post hunc ingreditur profundam habens lanuginem vir gravis, ceteraque & musicam edoctus, & saepius respiciens in coelum, & inquirens curiose in arcana non dicenda* (d).

ΣΙΝΑΝ ΚΑΙ ΤΑΝ ΒΡΙΤΟΜΑΡΤΙΝ
ΚΑΙ ΕΡΜΑΝ ΚΑΙ ΚΩΡΗΤΑΣ ΚΑΙ
ΝΥΜΦΑΣ ΚΑΙ ΤΩΣ ΑΛΛΟΣΙΩΣ
ΠΑΝΤΑΣ ΚΑΙ ΠΑΣΑΣ

ΟΜΝΕΩ ΤΑΝ ΕΣΤΙΑΝ ΚΑΙ ΤΟΝ
ΖΗΝΑ ΤΟΝ ΚΡΗΤΟΓΕΝΙΑ ΚΑΙ ΤΑΝ
ΗΡΑΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΖΗΝΑ ΤΟΝ ΤΑΛ
ΛΑΙΟΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΠΟΣΕΙΔΑΝ ΚΑΙ
ΤΑΝ ΑΜΦΙΤΡΙΤΑΝ ΚΑΙ ΤΑΝ ΧΑ
ΤΩΝ Κ' ΑΡΤΕΜΙΝ ΚΑΙ ΑΡΕΑ ΚΑΙ
ΤΑΝ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ ΚΑΙ ΤΑΝ ΕΛΕΥ

.....ΑΦ ΟΥ ΔΗΜΗΤΗΡ ΑΦΙΚΟΜΕΝΗ ΕΙΣ ΑΘΗΝΑΣ ΚΑ
ΡΠΟΝΕΦΤτεΥΕΝ ΚΑΙ ΠΡ.....ΠΡΑ....ΩΤΗΔ.....
τΡΙΠΤΟΛΕΜΟΥ ΤΟΥ ΚΕΛΕΟΥ ΚΑΙ ΝΕΑΙΡΑΣ ΕΤΗ ΧΗΔΔΔΔΠ ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣ ΑΘΗΝΗ
ΣΙΝ ΕΡΙΧΘΕΩΣ ΑΦ ΟΥ ΤΡΙΠΤΟλεμος
..... ΕΣΠΕΙΡΕΝ ΕΝ ΤΗΙ ΡΑΡΙΑΙ ΚΑΛΟΥΜΕΝΗ ΕΛΕΥΣΙΝΙ ΕΤΗΧ.. ΔΔΔΔΠ ΒΑΣΙΛΕΥΟΝ
ΤΟΣ

(a) Ipse quidem vereor ne certamen quidem Eleusinia vocaretur, mysteria tamen apud eos non essent. Saltem ex hoc Hesychii loco id constare non videtur. Nam Eleusinia certamina apud Thessalos quoque erant, ut diserte *Helladius* in Chrestomathia testatur: ὅτι πρῶτα μὲν τὰ Παναθήναια συνίστη, εἶτα τὰ Ἐλευσίνια ἐπὶ Πελίᾳ τεθνηκότι πρῶτον ἆθλα Θετταλοί. *Primo Panathenaea instituta sunt, deinde Peliae mortuo Eleusinia certamina instituerunt Thessali.*

(b) Hinc Eleusina Ceres in iuramento Latiorum, & Olontiorum populorum Cretae apud *Reinesium Class. VII. n.* 26.

Immo Cretes & mensi Eleusinium nomen dederant, cuius mentio in Inscriptione vetusta apud *Gruterum pag. CCXVI.*

(c) Innuere quidem videtur *Aurelius Victor*, Eleusinia sacra per Hadrianum Romam fuisse translata, sed id prorsus falsum est. Cereris quidem sacra iam olim de Graecia adsumta longe ante Hadrianum Roma percoluit. Sed illa, quae Eleusina dicebantur, numquam Romae percepta sunt, sed in Attica. Confundit igitur Aurelius sacra Cereris cum Eleusinis initiis. Ex *Salmasio*.

(d) Quum quaedam adnotare omiserim, quae satis apte Epochae Marmorum Oxonienſium sufficiunt, heic modo adscribere & illustrare, si qua pote, e re esse existimavi. Marmora ita habent.

Digitized by Google

ΤΟΣ ΑΘΗΝΩΝ ἐριχθέως.....
ΤΙΟ...Ν...ΑΤΤΟΥ ΠΟΗΣΙΝ ΕΞΕΘΗΚΕ ΚΟΡΗΣ ΤΕ ΑΡΠΑΓΗΝ ΚΑΙ ΔΗΜΗΤΡΟΣ ΖΗΤΗ
ΣΙΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΑΤΤΟΥ.....
καὶ μυθος ΤΩΝ ΤΠΟΔΕΞΑΜΕΝΩΝ ΤΟΝ ΚΑΡΠΟΝ ΕΤΗΧΗΔΔΔΠ ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣ
ΑΘΗΝΩΝ ΕΡΙΧΘΕΩΣ.....
.....ΝΟΥ ΤΑ ΜΥΣΤΗΡΙΑ ΑΝΕΦΗΝΕΝ ΕΝ ΕΛΕΥΣΙΝΙ ΚΑΙ ΤΑΣ ΤΟΥ.... μΟΥΣΑΙΟΥ ΠΟ-
ΙΗΣεΣ ΕΞΕΘΗΚΕ.....
.....ΩΣ ΤΟΥ ΠΑΝΔΙΟΝΟΣ κτλ.
——— ΑΦ ΟΥ εΝ ΕΛΕΥΣ
ΙΝΙ Ο ΓΥΜΝΙΚΟΣ

Haec quidem ita Latine verti possunt: *Ex quo Ceres Athenas advertit & fruges plantavit, & ..... Triptolemo, Celei, & Neaerae filii, anni MCXLV. regnante Athenis Erichtheo. Ex quo Triptolemus ..... seminavit in Rharia, quae dicta Eleusin, anni MCXLV. regnante Athenis ..... eorum, qui fruges exceperant anni MCXXXV. regnante Athenis Erichteo ..... mysteria edidit in Eleusine ..... & ..... Pandionis &c. Ex quo in Eleusine Gymnicus .....*

Ex hisce Inscriptionis vetustae fragmentis primum elucet tempus, quibus Ceres Athenas advenit, & Triptolemus semen iecit in Rharia, & mysteria tradita sunt, & gymnicum certamen Eleusine institutum. Ecce *Meursius* noster ostendit *Capit.* II. sub Erechtheo Rege Athenas Cererem perveniisse, & fruges serendi rationem monstrasse; nos annum, quo id factum est, ex marmore Oxonienśi intelligimus, Periodi scilicet Iulianae MMMCCCV. ante Christum MCCCCIX. Et hoc ipso anno fruges a Triptolemo satae reipsa fuere. Mysteria Eleusinia sub eodem Rege coepere, ut etiam *Cap.* III. dicitur; sed iam patet, quo anno, Periodi Iulianae videlicet MMMCCCXV. ante Christum MCCCXCIX. Gymnicum vero in Eleusine certamen, de quo *Cap.* XXVIII. *Meursius* agit, sub Pandione institutum fuisse, erui posse videatur. Certe ex iis, quae in Marmore sequuntur, cognoscitur, nnte annum Periodi Iulianae MMMCCCCXIX. post vero MMM CCCXV. institutum fuisse. Et haec quidem quoad tempora adnotata sunto, de quibus latius *Seldenus*, & *Prideaux* ad haec Oxonienśia marmora. Iam historia quoque Eleusinia illustretur. Triptolemus Celei, & Neaerae filius dicitur: hanc tamen *Ovidius Lib. IV. Fast.* Metaniram vocavit:

Matre salutata [mater Methnira vocatur]
Tangere dignata est os puerile suo.

Rharia, ubi seminavit primum Triptolemus, Eleusin dicta est: cui etiam laudatus Poeta adstipulari videtur.

——— *quo nunc Cerealis Eleusin,*
Dicitur hoc Celei rura fuisse senis.

Consule *Lib. De Popul. Attic.* in Ἐλάσεις, & superius *Cap.* XXIV. & XXVIII. Mysteria an a Musaeo instituta indicentur, haud adfirmaverim; certe tamen, si recte suppleo, iis aliquid etiam Musaeus contulit: ille enim, qui mysteria monstravit, Musaei quoque poeses exposuit, quod quidem *Caput* II. illustrare deprehenditur. Alia quaedam addens aio animadvertendum fuisse ad *Cap.* X. Mystas, quum ieiunarent, nonnisi sub noctem cibum sumsisse; id quod aperte docet saepius laudatus Poeta doctissimus;

Quae [Ceres] quia principio posuit ieiunia noctis,
Tempus habent mystae sidera visa cibi.

Vides hic ieiunium a Christianorum ieiunio non multum absimile. Sed ieiunium celebre apud Mystas esse potuit etiam ex eo, quod ieiunii conditione Persephone a Cerere ex inferis repetenda erat, de quo *Cap.* XXV. actum est, cui alium *Ovidii* locum addere lubet, apud quem Iupiter ita Cererem adfatur:

Sed si forte tibi non est mutabile pectus;
Statque semel iuncti rumpere vincla tori;
Hoc quoque tentemus, siquidem ieiuna remansit:
Sin minus inferni coniugis uxor erit.
Tartara iussus adit sumtis Caducifer alis:
Speque redit citius, visaque certa refert.
Rapta tribus, dixit, solvit ieiunia granis,
Punica quae lento cortice poma tegunt,

Quod autem *Cap.* XXVII. de Iaccho dictum est, exornari adhuc poterit observando, in antiquis sculpturis, quae triumphum, & pompam Bacchi referunt, cum eo Cererem in curru vehi solitam a Centauris tum maribus, tum feminis; & quidem talis Ceres est in veteri anaglypho, quod *Bonarotius* exhibet, a Bacchi sinistris in curru stans, hedera & ipsa caput redimita, & sinistra spicas, & papavera ferens. Hinc *Virgilius* I. *Georg.*

——— *Vos o clarissima mundi*
Lumina, labentem caelo quae ducitis annum
Liber, & alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit arista,
Poculaque inventis Acheloia miscuit uvis.

Qui quidem versus illustrantur gemma II. *Tab.* XCVI. *Tom.* I. *Mus. Florent.* ubi Ceres cum spicis, & racemis. Digna sunt quae legantur ea, quae ad huiusce rei illustrationem disserit eruditissimus *Bonarotius* in *Observ. in Nummos maximi moduli*; ubi pariter videre est varias causas, cur fax Baccho tribuatur, quae quidem lucem fenerare possunt aliquam *Capiti* XXVII. His tamen omnino adiiciendum est egregium anaglyphum Bacchanalium, quod Florentiae in aedibus Riccardianis adservatur, in quo praeter aram, lustrationem, sacra, Centaurum, Silenum, Satyrum, Bacchas, aliaque, etiam ales genius visitur facem sinistra ferens: quod quidem anaglyphum in Tabula Eleusiniis praefixa exhibemus: ut de alio anaglypho sileam, quod in sarcophago earumdem AEdium cernitur, & in quo Bacchanalia exstant, geniique facem ferentes.

FINIS.

PANA-

Digitized by Google

PANATHENAEA

SIVE

DE MINERVAE

GEMINO ILLO APVD ATHENIENSES FESTO.

LIBER SINGVLARIS.

Digitized by Google

VIRIS. CLARISS.

IANO. GRVTERO. I. C.

HIST. PROFESS.

BIBL. PAL. PRAEF.

GERARDO. IOAN. VOSSIO

COLL. ILL. HDLL.

ET. WESTFR. ORD.

REGENTI

MVSARVM. ET. GRAT.

GEMINIS. ANTIST.

GEMINIS. AMICIS

OPT. MAX.

PANATHENAEA

VNIVS. GEMINO. NOMINE. DEAE

GEMINVM. VNO. NOMINE. FESTVM

IOANNES MEVRSIVS

AMICITIAE. MONVMENTVM

DO. DICO. CONS.

LIB. MER.

A. H. M. D. M. A.

Digitized by Google

PANATHENAEA
SIVE
DE MINERVAE
GEMINO ILLO APVD ATHENIENSES FESTO.
LIBER SINGVLARIS.

CAPVT PRIMVM.

Panathenaea, festum Minervae apud Athenienses maximum.

Minervae festum apud Athenienses multo celeberrimum fuisse Panathenaea, res est omnibus satis nota. Sed quo modo celebrari illud solitum, non aeque omnibus constat. Mihi visum, quae de eo observavi, illustrandae Antiquitati, hic proponere. Mentio eius apud Hesychium. Παναθήναια. ἡ τῶν Α'θηναίων ἑορτὴ, καὶ ἀγών. *Panathenaea. Athenienſium feſtum, & ludus.* Et apud Eustathium ad Iliad. ϛ'. Ε'ορτὴ γὰρ κοινὴ πάντων Βοιωτῶν· ὥσπερ καὶ ἡ τῶν Ἰώνων, Πανιώνια. ὅμοιον καὶ τὸ, Παναθήναια. *Feſtum enim commune omnibus Boeotis: quemadmodum, & Ionibus Panionia. Simile etiam illud, Panathenaea.* Et alibi. Ὅμοίω δὴ τύπω τοῖς Πανιωνίοις, καὶ τὰ Παναθήναια ἑορτή. *Similis quidem formae Panioniis eſt quoque feſtum Panathenaea.* Minervae autem, quod iam dixi, sacrum fuisse, multi nos Auctores docent. Pollux lib. I. cap. I. sect. XXXII. ubi festa quaedam recenset. Μουσῶν, Μουσεῖα. Ε'ρμοῦ, Ε'ρμαια. Διὸς, Διάσια, καὶ Πάνδια. Α'θηνᾶς, Παναθήναια. *Muſarum, Muſea. Mercurii, Mercurialia. Iovis, Iovialia, & Pandia. Minervae, Panathenaea.* Scholiastes Euripidis Hecuba. Παναθήναια, ἑορτὴ τῆς Α'θηνᾶς. *Panathenaea, feſtum Minervae.* Theodoretus Therapeut. VII. Τούτοις καὶ ἑορτὰς, καὶ πανεγύρεις, καὶ δημοθοινίας, ἐπιτελεῖν ὁ τῶν ἀνθρώπων ἀλάστωρ ἐνομοθέτησε, Πάνδια μὲν, καὶ Διάσια, τῷ Διΐ. καὶ Η'ραια, τῇ Η'ρᾳ· καὶ τῇ Α'θηνᾷ, Παναθήναια. *Illis enim feſta, & ſolennitates, & epulas publicas, celebrare hominum pernicies conſtituit, Pandia quidem, & Iovialia, Iovi; Iunonia, Iunoni; & Minervae, Panathenaea.* Libanius Declam. XIV. Μηδ' ὁράσθω τοίνυν ὁ βωμὸς, μέχρις ἂν θεραπεύηται Παναθηναίοις μὲν Α'θηνᾷ, μυστηρίοις δὲ Δημήτηρ. *Neque videatur igitur ara, uſque dum colitur Panathenaeis Minerva, myſteriis Ceres.* Erat vero longe maximum. Scholiastes Aristophanis Νεφέλαις. Παναθήναια ἑορτὴν παρ' Α'θηναίοις εἶναι μεγίστην ᾄδεται. *Panathenaea feſtum apud Athenienſes maximum eſſe celebratur.*

CAP. II.

Prius Α'θήναια, *inde* Παναθήναια *dicta.*

AC primitus quidem Α'θήναια dicebantur. Harpocration, ubi de iis agit. Πρὸ τούτου δὲ Α'θήναια ἐκαλεῖτο, ὡς δεδήλωκεν Ι'σ[illegible] ἐν τρίτῃ τῶν Α'τθίδων (a). *Ante eum vero Athenaea dicebantur, ut indicavit Iſter in tertio rerum Atticarum.* Suidas. Τὰ δὲ Παναθήναια, πρότερον Α'θήναια ἐκαλεῖτο. *Panathenaea primitus Athenaea vocabantur.* Pausanias in Arcadicis. Οὐχὶ ἔτι δὲ τὰ παρ' Α'θηναίοις Παναθήναια τεθῆναι πρότερα ἀποφαίνομαι. τούτῳ γὰρ τῷ ἀγῶνι Α'θήναια ὄνομα ἦν. *Nondum vero ab Athenienſibus Panathenaea inſtituta fuiſſe priora decerno: nam ludo illi Athenaea nomen erat.* Invenioque eo nomine apud Scholiasten Aristophanis Avibus. Τῇ Α'θηνᾷ, Πολιάδι ὅση, πέπλος ἐγίνετο παμποίκιλος, ὃν ἀνέφερον ἐν τῇ πομπῇ τῶν Α'θηναίων. *Minervae Poliadi contigit peplus variegatus, quem efferebant in pompa Athenienſium.* Inde Παναθήναια dicta. postquam Theseus omnes Atticae inhabitatores e vicis in unas Athenas reduxisset (b). Pausanias loco iam citato. Παναθήναια δὲ κληθῆναί φασιν ἐπὶ Θησέως, ὅτι ὑπὸ Α'θηναίων ἐθέθη, συνειλεγμένων εἰς μίαν ἁπάντων πόλιν. *Panathenaea vero vocata dicunt ſub Theſeo, quia Athenienſibus poſita fuerunt, iam cunctis in unam urbem congregatis.* Vel quod Atticae populi ea celebrarent. Plutarchus Theseo. Παναθήναια θυσίαν ἐποίησε κοινήν. *Panathenaea commune fecit ſacrificium.* Scholiastes Euripidis Hecuba. Παναθήναια, ἑορτὴ τῆς Α'θηνᾶς, πάντων Α'θηναίων συνιόντων ἐκεῖσε. *Panathenaea, feſtum Minervae, omnibus Athenienſibus ad illud convenientibus.*

(a) Α'ττικῶν.

(b) Conſule *Lib. De Fortun. Athen. Cap. III.*

Digitized by Google

CAP. III.

Antiqua valde; quippe ab Erichthonio primum, Orpheove, instituta; atque a Theseo renovata.

ERant vero antiquissima; adeoque cum Eleusiniis certabant, Aristides in Panathenaica. Ε'νδοξόταλα πάντων οἱ κατὰ Ἡ Ε'λλάδα ἀγῶνες. κ᾽ μὲν τούτων πρεσβύτατ@ ὁ τῶν Παναθηναίων. ἐ δὲ βέλει, ὁ τῶν Ε'λευσινίων. *Celeberrimi ludi omnium, qui in Graecia; & illorum quidem vetustissimus est Panathenaeorum, vel si velis, Eleusiniorum.* Origo eorum ante Thesei tempora fuit; &, quum prius Α'θήναια dicerentur, ab eo Παναθήναια sunt adpellata, ut vidimus in citatis iam Pausaniae verbis. De Theseo auctore, est Plutarchi quoque locus in eius Vita. Τὸ ἄστυ, τήν τε πόλιν, Α'θήνας πρσηγόρευτε· κ᾽ Παναθήναια θυσίαν ἐπόιησε κοινήν. *Astu, & urbem Athenas vocavit. Et Panathenaea commune fecit sacrificium.* Sunt qui ad Erichthonium ea referant. Harpocration. Η"γαγε δὲ τὴν ἑορτὴν (τὰ Παναθήναια) Ε'ριχθόνι@ ὁ Η'φαίσ, καθά φασιν Ε'λλάνικός τε κ᾽ Α'νδρτίων, ἑκάτερ@ ἐν πρώτ Α'τθίδ@. *Celebravit autem festum (Panathenaea) Erichthonius Vulcani filius, uti narrant Hellanicus, & Androtion, uterque in primo libro rerum Atticarum.* Alii Orpheum auctorem faciunt. Theodoretus Therapeut. I. Καὶ τῶν Διονυσίων, κ᾽ Ἡ Παναθηναίων, κ᾽ μέντοι, κ᾽ Ἡ Θεσμοφορίων, κ᾽ τῶν Ε'λευσινίων, τὰς τελετὰς Ο'ρφεὺς, ἀνὴρ Ο'δρύσης, εἰς τὰς Α'θήνας ἐκόμισεν. *Et Dionysiorum, & Panathenaeorum, atque etiam Thesmophoriorum, & Eleusiniorum initia Orpheus, vir Odrysses, Athenas invexit* (a). Sed distinguendum est, sciendumque; duplicem festi institutionem esse: ac primae auctorem Erichthonium, sive Orpheum; a quo nempe Α'θήναια dicta: alterius Theseum, qui Παναθήναια illa adpellaverit. Video distinctionem apud Suidam. Παναθήναια, ἑορτὴ ἐπὶ τῷ ἐπὶ Θησέως γινομένη συνοικισμῷ. πρῶτον ὑπὸ Ε'ριχθονίου, τῷ Η'φαίσ καὶ Α'θηνᾶς, ὕστερον δὲ ὑπὸ Θησέως, συναγαγόντ@ τὸς δήμους εἰς ἄστυ. *Panathenaea, festum institutum ab cohabitatione sub Theseo facta, primum ab Erichthonio Vulcani filio, & Minervae, posterius ab Theseo, congregante populos in urbem.* Quae totidem verbis Apostolius Cent. XV. Proverb. LXXX. Prioris institutionis, quae ab Erichthonio facta, meminit etiam Apollodorus lib. III. Ε'ν δὲ τῷ τεμένι τραφὲις Ε'ριχθόνι@ ὑπ᾽ αὐτῆς Α'θηνᾶς, ἐκβαλὼν Α'μφικτύονα, ἐβασίλευσεν Α'θηνῶν. κ᾽ τ᾽ ἐν ἀκροπόλει ξόανον τ᾽ Α'θηνᾶς ἱδρύσαλο, κ᾽ τῶν Παναθηναίων τὴν ἑορτὴν συνεστήσατο. *In templo vero Erichthonius ab ipsa Minerva enutritus, pellens Amphictyona, regnare coepit Athenis. Ac in arce statuam Minervae erexit, & Panathenaeorum festum instituit.* Eadem mox refert AEgeum, Thesei patrem, celebrasse. Αὐτὸς δ᾽ (ὁ Αἰγεὺς) ἦκεν εἰς Α'θήνας, κ᾽ τὸν τῶν Παναθηναίων ἀγῶνα ἐπετέλει. *Ipse vero (AEgeus) contendit Athenas, & Panathenaeorum ludum celebrabat.* Vocat ille utrobique, pro sui aevi adpellatione, Παναθήναια, quae tunc temporis Α'θήναια indigetata. Idem facit Diodorus Siculus Biblioth. lib. IV. Τῶν δὲ Μίνωος υἱῶν Α'νδρόγεως μὲν εἰς τὰς Α'θήνας κατήντησε, Παναθηναίων συντελουμένων, Αἰγέως βασιλεύοντ@. *Minois autem filiorum unus Androgeus Athenas venit, Panathenaeis exactis, AEgeo regnante.*

CAP. IV.

Nonnullis eadem cum Quinquatribus Romanorum existimata, itaque nomina apud Auctores commutata.

SVnt qui eadem cum Quinquatribus Romanorum existimaverint, aut Quinquatria eadem cum Panathenaeis. Itaque est apud Charisium lib. I. *Quinquatrus.* Παναθήναια. Et Auctores, qui res Romanas Graece scribunt, Quinquatrus vocant Παναθήναια. Dionysius Halicarnasseus Antiquit. Rom. lib. II. Ε'ορτὴ δ᾽ αὐτῶν ἐσι περὶ τὰ Παναθήναια, τῷ καλουμένῳ Μαρτίῳ μηνί. *Festum autem eorum incidit circa Panathenaea in mense Martio.* Dion Cassius lib. LXVII. & ex eo totidem verbis. Xiphilinus in Domitiano. Καὶ τὰ Παναθήναια μεγάλως ἑόρταζε. *Et Panathenaea splendide celebravit.* Et Athenaeus, rem quae Romae gesta narrans lib. III. Τῆς δ᾽ τῶν Παναθηναίων ἑορτῆς ἐπιτελουμένης, δι᾽ ἣν κ᾽ τὰ δικαστήρια ὐ συνάγεται, ἔφη, γενέθλιός ἐσι τῆς Α'λέκτορ@ Α'θηνᾶς. *Quum vero celebraretur Festum Panathenaeorum, propter quod nec tribunalia coguntur, dixit, natalis dies virginis Minervae.* Vt autem Graeci Quinquatrus Romanorum Παναθήναια interpretantur, ita τὰ Παναθήναια Athenienses vicissim Quinquatrus vertit Plinius lib. XXXV. cap. XI. *Simus (pinxit) iuvenem requiescentem in officina fullonis, Quinquatrus celebrantem.*

CAP. V.

Per quot dies celebrari ea solita.

INitio uno tantum die celebrata. Adparet ex Thucydidis loco lib. VI. Περιέμενον δὲ Παναθήναια τὰ μεγάλα, ἐν ᾗ μόνον ἡμέρᾳ ὐχ ὕποπλον ἐγένετο (b), ἐν ὅπλοις τῶν πολιτῶν τὰς ἢ πομπὴν πέμψοντας (c) ἀθρόους γιγνέσθ. *Expectans Pa-*

(a) Primam Panathenaeorum institutionem Anonymus Graecorum Epocharum Scriptor in Oxonienſibus marmoribus ad Amphictyonem regem referre videtur, quod forte tunc agonem hunc instituendi consilium ceptum est, vel alia de caussa: Α'φ' ὃ Ε'λλη ὁ Δευκ.....ωτιδ@ ἐβασίλευσε κ᾽ Ε'λληες ὠνομάσθησαν τὸ πρότερον Γραικοὶ καλέμενοι, ἐ τ᾽ ἄγωνα Παναθ...ναι.....ω ΧΙΙΗ[Δ]ΠΙ βασιλευοντ@ Α'θήνων Α'μφικτύον@. *Ex quo Hellen Deucalionis F. in Phthiotide regnavit, & Hellenes nominati sunt, qui antea Graeci adpellati, & certamen Panathenaeorum..... MCCLVII. regnante Athenis Amphictyone.* Anno scilicet Per. Iulianae MMMCXCIII. ante Christum MDXXI. Certum tamen ex eodem auctore esse videtur, Panathenaea primum celebrata fuisse sub Erichthonio Rege, ita enim ex intervallo scribit: .....θόνι@, Παναθηναίοις τοῖς πρώτοις γνομένοις, ἅρμα ἔζευξε, κ᾽ τ᾽ ἄγωνα ἐδείκνυε κτλ. ἔτη ΧΗΗΔΔΔΔΙΙ, βασιλευοντ@ Α'θήνων Ε'ριχθονίε τῦ τὸ ἅρμα ζεύξαντ@..... *Erichthonius, Panathenaeis primo celebratis, currum iunxit, & certamen edidit, &c. anni MCCXLII. regnante Athenis Erichthonio, qui currum coniunxit.* Primo igitur Panathenaea celebrata fuere anno Per. Iulian. MMMCCVIII. ante Christum MDVI.

(b) Editio Amsteledamensis anni 1731. ἐγίγνετο.

(c) Laudata editio: πέμψαντας.

Digitized by Google

Panathenaea magna, quo ſolum die non ſuſpectum fiebat, cives pompam ſequuturos armis inſtructos plures coire. Poſtea in plures prolatum. Scholiaſtes Euripidis Hecuba. Τὰ Παναθήναια, ἑορτὴ τῆς Ἀθηνᾶς, πάντων Ἀθηναίων συντόντων ἐκεῖσε, καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, πολλὰς ἡμέρας πανηγυριζόντων. *Panathenaea, feſtum Minervae, omnibus Athenienſibus ad illud convenientibus, reliquiſque Graecis, multos dies feriantibus.* Idque factum ornatus, & magnificentiae cauſa. Ariſtidis id verba indicant in Panathenaica. Ἐνθυμητέον καὶ ἀπ' αὐτῆ τῆ συμβόλῳ τῶν λόγων, ὅτι οὐδὲ τὴν τῶν Παναθηναίων αὐτῶν ἑορτὴν ἡμῖν μιᾶς ἡμέρας ἀνάγκη μετρεῖν. ἀλλ', εἴ γε καὶ τοῦτο δεῖ, προσθεῖναι καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἡμερῶν, κόσμου χάριν, καὶ σεμνότητος, ἀνεῖται. *Colligendum etiam ex ipſo argumento orationum, quod neque ipſorum Panathenaeorum feſtum nobis uno die neceſſe ſit metiri. Sed etiam ſi illud placuerit, praeſtat, addere multitudinem quoque dierum, ornatus, & celebritatis gratia.* Et ecce prima eorum nox commemoratur apud Epictetum Ἀπομνημονεύμασι in Eclogis Stobaei, quas penes me ἀνεκδότους habeo. Ἐν τῇ προτέρᾳ νυκτὶ τῶν Παναθηναίων ἐδόκει ὁ Ἵππαρχος ἂν δὲ οἱ ἐπιστάντα μέγαν, καὶ εὐειδέα, αἰνίττεσθαι τάδε τὰ ἔπεα. *In priore nocte Panathenaeorum ſomniabat Hipparchus ſibi virum adſtantem magnum, & ſpecioſum, obſcure haec verba ſignificare.* Sed corrupta illic verba ita reſtituo. ἐ. ὁ Ἵππαρχος ἄνδρα οἱ ἐπιστάντα μ.

CAP. VI.

Ac duplicia quidem erant; illa, Minora: iſta, Maiora. Scholiaſtae Ariſtophanis ingens error indicatus. Quo item utraque tempore acta. Circa minora aperiri mare coeptum.

SCiendum vero duplicia fuiſſe; illa Minora, iſta Maiora adpellata. Atque illa quotannis, iſta quinto demum anno agitata. Suidas. Διττὰ Παναθήναια ἤγετο Ἀθήνησι· τὰ μὲν, καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. τὰ δὲ, διὰ πενταετηρίδος. ἃ καὶ μεγάλα ἐκάλουν. *Duplicia Panathenaea celebrabantur Athenis. Alia quidem, per ſingulos annos; alia vero, per quinquennium; quae etiam magna vocabant.* Quae totidem verbis ante illum Harpocration dixerat, quem tranſcripſit, uti ſolet. Anonymus in Argumento Midianae Minora tertio quoque anno, non quotannis, celebrari conſueviſſe nobis refert. Διάφοροι παρὰ Ἀθηναίοις ἦγοντο ἑορταὶ, ἐν αἷς ἦν τὰ Παναθήναια. ἄπερ ἦν διττὰ, μικρά τε, καὶ μεγάλα· καὶ τὰ μὲν μεγάλα, κατὰ πενταετηρίδα ἐτελεῖτο· τὰ δὲ μικρὰ, κατὰ τριετηρίδα. *Diverſa apud Athenienſes celebrabantur feſta, inter quae erant Panathenaea. Verum haec erant duplicia, parva & magna. Magna quidem per quinquennium perficiebantur; parva vero per triennium.* Magnus error eſt Scholiaſtae Ariſtophanis, qui Minora ulla fuiſſe negat. Ad iſtum enim Pace verſum.

Καὶ σοὶ τὰ μεγάλ' ἡμεῖς Παναθήναι' ἄξομεν.
Et tibi magna nos Panathenaea celebrabimus.

Ita notat. Οὐχ ὡς καὶ μικρῶν ὄντων τοῦτό φησιν, ἀλλ' αὔξων τὴν χάριν. *Non illud dicit, ac ſi parva quoque fuerint, ſed gratiam tantum auctaturus.* Minora celebrata poſtridie Bendideorum; id eſt, xx. menſis Thargelionis: maiora vero, Hecatombaeonis xxiii. Proclus in Timaeum Platonis Comment. i. Εἰ δὲ, ὡς ἐξῆς ῥηθήσεται, καὶ Παναθηναίων ὄντων ὑπόκειται, δῆλον ὅτι τὰ μικρὰ ἦν ταῦτα τὰ Παναθήναια. τὰ γὰρ μεγάλα, τῷ Ἑκατομβαιῶνος ἤγετο τρίτῃ ἀπιόντος. *Si vero, ut deinceps dicetur, & Panathenaeis exſiſtentibus ſubiicitur, manifeſtum eſt quod parva fuerint illa Panathenaea. Magna enim peragebantur tertio die Hecatombaeonis finientis.* Dixi minora poſtridie Bendideorum acta; unde eſt, quod poſtea ait, & haec, & iſta, circa idem tempus fuiſſe. Ἐν τοῖς μικροῖς (Παναθηναίοις) ταῦτα γὰρ περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐπετελεῖτο τοῖς Βενδιδείοις. *In parvis (Panathenaeis) haec enim circa idem Bendidiis tempus peragebantur.* Et alibi iterum ſatis clare. Ὅτι γε μὴν Παναθήναια (τὰ μικρὰ) τοῖς Βενδιδείοις εἵπετο, λέγουσιν οἱ ὑπομνηματισταί. καὶ Ἀριστοτέλης ὁ Ῥόδιος ἱστορεῖ, τὰ μὲν ἐν Πειραιεῖ Βενδίδεια τῇ εἰκάδι τοῦ Θαργηλιῶνος ἐπιτελεῖσθαι, ἕπεσθαι δὲ τὰς περὶ τὴν Ἀθηνᾶν ἑορτάς. *Quia Panathenaea (parva) ſequebantur Bendidia, dicunt commentatores. Et Ariſtoteles Rhodius narrat, Bendidia in Piraeeo vigeſimo die Thargelionis celebrari, ſequi vero quae ad Minervam ſpectant feſta.* Vbi obſerva, vigeſimum diem Bendideis adſignari ab Ariſtotele illo Rhodio; quum alii dicant, decimo nono celebrari conſueviſſe. Verum leve id diſcrimen, & unius tantum diei. Et Minoribus aperiri quidam mare, ac navigari iterum coeptum, nobis tradunt; quod alii Dionyſiis vernis adſcribebant. Eſt in hanc rem iſte Ariſtotelis locus, Περὶ ζώων γενέσεως lib. i. Ἐκ τῶν Παναθηναίων ὁ πλοῦς. *Ex Panathenaeis navigatio.* Nam de Minoribus capi debet; quum Maiora Hecatombaeone, ſive Iunio, agerentur. Ac de iſtis κατ' ἐξοχὴν loqui cenſendus Maximus Tyrius, quum a vere ea ſeparat, quo minora peragebantur Diſſert. xxxiii. Καὶ διέλαχον αὐτοῖς ὧραι τὰς ἡδυνάς. ἦρ-

(a) Magnorum Panathenaeorum mentio in egregia Inſcriptione apud *Sponium*, quae ita habet.

ΚΑΤΑ ΤΟ ΕΠΕΡΟΤΗΜΑ ΤΗΣ ΕΞ
ΑΡΕΟΥΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗΣ ΚΑΙ ΤΗΣ
ΒΟΥΛΗΣ . . . . . .
ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ
ΤΟΝ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΗΝ ΤΟΥ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΝ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙΣ
ΑΡΧΗΝ ΚΑΙ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΗΝ
ΕΠΟΝΥΜΟΝ ΑΡΧΗΝ ΚΑΙ ΠΑ
ΝΗΓΥΡΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ ΚΑΙ ΑΓΩ
ΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ ΤΩΝ ΜΕΓΑ
ΛΩΝ ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΩΝ ΟΙΚΟ
ΘΕΝ ΙΕΡΑ ΠΑΝΑΓΗ· Π. ΕΡΕΝ.
ΔΕΞΙΠΠΟΝ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΕΡ
ΜΕΙΟΝ ΤΟΝ ΡΗΤΟΡΑ ΚΑΙ
ΣΥΓΓΡΑΦΕΑ ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΑ
ΟΙ ΠΑΙΔΕΣ

Digitized by Google

ρ@, Διονύσια, μετοπώρῳ, μυσήρια. ϗ ἄλλην ὥραν ἔχει ἄλλῳ θεός. Παναθήναια, Σκιρροφόρια, Ἅλωα, Ἀπατούρια. *Et dividebant apud ipsos anni tempora voluptates. Vere Dionysia. Autumno mysteria. Et aliam anni partem alius Deus obtinet. Panathenaea, Scirrhophoria, Haloa, Apaturia* (a).

(a) *Sam. Petit. Comm. ad Leg. Attic. De tempore disputatur, quo* Minora *celebrabantur: Nam Viri Clarissimi censent celebrata esse vere, &c.* & quum argumenta alia retulisset subdit: *Tertium argumentum petunt ex eo quod postridie* Bendidiorum *lampade certatum est. Plato Lib. I. Polit.* Κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ προσδόξομέν τε τῇ Θεῷ, ϗ ἅμα τὴν ἑορτὴν βουλόμεθα διάσασθαι τινα τρόπον ποιήσουσιν, ἅτε νῦν πρῶτον ἄγοντες. προσδεξάμενοι ϑ ϗ διαβήσαντες, ἀπῆμεν πρὸς τὰς ἄσυ. καθιδὼν ἔν πόρρωθεν ἡμᾶς οἰκαδε ὁρμηδύνς Πολέμαρχος ὁ Κεφάλυ, ἐκέλευσε δράμοντα τ παῖδα τ ἐμοὶ ἐκελεῦσαι. ϗ ὀλίγῳ ὕστερον ὅ, τε Πολέμαρχος ἦκε, ϗ ἄλλοι τινες ὡς ἀπὸ τῆς πομπῆς. ὁ ὖν Πολέμαρχος ἔφη, ὦ Σώκρατες, δοκεῖ τέ μοι πρὸς ἄσυ ὁρμῆσθαι ὡς ἀπιόντες, ἢ τοιυν τύτων (ἔφη) χρείττυς γίνεσθε, ἢ μένετ' αὐτοῦ. ἆρα γε (ἦ δ' ὃς) οὐδ' ἴστε ὅτι λαμπὰς ἔσαι πρὸς ἵππειραν ἀφ' ἵππων τῇ Θεῷ; ἀφ' ἵππων, ἦν δ' ἐγώ; καιόν γε τοῦτο. λαμπάδια ἔχοντες διαδώσουσιν ἀλλήλοις, ἀμιλλώμενοι τοῖς ἵπποις; ἢ πῶς λέγεις; ἔτως ἔφη ὁ Πολέμαρχος. ϗ πρός γε παννυχίδα ποιήσουσιν, ἣν ἄξιον θεάσασθαι. ἐξαναστησόμεθα γοῦν μετὰ τὸ δεῖπνον, ϵ τὴν παννυχίδα θεασόμεθα. ἦ μὴν ἔν οἰκαδε εἰς τεῦ Πελεμάρχυ. *Ego vero nullus dubito,* Panathenaea Minora *eodem tempore celebrata fuisse, quo* Maiora, *nempe Hecatombaeone mense iam adfecto. Argumenta vero, quae contra adferuntur, tantum abest ut adstruant Viri Clarissimi sententiam, ut contra, si Procli unius verba excipias, hinc validissimae fabricentur machinae, quibus evertatur plane: Nam, ut ὑστερον πρότερον dicamus, Platonis verba huic maxime adversantur viri magni sententiae: Lampadis enim certamen, de quo Plato, fiebat in honorem* Dianae, *non autem* Minervae. *Plato quippe eamdem designat Deam, his verbis,* λαμπὰς ἔσαι πρὸς ἑσπέραν ἀφ' ἵππων τῇ Θεῷ, *quam indicavit paulo ante istis:* κατιὼν χθὲς εἰς τὸν Πειραιᾶ προσδεξόμενός τε τῇ Θεῷ, ϵ ἅμα τὴν ἑορτὴν βουλόμενος θεάσασθαι. *Neque enim quidquam addit, quo alteram ab altera distinguat. Atqui certum est, primis Dialogi verbis* Dianam *intelligi, cuius honori* Bendidia *celebrabantur in Piraeeo. Adde quod Socrates inducitur tanquam plane ignarus eorum, quae post pompam* Bendidiorum *fieri debebant, nempe & futuri lampadum certaminis, & pervigilii. Redit enim e Piraeeo in urbem, quasi nihil amplius sibi videndum supereresset. Attamen si Lampadum certamen, de quo Plato, si pervigilium peracta fuissent in honorem* Minervae, *ea ignorare non poterat, tamquam nova, Socrates, ut quae iam ab ipso Theseo aevo, aut paulo post, essent instituta, si excipias, Lampadum certamen in equis decertasse; quod plane novum & inauditum: Fuerunt igitur & pervigilium illud, & Lampadum certamen, quorum hic meminit Plato, pars festi* Bendidiorum: *Quare utrumque in Piraeeo peragebatur, eaque de caussa in Piraeeo remanent: Erat enim domus Polemarchi in ipso Piraeeo; unde dicebat Socrati Cephalus Polemarchi pater, quum ad eum domum venisset:* ὦ Σώκρατες, οὐδὲ παμπόλυς ἡμῖν καταβαίνων εἰς τ Πειραιᾶ. *Lampadis vero certamen, quod* Panathenaeis *certabatur, in Ceramico extra urbem, sive in Academia peragebatur:* λαμπαδηδρομίαι γίνονται τριῶν ὑπὲρ τῷ Κεραμικῷ, Ἀθηνᾶς, Ἡφαίστυ Προμηθίως, *inquiunt veteres ad Aristophanem Magistri: Ceramicum autem a Piraeeo longe distabat. Quod vero ad Proclum attinet, facile illi imposuit Aristoteles Rhodius, cuius verba laudat:* τὰ μὲν ἐν Πειραιῖ Βενδιδεια τῇ εἰκάδι τοῦ Θαργηλιῶνος ἐπιτελεῖσθαι, ἔπισθαι ϑ τας περὶ τὴν Ἀθηνᾶν ἑορτάς. *Non enim intelligit Aristoteles Rhodius* Panathenaea, *sed potius* Καλλυντήρια ϵ Πλυντήρια *festa, quae in honorem* Minervae *celebrabantur, de quibus multa Vir magnus in Lexicis Atticarum Lectionum, & Graeciae Feriatae. Plynteria celebrantur die vicesimo quinto Thargelionis mensis, ut e Plutarcho in Alcibiade constat: de Callynteriis nihil habemus certi dicere: coniecturae tamen si quis locus, putem illud festum coniiciendum in diem vicesimum secundum Thargelionis: nam die vicesimo Thargelionis, ut auctor est Aristoteles Rhodius,* Bendidia *celebrabantur. Postridie sermones de Republica habentur apud Platonem:* κατιὼν χθὲς εἰς Πειραιᾶ προσευξόμενός τε τῇ Θεῷ, ϵ ἅμα τὴν ἑορτὴν βουλόμενος θεάσασθαι. *Die vero insequenti, qui vicesimus secundus est Thargelionis, fingitur haberi sermo, qui Timaeus inscribitur: Atque is dies* Minervae *sacer est. Maioris momenti ad firmandam Viri Clarissimi sententiam videtur Aristotelis Satigiritae locus, sed videtur tantum, nam revera nil minus praestat, quam quod adstruunt: neque enim intelligendus est, ut interpretantur, quasi tunc primum a* Panathenaeis *maria aperirentur; hoc enim falsum est: nam Elaphebolione mense a* Dionysiis *aperiebantur. Theophrastus:* ϵ τὴν θάλατταν οὐκ Διονυσίων πλώιμον εἶναι· *neque dixit Aristoteles,* τὴν θάλατταν Παναθηναίων πλώιμον εἶναι, *sed* τ πλοῦν, *quod longe aliud est. Trierarchiae* [*quod munus fuisse apud Athenienses gravissimum omnes norunt*] *legitimum tempus annus erat. Strategi autem ad obeundam Trierarchiam vocabant, & censum delectumque habebant: iam vero Strategi magistratum suum adibant Hecatombaeone mense, quo novo Trierarchis triremes instruere imperabant, & iudicia περὶ τριπαρχίας ϵ ἀντιδοσιως reddebant, ita ut circa vertentem Hecatombaeonem triremes e portu solverent, unde dixit Aristoteles,* οἷς οὐκ τ Παναθηναίων ὁ πλοῦς. *Longe autem ante Thargelionem* [*ne* Panathenaea *dicam*] *aperiebatur mare, nempe Elaphebolione mense a Dionysiis, ut e Theophrasto diximus, & paria facit cum observatione Vegetii Lib. V. cap. IX.* Sequitur mensium dierumque tractatus: Neque enim integro anno vis atque acerbitas maris patitur navigantes, sed quidam menses aptissimi, quidam dubii, reliqui classibus intractabiles sunt lege naturae. Phaenitae decursu, id est, post ortum Pleiadum a die sexto Kalendarum Iuniarum, usque ad Arcturi ortum, id est, in diem octavum decimum Kalendarum Octobrium, secura navigatio creditur, quia aestatis beneficio ventorum acerbitas mitigatur: ita post hoc rempus usque in tertiam Idus Novembris incerta navigatio est, & discrimini propior, propterea, quia post Idus Septembris oritur Arcturus vehementissimum sidus. Et octavo Kalendas Octobris aequinoctialis evenit acerba tempestas. Circa Nonas vero Octobris Haedi pluviales, quinto Idus eiusdem Taurus. A Novembri autem mense crebris tempestatibus navigia conturbat Vergiliarium hiemalis occasus. Ex die igitur tertio Iduum Novembris usque in diem sextum Iduum Martiarum, maria clauduntur: Nam lux minima; noxque prolixa; nubium densitas, aeris obscuritas, ventorum, imbri, vel nivibus geminata saevitia, non solum classes pelago, sed etiam commeantes a terrestri itinere deturbat. Post natalem vero [ut ita dicam] navigationis, qui solenni certamine, publicoque spectaculo multarum gentium celebratur, plurimorum siderum, ipsiusque temporis ratione, usque in Idus Maias periculose maria tentantur, non quod negotiatorum cesset industria, sed quia maior adhibenda est cautela, quando exercitus navigat cum Liburnis, quam cum privatorum mercium festinat audacia. *Mendosum est illud* Phaenitae decursu, *& MSS. codices habent partim,* flagrante decursu, *partim* pagnitae. *Vir maximus Hadrianus Turnebus testatum reliquit se in suo exemplari reperisse,* Phagnitae decursu; *indeque faciendum censuit,* Pharmuti decursu: *nam AEgyptii mensis nomenclatura est, de quo in Epigrammate Graeco,*

Εἰαρινῶν Φαρμοῦτί ῥοδον πρωτάγγελός ἐσι.

Verum emendatio maximi viri non potest probari, quia Pharmuthi, *qui mensis AEgyptiacus fixus intelligitur in anno Iuliano, incipit die vicesimo septimo Martii Iuliani: ergo tempus non convenit: nam inter mensem* Pharmuthi, *& diem sextum Kalendarum Iuniarum intercedit mensis* Pachon, *dieque sextus Kalendarum Iuniarum est secundus mensis* Payni. *Quare putem potius legendum esse apud Vegetium,* Phoeniciae decursu: *Est enim* Phoenicias *ventus, cuius meminerunt Plinius, itemque Aristoteles* Μετεωρολογικῶν *Lib. II. cap. VI.* & ex intervallo. *Altero igitur ante Thargelionem mensem maria aperiebantur, Elaphebolione scilicet,* ὁκ τ Διονυσίων, *id est, circa Liberalia: nam Liberalibus ipsis socii, quorum plerique insulani, tributum Athenas importabant. Scholiastes Comici au haec ex Equitibus verba:*

Οὐ γάρ μι καὶ νὺν Ἀφβαλὴς Κλεων, ὁτι
Ξενων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λεγω.

Εἶτε γ δρᾶμα τὰς Βαβυλωνίας, τῇ τ Διονυσίων ἑορτῇ, ἢ τις ἐν τῷ ἔαρι ἐπιτελεῖται, ἐν ᾧ ἔφερον τὰς φόρυς οἱ συμμαχοι. *Quare in ius vocare solebant hospites insulanos au Munychionem mensem. Aristophanes Avibus.*

Καλοιμαι Πεισθέταιρον ὑοῤῥεως
Εἰς τ Μυνχιῶνα μῆνα.

Scholia: τῷ γ Μυνχιῶνι μηνὶ τοῦ ἔαρος δικάζονται αἱ πρὸς τὰς ξένους δίκαι. *Munychionem vero excipiebat Thargelion. Probat quoque* Minora *atque* Maiora Panathenaea *eodem tempore celebrata fuisse, quod in* Minoribus *eadem agebantur, quae in* Maioribus, *si excipias peplum, qui inferebatur tantum* Maioribus Panathenaeis; *Sed facile est aemonstrare* Panathenaea *quoque* Minora *agitata fuisse mense Hecatombaeone. Psephisma ab Epicrate scriptum est die undecimo Hecatombaeonis* ἐπὶ τῇ τ Παναθηναίων προφάσει. *Habes in ipso Psephismate:* ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος, πρώτης ἐνδεκάτη τῆς πρυτανείας, Ἐπικράτης εἶπεν, ὅπως ἂν τὰ ἱερὰ θυηταί τις, καὶ ὁ διοικησις ἱκανη γίνηται, ϵ εἴ τινος ἐνδεῖ πρὸς τὰ Παναθήναια, διοικηθῇ, τὰς Πρυτάνεις τὰς τῆς Πανδιονίδος καθίσαι νομοθέτας αὐριον. *Die sequenti Legem scripsit Timocrates, ob quam dica illi scripta est* τ Δημόυ. *Eodem autem anno accusatus est Timocrates, quo Legem scripsit: nam nisi intra vertentem annum, quo Lex scripta erat, accusatio instituetur, in nullam incurrebat poenam:* νόμους γ ἦν τ γράψαντα νόμον ἢ ψήφισμα, μὴ ἐναυτὸν, μὴ εἶναι ὑπεύθυνον. *Atqui* ὑπεύθυνος *erat Timocrates, ut ex hac oratione constat, itaque Oratio* κατὰ Τιμοκράτους *inscribitur; Quare intra annum, quo Legem tulit Timocrates, scripta est haec Oratio* κατὰ Τιμοκράτους. *Idque acciuit* Theodemo *sive* Euthydemo *Athenis* Archonte. *Dionysius Halicarnassseus in Epistola ad Ammaeum:* ἐπὶ γ Θεοδήμου τοῦ μὴ Διότιμον ἄρξαντος, τόν τε κατὰ Τιμοκράτους λόγον ἔγραψε Διοδώρῳ τῷ κρίνοντι ὠδαμόθεν τ Τιμοκράτη. *Vertebat annus quartus Olympiadis sextae supra centesimam, ut videre est apud Anonymum in Descriptione Olympiadum, annum IV. Olympiadis CVI.* ΘΕΟΔΗΜΟΣ· οἱ δὲ ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ. ὁ κατὰ Τιμοκράτους λόγος Δημοσθένους. *His ita disputatis, certum est* Panathenaea, *quorum praetextu Legem rogavit Timocrates die duodecimo mensis Hecatombaeonis anni quarti Olympiadis centesimae sextae, fuisse* Panathenaea Minora: *nam* Maiora *tertio quoque anno Olympiadis celebrabantur: Atqui* Panathenaea, *quorum praetextu Legem rogavit Timocrates, celebrata sunt mense Hecatombaeone: Unde necessario sequitur* Panathenaea Minora *celebrata fuisse mense Hecatombaeone, quemadmodum &* Maiora, *non autem Munychione mense, ut volebant Viri eruditissimi.*

Digitized by Google

CAP. VII.

Et certamen in minoribus celebratum; idque triplex. Eius cura Athlothetis demandata. Illi quot, & unde lecti; ac quamdiu munere isto fungi soliti.

IN minoribus certamen erat. Hesychius. Παναθήναια, ἡ τῶν Ἀθηναίων ἑορτὴ, καὶ ἀγών, *Panathenaea, Athenienſium feſtum, & ludus.* Apollodorus lib. III. Ἦλθεν εἰς Ἀθήνας, καὶ τὸν τῶν Παναθηναίων ἀγῶνα ἐπετέλει. *Pervenit Athenas, & Panathenaeorum ludum celebravit.* Ariſtides in Panathenaica. Ἐνδοξότατοι πάντων οἱ κατὰ τὴν Ἑλλάδα ἀγῶνες. καὶ μὲν τούτων περισβύτατος, ὁ τῶν Παναθηναίων. *Celeberrimi omnium ſunt ludi, qui per Graeciam celebrantur. Et eorum quidem vetuſtiſſimus Panathenaeorum.* Pauſanias Arcadicis. Τούτῳ γὰρ τῷ ἀγῶνι Ἀθήναια ὄνομα ἦν, Παναθήναια δὲ καλεῖσθαι φασιν ἐπὶ Θησέως. *Illi enim ludo Athenaea nomen erat, Panathenaea vero vocatum dicunt ſub Theſeo.* Et quidem triplex: equeſtre unum, alterum gymnicum, tertium muſicum; eorumque omnium cura Athlothetis (a) demandata, qui decem lecti, ex unaquaque tribu ſinguli, annos quatuor Magiſtratu fungebantur. Pollux lib. VIII. cap. IX. ſect. VI. Ἀθλοθέται δέκα μέν εἰσιν, εἷς κατὰ φυλήν. δοκιμασθέντες δὲ, ἄρχουσι τέτταρα ἔτη, ἐπὶ τῷ διαθεῖναι τὰ Παναθήναια, τόν τε μουσικὸν, καὶ τὸν γυμνικὸν, καὶ τὴν ἱπποδρομίαν. *Arbitri quidem decem ſunt, unuſquiſque ſecundum tribum. Probati vero imperant quatuor annos, ad Panathenaea ordinanda, muſicum, & gymnicum, & equeſtre certamen.* Ac muſici quidem certaminis, gymnicique meminit Ariſtides in Panathenaica. Σύνισμεν δὲ δήπου καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν γυμνικὸν, καὶ ἔτι μᾶλλον τὸν τῆς μουσικῆς, οὐκ ἐπάσαις ὁριζόμενον, ἀλλ' ἐφ' ἑκάστῃ τελευτῶνθ', ὡς εἰπεῖν, τῇ ἡμέρᾳ. *Novimus vero etiam certamen gymnicum, & multo magis muſicum, non ſemel deſtinatum, ſed ſingulis diebus, ut ita dicam, finiens.*

[a] *Pet. Faber Lib. I. Agoniſtici Cap.* XVIII. probat Athlothetas, & Agonothetas eosdem fuiſſe, id quod mirabiliter confirmat *Pollucis* locus, qui ſequitur. Et quoniam raro id nominis in vetuſtis Inſcriptionibus occurrit, Inſcriptionem hic adferemus, in qua Athlotheta nominatur, & eſt apud *B. Montemfalconium Diar. Italic. Cap.* XIV.

ΑCΙΔΟC ΑΡΧΙεΡΗΟCΑΙ
ΑΝΚΛΥΤΟΥ ΤΙεΑ ΜΙΘΡΟΥ
ΛΟΥΚΙΟΝ ΑΘΛΟΘεΤΗΡΑΠΑ
ΤΡΗC CΜΥΡΝΗC εΡΑΤΙΝΗΣ
ΕΥΓΕΝΙΑΝ CΟΦΙΑΙCΙ ΚεΚΑC
ΜΕΝΟΝ εΞΟΧΟΝ ΑΝΔΡΩΝ
ΑΙCΩΝΙΟΝ ΔΑΠΕΔΟΝ ΒΩΜ
ΟC ΘΟΔε ΣΗΜΑ ΤΕ ΚΡΥΠΤεΙ.

CAP. VIII.

Primo equeſtre agitatum, idque lampadarium erat. Ab initio pedeſtre, quando equeſtre eſſe coeperit. Quonam tempore, item ubi celebratum.

PRimo die equeſtre [b] actum. Obſervo apud Platonem De Rep. lib. I. Dicit enim pridie ſe deſcendiſſe in Piraeeum ad ſpectanda Bendidea. Ecce verba. Κατέβην χθὲς εἰς τὸν Πειραιᾶ μετὰ Γλαύκωνος τοῦ Ἀρίστωνος, προσευξόμενός τε τῇ θεῷ, καὶ ἅμα τὴν ἑορτὴν βουλόμενος θεάσασθαι. *Deſcendi pridie in Piraeeum cum Glaucone Ariſtonis filio, precaturus Deam, & ſimul volens feſtum ſpectare.* Ac non multo poſt ſubiungit, Λαμπὰς ἔσται πρὸς ἑσπέραν ἀφ' ἵππων τῇ θεῷ. *Lampas erit ad veſperam ex equis Deae.* Iam ſupra dixi, Panathenaea haec minora poſtridie Bendideorum inchoata; itaque clarum eſt, primum certamen equeſtre fuiſſe. Meminit eius Plutarchus Phocione. Τὸ υἱῷ βουλομένῳ ἀγωνίζεσθαι, ἀποβάτην ἀφῆκεν, οὐχὶ τῆς νίκης ὀρεγόμενος, ἀλλ' ὅπως ἐπιμεληθὲς καὶ ἀσκήσας τὸ σῶμα, βελτίων ἔσοιτο. *Filium volentem certamen inire, deſcenſorem demiſit, non victoriam adpetens, ſed ut meditans, & corpus exercens, melior fieret.* Et Xenophon in Symposio. Ἦν γὰρ Παναθηναίων τῶν μεγάλων ἱπποδρομία. *Erat enim Panathenaeorum magnorum equeſtre certamen.* Item Athenaeus lib. IV. Νικήσαντος γὰρ αὐτοῦ ἵπποις Παναθηναίοις, &c. *Vincente igitur ipſo equis Panathenaeis.* Eratque idem lampadarium. Plato loco iam citato. Λαμπὰς ἔσται πρὸς ἑσπέραν ἀφ' ἵππων τῇ θεῷ. *Lampas erit ad veſperam ab equis Deae.* Lampade autem Panathenaeis certatum fuiſſe, quemadmodum Prometheis, & Vulcanalibus docet Ariſtophanis Scholiaſtes Ranis. Ὁ τῆς λαμπάδος ἀγὼν τρίτον Ἀθήνησιν ἦγετο. κατὰ τὰ Προμήθια, Ἡφαίστεια, Παναθήναια. *Lampadis certamen triplex Athenis celebrabatur. In feſto Prometbei, Vulcani, & Panathenaeorum.* Et Harpocration. Τρεῖς ἄγουσιν Ἀθηναῖοι ἑορτὰς λαμπάδος, Παναθηναίοις, Ἡφαιστείοις, καὶ Προμηθέοις. *Tria celebrant Athenienſes feſta lampadis, in Panathenaeis, Vulcanalibus, & Prometheis.* Et obſervare eſt apud Ariſtophanem Ranis, ubi ita Bacchus loquitur:

Μὰ Δί' ἐὰν δῆθ' ὡς ἀπεφανάθλω,
Παναθλωαίοισι γελῶν, ὅτε δὴ

Βρα-

Ο ΚεΙΝΗCΑC ΤΟΝ ΒΩΜΟΝ
Η ΑΛΛΟΝ εΚ ΤΟΥ ΤΑΦΟΥ
ΑΠΟΔΩCεΙ ΔΗΜΩ ΡΩΜΑΙΩΝ
ΔΗΝΑΡΙΑ ΠΕΝΤΑΚΙCΧΙΛΙΑ

Vbi tamen, ut vides non Ἀθλοθέτης, ſed Ἀθλοθέτηρ Lucius ille adpellatur.

(b) Ludi Equeſtres celebres fuerunt, deque iis conſule *Pet. Fabr. Lib.* II. *Agoniſtic. Cap.* XXVIII. Doctiſſimus *R. Montfalconius* in ſuo *Diario Italico Cap. V.* anaglyphum memorat, in quo vir nudus Athleta equum manu tenebat, pedibuſque ſtabat, cum hac Inſcriptione:

ΩΣ ΕΠΙΤΥΓΧΑΝΟΝΤΟΣ

ideſt: *utpote, qui victoriam retulerit*; factum ſcilicet in honorem huiuſce Athletae, qui in ludo equeſtri vicerat.

Digitized by Google

Βραδὺς ἀνθρωπός τις ἔθῃ, κύψας,
Λευκὸς, πίων, ὑπολειπόμενος,
Καὶ δεινὰ ποιῶν, κᾆθ' οἱ Κεραμῆς
Ἐν ταῖσι πύλαις παισύσ' αὐτοῦ
Γαστέρα, πλευρὰς, λαγόνας, πυγήν·
Οἱ δὲ τυπλόμενος ταῖσι πλατείαις
Ὑποπερδόμενος,
Φυσῶν τὴν λαμπάδ' ἔφευγε.
Per Deum [a] *non equidem, nam diffilui,*
In Panathenaeis ridens, quando
Tardus quis homo currebat, curvus,
Cadens, bibens, relictus,
Et aegre adfectus, ac deinde figuli
In portis feriebant ipsius
Ventrem, latera, ilia, nates,
Verberatus vero in plateis
Suppedens
Extinguens lampada fugit.

Primitus pedestre erat, moxque equestre esse coepit, aetate Platonis. Ipse indicat, loco semel iterumque citato De Rep. lib. I. Ἆρά γε, ἦ δ' ὃς, οὐδ' ἴσε ὅτι λαμπὰς ἔσται πρὸς ἑσπέραν ἀφ' ἵππων τῇ θεῷ; ἀφ' ἵππων; ἦν δ' ἐγώ. καινόν γε τοῦτο. λαμπάδια ἔχοντες διαδώσουσιν ἀλλήλοις, ἁμιλλώμενοι τοῖς ἵπποις; ἢ πῶς λέγεις; οὕτως, ἔφη ὁ Πολέμαρχος. καὶ πρός γε, παννυχίδα ποιήσουσιν. *Igitur aiebat ille, non novistis lampadem futuram ad vesperam ex equis Deae. Ex equis? dicebam ego: id vero novum. Lampaduncula habentes per vices dabunt* (b) *sibi, certantes equis; aut quomodo dicis? ita, aiebat Polemarchus; ac praeterea pervigilium facient.* Vbi illud item observa; vesperi factum, & noctem quoque insequentem pervigilio transigi itidem incepisse. Locus vero certaminis huius Ceramicus. Suidas. Κεραμεικὸς, τόπος τῆς Ἀττικῆς ὑψηλὸς, ὅπου ἐπετέλουν Ἀθηναῖοι κατ' ἔτος λαμπάδος ἀγῶνα. *Ceramicus locus Atticae altus, ubi celebrabant Athenienses singulis annis lampadis certamen.* Etymologici Auctor. Κεραμεικὸς, τόπος Ἀθήνησιν, ὅπου ἐτετέλουν οἱ Ἀθηναῖοι κατ' ἐνιαυτὸν λαμπαδοῦχον ἀγῶνα. *Ceramicus, locus Athenis, ubi celebrabant Athenienses singulis annis lampadarium certamen.* Plura de eo in Opere nostro De Festis Graecorum (c), propediem cum bono Deo publicando.

(a) *Per Iovem.*

[b] Huc adlusit *Lucretius* ubi cecinit

Et quasi curfores vitai lampada tradunt.

(c) *Lib.* V. in Λαμπάς. Consule etiam *Lib. De Popul. Attic.* in Κεραμεικός. Hic tantum observa Regis curae Lampadis certamen commissum fuisse, ut ex *Polluce Lib.* VIII. *Cap.* VIII. constat.

(d) Recte ita adpellatum hoc certamen quum in eo roboris, & virtutis exempla memorabilia praeberentur. Hinc non abs re censet *Gorius Tom.* III. *Mus. Florent. ad Tabul.* LXXVI. praemia Athletarum huiusmodi ΑΝΔΡΕΙΑ adpellata fuisse, ad hunc sensum Inscriptionem a *Montefalconio* adlatam traducens.

ΑΓΙΣ
ΑΜΤΡΑΛΟΥ
ΑΝΔΡΕΙΑ

[e] Consule quae ad *Cap.* II. adnotavimus ex Marmoribus Oxonienfibus.

CAP. IX.

Posthaec gymnicum, etiam Εὐανδρίας ἀγὼν *dictum. Quando institutum, & ubi agitatum. Stadium illi suum fuit,* Παναθηναϊκὸν *nuncupatum; a Lycurgo primum structum, & ab Herode renovatum.*

POst equestre puto gymnicum celebratum; & coniecturam inde facio, quod hoc musico multo antiquius. Mentio eius est in Senatusconsulto Athenienfium, quod exstat inter Hippocratis Opera. Ἀναγορεῦσαί τε τὸν στέφανον Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ γυμνικῷ. *Declarare coronam in Panathenaeis magnis in certamine gymnico.* Meminit quoque Zenobius Cent. IV. Prov. VI. Ὑπὸ τῶν Ἀθήνῃσι νέων ἀνηρέθη διὰ φθόνον, ἐν τοῖς Παναθηναίοις νικήσας πένταθλον. *Ab iuvenibus Athenis occisus est ob invidiam, quum in Panathenaeis vicisset pentathlon.* Et Athenaeus lib. V. Αὐτόλυκος Παναθήναια παγκράτιον ἐστεφανώθη. *Autolycus pancratio Panathenaeis coronatus est.* Atque hoc ipsum esse censeo, quod aliis Εὐανδρίας ἀγὼν [d] adpellatum. Ecce apud Harpocrationem. Παναθηναίοις Εὐανδρίας ἀγὼν ἦγετο. *Panathenaeis virtutis, & roboris certamen agebatur.* Et apud Andocidem Or. in Alcibiadem. Καίτοι τυγχάνω νενικηκὼς εὐανδρίᾳ, λαμπάδι, τραγῳδοῖς. *Quinimo victor sum robore, lampade, tragoedis.* Institutum vero illud Olympiad. LIII. anno III. Eusebius in Chronico ad istud tempus diserte notat. Ὁ τῶν Παναθηναίων γυμνικὸς ἀγὼν ἤχθη. *Panathenaeorum gymnicum certamen actum est.* Anonymus in Descript. Olymp. quadriennio serius memorat in Olympiadis nempe LIV. anno III. quo Hippoclides praetor erat. ΙΠΠΟΚΛΕΙΔΗΣ. Παναθήναια ἐτέθη. *Hippoclides. Panathenaea instituta sunt.* Marcellinus in Vita Thucydidis. Ἱπποκλείδης, ἐφ' οὗ ἄρχοντος τὰ Παναθήναια ἐτέθη. *Hippoclides, quo Archonte Panathenaea instituta sunt.* Meminit Freculphus Tom. I. lib. III. cap. XVII. *Agon quippe gymnicus, quem Panathenaea vocant, tunc actus.* Nam de gymnici certaminis in Panathenaeis institutione verba illa capienda, alias falsa (e). Celebrari autem solitum iuxta paludem, quae inter Piraeeum, & Tetracomum Herculis sita, in Echelidarum populo. Stephanus. Ἐχελίδαι. δῆμος τῆς Ἀττικῆς ἀπὸ Ἐχέλου ἥρωος. ἔστι δὲ ἀπὸ ἕλους τόπου, μεταξὺ ὄντος τοῦ Πειραιέως, καὶ τοῦ Τετρακώμου Ἡρακλείου. ἐν ᾧ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας ἐτίθεσαν τοῖς Παναθηναίοις. *Echelidae, populus Atticae, ab Echelo heroe. Hic vero ab Helo loco quodam inter*

inter Piraeeum ſito, & quatuor vicorum templum Herculis; in quo gymnica certamina in Panathenaeis conſtituerunt (a). Ita enim locum illum emendandum monui nuper Libro De Populis Atticae. Et proprium illis ſtadium erat, Παναθηναϊκὸν adpellatum, ad Iliſſum flumen, prope Ardettum. Heſychius, Ἀρδηττ@, τόπ@ περὶ τὸν Ἰλισσὸν, ἐγγὺς τοῦ Παναθηναϊκοῦ σταδίου. *Ardettus, locus circa Iliſſum prope Panathenaicum ſtadium.* Et Harpocration. Ἀρδηττ@, τόπ@ Ἀθήνησιν, ὑπὲρ τὸ στάδιον τὸ Παναθηναϊκόν. *Ardettus, locus Athenis, ſupra ſtadium Panathenaicum.* Philo περὶ τὸ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον. Συναγαγὼν ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ (σταδίῳ) τὸς συμμάχους, ὀρνίθων ἀγῶνα ἐπέδειξε. *Congregans in Panathenaico (ſtadio) commilitones, avium* (b) *certamen oſtendit.* Philoſtratus in Herode Sophiſt. lib. II. Τὸ ἓν στάδιον ἔφασαν ὠνομάσθαι Παναθηναϊκόν. *Stadium igitur dixerunt adpellatum Panathenaicum.* Exſtructum id a Lycurgo Rhetore. Plutarchus in eius Vita. Καὶ τῷ σταδίῳ τῷ Παναθηναϊκῷ τὴν κρηπῖδα περιέθηκεν, ἐξεργασάμενο@ τοῦτό τε, κ) τὴν χαράδραν ὁμαλὴν ποιήσας. *Et ſtadio Panathenaico crepidinem circumpoſuit, perficiens hoc, & vallem planam, & aequalem faciens.* Sed mox temporis tractu collapſum reſtauravit ex albo lapide Herodes Sophiſta, ad eam adeo magnificentiam, quae cetera theatra longe antecelleret. Philoſtratus de eo, loco iam citato. Στεφανωθὲις δὲ καὶ τὸν τῶν Παναθηναίων, καὶ ὑμᾶς, εἶπεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κ) τῶν Ἑλλήνων τὸς ἥξοντας, κ) τῶν ἀθλητῶν τὸς ἀγωνιουμένους, ὑποδέξομαι σταδίῳ λευκοῦ λίθου. καὶ εἰπὼν ταῦτα, τὸ στάδιον, τὸ ὑπὲρ τὸν Ἰλισσὸν, εἴσω τεττάρων ἐτῶν ἐπετέλεσεν, ἔργον ξυνθὲς ὑπὲρ πάντα τὰ θαυμάσια. ὠδὲν γὰρ θέατρον αὐτῷ ἀμιλλᾶται. *Coronatus autem etiam ob Panathenaea, & vos, inquit, viri Athenienſes, & ex Graecis eos, qui accedent, & ex luctatoribus, qui certabunt, excipiam ſtadio albi lapidis. Et quum haec diceret, ſtadium, quod eſt ſupra Iliſſum, intra quatuor annos perfecit, opus conſtruens ſupra omnia miracula, nullum enim theatrum cum illo contendit.* Hoc ipſum eſt, de quo Pauſanias Atticis agit. Διαβᾶσι δὲ τὸν Εἰλισσὸν, Χωρίον Ἄγραι καλούμενον, καὶ ναὸς Ἀγροτέρας ἐστὶν Ἀρτέμιδ@. ἐνταῦθα Ἄρτεμιν πρῶτον θηρεῦσαί λέγουσιν, ἐλθοῦσαν ἐκ Δήλου. καὶ τὸ ἄγαλμα διὰ τοῦτο ἔχει τόξον. Τὸ δὲ, ἀκούσασι μὲν οὐχ ὁμοίως ἐπαξιον, θαῦμα δ' ἰδοῦσι, στάδιόν ἐστι λευκοῦ λίθου· μέγεθ@ δὲ αὐτοῦ τοῦδε ἂν τις μάλιστα τεκμαίροιτο. ἄνωθεν ὄρ@ ὑπὲρ τὸν Εἰλισσὸν ἀρχόμενον ἐκ μιμοειδοῦς καθήκει τοῦ ποταμοῦ πρὸς τὴν ὄχθην εὐθύ τε καὶ διπλοῦν. τοῦτο ἀνὴρ Ἀθηναῖ@ Ἡρῴδης ᾠκοδόμησε, καὶ οἱ τὸ πολὺ τῆς λιθοτομίας τῆς Πεντέλησιν ἐς τὴν οἰκοδομὴν ἀνηλώθη. *Traiicientibus Iliſſum locus occurrit Agrae dictus, & fanum Agroterae Dianae. Ibi Dianam primum venatam fuiſſe dicunt, quum veniſſet ex Delo; & proſtarea ſtatua eius arcum tenet. Hoc vero audientibus quidem non ſimili modo acceptum, miraculum vero videntibus, ſtadium eſt candidi lapidis. Magnitudo eius ita potiſſimum coniiciatur. Superius mons ſupra Iliſſum incipiens ex lunata forma deſcendit fluvii ad ripam rectus, & duplex. Illud vir Athenienſis Herodes exſtruxit, & plurimum ex lapicidinis Pentelicis eam ad exſtructionem conſumſit.*

CAP. X.

Inde muſicum, a quo inſtitutum, & quo agi ſolitum. Concentus in eo tibicinum Συναυλία *indigetatus; & inſignis ea de re Heſychii locus reſtitutus. Cithara quis primus victor, & quando fuerit. Laudes quoque aliquorum decantatae, & chorus circularis datus; ac quatuor fabulis a Poetis concertatum, quae coniunctio* Τετραλογία *adpellata.*

NVnc ad muſicum [c] veniamus, cuius mentio apud Plutarchum lib. De Muſica. Τοῦτο δὲ δηλοῖ ἡ τῶν Παναθηναίων γραφὴ, ἡ περὶ τοῦ μουσικοῦ ἀγῶν@. *Illud quidem indicat Panathenaeorum ſcriptum, quod de muſico certamine.* Ariſtides in Panathenaica loco iam citato. Σύνισμεν μὲν ἴσως δή που καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν γυμνικὸν, κ) ἔτι μᾶλλον τὸν τῆς μουσικῆς, οὐκ εἰσάπαξ ὁριζόμενον, *Novimus equidem certamen gymnicum, & multo magis muſices, non ſemel decretum.* Inſtitutum autem a Pericle, & in Odeo agi ſolitum. Plutarchus in eius Vita. Φιλοτιμούμεν@ ὁ Περικλῆς τότε πρῶτον ἐψηφίσατο μουσικῆς ἀγῶνα τοῖς Παναθηναίοις ἄγεσθαι. κ) διέταξεν αὐτὸς, ἀθλοθέτης αἱρεθεὶς, καθότι χρὴ τὸς αὐλιζομένους αὐλεῖν (d), ἢ ᾄδειν, ἢ κιθαρίζειν. ἐθεῶντο δὲ καὶ τότε, καὶ τὸν ἄλλον χρόνον, ἐν Ὠιδείῳ τὸς μουσικοὺς ἀγῶνας. *Ingenti ſtudio actus Pericles tunc primum conſtituit, ut certamen muſices in Panathenaeis ageretur. Et ordinavit ipſe, praefectus certaminis creatus, qua ratione oporteret tibicines tibias inflare, aut canere, aut pulſare citharam. Spectarunt autem, & tunc, & deinceps in Odeo* (e) *muſica certamina.* Ac tibicinum concentus erat, Συναυλία adpellatus. Pollux lib. IV. cap. X. Ἀθήνησι δὲ καὶ Συναυλία τις ἐκαλεῖτο, συμφωνία τις αὐλητῶν, ἐν Παναθηναίοις συναυλούντων. *Athenis vero etiam* Συναυλία *quaedam vocatur concentus tibicinum, tibias pariter inflantium in Panathenaeis.* Neque alio reſpexit Euſtathius ad Iliad. Φ'. Ἀπὸ τοῦ αὐλοῦ καὶ Συναυλία ἐκαλεῖτο, ὁ τῆς συμφωνίας ἀγὼν ἀμοιβαῖ@ αὐλοῦ κ) ῥυθμοῦ, χωρὶς λόγου τοῦ προσμελῳδοῦντ@. *Ab tibia* Συναυλία *vocatur, quod certamen eſt concentus mixtum ex tibia, & rythmo, ſine ſermone pronunciantis.* Meminit Sophocles Acriſio apud Heſychium, cuius locus inſigniter luxatus, & corruptus. Βίδλω, εἶδ@ κρέματ@. Σοφοκλῆς Ἀκρισίῳ· Βηρσαβεέ, μύρῳ Σολομῶντ@. καὶ τόπ@ περὶ τὴν ὀρεινὴν τῆς Παλαισίνης, ὡς ἐπιψάλλειν βίδηνται * κ) ξυναυλίαν, ἄλλοι βίθυν. Ecce vox Βηρσαβεέ hic loco non ſuo collocata, & tran-

[a] Adi *Lib. De Pop. Attic.* in ἰχελίδαι.
(b) Scilicet Gallorum, de quo in *Lib.* II. *Them. Attic. Cap.* XXV. Hinc Gemma *Muſei Florent. Tom.* II. *Tab.* XCII. certantes Gallos exhibet.
(c) De muſicis certaminibus conſule *Pet. Fabrum Lib.* I. *Agoniſt. Cap.* IV.
(d) *Iac. Gronovius* obſervat legendum eſſe ἀγωνιζομένους.
[e] De Odeo conſule *Athenas Atticas*.

Digitized by Google

& tranſpoſitus verſus Sophoclis. Ita repono, & emendo, Βίδιν, εἰδῶ & κρέματ&. Σοφοκλῆς Ἀκρισίῳ.

Ὡς ἐπιψάλλειν βίδιν τε, κ) ξυναυλίαν.

Ἄλλοι, βίθυν. Βηρσαβεέ, μήτηρ Σολομῶντ&, καὶ τόπ& π. l. ὁ. l. Π. *Biden, ſpecies pulſus. Sophocles in Acriſio.*

Sicuti accinere biden, & concentum tibiarum.

Alii βίθυν ſcribunt. Berſabee mater Solomonis. Eſt & locus circa montanum tractum Palaeſtinae. Et cithara quidem primus hic vicit Phrynis Mitylenaeus Olymp. LXXV. anno I. Anonymus in Deſcript. Olymp. ad iſtud tempus. Φρύνις κιθαρῳδὸς Μιτυληναῖ&, πρῶτ& δόξας κιθαρῳδῆσαι παρ' Ἀθηναίοις, Παναθήναια ἐνίκησε. *Phrynis, citharoedus Mitylenaeus, primus viſus ad citharam cantaſſe apud Athenienſes, Panathenaea vicit.* Sed errare eum oſtendo, de Archontibus lib. II. cap. XIX. Suidas. Φρύνις, κιθαρῳδὸς Μιτυληναῖος. ὃς ἐδόκει πρῶτ& κιθαρίσαι παρ' Ἀθηναίοις, καὶ νικῆσαι Παναθήναια. *Phrynis, citharoedus Mitylenaeus, qui exiſtimatus eſt primus citharam pulſaſſe apud Athenienſes, & viciſſe Panathenaea.* In hoc certamine decantatae laudes Ariſtogitonis, Harmodii, & Thraſybuli; quorum ultimus Phyla progreſſus, Athenas a triginta tyrannis liberavit. Philoſtratus De Vita Apollonii lib. VII. cap. II. Διήει δὲ αὐτοῖς κ) τὰ Παναθήναια τὰ Ἀτθικὰ, ἐφ' οἷς Ἁρμόδιός τε καὶ Ἀριστογείτων ᾄδονται [a]. κ) τὸ ἀπὸ Φυλῆς ἔργον, ὃ καὶ ὁμοῦ τριάκοντα τυράννους εἶλε. *Inſpiravit quidem ipſis Panathenaea Attica, in quibus Harmodius, & Ariſtogiton canuntur. Et facinus ex Phyle, quod etiam ſimul triginta tyrannos ſuſtulit.* Chorus quoque circularis exhibebatur. Lyſias in Ἀπολογίᾳ δωροδοκίας. Καὶ ἐπὶ Διοκλέους (ἄρχοντ&) Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς κυκλικῷ χορῷ (ἀνήλωσα) δραχμὰς τριακοσίας. *Et quum Diocles (imperaret) in Panathenaeis parvis circulari choro (impendi) drachmas trecentas.* Itaque hic erant etiam χορηγοὶ, qui ſumtus ſuppeditarent. Meminit eorum Xenophon De Rep. Athen. Πρὸς δὲ τούτοις, χορηγοῖς διαδικάζεται εἰς Διονύσια, κ) Θαργήλια, κ) Παναθήναια. *Ad haec, choragis iudicia exercere ad Dionyſia, Thargelia, & Panathenaea.* Poetae etiam concertabant quatuor dramatibus ſimul, quorum quartum ſatyricum eſſet; eaque fabularum coniunctio Τετραλογία vocitata. Diogenes Laertius in Platone lib. III. Τετράσι δράμασιν ἠγωνίζοντο Διονυσίοις, Ληναίοις, Παναθηναίοις, Χύτροις. ὧν τὸ τέταρτον ἦν Σατυρικόν. τὰ

[a] Adi *Piſiſtratum Cap.* XIV.

[b] Huiuſmodi certaminum mentio in antiquis Inſcriptionibus, quas ad *Lib. De Archont. Athenienſ.* paſſim protuli; in iis enim & annui Archontis mentio, & Choragi, & Agonothetae, & Comici, & Tibicinis, & tribus vel virorum, vel puerorum, quae certamine vicit. Eas quis conſulere poterit, nam heic iterum producere ſuperfluum, niſi ſpeciminis inſtar has in ſequentes:

Ο ΔΗΜΟΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ ΠΥΘΑ
ΡΑΤΟΣ ΗΡΧΕΝ
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ ΘΡΑΣΥΚΛΗΣ
ΘΡΑΣΥΛΛΟΥ ΔΕΚΕΛΕΥΣ
ΙΠΠΟΘΟΩΝΤΙΣ ΠΑΙΔΩΝ
ΕΝΙΚΑ

ὃ τέτταρα δράματα ἐκαλεῖτο Τετραλογία. *Quatuor dramatibus certabant, Dionyſiis, Lenaeis, Panathenaeis, Chytris, quorum quartum erat ſatyricum. Quatuor autem illa dramata vocabantur tetralogia.* Qua de re, ſi tanti eſt, vide, quae notavi nuper in fine Sophoclis (b).

CAP. XI.

His certaminibus, qui viciſſent, ſodalibus ſuis epulum dabant; ipſi vero coronam accipiebant, eamque oleaginam; & oleum etiam ex iis oleis, quae Μορίαι *adpellatae, & iuxta Academiam erant. Alii collatum fuiſſe dicunt. Erat autem urceus totus; & exportare Attica licebat, quod alias vetitum.*

QVi certaminum horum aliquo victore eſſet is, cum quibus certaſſet, ſodalibus epulum dabat. Obſervare eſt apud Athenaeum lib. IV. Ἦν δὲ ὁ Φῶκ& καὶ φιλοπότης. νικήσαντ& γὰρ αὐτοῦ ἵπποις Παναθηναίοις, ὡς ὁ πατὴρ εἰστία τοὺς ἑταίρους, συνελθόντων εἰς τὸ δεῖπνον, λαμπρὰ μὲν ἦν ἡ παρασκευὴ, καὶ τοῖς εἰσιοῦσι προσεφέροντο ποδονιπτῆρες οἴνου δι' ἀρωμάτων. *Erat enim Phocus compotationibus deditus. Itaque quum viciſſet equis in Panathenaeis, quum pater epulas praeberet ſodalibus, convenientibus illis ad coenam, ſplendidus quidem erat ipſe adparatus, & ingredientibus offerebantur pelluvia plena vino cum aromatibus.* Et lib. V. Καλλίας μὲν γὰρ συνάγει τὸ συμπόσιον, ἐπειδήπερ τὰ παιδικὰ αὐτοῦ Αὐτόλυκ& Παναθήναια παγκράτιον ἐστεφανώθη. *Callias etenim convocat convivium, poſtquam deliciae eius Autolycus Panathenaeis in pancratium fuerat coronatus.* Ipſe vero praemii loco coronam accipiebat. Indicant illa Philoſtrati in Herode Sophiſt. lib. II Στεφανωθεὶς δὲ καὶ τὴν τῶν Παναθηναίων. καὶ ὑμᾶς, εἶπεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τῶν Ἑλλήνων τοὺς ἥξοντας, καὶ τῶν ἀθλητῶν τοὺς ἀγωνιουμένους, ὑποδέξομαι σταδίῳ λευκοῦ λίθου. *Coronatus vero ob victoriam in Panathenaeis partam, & vos, inquit, viri Athenienſes, & ex Graecis, qui venient, & athletarum eos, qui certaturi ſunt, excipiam in ſtadio candidi lapidis.* Item Athenaei iam citata. Αὐτόλυκ& Παναθήναια παγκράτιον ἐστεφανώθη. *Autolycus ob Panathenaeum pancratium coronatus fuit.* Et quidem oleaginam. Suidas in Παναθήναια. Καὶ ὁ νικῶν στεφανοῦται ἐλαίᾳ πλεκτῇ, *Et victor coronatus oleagineo ſerto.* Atque hoc eſt, quod Plinius ait libro XV. cap.

ΘΕΩΝ ΘΗΒΑΙΟΣ ΗΥΛΕΙ
ΠΡΟΝΟΜΟΣ ΘΗΒΑΙΟΣ ΕΔΙ
ΔΑΣΚΕΝ

Ο ΔΗΜΟΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ ΠΥΘΑ
ΡΑΤΟΣ ΗΡΧΕΝ
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ ΘΡΑΣΥΚΛΗΣ
ΘΡΑΣΥΛΛΟΥ ΔΕΚΕΛΕΥΣ
ΠΑΝΔΙΟΝΙΣ ΑΝΔΡΩΝ ΕΝΙΚΑ
ΝΙΚΟΚΛΗΣ ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΗΣ
ΗΥΛΕΙ
ΛΥΣΙΠΠΟΣ ΑΡΚΑΣ ΕΔΙΔΑΣ
ΚΕΝ.

Digitized by Google

cap. IV. *Athenae quoque victores olea coronant* (a). Deinde oleum quoque illi donabatur, ex iſtis oleis, quae Μορίαι nuncupatae. Scholiaſtes Sophoclis Oed. Col. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης, καὶ τοῖς νικήσασι τὰ Παναθήναια ἐλαίῳ τῷ ἐκ μορίων γινομένου διδόσθαι φησί. *Ariſtoteles vero Meurſii Tom. II.* A *ſcribit etiam victoribus Panathenaeorum dari oleum ex moriis factum*. Lucianus De Gymn. ubi certaminum praemia enarrat. Τοῖς Παναθηναίοις τὸ ἔλαιον τὸ ἐκ μορίας. *Panathenaeis oleum ex moriis*. Erant vero illae iuxta Academiam. Ariſtophanis Interpres Nubi-

bus.

[a] Oleaginae coronae heinc paſſim in Nummis Athenienſium occurrunt: nos quoque hic marmoreum anaglyphum exhibemus, in quo facies viri olea coronati cernitur, quod ex *Gorii* eruditiſſimi Muſeo eruimus, eamque ille eſſe faciem Themiſtoclis autumat. Quin nec abs re fuerit hic Inſcriptionem producere, utpote rãram, & a viro eruditiſſimo *Apoſt. Zeno* primum in lucem editam: in ea enim de oleaginis Gymnicorum coronis agitur, & de Ephebis coronatis, eorum nominibus adſcriptis. *Bibliothec. Ital. Tom.* XIV. *pag.* 231.

ΕΠΙ ΙΕΡΑΠΟΛΟΥ ΑΡΙΣΤΙΟΝΟΣ ΤΟΥ ΙΣΤΙ
ΕΙΟΥ ΚΑΤΕΝΙΑΥΣΙΟΥ ΣΩΣΙΟΣ ΤΟΥ ΝΥΜ
ΦΟΔΩΡΟΥ
ΕΟΥΛΑΣ ΑΛΙΑΣΜΑΤΑ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΕΞ
ΑΜΗΝΟΥ ΚΑΡΝΕΙΟΥ ΤΡΙΑΚΑΔΙ. ΠΡΟΣΤΑ
ΤΑΣ ΙΠΠΟΚΛΗΣ ΙΠΠΟΚΛΕΩΣ ΣΤΕΦΑΝΟΙ
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΝ. ΕΔΟΞΕ ΤΑ ΑΛΙΑ ΚΑΘΑ
ΚΑΙ ΤΑΙΣ ΙΛΑΙΣ ΕΠΕΙΔΗ Ο ΑΙΡΗΜΕΝΟΣ
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΣ ΤΩΝ ΚΑΤΕΣΕΝΙΑΥΤΟΝ
ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΣ ΣΩΠΥΡΟΥ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝ ΠΕ
ΠΟΙΗΤΑΙ ΤΩΝΤΕ ΕΦΗΒΩΝ ΚΑΙ ΝΕΩΤΕ
ΡΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΤΩΝ ΑΠΟΔΥΤΟ
ΜΕΝΩΝ ΕΙΣ ΤΟ ΓΥΜΝΑΣΙΟΝ ΤΑΚ ΑΛΛΑ
ΤΑ ΚΑΤΑ ΤΟ ΓΥΜΝΑΣΙΟΝ ΚΑΛΩΣ ΔΙΑ
ΣΠΡΑΓΜΕΝΟΣ ΚΑΙ ΑΞΙΑ ΠΡΑΣΣΩΝ ΑΥΤΟΥ
ΤΕ ΚΑΙ ΤΑΣ ΤΩΝ ΠΡΩΗΝ ΑΡΕΤΑΣ ΚΑ
ΛΩΣ ΟΥΝ ΕΧΟΝ ΕΣΤΙ ΣΤΕΦΑΝΩΣΙΕΝ ΕΝ
ΤΑ ΑΛΙΑ ΤΟΝ ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΝ ΗΡΑΚΛΕΙ
ΔΑΝ ΣΩΠΥΡΟΥ ΕΛΑΙΟΥ ΣΤΕΦΑΝΩ ΕΠΙ
ΜΕΛΕΙΑΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΦΙΛΟΠΟΝΙΑΣ ΤΕ
ΚΑΤΑ ΤΟ ΓΥΜΝΑΣΙΟΝ ΤΟ ΔΕ ΔΟΓΜΑ
ΤΟΔΕ ΚΟΛΑΦΘΕΝ ΕΙΣ ΣΤΑΛΑΝ ΑΝΑ

B

ΘΕΙΝΑΙ ΕΙΣ ΤΟ ΓΥΜΝΑΣΙΟΝ ΕΙΣ ΔΕ ΤΑΝ
ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΝ ΤΑΣ ΣΤΑΛΑΣ ΕΞ ΔΙΑΣΑΙ
ΤΟ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑΜΕΡΟΣ ΚΑΘΑ Κ' Α ΒΟΥ
ΛΑ ΚΑΤΑΝΟΡΑΦΗΣΕΙ Ο ΔΑΜΟΣ ΤΗΣ
ΓΕΛΩΙΟΝ ΕΠΑΙΝΕΙ ΚΑΙ ΣΤΕΦΑΝΟΙ ΤΟΝ
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΝ ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΝ ΣΩΠΥ
ΡΟΥ ΕΛΑΙΟΥ ΣΤΕΦΑΝΩ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΣ Ε
ΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΦΙΛΟΠΟΝΙΑΣ ΤΑΣ ΚΑΤΑ ΤΟ
ΓΥΜΝΑΣΙΟΝ
ΕΦΗΒΟΙ ΟΙ ΣΤΕΦΑΝΩΣΘΕΝΤΕΣ
ΑΣΚΛΑΠΙΑΔΑΣ ΑΣΚΛΑΠΙΑΔΑ
C ΑΡΤΕΜΩΝ ΕΘΥΜΟΥ
ΑΝΤΑΛΛΟΣ ΑΝΤΑΛΛΟΥ
ΠΟΛΥΞΕΝΟΣ ΑΓΑΘΑΡΧΟΥ
ΓΕΛΟΙΟΣ ΓΟΡΓΥΛΟΥ
ΠΡΩΤΑΡΧΟΣ ΠΡΩΤΑΡΧΟΥ
ΑΡΙΣΤΙΩΝ ΝΥΜΦΟΔΩΡΟΥ
ΣΩΣΙΠΟΛΙΣ ΙΣΙΔΩΡΟΥ
ΝΙΚΑΡΟΣ ΠΥΡΡΟΜΙΝΟΥ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΣΑΤΡΟΥ
ΖΩΠΥΡΟΣ ΗΡΑΚΛΕΙΔΑ.

Sed Agonis Panathenaici mentio occurrit in egregia Inſcriptione apud *Gruterum*; quae ita habet:

Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΑΡΧΙΕΡΕωC. ΤΟΥ CΥΜΠΑΝΤΟC
ΞΥCΤΟΥ. ΔΙΑ. ΒΙΟΥ. ΞΥCΤΑΡΧΟΥ. ΚΑΙ. ΕΠΙ. ΒΑΛΑΝΕΙωΝ. ΤΟΥ CΕΒΑCΤ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕωC. ΕΡΜΟΠΟΛΕΙΤΟΥ. ΠΑΝΚΡΑΤΙΑCΤΟΥ. ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚ
ΠΑΛΑΙCΤΟΥ. ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ. ΤΙΟC. ΜΑΡΚΟC. ΑΥΡΗΛΙΟC
ΑCΚΛΗΠΙΑΔΗC. Ο ΚΑΙ ΕΡΜΟΔωΡΟC. Ο ΠΡΕCΒΥΤΑΤΟC. ΤωΝ ΝΕω
ΚΟΡωΝ. ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ. CΑΡΑΠΙΔΟC. Ο ΑΡΧΙΕΡΕΥC
ΤΟΥ CΥΜΠΑΝΤΟC
ΞΥCΤΟΥ. ΔΙΑ ΒΙΟΥ. ΞΥCΤΑΡΧΗC. ΚΑΙ. ΕΠΙ. ΒΑΛΑΝΕΙωΝ. ΤΟΥ CΕΒΑCΤΟΥ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥC. ΕΡΜΟΠΟΛΕΙΤΗC. ΠΟΤΙΟΛΑΝΟC.
ΝΕΑΠΟΛΕΙΤΗC. ΚΑΙ
ΗΛΕΙΟC. ΚΑΙ ΑΘΗΝΑΙOC. ΒΟΥΛΕΥΤΗC. ΚΑΙ. ΑΛΛωΝ
ΠΟΛΕωΝ ΠΟΛΛωΝ
ΠΟΛΙΤΗC. ΚΑΙ ΒΟΥΛΕΥΤΗC. ΠΑΝΚΡΑΤΙΑCΤΗC.
ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΗC. ΑΛΕΙΠΤΟC
ΑCΥΝΕΞωCΤΟC. ΑΝΕΚΚΛΗΤΟC. ΟCΟΥC ΠΟΤΕ ΑΓωΝΑC. ΑΠΕΓΡΑΨΑΜΗΝ
ΠΑΝΤΑC ΝΕΙΚΗCΑC ΜΗΤΕ ΕΚΚΑΛΕCΑΜΕΝΟC. ΜΗΤΕ ΕΤΕΡΟΥ. ΚΑΤΕΜΟΥ ΤΟΛΜΗ
CΑΝΤΟC ΕΚΚΑΛΕCΑCΘΑΙ. ΜΗΤΕ CΥCΤΕΦΑΝωΘΕΙC.
ΜΗΤΕ ΕΠΕΞΕΛΘωΝ. ΜΗΤΕ ΠΑΡΑΙ
ΤΗCΑΜΕΝΟC. ΜΗΤΕ ΑΓωΝΑ ΠΑΡΑΛΙΠωΝ. ΜΗΤΕ ΚΑΤΑ ΧΑΡΙΝ ΒΑCΙΛΙΚΗΝ ΑΓωΝΑ
ΕΞωΝ ΜΗΔΕ ΚΑΙΝΟΝ ΑΓωΝΑ. ΝΕΙΚΗCΑC. ΑΛΛΑ
ΠΑΝΤΑ ΟΥC ΠΟΤΕ ΑΠΕΓΡΑ
ΨΑΜΗΝ ΕΝ ΑΥΤΟIC ΤΟIC CΚΑΜΜΑCIN CΤΕΦΑΝωΘΕIC. ΚΑΙ ΤΑIC ΠΡΟΠΕΙΡΑIC
ΤΟΥΤωΝ ΠΑCΑIC ΔΟΚΙΜΑCΘΕIC. ΑΓωΝΙCΑΜΕΝΟC
ΕΝ ΕΘΝΕCIN ΤΡΙCIN. ΙΤΑΛΙΑ
ΕΛΛΑΔΙ. ΑCΙΑ. ΝΕΙΚΗCΑC ΑΓωΝΑC ΤΟΥC. ΥΠΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΥC. ΠΑΝΤΑC ΠΑΝΚΡΑ
ΤΙΟΥ ΟΛΥΜΠΙΑ. ΤΑ ΕΝ ΠΕΙCΗ CΜ. ΟΛΥΜΠΙΑΔΙ.
ΠΥΘΙΑ ΕΝ ΔΕΛΦΟIC. ΙCΘΜΙΑ. ΔΙC
ΝΕΜΕΑ ΔΙC. ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ CΤΗCΑC ΤΟΥC ΑΝΤΑΓωΝΙCΤΑC. ΚΑΙ ΤΗΝ ΑCΠΙΔΑ
ΗΡΑCΕΜ
ΜΙ. ΚΑΠΕΤωΛΙΑ. ΕΝ ΡωΜΗ ΔΙC. ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΜΕΤΑΠΡωΤΟΝ ΚΛΗΡΟΝ CΤΗCΑC
ΤΟΥC ΑΝΤΑΓωΝΙCΤΑC. ΕΥCΕΒΕΙΑ ΕΝ ΠΟΤΙΟΛΟIC.
ΔΙC. ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΜΕΤΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ
ΚΛΗΡΟΝ CΤΗCΑC ΤΟΥΣ ΑΝΤΑΓωΝΙCΤΑC. CΕΒΑCΤΑ ΕΝ ΝΕΑΠΟΛΙ. ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ
ΜΕΤΑ

ΔΕΥ-

Digitized by Google

bus. Ἀλλ' εἰς Ἀκαδημίαν. Ἐνταῦθα γὰρ διέτριβον οἱ φιλόσοφοι, ἦν γὰρ καὶ γυμνάσιον. ἀπὸ Ἀκαδήμου τινὸς, καταλείψαντος τὴν κτῆσιν ἑαυτοῦ πρὸς ἐπισκευὴν τοῦ τόπου· περὶ αὐτὸν δὲ ἦσαν αἱ ὄντως ἱεραὶ ἐλαῖαι τῆς θεοῦ, αἱ καλοῦνται μορίαι, *Sed ad Academiam. In ea enim versabantur Philosophi. Erat enim gymnasium ab Academo quodam dictum, qui reliquit possessionem suam in loci illius praeparationem. Circa eum vero erant vere sacrae oleae Deae, μόριαι dictae.* Nonnulli tradunt, ad hoc oleum contribuisse quicumque oleas haberent. Idem Scholiastes ibidem. Μορίαι ἐλαῖαι ἐκλήθησαν, διὰ τὸ πάντα ἄνθρωπον, κεκτημένων ἐλαίας, ἀναγκάζεσθαι μέρος τι παρέχειν εἰς τὰ Παναθήναια. *Moriae oleae vocatae sunt, quia unusquisque homo possidens oleas, cogatur partem quamdam tribuere ad Panathenaea.* Et hoc est, quod *Panathenaicum* vocat Plinius lib. XIII. cap. I. *Panathenaicum suum* (*oleum*) *Athenae perseveranter obtinuere.* Et accipiebant urceum totum. Scholiastes Aristophanis. Κέραμον ἐλαίου ἐλάμβανον οἱ νικῶντες. *Vrceum olei accipiebant victores.* Etiam Pindari Nemeonic. Od. X. Διὰ δὲ τοῦτο σημαίνει τοὺς τὰ Παναθήναια νενικηκότας. τίθενται γὰρ Παναθηναίοις ἐν ἐπάθλου τάξει ὑδρίαι πλήρεις ἐλαίου. *Per hoc autem innuit illos, qui Panathenaea vicerunt. Ponuntur enim in Panathenaeis in ordine praemiorum hydriae oleo plenae.* Mox iterum. Τοῖς ἀθληταῖς, τοῖς τὰ Παναθήναια νενικηκόσι, δίδοται ὑδρία ἐλαίου πλήρης. *Athletis, qui in Panathenaeis vicerunt, datur hydria oleo plena.* Et, quum oleum Athenis exportare nemini ullum omnino liceret, his tamen honoris ergo illud suum, quod praemii vicem accepissent, exportare concedebatur. Idem Scholiastes loco citato. Οὐκ ἔξι δὲ ἐξαγωγὴ ἐλαίου ἐξ Ἀθηνῶν, ἃ μὴ τοῖς νικῶσι. *Illicita est exportatio olei ex Athenis, nisi victoribus* (a).

CAP. XII.

Pyrrichistae quoque dati, iique pueri investes, Et cur id factum. Triremibus etiam apud Sunium decertatum.

PRaeter tria haec certamina etiam pyrrichistae [b] dati. Lysias. Ἀπολογία δωροδοκίας. Καὶ Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς ἐχορήγων πυρρίχισταῖς ἀργυρέας, καὶ ἀνήλωσα ἑπτὰ μνᾶς. *Et in Panathenaeis parvis sumtus suppeditabam pyrrichistis imberbibus, & impendi septem minas.* Vbi observa, quod pyrrichistas darent Panathenaeisminoribus iuvenes investes, ut Latini illi veteres loquebantur. Idem videre est apud Aristophanem Nubibus, ubi ita ille de pueris loquitur.

Σὺ δὲ τὼ νῦν εὐθὺς ἐν ἱματίοισι διδάσκας ἐντετυλίχθαι,
Ὥστε μ' ἀπάγχεσθ', ὅταν ὀρχεῖσθαι Παναθηναίοις δέον αὐτώς,
Τὴν ἀσπίδα τῆς κωλῆς προέχων, ἀμελῇ τ' Τριτογενείας.
Tu vero illos nunc statim vestibus doces involvi,
Vt suffocentur, quando saltare in Panathenaeis eos oportet.
Clypeum nervi praetendens, negligat Tritogeniam.

Ad quem locum Scholiastes. Ὠρχοῦντο γὰρ ἐν ὅπλοις ἐν τοῖς Παναθηναίοις οἱ παῖδες. *Saltabant enim armis induti in Panathenaeis pueri.* Causa autem, cur pyrrichistae dati fuerint, quantum coniicio, quia Minerva, cui sacra

ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΚΛΗΡΟΝ ΣΤΗΣΑΣ ΤΟΥΣ ΑΝΤΑΓΩΝΙΣΤΑΣ. ΑΚΤΙΑ ΕΝ ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΙ ΔΙΣ ΤΟ ΔΕΥ
ΤΕΡΟΝ ΣΤΗΣΑΣ ΤΟΥΣ ΑΝΤΑΓωΝΙΣΤΑΣ. ΑΘΗΝΑΣ
Ε ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΑ ΟΛΥΜΠΕΙΑ ΠΑΝΕΛ
ΛΗΝΙΑ ΑΔΡΙΑΝΙΑ ΔΙΣ. ΖΜΥΡΝΑΝ. Ε. ΚΟΙΝΑ. ΑΣΙΑΣ
ΔΙΣ. ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΣΤΗΣΑΣ
ΤΟΥΣ ΑΝΤΑΓωΝΙΣΤΑΣ. ΟΜΟΙωΣ ΕΝ ΖΜΥΡΝΗ ΟΛΥΜΠΙΑ ΚΑΙ ΑΔΡΙΑΝΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ
ΠΕΡΓΑΜΟΝ ΑΥΓΟΥΣΤΕΙΑ. ΤΡΙΣ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ. ΕΞ ΑΡΧΗΣ ΣΤΗΣΑΣ ΤΟΥΣ ΑΝΤΑΓΩ
ΝΙΣΤ

A latere:

ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ ΜΕΤΑΠΡωΤΟΝ ΚΛΗΡΟΝ ΣΤΗΣΑΣ ΤΟΥΣ
ΑΝΤΑΓωΝΙΣΤΑΣ. ΕΦΕΣΟΝ ΤΡΙΣ. ΑΔΡΙΑΝΙΑ ΟΛΥΜ
ΠΙΑ ΒΑΡΒΙΛΛΗΑ ΜΕΤΑ ΠΡωΤΟΝ ΚΛΗΡΟΝ ΣΤΗΣΑΣ
ΤΟΥΣ ΑΝΤΑΓΩΝΙΣΤΑΣ. ΕΠΙΔΑΥΡΟΝ ΑΣΚΛΗΠΕΙΑΡΟΔΟΝ
ΑΛΕΙΑ ΧΡΥΣΑΝΘΙΝΑ ΕΝ ΣΑΡΔΕΣΙΝ. ΚΑΙ ΘΕΜΑΤΕΙΤΑΣ ΠΛΕΙΟΝΑΣ. ΕΝ ΟΙΣ. ΕΥΡΥ
ΚΛΕΙΑ ΕΝ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙ.
ΚΑΙ ΜΑΝΤΙΝΙΑΝ ΚΑΙ ΑΛΛΟΥΣ ΑΘΛΗΣΑΣ. ΤΑΠΑΝΤΑ ΕΤΗ
ΕΞ. ΠΑΥΣΑΜΕΝΟΣ ΤΗΣ ΑΘΛΗΣΕωΣ ΕΤωΝ ωΝ ΚΕ
ΔΙΑ ΤΟΥΣ ΣΥΝΒΑΝΤΑΣ ΜΟΙ ΚΥΝΔΙΝΟΥΣ. ΚΑΙ ΦΘΟΝΟΥΣ ΚΑΙ ΜΕΤΑ ΤΟ ΠΑΥΣΑΣ
ΘΑΙ ΜΕΤΑ ΠΛΕΙΟΝΑ ΧΡΟΝΟΝ
ΑΝΑΝΚΑΣΘΕΙΣ ΕΝ ΤΗ ΠΑΤΡΙΔΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ ΚΑΙ
ΝΙΚΗΣΑΣ ΟΛΥΜΠΙΑ ΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝ
ΟΛΥΜΠΙΑΔΙ ΕΚΤΗ

In hac Inscriptione notandum Panathenaea fuisse adpellata etiam Panellenia, & Adriania, & Olympeia forte in Hadriani honorem, qui & Olympius dictus est. Adi *Lib. De Fortun. Athenar. Cap.* X. & *Lib.* IV. *De Archont. Cap.* XIX.

[a] Pyrrhichia saltatio unde dicta, & qualis esset, vide apud doctum *H. Mercurialem Lib.* II. *De Arte Gymnast. Cap.* VI.

(b) Consule *Lib.* II. *Them. Att. C.* XXXVII. Cur autem oleum praemium Athletis daretur docet *Pet. Faber Lib* II. *Agonist. Cap.* XXII. Hoc oleum significari credo in Nummis Athenienſibus in quibus olea est cum urceo, seu amphora; & praecipue in Nummo aereo, ubi mensa est, & super ea Corona oleagina, & Minervae caput; subtus vero urceus, seu amphora.

Digitized by Google

ſacra Panathenaea, profligatis Titanibus, Pyrricham ſaltaſſe crederetur. Dionyſius Halicarnaſſeus lib. VII. Ἑλληνικὸν δὲ ἄρα, καὶ τοῦτο ἦν ἐν τοῖς πάνυ παλαιὸν ἐπιτήδευμα, ἐν ὅπλοις ὄρχησις, ἡ καλουμένη πυῤῥίχη. εἴτε Ἀθηνᾶς πρώτης ἐπὶ Τιτάνων ἀφανισμῷ χορεύσῃ καὶ ὀρχεῖσθαι σὺν ὅπλοις τἀπινίκια ὑπὸ χαρᾶς ἀρξαμένης. εἴτε παλαίτατον ἔτι Κυρήτων αὐτὴν κατασησαμένων. *Graecum autem & illud olim erat vetus exercitium, in armis ſaltatio, vocata Pyrricha. Sive Minerva prima in Titanum pernicie chorum ducere, & ſaltare in armis ſigna victoriae prae gaudio inceperit; ſeu quod a vetuſtiſſimo tempore adhuc Curetes eam inſtituerint.* Et Dioſcuris quoque eius modulos tibia accinuit. Scholiaſtes Pindari Pythionic. Od. II. Ὁ δὲ Ἐπίχαρμος τὴν Ἀθηνᾶν φησι τοῖς Διοσκούροις τὸν ἔνοπλον νόμον ἐπαυλῆσαι. *Epicharmus ſcribit, Minervam Dioſcuris in armis ſaltandi modulum tibia accinuiſſe.* Hoc eſt, quod Ariſtides ait Or. in Minervam. Διόσκουροι δ' ὑπ' αὐτῇ (τῇ Ἀθηνᾷ) πυῤῥιχίζουσι. *Dioſcuri ſub ipſa (Minerva) pyrricham ſaltant* [a]. Porro triremibus apud Sunium quoque certatum. Luculentus Lyſiae locus in hanc rem eſt, quem citare initio capitis iam incepi, ex Ἀπολογίᾳ δωροδοκίας. Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς ἐχορήγουν πυῤῥιχισταῖς ἀγωνίοις, καὶ ἀνήλωσα ἑπτὰ μνᾶς, νενίκηκα δὲ τριήρει μὲν ἀμιλλώμενος ἐπὶ Σουνίῳ ἀναλώσας πεντεκαιδέκα μνᾶς. *In Panathenaeis minoribus ſumtus praebebam pyrrichiſtis imberbibus, & impendi ſeptem minas. Vici vero triremi certans in Sunio, erogatis quindecim minis.*

CAP. XIII.

Et gladiatores, idque quando initium ſumſerit, & quamdiu obtinuerit.

POſtea etiam, quum nimirum Romano Imperio Athenae ſubeſſent, Romanorum item more gladiatores dari coepti, in theatro, quod in arce, magno pretio ad id emti, homines nequam, mangones, ſcortatores, adulteri, vecticularii, ſectores zonarii, aliique eius generis. Idque ad tempora Apollonii Tyanei uſitatum, qui abolevit. Philoſtratus narrat in eius vita lib. IV. cap. VII. Διωρθώτο δὲ κἀκεῖνο Ἀθηναίοις. Οἱ Ἀθηναῖοι ξυνιόντες εἰς τὸ θέατρον τὸ ἐπὶ τῇ ἀκροπόλει, προσεῖχον σφαγαῖς ἀνθρώπων, καὶ ἐσπουδάζετο ταῦτα ἐκεῖ μᾶλλον, ἢ ἐν Κορίνθῳ νῦν. χρημάτων τε μεγάλων ἐωνημένοι ἤγοντο μοιχοὶ, καὶ ἀνδραποδισταὶ, καὶ πόρνοι, καὶ τοιχωρύχοι, καὶ βαλαντιοτόμοι, καὶ τὰ τοιαῦτα ἔθνη. οἱ δὲ ὥπλιζον αὐτοὺς, καὶ ἐκέλευον ξυμπίπλειν. ἐλάβετο δὲ καὶ τούτων ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ καλούντων αὐτὸν εἰς ἐκκλησίαν Ἀθηναίων, οὐκ ἂν ἔφη παρελθεῖν εἰς χωρίον ἀκάθαρτον, καὶ λύθρου μεστόν. δοκεῖτε γάρ μοι προϊόντες, ἐπειδὴ τὰ Παναθήναια πέμπετε, μηδὲ βοῦς ἔτι, ἀλλ' ἑκατόμβας ἀνθρώπων, καταθύσειν τῇ θεῷ. *Reſtituit & illud Athenis. Athenienſes congregantes in theatrum, quod in arce, delectabantur iugulationibus hominum, & ei rei ſtuduerunt tunc magis, quam nunc Corinthi; multa pecunia emti ducebantur adulteri, & mancipia, & ſcortatores, & parietum effoſſores, & crumenarum inciſores, & ſimiles gentes. Illi vero armabant ipſos, & iubebant conſligere. Suſtulit autem illos Apollonius, & quum vocarent eum Athenienſes in concionem, non inquit ſe ingredi locum immundum, & tabe plenum. Videmini enim mihi progreſſi, quum Panathenaea celebratis, neque boves amplius, ſed hecatombas hominum mactaturi Deae.*

CAP. XIV.

Nefas autem quicquam horum ludorum ſpectare in veſte tincta; & pecunia ex aerario populo data, redimendo in theatro loco.

HOrum vero ludorum nullum fas ſpectare in veſte tincta; qui feciſſet, in ius rapi ad Agonothetam ſolitus, eius arbitrio puniendus. Lucianus in Nigrino. Ὅτι δὲ οὐκ αἰσχύνονται πενίαν ὁμολογοῦντες, ἐμέμνητο πρός με φωνῆς τινος, ἣν ἀκοῦσαι πάντων ἔφη καινῇ προεμένων ἐν τῷ ἀγῶνι τῶν Παναθηναίων. ληφθέντα μὲν γάρ τινα τῶν πολιτῶν ἄγεσθαι παρὰ τὸν ἀγωνοθέτην, ὅτι βαπτὸν ἔχων τὸ ἱμάτιον ἐθεώρει· τοὺς δὲ ἰδόντας ἐλεῆσαί τε, καὶ παραιτεῖσθαι. καὶ τὸν κήρυκα ἀνιέντα, ὅτι παρὰ τὸν νόμον ἐποίησε, ταιαύτῃ ἐσθῆτι θεώμενον, ἀναβοῆσαι μιᾷ φωνῇ πάντας, ὥσπερ ἐσκεμμένους συγγνώμην ἀπονέμειν αὐτῷ, τοιαῦτά γε ἀμπεχομένῳ, μὴ γὰρ ἔχειν αὐτὸν ἕτερα. *Quod non puduerit ipſos paupertatem confitentes,*

(a) Huius ſaltationis mentio in vetuſta Inſcriptione apud *Heſſelium Append. Praefat. in Inſcript. Gudianas:*

...ΚΑΙ ΤΩ ΔΗΜΩ..... ΕΝΙΚΩΝ ΔΕ ΟΙΔ..
.....ΟΝΗΣΙΜΟΣ ΟΝΗΣΙΜΟΥ Α.....
.....Ι ΟΝΟΘ....
.....ΔΙΟΝΥΣΩΙ ΚΑΙ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ
.....ΑΤΡΟΔΩΡΥ ΛΕΒΕΔΙΟΣ
ΧΟΡΗΓΟΣ ΔΙΑΥΧΗΣ ΕΙΚΑΔΙΟΥ
ΠΥΡΡΙΧΗΣ ΚΑΙ ΠΑΙΔΩΝ ΑΥΛΗΤΩΝ
ΧΟΡΗΓΟΣ ΕΡΜΟΘΕΣΤΟΣ ΕΡΜΟΘΕΣΤΟΥ
ΑΘΛΗΤΗΣ ΜΕΝΟΔΟΤΟΣ ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥ
Ο ΕΚ ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ....
ΑΥΛΗΤΩΝ ΑΝΔΡΩΝ ΧΟΡΗΓΟΣ
ΑΓΑΘΟΚΛΗΣ ΑΓΑΘΟΚΛΕΙΟΥΣ
Ο ΦΥΣΕΙ...
ΗΡΟΦΙΛΟΥ ΑΥΛΗΤΗΣ ΜΗΝΟΔΟΤΟΣ
ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥ ΤΟΥ Ε ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ
. . . . . .

Digitized by Google

tes, in mentem duxit mihi vocem quamdam, quam audiviſſe ſe dixit ab omnibus pariter editam in certamine Panathenaeorum. Nam quum civis quidam comprehenſus duceretur ad Praeſidem ludorum, quia tincta veſte indutus ſpectaſſet, Spectatores miſerti illius erant, & precabantur veniam. Et quum praeco praedicaret, quod contra legem feciſſet, tali veſte ſpectans, reclamaverunt omnes una voce, tamquam deliberatione habita cenſentes veniam indulgendam ei, ſic iam induto, propterea quod aliam veſtem non haberet. Erogari vero pecunia ex aerario in populum ſolita, qua ſibi ad ſpectandos ludos locum in theatro redimeret. Heſychius. Θεορικὰ χρήματα, τὰ εἰς θεῶν τιμὰς καὶ ἑορτὰς διδόμενα ἐν τοῖς Παναθηναίοις, καὶ Διονυσίοις, ἄ τινα ἐν τῷ θεάτρῳ ἐδίδοτο. *Theoricae, vel ſpectaticae pecuniae, quae datae ſunt in Panathenaeis, & Dionyſiis in Deorum honores, & feſta, quales in Theatro dabantur.*

CAP. XV.

Sacrum etiam ingens factum, ad quod bovem urbes omnes, quae coloniae Athenienſium mittere ſolitae. Vnde viſceratio quoque, & epulum populo; in quo pocula uſitata, Παναθηναϊκὰ *indigetata.*

SAcra porro etiam facta, ad quae urbes Atticae omnes, ſive quae coloniae Athenarum eſſent, bovem mittere immolandum tenebantur. Vnde viſceratio item, & epulum, populo. Inde eſt illud Comici in Nubibus:

Ἤδη ζωμῷ Παναθηναίοις ἐμπλησθεὶς, εἶτ' ἐταράχθης
Τὴν γαστέρα. ——
Iam iure in Panathenaeis impletus, poſtea turbatus fuiſti
Ventrem. ——

Vbi Scholiaſtes. Ἐν τοῖς Παναθηναίοις αἱ Ἀττικαὶ τοῖς Ἀθηναίοις πόλεις ἔπεμπον βοῦς. ὅθεν ἡ δαψίλεια τῶν κρεῶν. *In Panathenaeis Atticae urbes Athenienſibus mittebant boves. Vnde abundantia carnium.* Et alius. Ἐν τοῖς Παναθηναίοις πᾶσαι πόλεις, αἱ ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν ἀποικισθεῖσαι, βοῦν θυσόμενον ἔπεμπον. *In Panathenaeis omnes urbes, quae ab Athenis derivatae ſunt, bovem mactandum mittebant.* Et hic pocula uſitata, magna illa, quaeque congios binos caperent, aut plus etiam, quae Παναθηναϊκὰ dicta. Athenaeus lib. XI. Ἦσαν δὲ καὶ ὀνύχινοι σκύφοι, καὶ συνδέσεις τούτων μέχρι δικοτύλων, καὶ Παναθηναϊκὰ μέγιστα, τὰ μὲν δίχοα, τὰ δὲ καὶ μείζονα. *Erant & onychini ſcyphi, & capacitas illorum fuit uſque ad duas cotylas, & Panathenaea maxima quaedam erant duorum congiorum, quaedam vero etiam maiora.* Denique pompa duci ſolita per forum. Eſt in hanc rem elegans fragmentum Menandri apud Suidam in Πέμπειν.

—— μικρὰ Παναθήναια
Ἐπὶ δ' ἀγορᾶς πέμποντες ἐμοσχίων,
Μήτηρ ἐώρα τῆς κόρης ἐφ' ἅρματος.
—— *minora Panathenaea,*
Quum per forum ducerent, pompa boves
Mater ſpectabat puellae e curru.

CAP. XVI.

In Maioribus eadem fere uſitata.

HActenus mihi de minoribus Panathenaeis ſermo fuit, nunc maiora explicanda. In his eadem omnia acta eſſe exiſtimo. Ecce de certamine equeſtri apud Xenophontem habes in Sympoſio. Ἦν γὰρ Παναθηναίων τῶν μεγάλων ἱπποδρομία. *Erat vero in Panathenaeis magnis equorum certamen.* Et de gymnico eſt videre apud Demoſthenem Or. Περὶ τοῦ στεφάνου· Δεδόχθαι τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ, στεφανῶσαι Χαρίδημον, καὶ Διότιμον, χρυσῷ στεφάνῳ, καὶ ἀναγορεῦσαι Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ἐν τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι. *Viſum fuit Senatui, & Populo, ut coronarentur Charidemus, & Diotimus aurea corona, & proclamarentur feſto Panathenaeorum magnorum in gymnico certamine.* Item in Senatusconſulto Athenienſi, quod inter Hippocratis Opera reperitur. Ἀναγορεῦσαί τε τὸν στέφανον Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις, ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ γυμνικῷ. *Et proclamare coronam in Panathenaeis magnis, in certamine gymnico.* Ac gymnaſiarcha tunc e ſingulis tribubus unus datus, qui pecuniam ipſe de publico accipiebat, in tribules expendendam. Anonymus in Argumento Midianae. Ἐν μὲν οὖν τοῖς μεγάλοις (Παναθηναίοις) γυμνάσιά τινα ἐγίνοντο, καὶ προὐβάλλετο ἀφ' ἑκάστης φυλῆς εἷς γυμνασίαρχος, λαμβάνων χρήματα, εἰς τὸ γυμνάζειν τοὺς ἐπιτελέσοντας τὴν ἑορτήν, καὶ δώσων τὰς τούτων δαπάνας τοῖς ἑαυτοῦ φυλέταις. *In magnis quidem (Panathenaeis) exercitia quaedam fiebant; & conſtituebatur ab unaquaque tribu unus Praeſes exercitii, accipiens pecunias, ut exerceantur qui feſtum celebrabant, & daturus illorum impenſas illis, qui ex ſua tribu.* De pyrrichiſtis locus eſt Liſiae in Ἀπολογίᾳ δωροδοκίας. Ἐπὶ δὲ Γλαυκίππου ἄρχοντος, εἰς πυρριχιστὰς Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ὀκτακοσίας. *Quum imperaret Glaucippus, ad pyrrichiſtas in Panathenaeis magnis octingenta.*

CAP. XVII.

Niſi quod peplus tunc deductus. Scholiaſtes Ariſtophanis error indicatus.

QVaedam tamen ſpeciatim tunc dumtaxat uſitata obſervavi. Inter haec deductio pepli. Plato mihi diſertus teſtis in Euthyphrone. Καὶ δὴ καὶ τοῖς μεγάλοις Παναθηναίοις ὁ πέπλος, μεσὸς τῶν τοιούτων ποικιλμάτων, ἀνάγεται εἰς τὴν ἀκρόπολιν. *Sed & in magnis Panathenaeis peplus, plenus talibus figuris, ducitur in arcem.* Plautus Mercatore Act. I. Sc. I.

Neque niſi quinto anno quoque poſſe tum viſere
Vrbem, atque extemplo inde, ut ſpectaviſſet peplum,

Rus

Digitized by Google

Rus rursum confestim exigi solitum a patre.

Huc pertinet etiam fragmentum eiusdem apud Servium AEneid. 1.

Numquam ad civitatem venio, nisi quum infertur peplum.

Virgilius in Ciri:

Sed magno intexens, si fas est dicere, peplo;
Qualis Erechtheis olim portatur Athenis,
Debita quum castae solvuntur vota Minervae,
Tardaque confecto redeunt quinquennia lustro.

Harpocration. Περὶ τοῦ πέπλου, τοῦ ἀναγομένου τῇ Ἀθηνᾷ τοῖς μεγάλοις Παναθηναίοις, οὐ μόνον παρὰ τοῖς ῥήτορσίν ἐστι μνήμη, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς κωμικοῖς. *De Peplo, qui deducebatur Minervae in magnis Panathenaeis, non tantum apud Rhetores fit mentio, sed etiam apud Comicos.* Moschopulus. Πέπλος, ἐξυφάσματός ἔνδυμά τι, ὃ ἀνῆγον τῇ Ἀθηνᾷ ἐν τοῖς μεγάλοις Παναθηναίοις. *Peplus, eximie vestimentum quoddam, quod deducebant Minervae in magnis Panathenaeis.* Itaque errat vehementer Scholiastes Aristophanis Equitibus, singulis annis, ideſt, minoribus Panathenaeis, factum dicens. Verba eius ecce ista. Ἐπεσκευάζετο δὲ ὁ πέπλος καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, καὶ ἐπομπεύετο ἐν τοῖς Παναθηναίοις. *Reparabatur igitur peplus singulis annis, & cum pompa ferebatur in Panathenaeis.*

CAP. XVIII.

Ille vero qualis fuerit, quidve in eo intertextum. Libellus, Πέπλος inscriptus, an sit Aristotelis Stagiritae, per occasionem quaesitum. Deinde quo colore fuerit. Lutatii error. A quibus textus; & texturae quae praefectae. Ἐργαστῖναι. Item quando. Scholiastae Euripidis error.

QValis autem peplus fuerit, non abs re facturum me existimavi, si hic dicerem. Erat nempe velum navis Panathenaicae. Suidas. Ἰδίως παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις πέπλος τῆς Ἀθηναϊκῆς νεώς, ἣν οἱ Ἀθηναῖοι κατεσκεύαζον τῇ Ἀθηνᾷ. *Proprie apud Athenienses peplus est Athenaicae navis, quam Athenienses exstruebant Minervae.* Et intexta illi Titanomachia, resque in ea a Minerva praeclare gestae. Euripides Hecuba.

Ἢ Παλλάδος ἐν πόλει
Τᾶς καλλιδίφρου Ἀθα-
ναίας, ἐν κροκέῳ πέπλῳ
Ζεύξομαι ἅρματι πώλους,
Ἐν δαιδαλίοισι ποικίλ-
λουσ' ἀνθοκρόκοισι πήναις.
Ἢ Τιτάνων γενεὰν,
Τὰν Ζεὺς ἀμφιπύρῳ κομίζει
Φλογμῷ Κρονίδας.

Aut Palladis in urbe, pulcrum currum habentis Minervae, cum croceo peplo iungam currui equos, in artificiosis variegatis crocum florem imitantibus tapetibus. Aut Titanum genus, quod Iupiter candenti aufert flamma Saturnius. Schol. Aristophanis Equitibus, ubi de peplo. Ἐνεγέγραπτο δὲ ἐν αὐτῷ ὁ Ἐγκέλαδος, ὃν ἀνεῖλεν ἡ Ἀθηνᾶ. ἦν δὲ τῶν γιγάντων εἷς. *Inscribebatur quoque in eo Enceladus, quem occidit Minerva; erat autem unus e gigantibus.* Quae totidem quoque verbis Suidas. Virgilius Ciri.

Ergo Palladiae texuntur in ordine pugnae,
Magna giganteis ornantur pepla tropaeis,
Horrida sanguineo pinguntur proelia cocco.
Additur aurata deiectus cuspide Typho,
Qui prius Ossaeis consternens aequora saxis,
Emathio celsum duplicabat vertice Olympum.
Tale deae velum solenni in tempore portant.

Scholiastes Euripidis Hecuba. Ἐτέθη ἐν Ἀθήναις ὑφαίνειν τὰς παρθένους τῇ Ἀθηνᾷ πέπλον, ἔχοντα τὰς ἀριστείας τῆς θεοῦ, πολεμικῆς οὔσης, ἃ κατὰ γιγάντων ἐπράξατο μετὰ τοῦ Διός. *Mos erat Athenis, ut virgines texerent Minervae peplum, habentem egregia gesta Deae, quae bellatrix fuit, & quae contra gigantes egit cum Iove.* Proclus in Timaeum Platonis Comment. 1. Οἱ τῶν Παναθηναίων πέπλος ἔχει τοὺς γίγαντας νικωμένους ὑπὸ τῶν Ὀλυμπίων θεῶν. *Panathenaeorum peplus habet gigantes victos ab Olimpiis Diis.* Erant praeterea etiam intexta, quae alii viri excellentes fortiter fecissent. Servius ad AEneid. 1. *Peplum Minervae consecratum erat. In hoc depingebantur ex more apud Athenienses, qui strenue se in bello gessissent.* Inde est, quod tales, qui essent, ἄξιοι τοῦ πέπλου dicantur ab Aristophane Equitibus.

Εὐλογῆσαι βουλόμεθα τοὺς πατέρας ἡμῶν, ὅτι
Ἄνδρες ἦσαν τῆσδε τ' γῆς ἄξιοι, κὴ τοῦ πέπλου.
Laudare volumus parentes nostros, quia
Viri erant hac quidem terra digni, & peplo.

Inde quoque Aristotelis libellus, virorum praestantissimorum elogiis pepli instar intertextus, Πέπλος ab eo inscriptus fuit. Eustathius ad Iliad. β'. Ἱστορεῖ δὲ ὁ αὐτὸς Πορφύριος καὶ ὅτι Ἀριστοτέλης σύγγραμμα πραγματευσάμενος, ὅπερ ἐκλήθη Πέπλος. *Narrat vero ipse Porphyrius, quod Aristoteles quoque scriptum composuerit, dictum Peplus.* Sed an Aristoteles ille Stagirites? ut per occasionem hoc dicam, valde ambigo. Neque enim a Diogene Laertio inter Opera eius recensetur. Deinde diserte alium quemdam Aristotelem auctorem facit Ioannes Tzetzes in Hesiodum lib. 1. Ἀριστοτέλης γὰρ, ἢ ὁ φιλόσοφος, μᾶλλον δὲ, οἶμαι, ὁ τοὺς Πέπλους συντάξας. *Aristoteles enim, sive ille philosophus, potius vero existimo ille, qui Peplos composuit* (a). Sed hoc ἐν παρόδῳ. Postea per adulationem sciverunt quoque Athenienses, ut Antigonus, & Demetrius ibi item intexerentur. Plutarchus testatur in Demetrio. Ἐνυφαίνεσθαι δὲ τῷ πέπλῳ μετὰ τῶν θεῶν αὐτὸς (τὸν Ἀντίγονόν τε καὶ τὸν

(a) *Sam. Petitus Comment. ad Leges Atticas: Scriptorem huius Pepli Aristotelem Stagiritem non esse multi suspicantur, quia Diogenes Laertius in accuratissimo illo syllabo inter opera Aristotelis non recenset; & alterum quemdam Aristotelem auctorem facit Ioannes Tzetzes in Hesiodum: Ἀριστοτέλης γὰρ, ἢ ὁ φιλόσοφος, μᾶλλον δὲ οἶμαι, ὁ τοὺς πέπλους συντάξας ἐν τῇ Ὀργομενίων πολιτείᾳ. Atque is forte est, qui tertius a Diogene recensetur, & nonnulla de Homeri Iliade est commentatus. Verum, auctore ipso Tzetze, coniicimus non alium quam Philosophum Aristotelem Stagiritem Pepli fuisse auctorem; e verbis enim Tzetzis duo elicimus, prius est, eumdem esse, qui peplum*

τὸν Δημήτριον) ἐψηφίσαντο. *Vt intexerentur peplo (Antigonus, & Demetrius) cum Diis statuerunt.* Sed id Diis iratis factum mox adparuit. Narrat enim Plutarchus ibidem non multo post. Ἐπεσήμανε δὲ τοῖς πλέουσι τὸ θεῖον. ὁ μὲν γὰρ πέπλος, ὥσπερ ἐψηφίσαντο, μετὰ τοῦ Διὸς καὶ τῆς Ἀθηνᾶς προσενυφηναμένων Δημήτριον, καὶ Ἀντίγονον, περιπόμπου διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ, μέσος ἐρράγη, θυέλλης ἐμπεσούσης. *Numen vero plurimis significavit; Peplus enim, prout decreverant, cum Iove, & Minerva intextis Demetrio, & Antigono, dum fertur per Ceramicum, medius laceratus est, irruente procella.* Primi autem texuisse eum memorantur Aceseus Patarensis, & Helicon Carystius. Vide Zenobium Cent. I. Proverb. LVI. Memoratque totidem verbis Lucillus Tarrhaeus in Collect. Proverb. in Ἀκεσέως, καὶ Ἑλικῶνος ἔργα. Erat vero colore candido, clavis aureis interstinctus, ac sine manicis. Lutatius ad Theb. x. *Peplum est vestis candida, aureis clavis picta, sine manicis, quod simulacris fiebat. Sed hoc peplum primum ab Athenientibus institutum, quod matronae suis manibus faciebant, & inter triennium numinibus offerebant.* Ad colorem, quod attinet, eum croceum fuisse Euripides tradit in citato Hecubae loco.

——— ἐν κροκέῳ πέπλῳ
Ζεύξομαι ἅρματι πώλους,
Ἐν ϑαλαμίοισι ποικίλλουσ' ἀνθοκρόκοισι πήναις.

Cum croceo peplo iungam currui equos, cum artificiosis variegatis florem croceum imitantibus tapetibus.

Nisi forte ita dixerit ob clavos aureos, quibus interstinctus erat. Atque hoc verum esse potest. Sed non semel errat Lutatius; nam neque matronae texebant, sed virgines, ut statim dicemus; deinde non Diis quibusvis offerri solebat, sed Minervae tantum uni. Texebant autem virgines aliquot, quibus praefectae duae ex illis, quae Ἀρρηφόροι nuncupatae. Etymol. Auctor. Ἀρρηφόροι. ἀπὸ ἐτῶν ἑπτὰ μέχρις ἕνδεκα. τούτων δὲ δύο διεκρίνοντο, αἱ διὰ τῆς ὑφῆς τῇ ἱερᾷ πέπλῳ ἤρχοντο καὶ τῶν περὶ αὐτόν. *Arcana gestantes ab annis septem usque ad undecimum. Ex illis autem binae eligebantur, quae texturae sacri pepli, & aliis rebus ad illum spectantibus praeessent.* Quae totidem verbis Harpocration etiam tradit in Ἀρρηφορεῖν. Illae vero, quae texebant, Ἐργαστῖναι dicebantur. Hesychius. Ἐργαστῖναι, αἱ τὸν πέπλον ὑφαίνουσαι. *Peplum texentes feminae.* Ac texturam ordiebantur die Pyanepsionis mensis triceſimo, quo τὰ Χαλκεῖα celebrabantur. Etymologici Auct. in Χαλκεῖα. Ἔστι δὲ ἕνη καὶ νέα Πυανεψιῶνος, ἐν ᾗ καὶ ἱέρειαι μετὰ τῶν ἀρρηφόρων τὸν πέπλον διάζουσι. *Est vero ultimus dies Pyanepsionis, in quo & Sacerdotes cum arcanorum gestatoribus peplum inchoant.* Ergo errat Scholiastes Euripidis Hecuba, qui Panathenaeis texi consueviſſe nobis Auctor. Γ'φαινον δὲ (τὸν πέπλον) ἐν τοῖς Παναθηναίοις. *Texebant vero (peplum) in Panathenaeis.* Aut certe, ἐν τοῖς Ἀθηναίοις, dicere voluit; nam Χαλκεῖα festum, prius Ἀθήναια dicebatur; ut ostendo Graeciae Feriatae lib. VI. in Χαλκεῖα.

CAP. XIX.

Cum magna pompa deduci solitus; quae extra urbem instituta, in Ceramico; idque iuxta Leocorium, quod ibi erat. Pompae descriptio. Peplus e navi suspensus, quae Minervae adparata, per Ceramicum ad Cereris Eleusiniae templum ducebatur. Et navis illa terra ibat, instrumentis subterraneis provoluta, implente sinum vento secundo; quam in rem Virgilii locus illustratus. Mox templum Cereris circumvecta, praeter murum Pelasgicum, & Apollinis Pythii templum, in locum suum perducebatur. Inde peplus in arcem ductus praeter Mercurios, unde tabulatum ibi Aristagorae a Demetrio collocatum. Eius partes inferiores si contaminari forte contigisset, erat destinatus quidam, qui ablueret, Κατανίπτης *adpellatus. Mox Minervae simulacro insternebatur, cui e floribus lectus adparatus erat,* Πλακὶς *dictus.*

PEplum istum ingens pompa prosequuta, quam spectemus. Instrui eam extra urbem moris erat. Frontinus Strateg. lib. IV. cap. VII. *Athenienses, quum subinde a Lacedaemoniis infestarentur, diebus festis, quos Minervae sacros extra urbem celebrabant* (designat haec Panathenaea) *omnem quidem colentium imitationem expresserunt, armis tantum veste celatis.* Et quidem in Ceramico [a]. Thucydices lib. VI. Καὶ ὡς ἐπῆλθεν ἡ ἑορτὴ (τῶν μεγάλων Παναθηναίων) Ἱππίας μὲν ἔξω ἐν τῷ Κεραμεικῷ καλουμένῳ μετὰ τῶν δορυφόρων διεκόσμει, ὡς ἕκαστα ἐχρῆν τῆς πομπῆς προϊέναι. *Et quum advenisset festum (magnorum Panathenaeorum) Hippias quidem extra urbem in Ceramico loco ita dicto, cum satellitibus ordinat, prout necesse erat quaeque ante pompam procedere.* Idque iuxta Leocorium. Disco ex eodem Thucydide lib. I. Τῷ Ἱππάρχῳ περιτυχόντες. περὶ τὸ Λεωκόριον καλούμενον τὴν Παναθηναϊκὴν πομπὴν διακοσμοῦντι, ἀπέκτειναν. *Hipparchum occurrentes (b), circa locum Leocorium dictum Panathenaicam pompam ordinanti [c], eum occiderunt.*

plum scripsit, & qui Πολιτείας. *Atqui certissimum est, nullum alium esse* Πολιτειῶν *auctorem, quam Stagiritem Aristotelem; alterum vero est, scriptum hunc Aristoteli Librum, ut Politicum informaret, &* Πολιτείας, *magnum, & arduum opus, consultius, & tutius adgredcretur: nam pleraeque illae civitates, quarum* Πολιτείας *describebat, erant* ἀποικίαι, *& coloniae veterum illorum Heroum Homericorum; intererat autem scire, quae patria, quae gens nobile illorum eduxisset caput, quaenam illorum gesta, & fatum, quod in peplo erat exsequutus ut hac ratione unuscuiusque* Πολιτείας *sacrorum ritus, leges, & instituta dignoscerentur, &, si forte, caussae illorum ab ipsis Coloniarum deductoribus, eorumque institutis patriis repetitae aperirentur.* Ceterum quicumque pluria de hoc libello cognoscere avet, laudatum *Petitum* adeat.

[a] *Iac. Gronovius* hic animadvertit, quum Hippias ex Thucydide memoretur extra in Ceramico pompam ordinaviſſe, Meursium addere id contigiſſe iuxta Leocorium, idque probare ex Thucydidis verbis lib. I. Τῷ Ἱππάρχῳ περιτυχόντες, περὶ τὸ Λεωκόριον καλούμενον τὴν Παναθηναϊκὴν πομπὴν διακοσμοῦντι, ἀπέκτειναν. In his, inquit, videndum an non sit magna confusio, & perperam coniungatur locus in quo erat Hippias, cum illo, ubi erat Hipparchus. Nam Leocorium fuit intra urbem. Id enim clare dicit Thucydides libro VI. ubi Aristogiton, & Harmodius ὥρμησαν εἴσω τῶν πυλῶν (clarissima descriptione) καὶ περιτυχόν τῷ Ἱππάρχῳ παρὰ τὸ Λεωκόριον καλούμενον, unde aberat Hippias.

(b) Verte *circumvenientes.*

(c) Lege *ordinantem.*

Digitized by Google

runt. Erat vero illud in medio Ceramico. Hesychius. Λευκόριον, τῶν Λεὼ θυγατέρων μνημεῖον, τὸ καλούμενον Λευκόριον, ἐν μέσῳ τῷ Κεραμεικῷ. *Leocorium monumentum filiarum Leo, vocatum Leocorium, in medio Ceramico* [a]. Universa autem pompae ratio haec erat. Navis quaedam erat in hanc rem structa, quae & iuxta Areopagum servabatur. Indicat Pausanias Atticis. Τῷ δὲ Ἀρείῳ πάγου πλησίον δείκνυται ναῦς ποιηθεῖσα εἰς τὴν τῶν Παναθηναίων πομπήν. *Prope vero Areopagum navis ostenditur in Panathenaeorum pompam structa*. Ex hac peplus, de quo dixi, suspendebatur; eumque per Ceramicum totum, ubi pompam institutam iam ostendi, usque ad Cereris Eleusiniae templum deducebant. Suidas. Παρὰ Ἀθηναίοις πέπλος, τὸ ἄρμενον τῆς Παναθηναϊκῆς νεὼς, ἣν οἱ Ἀθηναῖοι κατεσκεύαζον τῇ Ἀθηνᾷ διὰ τετραετηρίας. ἧς καὶ τὴν πομπὴν διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ ἐποίουν μέχρι τοῦ Ἐλευσινίου. *Apud Athenienses peplus, est velum Panathenaicae navis, quam Athenienses exstruebant Minervae singulis quatuor annis; cuius quoque pompam per Ceramicum ducebant usque ad Eleusinium*. Per Ceramicum ductum peplum, Plutarchi etiam verba ostendunt in Demetrio. Οἱ μὲν γὰρ πέπλος, ὥσπερ ἐψηφίσαντο, μετὰ τοῦ Διὸς τῆς Ἀθηνᾶς προσενυφαινομένων Δημήτριον καὶ Ἀντίγονον, πεμπόμενος διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ, μέσος ἐρράγη. *Peplus enim, prout decreverant cum Iove, & Minerva attextis Demetrio, & Antigono, dum fertur per Ceramicum, medius disrupit* [b]. Ibatque navis illa non mari, sed terra. Heliodorus AEthiopic. lib. I. Παναθηναίων τῶν μεγάλων ἀγομένων, ὅτε τὴν ναῦν Ἀθηναῖοι ἐπὶ γῆς τῇ Ἀθηνᾷ πέμπουσιν. *Quum Panathenaea magna celebrabantur, quando navem Athenienses per terram Minervae mittunt*. Scholiastes Aristophanis Pace. Τῇ δὲ Ἀθηνᾷ ἤγοντο (τὰ μεγάλα Παναθήναια) διὰ πέντε ἐτῶν, ὅτε καὶ ἡ ναῦς ἐπὶ γῆς πλέει παρ' αὐτοῖς. *Minervae vero celebrabant (magna Panathenaea) singulis quinque annis, quando & navis per terram navigat apud eos*. Hinc Polemon in Oratione funebri Cynaegiri. Ὦ θρασύτερα ποιήσας τὰ μέλη τῷ σώματι ὥσπερεὶ νοήσας διὰ πεδίων καὶ τῶν ὀρῶν ἄγειν ναῦν Ἀθηναίοις αἰχμάλωτον· ὦ δεινῆς μάχης, Παναθήναια μεμιμημένης. *O qui audaciora corporis membra fecit, tamquam cogitaverit per campos, & montes captivam navem Athenienses ducere. O saevam pugnam, quae Panathenaea imitata est*. Ac trahebatur non iumentis, quod male viri quidam docti opinantur; sed per machinas subterraneas, remis impulsa, volvebatur per Ceramicum ad Cereris Eleusiniae templum, uti dixi: idque circumvecta, praeter murum Pelasgicum, & Apollinis Pythii templum, in locum suum deducebatur. Philostratus in Herode Sophist. lib. II. Κἀκεῖνα περὶ τῶν Παναθηναίων τούτων ἤκουον, πέπλον μὲν ἀνῆφθαι τῆς νεὼς, ἠδίω γραφῆς, σὺν ὑρίῳ τῷ κόλπῳ· δραμεῖν δὲ τὴν ναῦν, οὐχ ὑποζυγίων ἀγόντων, ἀλλ' ὑπογείοις μηχαναῖς ὑπολισθαίνουσαν. ἐκ Κεραμεικοῦ ἄρασαν χιλίῳ κώπῃ, ἀφεῖναι ἐπὶ τὸ Ἐλευσίνιον· καὶ περιβαλεῖσαν αὐτὸ, παραμεῖψαι τὸ Πελασγικὸν, κομιζόμενον παρὰ τὸ Πύθιον, ἐλθεῖν οἷ νῦν ὥρμισται. *Illa etiam Panathenaeis his audivi, peplum quidem suspensum esse navis, iucundiorem pictura, cum prospero sinu. Currere autem navem, nullis iumentis trahentibus, sed subterraneis machinis furtim procedentem. Ex Ceramico solventem mille remis, pervenisse ad Eleusinium; & circumflectentem illud praeteriisse Pelasgicum, delatum versus Pythium veniisse eo, ubi nunc stationem tenet*. Et implebatur sinus vento ferente. Vides in istis Philostrati verbis. Ἤκουον, πέπλον μὲν ἀνῆφθαι τῆς νεὼς, ἠδίω γραφῆς, σὺν ὑρίῳ τῷ κόλπῳ. *Audivi, Peplum quidem suspensum esse navis, iucundiorem pictura, cum prospero sinu*. Atque hoc est, quod Virgilius in Ciri intellexit, quum ait:

——— peplo
Qualis Erechtheis olim portatur Athenis,
Debita quum castae solvuntur vota Minervae,
Tardaque confecto redeunt quinquennia lustro,
Quum levis alterno Zephyrus concrebuit Euro,
Et prono gravidum provexit pondere cursum.

Inde in arcem itum fuit, praeter Mercurios, qui Athenis locus quidam, ut nuper ostendi Attic. Lect. lib. VI. cap. XVIII. Hinc est, quod tabulatum ibi amasiae suae Aristagorae, ut spectaret commodissime, Demetrius posuit. Athenaeus lib. IV. Τοῖς δὲ Παναθηναίοις, ἵππαρχος ὤν, ἱκρίον ἔστησε πρὸς τοῖς Ἑρμαῖς Ἀριστογόρᾳ, μετεωρότερον τῶν Ἑρμῶν. *In Panathenaeis autem, quum esset equitum praefectus, tabulatum exstruxit Aristagorae iuxta Mercurii statuas, altius Mercuriis*. In arcem deductum peplum fuisse, ex Platone manifestum, cuius iste locus Euthyphrone. Ὁ πέπλος, μεστὸς τῶν τοιούτων ποικιλμάτων, ἀνάγεται εἰς τὴν ἀκρόπολιν. *Peplus, plenus talium picturarum, deducitur in arcem*. Quod si inter deducendum partes forte inferiores inquinari contigisset, erat constitutus aliquis, qui purgaret, Κατανίπτης adpellatus; & munus illud inter sacra numeratum. Etymologici Auctor. Κατανίπτης, ἢ ἐπώνυμόν τινος, ἢ ἱερωσύνη Ἀθήνησιν, ὁ τὰ κάτω τοῦ πέπλου τῆς Ἀθηνᾶς ῥυπαινόμενα ἀποπλύνων. Κατανίπτης, *vel cognomen cuiusdam, vel sacerdotium Athenis illius, qui inferiora pepli Minervae contaminata abluebat*. In arcem vero, quum deduxissent, Minervae simulacro insternebant. Licet colligere e Polluce lib. VII. cap. XIII. Καὶ ὅτι μὲν ἐπίβλημά ἐστι, τεκμήραιτ' ἄν τις ἐκ τῶν τῆς Ἀθηνᾶς πέπλων. *Et quod ad insternendum sit, coniicere quis potest ex Minervae peplis*. Hoc quoque innuunt ista Lutatii ad Theb. libro X. *Peplum est vestis candida, aureis clavis picta, sine manicis, quod simulacris fiebat*. Cui Minervae simulacro lectus ille, floribus stratus, quique Πλακὶς dicebatur, paratus fuisse videri potest. Meminit eius lecti Hesychius. Πλακὶς, κλινίδιον κατεσκευασμένον ἐξ ἀνθῶν τῇ ἑορτῇ τῶν Παναθηναίων. *Placis, lectulus adparatus ex floribus in festo Panathenaeorum*.

CAP.

[a] De Leocorio consule *Ceramicum Cap.* XVII.

[b] *Disruptus est.*

Digitized by Google

CAP. XX.

In pompa ſenes ambulabant cum oleae ramo; unde Θαλλοφόροι *dicti. Heſychii locus reſtitutus. Illi autem ad hoc lecti, qui florente forma eſſent. Ariſtophanis dicterium. Grammaticorum error. Etiam anus, pariter ac ſenes, deducebant.*

IN hac pompa omnis aetas, omnis ſexus, omnis ordo incedebat. Primo ſenes ramum oleae geſtantes, unde Θαλλοφόροι illi nuncupati. Etymologici Auctor. Θαλλοφόρος, ὁ πομτεύων Ἀθήνῃσι τοῖς Παναθηναίοις, καὶ ἐλαίας κλάδον φέρων. λέγυσι δὲ καὶ γέροντας Θαλλοφόρυς, πρὸς ἓδὲν ἄλλο χρησίμυς, ἢ πρὸς τὸ θαλλὸν φέρειν. *Ramum geſtans, qui pompam ducit Athenis in Panathenaeis, & olivae palmitem geſtat. Dicuntur autem & ſenes ramum geſtantes, nulli alii rei apti, niſi ad ramum geſtandum.* Corruptus hac in re Heſychius. Θαλλοφόρος, ὁ πομπεύων Ἀθήνῃσι τοῖς Παναθηναίοις, κὴ ἐλαίας κλάδον φέρων. λέγῃ δὲ καὶ γέροντας θαλλοφόρυς, πρὸς ἓδὲν ἄλλο χρησίμυς, ἢ πρὸς τὸ θάλλειν. *Ramum geſtans, qui pompam ducit Athenis in Panathenaeis, & olivae palmitem fert. Dicit autem & ſenes ramum geſtantes, nulli alii rei idoneos, niſi ramis ferendis.* Reſtituo verba illa poſtrema. Hⁱ πρὸς ϟ θαλλόν. Euſtathius ad Odyſſ. ζ'. Καὶ θαλλοφόροι δέ τινες ἦσαν ἐν Ἀθήναις. τοιοῦτοι δ' ἔν τισιν ἑορταῖς οἱ γεραίτατοι. *Et ramum geſtantes quidam erant Athenis. Illi autem in quibusdam feſtis erant omnium maxime ſenes.* Iterum ad Odyſſ. ρ'. Θαλλοφόρος, παροιμιακῶς, ὁ πρὸς μηδὲν χρήσιμος ἄλλο, ἢ βοσκήμασι θαλλὸν παραβάλλειν. *Ramum geſtans, proverbialiter, qui nulli alii rei idoneus eſt, niſi pecoribus virgulto obiiciendo.* Dicunt Grammatici, ſenes fuiſſe ad nullam rem aliam utiles, ceu decrepitos: idque hauſerunt ex dicterio Comico Ariſtophanis Veſpis:

Οὐκέτι πρεσβυτῶν ὄχλος
Χρήσιμος ἐς' οὐδ' ἀκαρῆ.
Σκωτλόψυχοι γὰρ ἂν ἐν
Ταῖσιν ὁδοῖς ἅπάσαις
Θαλλοφόροι καλούμεθ'.
Nullius pretii eſt ſenum turba
Idonea eſt nec quidquam,
Traducimur enim, ſiquidem in
Viis omnibus
Ramum geſtantes vocamur.

Vbi Scholiaſtes. Θαλλοφόρυς γὰρ ἔφη, βουλόμενος τὺς γέροντας δηλῶσαι. ἐπεδὴ ἐν τοῖς Παναθηναίοις οἱ γέροντες θαλλὺς ἔχοντες ἐπόμπευον. *Ramum enim geſtantes, inquit, volens ſenes indicare, quia in Panathenaeis ſenes ramos tenentes pompam ducebant.* Falluntur autem, dum dicterium iſtud Comici, quo irridet ille ſenes, veritatem putavere. Nam mos legi, quibus forma adhuc florens, & qui bene aetatem ferrent. Xenophon mihi in Sympoſio teſtis valde luculentus. Ἀλλ' οὐδὲ μέντοι ταύτῃ γε ἀτιμαστέον τὸ κάλλος, ὡς ταχὺ παρακμάζον. ἐπεὶ ὥσπερ γε παῖς γίγνεται καλὸς, οὕτω καὶ μεῖρακιον, καὶ ἀνὴρ, καὶ πρεσβύτης. τεκμήριον δὲ, Θαλλοφόρυς δὴ τῇ Ἀθηνᾷ τὺς καλὺς γερόντας ἐκλέγονται. *Sed neque in hac parte vituperanda eſt pulcritudo, tamquam cito defloreſcens; quoniam ut puer naſcitur bonus, ita & iuvenis, & vir, & ſenex; argumentum autem eſt quod ramum geſtantes Minervae pulcros ſenes eligant.* Et e Xenophonte Iuncus lib. De Senect. apud Stobaeum Serm. cxii. Ἀλλὰ δὴ καὶ τὸ εὐπρεπὲς παραμένῃ αὐτοῖς (de ſenibus loquitur) ὥστε καὶ κατὰ ἀγορὰν, καί που ἐν θεάτροις ὀφθέντες, οἷα δὴ ἐν ἀγέλῃ βοῶν καὶ ἵππων, οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῆς ἀγέλης, τὸ εὐπρεπὲς παρέχυσι δῆλον τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς. μάλιστα δὲ ἐν τοῖς ἱεροῖς θύοντες ἐξεφανωμένοι, περιβλεπτότεροι τῶν ἱερῶν γίνονται. ὅ, τε νόμος αὐτὺς ἐκέλευε; χειροτονεῖ τῇ Ἀθηνᾷ, ὥς φησι Ξενοφῶν ὁ φιλόσοφος, Θαλλοφόρυς. *Sed & decorum manet apud ipſos, ita ut & in foro, & alicubi in theatris conſpecti, quemadmodum in grege boum, & equorum, qui putantur praeeſſe gregi, decorum manifeſtum praebent in omnium oculis. Potiſſimum vero in ſacris ſacrificantes coronati, ſpectatiores, quum ipſa ſacra fiunt; etiam Lex illos ipſos eligit Minervae, ut habet Xenophon Philoſophus, ramum ferentes.* Nec ſenes tantum in hac pompa cum oleae ramo, ſed & anus. Scholiaſtes Ariſtophanis citatis Veſpis. Ἐν τοῖς Παναθηναίοις οἱ γέροντες θαλλὺς ἔχοντες ἐπόμπευον. ὡς ὄν εἰς οὐδὲν ὄντων χρησίμων αὐτῶν, ἔξω τῦ θαλλοφορεῖν, οὕτως αὐτὺς ἐτέσκοψεν. ὁ μέντοι Δικαίαρχος ἐν τῷ Παναθηναικῷ, οὐκ οἶδα ἐξ ὅτυ ποτὲ, καὶ τὰς γραῦς ἐν τοῖς Παναθηναίοις ὑπέλαβε θαλλοφορεῖν. *In Panathenaeis ſenes ramos habentes pompam ducebant; quemadmodum igitur nulli rei hi idonei erant praeterquam ramis geſtandis, ita illos traduxit; attamen Dicaearchus in Panathenaico, non novi ex quo tandem, etiam anus in Panathenaeis exiſtimavit ramum ferre.*

CAP. XXI.

Viri quoque aetate florentes, iique cum armis, & mulieres. Illos inquilini ſequuti, cum ligonibus, Σκαφηφόροι *nuncupati; iſtas, eorum uxores, cum hydria,* Ὑδριαφόροι *dicta. AElianus reſtitutus, & Heſychius illuſtratus.*

INde viri, aetate florentes, iique cum armis. Hinc illud Thucydidis lib. vi. Καὶ αὐτοῖς τὰ μὲν ἄλλα πρὸς τὺς ξυνεπιθησομένυς τῷ ἔργῳ ἐπέπρακτο· περιέμενον δὲ Παναθήναια τὰ μεγάλα, ἐν ᾗ μόνον ἡμέρᾳ οὐκ ὕποπτον ἐγένετο, ἐν ὅπλοις τῶν πολιτῶν τὺς τὴν πομπὴν πέμψοντας ἀθρόυς γενέσθαι. *Expectabant autem Panathenaea magna, quo ſolo die, non ſuſpectum eſt, ſi in armis cives illi, qui pompam ducunt, frequentes adſint.* Et quidem cum clipeo, atque haſta. Ille ipſe mox in re eadem. Μετὰ γὰρ ἀσπίδος, καὶ δόρατος, εἰώθεσαν τὰς προπομπὰς ποιεῖν. *Nam cum ſcuto, & haſta, conſueverant deductiones facere.* Atque hos inquilini ſequebantur, cum ligone: unde etiam Σκαφηφόροι adpellati. Huc pertinet Heſychii locus. Σκαφηφόροι. οἱ μέτοικοι οὕτως ἐκαλοῦντο· σκάφας γὰρ ἔφερον ἐν Παναθηναίοις. *Ligones ferentes: inquilini ita vocabantur, Ligones enim fere-*

Digitized by Google

ferebant in Panathenaeis. Deinde feminae comitabantur : quas ſequutae inquilinorum uxores, hydriam ferentes. Çlarum eſt ex AEliano Var. Hiſt. lib. VI. cap. I. Ἀθηναῖοι ᾧ ὕβριζον κῇ ἐκείνῳ τὴν ὕβριν· εὐτυχίας γὰρ λαβόμενοι, τὴν εὐπραγίαν σωφρόνως οὐκ ἤνεγκαν. τὰς γὰρ παρθένους τῶν μετοίκων σκιαδηφορεῖν ἐν ταῖς πομπαῖς ἠνάγκαζον ταῖς ἑαυτῶν κόραις· τὰς δὲ γυναῖκας, ταῖς γυναιξί. τοὺς δὲ ἄνδρας, σκαφηφορεῖν. *Athenienſes autem contumelioſi fuerunt, ea quoque contumelia; rebus enim proſperis fruentes, felicitatem prudenter non tulerunt; itaque virgines inquilinorum hydrias* (a) *geſtare in pompis coegerunt ſuis puellis; mulieres autem mulieribus; viros vero, ligones ferre*. Quae poſtrema ſane verba mutila cenſeo, ac reſtituendum omnino. Τὰς δὲ ἄνδρας, σφίσι σκαφηφορεῖν. Nam cives viros ſequebantur inquilini cum ligone; mulieres vero, virgineſque illorum uxores, filiaeque: illae cum hydria, iſtae cum umbella, ac ſella, ut ſtatim dicam. Vt autem in inquilinis viri ab hoc opere Σκαφηφόροι, ita mulieres Ὑδριαφόροι nuncupatae. Pollux docet lib. III. capit. IV. Σκαφηφόροι. οὕτω τὰς μετοίκους ὠνόμαζον. καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν, Ὑδριαφόρους. ἀπὸ τῆ ἔργυ ἑκατέρας. *Ligones ferentes, ita inquilinos vocabant, & uxores illorum hydrias ferentes; ab opere utroſque*. Et de mulieribus capiendum iſtud in Heſychii gloſſis. Ὑδριαφόροι. μέτοικοι. *Hydrias ferentes, inquilini* (b).

CAP. XXII.

Et Ephebi, paeana canentes cum corona, ac chlamyde. Ea corona e milio erat, chlamys nigra; idque quare, & quamdiu; inde alba, & a quo id inſtitutum.

VIros ſubſequuti ephebi chlamydati, & coronati, paeanem deae proprium canebant. Heliodorus AEthiopic. lib. I. Παναθηναίων τῶν μεγάλων ἀγομένων, ὅτε τὴν ναῦν Ἀθηναῖοι ἐπὶ γῆς τῇ Ἀθηνᾷ πέμπουσιν, ἐτύγχανον μὲν ἐφηβεύων, ἄσας δὲ τὸν εἰωθότα παιᾶνα τῇ θεῷ, καὶ τὰ νενομισμένα προπομπεύσας, ὡς εἶχον στολῆς, αὐτῇ χλαμύδι, καὶ αὐτοῖς στεφάνοις, ἔρχομαι οἴκαδε ὡς ἐμαυτόν. *Quum agerentur Panathenaea magna, quando navem Athenienſes per terram Minervae mittunt, fui quidem ephebus, canens vero ſuetum paeanem deae, & praecedens in pompa ex more ſolennitatis, ſicut eram ſtola ipſa chlamyde, & ipſis coronis, venio domum ad me*. Coronam eorum milii ramos fuiſſe arbitror; qualem in aliis quoque pompis habuiſſe animadverto. Heſychius. Μίλιον, δένδρον ὅμοιον ἐλάτῃ, ᾧ τοὺς νέους στεφανοῦσιν ἐν ταῖς πομπαῖς. *Milium, arbor ſimilis abieti, qua iuvenes coronant in pompis*. Chlamys vero, qua induti, nigra erat, propter luctum ob mortem Coprei, quem ab aris Heraclidas avellentem Athenienſes interfecerant; idque obtinuit ad Herodem uſque Atticum, qui in albam commutare eam iuſſit. Accipio ex Philoſtrato in Herode hoc, quem dixi Sophiſt. libro II. Μετεκόσμησε δὲ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἐφήβους εἰς τὸ νῦν σχῆμα, χλαμύδας πρῶτον ἀμφιέσας λευκάς. τέως γὰρ δὴ μελαίνας ἐνημμένοι τὰς ἐκκλησίας περιεκάθηντο, καὶ τὰς πομπὰς (de Panathenaeis illi ſermo eſt) ἔπεμπον, πενθούντων δημοσίᾳ τῶν Ἀθηναίων τὸν κήρυκα τὸν Κοπρέα, ὃν αὐτοὶ ἀπέκτειναν, τὸν Ἡρακλείδας τῇ βωμῇ ἀποσπῶντα. *Ornatum vero ephebeorum Athenienſium formavit ad hodiernum habitum, chlamydas primum induens albas; hucuſque enim atras induti, conciones circumſidebant, & pompas ducebant, lugentibus publice Athenienſibus praeconem Copreum, quem ipſi occiderant, Heraclidas ab ara avellentem* (c).

CAP. XXIII.

Denique virgines procedebant cum caniſtris; unde Κανηφόροι *dictae. His iniecta velamenta* Ἐρικιονίδες *adpellatae. Adſervata vero ab illis, qui* Ἀρχιθέωροι *dicti, eamque in rem Andocidis locus reſtitutus. Et pompa inſtante hi inter virgines diſtribuebant; caſtitati, priuſquam id facerent, per aliquot dies operam dantes. Virgines autem e primatibus iſtae erant; ſororque Harmodii contumelia hic adfecta. Cum virginibus filiae inquilinorum ibant pro pediſſequis; & umbellam, ac ſellam ferentes; unde etiam* Διφροφόροι *nuncupatae.*

POſt hos virgines ſequebantur, cum caniſtris; in quibus ea, quae ad ſacra facienda neceſſaria: unde illae Κανηφόροι adpellatae. Heſychius. Κανηφόροι. ἐν ταῖς πομπαῖς αἱ ἐν ἀξιώμασι παρθένοι ἐκανηφόρουν, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς Παναθηναίοις. *Caniſtra ferentes, in pompis virgines, quae praeſtantes dignitate caniſtra ferebant, quemadmodum, & in Panathenaeis*. Idque a tempore Erichthonii, ut initio commemoravi, uſitatum. Harpocration in Κανηφόροι. Περὶ τῶν κανηφόρων Φιλόχορος ἐν δευτέρᾳ Ἀτθίδος φησὶν, ὡς Ἐριχθονίου βασιλεύοντος πρῶτον κατέστησαν αἱ ἐν ἀξιώματι παρθένοι φέρειν τὰ κανᾶ τῇ θεῷ, ἐφ' οἷς ἐπέκειτο τὰ πρὸς τὴν θυσίαν, τοῖς τε Παναθηναίοις, καὶ ταῖς πομπαῖς. *De ferentibus caniſtra Philochorus in ſecundo libro Atthidis inquit, Erichthonio regnum capeſſente primum conſtitutas fuiſſe virgines nobiles ad ferenda caniſtra deae, quibus impoſita erant illa, quae ad ſacrificium per-*

(a) Verte *Vmbellas*.

(b) Conſule *Lib. II. Them. Attic. Cap. XXXV. & Lib. IV. Lection. Attic. Cap. IX.* ubi quidem dicitur hoſce Inquilinos punicea veſte indutos fuiſſe, quod vereor ut ſit verum, quando in veſte tincta Panathenaea ſpectare non licebat.

(c) *Sam. Petit. Comment. ad Leg. Attic. Ego vero nullus dubito ſententiam viri eruditiſſimi non poſſe cuiquam probari, qui attenderit ad ea, quae iam ante obſervavimus: nam nemini fas erat in veſte tincta* pompam *hanc ludoſque* Panathenaicos *ſpectare: quanto igitur minus pompam ipſam deducere in veſte nigra adeoque funeſta? neque eſt quod quiſquam putet Legem hanc ab Herode Attico cenſeri debere, quaſi aut ab ipſo Herode lata eſſet, aut certe ex quo ipſe Ephebos iuſſit albas chlamydes indui: non enim id ita eſt. Lucianus enim Legis huius meminit tamquam iamdiu ante obſervatae, & ſcripſit Lucianus meo iudicio hunc Librum, antequam quidquam in Ephebeorum ornatu innovaſſet Herodes Atticus. Praeterea, quod caput eſt,* Panathenaeorum *dies atra aliqua veſte ob memoriam caedis cuiuſquam funeſtatos fuiſſe, par non eſt credere: Erant enim laetitiae toti conſecrati: neque in hanc anni tempeſtatem poteſt cadere caedes Coprei, quem lugebant atrati Ephebi.*

Digitized by Google

tinent, & in Panathenaeis, & pompis. Et iniecta his caniſtris velamenta, Ἱστιανίδες nuncupata. Heſychius. Ἱστιανίδες, αἱ Σκυθικαὶ στολαί. καὶ παρὰ Ἀθηναίοις σκεπάσματα, οἷς ἐκάλυπτον τὰ ἱερὰ κανᾶ. *Iſtrianides, Scyticae ſtolae, & apud Athenienſes velamenta, quibus tegebant ſacra caniſtra.* Adſervari autem illa, ut reliqua pompae inſtrumenta, ſolita apud eos, qui Ἀρχιθέωροι dicti. Obſervare eſt apud Andocidem Orat. Κατ' Ἀλκιβιάδου. Τὰ πομπεῖα παρὰ τῶν ἀρχιθεώρων αἰτησάμενος, ὡς εἰς τὰ πινάκια τῇ προτέρᾳ τῶν θυσίας χρησόμενος, ἐξηπάτησε, καὶ ἀποδοῦναι οὐκ ἤθελε. *Pompae fercula ab Architheoris requirens, utpote ad victoriae feſtum primo ſacrificii die uſurpaturus, illuſit, & reddere noluit.* Quem locum, inſigniter corruptum, ſic reſtituendum cenſeo. Ὡς εἰς τὰ πινίκια τῇ προτέρᾳ τῆς θυσίας χρησόμενος. Et hi, quum inſtaret pompa deducenda, inter virgines laturas diſtribuebant; ſed eorum tanta veneratio erat, ut, priuſquam ea attingerent, aliquot dies caſtitati operarentur. Clarum e Demoſthenis verbis in extrema Ariſtocratea. Ἀλλ' Ἀνδροτίων ὑμῖν πομπείων ἐπισκευαστής. Ἀνδροτίων. ὦ γῆ, καὶ θεοί. καὶ τοῦτο τὸ ἀσέβημα ἔλαττόν τινος ἡγεῖσθε; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι δεῖν, τὸν εἰς ἱερὰ εἰσιόντα, καὶ χερνίβων καὶ κανῶν ἀψόμενον, καὶ τῆς πρὸς θεοὺς ἐπιμελείας προσάπτεσθαι μέλλοντα, μὴ προειρημένων ἡμερῶν ἀριθμὸν ἁγνεύειν μόνον, ἀλλὰ τὸν βίον ὅλον ἡγνευκέναι τοιούτων ἐπιτηδευμάτων, οἷα τούτῳ βεβίωται. *Sed Androtion vobis pompae ferculorum inſtructor. Androtion, o terra diique! & hanc impietatem minorem ulla alia eſſe putatis? Ego enim quidem exiſtimo decere, illum qui ad ſacra intrat, & qui lavacra caniſtraque attinget, & qui praefectus ceremoniae erga deos erit, non ſolum praedicto dierum numero caſte agere, ſed & univerſam vitam his ſtudiis caſtam tranſegiſſe, qualia ille vixit.* Erant vero, quae caniſtra haec portabant, virgines plane primariae; neque is honos qualibuſcumque habebatur. Heſychius. Αἱ ἐν ἀξιώματι παρθένοι ἐκανηφόρουν τῇ θεῷ, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς Παναθηναίοις. ὃ πάσαις δὲ ἐφέρετο κανηφορεῖν. *Virgines nobiles caniſtra ferebant Deae quemadmodum & in Panathenaeis. Non autem licebat omnibus caniſtra ferre.* Et Harpocration. Κατέσηταν αἱ ἐν ἀξιώματι παρθένοι φέρειν τὰ κανᾶ τῇ θεῷ. *Conſtitutae ſunt nobiles virgines ad ferenda caniſtra deae.* Itaque Harmodii ſoror, tamquam hoc honore indigna, ab Hipparcho reiecta per contumeliam fuit. Thucydides lib. VI. Τὸν δ' ἓν Ἁρμόδιον (ὁ Ἵππαρχος) ἀπαρνηθέντα τὴν πεῖραν, ὥσπερ διενοεῖτο, προὐπηλάκισεν. ἀδελφὴν γὰρ αὐτοῦ κόρῃ ἐπαγγέλλοντες ἥκειν, κανοῦν οἴσουσαν, λέγοντες, οὐδὲ ἐπαγγεῖλαι τὴν ἀρχὴν, διὰ τὸ μὴ ἀξίαν εἶναι. *Harmodium igitur (Hipparchus) abnuentem tentationem, quemadmodum concepit, contumelia adfecit. nam ſororem eius virginem, quum denuntiaſſent illi ut veniret ad caniſtrum ferendum reiecerunt, dicentes, neque illi omnino adnuntiatum eſſe, quia eſſet indigna.* Maximus Tyrius Diſſert. VIII. Καὶ ἀδελφὴν Ἁρμοδίου, Παναθηναίοις ἤκουσαν ἐπὶ τὴν πομπὴν, κανηφοροῦσαν ἐξήλασεν ἐπ' ἀτιμίᾳ. *Et ſororem Harmodii, Panathenaeis venientem ad pompam, caniſtrum ferentem, reiecit ex contemtu.* Meminit etiam Plato Hipparcho. Λέγεται δὲ ὑπὸ τῶν χαριεστέρων ἀνθρώπων καὶ ὁ θάνατος αὐτῷ γενέσθαι διὰ τὴν τῆς ἀδελφῆς (τοῦ Ἁρμοδίου) ἀτιμίαν, τῆς κανηφορίας. ἐπὶ τοῦτό γε εὔηθες. ἀλλὰ τὸν μὲν Ἁρμόδιον γεγονέναι παιδικὰ τοῦ Ἀριστογείτονος, καὶ πεπαιδεῦσθαι ὑπ' ἐκείνου. *Dicitur autem ab elegantioribus viris etiam mortem illi eveniſſe non ob ignominiam ſororis (Harmodii) caniſtri lationis. Quoniam illud ſtultum foret. Sed Harmodium fuiſſe delicias Ariſtogitonis, & inſtitutum ab eo* (a). Et ornatae auro erant. Obſervare eſt in Decreto in Lycurgi rhetoris honorem facto apud Plutarchum extremo libro De x. Rhet. Ἔτι δὲ αἱρεθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου χρήματα πολλὰ ἀνήγαγεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν· καὶ παρασκευάσας τῇ θεῷ κόσμον, νίκας τε ὁλοχρύσους, πομπεῖά τε χρυσᾶ καὶ ἀργύρια, καὶ κόσμον χρυσοῦν ἐν ἑκατὸν κανηφόροις. *Adhuc vero electus a populo, pecunias multas in arcem adduxit. Et quum Deae ornatum, victoriaſque totas aureas, aureaque, & argentea fercula, aureumque mundum in centum ciſtiferis praeparaviſſet.* Sequebantur autem virgines has pediſſequae, quae umbellam, & ſellam, ferrent. Obſervare, ecce, licet apud Ariſtophanem Avibus.

Φέρε μοι σκιάδιον, ἵνα με κἂν ὁ Ζεὺς ἴδῃ.
Ἄνωθεν, ἀκολουθεῖν δοκῶ κανηφόρῳ.
Fere mihi umbellam, ut me ſi Iupiter videat
Deſuper, ſequi videar caniſtrum ferentem.

Ad quem locum Scholiaſtes. Ταῖς γὰρ κανηφόροις σκιάδιον καὶ δίφρον ἀκολουθεῖ τις ἔχουσα. *Etenim caniſtra ferentes ſequitur aliqua umbellam, & ſellam tenens.* Quae totidem verbis Suidas in Δίφρος. Erant vero hae pediſſequae inquilinorum filiae. Clarum ex Harpocratione in Σκαφηφόροι. Προσέταττεν ὁ νόμος τοῖς μετοίκοις ἐν ταῖς πομπαῖς, αὐτοὺς μὲν σκάφας φέρειν· τὰς δὲ θυγατέρας αὐτῶν, ὑδρίας, καὶ σκιάδια. *Iuſſit lex inquilinis in pompis, ut ipſi quidem ligones ferrent, filias autem illorum hydrias, & umbellas.* Et ex AEliano Var. Hiſt. lib. VI. cap. I. Τὰς γοῦν παρθένους τῶν μετοίκων σκιαδηφορεῖν ἐν ταῖς πομπαῖς ἠνάγκαζον (οἱ Ἀθηναῖοι) ταῖς ἑαυτῶν κόραις. *Virgines igitur inquilinorum umbellas ferre in pompis coegerunt (Athenienſes) ſuis puellis* (b). Atque illae a ſella, quam ferebant, Διφροφόροι indigetatae. Etymologici Auctor. Διφροφόροι, αἱ ταῖς κανηφόροις εἵποντο δίφρους ἐπιφερόμεναι. *Sellas ferentes, quae caniſtrae ferentes ſequebantur, ſellas adferentes.* Quae apud Heſychium quoque habes, totidem verbis. Eſtque mentio etiam earum apud Plutarchum de Gloria Athen. Ὥσπερ γυναικὸς πολυτελοῦς, τῆς τραγῳδίας κωμῳδαί, καὶ διφροφόροι. *Tamquam ſumtuoſae feminae, Tragoedie comtores, & ſellae curulis bainli.* Apud Hermippum in Comoedia Θεοὶ inſcripta.

——— ὥσπερ αἱ κανηφόροι
Λευκοῖσιν ἀλφίτοισιν ἐντετριμμένοις,
Ἐγὼ δ' ἕνεκα τῶν ψαλάθων τὴν διφροφόρον.
quem-

(a) Conſule *Piſiſtratum Cap. XIII.*

(b) Adi *Lib. II. Them. Attic. Cap. XXXV.*

Digitized by Google

——— *quemadmodum quae canistra ferunt.*
Albis farinis intritis,
Ego vero propter ..... selligeram.
Et Nicophon Χειρογαστόρων γένναι.
——— αὐτὸς ὀλίγου γ' ἄναγ' ἀπὸ
Τῆς διφροφόρου, χρηστὸς εἶ, καὶ κόσμιος.
——— *ille* (a) *parum secede ab*
Sellam ferente, probus es, & decorus.

CAP. XXIV.

Agmen pueri claudebant, tunicis amicti, quae Πανδαμικαὶ *nuncupatae. Curam vero pompae omnem oi* Νομοφύλακες *sustinebant, fascia alba coronati. Pollucis locus emendatus. Vbi instrui pompa solita.* Πομπεῖον.

AN & pueri in hac pompa? Speciatim nusquam invenio; sed fuisse, ut in ceteris, non est dubium: nam in omnibus indistincte etiam ibant, idque tunicis induti, quae Πανδαμικοὶ nominatae. Occurrit in Hesychii Glossis. Πανδαμικοὶ, παιδικοὶ χιτῶνες ἐν ταῖς πομπαῖς. *Pandamici, pueriles tunicae in pompae.* Habes pompam universam, ordine suo explicatam; Nunc dicendum, penes quosnam instruendae eius cura; deinde, ubi instrui solita. Ac curam quidem instruendae *oi* Νομοφύλακες sustinebant, fascia alba redimiti. Pollux lib. VIII. cap. VIII. sect. VII. Ἵππαρχοι δὲ δύο, ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων αἱρεθέντες, ἐπιμελοῦνται τῶν πολεμίων. οἱ δὲ φύλαρχοι, δέκα, εἷς ἀπὸ φυλῆς ἑκάστης, τῶν ἱππέων προίστανται. καθάπερ οἱ ταξίαρχοι τῶν ὁπλιτῶν. νομοφύλακες μὲν, ἐστεφάνωνται στροφίῳ λευκῷ. τὴν δὲ πομπὴν πέμπουσι τῷ θεῷ. *Equitum vero magistri duo, ex omnibus Athenien sibus lecti, curant res militares. Tribuni autem, decem; Vnus e tribu quaque, equitibus praesunt. Quemadmodum duces ordinum armatis. Legum custodes quidem coronati sunt fascia alba. Pompam autem ducunt Deo.* Quem locum, luxatum, corruptumque, sic restituendum censeo. ἐκ τῶν πολέμων· τῶν ἱππέων προῖστανται, καθάπερ οἱ ταξίαρχοι τῶν ὁπλιτῶν. οἱ δὲ φύλαρχοι, δέκα. εἷς ἀπὸ φυλῆς ἑκάστης· νομοφύλακες μὲν, ἐ. σ. λ. Et in fine, π. πέμπουσι τῇ θεῷ. Nam pompam hanc Minervae intelligit, quae ἡ θεὸς simpliciter, & κατ' ἐξοχὴν, ab Atheniensibus dicebatur, ut notum Graecae linguae peritis. Instrui autem illic solita, ubi reliquae. Erat enim aedificium quoddam Athenis, instruendis pompis proprium, urbi ingressis a Piraeeo, prope Cereris. Observo apud Pausaniam Atticis. Εἰσελθόντων δὲ εἰς τὴν πόλιν (ἐκ Πειραιῶς) εἰκοδόμημα ἐς παρασκευὴν ἐστι τῶν πομπῶν, ἃς πέμπουσι τὰς μὲν ἀνὰ πᾶν ἔτος, τὰς δὲ οὐ χρόνου διαλείποντος. οὐ πλησίον ναός ἐστι Δήμητρος. *Ingredientibus vero urbem (ex Piraeeo) aedificium occurrit ad praeparationem pomparum, quas ducunt, alias quidem singulis annis, alias autem quoque intermisso tempore. Et prope est templum Cereris.* Et accurate attendenti totum illum Pausaniae locum adparebit, fuisse inter portam Piraicam, ac Sacram.

Meursii Tom. II.

(a) Verte *ipse*.

CAP. XXV.

Deinde Homeri quoque carmina a rhapsoedis recitata; idque a quo institutum.

PRaeter pompam hanc, etiam rhapsoedi carmina Homeri recitabant. Lycurgus. Orat. in Leocratem. Βέλομαι δ' ὑμῖν καὶ τὸν Ὅμηρον παρασχέσθαι ἐπαινῶν. οὕτω γὰρ ὑπέλαβον ὑμῶν οἱ πατέρες σπουδαῖον εἶναι ποιητὴν, ὥστε νόμον ἔθεντο, καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα τῶν Παναθηναίων μόνα τῶν ἄλλων ποιητῶν ῥαψῳδεῖσθαι τὰ ἔπη. ἐπίδειξιν ποιούμενοι πρὸς τοὺς Ἕλληνας, ὅτι τὰ κάλλιστα τῶν ἔργων προῄρηντο εἰκότως. *Volo vero vobis Homerum quoque laudans proferre. Sic enim putarunt patres vestri serium esse poetam, ita ut legem tulerint, qua singulis quinque annis festo Panathenaeorum solius ex aliis poetis carmina a rhapsoedis recitarentur; indicium Graecis praebentes, optima opera praeferri decenter.* Institutum id ab Hipparcho, Pisistrati F. Plato testis in Hipparcho, ubi de eo verba facit. Ὃς ἄλλα τε πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα σοφίας ἀπεδείξατο, καὶ τὰ Ὁμήρου πρῶτος ἐκόμισεν εἰς τὴν γῆν ταυτηί. καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διιέναι, ὥσπερ νῦν ἔτι οἵδε ποιοῦσι. *Qui alia & multa, & bona opera sapientiae edidit, Homerique carmina primus deduxit in hanc terram: & coegit rhapsoedos Panathenaeis ob aestimationem exinde illa canere, quemadmodum nunc adhuc illi faciunt.* Et AElianus Var. Hist. lib. VIII. cap. II. Ἵππαρχος, ὁ Πεισιστράτου παῖς, πρεσβύτατος ὢν τῶν Πεισιστράτου, καὶ σοφώτατος ἦν Ἀθηναίων ἅπας, καὶ τὰ Ὁμήρου ἔπη ἐκόμισε πρῶτος εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς τοῖς Παναθηναίοις αὐτὰ ᾄδειν. *Hipparchus Pisistrati filius maximus natu inter filios Pisistrati, & sapientissimus erat Athenien sium, primusque Homeri carmina attulit Athenas, & coegit rhapsoedos Panathenaeis illa canere* (b).

CAP. XXVI.

Coronae quoque honoris ergo aureae datae, publice in certamine gymnico per praeconem pronuntiabantur. Praeco etiam Athenien sibus pariter atque Plataeensibus bene ut esset precabatur; idque quando institutum. Captivi quoque dimitti soliti.

QVin honore quos insigni adfectos vellent, coronam auream his donabant; idque publice per praeconem in gymnico certamine pronuntiabant. Adparet ex Senatusconsulto Athenien sium, in hoc Opere semel a me, iterumque, adlegato. Δεδόχθαι τῷ δήμῳ μυῆσαι αὐτὸν τὰ μυστήρια τὰ μεγάλα, καθάπερ Ἡρακλέα τὸν Διός. καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν στεφάνῳ χρυσῷ, ἀπὸ χρυσῶν χιλίων. ἀναγορεῦσαί τε τὸν στέφανον Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις, ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ γυμνικῷ. *Visum fuit populo initiare ipsum mysteriis magnis, quemadmodum Herculem Iovis. Et coronare ipsum corona aurea aureorum mille. & pronuntiare coronam in*

(b) Vide *Plisistrat. Cap. IX.*

Digitized by Google

Panathenaeis magnis, in certamine gymnico. Et ex altero, quod exſtat in Inſcriptionibus Antiquis pag. ccccv. ΤΟΤΕ ΠΡΩΤΟΝ ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΟΙΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΟΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΤΙΜΗΘΗΝΑΙ ΧΡΥΣΩΙ ΣΤΕΦΑΝΩΙ ΑΝΑΓΟΡΕΥΟΜΕΝΩΙ ΕΝ ΤΩΙ ΕΝ ΑΣΤΕΙ ΘΕΑΤΡΩΙ. *Tunc primum in Panathenaeis fecit populum Athenienſium, qui in Delo, honorari corona aurea pronuntiata in theatro civitatis* (a). Rurſum ex alio apud Ioſephum Antiquit. Iud. lib. XIV. cap. XVI. Δέδοκται δὲ καὶ νῦν, Θεοδοσίῳ τῷ Θεοδώρου Σωσιέως εἰσηγησαμένου, κ᾽ περὶ τῆς ἀνδρὸς ἀρετῆς ὑπομνήσαντος τὸν δῆμον, κ᾽ ὅτι προαίρεσιν ἔχει ποιεῖν ἡμᾶς ὅτι πλ᾽ ἂν δύναται ἀγαθὸν, τιμῆσαι τ᾽ ἄνδρα χρυσῷ στεφάνῳ, ἀριστείῳ κατὰ τὸν νόμον, ἀνειπεῖν δὲ τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις, τραγῳδιῶν τῶν καινῶν ἀγομένων, καὶ Παναθηναίων, καὶ Ἐλευσινίων, κ᾽ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν. *Viſum eſt vero etiam nunc, quum Theodoſius Theodori*

(a) Hanc quidem Inſcriptionem integram ex *Grutero* ſuperius ad *Lib. II. Them. Attic. Cap. IV.* adduximus, ſed quum exactiorem caſtigatioremque eam exhibeat *Monfalconius* doctiſſimus in ſuo *Diario Italico* illam lubet hic iterum ex eo proferre.

ΕΠΙ ΑΡΙΣΤΑΙΧΜΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΓΑΜΗΛΙΩΝΟΣ ΔΕΚΑΤΕΙ ΙΣΤΑΜΕΝΟΥ
ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΚΥΡΙΑ ΕΝ ΤΩΙ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΗΡΙΩΙ
ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΜΕΛΙΤΕΥΣ ΕΙΠΕΝ
ΕΠΕΙΔΗ ΕΥΒΟΥΛΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ
ΕΝ ΤΕ ΤΑΙΣ ΑΡΧΑΙΣ ΕΦΑΣ ΕΧΕΙΡΟΤΟΝΗΘΗ ΚΑΛΩΣ
ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΩΣ ΑΝΑΣΤΡΑΦΕΙΣ ΑΝΕΚΚΛΗΤΟΝ ΕΑΥ
ΤΟΝ ΠΑΡΕΣΧΕΤΟ ΑΡΧΕΘΕΩΡΟΣ ΤΕ ΑΙΡΕΘΕΙΣ ΚΑΙ
ΜΕΤΑ ΤΟΥ ΥΙΟΥ ΤΕ ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΣΥΝΘΕΩΡΩΝ
ΠΑΝΤΑ ΚΑΛΩΣ ΚΑΙ ΠΡΕΠΟΝΤΩΣ ΒΡΑΒΕΥΣΑΣ
ΤΟ ΤΕ ΠΡΩΤΟΝ ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΟΙΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ ΤΟΝ
ΔΗΜΟΝ ΤΟΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΔΗΛΩ ΤΙΜΗΘΗ
ΝΑΙ ΧΡΥΣΩΙ ΣΤΕΦΑΝΩΙ ΑΝΑΓΟΡΕΥΜΕΝΩΙ ΕΝ
ΤΩΙ ΕΝ ΑΣΤΕΙ ΘΕΑΤΡΩΙ ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΣ ΤΕ ΠΛΕΟΝΑΚΙΣ
ΚΑΙ ΑΓΩΝΙΣΑΜΕΝΟΣ ΕΚΤΕΝΩΣ ΠΟΛΛΑ ΤΩΝ ΧΡΗ
ΣΙΜΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΙΣ ΤΟΙΣ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΠΕΡΙΕΠΟΙΗΣΕΝ
ΙΕΡΕΥΣ ΤΕ ΓΕΝΟΜΕΝΟΣ ΤΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ ΘΕΩΝ ΚΑΙ
ΠΑΛΙΝ ΤΟΥ ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ ΚΑΙ ΠΑΛΙΝ ΑΙΡΕΘΕΙΣ ΥΠΟ ΤΟΥ
ΔΗΜΟΥ ΚΑΙ ΛΑΧΩΝ ΤΟΥ ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΚΑΙ ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΠΑΣας
ΔΑΠΑΝΗΣΑΣ ΤΑΣ ΠΟΜΠΑΣ ΚΑΙ ΤΑΣ ΘΥΣΙΑΣ ΥΠΕΡ ΑΘΗΝΑΙ
ΩΝ ΚΑΙ ΡΩΜΑΙΩΝ ΚΑΛΩΣ ΚΑΙ ΙΕΡΟΠΡΕΠΩΝ ΣΥΝΕΤΕΛΕ
ΣΕΝ ΟΠΩΣ ΟΥΝ Ο ΔΗΜΟΣ ΦΑΙΝΗΤΑΙ ΤΟΙΣ ΕΥΧΡΗΣΤΟΥ
ΣΙΝ ΑΞΙΑΣ ΑΠΟΔΙΔΟΥΣ ΧΑΡΙΤΑΣ ΑΓΑΘΕΙ ΤΥΧΕΙ ΔΕ
ΔΟΧΘΑΙ ΤΕΙ ΒΟΥΛΕΙ ΤΟΥΣ ΛΑΧΟΝΤΑΣ ΠΡΟΕΔΡΟΥΣ
ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΠΙΟΥΣΑΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ ΧΡΗΜΑΤΙΣΑΙ
ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΩΝ ΓΝΩΜΗΝ ΔΕ ΣΥΜΒΑΛΛΕΣΘΑΙ ΤΗΣ
ΒΟΥΛΗΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΟΤΙ ΔΟΚΕΙ ΤΕΙ ΒΟΥΛΕΙ ΣΤΕ
ΦΑΝΩΣΑΙ ΕΥΒΟΥΛΟΝ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΝ
ΤΩΙ ΙΕΡΩΙ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΣΤΕΦΑΝΩΙ ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ
ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΧΕΙΡΟΤΟΝΗΣΑΙ
ΔΕ ΚΑΙ ΠΡΕΣΒΕΙΣ ΗΔΗ ΤΡΕΙΣ ΟΙ ΤΙΝΕΣ ΕΠΕΛΘΟΝ
ΤΕΣ ΕΠΙ ΤΗΝ ΑΘΗΝΗΣΙΝ ΒΟΥΛΗΝ ΚΑΙ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ
ΠΑΡΑΚΕΛΕΣΟΥΣΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΣΥΝΕΠΙΧΩΡΗΣΑΙ
ΤΟΙΣ ΕΨΗΦΙΣΜΕΝΟΙΣ ΕΥΒΟΥΛΩΙ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΟΙΣ
ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ ΔΕ ΤΟΔΕ ΤΟ ΨΗΦΙΣΜΑ ΚΑΙ ΕΙΣ ΣΤΗΛΗΝ

ΛΙ-

Digitized by Google

dori F. Sunienſis hortatus fuiſſet, & viri virtutem in populi memoriam revocaſſet, & animadverſum vellet habere eum voluntatem nobis quoad fieri poſſet benefaciendi, honorare virum aurea corona, legitimo praemio, per praeconem vero publicare illam Coronam in Theatro Dionyſiorum tempore, quum novae Tragoediae aguntur, & Panathenaea, & Eleuſinia, & in certaminibus gymnicis. Eſtque hac ipſa de re inſignis locus Demoſthenis Orat. Περὶ τῦ ςεφάνυ. Δεδόκται τῇ βυλῇ, καὶ τῷ δήμῳ, ςεφανῶσαι Χαρίδημον, καὶ Διότιμον, χρυσῷ ςεφάνῳ. καὶ ἀναγορεῦσαι Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις, ἐν τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι. *Placuit ſenatui & populo, coronare Charidemum, & Diotimum aurea corona: & pronuntiare in Panathenaeis magnis, in gymnico certamine.* Praeterea in his, ut in aliis item feſtis quinquennalibus, praeco Athenienſis conceptis verbis precabatur, ut Athenienſibus pariter, ac Plataeenſibus, bene eſſet; idque a pugna Marathonia inſtitutum, in qua illi, in ſiniſtro cornu poſiti a Miltiade, fortiter fecerant. Hoc accipimus ex Herodoto lib. VI. Τελευταῖοι ὃ ἐτάσσοντο, ἔχοντες τὸ εὐώνυμον κέρας, Πλαταιέες. ἀπὸ ταύτης γάρ σφι τῆς μάχης, ϑυσίας Ἀθηναίων ἀναγόντων ἐς παννυχίας τὰς ἐν τῇσι πεντετηρίσι γενομένας, κατεύχεται ὁ κῆρυξ ὁ Ἀθηναῖος, ἅμα τε

ΛΙΘΙΝΗΝ ΚΑΙ ΣΤΗΣΑΙ ΕΝ ΤΩΙ ΗΡΑΚΛΕΙΩΙ ΠΡΕΣΒΕΙΣ
ΕΙΣ ΑΘΗΝΑΣ ΚΑΤΑ ΤΟ ΨΗΦΙΣΜΑ ΟΙΔΕ ΚΕΧΕΙΡΟ
ΤΟΝΗΝΤΑΙ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΟΣ ΕΚ ΜΥΡΙΝΟΥΣΣΗΣ
ΞΕΝΟΦΙΛΟΣ ΟΙΝΑΙΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ
ΕΠΕΨΗΦΙΣΘΗ ΚΑΙ ΑΘΗΝΗΣΙΝ

Digitized by Google

τε Ἀθηναίοισι λέγων γίνεσθαι ἀγαθὰ κ) Πλαταιεῦσι. *Vltimi vero collocati ſunt, tenentes ſiniſtrum cornu, Plataeenſes. Ab hac enim pugna eſt, quod, quum Athenienſes ſacrificia ducunt ad publicos conventus, qui ſingulis quinque annis fiunt, comprecatur praeco Athenienſis, ſimul Athenienſibus dicens fieri bona, & Plataeenſibus.* Ad extremum captivos etiam vinculis ſolvere tunc permiſſum. Vlpianus in Demoſthenis Timocrateam. Κατὰ πέντε ἔτη ἤγετο τὰ Παναθήναια. τότε δὲ ἐξῆν ἀφεῖσθαι τοῦ δεσμοῦ τὺς δεσμώτας, διὰ τ πανήγυριν. *Poſt quinque annos agebantur Panathenaea. Tunc vero licebat ſolvere vinculis captivos, ob feſtum.*

CAP. XXVII.

Qui cetera feſta quinquennalia curabant, Ἱεροποιοὶ adpellati, Panathenaea haec non curabant; quae etiam a Themiſtocle exſule celebrata. Denique eorum myſtica ratio.

ILlud autem, prius quam finiam, minime mihi praetereundum; quum feſta cetera quinquennalia οἱ Ἱεροποιοὶ curarent (a), ſola eos Panathenaea non curaſſe. Etymologici Auctor in Ἱεροποιοί. Καὶ τὰς Πενταετηρίδας ἁπασας διοικοῦσι, πλὴν Παναθηναίων. *Et quinquennalia omnia curant, praeter Panathenaea.* Etiam illud admonendum, Themiſtocli exſuli apud Magneſios celebrata. Athenaeus lib. XII. Πόσις δ' ἐν τρίτῳ Μαγνητικῶν, τὸν Θεμιστοκλέα φησὶν ἐν Μαγνησίᾳ τὴν στεφανηφόρον ἀρχὴν λαβόντα, θῦσαι Ἀθηνᾷ, κ) τὴν ἑορτὴν Παναθήναια ὀνομάσαι. *Poſis autem in tertio Magneticorum dicit, Themiſtoclem, Magneſiae quum accepiſſet coronae ferendae principatum, ſacrificaſſe Minervae, & vocaſſe feſtum Panathenaea.* Myſticam vero inſtituti huius feſti rationi Proclus tradit in Timaeum Comment. I. Ἡ δὴ τῶν Παναθηναίων (ἑορτὴ ἔοικε δηλοῦν) τὴν ἀπὸ τοῦ νοῦ καθήκουσαν εὐταξίας εἰς τὸν κόσμον, κ) τὴν διάκρισιν τὴν ἀσύγχυτον τῶν κοσμικῶν ἐναντιώσεων. Φιλόσοφος γὰρ ἅμα κ) φιλοπόλεμος ἥδε ἡ θεός. *Panathenaeorum vero (feſtum videtur indicare) bonum ordinem ab mente in mundum pertinere, & diſcrimen non confuſum mundanis contrarietatibus. Eſt enim ſapientiae ſimul & belli ſtudioſa dea.*

BI-

(a) Ἱεροποιοὶ interveniebant etiam Eleuſiniis, Conſule *Eleuſinia Cap. XV.*

FINIS.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA ATTICA

SIVE

DE ANTIQVIS ATTICAE SCRIPTORIBVS EORVMQVE ITEM OPERIBVS.

LIBRI IX.

Digitized by Google

AVCTORVM
QVI RECENSENTVR SYLLABVS.

LIB. I.

ABron.
AEnicus.
AEſchines I.
AEſchines II.
AEſchines III.
AEſchines IV.
AEſchylus.
Agapius.
Alcaeus I.
Alcaeus II.
Alcibiades.
Alcimenes Athenienſes Comicus.
Alcimenes Megarenſis Tragicus.
Ameleſagoras.
Amipſias.
Ammonius.
Amphilochus.
Amphis.
Andocides.
Androtion.

LIB. II.

Anticlides.
Antiphanes.
Antiphon I.
Antiphon II.
Antiſthenes.
Anytus.
Aphareus.
Apollodorus I.
Apollodorus II.
Apollonius I.
Apollonius II.
Apollophanes.
Apſines I.
Apſines II.
Araros.
Archelaus.
Archippus.
Ariſtandrus. [a]
Ariſtogiton.
Ariſtomenes I.
Ariſtomenes II.
Ariſton I.
Ariſton II.
Ariſtophanes.
Ariſtophontes.
Aſtydamas I.
Aſtydamas II.
Augias.
Autocrates.

LIB. III.

Callias I.
Callias II.
Callippus.
Calliſtratus.
Cantharus.
Carcinus.
Carneades.
Cephalus.
Cephiſodemus.
Cephiſodorus I.
Cephiſodorus II.
Chaereas.
Chaerephon.
Chaereſteus.
Chionides.
Choerilus.
Chreſtus.
Cimon.
Cleophon.
Coccus.
Crates I.
Crates II.
Crates III.
Crates IV.
Cratinus I.
Cratinus II.
Critias.
Crito.
Daes.
Damoxenus.
Demades I.
Demades II.
Demeas.
Demetrius.
Democharis.
Demoſthenes.
Dexicrates.
Dexippus.
Diagoras.
Diallus.
Dinarchus.
Diocles.
Diogenes.
Dionyſius.
Diotimus.
Dioxippus.
Diyllus.
Dromoclides.
Dropides.

LIB. IV.

Ephippus.
Epicurus.
Epilycus.
Eubulus.
Eudemus.
Evethes.
Eumolpus.
Euphorion I.
Euphorion II.
Euphranius.
Euphron.
Eupithius.
Eupolis.
Euripides I.
Euripides II.
Euripides III.
Euthydemus.
Euxenides.

LIB. V.

Glaucippus.
Glaucon.
Glaucus.
Gorgias.
Hedilogus.
Hedylus.
Heliodorus I.
Heliodorus II.
Heniochus.
Hermippus.
Herodes.
Heron.
Homerus.
Hyperides.
Iophon.
Iphicrates.
Iſam.
Iſocrates.
Leucon.
Lycis.
Lycurgus.
Lyſias.

LIB VI.

Magnes.
Melanthius.
Melitus.
Menander I.
Menander II.
Metagenes.
Metrodorus.
Mneſitheus.
Morſimus.
Muſaeus I.
Muſaeus II.
Muſaeus III.
Mylus.
Myrtilus.
Neocles.
Nicochares.
Nicomachus.
Nicophon.
Onomacritus.

LIB. VII.

Palaephatus I.
Palaephatus II.
Pericles.
Pherecrates.
Pherecydes.
Philemon.
Philetaerus.
Philippides.
Philochorus.
Philocles I.
Philocles II.
Philocles III.
Philon.
Philonides.
Phylillius.
Phrynichus I.
Phrynichus II.
Phrynichus III.
Phylarchus.
Plato I.
Plato II.
Plutarchus.
Polemon I.
Polemon II.
Polyaenus.
Polycrates.
Polyphradmon.
Praxagoras.
Proſnautides.
Pytheas.
Sannyrion.
Secundus.
Serenus.
Simon.
Siſarion.
Socrates.
Solon.
Sophilus.

LIB. VIII.

Sophocles.

LIB. IX.

Soſicles.
Soſitheus.
Sotades I.
Sotades II.
Speuſippus.
Stephanus.
Steſiclides.
Strattis.
Symmachus.
Teleclides.
Theaetetus.
Theognis.
Theopompus.
Theramenes.
Theſpis.
Thucydides Acherduſius.
Thucydides Alimuſius.
Timocles.
Timotheus.
Tyrtaeus.
Xenocles.
Xenophon I.
Xenophon. II.

(a) Melius *Ariſtander.*

Digitized by Google

BIBLIOTHECAE ATTICAE

LIBER I.

ATticam, & in ea Athenas, urbem matrem[a], ingeniis excelluiſſe, nemo ita in his noſtris ſtudiis hoſpes, qui ignoret. Quando tamen, iniuria temporis, perpaucorum ſcripta reſtent; nonnullorum etiam nomina, librorumque item tituli, vix ſciantur; viſum mihi & hos, & iſta, ne omnino ignorentur, ſedulo repraeſentare. Primus in his erit.

ABRON.

Scripſit:

Περὶ Ἑορτῶν, καὶ Θυσιῶν.

Stephanus: Βατὴ, δήμου τῆς Αἰγηΐδος Φυλῆς. ὅθεν καὶ ἦν Ἄβρων ὁ Καλλίου, ἐξηγητὴς, Περὶ Ἑορτῶν καὶ Θυσιῶν γεγραφώς. *Bate, populus tribus AEgeidis, unde etiam erat Abron Calliae filius, commentator, qui de Feſtis, & Sacrificiis ſcripſit.* Eiusdem

Περὶ Παρωνύμων.

Laudat ſaepe idem Stephanus, & Conſtantinus Porphyrogenneta de Adminiſtr. Imper. cap. XXIII. Τὸ αὐτὸ καὶ Ἄβρων ἐν Παρωνύμοις φησίν. *Idem etiam Abron in Denominativis dicit.* Item

Περὶ ἀντωνυμίας.

Apollonius De Syntaxi lib. I. Ἄβρων μέντοι, ἐν τῷ Περὶ ἀντωνυμίας, οὐκ εἶναί φησι τὰ ἄρθρα τὰ ὑπακουομένων. *Abron tamen in libro De Antonymia, articulos eorum, quae ſubaudiuntur, non eſſe dicit.* At ſaepe memoratur in illis libris. Citatur quoque incerto Opere ab Etymologici Auctore in Ἡμικύκλιον, & Ὁμοκλήτασκεν. Quamquam illic Ἄμβρων male pro Ἄβρων editur. Hic ipſe eſt, cuius meminit Plutarchus in Lycurgo Rhetore. Ἔσχε δὴ τρεῖς παῖδας ἐκ Καλλιστοῦς τῆς Ἄβρωνος μὲν θυγατρὸς, Καλαιῷ δὲ τῷ Ἀβρώνου Βατῆθεν ἀδελφῆς, τῷ ταμιεύσαντι στρατιωτικὸν ἐπὶ Χαρώνδου ἄρχοντος. *Habuit autem tres liberos ex Calliſtone Abronis quidem filia, Calaei autem Abronis filii ex Bate populo ſorore eius, qui Charonda archonte aerarii militaris quaeſtor fuit.* Sed corruptus iſte locus, ſcribendumque Καλλίου, non Καλαίου, Auctore Stephano in citatis ſtatim verbis; qui ut Calliam ibi patrem fuiſſe dicit, ita filium item ipſius nomine dictum habuiſſe ex Plutarcho, ſed emendato, eſt obſervare.

AENICVS.

Veteris Comoediae Poeta. E fabulis eius fuit:

Ἄντεια.

Suidas: Αἰνικος, Ἀθηναῖος, κωμικός. ἔστι δὲ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, δράματα αὐτοῦ, Ἄντεια. *AEnicus, Athenienſis, comicus; eſt autem veteris comoediae. Fabulae eius, Antia.* Emendandus Pollux lib. X. cap. XXIV. Εἰδέναι δὲ ἄξιον, ὅτι καὶ χύτρα φιλήματος ἦν εἶδος, ὁπότε τὰ παιδία φιλοίη, τῶν ὠτων ἐπιλαμβανόμενα. ὑποδηλοῖ δὲ Αἰνικος, ἐν Ἀντείᾳ·

Λαβέσθαι τῶν ὠτων φίλητον τὴν χύτραν.

Scire autem non vile, quod chytra etiam oſculi ſpecies erat, quando pueros oſculantur, auribus adprehenſos. Subindicat autem AEnicus in Antia;

Prehendens aures oſculare chytram.

Hodie minus recte editur: ὑ. ἢ Εὔνικος ἐν Ἀντίᾳ.

AESCHINES I. Orator.

Cuius Orationes feruntur quatuor: Κατὰ Τιμάρχου, Περὶ Παραπρεσβείας, Κατὰ Κτησιφῶντος, Δηλιακός. E quibus tres priores, quae ipſius certo habentur, hodie exſtant; quarta periit, neque ipſius eſſe credita. Plutarchus in eius Vita. Φέρονται δ' αὐτοῦ λόγοι τέσσαρες. ὅ, τε κατὰ Τιμάρχου, καὶ ὁ τῆς Παραπρεσβείας, καὶ ὁ κατὰ Κτησιφῶντος, οἷς καὶ μόνοις ἐοίκασι γνησίοις. ὁ γὰρ ἐπιγραφόμενος Δηλιακὸς, οὐκ ἔστιν Αἰσχίνου. *Feruntur autem quatuor eius orationes; & quae contra Timarchum, & De male obita Legatione, & contra Cteſiphontem; quae etiam ſolae ſunt genuinae. Nam quae Deliaca inſcribitur, non eſt AEſchinis.* Photius in Bibliotheca: Ἀνεγνώσθησαν Αἰσχίνου οἱ τρεῖς λόγοι, ὁ κατὰ Τιμάρχου, ὅς ἐστι καὶ πρῶτος τῶν αὐτοῦ λόγων, καὶ ὁ Παραπρεσβείας. τρίτος δὲ, ὃς καὶ τελευταῖος, ὁ κατὰ Κτησιφῶντος. τρεῖς γὰρ μόνους αὐτοῦ φασι γνησίους εἶναι, καὶ ἐννέα ἐπιστολάς. *Lectae ſunt AEſchinis tres orationes, quae contra Timarchum, quae etiam prima eſt inter eius orationes, & De male obita Legatione; tertia vero, quae etiam ultima contra Cteſiphontem. Tres enim ſolas illius genuinas eſſe dicunt, & novem epiſtolas.* Ecce habes Epiſtolas quoque eius novem; quae tamen duodecim hodie exſtant. Commemorat, & tres iſtas Orationes, & Epiſtolas Philoſtratus quoque

(a) Ματρόπολιν.

que in eius Vita Sophiſt. lib. I. Τρισὶ δὲ λόγοις περιωρίσθη ἡ Αἰσχίνου γλῶττα, τῷ τε κατὰ Τιμάρχου, καὶ τῇ Ἀπολογίᾳ τῆς Πρεσβείας, καὶ τῇ τοῦ Κτησιφῶντος κατηγορίᾳ. ἔστι δὲ καὶ τέταρτον αὐτοῦ φρόντισμα, Ἐπιστολαὶ, αἱ πολλαὶ μὲν, εὐπαιδευσίας δ' μεσαὶ, καὶ ἤθους. *Tribus autem Orationibus AEſchinis lingua determinata eſt, & Oratione contra Timarchum, & defenſione Legationis, & Cteſiphontis accuſatione. Eſt vero etiam quarta eius commentatio, Epiſtolae; non quidem multae, ſed eruditionis plenae, & boni moris.* De Deliaca vero ita ait: Λόγοι δ' Αἰσχίνου κατ' ἐνίους μὲν, καὶ τέταρτός τις Δηλιακὸς, καταψευδάμενος τῆς ἐκείνου γλώττης. *Orationes autem AEſchinis iuxta aliquos quidem, & quarta quaedam Deliaca, eius linguam mentita.* Sed mutilus omnino iſte locus, atque ſic reſtituendus, Λογοί δ' Αἰσχίνου τρεῖς, κατ' ἐνίους μὲν καὶ τέταρτός τις, Δηλιακὸς, κ. τ. ἐ. γ. *Orationes autem AEſchinis tres, iuxta aliquos quidem etiam quarta quaedam, Deliaca e. l. m.* Et Orationes quidem eius, Χάριτες; Epiſtolae autem, Μῦσαι dictae. Photius loco citato: Τὰς μὲν λόγους αὐτοῦ τινες Χάριτας ὠνόμασαν, διά τε τὸ χαρίεν τοῦ λόγου, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν Χαρίτων· Μύσας δὲ, τὰς Ἐπιστολὰς διὰ τὸν ἀριθμὸν τὸν ἐννέα Μουσῶν. *Orationes quidem eius quidam Gratias adpellaverunt, & propter elegantiam orationis, & numerum Gratiarum; Muſas autem Epiſtolas, propter numerum novem Muſarum.* Quod Epiſtolas eius attinet, hodie duodecim illae numerantur.

AESCHINES II. etiam Orator.

Huic tributa a Caecilio AEſchinis ſuperioris illa Oratio, quae Δηλιακὸς inſcripta: Photius ibidem: Φέρεται δ' αὐτῷ καὶ ἄλλος λόγος, ὁ Δηλιακός. ὃν ἐγκρίνῃ δ' αὐτὸν ὁ Καικίλιος, ἀλλ' Αἰσχίνῃ ἄλλον, σύγχρονον τοῦδε, Ἀθηναῖον, τὸν πατέρα εἶναι τοῦ λόγου φησίν. *Fertur autem eius, quoque alia oratio, Deliaca. Illam vero Caecilius non admittit, ſed AEſchinem alium huius aequalem Athenienſem, huius orationis patrem eſſe dicit.*

AESCHINES III. Philoſophus Socraticus.

Huius Dialogi feruntur ſeptem: Μιλτιάδης (a), Καλλίας, Ἀξίοχος, Ἀσπασία, Ἀλκιβιάδης, Τηλαυγὴς, Ῥῖνων. Diogenes Laertius in eius Vita lib. II. Οἱ δ' ὧν (Διάλογοι) τῶν Αἰσχίνου, τὸ Σωκρατικὸν ἦθος ἀπομεμαγμένοι, εἰσὶν ἑπτά. πρῶτος Μιλτιάδης, Καλλίας [b], Ἀξίοχος, Ἀσπασία, Ἀλκιβιάδης, Τηλαυγὴς, Ῥῖνων. *AEſchinis igitur (Dialogi) Socratico more expreſſi, ſunt ſeptem: primus Miltiades, Callias, Axiochus, Aſpaſia, Alcibiades, Telauges, Rhinon.* Ex his Ἀξίοχος exſtat inter Platonis nothos Dialogos. Idque Suidae etiam notatum: Αἰσχίνης τῷ Σωκρατικῷ διάλογος ἐγράψη, Ἀξίοχος καλούμενος. Πλάτωνος ἐπιγέγραπται. *Ab AEſchine Socratico dialogus ſcriptus eſt, Axiochus dictus. Platonis inſcriptus eſt.* Sed AEſchini huic adſcribit quoque Pollux lib. VII. capit. XXX. Ταχὰ δ' ἂν τούτοις προσήκοιεν καὶ οἱ ἀλεκτρυοφόροι, ὃς ὠνόμαζεν ἐν Ἀξιόχῳ Αἰσχίνης. *Fortaſſe autem ad illos pertinent etiam, qui gallos ferebant, quos nominavit in Axiocho AEſchines.* Et Athenaeus lib. V. Ἐν δὲ τῷ Ἀξιόχῳ (Αἰσχίνης ὁ Σωκρατικὸς) πικρῶς Ἀλκιβιάδῃ κατατρέχει, ὡς οἰνόφλυγος. *In Axiocho autem (AEſchines Socraticus) in Alcibiadem tamquam ebrioſum amare invehitur* [c]. Deinde Ῥῖνων a Polluce commemoratur lib. VII. cap. XXIV. Ἀργυροκοπεῖον, ὡς Αἰσχίνης Ῥίνωνι. *Pecuniae ſignandae officina, ut AEſchines in Rhinone.* Τηλαυγὴς, & Ἀσπασία ab Athenaeo lib. V. [d] Ἀλκιβιάδης ab eodem libro XIV. & Priſciano lib. XVII. Μιλτιάδης a Luciano de Paraſito. A Suida commemorantur etiam, Ἀκέφαλοι dicti; Φαιδών, Πολύαινος, Δράκων, Ἐρυξίας, Περὶ ἀρετῆς, Ἐρασίστρατος, Σκυθικοί. Verba eius ecce iſta: Αἰσχίνης, Χαρίνου ἀλλαντοτοιοῦ. Φιλόσοφος Σωκρατικός. τινὲς δ' Λυζανίου παῖδά φασιν, Ἀθηναῖον, Σφήττιον. Διάλογοι δὲ αὐτοῦ, Μιλτιάδης, Καλλίας, Ῥῖνων, Ἀσπασία, Ἀξίοχος, Τηλαυγὴς, Ἀλκιβιάδης. καὶ οἱ καλούμενοι Ἀκέφαλοι, Φαίδων Πολύαινος, Δράκων, Ἐρυξίας, Περὶ ἀρετῆς, Ἐρασίστρατος, Σκυθικοί (e). *AEſchines, Charini fartoris F. Philoſophus Socraticus. Quidam vero Liſaniae filium dicunt, Athenienſem, Sphettium. Dialogi autem eius, Miltiades, Callias, Axiochus, Aſpaſia, Telauges, Alcibiades; & qui Acephali ſunt dicti Phaedon, Polyaenus, Dracon, Eryxias, De virtute, Eraſiſtratus, Scythici.* Sed Ἀκέφαλοι eſſe AEſchinis omnino negabantur; e ſeptem vero iſtis plerique Paſiphontis Eretrienſis dicebantur. Diogenes Laertius loco citato: Διεβάλλετο δ' ὁ Αἰσχίνης, καὶ μάλιστ' ὑπὸ Μενεδήμου τοῦ Ἐρετριέως, ὡς τοὺς πλείους Διαλόγους, ὄντας Σωκράτους, ὑποβάλλοιτο, λαβὼν (f) παρὰ Ξανθίππης. ὧν οἱ μὲν καλούμενοι Ἀκέφαλοι, σφόδρ' εἰσὶν ἐκλελυμένοι, καὶ οὐκ ἐπιφαίνοντες τὴν Σωκρατικὴν εὐτονίαν. ὃς καὶ Πασίστρατος ὁ Ἐφέσιος ἔλεγε μὴ εἶναι Αἰσχίνου. καὶ τῶν ἑπτὰ οὓς τοὺς πλείους Περσαῖός φησι Πασιφῶντος εἶναι ὧν τοὺς πλείους Περσαῖός φησι Πασιφῶντος εἶναι ὧν τοὺς πλείους τῷ Ἐρετρικῷ, εἰς τοὺς Αἰσχίνου ὧν κατατάξαι. *Accuſabatur autem AEſchines, & potiſſimum a Menedemo Eretrienſi, tamquam plurimos Dialogos, qui Socratis eſſent, pro ſuis ſubiiceret, accipiens a Xantippe. Quorum quidem, qui Acephali ſunt adpellati, valde diſſoluti ſunt, & Socraticam contentionem non demonſtrantes. Quos etiam Piſiſtratus Epheſius AEſchinis non eſſe dicit; verum & illorum ſeptem plurimos Paſiphontis Eretrici eſſe tradit Perſaeus, eum*

[a] Editio Amſtelaedam. anni 1692. poſt Μιλτιάδης habet [διὸ καὶ ἀσθενέστερόν πως ἔχει.

[b] Huius meminit etiam *Athenaeus Lib.* V.

(c) Harpocration in Ἀξίοχος. Αἰσχίνης τῷ Σωκρατικῷ διάλογος ἐγράφη Ἀξίοχος καλούμενος.

(d) Harpocration in Ἀσπασία. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικόν. Αἰσχίνης Σωκρατικὸς ἐν διαλόγῳ ἐπιγραφομένῳ Ἀσπασία. Ita enim legendum oſtendit *Menagius*. Meminit & *Philoſtratus in Epiſtola ad Iuliam Auguſtam*. Dialogi autem, qui τελαύγης inſcribitur, meminit etiam Auctor libelli illius elegantiſſimi περὶ Ἑρμηνείας, qui falſo Demetrio Phalereo tribuitur. Hunc AEſchinis Dialogum reſpexiſſe putat laudatus *Menagius* M. Aur. Antoninum τῶν εἰς ἑαυτὸν lib. VIII. ubi ait: Πόθεν ἴσμεν εἰ Τηλαυγοῦς Σωκράτης τὴν διάθεσιν κρίσσων ἦν. Ita enim ibi legendum eſſe docet.

[e] *I. Gronovius*. Ita legitur apud Suidam. Meurſii vero chirographum, Διάλογοι δὲ αὐτοῦ, Μιλτιάδης, Καλλίας, Ῥῖνων, Ἀσπασία, Ἀλκιβιάδης, Τηλαυγης, Ῥῖνων, καὶ οἱ, &c.

[f] Melior lectio videtur, quam λαμβάνων, ut habet editio Amſtelaedam. anni 1692.

Digitized by Google

eum vero inter AEschinis collocavisse (a). Erat quoque eiusdem Ἀπολογία, τῦ πατρὸς Φαίακ@, & Ἐπιστολὴ πρὸς Διονύσιον. Diogenes ibidem: Φέρεται ὴ καὶ Ἐπιστολὴ πρὸς Διονύσιον Αἰσχίνου. ἦν ὴ καὶ ἐν τοῖς Ῥητορικοῖς ἱκανῶς γεγυμνασμέν@, ὡς δῆλον ἔκ τε τῆς Ἀπολογίας τῦ πατρὸς Φαίακ@ τῦ στρατηγῦ [b], κ᾽ δι᾽ ὧν μάλισα μιμᾶται Γοργίαν τὸν Λεοντῖνον. *Sed etiam fertur Epistola AEschinis ad Dionysium. Verum erat quoque sufficienter exercitatus in Rhetoricis, ut manifestum est, & ex defensione patris Phaeacis ducis, & in quibus Gorgiam Leontinum potissimum imitatur.*

AESCHINES IV. Rhetor.

Eius Opus;

Τέχναι Ῥητορικαί.

Estque hic, qui secundus ponitur Diogeni Laertio in Catalogo eius nominis virorum: Δεύτερ@ ὴ (Αἰσχίνης) ὁ τὰς Τέχνας γεγραφὼς τὰς Ῥητορικάς. *Secundus autem (AEschines) qui Artes scripsit Rhetoricas.*

AESCHYLVS.

De isto, aliisque eiusdem nominis, ac de eorum Scriptis vide nostrum AESCHYLVM.

AGAPIVS.

Hic Philosophus fuit; sed de Scriptis eius nihil compertum. Suidas: Ἀγάπι@, Ἀθηναῖ@, φιλόσοφ@, μετὰ Πρόκλον ἀποικόμενον ὑπὸ Μαρίνῳ. ὃς ἐθαυμάζετο ἐπὶ φιλομαθίᾳ ἀπορίων προβολῇ δυσεπιβόλων. *Agapius Athenienſis Philoſophus, poſt Proclum mortuum ſub Marino. Qui in admiratione erat propter ſcientiae cupiditatem propoſitione quaeſtionum difficilium ad adgrediendum.*

ALCAEVS I. Comicus.

Mitylenaeus quum esset, postea civitate donatus, merito quoque inter Athenienses a me collocabitur. Scripsit Fabulas decem. Suidas. Ἀλκαῖ@, Μιτυληναῖ@, εἶτα Ἀθηναῖ@. κωμικὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας πέμπτ@, υἱὸς δὲ Μίκκυ. ἔγραψε δράματα δέκα. *Alcaeus Mitylenaeus, poſtea Athenienſis. Comicus veteris Comoediae quintus, filius autem Micci. Scripsit Fabulas decem.* In his,

Ἀδελφαὶ μοιχευόμεναι.

Athenaeus lib. VII. Ἀλκαῖ@ Ἀδελφαῖς μοιχευομέναις,

Ἠλίθιον εἶναι, νῦντε πωλύποδ@ ἔχειν.
Alcaeus in Sororibus adulteratis;
Stultum esse, mentemque polypodis habere.

Γανυμήδης.

Pollux lib. VII. cap. v. Ἀλκαῖ@ ὴ ἐν Γανυμήδει διπώρυς ἄρτους εἶπεν. *Alcaeus autem in Ganymede bis coctos panes dixit.* Athenaeus libro x. Ὠνόμαζε ὴ ποτικὸν Ἀλκαῖ@ Γανυμήδ. *Adpellavit autem bibacem Alcaeus in Ganymede.*

Ἐνδυμίων.

Pollux lib. IX, cap. VI. Ὥσπερ ὅταν Ἀλκαῖ@ ὁ κωμικὸς εἴποι ἐν Ἐνδυμίωνι·

——— νοζημάτων
Ταλαντιαίων. ———

Quemadmodum quando Alcaeus comicus in Endymione dicit;

——— *morborum*
Gravium. ———

Laudat quoque Priscianus lib. XVIII.

Ἱερὸς γάμ@, *Sacrae nuptiae.*

Athenaeus lib. IX. & X.

Καλλισώ.

Athenaeus lib. IX.

Παλαίστρα.

Athenaeus semel lib. III. & bis lib. IX.

ALCAEVS II. Tragicus.

De eo ita Suidas: Ἀλκαῖ@, Ἀθηναῖ@. Τραγικὸς· ὃν τινες θέλουσι πρῶτον τραγικὸν γεγονέναι. *Alcaeus, Athenienſis Tragicus; quem aliqui primum tragicum fuisse volunt.* Non invenio praeter unam eius tragoediam, cui titulus

Οὐρανός.

Macrobius citat Sat. lib. v. capit. XX. *Teſtis Alcaeus, qui in Coelo tragoedia sic ait.* Commemoratur quoque Alcaei Κωμῳδοτραγῳδία ab Harpocratione in Ἀδδηφάγους: Ἀλκαῖ@ ὴ ἐν τῇ Κωμῳδοτραγῳδίᾳ, τὺς πύτας λύχνυς, ἀδδηφάγους εἶπεν. *Alcaeus autem in Comoedo-tragoedia, lychnos bibulos, addephagos dixit.*

ALCIBIADES.

Hic Philosophus, & Orator, commemoratur a Suida in Ἀλκιβιάδης. Inter Oratores ponit, & commemorat Scripta quoque Cicero De Orat. lib. II. c*Antiquiſſimi fere ſunt, quorum quidem Scripta conſtent, Pericles, atque Alcibiades, & eadem aetate Thucydides, ſubtiles, acuti, breves, ſententiis magis, quam verbis abundantes.* Iterum in Bruto: *Huic aetati ſuppares, Alcibiades, Critias, Therameneſ.*

[a] Exscripsit hunc locum ad verbum *Hesychius Illustris*: Verum eiusdem plagii infimulabatur AEschines etiam quoad alios Dialogos, ut videre est apud *Athenaeum Lib.* XIII.

[b] Editio Amstelaedam. anni 1692. legit: καὶ τῆς Διώνος, μάλιστα δὲ &c.

Digitized by Google

ALCIMENES Athenienſis Comicus.

Meminit eius Suidas: Ἔ"ςι ὴ καὶ ἕτερ@ Ἀλκιμένης, Ἀθηναῖ@, Κωμικός. *Eſt autem quoque alter Alcimenes Athenienſis Comicus.*

ALCIMENES Megarenſis Tragicus.

Suidas: Ἀλκιμένης Μεγαρεὺς, Τραγικός. *Alcimenes Megarenſis* (a) *Tragicus.*

AMELESAGORAS.

Eius Opus

Ἀθτίς.

Commemoratur ab Antigono Caryſtio Hiſt. Mirab. XII. Ἀμελησαγόρας ὴ ὁ Ἀθηναῖ@, ὁ τὼ Ἀθτίδα συγγεγραφὼς, ὅ φησι κορώνην προσπλατθῆναι πρὸς τὴν ἀκρόπολιν. *Ameleſagoras autem Athenienſis, qui conſcripſit Atthida, non ait cornicem advolaviſſe ad arcem.* Sed Auctoris huius nomen varie ſcribitur. Vide quae notata mihi ad iſtum locum (b).

AMIPSIAS.

Suidas: Ἀμειψίας, Ἀθηναῖ@, Κωμικός. *Amipſias, Athenienſis Comicus.* Inter Fabulas eius fuerunt

Ἀποκοπτλαβίζοντες.

Athenaeus lib. VII. Ἀμειψίας Ἀποκοπτλαβίζουσιν·

——— ἐγὼ δ' ἰδὼν πειράζομαι
Εἰς τὴν ἀγορὰν ἔργον λαβεῖν. ἧττον γ' ἂν ἦν
Νῆϛις καθάπερ κεϛρεὺς ἀκολουθήσῃς ἐμοί.

Amipſias in Cottabum exercentibus.

——— *ego autem videns tentabo*
In forum capere negotium. Minus ſane igitur
Ieiunus ſicut mugil ſequeris me.

Laudatque iterum libb. X. & XI. Etymologici Auctor in ἔχυζα: Καὶ Ἀμειψίας Ἀποκοπτλαβίζουσι·

Δυοῖν ὀβολοῖν ἤγχυσαν, καὶ ψιμμύθιον.

Et Amipſias in Cottabum exercentibus;
Duobus obolis enchuſam, & ceruſſam.

Κατεσθίων.

Athenaeus lib. VII. Ἀμειψίας Κατεσθίοντι·

——— δεῖ μὲν, ὡς ἔοικε, πολλῶν πωλύπων.

Amipſias in Devoranti;

——— *opus eſt quidem, ut videtur, multis polypis.*

Κόννῳ.

Athenaeus lib. VII. Ἀμειψίας δ' ἐν Κόννῳ·

Ὀρφοῖς, σελαχίοις, καὶ φάγροις ἔζη βορά.

Amipſias autem in Barba;

Orphis, ſelachiis, & phagris erit cibus.

Iterum lib. IX. Ἀμειψίας Κόννῳ·

——— δίδοται μάλιστ' ἱερωσύνη
Κωλῆ, τὸ πλευρὸν, ἡμίκραιρ' ἀριστερά.

Amipſias in Barba;

——— *datur potiſſimum ſacerdotium*
Perna, latus, dimidia pars capitis laeva.

Et emendandum eumdem cenſeo lib. V. ubi

Κοινόν.

Fabula iſta nunc inſcribitur: Ἀμειψίας δ' ἐν τῷ Κοινῷ, δύο πρότερον ἔτεσι διδαχθέντι, ὃ καταριθμεῖ αὐτὸν ἐν τῷ φροντιϛῶν χορῷ. *Amipſias autem in Communi, duos prius annos docta fabula, illum in prudentium numero non recenſet.* Reſcribe, ἐν τῷ Κόννῳ. Sic apud Anonymum in Olympiad. Deſcript. Olympiad. LXXXIX. anno I. Ἀμειψίας τὸ δρᾶμα Κόννον διδάσκει. *Amipſias fabulam Barbam docet.* Perperam etiam illic editur, τ. δ. Κοινὸν δ. Apud Ariſtophanis Scholiaſten in Argumento Nubium, Κόνῳ ſcribitur: Κρατίν@ μὲν ἐνίκα, Πυτίνῃ· Ἀμειψίας ὴ, Κόνῳ. *Cratinus quidem vicit, Pytine; Amipſias autem, Cono.*

Μοιχοί.

Suidas in Ἀνεμέξασαν: Λέγει καὶ Ἀμειψίας Μοιχοῖϛ, καὶ οἱ νεώτεροι πολλαχῦ. *Dicit etiam Amipſias in Moechis, & recentiores ubique.* Iterum in Καββαλᾶν: Ἀμειψίας, Μοιχοῖϛ· Καὶ σὺ μὲν ἦλθες, κάββαλε τριώβολον. *Amipſias in Moechis; Et tu quidem veniſti, abiice triobolum.* Vide item in Ἀναψυχῆναι. Itaque emendandus Pollux, apud quem corrupte Fabula haec

Μυχοὶ.

inſcribitur lib. VII. cap. XXIII. Ἀμειψίου δὲ ἐν Μυχοῖϛ μιλτωρυχίαν ἐπόιτ@, εἴη ἂν ἐν τοῖϛ μεταλλεῦσιν ὁ μιλτωρύχ@. *Amipſia vero in Receſſibus minii effoſſionem dicente, ſit inter metalli foſſores minii effoſſor.*

Σαπφώ.

Pollux lib. IX. cap. VIII. Ἐν δὲ τῇ Ἀμειψίᾳ Σαπφοῖ, καὶ νωθρότερον εὑρήκαμεν. *In Sappho autem Amipſiae, etiam* νωθρότερον (*tardius*) *invenimus.*

Σφενδόνη.

Idem Pollux lib. IX. cap. VII. Ἐν δὲ τῇ Ἀμειψίᾳ Σφενδόνῃ, ὅ, τε τρόπ@ δεδήλωται τ' κυβείας. *In Amipſiae autem Funda indicatur, & modus ludendi teſſeris.* Iterum lib. X. capit. XXXI. Ἀμειψίας δ' ἐν Σφενδόνῃ·

——— τὸ μὲν δόρυ
Πρὸ τ' ἐπιχάλκυ πρὸς πλατεῖϛ ἀπέβαλε.

Amipſias in Funda.

——— *haſtam quidem*
Pro aerata Proſpaltiis abiecit.

Athenaeus lib. VI. Κατὰ Ἀμειψίαν, ὃς ἐν Σφενδόνῃ ἔφη, περί σε μαντευσάμεν@, ὦ Λαμήνζιε. *Iuxta Amipſiam, qui in Funda dixit, de te vati-*

[a] Si Megarenſis, non ergo inter Athenienſes locum habere debet.

[b] Vide etiam *Voſſium De Hiſtor. Graec. Lib.* I. *Cap.* II.

Digitized by Google

vaticinans, o Larenti. Et emendandum omnino cenſeo eumdem lib. x. ubi

Φείδων.

Fabulae huíc titulus datur. Ita enim nunc vulgatur, Ἀμφίας Φείδων·

Λαγὼν ταράξας πίθι τὸν θαλάσσιον.

Amipſias in Phidone;

Leporem qui turbaſti, bibe marinum.

Reſcribo itidem, Ἀμφίας Σφενδόνῃ. Idque Caſaubono etiam in mentem venit.

Τρίβων.

Diogenes Laertius in Socrate lib. II. Ἀμφίας δ', ἐν Τρίβωνι, παράγων αὐτὸν, φησὶν οὕτως. *Amipſias autem in Pallio, inducens ipſum, ita dicit.*

AMMONIVS.

Scripſit, Περὶ βωμῶν, καὶ θυσιῶν. Harpocration in Ἀμαζόνιον: Ἀμμώνιος ἐν τῷ Περὶ βωμῶν, καὶ θυσιῶν. *Ammonius in libro De Aris, & Sacrificiis*. Videndus iterum in ἐσχάρα, & θόλος. Athenaeus lib. XI. Ἱστορεῖ Ἀμμώνιος, ἐν τρίτῃ Περὶ βωμῶν, καὶ θυσιῶν. *Narrat Ammonius in libro tertio De Aris, & Sacrificiis*. Ammonius alius De Diff. voc. Βωμὸς, ἑστία, ἐσχάρα, καὶ μέγαρον, διαφέρουσι· καθὰ καὶ Ἀμμώνιος ὁ Λαμπρεὺς, ἐν πρώτῳ Περὶ θυσιῶν. *Ara, focus, ignis receptaculum, domus, differunt; prout etiam Ammonius Lamprenſis in primo De Sacrificiis*. Schol. Hermogenis. Καὶ μετὰ τὴν νίκην Ἀπάρχου Ἀφροδίτης ἱερὸν ἱδρύσατο ἐν Πειραιεῖ· ὡς Ἀμμώνιος ὁ Λαμπρεὺς, ἐν τῷ Περὶ βωμῶν, φησι. *Et poſt victoriam Aparchi Veneris Templum poſuit in Piraeeo; ſicut Ammonius Lamprenſis in libro De aris, dicit*. Scripſit quoque Περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων. *De meretricibus, quae erant Athenis*; idque Opus citat Athenaeus lib. XIII. [a]

AMPHILOCHVS.

Recenſetur inter Rei Ruſticae Scriptores apud Varronem eius Operis lib. I. capit. I. *De Philoſophis, Democritus Phyſicus, Xenophon Socraticus, Ariſtoteles, & Theophraſtus Peripatetici, Archytas Pytagoreus, & Amphilochus Athenienſis*. Columella quoque ex eodem lib. I. cap. I. *Athenae vero Scriptorum frequentiam pepererunt, e queis probatiſſimi Auctores, Chaereas, Ariſtandros, Euphron, Amphilochus*. Scripſit etiam

Περὶ Μηδικῆς, καὶ Κυτίσου.

Obſervo apud Plinium lib. XVIII. capit. XVI. *Vnum DE EA (MEDICA) ET CYTISO volumen Amphilochus fecit confuſim*. Laudatur item, ſed incerto Opere ab Heſychio in Μύσχης.

[a] *Voſſius De Hiſt. Graecis Lib.* IV. *Cap.* XX. *Hunc Geſnerus falſo Alexandrinum vocat*. Eidem *Harpocrationi* in θόλος, citatur *Ammonius in* τετάρτῳ περὶ κωμῶν. *Quae lectio, ſi ſana eſt, egerit de* κώμαις, *ſive vicis illis, in quos Athenarum urbs diſtributa; uti regio ipſa in* δήμους, *ſive populos. Sed veroſimilius eſt pro* κωμῶν, *etiam hic* βωμῶν *legi oportere.*

AMPHIS.

Suidas de eo. Ἄμφις, κωμικὸς, Ἀθηναῖος. *Amphis, comicus, Athenienſis*. Comoediae eius iſtae mihi obſervatae.

Ἀθάμας.

Athenaeus lib. XIII. Ἄμφις δ' ἐν Ἀθάμαντι.

Εἶτ' ἂν γυναικός ἐστιν εὐνοικώτερον
Γαμητὴς ἑταῖρα; πολύ γε, καὶ μάλ' εἰκότως.

Amphis autem in Athamanti;

An igitur femina eſt magis benevolum
Coniuge meretrix? multo ſcilicet, & valde merito.

Ἀλέαστρια.

Pollux lib. VII. cap. III. Ἄμφιδος δὲ καὶ δρᾶμά ἐστιν, Ἀλέαστρια. *Verum Amphidis quoque fabula eſt Vnctrix*.

Ἀλκμαίων.

Pollux lib. X. cap. XLI. Καὶ περιθέτῳ ᾗ, ὡς ἐν Ἀμφιδος Ἀλκμαίωνι. *Verum etiam circumpoſitam, ut in Amphidis Alcmaeone*.

Ἀμπελουργός.

Pollux lib. VII. cap. XXXIII. Κέρματα ᾗ πολλῶν πληθυντικῶς εἰρηκότων, κέρμα ἑνικῶς εἶρηκεν Ἄμφις ἐν Ἀμπελουργῷ. *Quum vero multi pluraliter* κέρματα (*nummulos*) *dixerunt*, κέρμα (*nummulum*) *in ſingulari dixit Amphis in Vinitore*. Citatur etiam a Stobaeo Serm. LVIII. & CII.

Βαλανεῖον.

Athenaeus lib. III. Καὶ Φιλήμων ἐν Κορινθίᾳ. Ἄμφις δ' ἐν Βαλανείῳ. *Philemon in Corinthia, Amphis autem in Balineo*.

Γυναικομανία.

Athenaeus lib. IX. Τοῦ μὲν ὀλβιογάστορος Ἄμφις μέμνηται ἐν Γυναικομανίᾳ. *Amphis quidem meminit* ὀλβιογάστορος (*ventre beati*) *in Muliebri inſano amore*. Meminitque iterum lib. XV.

Γυναικοκρατία.

Athenaeus lib. VIII. Καὶ ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ δὲ Γυναικοκρατίᾳ (ὁ Ἄμφις) τὰ ὅμοια λέγει. *Et in ita inſcripto Mulierum imperio* (*Amphis*) *ſimilia dicit*.

Διθύραμβος.

Athenaeus lib. IV. Μνημονεύει τ' γίγγρων αὐτῶν Ἀντιφάνης ἐν Γατρῷ, καὶ Μένανδρος ἐν Καρίνῃ, Ἄμφις τε ἐν Διθυράμβῳ. *Meminit tibiarum illarum*

larum Antiphanes in Medico, & Menander in Carina, Amphisque in Dithyrambo. Et lib. XIII. Περὶ δὲ τῦ ἐρᾶν, Ἄμφις ἐν Διθυράμβῳ φησίν. *De amore autem, Amphis in Dithyrambo dicit.*

Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας.

Athenaeus lib. VII. Ἄμφις ἐν Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας·

Γλαύκοι δ' ὅλοι ῥάχισα κρανίων μέρη
Εὔσαρκα. ——

Amphis in Septem ad Thebas;
Glauci autem toti sectae craniorum partes
Carnosae. ——

Ἔμεθοι.

Athenaeus lib. X. Καὶ ὁ Οὐλπιανὸς ἐκπιὼν, ἔφη, ταῦτα μὲν Κλέαρχος ἐν Κιθαρῳδῷ· Ἐγὼ δὲ κατὰ τὸς Ἄμφιδος Ἐρίφους παρακελεύομαι. *Et Vlpianus quum ebibisset, dixit, haec quidem Clearchus in Citharoedo; Ego vero iuxta Amphidis Lanificos hortor.* Laudantur quoque a Stobaeo Serm. LIV.

Ἰάλεμος.

Athenaeus lib. II. Ἄμφις τε ἐν Ἰαλέμῳ φησί. *Amphisque in Ialemo ait.* Iterum lib. VII. Ἄμφις δ' ἐν Ἰαλέμῳ.

Ὅστις κεραχῖνον ἐσθίει θαλάττιον,
Γλαύκου παρόντος, ἔτος οὐκ ἔχει φρένας.

Amphis autem in Ialemo;
Quicumque coracinum edit marinum,
Glauco praesente, ille est mente destitutus.

Et lib. VIII. Καὶ Ἄμφις δὲ ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν Ἰαλέμῳ φησίν. *Et Amphis autem comicus, in Ialemo inquit.*

Κυρῆ.

Athenaeus lib. XIII. Τούτων τῶν ἑταιρῶν καὶ Ἄμφις μνημονεύει ἐν Κυρίδι. *Harum meretricum etiam Amphis meminit in Novacula.*

Κυβευταί.

Pollux lib. VII. cap. XXXIII. Σκιράφια, καὶ τὸν σκιραφιστὴν, Ἄμφις εἴρηκεν ἐν τοῖς Κυβευταῖς. *Foros aleatoris, & tesseris ludentem, Amphis dixit in Aleatoribus.*

Λευκάς.

Athenaeus lib. VII.

Ὅστις ἀγοράζων ὄψον * * *
Ἐξὸν ἁπαλαύειν ἰχθύων ἀληθινῶν,
Ῥαφανίδας ἐπιθυμεῖ πρίασθαι, μαίνεται.

Φησὶν Ἄμφις ἐν Λευκάδι.

*Quicumque emens opsonium * * **
Licet frui piscibus genuinis,
Raphanos desiderat emere, furit.

Inquit Amphis in Leucadi.

Ὀδυσσεύς.

Athenaeus lib. XV. Τῦ Μεγαλλίου δὲ μύρου μνημονεύει καὶ Ἄμφις ἐν Ὀδυσσεῖ. *Megallii autem unguenti meminit etiam Amphis in Vlysse.*

Οὐρανός.

Athenaeus lib. III. Καὶ Ἄμφις ἐν Οὐράνῳ.

—— εἰς τὴν ἑσπέραν
Χορταζόμενα πᾶσιν ἀγαθοῖς.

Et Amphis in Coelo;

—— *ad vesperam*
Pascentia (a) omnibus bonis.

Πάν.

Athenaeus lib. X.

Δεῖπνον γὰρ εὐτελὲς οὐ ποιεῖ παροινίαν·
ὡς Ἄμφις φησὶν ἐν Πανί,

Convivium enim frugale non facit ebrietatem,
ut Amphis autem in Pane.

Πλάνος.

Athenaeus lib. VI. Ἄμφις δ' ἐν Πλάνῳ·

Τὰς μὲν στρατηγὰς τὰς ὀφρῦς ἐπὰν ἴδω
Ἀνεστωκότας, δεινὸν μὲν ἡγοῦμαι ποιεῖν (b).

Amphis autem in Errone;
Duces quidem supercilia quum video
Contrahentes, infaustum quidem puto facere.

Ῥέθρα.

Suidas. Νεανισκεύεται. Ἄμφις ἐν Ῥέθροις. *Iuveneſcit. Amphis in Fluentis.*

Φιλάδελφοι.

Athenaeus lib. X. Ἄμφις δ' ἐν Φιλαδέλφοις παράγει φιλοπότην τινά. *Amphis autem in Philadelphis introducit quendam bibacem.*

Φιλέταιρος.

Athenaeus lib. VII. Καὶ (Ἄμφις) ἐν Φιλεταίρῳ·

Εἶχεν καθαρίως ἐγχελύδιόν τι, κἀ
Γλαυκιδίου κεφάλια, κἀ λαμβρακίου
Τεμάχια.

Et (Amphis) in Philetaero;
Habere pure anguillulam aliquam, &
Glauci parvi capita, & labracii
Frustula.

ANDOCIDES.

Huius Orationes quatuor, Περὶ τῶν μυστηρίων, *De Mysteriis*, Περὶ τῆς ἑαυτῦ καθόδου, *De suo reditu*, Περὶ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης, *De pace cum Lacedaemoniis*, & Κατὰ Ἀλκιβιάδου, *Contra Alcibiadem*, etiam hodie exstant. Interciderunt

Περὶ τῆς ἐνδείξεως,

Et

Ἀπο-

(a) Verterem potius *Saturata*.
(b) Ita chirographum Meursii: sed inspicienti Athenaeum p. 224. patebit hos esse Alexidis versus. *Iac. Gronovius.*

Digitized by Google

Ἀπολογία πρὸς Φαίακα.

Plutarchus meminit in eius Vita. Σώζεται ὴ αὐτῦ κ) ὁ περὶ τ ἐνδείξεως λόγ@-, καὶ Ἀπολογία πρὸς Φαίακα. *Verum etiam ſervatur eius De delatione oratio, & Defenſio ad Phaeacem.* Ac prior illa laudatur quoque ab Harpocratione in ζητητής. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτης, καὶ Ἀνδοκίδης ἐν τῷ Περὶ τῆς ἐνδείξεως. *Demoſthenes in oratione contra Timocratem, & Andocides in oratione De delatione.* Etiam

Περὶ τῆς ἀδείας

Commemoratur ab eodem Harpocratione. Ὀρῴωδειν, ἀντὶ τῦ φοβεῖσθαι. Ἀνδοκίδης ἐν τῷ Περὶ τῆς ἀδείας. Ὀρῴωδειν *pro metuere. Andocides in oratione De impunitate.* Quin & eiusdem

Πρὸς τὺς ἑταίρυς

lib. IV. bel. Pelop. confer Diodorum XII. 66. Pausaniam Lacon. *Quae omnia in Hippocratem Medicum non convenire, nemo insicias ibit. Sed ad Antiphonta nostrum Rhamnusium: qui ob suam prudentiam & facundiam Nestor dictus est, teste Plutarcho de X. Rhet. aliis. Omnes viri sapientes dicti sunt Rhamnusii propter Antiphontis Rhamnusii summam sapientiam teste Suida* Ῥαμνούσιος. *Huius vitam scripsit Caecilius, eumque sequutus Plutarchus, sed sapienti Rhamnusio plurima tribuunt aliis tribuenda. Sed iam ante Caecilii aetatem multa Antiphonti falso fuerunt supposita. Hic enim apud Plutarchum e LX. Antiphontis orationibus XXV. spurias esse dicit. Plurimas sane etiamnum Antiphonti orationes ab antiquis tribui observamus, de quibus iure dubites Antiphontis sint necne. Antiphontis λοιδορίας & convitia in Alcibiadem scripta citat Plutarchus Alcib.* Ἐν ταῖς Ἀντιφῶντος λοιδορίαις γέγραπται, ὅτι παῖς ὢν ὑπὸ τῆ οἰκίας ἀπέδρα πρὸς Δημοκράτη τινὰ τῶν Ἐραστῶν. In Antiphontis Maledictis scriptum est, quod quum puer adhuc esset, domo profugerit ad unum e suis amatoribus Democratem. *Athenaeus* XII. 5. Περὶ ὃ τῆ Ἀβυδηνῶν Ἀντιφῶν ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδου λοιδορίας ὅτως. De Abidenis Antiphon oratione de convitiis in Alcibiadem sic scribit. *Vbi de mollitie Abydenorum oratione soluta egit. Alcibiades autem hic Cliniae filius (quatuor Alcibiades enumerat Meursius Lect. Att. VI. 12.) Antiphontis Rhamnusii sapientis aequalis, & Quadringentis infensus erat. Vnde in scholis Sophistarum vel ab alio quodam Alcibiadis inimico potius quam ab Antiphonte Rhamnusio sapiente haec nomine Antiphontis scripta esse iudico. Eiusdem omnino Antiphontis nomine orationes quaedam supersunt, quae tamen Scholasticae sunt atque fictae declamationes, & Antiphontis nil praeter nomen habent. Antiphontis orationem* de caede Herodis *citat Harpocration* Φρυνίδος. *Eius* περὶ ὁμονοίας *memorat Etymologicum in* Σεισιδιστατος. *Eiusdem* πολιτικὸν *Athenaeus* X. VI. *Etymologicum in* Εὐσύμβολος. *Priscianus lib.* XVIII. *Gram. quorum hic loco cit. eiusdem* ὀλιγαρχικὸν *citat. Eius* περὶ πρυτανίων εἰ γνήσιος *adducit Varinus in* ῥητορικήν· & περὶ τῆς μεταστάσεως *idem in voce* στασιώτης. *Eius* τέχνη *laudat Ammonius de diff. voc. in* σημεῖον & *forte etiam Galenus* praefat. Glossarum. *Qui ipse comm. I. in Hippocr. de offic. Med. §. III. laudat Antiphontis primum* περὶ ἀληθείας *citat Etymologicum in* γευτοῦσθαι. *Antiphontis* περὶ ἀληθείας *Hesychius voce* ἄβιος *citat. Eius* Φοινικικὰ *adducit Ammonius de diff. voc. in* ἐνθύμημα. *Istas credo, Pollux & Etymologicum Antiphontis orationes respiciunt, cum multa ex Antiphonte adducunt. Eidem Antiphonti tribuuntur quaedam sententiae. Antiphon Rhetor dixit* γηροτροφία προσίοικε παιδοτροφία *apud Clem. Alex. lib. VI. Strom. Aliud Antiphontis dictum citat Plutarchus Antonio.* Τὸ πολυτελέστατον ἀνάλωμα, χρόνος. Pretiosissimum impendium, tempus. *Eidem tribuendae sententiae Antiphontis apud Stobaeum, quamplurimae. Forte & hunc Rosciana imitatio apud Cic. II. de orat. signat. Antiphon quidam* τερατοσκόπος *fuit de quo Suidas.* Ἀντιφῶν Ἀθηναῖος τερατοσκόπος & ἱποποιὸς κὴ σοφιστής. ἐκαλεῖτο δὲ λογοπώγειρος. Antipho Athenienlis prodigiorum interpres, Poeta Heroicus, & Sophista; dicebatur autem verborum coquus. *Atque hunc ceu distinctum ab Antiphonte Rhamnusio recenset Suidas, de quo postea agit. Laertius lib. II. Socrat.* Τῶτῳ τις κατὰ φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τρίτῳ περὶ ποιητικῆς, ἐφιλονείκει Ἀντίοχος ληµνιος & Ἀντιφῶν ὁ Τερατοσκόπος. Fuit ei (*Socrati*) ut refert Aristoteles libro tertio de Poetica, cum Antiocho Lemnio, & Antiphonte prodigiorum interprete contentio. *Hic omnino est cuius Clemens lib. VII. Strom. meminit* χαρίεν τὸ & Ἀντιφῶντος οἰανισαμβύου τινὸς, ὅτι κατέφαγεν ὗς τὰ δελφάκια, θεασάμενος αὐτὴν ὑπὸ λιμοῦ διὰ μικροψυχίαν & τρέφοντος κατιχναμένην, χαῖρε, εἶπεν, ἐπὶ τῷ σημείῳ ὅτι ὕτω πεινῶσα, τὰ σὰ οὐκ ἔφαγεν τέκνα. Lepidum est illud Antiphontis: nam quum quidam malum omen haberet, quod sus porcellos suos devorasset, ille conspicatus eam ob sorditiem hominis fame emaciatam, laetare, inquit, hoc signo, quod sus illa fame adeo pressa tuos non devoraverit liberos. *Eadem fere habet Theodoretus serm. VI. Antiphonta quemdam divitem cum Socrate disputantem introduxit Xenophon lib. I.* ἀπομνημ. *Quis vero Antiphon ille fuerit, non indicat. Plutarchus vita Antiphontis, & Photius Ecl.* CCLIX. *Caecilium, ut adparet, sequuti, Antiphontem Rhamnusium in Xenophonte intelligendum putant. Antiphontem quemdam pauperem Andocidae F. memorat Aristophanes* σφηξί. ἰὼ χελῶναι, & πολλάκις δή, *&c. ubi Scholiastes addit.* Ἀντιφῶν & Ἀνδοκίδου περὶ ὃ πρότερηται. Καὶ ὅτος δὲ πένης ἦν ὁ Ἀντιφῶν. Antiphon Andocidae F. de quo prius dictum. Hic autem Antiphon pauper erat. *Antiphon quidam itidem Rhamnusius Rhetor ineptus fuit. Testis est Socrates apud Platonem Menexeno.* Ἀλλὰ & ὅστις ἡμῦ κάκιον ἐπαιδεύθη, μουσικὴν μὲν ὑπὸ Λάμπρου παιδευθεὶς, ῥητορικὴν δ' ὑπ' Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου. Quin etiam si quis deterius, quam ego, doctus fuerit, Musicam quidem a Lampro, Rhetoricam vero ab Antiphonte Rhamnusio. Οἱ περὶ Θεόδωρον & Θρασυμαχον κὴ Ἀντιφῶντα σκωδῆς ἄξιον ἀδὲν εὗρον ait Dionysius epist. *ad Ammaeum de Demosthene.* Ἀντιφῶν ὁ Ῥαμνούσιος τὸ αὐστηρὸν ἴχει μόνον καὶ ἀρχαῖον, ἀγωνιστὴς δ' λόγων ὅτι δικανικῶν ἐστι. *idem Isaeo, ubi eum cum Thrasymacho Chalcedonio, Polycrate Atheniensi, Critia Triginta viro, & Zoilo qui contra Homerum scripsit, Rhetoribus enumerat. Forte idem, quem cum Isocrate, & Isaeo pueros Rhetoricam in scholis docuisse scribit Plutarchus lib.* de gloria Athen. *nisi propterea de alio Antiphonte haec accipienda videntur, quod post Isocratem nominatur. Carpit Deipnosophista apud Athenaeum* XI. 15. *quod male de Antiphonte, & Lampro loquatur Socrates apud Platonem. Hermogenes lib.* II. περὶ ἰδεῶν *ubi duos Antiphontes Rhetoras eorumque unum Rhamnusium* ἀρχηγὸν τοῦ τύπου & πολιτικοῦ *facit, alterum omnino nostrum duriore dicendi genere usum fuisse tradit. Antiphon quidam Antiphontis primi nepos, Pyrilampis Filius, Platonis, Adimanti, & Glauconis* ὁμομήτριος *frater erat, teste Platone Parmen.* πάνυ *adpellat Plutarchus lib.* de fratrum amore. *Pythodoro Zenonis Socio familiariter usus memoria putabatur tenere, quae quondam Socrates, Zeno, & Parmenides inter se disseruerant. Rogatur ea a Cephalo apud Platonem* Parmenide. *Pythodorus autem e quo Antiphon ista audiverat Aristoteli uni e* XXX. *Tyrannis Olymp.* XCIV. σύγχρονος *erat, & post haec tempora Antipho floruisse videtur. Vide Platonem loco citato. Forte Pyrolampes hic est idem cum illo* ὀρνιθοτρόφῳ *qui avibus, & praecipue pavonibus, delectabatur. Taxat eum propterea Aristophanes* σφηξὶ *p. Plutarchus* Pericle Pyrilampen, *qui Periclis familiaris erat, a Comicis propterea traductum scribit, quasi mulieribus, quibus Pericles miscebatur, pavones subiiceret. Antiphon Rhetor orationem* de pavonibus *habuit teste Athenaeo* IX. 12. *in qua* Δῆμον τὸ Πυριλάμπους [*sic legendum, non* περιλάμπους] Demum Pyrilampis filium *varias aves nutrire scribit, quae a multis spectentur. Memorat eamdem orationem Eustathius Il. β'. fol.* CCLXI. *Forte hic est Antipho noster Pyrilampis filius, qui patrocinium parentis suis adversus poetarum convitia oratione illa suscepit. Certum tamen id adfirmare nolim: potuit enim & haec oratio esse scholastica, sive in schola ad exercitium ficta, & facta, ut pleraeque aliae, Senecae controversiae, Quinctiliani declamationes, Himerii &c. de quibus Hieronymus in epistolam ad Cal. cap. 2.* Aliquoties quum adolescentulus Romae controversias declamarem, & ad vera certamina fictis in litibus exercerer. *Confer Meursium lect. Att. IV. 5. Antiphonta Critobuli filium memorat Hippocrates in Epidemiorum libris apud Galenum lib.* II. de diebus criticis *cap. 5. Antiphon circuli quadraturam tradidit, ut auctor est Aristoteles lib.* I. de soph. El. *cap. 10. & lib. 1. Phys. cap. 2. Idem forte, cuius sententiam de rerum naturalium fictione (liceat ita vocem* γένεσις *interpretari, ut* γένησις *generationem notat) memorat Aristoteles lib.* II. Phys. *cap. 1. ubi Simplicius eum Sophistam adpellat. Antiphon quidam Poeta fuit, quem Dionysius Senior Siciliae Tyrannus qui Olymp.* XCIII. 3. *teste Diodoro Sic.* XIII. 94. *imperium obtinuit, e medio sustulit, quod tragoedias ipsius vituperaverit vide Plutarchum lib.* de X. Rhet. *Dionysii vero senioris Tragoedias laudat Plutarchus* Timoleonte *&c. alii aliam adferunt rationem, ut ex Plutarchi* de X. Rhet. *constat. Plutarchus* de discr. adul. & am. Καλῶς ὁ κὴ Ἀντιφῶν, πρὸς Διονυσίου ζητήσεως ὅστις κὴ λόγος, ποῖ χαλκὸς ἄριστος, εἰπόντος εἶτεν ἐξ ὃ καὶ σκεύασαν Ἀθηναῖοι τὰς Ἁρμοδίου & Ἀριστογείτονος εἰκόνας. ὅτι γὰ ὠφελεῖ τῦτον τὸ λυπηρὸν & πικρὸν, ὅτι τέρπει τὸ βωμολοχον & παιδιῶδες, ἀλλ' ἔστι κακονοησία κὴ ὕβρει μειγνυμένη ἀκρασίας μετ' ἔχθρας τὸ τοιῦτον εἶδος, ᾧ χρώμενοι προσαπολλύουσιν αὐτὸς, τὴν πρὸς τὸ φρέαρ ὁρχησιν ἀτεχνῶς ὀρχούμενοι. Καὶ γὰ Ἀντιφῶν ἀπέθανεν ὑπὸ Διονυσίου. Male etiam Antiphon: qui quum apud Dionysium quaereretur ac disputaretur, quodnam aes optimum esset, id pronunciavit omnibus praestare, ex quo Athenienses Harmodii ac Aristogitonis statuas paravissent. Id genus dicta acerbitatem habent inutilem, & scurrilitatem iocumque non delectantem, sed incontinentium est, odium malitia ac contumelia permixtum gerentium, quo utentes sibi ipsis exitium conflant, saltantes (quod in proverbio est) circum puteum. Nam & Antiphontem interfecit Dionysius. *Confer eumdem* de contradict. Stoic. *Antiphontis huius procul dubio moribundi dictum adfert Aristoteles lib.* II. Rhet. *cap. 6.* Ἀντιφῶν ὁ ποητὴς μέλλων ὀπτυμπανίζεσθαι ὑπὸ Διονυσίου, εἶτεν, ἰδὼν τὰς στεφανοῦσθαι μέλλοντας ἐγκαλυπτομένους ὡς ἤεσαν ἀπὸ τῦ πυλῶν. τί ἐγκαλύπτεσθε, ἔφη. ἢ μὴ αὔριόν τις ὑμᾶς ἰδῃ τέτων. Antipho poeta cum tympano torquendus esset a Dionysio, & videret una morituros se obnubere & velare, ut egressi sunt ex portis, quid inquit velamini? an cras aliquis horum vos videat? *Forte hic est ὁ τραγωδοποιὸς Athenaeo sic dictus* libro XV. cap. 4. *cuius* πλέξιππον *Aristoteles* Rhet. II. 2. & *Athenaeus* loco cit. Ἀνδρομάχη *Auctor Ethicorum Eudemiorum lib.* VII. *cap. 4. citant. Hunc Antiphontem cum Rhamnusio confundit Plutarchus lib.* de X. Rhet. *Rhamnusius enim ille a populo Atheniensi, hic*

Digitized by Google

Περὶ Ὁμονοίας.

Meminit Hermogenes Περὶ ἰδεῶν lib. II. De ea Philoſtr. in eius Vita Sophiſt. lib. I. Σοφιςικώτερος δὲ ὁ Ὑπὲρ τ᾽ Ὁμονοίας ἐν ᾧ γνωμολογίαι τε λαμπραὶ, καὶ φιλόσοφαι. *Captioſior autem eſt oratio De Concordia, in qua ſententiae & ſplendidae, & ſapientes.* Citat quoque Etymologici Auctor in Θεαιδέσατος; item Harpocration, & Suidas locis pluribus.

Ἀπολογία τῦ Μύρυ.

Suidas in Ἄττα. Ἀντιφῶν τῷ ἄττα κέχρηται, ἀντὶ τῦ ἄ τινα, ἐν τῇ Ἀπολογίᾳ τῦ Μύρυ. *Antiphon vocabulo ἄττα uſus eſt pro ἄ τινα (aliqua) in Defenſione Myri.*

Κατ᾽ Ἀλκιβιάδυ λοιδορίας.

Athenaeus lib. XII. Περὶ δὲ τῶν Ἀβυδηνῶν Ἀντιφῶν ἐν τῷ Κατ᾽ Ἀλκιβιάδου λοιδορίας οὕτως. *Antiphon autem de Abydenis in oratione contra Alcibiadem convicii ſic.*

Περὶ τῆς Μεταςάσεως.

Suidas in Στασιώτης. Ἀντιφῶν ἐν τῷ Περὶ τῆς μεταςάσεως. *Antiphon in oratione De exſilio.* Videndus & Harpocration in eadem dictione.

Περὶ ἀληθείας.

Harpocration in Ἄγυ. Ἀντιφῶν δ᾽ ἐν τῷ Περὶ ἀληθείας φησί. τὺς νόμυς μεγάλυς ἄγοι. *Antiphon autem in oratione De veritate ait: leges magnas habeat.* Heſychius. Ἄβιος, πλύσιος· ὡς Ἀντιφῶν ἐν Ἀληθείᾳ. Ἄδιος, *dives; ſicut Antiphon in veritate.* Sed duae Orationes iſtae fuerunt. Itaque Ἀντιφῶν ἐν ἀληθείας α. & ἐν ἀληθείας β᾽ ſaepe occurrit apud Harpocrationem. Ac meminit ſecundae etiam Etymologici Auctor in Γρυπῦσθαι, Suidas in Γρυπαίνειν, Διάθεσις. Pluraliter quoque memorat Hermogenes de Form. Orat. lib. II. ubi de Antiphonte utroque illi ſermo. Οἵπερ οἵ τε Περὶ τ᾽ ἀληθείας λέγωνται λόγοι, καὶ ὁ Περὶ ὁμονοίας. *Cuius & De veritate dicuntur orationes, & quae De concordia.*

Meurſii Tom. II.

Σαμοθρακικός.

Suidas in Σαμοθράκη. Καί ἐςι παρ᾽ Ἀντιφῶντι ἐν τῷ Σαμοθρακικῷ λόγῳ οὕτως εἰρημένῳ. *Etiam eſt apud Antiphontem in Samothracica oratione ita dicta.* Harpocration. Ἀεὶ, ἀντὶ τῦ ἕως, παρ᾽ Ἀντιφῶντι Σαμοθρακικῷ. *Semper, pro uſque, apud Antiphontem in Samothracica.* Puto eamdem orationem eſſe, quae

Περὶ τῦ Σαμοθρακῶν φόρυ,
De Samothracum tributo,

inſcribitur apud eumdem Harpocrationem in Ἀποδιδόμυοι, Ἀπόταξις, Ἐκλογεῖς, Συντελεῖς.

Πρὸς τὴν Δημοσθένυς γραφήν.
Contra Demoſthenis accuſationem.

Harpocratio in Ἀλκιβιάδης, Ἀποτειχίσαι, Δεκατευτὰς, Κελεόντες, Σκαφίον, Συνήγοροι.

Πρὸς τὴν Δημοσθένυς ἀντιγραφήν.
Adverſus Demoſthenis reſcriptionem.

Harpocratio in Ἀνδρών.

Πρὸς Δημοσθένην τὸν ςρατηγὸν παρανόμων.

Plutarchus in eius Vita. Καὶ (ἐπαινῆται) ὁ Πρὸς Δημοσθένην τὸν ςρατηγὸν παρανόμων. *Et (laudatur) oratio Adverſus Demoſthenem praetorem de delictis.* Suidas in Δεῦρο. Καὶ Ἀντιφῶν, ἐν τῇ παρανόμων Κατηγορίᾳ. *Et Antiphon in Accuſatione de delictis.*

Περὶ τῦ Λινδίων φόρυ,
De Lindiorum tributo.

Harpocration in Ἀπειπεῖν, Ἄττα. Διδάσκαλος, ἐπαγγελία, ἐπίσκοπος, προσφορὰ, Συνήγοροι, Τριβωνευόμυοι.

Περὶ ταῶν.

Athenaeus lib. IX. Ἀντιφῶντι δὲ τῷ ῥήτορι λόγος γέγραπται, ἔχων ἐπίγραμμα, Περὶ ταῶν. *Antiphonti autem rhetori oratio ſcripta eſt, habens inſcriptionem, De pavonibus.* Harpocra-

hic poeta a Dionyſio fuit interfectus, & quidem diverſis temporibus. Minus conveniunt, quae de loco tradit Plutarchus iſte. Scribit enim quod Antiphon Rhamnuſius diſertus Corinthi pone forum exſtructa taberna, morbos atque dolores omnes verbis ſe levaturum profeſſus ſit, auditiſque aegritudinum cauſis, aegros conſolatus ſit. Quam artem quum ſe minus dignam arbitraretur, ad Rhetoricam ſe contulerit. Ita Plutarchus iſte, quae tamen in Antiphonta ſecundum ſapientem mirime conveniunt, Antiphonti inepto Rhetori potius tribuenda. Antiphon quidam Athenienſis ſomniorum interpres fuit, & de ſua arte librum ſcripſit. Suidas Ἀντιφῶν. Ἀντιφῶν Ἀθηναῖος ὀνειροκρίτης περὶ κρίσεως ὀνείρων ἔγραψεν. Antiphon Athenienſis ſomniorum coniector de ſomniis intelligendis ſcripſit. *Meminit huius omnino Cicero lib.* II. *de divin.* Curſor ad Olympia proficiſci cogitans, viſus eſt in ſomnis curru quadrigarum vehi, mane ad coniectorem, at ille: Vinces, inquit; id enim celeritas ſignificat, & vis equorum: Poſt idem ad Antiphontem: Is autem, vincare, inquit, neceſſe eſt. Annon intelligas quatuor ante te concurriſſe. Ecce alias curſor, *& quae ſequuntur. Confer eumdem lib.* I. de divin. *de eodem Seneca controv.* IX. Otho Iunius edidit quidem IV. libros colorum, quos belle Gallio noſter Antiphontis libros vocabat, tantum in illis ſomniorum eſt. *Tertullianus lib.* de anima *ubi de ſomniis agit.* Quanti autem, *inquit*, commentatores, & adfirmatores in hanc rem, Artemon, Antiphon, Strato, Philochorus, Epicharmos, Serapion, Cratippus, & Dionyſius Rhodius, Hermippus tota ſecula litteratura. *Sed & alii ſunt* ὀνειροκριτικῶν *ſcriptores Geminus Pyrius, Panyaſis Halicarnaſſeus, Alexander Myndius, Phoebus Antiochenus, Demetrius Phalereus, Nicoſtratus Ephęſius, Aſtrampſychus, Artemidorus Daldianus, Antipater, Apollonius Attalenſis, Ariſtander Telmiſſenſis, Ariſtarchus, Caſſius Maximus, Dionyſius Heliopolita iuxta Andr. Schottum ad Senecae locum citatum, & Rigaltius ad Artemidorum p.* II. *itemque Pappus Alex. apud Suidam. Meminit Antiphontis noſtri, & Fulgentius lib.* I. Mythol. *ubi male* Antiphon Philochorus *dicitur, quum* Antiphon, Philochorus *legi debeat; horum enim uterque ſomniorum interpres fuit. Verum hunc Antiphonta a* τετρατοσόφῳ *iſto tertio Antiphonte minime diverſum eſſe puto. Antiphon quidam a Demoſthene coram Areopago proditionis accuſatur; quaſi Philippo Macedoni navalia Athenienſium ſe concrematurum clam pollicitus eſſet, & capitis damnatur. De eo Demoſthenes Orat. pro Cteſiphonte Olymp.* CXII. 3. *habita, & Plutarchus* Demoſthene *Antiphonta quemdam Georgicorum ſcriptorem laudat Athenaeus* XIV. 17. *Atque haec de Antiphonte eo prolixius tradere volui quo magis intricate de Antiphonte agit Plutarchus lib.* de X. Rhet. *de Antiphonte autem noſtro primo nihil habeo dicere, neque de eius aetate neque de genere. De viris doctis eum egiſſe ſupra audivimus.*

Digitized by Google

cration etiam citat in Εὐοφθάλμως, & Πυριλάμπης.

Κατὰ Λαισποδίου.

Harpocration in Α'πιςεῖν, & Γαληψός. Suidas quoque non uno loco.

Πρὸς Ε'ρασίςρατον περὶ τῶν ἰδεῶν.

Plutarchus in eius Vita. Ε'παινεῖται δ' αὐτοῦ μάλιςα ὁ Περὶ Η'ροδότου (λόγος) καὶ Πρὸς Ε'ρασίςρατον περὶ τ ἰδεῶν. *Laudatur eius potiſſimum (oratio) de Herodoto, & contra Eraſiſtratum de ideis.* AElianus Hiſt. Anim. lib. v. capit. xxi. Ε'τιμῶντο δὲ τὸν ἄῤῥενα, καὶ τὴν θῆλυν, δραχμῶν χιλίων· ὡς Α'ντιφῶν ἐν τῷ Πρὸς Ε'ρασίςρατον λόγῳ φησί. *Aeſtimabant autem marem, & feminam mille drachmis; ſicut Antiphon in oratione Contra Eraſiſtratum ait.*

Κατὰ Φιλίνου.

Harpocration, Α'πολαχεῖν, ἀντὶ ἁπλῶ τῦ λαχεῖν. Α'ντιφῶν ἐν τῷ Κατὰ Φιλίνου. Α'πολαχεῖν, *pro ſimplici* λαχεῖν. (*ſortiri*) *Antiphon in oratione Adverſus Philinum.* Habeſque iterum apud eumdem in Διάλεξις, & Θήτες.

Πολιτικός.

Etymologici Auctor. Εὐσύμβολος, ἀντὶ τοῦ ῥᾳδίως καὶ εὖ συμβάλλων· Α'ντιφῶν ἐν τῷ Πολιτικῷ. Εὐσύμβολος, *pro eo qui facile & recte coniicit. Antiphon in ſcripto de republica.* Athenaeus lib. x. Καταριςᾶν ἢ εἴρηκεν ἐν τῷ Πολιτικῷ Α'ντιφῶν. *Prandere autem dixit Antiphon in ſcripto de republica.* Laudat quoque Dionyſius Halicarn. Περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, Harpocration, & Suidas in Εὐσύμβολος, & Η'μιολιασμός; item Priſcianus lib. xviii. & Hermogenes Περὶ ἰδεῶν lib. ii. cap. Περὶ Α'ντιφῶντος.

Περὶ τῆς ἀγγελίας.

Plutarchus in eius Vita. Ε'παινεῖται δ' αὐτοῦ μάλιςα ὁ Περὶ Η'ροδότου, καὶ Πρὸς Ε'ρασίςρατον περὶ τῶν ἰδεῶν, καὶ ὁ Περὶ τῆς ἀγγελίας, ὃν ὑπὲρ ἑαυτῦ γέγραφε. *Maxime vero laudatur eius oratio De Herodoto, & Adverſus Eraſiſtratum de ideis, & De nuncio, quam pro ſe ſcripſit,* Hanc Orationem reſpexit ſine dubio Cicero Bruto. *Huic Antiphontem Rhamnuſium ſimilia quaedam habuiſſe conſcripta, quo neminem unquam melius ullam oraviſſe capitis cauſam, QVVM SE IPSE DEFENDERET, ſe audiente locuples auctor ſcripſit Thucydides.* Item Quinctilianus lib. iii. cap. i. *Antiphon quoque, & Orationem primus omnium ſcripſit, & nihilominus Artem ipſe compoſuit, & PRO SE dixiſſe optime eſſe creditus.*

Πρὸς Νικοκλέα.

Harpocration citat in Α'ργυροκοπεῖον, Διὰ μέσυ τείχυς, Εὐθύνωρον, Κεραμεικὸς, Λέχαι, Πρυτανείας, Στηφανηφόρος, Υ'πέρβολος. Plenior inſcriptio erat,

Πρὸς Νικοκλέα, Περὶ ὅρων,

Adverſus Nicoclem, De definitionibus. Habes eam apud eumdem Harpocrationem alibi in Ε'ρμαῖ, Κεραμεικὸς, Παράβυσον, Στεφανηφόρος,

Ο'λιγαρχικός,
De paucorum dominio.

Meminit Priſcianus lib. xviii.

Πρὸς τὴν Καλλίου ἔνδειξιν.

Harpocration in Διάθεσις. Α'ντὶ ᾧ τῦ ἀποδεδόμεθα, διαθέμεθα εἶπεν Α'ντιφῶν ἐν τῷ Πρὸς τὴν Καλλίου ἔνδειξιν. *Pro* ἀποδεδόμεθα *autem (reddidi ſumus)* διαθέμεθα *(adfecti ſumus) dixit Antiphon in oratione adverſus Calliae accuſationem.* Vide eumdem in Ε'ρμᾶς, & Η'εμφυ: Suidam in Μοιροδοκῆσαι.

Περὶ Η'ροδότου.

Plutarchus in eius Vita. Ε'παινεῖται δ' αὐτοῦ μάλιςα ὁ Περὶ Η'ροδότου. *Maxime autem laudatur eius oratio De Herodoto.*

Περὶ τῦ χορευτῦ.

Harpocration in Διδάσκαλος. Ι'δίως διδασκάλυς λέγυσι τὺς ποιητὰς τ διθυράμβων, ἢ τ κωμῳδιῶν, ἢ τ τραγωδιῶν. Α'νίφων, ἐν τῷ Περὶ τῦ χορευτῦ. *Proprie doctores dicunt poetas dithyramborum, vel comoediarum, vel tragoediarum. Antiphon in oratione De ſaltatore.* Iterum in Διιπόλια. Ε'ορτή τις ἦν Α'θήνησι τὰ Διιπόλια. Α'ντιφῶν, ἐν τῷ Περὶ τῦ χορευτῦ. *Feſtum aliquod erat Athenis Diipolia. Antiphon in oratione De ſaltatore.*

Υ'πὲρ τῆς εἰς τὸν ἐλεύθερον παῖδα.

Harpocration. Α'ξιεῖ, ἀντὶ τῦ νομίζῃ. Α'ντιφῶν Υ'πὲρ τῆς εἰς τὸν ἐλεύθερον παῖδα. Α'ξιοῖ, *pro* νομίζῃ (*putat*) *Antiphon pro ea in liberum puerum.* Sed mutila eſt inſcriptio iſta.

Κατὰ Ι'πποκράτυς.

Plutarchus in eius Vita. Ε"γραψε ᾗ καὶ Κατὰ Ι'πποκράτυς τῦ ἰατρῦ ςρατηγῦ λόγον. *Verum etiam ſcripſit Adverſus Hippocratem medicum praetoris orationem.* Photius in Bibliotheca. Συνεγράψατο δὲ (Α'ντιφῶν) καὶ Κατὰ Ι'πποκράτυς τῦ ἰατρῦ λόγων, καὶ εἷλεν αὐτὸν ἐξ ἐρήμυ. *Conſcripſit autem (Antiphon) quoque orationem Adverſus Hippocratem medicum, & damnavit eum quia litem deſeruerat.*

Ε'πιτροπικὸς Καλλιςράτυ.

Harpocration. Ο"τι οἱ ποιητοὶ παῖδες ἐπανελθεῖν εἰς τὸν πατρῷον οἶκον οὐκ ἦσαν κύριοι, ἐὰ μὴ παῖδας γνησίυς καταλίποιεν ἐν τῷ οἴκῳ τῦ ποιησαμένυ, Α'ντιφῶν Ε'πιτροπικῷ Καλλιςράτυ. *Quod adoptati filii reverti in patriam domum non poterant, niſi liberos legitimos reliquiſſent in domo*

Digitized by Google

domo adoptantis, Antiphon De tutela Calliſtrati.

Περὶ μεταστάσεως.

Harpocration in Διαςῆσαι, Ἐμποδὼν, Ἐπεσκέψατο, Ἡετιωνέα, Στασιώτης, Τετρακόσιοι.

Et hi de xxxv. genuinis tituli mihi xxii. obſervati; reſtant xiii. inquirendi. De xxv. ſpuriis, duos tantum reperire hactenus datum.

Πρὸς Φίλιππον Ἀπολογία,
Adverſus Philippum defenſio.

Meminit Harpocration in Δημοτευόμενος.

Κατὰ πρυτάνεως.
Adverſus praefectum,

Apud eumdem in Ῥητορικὴ γραφή.

Nec Orationes ſolae illi ſcriptae, ſed de bene dicendi etiam arte Opus. Itaque commemorantur eius

Ῥητορικαὶ Τέχναι.

Plutarchus in Vita eius. Πρῶτος δὲ Ῥητορικὰς Τέχνας ἐξήνεγκα, χυόμενος ἀγχίνους. *Primus autem Rhetoricas Artes, quum eſſet ſollers, edidit.* Apſines lib. de Arte Rhet. cap. Περὶ μνήμης. Ἀντιφῶν τε ἐν ταῖς Ῥητορικαῖς Τέχναις, τὸ μὲν τὰ παρόντα, ἔφη, καὶ ὑπάρχοντα, καὶ παρακείμενα αἰσθάνεσθαι, κατὰ φύσιν εἶναι ἡμῖν. *Et Antiphon in Rhetoricis Artibus, praeſentia quidem, dixit, & exiſtentia, & adpoſita percipere, iuxta naturam noſtram eſſe.* Aliis numero ſingulari

Τέχνη

citatur. Ammonius de Diff. Voc. Σημεῖον, καὶ Τεκμήριον, διαφέρει. Ἀντιφῶν ἐν τῇ Τέχνῃ· Σημεῖον & Τεκμήριον (*ſignum*) *differt. Antiphon in Arte.* Quinctilianus lib. iii. cap. i. *Antiphon quoque & orationem primus omnium ſcripſit, & nihilominus ARTEM ipſe compoſuit.*

Προοίμια.

Suidas in Αἴσθεσθαι. Καὶ περὶ μὲν τοῦ Αἰσθάνεσθαι, Ἀντιφῶν ἐν Προοιμίοις. *Atque de percipiendo quidem, Antiphon in Prooemiis.* Invenio quoque

Περὶ τῶν ἐν ἀρετῇ πρωτευσάντων.

Diogenes Laertius in Pythagora lib. viii. Καὶ ἐξέμαθε τὴν φωνὴν αὐτῶν, καθά φησιν Ἀντιφῶν ἐν τῷ Περὶ τῶν ἀρετῇ πρωτευσάντων. *Et edidicit linguam illorum, ut tradit Antiphon in libro De illis, qui principes in virtute fuerunt.* Porphyrius quoque, ſive Malchus; ut inſcribitur in eiusdem Philoſophi Vita. Ἀντιφῶν δ' ἐν τῷ Περὶ τοῦ βίου τῶν ἐπ' ἀρετῇ πρωτευσάντων, καὶ τὴν καρτερίαν αὐτοῦ, τὴν ἐν Αἰγύπτῳ διηγεῖται. *Antiphon autem in libro De vita illorum, qui in virtute principes fuerunt, ipſius quoque tolerantiam in AEgypto enarrat.* Quem Porphyrii locum citat Cyrillus Adverſus Iulianum lib. x.

Quin Tragoedias etiam ſcripſit. Auctor Plutarchus in eius Vita. Λέγεται δὲ Τραγῳδίας συνθεῖναι, καὶ ἰδίᾳ, καὶ σὺν Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ. *Sed dicitur Tragoedias compoſuiſſe, & ſeorſim, & cum Dionyſio tyranno.* Ex his

Μελέαγρος.

Ariſtoteles Rhet. lib. ii. cap. xxiii. Καὶ τὸ ἐκ τοῦ Μελεάγρου τοῦ Ἀντιφῶντος. *Atque illud ex Meleagro Antiphontis.* Ad quem locum Scholiaſtes Δρᾶμα τὸ λεγόμενον Μελέαγρον ἐποίησεν ὁ Ἀντιφῶν. *Fabulam Meleagrum dictam compoſuit Antiphon.* Eſtque ex eadem Tragoedia, quod Ariſtoteles ille ipſe profert eiusdem Operis libri citati cap. ii. Ὥσπερ ὁ Ἀντιφῶντος Πλήξιππος τῷ Μελεάγρῳ. *Sicut Antiphontis Plexippus Meleagro.* Videtur ibi Plexippus aliquis partes ſuas habuiſſe. Et Andranto, ut per occaſionem hoc dicam, volumen proprium ſcriptum fuit, Περὶ τοῦ παρὰ Ἀντιφῶντι τῷ τραγῳδοποιῷ Πλεξίππου. *De Plexippo apud Antiphontem tragicum.* Videndus Athenaeus lib. xv. Nonnulli item huic adſcripſerunt, quod Glauci Rhegini erat,

Περὶ ποιητῶν.

Plutarchus in eius Vita. Εἰσὶ δὲ οἱ καὶ τὸ Γλαύκου τοῦ Ῥηγίνου Περὶ ποιητῶν βιβλίον εἰς Ἀντιφῶντα ἀναφέρουσιν. *Sunt vero etiam qui Glauci Rhegini De poetis librum Antiphonti adſcribunt.* Alter autem ab hoc fuit.

ANTIPHON II.

De quo Suidas. Ἀντιφῶν, Ἀθηναῖος, τερατοσκόπος, καὶ ἐποποιὸς, καὶ σοφιστής· ἐκαλεῖτο δὲ λογομάγειρος. *Antiphon, Athenienſis, prodigiorum interpres, & epicus, & ſophiſta. Adpellabatur autem orationum coquus.* Quem eumdem eſſe cum eo cenſeo, quem mox

Περὶ κρίσεως ὀνείρων

ſcripſiſſe ait. Ἀντιφῶν, Ἀθηναῖος, ὀνειροκρίτης. Περὶ κρίσεως ὀνείρων ἔγραψεν. *Antiphon, Athenienſis, ſomniorum interpres. De interpretatione ſomniorum ſcripſit.* Cicero de Divin. lib. i. *Hic magna quaedam exoritur, neque ea naturalis, ſed artificioſa SOMNIORVM Antiphontis INTERPRETATIO. Iterum Chryſippus, multis, & minutis ſomniis colligendis, facit idem, quod Antipater, ea conquirens, quae Antiphontis interpretatione explicata.* Hermogenes Περὶ ἰδεῶν lib. ii. cap. Περὶ Ἀντιφῶντος. Ἕτερος δὲ, (Ἀντιφῶν) ὁ καὶ τερατοσκόπος καὶ ΟΝΕΙΡΟΚΡΙΤΗΣ λεγόμενος γενέσθαι. *Alius vero (Antiphon) qui etiam prodigiorum, & SOMNIORVM INTERPRES fuiſſe dicitur.* Lucianus Var. Hiſt. lib. ii. Καὶ τὸ μαντεῖον, ὃ προεισήκει προφητεύων Ἀντιφῶν ὁ τῶν ὀνείρων ὑποκριτής. *Et oraculum ante quod vaticinans ſtabat Antiphon, ſomniorum coniector.* Fulgentius Mytholog. lib. i. *Qui DE INTERPRETATIONE SOMNIORVM ſcripſerunt, ut Antiphon.* Tertullianus de Anima cap. xlvi. *Quanti autem Commentatores, & adfirmatores*

Digitized by Google

res (agit de illis, qui de somniis scripserunt) *in hanc rem? Artemon, Antiphon, Strato, Philochorus*. Et respexit istud Opus Artemidorus Onirocrit. lib. II. cap. XIV. Μέμνηται τῦ ὀνείρυ τύτυ κ) Ἀντιφῶν ὁ Ἀθωναῖ@. *Meminit huius somnii etiam Antiphon Atheniensis*. Videtur etiam scripsisse

Περὶ παλμῶν,
De palpitationibus.

Melampus Περὶ παλμῶν. Ὀφθαλμὸς δεξιὸς ἐὰν ἅλληται, κατὰ Φημονόην, κ) Αἰγυπτίυς, κ) Ἀντιφῶντα, ἐχθρὺς ὑποχειρίυς ἕξει· ἄγει δ) κ) ἀποδήμυς· ὀφθαλμῦ δεξιῦ τὸ ἄνω βλέφαρον ἐὰν ἅλληται, ἐπίκτησιν πάντως δηλοῖ. κατὰ δ) Ἀντιφῶντα, πρᾶξιν, κ) ὑγείαν. *Oculus dexter si saliat, iuxta Phemonoen, & AEgyptios, & Antiphontem inimicos subiectos habebit; verum etiam ducit externos. Oculi autem dextri superior palpebra si saliat, incrementum omnino denotat: iuxta Antiphontem vero, actionem & sanitatem*. Hinc ipsum puto esse, qui scripsit

Περὶ τετραγωνισμῦ.

Meminit Aristoteles Περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων cap. x. Ἢ ὡς Ἀντιφῶν ἐτετραγωνίζει. *Seu prout Antiphon quadravit*. Themistius in Φυσικῆς Ἀκροάσεως lib. I. Δύο τινὲς κύκλον ἐπεχείρησαν τετραγωνίζειν· Ἱπποκράτης τε ὁ Χῖ@, κ) Ἀντιφῶν. *Duo quidam circulum quadrare adgressi sunt; & Hippocrates Chius, & Antiphon*. Eutocius ad Archimedem de dimens. Circ. Ὅτερ Ἱπποκράτης ὁ Χῖ@, κ) Ἀντιφῶν, ζητήσαντες ἐπιμελῶς, ἐκείνυς ἡμῖν τὺς παραλογισμὺς εὑρήκασιν. *Quod Hippocrates Chius, & Antiphon, quum diligenter quaesivissent, illas nobis falsas ratiocinationes invenerunt*. Huic etiam adsignaverim

Περὶ Γεωργικῶν.

Laudat Athenaeus lib. XIV. Ἀντιφῶν δ) ἐν τῷ Περὶ Γεωργικῶν, φωκίδας φησὶν εἶδ@ ἀπίων εἶναι. *Antiphon autem De agricultura, phocides speciem pyrorum esse dicit*. Hermogenes Περὶ ἰδεῶν lib. II. cap. Περὶ Ἀντιφῶντ@, huic tribuit Orationes, ad populum habitas; tum illam Περὶ ἀληθείας, & Περὶ ὁμονοίας; item quae Πολιτικὸς inscripta: quas nos in priore Antiphonte commemoravimus.

ANTISTHENES.

Hic Cynicorum sectae princeps, plurima scripsit, quae in X. tomos tributa recenset Diogenes Laertius in eius Vita lib. VI. illic videnda. In his,

Αἴας, ἢ Αἴαντ@ λόγ@.
Aiax, vel Aiacis oratio.

Item,

Ὀδυσσεὺς, ἢ Περὶ Ὀδυσσέως.
Vlysses, vel de Vlysse.

Hodie exstant.

Κῦρ@.

Duplex erat, unus IV. tomo insertus, alter V. Meminitque Athenaeus lib. V. Ἀντισθένης δ) ἐν θατέρῳ τῶν Κύρων κακολογῶν Ἀλκιβιάδην, κ) παράνομον εἶναι λέγων, &c. *Antisthenes autem in altero Cyrorum Alcibiadi maledicens, & iniustum esse dicens, &c.* Erat etiam tomo III.

Περὶ πολιτείας,
De republica.

Is liber

Διάλογ@ πολιτικὸς,

ut arbitror, vocatur ab eodem Athenaeo libro citato. Ὁ δὲ Πολιτικὸς αὐτῦ (τοῦ Ἀντισθένους) Διάλογ@ ἁπάντων καταδρομὴν περιέχει τῶν Ἀθήνησι δημαγωγῶν. *De republica vero Dialogus eius (Antisthenis) omnium oratorum popularium, qui Athenis sunt, reprehensionem continet*. Est, &

Σάθων,

tomo VI. Eius meminit ipse Diogenes alibi in Platonis Vita lib. III. Ἔγραψε Διάλογον (Ἀντισθένης) κατὰ Πλάτων@, Σάθωνα ἐπιγράψας. *Scripsit Dialogum (Antisthenes) contra Platonem, Sathonem inscribens*. Tomo II. nominatur.

Προτρεπτικός.

Mentio eius est apud Pollucem lib. VI. capit. XVI. Βομβυλιὸς δ), τὸ στενὸν ἔκπωμα, κ) βομβεῖν ἐν τῇ πόσῃ, ὡς Ἀντισθένης ἐν Προτρεπτικῷ. *Bombylius autem, angustum poculum, & bombum faciens in bibendo, sicut Antisthenes in Adhortatorio*. Iterum lib. X. cap. XIX. Τὸ δ) καλούμενον κυρίλλιον, πρὸς τὸν Ἀσιανὸν βομβύλιον μὲν Ἀντισθένης εἴρηκεν ἐν τῷ Προτρεπτικῷ. *Quod vero cyrillium adpellatur, ad Asianum bombylium quidem dixit Antisthenes in Adhortatorio*. Excidit ex hoc Indice (a) Opus, inscriptum,

Διαδοχαὶ τῶν φιλοσόφων.

Laudat ipse Diogenes in Vita Socratis lib. II. Ἀντισθένης δ) ἐν ταῖς τῶν φιλοσοφῶν Διαδοχαῖς, κ) Πλάτων ἐν Ἀπολογίᾳ, τρεῖς αὐτῦ κατηγορῆσαί φασιν. *Antisthenes autem in philosophorum successionibus, quam*

(a) Non excidit, quia opus illud non est Antisthenis Cynici. Audiamus *Ionsium Lib.* IV. *De Scriptor. histor. Philosophic.* ANTISTHENES *quidam scripsit* Τῶν φιλοσόφων διαδοχὰς Philosophorum successiones, *quas citat Laertius lib.* I. Thal. *lib.* II. Socr. Aristip. Mened. *lib.* IV. Crat. *lib.* VI. Diog. *lib.* IX. Heracl. Zen. *Diversus autem est hic* Antisthenes *ab Antisthene Cynico illo, de quo lib.* I. *cap.* 8. *egimus. Hic enim Cynicus praesente Diogene Cynico mortuus est, teste Laertio lib.* VI. Antisth. *Diogenes Cynicus mortuus est eodem die Corinthi, quo Alexander Babylone Olymp.* CXIV. *teste Laertio lib.* VI. Diog. *Sed Antisthenes noster* διαδοχῶν *auctor vitam Diogenis Cynici, & posteriorum scripsit. Probanda hic est Vossii coniectura, qui Antisthenem eum hic intelligit, quem* Rhodium, & Historicum *adpellat Laertius lib.* VI. *Antisth.* Peripateticum *Phlegon* Mirab. *cap.* 3. *ut huic Philosopho pariter, & Historico bene conveniat Historia Philosophica* de successionibus, *quam civis eius Sosicrates Rhodius itidem tradidit. Forte huius est Magicus ille liber, quem Antistheni Cynico tribuit Suidas* Ἀντισθ. *cuiusmodi argumentum Eudemus Rhodius civis eius quoque tractavit. Vixerit itaque hic Antisthenes post A. V. C.* DLXIII. *& Antiochum Magnum, & ante A. V. C.* CM. *quo Phlegon florebat.*

Digitized by Google

ceſſionibus, & Plato in Defenſione, tres illum accuſaviſſe aiunt. Et poſt eodem libro in Ariſtippo. Ἦκουσε δὴ καὶ Ἀννικέριδος ὁ Θεόδωρος, καὶ Διονυσίου, τοῦ Διαλεκτικοῦ, καθά φησιν Ἀντισθένης, ἐν Φιλοσόφων Διαδοχαῖς. *Audivit vero etiam Anniceridem Theodorus, & Dionyſium Dialecticum, ſicut refert Antiſthenes in philoſophorum ſucceſſionibus.* Et ſimpliciter Διαδοχὰς nominat in Thalete lib. I. Τούτου ἐστὶ τὸ, Γνῶθι σεαυτόν. ὅπερ Ἀντισθένης ἐν ταῖς Διαδοχαῖς Φημονόης εἶναί φησιν. *Huius eſt, Noſce te ipſum, Quod Antiſthenes in ſucceſſionibus Phemonoes eſſe dicit.* Iterum in Democrito lib. IX. Φησὶ δὲ Δημήτριος ἐν Ὁμωνύμοις, καὶ Ἀντισθένης ἐν Διαδοχαῖς ἀποδημῆσαι αὐτὸν, καὶ εἰς Αἴγυπτον. *Ait autem Demetrius in Homonymis, & Antiſthenes in ſucceſſionibus illum quoque in Aegyptum profectum eſſe.* Et an

Μελεαγρὶς

huius noſtri eſt dicenda? commemoratur a Plutarcho De flum. Ἱστορεῖ Ἀντισθένης ἐν τρίτῳ Μελεαγρίδος. *Narrat Antiſthenes in libro tertio Meleagridis.* A nonnullis

Μαγικὸς

quoque attributus illi fuit; quem tamen Rhodoni alii, alii autem Ariſtoteli, adſignarunt. Suidas in Ἀντισθένης. Οὗτος συνέγραψε τόμους δέκα. πρῶτον Μαγικόν. ἀφηγεῖται δὲ περὶ Ζωροάστρου τινὸς μάγου, εὑρόντος τὴν σοφίαν. τοῦτο δέ τινες, Ἀριστοτέλους· οἱ δὲ, Ῥόδωνι ἀνατιθέασιν. *Hic conſcripſit tomos decem. Primum magicum. Narrat autem de Zoroaſtre quodam mago, qui illam artem invenit. Illud vero quidam, Ariſtoteli; alii vero, Rhodoni adſcribunt.*

ANYTVS.

Orator fuit; ſed Orationes eius perierunt. Suidas. Ἄνυτος, Ἀνθεμίωνος, Ἀθηναῖος ῥήτωρ. *Anytus, Anthemionis filius, Athenienſis, rhetor.*

APHAREVS.

Scripſit Orationes aliquot, & Tragoedias XXXVII. Plutarchus in Iſocrate. Ὁ δὲ Ἀφαρεὺς συνέγραψε μὲν λόγους, οὐ πολλοὺς δὲ, δικανικούς τε καὶ συμβουλευτικούς. ἐποίησε δὲ καὶ τραγῳδίας περὶ ἑπτὰ καὶ τριάκοντα. *Sed Aphareus orationes quidem conſcripſit, ſed non multas, & iudiciales & ſuaſorias: verum etiam fecit tragoedias circa ſeptem & triginta.* Videndus de eo Suidas. Inter Orationes fuit

Περὶ τῆς ἀντιδόσεως, πρὸς Μεγακλείδην.

Dionyſius Halicarnaſſeus in Iſocrate. Μηδεὶς δ' ἀγνοεῖν ὑπολάβῃ, μηδ' ὅτι Ἀφαρεὺς, ὁ πρόγονός τε καὶ εἰσποίητος Ἰσοκράτει νἱὸς ὢν, ἐν τῷ Πρὸς Μεγακλείδην περὶ ἀντιδόσεως λόγῳ διορίζεται. *Nemo autem ignorare me ſuſpicetur, nec quod Aphareus, qui & privignus & adoptatus ab Iſocrate fuit, in oratione Adverſus Megaclidem de remuneratione exiſtimat.*

APOLLODORVS I. Comicus.

Scripſit Fabulas XLVII. Suidas. Ἀπολλόδωρος, Ἀθηναῖος, κωμικός. ἐποίησε δράματα μζ'. *Apollodorus. Athenienſis, comicus. Fecit fabulas* XLVII. Sed, quum alii quoque fuerint, Gelous alter, & Caryſtius item tertius, omnes Comici; ideoque ſit difficile de Comoediis huius noſtri aliquid certi conſtituere: quae Apollodoro ſimpliciter, & tamquam κατ' ἐξοχὴν laudato, tribuuntur, eas hic commemorabo. Non quod eius poſſim adfirmare, ſed ne nil omnino dicam. Citantur a Stobaeo plures.

Ἀφανιζόμενος,
Occultatus.
Serm. LI.

Γαλάται.
Galli.
Serm. XCVII.

Διαβάλλων, .
Criminans.
Serm. VI.

Ἑκύρα.

Donatus in Hecyram Terentii in Praefat. *Haec fabula Apollodori eſſe dicitur.*

Ἐπιδικαζόμενος.

Donatus ad Terentii Phorm. Act. I. Sc. I. *Alia Epidicazomenos, eiusdem Apollodori.* Et in Praef. *Hanc comoediam manifeſtum eſt prius ab Apollodoro ſub alio nomine, hoc eſt,* Ἐπιδικαζόμενον, *Graece ſcriptam eſſe.*

Ἔφηβοι.

Ammonius de diff. voc. Σχιστὸς ἢ, ἀρσενικῶς, χιτῶν γυναικεῖος. Ἀπολλόδωρος ἐν Ἐφήβοις. Σχιστὸς *vero maſculine, veſtis muliebris. Apollodorus in Ephebis.*

Λάκαινα.

Idem Stob. Serm. CXII.

Οἰκέτης,
Domeſticus.
Serm. XXVII.

Παιδίον,
Puerulus.
Serm. LI. CIX.

Παραλογιζόμενοι,
Falſa ratiocinatione utentes.

Serm. XCVII.

APOLLODORVS II. Grammaticus.

Huius plurima paſſim Scripta commemorantur. Eius

Περὶ

Περὶ θεῶν.

libri III. exſtant, maioris Operis Fragmentum tantum. Nam ecce VI. citat nobis Harpocration in Ἀποπομπάς: Ἀποπομπαῖοί τινες ἐκαλοῦντο θεοὶ, περὶ ὧν Ἀπολλόδωρος ἐν ἕκτῳ Περὶ θεῶν διάλεκτ). *Malorum averruncatores quidam adpellabantur dii, de quibus Apollodorus in libro ſexto De diis inſeruit.* Stephanus IX. laudat: Ἄρμος πάγος, ἀκρωτήριον [a] Ἀθήνησιν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ Περὶ θεῶν ἐννάτῳ. *Areopagus, arx Athenis, ſicut Apollodorus in libro De diis nono.* Decimi quarti meminit Macrobius Sat. lib. I. cap. XVII. *Apollodorus in libro* XIV. Περὶ θεῶν, ἰήϊον *Solem ſcribit ita adpellari Apollinem.* Decimi ſexti Stephanus in Ἄρκας: Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ Περὶ θεῶν ἑκκαιδεκάτῳ βιβλίῳ περὶ Δήμητρός φησιν. *Apollodorus autem in libro De diis ſextodecimo de Cerere ait.* Decimi ſeptimi Schol. Sophoclis Oed. Col. Καὶ Ἀπολλόδωρος, ἐν τῇ Περὶ θεῶν ἑπταικαιδεκάτῃ, περὶ τῶ τῶν Ἡσυχιδῶν γένους, καὶ τῆς ἱερᾶς, φησί. *Et Apollodorus in libro De diis ſeptimodecimo, de Heſychidarum genere, & ſacro, ait.* Viceſimum citat Porphyrius Περὶ Στυγός, in Excerptis apud Stobaeum; Τῶ δὴ Ἀπολλοδώρῳ ἐν τῷ εἰκοστῷ Περὶ τῶν θεῶν συγγράμματι, ὅ ἐστι Περὶ τῶ ᾅδου, τάδε περὶ τῆς Στυγὸς λεγόμενα εὕρομεν. *Apollodori ſane in libro vigeſimo De diis, qui eſt De inferis, De Styge haec dicta invenimus.*

Περὶ νεῶν Καταλόγου.

Strabo lib. XIV. Ὁ γὰρ Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Περὶ νεῶν ἔτι καὶ τοιαῦτα λέγει. *Apollodorus enim in libris De navibus praeterea etiam talia dicit.* Stephanus in Τένεδος: Ἀπολλόδωρος δ' ἐν νεῶν [b] Καταλόγῳ φησὶν, ὅτι τὰς μὲν τῆς Παμφυλίας, Τενεδᾶς· τὰς δὲ τῆς νήσου, Τενεδίους. *Apollodorus autem in navium Catalogo inquit, Pamphyliae quidem incolas Tenedenſes; inſulae vero, Tenedios adpellari.* Scholiaſtes Apollonii lib. III. Ταῦτα παρατίθεται Ἀπολλόδωρος ἐν νεῶν Καταλόγῳ. *Haec adponit Apollodorus in navium Catalogo.* Tributum autem opus iſtud totum fuit in libros XII. Euſtathius docet ad Iliad. β'. Καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐπραγματεύσατο τὰ Περὶ τῶ Καταλόγου ἄριστα ἐν δώδεκα βιβλίοις. *Et Apollodorus Athenienſis illa optima De Catalogo in libris duodecim compoſuit.* Itaque diſtincte primum citat Stephanus in Ἄργουρα: Ἀπολλόδωρος δέ φησιν ἐν πρώτῳ νεῶν Καταλόγου, Ἀργείους ὀνομάζεσθαι, ἢ τῆς προσηγορίας μεταπεσούσης, ἢ διὰ τὸ προσκυρῆσαι τὰ πεδία τῆς Θετταλίας. *Apollodorus vero ait in primo navium Catalogo, Argivos nominari, ſive quod adpellatio fuerit mutata, ſive quia campos Theſſaliae ſibi vindicarunt.* Et in Πλαταιαί: Κέκληται δὲ ἀπὸ τῆς πλάτης τῆς κώπης, ὡς Ἀπολλόδωρος πρώτῳ τῶ Καταλόγου. *Adpellata vero eſt ab palmula remi, ſicut Apollodorus in libro primo Catalogi.* Secundus nominatur a Strabone lib. VII. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ δευτέρῳ Περὶ νεῶν. *Apollodorus in libro ſecundo De navibus.* Item a Ioanne Tzetze Chil. VII. cap. CXLIV.

Ὁ δέ γε Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ Καταλόγου,
Ψυχὴν ἐπαληθίζουσαν, ὥσπερ ὁ Τζέτζης, ἔχων,
Τέρατά τε, καὶ πλάσματα, οἶε). ——
Apollodorus autem in ſecundo Catalogi,
Animum veridicum, ſicut Tzetzes, habens,
Et portenta, & figmenta, putat. ——

Quintum laudat Athenaeus lib. III. Ὅτι δὲ ἡ Σιδοῦς τῆς Κορίνθου ἐστὶ κώμη, Ἀρειανὸς εἴρηκεν ἐν πρώτῃ Ἡρακλείας, καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐν πέμπτῳ Περὶ νεῶν Καταλόγου. *Quod vero Sidus Corinthi eſt vicus, Arianus dixit in libro primo Heracleae, & Apollodorus Athenienſis in libro quinto De navium Catalogo.* Septimi meminit Stephanus: Κορώνη, πόλις Μεσσήνης, ὡς Ἀπολλόδωρος ἑβδόμῳ τῶ Καταλόγου. *Corone, urbs Meſſanae, ſicut Apollodorus in libro ſeptimo Catalogi.*

Συναγωγὴ δογμάτων.

Diogenes Laertius in Chryſippo libro VII. Καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος, ἐν τῇ Συναγωγῇ τῶν δογμάτων, βουλόμενος παρισάζειν, ὅτι τὰ Ἐπικούρου οἰκείᾳ δυνάμει γεγραμμένα, καὶ εὐταράθετα [c] ὄντα, μυρίῳ πλείω ἐστὶ τῶν Χρυσίππου βιβλίων, φησὶν οὕτως αὐτῇ τῇ λέξει. *Verum etiam Apollodorus Athenienſis in Collectione decretorum, contendere volens, quod Epicuri Opera, propria virtute ſcripta [d], & bene promta, longe plura ſunt Chryſippi libris, ita ad verbum loquitur.*

Περὶ κρατῆρος.

Athenaeus lib. XI. Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ Περὶ τῶ κρατῆρος ἐνισχύειν τὴν κατὰ τὸ συμμέτρια μὴ δυναμένῳ τίθεσθαι, καὶ ἐρείδεσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὸ στόμα. *Apollodorus autem Athenienſis in libro De crateris voce; quae in fundo non poteſt poni, & firmari, ſed in ore.*

Περὶ Σώφρονος.

Athenaeus lib. III. Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Ἀθηναῖος ἐν τοῖς Περὶ Σώφρονος. *Apollodorus autem Athenienſis in libris De Sophrone.* Et occurrit iterum bis lib. VII. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Veſpas: Ὁ δὲ Ἀπολλόδωρος καὶ ὅτι τὸ ποτήριον μεστὸν πάλιν ἀπεπλήρουν, δεδήλωκεν ἐν τῷ δ', Περὶ Σώφρονος. *Apollodorus autem, quod etiam poculum plenum rurſus implebant, indicavit in libro* IV. *De Sophrone.*

Χρονικά.

Clemens Strom. I. Ὡς φησὶν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς. *Quomodo ait Apollodorus in Chronicis:* Et mox iterum: Κατὰ τὸν Χρονογράφον Ἀπολλόδωρον. *Iuxta temporum ſcriptorem Apollodorum.* Diogenes Laertius in Thalete lib. I. Φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς γεγρῆσθαι αὐτὸν κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς τριακοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος. *Dicit autem Apollodorus in Chronicis fuiſſe eum primo anno trigeſimae quintae Olym-*

[a] Legendum, & corrigendum cum *Pinedo*, δικαστήριον, *Tribunal*.

[b] Id deeſt in editione Amſtelaedamenſi anni 1668.

(c) Editio Amſtelaedamenſis anni 1692. Ἀπαράθετα ὄντα, quod quidem ſententia requirit.

(d) *Aldobrandinus* vertit: *abſque auctorum teſtimoniis.*

Digitized by Google

Olympiadis natum. Citaturque ab eo pluries in eodem Opere. Lucianus in Longaevis: Ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς ἱστορεῖ. *Sicut Apollodorus in Chronicis narrat*. A. Gellius lib. XVII. cap. IV. *Apollodori, Scriptoris celebratissimi, hos de Menandro versus legimus in libro qui* Χρονικὰ *inscriptus est*. Anonymus in Descript. Olymp. Δημόκριτος Ἀβδηρίτης ἐγνωρίσθη, κατὰ Ἀπολλόδωρον ἐν τοῖς Χρονικοῖς. *Democritus Abderita natus est, iuxta Apollodorum in Chronicis*. Citat quoque Stephanus pluribus locis, & respexit Diodorus Siculus lib. I. Ἀπὸ δὲ τῶν Τροϊκῶν, ἀκολούθως Ἀπολλοδώρῳ τῷ Ἀθηναίῳ, τίθεμεν ὀγδοήκοντα ἔτη πρὸς τὴν κάθοδον τῶν Ἡρακλειδῶν. *Ab Troianis autem temporibus, sequuti Apollodorum Athenienſem ponimus octoginta annos usque ad reditum Heraclidarum* (a).

APOLLONIVS I.

Hic Athenienſis erat Sophiſta; de quo videndus Philoſtratus Sophiſt. lib. II. Eius

Καλλίας

celebratur a Philoſtrato loco citato: Τοῦτο δὲ ἔξιν εὑρεῖν καὶ ἐπ' ἄλλων μὲν ὑποθέσεων, μάλιστα δὲ ἐπὶ τῷ Καλλίου, ᾧ ἀπαγορεύσῃ τοῖς Ἀθηναίοις, πυρὶ μὴ θάπτειν. *Illud autem invenire est etiam in aliis quidem argumentis, maxime autem in Callia, quo vetat Athenienſibus, igne ne ſepelirent*.

APOLLONIVS II.

Hic Acharnis oriundus, celeberrimo Atticae populo. Scripſit autem

Περὶ τῶν ἑορτῶν.

Harpocration in Πέλαν: Ἀπολλώνιος δ' ὁ Ἀχαρνεὺς ἐν τῷ Περὶ τῶν ἑορτῶν οὕτω γράφει. *Apollonius autem Acharnenſis in libro De feſtis ita ſcribit*. Eſtque ex illo ipſo Opere, quod

Meurſii Tom. II.

laudat idem in Χαλκᾶα: Τὰ Χαλκᾶα ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις, τῇ Ἀθηνᾷ ἀγομένη Πυανεψιῶνος ἔνῃ καὶ νέᾳ, χαρώναξι κοινῇ, μάλιστα δὲ χαλκεῦσιν, ὥς φησιν Ἀπολλώνιος ὁ Ἀχαρνεύς. Χαλκᾶα *feſtum apud Athenienſes, Minervae celebrari ſolitum ultimo menſis Pyanepſionis, opificibus commune, potiſſimum vero fabris aerariis, ut ait Apollonius Acharnenſis*. Item quod Scholiaſtes Ariſtophanis Nubibus: Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ἀχαρνεὺς διακρίνει τὰ Διάσια ἀπὸ τῆς τοῦ Μειλιχίου Διὸς ἑορτῆς. *Apollonius autem Acharnanſis ſeparat Iovialia ab Milichii Iovis feſto*.

APOLLOPHANES.

Huius Comoediae aliquot a Suida commemorantur. Ita enim de eo ait: Ἀπολλοφάνης, Ἀθηναῖος, κωμικὸς ἀρχαῖος. Δράματα αὐτοῦ, Δάλις, Ἰφιγένων, Κρῆτες, Δανάη, Κένταυροι. *Apollophanes, Athenienſis, Comicus antiquus. Fabulae eius, Dalis, Iphigeron, Cretenſes, Danae, Centauri*. Sed pro Δάλις legendum, Δαυλίς. Laudatur haec Fabula etiam Athenaeo lib. III. Καὶ σχῆμά τι χορικῆς ὀρχήσεως παρ' Ἀπολλοφάνει ἐν Δαυλίδι. *Et ſpecies quaedam choricae ſaltationis apud Apollophanem in Daulide*. Iterum X. Εἶσι καὶ γένος ὀρχήσεως, ὡς Ἀπολλοφάνης ἐν Δαυλίδι παρίσησιν. *Eſt etiam genus ſaltationis, ſicut Apollophanes in Daulide contendit*.

Κρῆτες,

etiam Heſychio citantur: Θεοὶ ξενικοί, παρὰ Ἀθηναίοις τιμῶνται, ὃς καταλέγει Ἀπολλοφάνης ἐν Κρησί. *Dii peregrini apud Athenienſes coluntur; quos recenſet Apollophanes in Cretenſibus*. Et Athenaeo lib. XI. Ἀπολλοφάνης ἢ Κρησίν·

Καὶ λεπαστὰ δ' ἀδύοινός μ' εὐφραίνῃ δι' ἡμέρας.

Apollophanes autem in Cretenſibus;

Et lepaſta dulcis vini me oblectat interdiu.

Ἰφιγένων,

Harpocrationi quoque memoratur: Ἀδελφίζειν, ἀντὶ τοῦ ἀδελφὸν καλεῖν, παρ' Ἰσοκράτει ἐν Αἰγι-

[a] Non omittenda hic, quae *Io. Ionſius* de Apollodoro commentatur *Lib.* II. *Cap.* XV. *De Scriptor. Hiſt. Philoſ. Apollodorus ὁ Ἀσκληπιάδου*, Aſclepiadis Diſcipulus *forte, Athenienſis Grammaticus, teſte Suida* Ἀπολλ. ſcripſit de Sectis Philoſophorum περὶ τῶν Φιλοσόφων αἱρέσεων, *ut teſtatur Laertius libro* I. Solone. *Scripſit item commentarium in Sophronem. Athenaeus* III. II. Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τοῖς περὶ Σώφρονος. Apollodorus Athenienſis l. de Sophrone. *Confer* VII. 17. *Pluribus autem libris id opus conſtitit*. Tertium *citat Athenaeus* VII. 6. Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ τρίτῳ περὶ Σώφρονος. Apollodorus Athenienſis libro tertio de Sophrone; *non* de Temperante *vertenda ſunt ultima verba cum Dalechampio; quum* Σώφρων *nomen proprium hic ſit, non adpellativum adiectivum, ut Grammatici loquuntur. Frequentes autem ſunt huius generis errores apud interpretes quosdam. Sic Clementis* προτρ. Φανοκλῆς ἐν ἔρωσιν ἢ τοῖς καλοῖς, Ἀγαμέμνονα τῶν ἑλλήνων βασιλέα. Ἀργύννου νιὸν Ἀφροδίτης ἴσασθαι, ἐπ' Ἀργύννῳ (*lege* Ἀργύνῳ. Ἄργυνος *enim Amaſio nomen erat*) τῷ ἐρωμένῳ, *Hervetus ignorans Phanoclis fuiſſe quoddam* δρᾶμα, *quod* ἔρωτες ἢ καλοὶ *dictum, perperam interpretatur*; Phanocles autem in pulcris colebat heroibus Agamemnonem Graecorum Regem. Argynnae ſtare templum Veneris propter Argennum dilectum. *Peſſime: ſed mittamus haec. Apollodori de Sophrone quartum librum citat Scholiaſtes Ariſtophanis ad Veſpas f.* DCLVI. *librum ſecundum Operis eius* περὶ Νομοθετῶν de Legislatoribus, *citat idem Laertius lib.* I. *de Solone. Crebro eius Chronica ad Philoſophorum Hiſtoriam illuſtrandam adducit Laertius lib.* I. Thal. Pitt. lib II. Anaximand. Anaxag. lib. IV. Arceſil. Carn. lib. V. Ariſt. Strat. lib. VII. Zen. Chryſ. lib. VIII. Emped. Xenoph. lib. IX. Meliſ. Democr. Pyrr. lib. X. Epic. Phlegon. lib. de Longaevis. *Tertium* χρονικῶν *citat Laert. lib.* 12. Crat. τὰ λυκούργου νόμιμα ὡς Ἀπολλόδωρος *inquit Euſebius Chron. anno* MCCXVIII. Lycurgi leges a Lacedaemone iuxta ſententiam Apollodori hac aetate ſuſceptae, *vertit Hieronymus. Qui locus, vel ex libris eius de legislatoribus, vel ex Chronicis petitus eſt. Iſta Chronica reſpexit omnino Cicero lib.* XII. *ad Att. ep.* XXIV. Quibus Conſulibus Carneades, & ea legatio Romam venerit, ſcriptum eſt in tuo annali. Haec nunc quaero, quae cauſa fuerit; de Oropo, opinor, ſed certum neſcio. Et ſi ita eſt, quae controverſiae, praeterea qui eo tempore nobilis Epicureus fuerit Athenis, qui praefuerit hortis; qui etiam Athenis πολιτικοὶ fuerint illuſtres; quae etiam ex Apollodoro puto poſſe inveniri. *Vixit autem hic Apollodorus tempore Evergetae ſecundi, & Lathuri, fuitque diſcipulus Ariſtarchi Grammatici, & Panaetii Rhodii Stoici, teſte Suida* Ἀπολλ. *Stoicus fortaſſis, & ipſe, ſed ſententia haec dubio non caret*. Idem *Ionſius Lib.* III. *Cap.* XV. ſcribit Apollodorum Athenienſem Epicharmi Comoedias in X. Tomos diſtribuiſſe: ait *Lib.* I. *Cap.* III. Commentarium de Athenienſium Scortis exaraſſe, *Harpocratione* in Νάκιον, & *Athenaeo Lib.* XIII. 2. laudatis. Heic quoque deſcribemus, quae laudatus *Ionſius* habet *Lib.* II. *Capit.* XVII. *Circa haec tempora vixiſſe videtur Apollodorus Ephillus Philoſophus Stoicus, qui ut adparet* εἰσαγωγὰς εἰς τὰ δόγματα, introductiones in dogmata, *ſc. Philoſophorum, ſcripſit, quarum primum librum citat Laertius lib.* VII. Zen. *Eiusdem omnino Phyſica, & Ethica citantur ibidem; eſque idem, cuius* φυσιολογικὴν εἰσαγωγὴν *commentario illuſtravit Theo Alexandrinus Stoicus ſub Auguſto, teſte Suida* Θέων. *Neque diverſus eſt Athenienſis ille, cuius* συναγωγὴν τῶν δογμάτων, *citat Laertius l.* VII. Chryſ.

Digitized by Google

Αἰγινητικῷ, καὶ Ἑκαταίῳ ἐν δευτέρῳ Ἡρωοελεγείων, καὶ Στράτιδι, καὶ Ἀπολλοφάνει ἐν Ἰφιγένοντι. Ἀδελφίζειν, *pro fratrem adpellare, apud Isocratem in AEginetico, & Hecataeum in secundo libro Heroelegiarum, & Stratidem, & Apollophanem in Iphigeronte.* Meminit Apollophanis etiam, incerta Fabula, Etymologici Auctor in φιβάλεως (a).

APSINES I.

Suidas; Ἀψίνης, Ἀθηναῖος, ἀξιόλογος σοφιστὴς, Ὀνασίμου πατὴρ τοῦ σοφιστοῦ, τοῦ πατρὸς Ἀψίνου. *Apsines, Athenienſis, celebris Sophiſta, Onaſimi Sophiſtae pater, qui Apſinis pater fuit.* Vbi obſerva eo nomine Sophiſtas duos: avum unum, alterum nepotem.

APSINES II.

Meminit huius in citatis ſtatim verbis Suidas; & iterum poſtea: Ἀψίνης, Ὀνασίμου τοῦ σοφιστοῦ Ἀθηναίου. *Apſines, Onaſimi Sophiſtae Athenienſis.*

ARAROS.

Comicus fuit, Ariſtophanis filius. De eo Fabuliſque ipſius, ita Suidas: Ἄραρως, Ἀθηναῖος, υἱὸς Ἀριστοφάνους τοῦ κωμικοῦ, καὶ αὐτὸς κωμικὸς, διδάξας τὸ πρῶτον Ὀλυμπιάδι ρά· ἔστι δὲ τῶν δραμάτων αὐτοῦ, Καινεὺς, Καμπυλίων, Πανὸς γοναὶ, Γῆμέναι, Ἄδωνις, Παρθενίδιον. *Araros Athenienſis, Ariſtophanis Comici filius, & ipſe Comicus, docens primum Olympiade centeſima prima. Inter fabulas eius eſt Caeneus, Campylion, Panis nativitas, Hymenaeus; Adonis, Virguncula.* Ex his Ἄδωνις, & Πανὸς γοναὶ, citantur etiam ab Athenaeo lib. III. Γῆμέναι, ab eodem lib. VI. & Suida in Ἀναθεῖναι· Καινεὺς, a Polluce lib. VII. c. XIV. [b]

ARCHELAVS.

Philoſophus fuit, quem nonnulli Mileſium tradiderunt. Diogenes Laertius lib. II. Ἀρχέλαος, Ἀθηναῖος, ἢ Μιλέσιος, πατρὸς Ἀπολλοδώρου. *Archelaus Athenienſis, ſive Mileſius, patre Apollodoro.* Meminit huius Plutarchus de Plac. Philoſ. lib. I. Ἀρχέλαος, Ἀπολλοδώρου, Ἀθηναῖος, ἀέρα ἄπειρον. *Archelaus Apollodori filius, Athenienſis, aerem infinitum.* Sextus Empiricus adverſus Mathemat. lib. VIII. Socratis praeceptorem dicit: Καὶ Ἀρχέλαος ὁ Ἀθηναῖος, Σωκράτους ἦν καθηγητής. *Et Archelaus Athenienſis, Socratis vero praeceptor.* Simplicius in Phyſ. lib. I. Καὶ Ἀρχέλαος ὁ Ἀθηναῖος, ᾧ καὶ Σωκράτη συγγεγονέναι φασίν, Ἀναξαγόρᾳ χρωμένῳ μαθητῇ, ἐν μὲν τῇ γενέσει τοῦ κόσμου, καὶ τοῖς ἄλλοις, πειρᾶταί τι φέρειν ἴδιον. *Et Archelaus Athenienſis, cum quo etiam Socratem congreſſum dicunt, qui Anaxagorae diſcipulus fuit, in nativitate Mundi, & aliis, conatur aliquid proprium ferre.*

(a) *AElianus* etiam *Lib.* VI. *Hiſtor. Animal. Cap.* LII. Comicum vocat.

(c) Sunt qui huic *Cocalum* etiam adtribuant, quam tamen alii Patri adſerunt. Vide inferius in Ἀριστοφάνης.

ARCHIPPVS.

De eo ita Suidas: Ἄρχιππος, Ἀθηναῖος, κωμικὸς ἀρχαῖος. *Archippus Athenienſis Comicus antiquus.* Sed e Fabulis, quas compoſuit, nullam nominat, Mihi iſtae obſervatae.

Ἀμφιτρύων.

Athenaeus lib. XI. Ἄρχιππος δ' ἐν Ἀμφιτρύωνι ἀδετέρως εἴρηκε. *Verum & Archippus in Amphitruone neutro dixit.* Sed duplex illa fuit,

Ἀμφιτρύων πρῶτος,

&,

Ἀμφιτρύων δεύτερος.

Priorem qui citaret, nondum vidi; at poſterior memoratur Athenaeo lib. III. Καὶ ἐπ' ἄλλων ζώων Ἄρχιππος Ἀμφιτρύωνι δευτέρῳ κατὰ παιδιὰν εἴρηκε. *Et de aliis animalibus Archippus in Amphitryone ſecundo iuxta doctrinam dixit.* Iterum lib. X. Εἰπόντος τινὸς, Ἄρχιππον εἰρηκέναι, ἐν δευτέρῳ Ἀμφιτρύωνι. *Dicente quodam, Archippum tradidiſſe in Amphitryone ſecunda.*

Ἡρακλῆς.

Athenaeus lib. XIV. Καὶ Ἄρχιππος ἐν Ἡρακλεῖ, καὶ Ἡρόδοτος ἐν πρώτῃ, ἐπιδορπίσασθαι ἔλεγον τὸ εὐτραγεῖν, καὶ ἐπιδειπνῆσαι. *Et Archippus in Hercule, & Herodotus in libro primo, ἐπιδορπίσασθαι dixerunt avide, & bene edere, & ſupercoenare.* Erat autem plenus titulus,

Ἡρακλῆς γαμῶν.

Athenaeus lib. VII. Ὅτι δὲ εἶδος κεστρέων οἱ νῆσες, Ἄρχιππος Ἡρακλεῖ γαμοῦντί φησι. *Quod autem neſtes ſint ceſtrorum ſpecies, Archippus in Hercule uxorem ducente ait.* Occurritque ita bis lib. XIV. item apud Pollucem lib. IX. cap. VI. & lib. X. cap. XLI.

Ἰχθύες.

Pollux lib. VII. cap. III. Καὶ τὴν παντοπωλίαν εἶπεν Ἄρχιππος ἐν Ἰχθύσιν. *Et omnium rerum venditionem dixit Archippus in Piſcibus.* Et mox iterum cap. IX. Καὶ Ἄρχιππος μὲν Ἰχθύσιν εἴρηκε, νακοτιλτοῦντα (c). *Et Archippus quidem in Piſcibus dixit, vellera vellentem.* Libro X. cap. V. Ἀλλ' ὅμως Ἄρχιππος εἴρηκεν ἐν Ἰχθύσι τὴν ἀνορὰν, μυληκόρον. *Verum tamen Archippus in Piſcibus dixit forum, molae curam.* Citatur quoque ab Athenaeo locis pluribus, & Stephano in Γαλεῶτ.

(c) *I. Gronovius.* Meurſii Chirographum habebat Ναυκοτιλτοῦντα.

Nav-

Ναυαγός.

Item

Νῆσοι.

Et

Νιόβη.

Aristophani a nonnullis adtributae, sed Archippi tamen esse existimatae. Scholiastes Comici in eius Vita: Ἔγραψε δὲ δράματα μδ', ὧν ἀνθιλέγει τέσσαρα, ὡς μὴ ὄντα αὐτοῦ. ἔστι δὲ ταῦτα· Ποίησις, Ναυαγός, Νῆσοι, Νιόβη· ἃ τινες ἔφασαν εἶναι Ἀρχίππου. *Scripsit autem fabulas* XLIV. *inter quas de quatuor ambigitur, tamquam quae eius non sint. Sunt autem illae: Poesis, Naufragus, Insulae, Niobe; quas aliqui Archippi esse dixerunt.*

Ὄνος.

Harpocration in Τοπεῖον: Ἄρχιππος Ὄνῳ.

——— ταῦτα καὶ τραχηλίαις
Ἱστᾶσι, καὶ τοπείοις, οὐκ ἄνευ πόνου.

Archippus in Asino;

——— *illa etiam trochleis*
Statuunt, & funibus, non sine labore.

Ita enim fragmentum illud restituendum mihi videtur. Verum plena inscriptio erat,

Ὄνου σκιά.

Scholiastes Aristophanis Vespis: Καὶ Ἀρχίππῳ δὲ κωμῳδία γέγονεν, Ὄνου σκιά. *Et Archippo comoedia fuit Asini umbra.* Totidem verbis laudat Zenobius Cent. VI. Proverb. XXVIII. Atque haec est illa ipsa Fabula, quam incerto Auctoris nomine ex Aristotele commemorat Suidas in Ὄνου σκιά: Ἀριστοτέλης δ' ἐν ταῖς Διδασκαλίαις, καὶ δράματός τινος φέρει ἐπιγραφὴν, Ὄνου σκιάν. *Aristoteles autem in Doctrinis, etiam fabulae cuiusdam inscriptionem fert, Asini umbram.*

Πλοῦτος.

Pollux lib. VII. cap. XIV. Ἄρχιππος ὁ ἐν Πλούτῳ, καὶ πλατυπόρφυρα εἴρηκεν ἱμάτια. *Archippus autem in Pluto, etiam latum purpurae limbum habentes vestes dixit.* Iterum lib. X. capit. XXXI. Προσδεῖ καὶ ῥαφίδος, ἣν Ἄρχιππος ἐν Πλούτῳ ὠνόμασε. *Insuper etiam rhaphide opus*

Meursii Tom. II.

[a] Miror profecto a *Meursio* nostro quosdam Atticos Scriptores omissos, quorum tamen fama celeberrima est. Christianorum enim nullius meminit, quos ob parem saltem religionem eximios habere debuerat. Non enim credo illi propositum fuisse eos, qui post Christi ortum floruere, silentio transilire, quum huiusmodi quosdam tempestive commemoret, Itaque hunc qualemcumque defectum supplere conabor, nominibus saltem nudis recensitis, non enim vacat αὐτοσχεδιάζειν fontes, unde hasce notitias olim derivavi, repetere atque consulere; sed certum est nos optimis Auctoribus usos, & inter eos memoria suggerit *Suidam*, *Hesychium Illustrem*, *Athenaeum*, *Diogenem Laertium*, *Eunapium Sardianum*, *Philostratum*, *Eusebium Caesariensem*, *Hieronymum*, aliosque veteres utriusque linguae Scriptores eminentissimos: inter recentiores vero occurrunt *G. Io. Vossius*, *Io. Ionsius*, *AEg. Menagius*, *Thom. Stanleius*, *Bellarminus*, *Miraeus*, *Caveus*, *Oudinus*, *I. Al. Fabricius*, multique alii id genus Auctores. Non tamen omnes suscipio eos adiicere, quos *Meursius* praetermisit, & qui in memoratis, aliisque Scriptoribus, offenduntur; sed illos tantum, quorum notitiam mihi selegeram, & nunc obvium mihi est, & expeditum, licet properanter, in medium] proferre. Itaque commemorandus videbatur.

est, quam Archippus in Pluto nominavit. Scholiastes Comici Avibus: Τῷ διαβάλλεται χρῶνται ἐπὶ τῆ ἐξαπατᾶν· ὡς καὶ Ἄρχιππος ἐν Πλούτῳ. *Verbo* διαβάλλεται *utuntur de fallendo; sicut etiam Archippus in Pluto.* Porphyrius Hom. Quaest. I. Ἄρχιππος Πλούτῳ·

Νῦν ὡς ἐγχυόμην χρημάτων ἐπήβολος.

Archippus in Pluto;

Nunc ut factus sum pecuniarum compos.

Ποίησις.

Vide paullo ante in Ναυαγός.

Ῥίνων.

Athenaeus lib. XV. Εὑρίσκω δὲ καὶ παρὰ τοῖς κωμικοῖς κυλισόν τινα καλούμενον στέφανον, καὶ μνημονεύοντα αὐτῆς Ἄρχιππον ἐν Ῥίνωνι. *Sed etiam apud Comicos invenio volubilem quamdam coronam adpellatam, eamque memorantem Archippum in Nasuto.*

ARISTANDROS.

Inter Rei Rusticae Scriptores commemoratur a Varrone lib. I. cap. I. *Hi sunt, quos tu habere in consilio poteris, quum quid consulere voles. Agathocles Chius, Apollonius Pergamenus, Aristandros Athenienſis.* Columella lib. I. cap. I. *Athenae vero Scriptorum frequentiam pepererunt; e queis probatissimi Auctores, Chaereas, Aristandros, Amphilochus.* Plinius lib. XVII. cap. XXV. *Laodiceae, Xerxis adventu, platano in oleam mutata; qualibus ostentis Aristandri apud Graecos volumen scatet.*

(a) ARISTOGITON.

Huius Orationes recensentur a Suida, Πρὸς Δημοσθένην τὸν στρατηγὸν, ἀπολογία. *Contra Demosthenem Praetorem, defensio.* Πρὸς Λυκοῦργον. *Contra Lycurgum.* Κατὰ Τιμοθέου. *Contra Timotheum.* Κατὰ Τιμάρχου. *Contra Timarchum.* Κατὰ Ὑπερίδου. *Contra Hyperidem.* Κατὰ Θρασύλλου. *Contra Thrasyllum.* Ὀρφανικὸς, *Pupillaris.* Ex his,

AEGIDIVS Monachus Athenienſis, qui & medicae rei peritus fuit, & Philosophus non spernendus habitus est, floruitque sub VIII. saeculi initia. Etsi vero mihi non constet an

AGAPIVS Athenienſis Platonicus litteris aliquid mandaverit, tamen ob eruditionem memoria dignus videtur, & circa dimidium VI. saeculi floruit. Sed &

APOLLONIVS Sophista Athenienſis in album mittendus est, qui sub exitum II. saeculi claruit. An

APHAREVS Hippiae F. Rhetor aliquid scripserit ignotum; floruit autem CCCC. circiter ante Christum annis. Est &

ARCHINOVS Rhetor Athenienſis, qui CCCC. circiter annis ante Christum vixit, sed qui forte nihil scripsit. Verum clarissimus scriptor exstitit, & Christianae religionis defensor eloquentissimus

ARISTIDES, de quo, ut alios omnes omittam, ita scribit *Hieronymus* in *Catalogo*: *Aristides Athenienſis, Philosophus eloquentissimus, & sub pristino habitu discipulus Christi, volumen nostri dogmatis rationem continens, eodem tempore, quo & Quadratus, Hadriano Principi dedit, idest, Apologeticum pro Christianis; quod usque hodie perseverans, apud Philologos ingenii eius indicium est.*

Digitized by Google

Κατὰ Τιμάρχυ,

laudatur etiam ab Harpocratione in Αὐτοκλέδης: Κηδωνίδης, καὶ Αὐτοκλείδης, καὶ Θέρσανδρ@, ὡς παιδέρασταὶ σφοδροὶ διεσύροντο. ὡς καὶ Ἀριστογείτων Κατὰ Τιμάρχυ. *Cedonides, & Autoclides, & Therſandros, tamquam vehementes puerorum amatores inceſſebantur. Sicut etiam Ariſtogiton contra Timarchum.* Ioannes Tzetzes Chil. VI. cap XXXVII. ubi de hoc Oratore agit:

Πάλιν κατὰ Τιμάρχου τε, καὶ Δημοσθένους, λέγει.

Rurſus contra Timarchum, & Demoſthenem dicit.

Vbi, ecce, Apologiae quoque adverſus Demoſthenem mentio facta.

Κατὰ Φρύνης.

Athenaeus lib. XIII. Ἀριστογείτων δ' ἐν τῷ Κατὰ Φρύνης τὸ κύριον αὐτῆς φησιν εἶναι ὄνομα Μνησαρέτιν. *Ariſtogiton autem in Oratione contra Phrynen proprium eius nomen Mneſareten eſſe dicit.*

Κατὰ Ὑπερίδυ.

Ioannes Tzetzes loco citato:

Ἐν τῷ Κατὰ τῶν παρανόμων γὰρ τοῦ Ὑπερίδου,
Ἀριστογείτων ὑτωσὶ τάδε κατ' ἔπ@ λέγει.
In Oratione contra delicta enim Hyperidis, Ariſtogiton ita haec ad verbum dicit.

ARISTOMENES I.

De eo Suidas: Ἀριστομένης, Ἀθηναῖ@, κωμικὸς τῶν ἐπιδευτέρων τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας. *Ariſtomenes Athenienſis, Comicus inter illos, qui tertia aetate poſt veterem comoediam vixerunt.* Inter Comoedias eius,

Ἄδμητ@.

Scholiaſtes Ariſtophanis in Argumento Pluti: Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντ@ Ἀντιπάτρυ, ἀνταγονιζομένυ αὐτῷ Νικοχάρυς μὲν, Λάκωσιν· Ἀριστομένους δ', Ἀδμήτῳ. *Docta eſt archonte Antipatro, certante cum eo Nicochare quidem, Laconibus; Ariſtomene vero, Admeto.*

Βοηθοί.

Schol. Ariſtophanis Acharn. Καὶ παρ' Ἀριστομένῃ ἐν Βοηθεῖς·

Ἔνδον γὰρ ἡμῖν γάργαρα. ——

Et apud Ariſtomenem in Auxiliatoribus;

Intus enim nobis multitudo.

Sed plenus trimeter ab Ariſtomene ita ſcriptus fuit:

Ἔνδον γὰρ ἡμῖν ἐστιν ἀνδρῶν γάργαρα.

Intus enim nobis eſt virorum multitudo.

Vide Macrobium Sat. lib. v. cap. xx. ubi perperam editur, *Nec aliter Ariſtomenes*, ἐν Μύθοις. Reſcribe Aristomenes, ἐν Βοηθοῖς. Laudat etiam Priſcianus lib. XVIII. & Suidas in Ψαμμοκοσιογάργαρα.

Γόητες.

Pollux lib. VII. cap. XXXIII. Καὶ βιβλιοπώλιν μὲν παρὰ Ἀριστομένει εὑρήσεις ἐν Γόησι. *Et bibliopolam quidem apud Ariſtomenem invenies in Praeſtigiatoribus.* Harpocration in Φορίνης; Ὅτι καὶ ἐπὶ ἀνθρωπείυ δέρματ@ ἐλέγετο ἡ Φορίνη, καὶ Ἀριστομένης ἐν Γόησι δῆλον ποιεῖ. *Quod etiam de humana pelle dicebatur phorine, etiam Ariſtomenes in Praeſtigiatoribus manifeſtum facit.* Habes quoque apud Athenaeum libb. VII. IX. XIV.

Διόνυσ@.

Athenaeus lib. XIV. Ἀριστομένης ἐν Διονύσῳ φησίν·

Ὁ Χῖ@ οὐκ οἶσθ' ὡς ἀμαμαλλίδας ποεῖ.

Ariſtomenes in Baccho ait;

Non noſti, quod Chius amamallidas generet.

Et mox: Ἀλιπάσον ἧ κρεῶν μνημονεύει ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς Ἀριστομένης ἐν Διονύσῳ·

Ἀλίπασα ταῦτα παρατίθημί σοι· ——

Sale autem conſperſarum carnium meminit comoediae Poeta Ariſtomenes in Baccho;

Sale conſperſa haec adpono tibi. ——

Sed plenus Fabulae titulus erat,

Διόνυσ@ ἀσκητής.

Pollux lib. III. cap. XXX. Ἀφ' ὧν καὶ τὸ σφαιρομαχεῖν, καὶ σφαιρομαχία, παρὰ Ἀριστομένει ἐν Διονύσῳ ἀσκητῇ. *A quibus etiam pila certare, & pilae certamen, apud Ariſtomenem in Baccho exercitatore.*

Ὀλοφυρμοί.

Scholiaſtes Ariſtophanis in Argumento Equitum: Πρῶτ@ ἐνίκα· δεύτερ@, Κρατῖν@ Σατύροις· τρίτ@, Ἀριστομένης Ὀλοφυρμοῖς. *Primus vicit, ſecundus Cratinus Satyris; tertius, Ariſtomenes Lamentationibus.* Ita reſcribo. Hodie editur, Ἀριστομένης Ὀλοφύροις.

ARISTOMENES II.

Scripſit,

Τὰ πρὸς τὰς ἱερυργίας.

Athenaeus lib. III. Παραιτητέον ἧ καταλέγειν, οὐδὲ γὰρ οὕτως εὐτυχῶς μνήμης ἔχω, ἃ ἐξέθετο πόπανα, καὶ πέμματα Ἀριστομένης ὁ Ἀθηναῖ@ ἐν τρίτῳ Τῶν πρὸς τὰς ἱερυργίας. *Excuſandus autem ſum a recenſendo, non enim tam felicem memoriam habeo, quas expoſuit placentulas, & cibaria Ariſtomenes Athenienſis in libro tertio illorum, Quae ad rem divinam faciendam pertinent.* Commemoratur quoque inter Rei Ruſticae Scriptores a Varrone, & Columella lib. I. cap. I. Et citat, ſed ſine Operis titulo, Scholiaſtes Apollonii lib. I. Λυκόργυ, καὶ Ἀγχινόης, Ἀγκαῖ@, καὶ Ἐπίοχ@. τιμᾶται δὲ παρ' Ἀρκάσιν· ὡς φησιν Ἀριστομένης. *Lycurgi, & Anchinoes, Ancaeus, & Epiochus ſunt filii. Colitur enim apud Arcadas; ut ait Ariſtomenes.*

ARI-

Digitized by Google

ARISTON I.

Hic Athenienſis erat Muſicus. Diogenes Laertius in fine Zenonis lib. VII. Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος Ἀρίστων, Ἰλιήτης [a], περιπατητικός· ὁ δέ τις μουσικὸς, Ἀθηναῖος. *Verum etiam alius fuit Ariſton, Ilietes Peripateticus; alius autem Muſicus Athenienſis.*

ARISTON II.

Hic Alis, Atticae populo natus, ſcripſitque

Τέχνας ῥητορικάς.

Diogenes Laertius loco citato: Πέμπτος (Ἀρίστων) Ἀλαιεὺς [b], Τέχνας γεγραφὼς ῥητορικάς. *Quintus (Ariſton) Alaenſis, qui Artes Oratorias ſcripſit.* Ita enim ibi ſcribendum, non Ἀλαιεὺς Atque hunc exiſtimo eſſe, cuius meminit Quinctil. lib. II. cap. XV.

ARISTOPHANES.

Hic non Athenienſis quidem, ſed donatus civitate ob ingenii excellentiam, merito quoque in hoc Catalogo mihi ſe dicendum offert. Suidas Fabulas eius fuiſſe dicit numero LIV. Scholiaſtes in eius Vita XLIV. Sed corruptum omnino utriuſque locum eſſe oportet; nam mihi plures ſexaginta obſervatae. In his,

Ἀγήρῳ.

Athenaeus lib. XIV. Τῶν γὰρ ἀπυρήνων Ἀριστοφάνης ἐν Γεωργοῖς μνημονεύει, καὶ ἐν Ἀγήρῳ· *Nucleo enim carentium Ariſtophanes in Agricolis, & in Non-ſeneſcente meminit.* Pollux libro VII. cap. XXXIII. ſect. I. Ἀναχύρωτον δὲ τὸν ψηλὸν Ἀριστοφάνης ἐν Ἀγήρῳ λέγει. *Paleam autem non ſubactum lutum Ariſtophanes in Non-ſeneſcente dicit.* Corruptum id nomen apud eumdem mox lib. IX. cap. VI. Ἀριστοφάνης μὲν ἐν Ἀγυρῳ λέγων·

Τοῦτ' αὐτὸ πράττω διοβόλῳ. ——

Ariſtophanes quidem in Agyro dicens;

Illud ipſum facio duobus obolis. ——

Niſi malimus cum Caſaubono legere, ἐν Ἀναγύρῳ.

Ἀγωνίσαι.

Pollux lib. VII. cap. XXXIII. ſect. II. Τῷ δὲ λοῦσθαι, καὶ τὸ ψυχρολουτρεῖν ἂν προσήκοι, εἰρημένου τοῦ Ἐψυχρολουτρήσαμεν ἐν Δαιταλεῦσιν Ἀριστοφάνους· καὶ παραλοῦται δ' ὁ αὐτὸς ἐν Ἀγωνισαῖς. *Huic autem verbo lavari, & verbum frigida lavare convenit, quum in Convivis Ariſtophanis dictum ſit frigida nos lavimus; ſed etiam παραλοῦται idem in Certatoribus.*

Ἀιολοσίκων.

Hephaeſtion in Enchiridio. Δίμετρα μὲν τὰ ἐξ Αἰολοσίκωνος Ἀριστοφάνους. *Dimetra quidem illa ex Ariſtophanis Aeoloſicone.* Athenaeus lib. III. Ἀκροκολίων δὲ μέμνηται Ἀριστοφάνης Αἰολοσίκωνι. *Membrorum autem extremitates meminit Ariſtophanes in Aeoloſicone.* Iterum. Ἀριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ, καὶ Αἰολοσίκωνι. *Ariſtophanes in Gerutada, & Aeoliſicone.* Et lib. VII. Ὡς ὁ χαρίεις Ἀριστοφάνης ἐν Αἰολοσίκωνι εἶπεν. *Sicut autem elegans Ariſtophanes in Aeoloſicone dixit.* Pollux lib. I. cap. VIII. Ἀλλ' Ἀριστοφάνης τὰ τοιαῦτα πιστότερος αὐτῷ ἐν Αἰολοσίκωνι·

Κοιτὼν ἅπασιν εἷς, πύελος δ' ἀρκέσει μία.

Sed Ariſtophanes in talibus illo fide dignior in Aeoloſicone;

Cubiculum omnibus unum, ſolium balneatorium ſufficiet unum.

Ita verſum hunc, illic luxatum, reſtituendum arbitror. Et laudatur haec Fabula ab iſto Grammatico locis pluribus. Meminit quoque Comici ipſius Scholiaſtes in Argumento Pluti. Τὰ ὑπόλοιπα δύο δι' ἐκείνου καθῆκε, Κώκαλον, καὶ Αἰολοσίκωνα. *Reliquas duas per illum immiſit, Cocalum, & Aeoloſiconem.* Iterum ad Pacem. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Ἀριστοφάνης ὡς γαστρίμαργον τὸν Ἡρακλέα κωμῳδεῖ καὶ ἐν Ὄρνισι. καὶ ἐν Αἰολοσίκωνι. *Verum & ipſe Ariſtophanes tamquam ventri deditum Herculem irridet & in Avibus, & in Aeoloſicone.* Platonius de diff. Com. Τὸν γοῦν Αἰολοσίκωνα Ἀριστοφάνης ἐδίδαξε, ὃς οὐκ ἔχει τὰ χορικὰ μέλη. *Aeoloſiconem igitur Ariſtophanes docuit, qui non habet chorica carmina.* Et mox. Τοιοῦτον οὖν ἐστιν ὁ τῆς μέσης κωμῳδίας τύπος, οἷός ἐστιν ὁ Αἰολοσίκων Ἀριστοφάνους. *Talis igitur eſt mediae comoediae forma, qualis eſt Aeoloſicon Ariſtophanis.* Sed duplex hoc nomine Comoedia fuit; itaque

Αἰολοσίκων Δεύτερος.

legitur apud Athenaeum lib. IX. Ἀριστοφάνης Αἰολοσίκωνι δευτέρῳ·

—— Τῶν δὲ γηθύων

Ῥίζας ἐχουσῶν σκοροδόμητον φύσιν.

Ariſtophanes in ſecundo Aeoloſicone;

—— *Sed gethyorum*

Radices habentium allii naturam.

Ἀχαλαῖς.

Agellius lib. XIX. cap. XIII. *Et, ſi mihi memoria, inquit, non labat, ſcriptum hoc eſt in Comoedia Ariſtophanis, cui nomen eſt* Ἀχαλαῖς [c].

Ἀμ.

(a) Lege Ἰουλίτης. Stephanus, aut Stephani mutilator Hermolaus Byzantius. Ἰουλὶς, inquit, πόλις ἐν Κέῳ τῇ νήσῳ ἀπὸ Ἰουλίδος. κρήνης ἀφ' ἧς Σιμωνίδης ἐστὶν ὁ μελοποιὸς, καὶ Βακχυλίδης ὁ ἀδελφὸς ἐκείνου, καὶ Ἐρασίστρατος ἰατρός. μετ' αὐτῶν καὶ Ἀρίστων ὁ Περιπατητικός. οὗτοι Ἰουλῖται. Idem etiam *Strabo Lib. X.* docet, ubi vocat hunc τοῦ βορυσθενίτου Βίωνος ζηλωτήν. In antiquis editionibus Latini interpretis ſcriptum reperies *Iulietes*. Sed poſtea aliter viſum indoctis, & audaculis iſtis corruptoribus. *Iſ. Caſaubonus*. Huius Philoſophi meminerunt *Plutarch. de Exſilio; Cic. V. de Fin. Sotion in Collect. miraculorum.*

(b) Perperam igitur *Aldobrandinus* hic adnotat: *Oppido Arcadiae Plinius Lib. IV. Cap. VI.*

(c) Editio Batava anni 1666. habet Ἀκλαῖς, atque ita in vetuſtis codicibus reperiri obſervant ad hunc locum viri docti, ſed hic Comoediae titulus quibusdam ſuſpectus, adeoque legere malunt Ἀκλαῖς, quaſi dicas, *minime plorans*. In Stephan. edit. eſt Ἀκαλίς. Nuſquam tamen alibi veteres inter Ariſtophanis Comoedias alterutro nomine quamdam referunt.

Digitized by Google

Α'μφιάραος,

Erotianus in Lexico Hippocratis. Ω'ς καὶ Α'ριστοφάνης ἐν Α'μφιαράῳ. *Sicut etiam Ariſtophanes in Amphiarao*. Hephaeſtion in Enchiridio. Παρὰ ᾧ Α'ριστοφάνει ἐν Α'μφιαράῳ·

——— οἴδαμεν ἀρχαῖον τ' ἰδών.

Verum apud Ariſtophanem in Amphiarao;

——— *ſcimus antiquumque videns.*

Harpocration in λαμπραί· Α'ριστοφάνης Α'μφιάρεῳ·

——— Λαμπρεὺς ἔγωγε τῶν κάτω.

Ariſtophanes in Amphiarao;

——— *Lamprenſis ego ex inferioribus.*

Iterum in ῥώπτρον: Α'ριστοφάνης Α'μφιάρεῳ. Ξενοφῶν Ε'λληνικῶν ὀγδόῳ. *Ariſtophanes in Amphiarao. Xenophon Graecarum rerum octavo.* Scholiaſtes Comici in Argumento Avium. Τὸν Α'μφιάραον ἐδίδαξε (ὁ Α'ριστοφάνης) διὰ Φιλωνίδη. *Amphiaraum docuit* (*Ariſtophanes*) *Philonidis tempore*. Meminitque iterum ad Aves. Etymologici Auctor in Α'ντιβολῶ: Τὸ δὲ παρὰ Α'ριστοφάνει ἐν Α'μφιαράῳ, διὰ τῦ ε ἀντεβόλησε δύο κλίσεις ὑπέσχη. *Id vero apud Ariſtophanem in Amphiarao, per* ε *ἀντεβόλησε* (*occurrit*) *duas declinationes ſubiit*. Athenaeus lib. IV. Ο' χαρίεις τε Α'ριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ ἔφη·

Πτισάνῃ διδάσκεις αὐτὸν ἐψεῖν, ἢ φακήν.

Καὶ ἐν Α'μφιαράῳ·

Ο'ν φακῆν ἤδιστον ἔψον λοιδορεῖς.

Et elegans Ariſtophanes in Gerutada dixit;

Hordeum piſtum doces illum coquere vel lenticulam.

Et in Amphiarao;

Quicumque lenticulam dulciſſimum opſonium vituperas.

Laudat quoque locis pluribus Iulius Pollux, Suidas, & Aelianus Hiſt. Anim. lib. XII. cap. IX.

Α'νάγυρος.

Etymologici Auctor in Βυκέφαλος. Ο'τι δὲ τῶν Θετταλικῶν ἵππων τινὲς ἐκαλοῦντο βυκέφαλοι δηλοῖ Α'ριστοφάνης ἐν Α'ναγύρῳ·

Μὴ κλαῖ', ἐγώ σοι βυκέφαλον ὠνήσομαι.

Quod autem quidam equi Theſſalici adpellabantur bucephali indicat Ariſtophanes in Anagyro;

Ne lacrima, ego tibi bucephalum emam.

Citat etiam Athenaeus libris IV. VII. IX. Pollux lib. X. capp. XII. XIII. XXI. XXV. Itaque corrigendus idem lib. IX. cap. VI. Ε'ν δὲ τῷ Α'ναγύρῳ, τὰ τρία ἡμιωβολία, τριημιωβόλιον (Α'ριστοφάνης) εἴρηκεν. *In Anagyro autem* (*Ariſtophanes*) *ſemiobolos tres*, τριημιωβόλιον *dixit*. Invenies quoque apud ipſum Comici huius Scholiaſten, locis pluribus; item Suidam in ξυννένοφεν, ὀδῦ παρέσης, ὀρθοπλὴξ, παραλῦμαι.

Α'σκλήπιος.

Laudatur alibi a Polluce.

Αὐτόλυκος.

Erotianus. Α'ριστοφάνης δ' ὁ Κωμικὸς ἐν Αὐτολύκῳ φησὶν ἐπὶ καινοτέρας ἰδέας. *Ariſtophanes autem Comicus in Autolyco de recentiore forma inquit*. Scholiaſtes Comici Veſpis. Οὐδὲ παλαίστρας. Δι' Εὔπολιν. ἐν Αὐτολύκῳ δέ, τοιαῦτά φησι. τῦτο δὲ καὶ ἐν Εἰρήνῃ, οὕτω. *Nec palaeſtrae. Propter Eupolim. In Autolyco autem, talia dicit. Illud vero etiam in Pace, ita.*

Α'χαρνεῖς.

Exſtant.

Βαβυλώνιοι.

Ariſtoteles Rhet. lib. III. cap. II. Ω'σπερ καὶ ὁ Α'ριστοφάνης σκώπτει ἐν τοῖς Βαβυλωνίοις ἀντὶ μὲν χρυσίου, χρυσιδάριον· ἀντὶ δὲ ἱματίου, ἱματιδάριον. *Quemadmodum etiam Ariſtophanes cavillatur in Babyloniis, pro* χρύσιον (*aurum*) *quidem;* χρυσιδάριον (*parum auri*); *pro* ἱμάτιον (*veſtis*) ἱματιδάριον (*parvum veſtimentum*). Scholiaſtes illic. Ο' Α'ριστοφάνης δρᾶμα ἐποίησεν εἰς τοὺς Βαβυλωνίους. *Ariſtophanes fabulam fecit in Babylonios*. Priſcianus lib. XVIII. *Ariſtophanes in Babyloniis*, Ε'ννεύει με φεύγειν οἴκαδε, *Innuit me fugere domum*. Stephanus in Λακεδαίμων. Λέγεται δὲ καὶ Λακεδαιμονιάζω, ὡς Α'ριστοφάνης Βαβυλωνίοις. *Sed etiam dicitur* Λακεδαιμονιάζω, *ſicut Ariſtophanes in Babyloniis*. Harpocration in σφωτήρ. Ε'ϛι τὄνομα καὶ ἐν Βαβυλωνίοις Α'ριστοφάνους. *Eſt nomen illud etiam in Babyloniis Ariſtophanis*. Etymologici Auctor in Ζώτειον. Α'ριστοφάνης Βαβυλωνίοις ζώσειον, ὡς Ω'ρος ὁ Μιλήσιος εἴρηκεν. *Ariſtophanes in Babyloniis ζώσειον* (*piſtrinum*) *prout Orus Mileſius dixit*. Vide eumdem iterum in Ε'γχινόμυος. Zenobius Cent. II. Proverb. XXII. Μέμνηται ταύτης Α'ριστοφάνης ἐν Βαβυλωνίοις. *Meminit illius Ariſtophanes in Babyloniis*. Commemorat item Athenaeus libris III. & XI. Pollux lib. V. cap. XXV. lib. IX cap. XX. lib. X. capp. VIII. XXIII. XXXII. XLIII. Heſychius in Εἰς τὸν λιμένα, Γ'ρίανα, Suidas in Σαλίων ὁ δῆμος, Σίμος, & ipſius quoque Comici Scholiaſtes ad Acharnenſes.

Βάτραχοι.

Exſtant.

Βοηθοί.

Priſcianus lib. XVII. *Ariſtophanes* Βοηθοῖς.

Εὖ γὰρ εὖ πράττειν βούλομαί σε, πῶς λέγεις;

Ariſtophanes in Auxiliatoribus;

Recte enim recte facere volo te, quomodo dicis?

Γεωργοί.

Plutarchus in Nicia. Σκώπτει δ' αὐτὸν εἰς ταῦτα πάλιν Α'ριστοφάνης, ἐν μὲν Ο'ρνισιν οὕτω πως λέγων·

Καὶ μὴν μὰ τὸν Δί' οὐχὶ νυσάζειν γέ πω.
Ω'ρ' ἐϛὶν ἡμῖν, οὐδὲ μελλονικιᾶν.

Ε'ν δὲ Γεωργοῖς ταῦτα γράφων. *Exagitat autem illum in illis rurſus Ariſtophanes in Avibus quidam hoc fere modo dicens;*

Atqui per Iovem non dormitandi aliquomodo
Tempus eſt nobis, nec ut Nicias cunctandi.

In

Digitized by Google

In Agricolis vero haec ſcribens. Hephaeſtion. Οὗτο γῦν τὸ πολυθρύλλητον πεντάμετρον συντιθέασιν, ὧ παραδείγματα ἐκ τῶν Ἀριστοφάνους Γεωργῶν. *Sic igitur celebratum pentametrum compoſuerunt, cuius exempla ex Agricolis Ariſtophanis.* Et mox. Ὅμως δ' ἐν τοῖς Γεωργοῖς Ἀριστοφάνης ἐποίησε τὸ τέταρτον παίωνα ἀντὶ πρώτου. *Attamen in Agricolis Ariſtophanes quartum fecit hymnum pro primo.* Zenobius Cent. II. Prov. XXVII. Μέμνηται αὐτῆς Ἀριστοφάνης ἐν Γεωργοῖς. *Meminit illius Ariſtophanes in Agricolis.* Meminit Etymologici Auctor in Γλιχόμῳ, Ἐλαΐζειν, & Ὄρχατος, Athenaeus libris III. XI. XIV. Pollux lib. VII. cap. XXXIII. lib. IX. cap. VI. lib. X. cap. XIX. Harpocration in Κωδία, & Σηράγιον, Stobaeus Serm. LIII. LIV. Priſcianus lib. XVIII.

Γήρας.

Phrynichus in Eclogis Dict. Attic. Χρὴ ἓν Ἀριστοφάνῃ ἀκολουθοῦντας λέγειν. ἐν γὰρ τῷ Γήρᾳ φησί. *Oportet igitur Ariſtophanem ſequentes dicere. In ſenectute enim inquit.* Scholiaſtes Nicandri ad Theriaca. Ὡς δὲ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Γήρᾳ, γυναῖκα ποιήσας ἐπὶ ζεύγους ὄνων ὀχουμένην, παράγει τινὰ ἐρῶντα αὐτῆς. *Prout vero etiam Ariſtophanes in ſenectute, mulierem quum finxiſſet aſinorum iugo vectam, aliquem illam amantem inducit.* Harpocration in Σκαφίον. Ὅτι δὲ τὸ σκαφίον εἶδός κυρτῆς, καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Γήρᾳ. *Quod vero ſcapbium ſit genus tonſurae, etiam Ariſtophanes in ſenectute.* Meminerunt etiam Athenaeus libris III. IV. VII. Pollux lib. IV. cap. XXV. lib. VI. cap. X. lib. VII. cap. XXVII lib. IX. cap. V. lib. X. capp. XV. XX. XLIII. Priſcianus lib. XVIII. Etymologici Auctor in μορμολυκεῖον. Suidas in Στλεγγίς.

Γηρυλορδος.

AElianus Hiſt. Animal. lib. XII. cap. IX. Μέμνηται. ὃ καὶ τῦ ὄρνιθος τῦδε Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Ἀμφιαράῳ λέγων·

Ὀσφὺν δ' ἐξ ἄκρων διακίγκλισον ἤϋτε κίγκλου
Ἀνδρὸς πρεσβύτου. τελέει δ' ἀγαθὴν ἐπαοιδήν.

Καὶ ἐν τῷ Γηρολόρδῳ·

Κιγκλιοβάταν ῥυθμόν.

Meminit autem etiam illius avis Ariſtophanes in Amphiarao dicens;

Lumbos autem ex ſummis viribus move, ſicut motacilla
Viri ſenis. Perficit autem bonam incantationem.

Et in Senectute curva;
Inſtar motacillae procedentem rhythmum.

Γηρυτάδης.

Heſychius in Αὐτοὶ θύομεν. Ἐπὶ γὰρ τῶν καλουμένων ὑπό τινων λέγεται. Ἀριστοφάνης Γηρυτάδῃ *Nam de adpellatis ab quibusdam dicitur. Ariſtophanes in Gerutada.* Erotianus. Ὡς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ φησί. *Prout etiam Ariſtophanes in Gerutada dicit.* Scholiaſtes Sophoclis ad Electram. Καὶ ταῦτα Ἀριστοφάνης παρῴδηκεν ἐν Γηρυτάδῃ. *Et haec Ariſtophanes in Gerutada imitatus eſt.* Citant quoque Athenaeus, & Pollux locis pluribus, Etymologici Auctor in Ἦϊεν, Harpocration in Βωμολοχεύεσθαι, Ἑρμᾶς, & Ναΐς.

Γλαῦκος.

Pollux lib. III. cap. III. Ἀριστοφάνης Γλαύκῳ·

Καλύψας τῷ καλύμματος τριβωνίῳ
Διεπαρθένευσα. ——

Ariſtophanes in Glauco;

Tegens tegminis pallio trito
Devirginavi. ——

Δαίδαλος.

Clemens Strom. VI. Πλάτων δὲ ὁ Κωμικὸς, καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Δαιδάλῳ, τὰ ἀλλήλων ὑφαιρῦνται. *Plato autem Comicus, & Ariſtophanes in Daedalo, ſua invicem ſuffurantur.* Erotianus. Καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιδάλῳ φησίν· *Et Ariſtophanes in Daedalo inquit.* Pollux lib. VII. cap. XXIII. Καὶ κογχυλίας ὃ λίθος, ἐν Ἀριστοφάνους Δαιδάλῳ. *Verum & lapis conchiliae, in Ariſtophanis Daedalo.* Heſychius. Δορυφόνον, τὸν δολοφονοῦντα. Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ. Δορυφόνον, *dolo occidentem. Ariſtophanes in Daedalo.* Phrynichus. Κάκκαβον, διὰ τοῦ η κακκάβην λέγε. διὰ γὰρ τοῦ ο, ἀμαθές. καὶ γὰρ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιδάλῳ χρῆται διὰ τοῦ η. Κάκκαβον, *per η κακκάβην dic; nam per o, indoctum. Nam & Ariſtophanes in Daedalo per η utitur.* Meminit Suidas in Ὄνυ σκιὰ, & Ὑπηνέμια, Athenaeus locis pluribus.

Δαιταλεῖς.

Phrynichus in Ecl. Dict. Attic. Ἔστι μὲν ἠπῆσαῶθαι ἅπαξ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Δαιταλεῦσι παίζοντι τὰς Ἡσιόδου Ὑποθήκας. *Eſt quidem ἠπῆσαῶθαι (ſarcire) ſemel apud Ariſtophanem in Convivatoribus Heſiodi Praecepta irridentem.* Etymologici Auctor. Δαιταλεὺς, ὁ εὐωχητής· ἀφ' οὗ δρᾶμα Ἀριστοφάνους ὀνόμασαι Δαιταλεῖς. Δαιταλεὺς, *conviva; a quo fabula Ariſtophanis Convivatores nominata eſt.* Corrigenduseſt Galenus in Lexico Hippocratis in Prooemio. Νομίζω δή σοι τὰ ὑπ' Ἀριστοφάνους ἀρκέσειν, τὰ ἐκ τῶν Δαιταλέων. *Puto ſane tibi illa ab Ariſtophane ſuffectura quae ex Convivatoribus.* Et mox. Προβάλλει γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ δράματι ὁ ἐκ τοῦ δήμου τῶν Δαιταλέων πρεσβύτης. *Proiicit enim in illa fabula ex Convivatorum populo ſenex.* Vtrobique perperam ſcribitur, Δεταλέων. Et ita recte etiam olim cenſuit Typographorum omnium maximus, Henricus Stephanus, cui numquam pro tam praeclaris in Remp. Literariam meritis docti viri dignas reddere gratias poterunt. Thomas magiſter in Dict. Attic. Καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσι.

Καὶ κόσκινον ἠπῆσασθαι. ——

Et Ariſtophanes in Convivatoribus;

Et cribrum ſarcire. ——

Laudant pluribus locis Athenaeus, & Pollux, item Harpocration in Ἐπίπεμπλον, & Ναυτοδίκαι, & Suidas in Ἀναλίσκειν, Ἀνάσατοι, Αἰγεῶν, Ῥαγδαῖος, Σεῖσαι, Στλεγγὶς, Τῦ

Δα-

Δαναΐδες

Etymologici Auctor. Α'ταλαίπωρον, ῥάθυμον, ἐλίγωρον, Α'ριστοφάνης Δαναΐσιν. *Non miserum, desidem, negligentem. Aristophanes in Danaidibus.* Suidas. Α'ργύριον δὲ, τὸ λεπτὸν νόμισμα καλοῦσιν. ὡς Α'ριστοφάνης Δαναΐσιν. *Argentum autem, tenuem nummum vocant: sicut Aristophanes in Danaidibus.* Iterum alibi. Κλειταγόρα, ποιήτρια Λακωνική· μέμνηται δὲ Α'ριστοφάνης ἐν Δαναΐσι. *Clitagora, poetria Laconica. Meminit autem Aristophanes in Danaidibus.* Vide eumdem in Α'ταλαίπωρον, & Λυγκέως. Laudat rursum in Χύτραις. Commemorat ipsius quoque Comici Scholiastes ad Plutum, & Pacem, item Athenaeus, & Pollux, pluries.

Δηλία.

Athenaeus lib. IX. Οὕτω δ' εἴρηκεν Α'ριστοφάνης ἐν Δηλίᾳ. *Sic autem dixit Aristophanes in Delia.*

Διοναύαγῳ.

Pollux lib. X. cap. VIII. Καλεῖται δὲ καὶ τὸ κλινίδιον, καὶ κλιντήριον· ὡς ἐν Διοναυάγῳ Α'ριστοφάνης ἔφη. *Verum etiam adpellatur clinidium, & clinterium, lectulus: Sicut in Iove-naufrago Aristophanes dixit.*

Δράματα.

Hesychius. Βύρσαν, τὴν πόλιν Α'θηνῶν Α'ριστοφάνης ἐν Δράμασι παίζων ἔφη. *Byrsam, urbem Athenarum Aristophanes in Fabulis irridens dixit.* Ita restituo. Perperam editur, ἐν Α'ράμασι. Sed duplex inscriptio erat; una,

Δράματα, ἢ Κένταυρος.

Pollux lib. VII. cap. V. Τῶν δὲ περὶ ἀρτοπωλίαν, ἀθρόα ἐν Α'ριστοφάνους Δράμασιν, ἢ Κενταύρῳ. *Quae vero ad panis venditionem, conferta in Aristophanis Fabulis, vel Centauro.* Iterum lib. IX. cap. V. Α'ριστοφάνης γοῦν ἐν μὲν Δράμασιν ἢ ἐν Κενταύρῳ ἔφη. *Aristophanes igitur in Fabulis quidem vel in Centauro dixit.* Occurrit rursum eodem libro cap VI. lib. X. cap. XLVIII. Hesychius. Κύλλα πήρα· ζητοῦσι διὰ τί τὸ πορνεῖον Κύλλα πήραν Α'ριστοφάνης εἴρηκεν ἐν Δράμασιν, ἢ Κενταύρῳ. *Cylli pera. Quaerunt quamobrem lupanar Cylli peram dixerit Aristophanes in Fabulis, seu Centauro.* Emendandus idem in Οὐ γὰρ ἀκάνθαι, ubi perperam hodie editur, Καὶ ἐν Δράμασιν ἦκε ταύρῳ, *Et in Fabulis venit tauro.* Rescribo, Καὶ ἐν Δράμασιν, ἢ Κενταύρῳ, *Et in Fabulis, seu Centauro.* Athenaeo simpliciter Κένταυρῳ indigetatur lib. XIV. Ἧς μνημονεύῃ Κρατίνῳ ἐν Νεμέσῃ, καὶ Κηφισόδωρῳ ἐν Α'μαζόσιν, Α'ριστοφάνης τ' ἐν Κενταύρῳ. *Cuius meminit Cratinus in Nemesi, & Cephisodorus in Amazonibus, Aristophanesque in Centauro.* Suidas. Πρόδικον· δικασὴν ἐπὶ φίλων, καὶ διαιτητήν. Α'ριστοφάνης Κενταύρῳ. Πρόδικον; *iudicem apud amicos, & arbitrum. Aristophanes in Centauro.* Altera inscriptio.

Δράματα, ἢ Νιόβη.

Pollux lib, X. cap. XXVII. Σαφέστερον δὲ ἐν ταῖς Α'ριστοφάνους Δράμασιν, ἢ Νιόβῃ. *Manifestius autem in Aristophanis Fabulis, seu Niobe.* Cap. XXXVIII. Καί ἐστι τοὔνομα ἐν τοῖς Α'ριστοφάνους Δράμασιν, ἢ Νιόβῃ. *Et est nomen in Aristophanis Fabulis, seu Niobe.* Cap. XLVIII. Πλινθεῖον καλεῖ ἐν Δράμασιν, ἢ Νιόβη Α'ριστοφάνης. *Figulinam adpellat in Fabulis, seu Niobe Aristophanes.* Scholiastes Euripidis singulariter dixit. Δρᾶμα Νιόβης Locus est ad Phoenissas. Ὅμως καὶ Αἰσχύλῳ ἐν Νιόβῃ, καὶ Α'ριστοφάνης δὲ ἐν Δράματι Νιόβης, ὁμοίως ἑπτὰ αὐτὰς λέγουσιν. *Tamen etiam Aeschylus in Niobe, sed & Aristophanes in Fabula Niobes, similiter septem illas dicunt.*

Εἰρήνη.

Exstat. Verum duplex ista fuit. Scholiastes Comici in Argumento eius Fabulae. Φέρεται ἐν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι καὶ ἑτέραν δεδίδαχεν ὁμοίως Α'ριστοφάνης εἰρήνην. ἄδηλον ἓν φησιν Ε'ρατοσθένης, πότερον τὴν αὐτὴν ἀνεδίδαξεν, ἢ ἑτέραν καθῆκεν, ἥτις ὐ σώζεται. Κράτης μέντοι δύο εἶπε δράματα, γράφων οὕτως. Α'λλ' ἔν γε ἐπὶ τοῖς Α'χαρνεῦσιν, ἢ Βαβυλωνίοις, ἢ ἐν τῇ ἑτέρᾳ Εἰρήνῃ. καὶ σποράδην δέ τινα ποιήματα παρατίθεται, ἅπερ ἐν τῇ νῦν φερομένῃ ὐκ ἔσιν. *Fertur in doctrinis, etiam alteram similiter ab Aristophane edoctam fuisse Pacem. Non perspicuum igitur inquit Eratosthenes, utrum eamdem rursus docuerit, an aliam demiserit, quae non exstat. Crates vero duas fabulas dixit, ita scribens. At igitur in Acharnensibus, vel Babyloniis, vel in altera Pace. Etiam sparsim aliqua poemata adponit, quae in illa, quae nunc fertur, non sunt.*

Ε'κκλησιάζουσαι.

Exstant.

Η''ρωες.

Stephanus in Α''ργος. Λέγεται γὰρ καὶ Α'ργόλας. Α'ριστοφάνης Η''ρωσι. *Nam dicitur quoque Argolas. Aristophanes in Heroibus.* Diogenes Laertius in Pythagora lib. VIII. Α'ριστοφάνης δὲ τῶν ἡρώων φησὶν εἶναι τὰ πίπτοντα, λέγων ἐν τοῖς Η''ρωσι. *Aristophanes autem heroum esse ea, quae cadunt, in Heroibus inquiens.* Athenaeus lib. IX. Α'ριστοφάνης δ' ἐν Η''ρωσι χερνίβιον εἴρηκεν. *Aristophanes autem in Heroibus* χερνίβιον (*polubrum*) *dixit.* Citat quoque Suidas in Α'μφοριαφόρους, Etymologici Auctor in Πίνω, & Pollux locis pluribus, Schol. Comici Avibus.

Θεσμοφοριάζουσαι.

Exstant. Sed duplex eo nomine Comoedia fuit; & altera inscripta erat,

Θεσμοφοριάζουσαι Δευτέραι.

Suid. II. 6. 68. Quam Demetrius Troezenius existimabat inscribi debere

Θεσ-

Digitized by Google

Θεσμοφοριάζουσαι.

Athenaeus lib. 1. Ἀριστοφάνους τὰς δευτέρας Θεσμοφοριαζούσας Δημήτριος ὁ Τροιζήνιος Θεσμοφοριασάσας ἐπιγράφει. *Aristophanis secundas Thesmophoriazusas Demetrius Troezenius Thesmophoriasasas inscribit.* Quae hodie exstant, sunt

Θεσμοφοριάζουσαι Πρότεραι,

Et ex iis citat istos versus quosdam Agellius lib. xv. cap. xx. *Eius odii* (de Euripide loquitur, in quem est tota illa Fabula) *in mulieres Aristophanes quoque meminit* ἐν ταῖς πρωτέραις Θεσμοφοριαζούσαις, *in his versibus.* Hephaestion 42. In has multa transtulerat de Cratini Ἐμπιπραμένοις. Clemens Strom. VI. Ἀριστοφάνης δὲ ὁ κωμικὸς ἐν ταῖς πρώταις Θεσμοφοριαζούσαις τὰ ἐκ τῶν Κρατίνου Ἐμπιπραμένων μεμήνεγκεν ἔπη. *Aristophanes autem Comicus in primis Thesmophoriazusis carmina ex Cratini Venditis transtulit.*

Ἵππεις.

Exstant

Κένταυρος.

Vide in Δράματα.

Κιθαρῳδός.

Hesychius. Στελέαν, τὴν μακρὰν ῥάφανον, Ἀριστοφάνης ἐν Κιθαρῳδῷ. Στελέαν, *longum raphanum, Aristophanes in Citharoedo.*

Κότυλος.

Pollux lib. x. cap. XXIII. Λέγει γοῦν ἔτι (Ἀριστοφάνης) ἐν Κοτύλῳ·

Καὶ πάντα κάναστρα.

Dicit igitur praeterea (*Aristophanes*) *in Cotylo;*

Et omnes cophini.

Κώκαλος.

Athenaeus lib. IV. Καὶ ὁ καλὸς δὴ Ἀριστοφάνης ἐν Κωκάλῳ ἔφη. *Sed pulcer etiam Aristophanes in Cocalo dixit.* Et laudat iterum lib. XI. Erotianus. Καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Κοκάλῳ φησὶ, παρέσο κατέτριβεν ἱμάτια. *Et Aristophanes in Cocalo inquit, remitte confregit vestes.* Zenobius Cent. VI. Proverb. XLVII. Μέμνηται ταύτης Ἀριστοφάνης ἐν Κωκάλῳ. *Meminit illius Aristophanes in Cocalo.* Clemens Strom. VI. Τὸν μέντοι Κώκαλον, τὸν ποιηθέντα ἀραρότως τῷ Ἀριστοφάνει ποιεῖ Φιλήμων ὁ Κωμικὸς ὑπαλλάξας ἐν Ὑποβολιμαίῳ. *Cocalum porro apte compositum ab Aristophane fecit Philemon Comicus mutans in Supposititio.* Hesychius. Ἵπνος, κάμινος, φοῦρνος, Φαρὸς, κλίβανος, μαγειρίον, καὶ μέρος τι νεώς. Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Κωκάλῳ, καὶ τὸν κοπρῶνα οὕτως εἶπεν. Ἵπνος, *caminus, furnus, pharus, clibanus, culina, & pars quaedam navis. Aristophanes autem in Cocalo, etiam sterquilinium ita dixit.* Macrobius Saturnal. lib. v. cap. XVIII. *Aristophanes, vetus Comicus, in comoedia Cocalo sic ait.* Scholiastes Comici in Argumento Pluti. Τὰ ὑπόλοιπα δύο δι' ἐκείνου καθῆκε, Κώκαλον καὶ Αἰολοσίκωνα. *Reliquas duas per illum demisit, Cocalum & Aeolosiconem.* Et in Vita eius. Πρῶτος δὲ καὶ τὸ νέας κωμῳδίας τὸν τρόπον ἐπεδείξεν ἐν τῷ Κωκάλῳ· ἐξ οὗ τὴν ἀρχὴν λαβόμενοι Μένανδρός τε καὶ Φιλήμων ἐδραματούργησαν. *Verum etiam primus novae comoediae modum ostendit in Cocalo; ex quo initium sumentes, & Menander & Philemon fabulas fecerunt.* Scribendi occasionem narrat idem mox, ibidem. Ψηφίσματος γὰρ γενομένου χορηγοῦ, (lego, Μορυχίδου) ὥστε μὴ ὀνομασὶ κωμῳδεῖν τινα, καὶ τῶν χορηγῶν οὐκ ἀντεχόντων τὸ χορηγεῖν, καὶ παντάπασιν ἐκλελοιπυίας τὰς ὕλης τῶν κωμῳδιῶν διὰ τούτων αὐτῶν. τὸ αἴτιον γὰρ κωμῳδίας, τὸ σκώπτειν τινάς. ἔγραψε κωμῳδίας τινὰς, Κώκαλον, ἐν ᾧ εἰσάγει φθορὰν, καὶ ἀναγνωρισμὸν, καὶ τἄλλα πάντα, ἃ ἐζήλωσε Μένανδρος. *Decreto enim facto Morychidis, ut ne nominatim comoedia quemquam perstringeret, & choragis sumtus praebere non sustinentibus, & omnibus derelicta comoediarum materia propter haec ipsa; (causa enim comoediae est, aliquos convitiis petere) scripsit comoedias quasdam, Cocalum, in quo introducit corruptionem, & agnitionem, & alia omnia, quae Menander aemulatus est.* Citat quoque Pollux lib. VII. cap. XXXIII. Suidas in Ὧδε, Harpocration in Πώμαλα.

Λημνίαι.

Harpocration in Ἀρκτεῦσαι. Ὅτι δὲ αἱ ἀρκλευομέναι παρθένοι ἄρκτοι καλοῦνται, Εὐριπίδης Ὑψιπύλῃ, Ἀριστοφάνης Λημνίαις. *Quod vero* ἀρκτευομέναι (*ursarum instar*) *agentes virgines* ἄρκλοι (*ursae*) *adpellantur, Euripides in Hypsipyle, Aristophanes in Lemniis.* Et in Μέταυλος. Μέταυλός ἐστιν ἡ ῥυπαρὰ λεγομένη αὐλὴ, ἃ ὄρνιθες ἦσαν. Ἀριστοφάνης Λημνίαις. Μέταυλος *est sordida dicta area, ubi aves erant. Aristophanes in Lemniis.* Ammonius in Τύραννος. Καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Λημνίαις·

Ἐνταῦθ' ἐτυράννευεν Ὑψιπύλης πατὴρ
Θόας, βραδύτερος τῶν ἐν ἀνθρώποις δραμεῖν.

Et Aristophanes in Lemniis;

Illic tyrannus erat Hypsipyles pater
Thoas, tardior inter homines currere.

Suidas in Ἀπεχρήσατο. Λημνίαις Ἀριστοφάνης·

Τοὺς ἄνδρας ἀπεχρήσαντο τοὺς παιδοστόρους.

Aristophanes in Lemniis;

Viros interfecerunt liberorum satores.

Quem versum citat etiam Auctor Etymologici, in eadem dictione, sed non nominata Fabula. Suidas iterum in Ὡς νῦν θερμοὶ βωμοί. Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Λημνίαις.

——— τὴν κρατίστην δαίμονα, ἧς
Νῦν θερμός ἐστ' ὁ βωμός.

O nunc calidae arae: Aristophanes autem in Lemniis;

——— *optimam deam, cuius*
Nunc calida est ara.

Ita locus ille concipiendus. Idem in Ὑακμοκοσιογάργαρα corruptus:

——— ὡς ἐν Λήμναις,
Ἀνδρῶν ἐπακτῶν πᾶσα γάργαιρ' ἐσία.

——— *sicut in Lemnis,*
Viris externis tota abundabat domus.

Reſcribe, Ὡς ἐν Λεμνίαις, *ſicut in Lemniis*. Vide rurſum in χρή. Nominat autem Fabulam, & Auctoris nomen omittit. Idem facit Heſychius in Δορυαλλός. Δορυαλλὸς, τὸ τῶν γυναικῶν μόριον, ἀπὸ τοῦ δέρειν· ἢ ἐφ' ὕβρει τοῦ τραγῳδοποιοῦ Δοζύλλου, ὃν μέμνηται ἐν Λεμνίαις. *Doryallus, mulierum membrum ab nudando; vel in contumeliam tragici Dozylli, cuius meminit in Lemniis.* Qui locus corruptus, legendumque ἐφ' ὕβρει τοῦ τραγῳδοποιοῦ Δοριάλλου, *in contumeliam tragici Dorialli*. Et initio, Δοριάλλῳ, non Δορυαλλός. Ita ſcribitur apud Suidam, & Auctorem Etymologici. Verſus autem Comici quem deſignat, iſte eſt,

Αἱ μὲν γυναῖκες τὸν Δορίαλλον φράγνυνται.
Feminae quidem Doriallum ſepiunt.

Exſtat apud Etymolog. in Δορίαλλος, & Scholiaſten Ariſtophanis Ranis. Meminerunt quoque locis pluribus Athenaeus, & Pollux.

Αυσιστράτη.

Exſtat.

Ναυαγός.

Haec non tam Ariſtophanis, quam Archippi, eſt putata. Vide paulo poſt in Νιόβη.

Νεφέλαι.

Exſtant. Sed binae hoc nomine Fabulae erant. Itaque citantur

Νεφέλαι Πρῶται.

Scholiaſtes Comici in Argumento Nubium: Αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐν ἄσει, ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάρχου. *Primae Nubes in urbe doctae ſunt, archonte Iſarcho.*

Νεφέλαι Δευτέραι.

Idem Scholiaſtes ibidem: Αἱ δὲ δευτέραι Νεφέλαι (ἐδιδάχθησαν) ἐπὶ Ἀμεινίου ἄρχοντος. *Secundae autem Nubes (doctae ſunt) archonte Aminia.* Laudantur quoque ab Athenaeo lib. VII. Ἀριστοφάνης, δευτέραις Νεφέλαις·

Τὰς εἰκῦς τῶν ἐγχέλεων τὰς ἐμὰς μιμούμενοι,
Ariſtophanes, ſecundis in Nubibus;
Imagines anguillarum meas imitantes.

Qui verſus exſtat pag. 159. Iterum lib. VIII. Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις δευτέραις, ὀψοφάγειν δὲ καὶ κιχλαίζειν. *Ariſtophanes in Nubibus ſecundis, opſonia edere, non turdos epulari.* Exſtat pagin. 179. Atque ex gemina hac citatione adparet, eſſe Νεφέλας δευτέρας, quae nunc exſtant. Tertium quoque indicium habeo. Acta eſt haec Fabula archonte Aminia; quem quum in Comoedia perſtringere lex vetaret (a), & tamen id facere vellet Ariſtophanes, Amyniam pro Aminia dixit, ne peccare contra legem videretur. Locus exſtat in hac ipſa Fabula:

Ἀτὰρ τί χρῆν ἔδρα με μετὰ τὸν Πασίαν;
Τρεῖς μνᾶς διφρίσκου, καὶ τροχοῖν Ἀμυνίου.
Sed quodnam debitum reſtat poſt Paſiam?
Minae tres pro ſella curuli, & pro rotis Amyniae.

Vbi Scholiaſtes: Καὶ ἔστιν ὑπὲρ ἵππους παίσαντων. μέμνηται δὲ αὐτοῦ καὶ ἐν τοῖς Σφηξί. νῦν δὲ οὐκ ἐκείνου καθαπτόμενος μνημονεύει αὐτοῦ, ἀλλὰ τὸν ἄρχοντα διασύρειν βουλόμενος, τῇ ἐκείνου προσηγορίᾳ ἐχρήσατο· τότε γὰρ ἦρχεν Ἀμινίας, Προνάπου υἱός· ἐκεῖνον οὖν ἐπισκῶψαι θελήσας, παρέτρεψε τὸ ι εἰς τὸ υ, καὶ παρεγραμμάτισε γελοίως. ἐπεὶ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ὁ νόμος φανερῶς ἐκώλευε τὸν ἄρχοντα κωμῳδεῖν. *Et ille unus eorum, qui ſuper equos offenderunt. Sed meminit eius quoque in Veſpis. Nunc autem illum non laceſſens meminit eius, ſed archontem perſtringere volens, illius adpellatione uſus eſt; tunc enim Aminias Pronapi filius archon erat. Illum igitur convitiari volens, convertit ι in υ, & ridicule ſcripturam mutavit; quoniam apud Athenienſes lex palam prohibebat archontem in comoedia irridere.*

Νῆσοι.

Etymologici Auctor: Ἔλυμος, σπέρμα τι, ὃ ἐψῶντες οἱ Λάκωνες ἤσθιον. Ἀριστοφάνης Νήσοις. *Elymos, ſemen quoddam, quod coquentes Lacones edebant. Ariſtophanes in Inſulis.* Et iterum alibi: Ἔνδημος, ὁ μὴ ἀποδημῶν· ἐπίδημος δέ, ὁ ἐπιδημῶν ξένος· καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Νήσοις. Ἔνδημος, *non peregrinans*, ἐπίδημος, *verſans inter nos peregrinus: etiam apud Ariſtophanem in Inſulis.* Heſychius: Θύρσου κυνῆ. Ἀριστοφάνης ἐν Νήσοις, ἀντὶ τοῦ αὐλητοῦ μνημονεύων, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ φύλλα ἀπῶν καὶ κλάδους. *Thyrſi galea. Ariſtophanes in Inſulis, non tibicinis mentionem faciens, ſed ut loco foliorum, & ramorum diceret.* Meminerunt etiam Stobaeus Serm. LIII. Suidas in ἐξέχειν, ξυνένοφεν, & Pollux loco non uno. Sed dubitatum fuiſſe video, an haec Comici iſtius Fabula eſſet. Pollux lib. IX. c. VI. Ἐγὼ δ' εὗρον ἐν ταῖς Νήσοις Ἀριστοφάνους, εἰ μὴ ὑποπλεύεται τὸ δρᾶμα, ὡς Ἀριστοφάνους γνήσιον. *Ego vero inveni in Ariſtophanis Inſulis, niſi in ſuſpicione eſſet fabula, ut Ariſtophanis genuina.* Quidam Archippi eſſe putabant. Vide ſtatim infra in Νιόβη.

Νιόβη.

Vide in Δράματα. Sed Archippi haec putata eſt. Scholiaſtes in eius Vita; Ἔγραψε δὲ δράματα μδ'. ὧν ἀντιλέγεται τέσσαρα, ὡς ἐκ ὄντα αὐτοῦ. ἔστι δὲ ταῦτα, Ποίησις, Ναυαγὸς, Νῆσοι, Νιόβη. ἃ τινες ἔφασαν εἶναι τοῦ Ἀρχίππου. *Scripſit autem fabulas* XLIV. *quarum quatuor eius eſſe negantur. Hae autem ſunt, Poeſis, Naufragus, Inſulae, Niobe; quas Archippi eſſe aliqui dixerunt.* Vide & Poll. 438.

Ὀβριμος.

Pollux lib. X. cap. III. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ὀβρίμῳ φησὶν. *Ariſtophanes autem in Vehementi loquitur.*

Ὀλκάδες.

Stephanus in Φάσις: Τὸ ἐθνικὸν Φασιάτης, καὶ Φα-

(a) Conſule *Lib. I. Them. Attic. Cap. VIII.*

Digitized by Google

Φασιατικὸς, καὶ Φασιατινὸς (a). A'ριστοφάνης ἐν Ο'λκάσι. *Gentile Phasiates, & Phasiaticus, & Phasiatinus. Aristophanes in Navibus onerariis.* Harpocration in E'πίγων: Κέχρηται τῷ ὀνόματι καὶ οἱ τῆ ἀρχαίας κωμῳδίας ποιηταί. A'ριστοφάνης Ο'λκάσιν. *Vsi sunt in illo nomine etiam veteris comoediae poetae. Aristophanes in Navibus onerariis.* Non recte editur, A"ρις@ Ο'λκάσιν. Et meminit iterum idem in H"α. Hesychius: A'πεσφακέλισεν, ἐσάπη. A'ριστοφάνης Ο'λκάσιν. A'πεσφακέλισε, (*sphacelo laboravit*) *putruit. Aristophanes in Navibus onerariis.* Citant quoque non semel ipsius Comici Schol. Pollux, & Athenaeus.

Ο'ρνίτες.

Exstant.

Πέλαργοι.

Scholiastes Comici ad Plutum: Κακάβιός τις, καὶ φιλοχρήματος, καὶ σκνιφὸς κωμῳδεῖται· ὡς ἐν Πελαργοῖς εἴρηται περὶ τούτου. *Duriter quidam vivens, & avarus, & hebes visu perstringitur comoedia; quemadmodum in Piconiis de illo dictum est.* Iterum ibidem: Εἴρηται ἢ καὶ Πελαργοῖς περὶ αὐτῦ, ὅτι ῥήτωρ καὶ συκοφάντης. *Sed etiam dictum est de illo in Piconiis, quod rhetor, & sycophanta erat.* Et meminit rursum ad Vespas. Harpocration in Οἰκίσκῳ: Ἐκάλουν ἢ οἱ Α'ττικοὶ τὸ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενον ὀρνιθοτροφεῖον οἰκίσκον. A'ριστοφάνης Πελαργοῖς. *A nobis autem aviarium adpellatum Attici domunculam nominabant. Aristophanes in Piconiis.* Thomas Magister: Σημεῖον λέγοντες, Σημειοῦσθαι ὃ λέγομεν, ἀλλ' A'ποσημαίνεσθαι· ὡς A'ριστοφάνης ἐν Πελαργοῖς·

A'πεσημῳάμην τὰ κακούργων οἰκίας.

Quum Σημεῖον (*signum*) *dicamus, non dicimus* Σημειοῦσθαι, *sed* A'ποσημαίνεσθαι; (*adnotare*) *sicut Aristophanes in Piconiis;*

Adnotavi malesicorum domos.

Pollux lib. VII. cap. XXIV. Ἱερὰ ἢ χαλκώματα A'ριστοφάνης ἐν Πελαργοῖς καὶ Σφηξὶν εἶπε. *Sacra autem aerea vasa Aristophanes in Piconiis, & Vespis dixit.* Athenaeus lib. IX. Ἐν ᾗ Πελαργοῖς· (A'ριστοφάνης) κεφαλάς τ' ἀρνῶν, κολὰς ἐρίφων. *In Piconiis autem;* (*Aristophanes*) *capitaque agnorum, armos haedorum.* Iterum: A'ριστοφάνης Πελαργοῖς·

——— ἀτταγᾶς ἥδιστον ἕψειν ἐν ἐπινικίοις κρέας. *Aristophanes in Piconiis;*

——— *attagae dulcissimam coquere in victoriae epulis carnem.*

Πελασγοί.

Athenaeus lib. VI. A'ριστοφάνης Πελασγοῖς.

——— ἢν συνδιώκῃς ἄνδρ' ἕνα
A'δικον, ἀντιμαρτυρῦσι δώδεκα
Τοῖς ἑτέραις ἐπισίτιοι. ———

Aristophanes in Pelasgis;

——— *si persequaris virum unum*
Iniustum, contra testantur duodecim
Aliis illi, qui se alimentis elocarunt. ———

Ita versus illos ibi luxatos restituo. Pollux lib. X. cap. XLIV. A'λλὰ καὶ A'ριστοφάνης ἐν Πελασγοῖς, χαλκώματα προσκεφάλαια. *Sed etiam Aristophanes in Pelasgis, aenea vasa, pulvinos.* Sed valde equidem vereor, ne utrobique Πελαργοῖς scribendum sit pro Πελασγοῖς Iudicium esto penes Senatum Rei Literariae.

Περιαλγής.

Scholiastes Comici ad Aves: Δηλοῖ δὲ τῦτο A'ριστοφάνης ἐν Περιαλγεῖ. *Significat autem illud Aristophanes in Vehementer-dolente.* Ita emendo: non recte editur, ἐν Περιαγλεῖ. Est eodem titulo Platonis quoque Comici fabula. Vide infra.

Πλαταναιταί.

Etymologici Auctor in Αἰδοιέστατος; A'ριστοφάνης Πλαταναισταῖς·

Γ'νὰ ἀπαλλαγῶμεν ἀνδρὸς ἁρπαλιστάτυ.

Aristophanes in Plataniftis;

Vt amoveamus virum rapacissimum.

Πλῦτος.

Duplex hoc nomine Comoedia fuit, & invenitur

Πλῦτος πρῶτος.

apud Scholiast. Comici Ranis: Καὶ ἐν Πλύτῳ ά·

Τῶν λαμπαδηφόρων τε πλείστων αἰτίαν
Τοῖς ὑστάτοις πλατείων. ———

Et in Pluto primo;

Et lampadiferorum plurimorum causam
Postremis platearum. ———

Πλῦτος Δεύτερος.

apud Athenaeum lib. IX. A'ριστοφάνης Πλύτῳ δευτέρῳ·

Οἴμοι ἢ κωλῆς, ἣν ἐγὼ κατέσθιον.

Aristophanes in Pluto secundo;

Hei hei autem pernae, quam ego comedi.

Itaque observo primam Plutum periisse nobis, secundam autem superstitem esse; nam est iste versus, quem Athenaeus inde laudat, in ea Pluto, quae hodie circumfertur, Scena Τίς ἐσθ' ὁ κόπτων. Scholiastes Comici ad Plutum: Τῦτο ἴσν ἔοικέ τις ἐκ τῦ δευτέρυ Πλύτυ μετενεγκὼν ἐνθάδε, ὀλιγωρῆσαι τῆς ἀλογίας τῆσδε. *Illud igitur videtur aliquis ex secundo Pluto huc transferens, neglexisse hanc rationis tenuitatem.*

Ποίησις.

Haec non Aristophanis, sed Archippi, est putata. Vide Scholiastae verba paullo ante prolata in Νιόβη.

Πολύειδος.

Etymologici Auctor in E"ρημος: E"ρημον ἐμβλέπειν, ἀκίνητον, καὶ νοθρόν. οἷον, ὅταν εἰς ἐρημίαν ἢ πέλαγος μέγα καὶ ἀχανὲς βλέπομεν. A'ριστοφάνης Πολυείδῳ. *Solitarium inspicere, immobilem, & pigrum. Quomodo, quando in desertum, aut pelagus magnum, & vastum respicimus. Aristophanes Polyido.* Iterum alibi: Θησειότριψ· ὁ ἐν τῷ Θησείῳ διατρίψας. A'ριστοφάνης ἐν Πολυείδῳ. Θησειότριψ. *Qui in Thesei Templo moratus est. Aristophanes in Polyido.* Laudat idem Pollux lib. IX. cap. V. VIII. & lib. X. cap. IX. Suidas in A"ναρις@, & E"ρημον ἐμβλέπειν.

[a] Editio Amstelaedamensis anni 1678. habet φασιακὸς, & melius, ut ex iis, quae sequuntur, videtur.

Digitized by Google

Πολύφριαι.

Scholiastes Comici ad Aves. Δηλοῖ δὲ τοῦτο Ἀριστοφάνης ἐν Περιαλγεῖ·

Χρηστὸν μὴ κατὰ Μειδίαν ὀρτυγοκόπον.

Λέγει δ' ἐν Πολυφρίαις ὁ αὐτὸς, ὡς κατὰ περὶ ἀλέκτορας αὐτῷ ἐσπουδακότος. *Ostendit autem illud Aristophanes in Vehementer dolente;*

Benignum non iuxta Midiam coturnices caedentem.

Dicit autem in Runcatricibus idem, tamquam ipse circa gallos gallinaceos studiosus fuerit.

Προάγων.

Pollux lib. x. cap. ix. Ὅτι δ' οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ ἀκινήτου ἀποπάτου τὰ λάζανα ὀνομαστέον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ τιθεμένου, μαρτυροῦσιν Ἀριστοφάνης μὲν ἐν Προαγῶνι εἰπὼν, &c. *Quod autem non tantum de immobili latrina matulae nominandae sunt, sed etiam de ea, quae ponitur, testantur Aristophanes quidem in Proludio certaminis dicens, &c.* Athenaeus lib. iii. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Προαγῶνι·

Κάμνοντα δ' αὐτὸν τῷ θέρει ἰδών ποτε.

Aristophanes autem in Proludio certaminis;

Laborantem vero illum aestate videns aliquando.

Et mox iterum. Ἀριστοφάνης ἐν Προαγῶνι·

Ἐγευσάμην χορδῆς ὁ δύστηνον τέκνον.

Aristophanes in Proludio certaminis;

Gustavi lactes miser o gnate.

Occurrit rursum libb. ix. x. xi. Laudat etiam Suidas in Σταθερόν.

Πυθαγόρεοι.

Athenaeus lib. iv. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Πυθαγορείοις·

Τί πρὸς θεῶν οἰόμεθα τὰς πάλαι ποτὲ
Πυθαγορικὰς γνωμένας ὄντως ῥυπᾶν
Ἐκόντας, ἢ φορεῖν τρίβωνας ἡδέως;

Aristophanes autem in Pythagoreis;

Quid per deos putamus eos, qui antiquitus aliquando
Pythagoristae exstiterunt, revera sordidos fuisse
Volentes, vel gestavisse pallia trita libenter?

Σέριφοι.

Scholiastes Comici ad Vespas. Ὅτ δὲ μὲν ὡς φιλόκυβος ὁ Ἀμυνίας κωμῳδεῖται· ἐν δὲ Σερίφοις, ὡς ἀλαζὼν, καὶ συκοφάντης, καὶ κόλαξ. *Sic quidem tamquam aleae cupidus Amynias perstringitur; in Virginibus autem senescentibus, tamquam iactator, & sycophanta, & adsentator.*

Σκηνὰς καταλαμβάνεται.

Harpocration in Δήμαρχος: Ὅτι δὲ ἐνεχυρίαζον οἱ δήμαρχοι, δηλοῖ Ἀριστοφάνης ἐν Σκηναῖς καταλαμβανούσαις. *Quod autem demarchi pignora capiebant, declarat Aristophanes in Tentoria occupantibus.* Hesychius. Οὐ γὰρ ἀκάνθαι· παροιμία. Ἀριστοφάνης Σκηναῖς καταλαμβανούσαις·

Οὐ γὰρ ἀντέλεγες τούτῳ τῷ δεπνίῳ·

Οὐ γὰρ ἀκάνθαι. ——

Non enim spinae; proverbium. Aristophanes Tentoria occupantibus;

Non enim contradixisti huic convivio;
Non enim spinae. ——

Athenaeus lib. iv. Τὴν χύτραν δ' Ἀριστοφάνης ἐν Σκηναῖς καταλαμβανούσαις κακκάβην εἴρηκεν. *Ollam autem Aristophanes in Tentoria occupantibus caccaben dixit.* Et lib. vii. Ἀριστοφάνης Σκηναῖς καταλαμβανούσαις·

—— ἀλλ' ἔχουσα γαστέρα
Μεστὴν βοάκων ἀπεβάδιζον οἴκαδε.

Aristophanes Tentoria occupantibus;

—— *sed habens ventrem*
Plenum boacis abibam domum.

Laudat etiam pluribus locis Iulius Pollux.

Σφῆκες.

Exstant.

Ταγηνίσται.

Etymologici Auctor in Ἧτρον. Ἀριστοφάνης ἠτριαῖον λέγει ἐν Θεσμοφοριαζούσαις, καὶ ἠτριαία θηλυκὸν, ἐν Ταγηνισταῖς. *Aristophanes* ἠτριαῖον (*imus venter*) *in Thesmophoriazousis dixit; &* ἠτριαία *femininum, in Sartagine-frigentibus.* Iterum in Κωνῆσαι. Καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Ταγηνισταῖς, τὸ περιενέγκαι (a) κωνῆσαι λέγει. *Sed & Aristophanes in Sartagine-frigentibus, contendere vertere dicit.* Harpocration in Ἀπολαχεῖν. Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς·

Οὐ μέν γε σὸς ἀδελφὸς ἀπελάγχανεν.

Aristophanes Sartagine-frigentibus;

Non tamen tuus frater infeliciter sortitus est.

Occurrit quoque Fabulae huius mentio apud Comici ipsius Scholiasten ad Ranas, Athenaeum, Suidam, & Pollucem, locis pluribus.

Τελμισσεῆς.

Athenaeus lib. vii. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Τελμισσεῦσι μελανοπλερύγων ἔφη κορακίνων. *Aristophanes autem in Telmissensibus nigras pinnas habentium dixit coracinorum.* Iterum lib. xv. Μνημονεύει δ' αὐτοῦ Ἀριστοφάνης ἐν Τελμισσεῦσι, καὶ Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ. *Meminit autem illius Aristophanes in Telmissensibus, & Pherecrates in Petala.* Hesychius. Πύλαι. Ἀριστοφάνης Τελμισσεῦσιν ἀπὸ τῶν θυλῶν λέγει. *Portae. Aristophanes in Telmissensibus ab sacrificulis dicit.* Perperam editur, ἐν Τελμησεῦσιν. Stephanus in Τελμισσός. Καὶ δρᾶμα Ἀριστοφάνους Τελμισσεῆς. *Et fabula Aristophanis Telmissenses.* Corrigendus quoque Etymologici Auctor in Ἀρίσυλλος, ubi editur, Ἀριστοφάνης ἐν Τελμισσοῖς, *Aristophanes in Telmisis:* pro, Α'. ἐν Τελμισσεῦσι. Rectius apud eumdem in Μετάλλου. Οὗ καὶ διὰ τοῦ γ γράφει Ἀριστοφάνης Τελμισσεῦσιν. *Quod etiam per g Aristophanes scribit in Telmissensibus.* Aristides Orat. Sacr. i. Ἔλεγον δὲ ἀναφέρων εἰς τοὺς Τελμισσέας τῷ Ἀριστοφάνους, ὡς ἐκεῖ λόγῳ τις ἠγωνίζετο, ἔργῳ δὲ οὔ. *Dixi autem referens ad Telmissenses Aristophanis, tamquam ibi verbo quidam certaret, opere vero non.*

Me-

(a) Henr. Stephanus eum locum in *Thes. Graec.* citans habet περιενεγκεῖν. *Iac. Gronovius.*

Digitized by Google

Meminit quoque Harpocration in Σιπύα, Athenaeus, & Pollux pluries.

Τριφάλης.

Athenaeus lib. XII. Καὶ Ἀριστοφάνης Τριφάλητι, παρακωμῳδῶν πολλὺς τῶν Ἰώνων. *Et Ariſtophanes in Triphalete perſtringens multos Ionum.* Harpocration in Διὰ μέσου τείχους. Ὡς καὶ Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Τριφάλητι. *Sicut etiam Ariſtophanes dicit in Triphalete.* Heſychius. Ἑρμῆς τρικέφαλος. Ἀριστοφάνης ἐν Τριφάλητι τοῦτο ἔφη παίζων κωμικῶς. *Mercurius triceps. Ariſtophanes in Triphalete illud comice ludens dixit.* Iterum alibi. Ἴλαων, ἥρως, Ποσειδῶνος υἱός· ἀφ' οὗ Ἀριστοφάνης ἐν Τριφάλητι Ἰλάονας ἔφη τοὺς φαλήτας. *Ilaon, heros, Neptuni filius; a quo Ariſtophanes in Triphalete Ilaonas dixit phaletas.* Conſtantinus Porphyrogenneta de Adminiſtr. Imp. cap. XXIII. Καὶ Ἀριστοφάνης Τριφάλητι·

Μανθάνοντες τὰς Ἀρισάρχου πάλαι.

Et Ariſtophanes Tripbalete;

Diſcentes Iberos Ariſtarchi antiquitus.

Laudat quoque Pollux lib. IX. cap. VII. lib. X. capp. XXVI. XXXII. Suidas in Τῶν τριῶν κακῶν.

Φιάλαι.

Harpocration in Ξυρίς. Ἔστι δὲ καὶ ἱππικὸν ἔνδυμα, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Φιάλαις. *Eſt vero etiam equinum veſtimentum, ſicut Ariſtophanes in Phialis.* Niſi corruptus forte locus, legendumque, Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις. *Ariſtophanes in Nubibus.* Auctor mihi dubitandi Suidas, qui tranſcribere Harpocrationem ſolet; apud illum enim ita legitur. Ξυρίδα, προπαροξυτόνως οἱ Ἀττικοί. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Ὥσπερ Μεγακλέης ξυστίδ' ἔχων.

Porticum, acuta antepenultima Attici. Ariſtophanes Nubibus;

Sicut Megacles porticum habens.

Quinimmo exſtat iſte verſus in ea Fabula Act. I. Sc. I.

Φιλωνίδης.

Commemoratur ab Athenaeo lib. VIII.

Φοίνισσαι.

Iterum capit. xlix. Καὶ τοῦτο Κρατῖνος ἐν Νεμέσει λέγει. *Atque hoc Cratinus in Nemeſi dicit*. Scholiaſtes Ariſtophanis Avibus: Κρατῖνος ἐν τῇ Νεμέσει οἶδεν αὐτὸν ζῶντα. *Cratinus in Nemeſi novit illum vivere*. Iterum alibi ad eamdem Fabulam: Ἔστι καὶ ἕτερος αὐλητὴς, ὃν μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Νεμέσει. *Eſt etiam alter tibicen, cuius meminit Cratinus in Nemeſi*. Habes etiam apud Stephanum in Ὑύρα, & Athenaeum libb. ix. xiv. xv.

Νόμοι.

Heſychius: Λυκαμβὶς ἀρχή. ὁ Κρατῖνος ἐν Νόμοις, τὸν πολέμαρχον δηλῶν. *Lycambis dignitas. Cratinus in Legibus, belli ducem ſignificans*. Suidas: Ἀλώπηξ, ὄνομα κύριον. καὶ παροιμία· ἀλώπηξ δὲ δωροδοκεῖται. Κρατῖνος Νόμοις. *Alopex nomen proprium, & proverbium; Vulpes donis non capitur. Cratinus in Legibus*. Scholiaſtes Ariſtophanis Equitibus: Κρατῖνος δὲ αὐτὸν ἐν Νόμοις χώνιον ἠϑμὸν καλεῖ. *Cratinus vero ipſum in Legibus inſtrumentum fuſorium colum vocat*. Meminit item Athenaeus libb. xi. xiv.

Ὀδυσ-

Digitized by Google

Ὀδυσσεῦς.

Priſcianus extremo lib. XVIII. Κρατῖνος Ὀδυσσεῦσιν·

Ἧσθε πανημέριοι χορταζόμυοι γάλα λευκόν.

Cratinus Vlyſſibus;

Sedetis per totos dies paſcentes lacte albo.

Hephaeſtion in Enchiridio: Ὅτι μέντοι καὶ ἐν τῷ Ἀριστοφανείῳ καλουμένῳ ἀδιαφόρως εὑρίσκεται ὁ παραλήγων ἀνάπαιστος, ἢ σπονδεῖος, δηλώσει Κρατῖνος. Εἰς γὰρ τὰς Ὀδυσσέας ἐσβάλλων, τούτῳ τῷ μέτρῳ ἐχρήσατο. *Quod vero etiam in Ariſtophanis adpellato ſine diſcrimine invenitur penultimus anapaeſtus, vel ſpondeus, indicabit Cratinus. Adgrediens enim Vlyſſes hoc metro uſus eſt.* Et mox: Κρατῖνος δ' ἐν Ὀδυσσεῦσι συνεχεῖ τούτῳ ἐχρήσατο. *Cratinus autem in Vlyſſibus continuo eo uſus eſt.* Pollux lib. VI. capit. X. Καὶ σκόροδον, καὶ σκοροδάλμη, καὶ ὀξάλμη, ὡς Κρατῖνος ἐν Ὀδυσσεῦσι. *Et allium, & muria cum intrito allio, & muria acida, ſicut Cratinus in Vlyſſibus.* Et lib. X. cap. VII. Ἢ κλινίδια, ὡς ἐν Ὀδυσσεῦσι Κρατῖνος. *Vel lectulum, ſicut Cratinus in Vlyſſibus.* Scholiaſtes Ariſtophanis Pluto: Ὅμοιον τῷ Κρατίνου ἐν Ὀδυσσεῦσιν.

Σιγὰν νῦν ἅπας ἔχε, σιγάν. ——

Simile huic Cratini in Vlyſſibus;

Silentium nunc omnis tene, ſilentium.

Incurrunt pluries apud Suidam, & Athenaeum. Meminit quoque Platonius de diff. Com.

Πανόπλαι.

Hephaeſtion: Ἤδη μέντοι ἡ διὰ τῦ μν σύνταξις ἐποίησέ πω καὶ βραχεῖαν, ὡς παρὰ Κρατίνῳ ἐν Πανόπλαις. *Iam utique conſtructio per* mn *fecit alicubi etiam brevem ſyllabam, ſicut apud Cratinum in Omnia-cernentibus.* Et mox: Καὶ πάλιν (Κρατῖνος) ἐν Πανόπλαις. *Et rurſus (Cratinus) in Omnia-videntibus.* Suidas in Κηκείδιος: Μέμνηται αὐτῦ Κρατῖνος ἐν Πανόπλαις. *Meminit illius Cratinus in Omnia-videntibus.* Meminit iterum in Παιδικά. Ariſtophanis Scholiaſtes Nubibus: Ἀρχαῖος διθυραμβοποιὸς, ὃν μέμνηται Κρατῖνος ἐν Πανόπλαις. *Antiquus dithyrambicus, cuius meminit Cratinus in Omnia-videntibus.* Iterum Veſpis: Καὶ Κρατῖνος Πανόπλαις·

—— μισεῖς
Γὰρ τὰς γυναῖκας, πρὸς δὲ παιδικὰ νῦν τρέπεις.

Et Cratinus in Omnia-videntibus;

—— *odiſti*
Enim mulieres, ad pueros vero animum vertis.

Ita enim fragmentum illud Comici ibi conſtituo, & emendo.

Πλοῦτοι.

Pollux lib. II. cap. IV. Εἶρηκε δὲ Ξενοφῶν καὶ ἀδετέρως, ἀνάπηρα. Κρατῖνος δ' ἐν Πλούτῳ καὶ ἀναπηρίαν. *Dixit autem Xenophon quoque neutraliter, ἀνάπηρα, mutila. Cratinus autem in Pluto etiam ἀναπηρίαν, mutilationem.* Athenaeus lib. III. Κρατῖνος Πλούτοις.

Περὶ σιαγόνος βοείας μαχόμενος. ——

Cratinus Plutis;

De maxilla bovina pugnans. ——

Iterum lib. IV. Πολέμων δ' ἐν τῷ παρὰ Ξενοφῶντι πανάθρῳ, τῦ παρὰ Λάκωσι κεκλυμένου δείπνου, κοπίδος, μνημονεύοντα Κρατῖνον ἐν Πλούτοις λέγει. *Polemon autem in Storea apud Xenophontem, convivium apud Lacones copidem dictum memorantem Cratinum in Plutis inquit.* Habeſque etiam apud eumdem libb. VI. VII. Et apud Stobaeum Serm. CI.

Πυθαγορίζουσα.

Suidas in Ξενοφάνης: Ἔσκωψε δ' αὐτὸν καὶ Κρατῖνος ἐν Πυθαγοριζούσῃ. *Dicteriis vero illum laceſsivit quoque Cratinus in Pythagorizuſa.* Niſi forte legendum, ἐν Πυθαγορίζουσι. Vt titulus fuerit, Πυθαγορίζοντες; ſive

Πυθαγορικοί.

Nam ita citatur a Diogene Laertio in Pythagora lib. VIII. Ἔσκωψε δ' αὐτὸν Κρατῖνος μὲν ἐν Πυθαγορικοῖς. *Conviciis autem illum petiit Cratinus quidem in Pythagoricis.* Nihil tamen decerno.

Πυλαία.

Scholiaſtes Ariſtophanis Pace: Κρατῖνος δὲ ἐν τῇ Πυλαίᾳ δηλοῖ, ὅτι ἓξ ἐσι ζυγὰ τοῦ χοροῦ. *Cratinus autem in Pylaea indicat, chori ſex eſſe iuga.* Heſychius: Γοργῶπες. Κρατῖνος ἐν Πυλαίᾳ, λίμνην φησὶν εἶναι ἐν Κορίνθῳ, εἰληφέναι δὲ τὄνομα, διὰ τὸ Γόργην ἐμπεσεῖν εἰς αὐτήν. *Gorgopes. Cratinus in Pylaea, paludem ait eſſe Corinthi, nomen vero accepiſſe, quia Gorge in illam incidit.* Iterum alibi: Ζωτύρου τάλαντα. Κρατῖνος ἐν Πυλαίᾳ. *Zopyri talenta. Cratinus in Pylaea.* Maximus Monachus in Dionyſii Areopagitae ad Demophilum Epiſt. VIII. Ὡς Κρατῖνος δηλαδὴ ἐν Πυλαίᾳ δράματι. *Sicut Cratinus manifeſte in Pylaea fabula.* Apud Suidam in Ἀμύνασθαι pluraliter, & quaſi neutro genere, legitur, Κρατῖνος Πυλαίοις. *Cratinus Pylaeis.* Non recte. Corrigendum idem in Εὔερον: Κρατῖνος Πυλαίᾳ. Γλῶσσαν εὔερον βοτῶν. *Cratinus Pylaea. Linguam bene lanatarum pecudum.* Male editur, Κρατῖνος. Πυλαίαν γλῶσσαν εὔερον βροτῶν. *Cratinus. Pylaeam linguam bene lanatam mortalium.* Et in partem emendavit vir doctiſſimus, Franciſcus Portus.

Πυτίνη.

Clemens Strom. VI. Κρατίνου ἐν Πυτίνῃ εἰπόντος·

Τὴν μὲν παρασκευὴν ἴσως γινώσκετε.

Cratino in Lagena dicente;

Adparatum quidem fortaſſe noviſtis.

Scholiaſtes Sophoclis Aiace: Δεσμώτης λεγέται ὁ αὐτὸς, καὶ δέσμιος, ὡς ὁ δεσμώτης Προμηθεύς· καὶ ὁ δεσμῶν, ὡς Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ. Δεσμώτης, *vinctus, dicitur idem quoque* δέσμιος, *ſicut vinctus Prometheus;* & δεσμῶν, *ſicut Cratinus in Lagena,* Plutarchus in Antiphonte: Καὶ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ οὐ πονηρῶ μνημονεύει. *Et*

Cratinus in Lagena non mali meminit. Scholiastes Aristophanis Equitibus corrigendus est: Ταῦτα ἀκούσας ὁ Κρατῖνος ἔγραψε τὴν Πυτίνην, δακνὺς ὅτι οὐκ ἐλήρησεν ἐν οἷς κακῶς λέγει τὸν Ἀριστοφάνην, ὡς τὰ Εὐπόλιδος λέγοντα. *Quum illa audisset Cratinus, scripsit Lagenam, ostendens non se nugas agere in quibus maledicit Aristophani tamquam Eupolidis verba dicenti*, Hodie editur, ἐ. τὴν Πιτύνην. Rectius est apud eumdem Pace: Πρὸς ταῦτα καὶ Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ πεποίηκεν. *Ad illa quoque Cratinus in Lagena fecit*. Observandum autem illud est in verbis illis Scholiastae ad Equites, causam scribendae huius Comoediae Cratino dedisse Aristophanem, quum eum illic perstrinxisset. Suidas in Κώδιον: Ὡς ἐνουρητὴν ὄν, καὶ μέθυσον, διαβάλλει (ὁ Ἀριστοφάνης) τὸν Κρατῖνον. ὅθεν καὶ παροξυνθεὶς ἐκεῖνος, καί τοι τῷ ἀγονίζεσθαι ἀποσὰς, καὶ συγγράφειν, πάλιν ἀγωνίζεται, καὶ γράφει δρᾶμα τὴν Πυτίνην, ἐς αὐτόν τε καὶ τὴν μέθην· οἰκονομίᾳ δὲ κέχρηται τοιαύτῃ. τὴν κωμῳδίαν ἐπλάσατο ὁ Κρατῖνος εἶναι αὐτοῦ γυναῖκα, καὶ ἀφίσασθαι τῷ συνοικεσίῳ τῷ σὺν αὐτῷ θέλειν, καὶ κακώσεως αὐτῷ δίκην λαβεῖν. φίλος δὲ παρατυχόντας τῷ Κρατίνῳ, δεῖσθαι μηδὲν προπετὲς πρoιεῖσθαι, καὶ τῆς ἔχθρας ἀνερωτᾶν τὴν αἰτίαν. τὴν δὲ, μέμφεσθαι αὐτῷ, ὅτι μὴ κωμῳδεῖ μηκέτι, μηδὲ συγγράφει, σχολάζει δὲ τῇ μέθῃ· *Tamquam imminctorem igitur, & ebrium Cratinum incusat* (*Aristophanes*.) *Vnde etiam ira percitus ille, etsi certare, & conscribere cessaverat, iterum adgreditur certamen, fabulamque Lagenam & in ipsum, & ebrietatem scribit. Tali vero usus est dispositione. Comoediam finxit Cratinus esse suam uxorem, & velle secum divortium facere, & ab se malitiae* (a) *poenas sumere. Verum Cratini amicos forte praesentes oportere nihil praeceps agere, verum interrogare inimicitiae causam; illam vero queri de ipso, quod non amplius comoedias agit, nec scribit, sed quod ebrietati vacat*. Vbi habes totum Fabulae argumentum. Est autem ultima omnium, quas scripsit; composita ab ipso paullo ante mortem, anno aetatis XCVII. Lucianus docet in Longaevis: Κρατῖνος δὲ, ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς, ἐπὶ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα ἔτεσιν ἐβίωσε· καὶ πρὸς τὸ τέλος τῷ βίῳ διδάξας τὴν Πυτίνην, καὶ νικήσας, μετ' ὀλίγον ἐτελεύτα. *Cratinus autem comicus iuxta septem, & nonaginta annos vixit; & quum in fine vitae Lagenam docuisset, & vicisset, non multo post mortuus est*. Acta autem ab eo fuit Olympiadis LXXXIX. anno I. Anonymus in Descript. Olymp. ad illud tempus diserte notat: Κρατῖνος νικᾷ Πυτίνῃ. *Cratinus vincit Lagena*. Meminerunt etiam τῆς Πυτίνης huius pluribus locis, Athenaeus, Pollux, & Suidas in Δεσμώτης.

Σάτυροι.

Scholiastes Aristophanis in Argumento Equitum. Πρῶτος ἐνίκα, δευτέρος, Κρατῖνος Σατύροις. *Primus vincebat. Secundus Cratinus Satyris*.

Σέριφοι.

Scholiastes Aristophanis Vespis: Ἀνδροκλέα ὃ Κρατῖνος Σερίφοις φησὶ δοῦλον, καὶ πλωχὸν, ἡταιρηκότα αὐτόν. *Androclem vero Cratinus in Virginibus vetulis servum ait, & pauperem, eum corrupisse*. Hephaestion: Παρὰ δὲ Κρατίνῳ ἐν τοῖς Σερίφοις. οὐκ ἔτι ἀκατάληκτόν ἐστι τὸ δακτυλικὸν, τὸ ἡγέμψυον τῷ ἰθυφαλλικῷ. *Apud Cratinum vero in Virginibus vetulis, non amplius acatalectium est dactylicum, quod dominatur in ithyphallico*. Hesychius in Ἐρίκελοι: Δίδυμος δὲ, τὰ τραγικὰ προσωπεῖα παρὰ Κρατίνῳ, οἷον βροτοῖκελοι, ἐν Σερίφοις. *Didymus autem tragicas personas apud Cratinum, ut homini similes, in Virginibus vetulis*. Suidas in Σταθερόν: Καὶ Κρατῖνος δ' ἐν Σερίφοις, ἐπὶ τοῦ ἰξέος, ἢ ἰσχυροῦ. *Sed Cratinus quoque in Virginibus vetulis, de celeri, vel valido*. Alibi Σερίφιοι scribitur, ut apud eumdem Hesychium: Διονυσοκηροπυρώνην. Κρατῖνος ἐν Σεριφίοις. *Bacchum puerum igne emtum Cratinus in Seriphiis*. Apud Pollucem lib. x. capit. XXXIV. Τὴν δὲ Ἀνδρομέδαν Κρατῖνος ἐν τοῖς Σεριφίοις δελεάσραν καλεῖ. *Andromedam vero Cratinus in Seriphiis inescatoriam decipulam vocat*. Item apud Suidam: Ἄμοργοι, πόλεως ὄλεθρος. Κρατῖνος Σεριφίοις. *Amorgi, urbis pernicies. Cratinus in Seriphiis*. Neque aliter est apud Stephanum in Δῆλος πόλις.

Ταραντῖνοι.

Suidas in Ξενοφάνης: Ἔσκωψε δ' αὐτὸν Κρατῖνος ἐν Πυθαγοριζούσῃ, καὶ ἐν Ταραντίνοις. *Conviciis vero petebat illum Cratinus in Pythagorizusa, & in Tarentinis*.

Τροφώνιος.

Athenaeus lib. VII. Κρατῖνος δ' ἐν Τροφωνίῳ φησίν·

Οὐδ' Αἰξωνίδ' ἐρυθρόχρων ἐσθίειν ἔτι
Τρίγλην. ——

Cratinus autem in Trophonio ait;

Nec AExonidem colore rubentem edere amplius
Mullum. ——

Hephaestion: Καλεῖται δὲ ὑπ' αὐτῶν ποιητῶν Κρητικόν. ὥσπερ ὑπὸ Κρατίνου ἐν Τροφωνίῳ. *Adpellatur autem ab ipsis Poetis Creticum; quemadmodum ab Cratino in Trophonio*. Pollux libro VII. cap. XXV. Ἀργυροκοπισῆρας δὲ λόγων ἐν Τροφωνίῳ παίζει Κρατῖνος. *Argentifabros autem orationum, ludit in Trophonio Cratinus*. Iterum lib. X. cap. XXVI. Καὶ Κρατῖνος δὲ ἐν Τροφωνίῳ, καὶ Μένανδρος ἐν Θετταλικῇ. *Verum Cratinus quoque in Trophonio, & Menander in Thessalica*. Citat quoque Suidas in Αἱρεσθαι. Harpocration: Ἐπιθέτους ἑορτὰς, & Πάρεδροι Ὄφεις.

Χειμαζόμενοι.

Scholiastes Aristophanis in Argumento Acharnensium: Ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθυμένους ἄρχοντος ἐν Ληναίοις διὰ Καλλιστράτου, καὶ πρῶτος ἦν. δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζομένοις. *Docta est archonte Euthymene in Lenaeis per Callistratum, & primus erat. Secundus Cratinus in Tempestate-iactatis*. Χείρο-

(a) Vertendum est *malae tractationis*. Consule *Leges Atticas*. Excusabilis error in vulgato Evangelii Interprete, ubi ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς, vertit: *Sufficit diei malitia sua*. Ibi enim κακία, non κάκωσις scribitur. Vertendum tamen fuerat *adflictio*, ut recte observat praestantissimus *Euseb. Hieronymus Epist.* ad *Amandum*.

Digitized by Google

Χείρονες.

Athenaeus lib. XII. Κρατῖν@ τ' ἐν Χείροσι, τὴν τρυφὴν ἐμφανίζων τὴν τῶν παλαιοτέρων, φησίν. *Cratinusque in Chironibus, luxuriam antiquiorum declarans, ait*. Hephaestion: Διὰ τοῦτο καὶ Κρατῖν@ ἐν Χείροσι πεποίηκε. *Propterea etiam Cratinus in Chironibus fecit*. Diogenes Laertius in Solone lib. I. Ὅ"θεν καὶ Κρατῖν@ ἐν τοῖς Χείροσί φησιν, αὐτὸν ποιῶν λέγοντα. *Vnde etiam Cratinus in Chironibus ait, illum faciens dicentem*. Plutarchus Pericle: Τῶν δ' κωμικῶν ὁ μὲν Κρατῖν@ ἐν Χείροσί φησι. *Inter comicos vero Cratinus quidem in Chironibus ait*. Scholiastes Aristophanis Nubibus: Μέμνηται τῦ Πανδελέτυ, καὶ Κρατῖν@ Κείροσι. *Pandeleti meminit etiam Cratinus Chironibus*. Iterum Vespis: Ἁ"ρμόδι@ δὲ ἐν τοῖς Κωμῳδυμένοις καὶ τὸν Ἄ"δμητον ἀνάγ{, γραφὴν παραδὲς Κρατίνυ ἐκ Χαρώνων. *Harmodius autem in Comicis etiam Admetum adducit, adposita Cratini scriptura ex Chironibus*. Laudat quoque Pollux lib. VI. cap. XVI. & lib. VII. cap. XXXIII. Suidas in Οὐρανίᾳ αἴξ, Ῥ"αδαμάνθυ@ ὅρκ@.

Ω"ραι.

Harpocration in Ῥ"υτά: Ὁ"μοίως Κρατῖν@ ἐν Ω"ραις, *similiter Cratinus in Horis*. Hesychius in Κήτιον: Ο"περ ἀντὶ πυρῶν καθίεσαν εἰς τὸ σῶμα, ὡς Κρατῖν@ ἐν Ω"ραις σημαίν{. *Quod pro frumentis demiserunt in os, sicut Cratinus in Horis ostendit*. Et alibi: Μυσικάρφι. Κρατῖν@ ἐν Ω"ραις, *Mysicarphi. Cratinus in Horis*. Citant etiam Suidas in Μαρίλη, & Πυροῤῥαγὴς, Hephaestion, Pollux, & Athenaeus, non uno loco. Habes universim Fabulas Cratini aliquot triginta: ergo aut erravit Suidas (a), aut corrupti omnino numeri; ait enim, Ἔ"γραψε δὲ Δράματα κά. *Scripsit autem Fabulas* XXI.

CRATINVS II.

Suidas unum tantum Cratinum nobis tradit, quum diserte tamen etiam iunior alter commemoretur apud Auctores. Et Fabulae eius,

Γίγαντες.

Athenaeus lib. XIV. Ἐ"σεμνύνει δὲ τὴν τέχνην κ{ ὁ νεώτερ@ Κρατῖν@ ἐν τοῖς Γίγασι. *Artem vero extollebat iunior quoque Cratinus in Gigantibus*. Hesychius: Πααμύλης, Αἰγύπτι@ θεός, Κρατῖν@ ὁ νεώτερ@ Γίγασιν·

——— ὡς σφοδρὸς
Ὁ Αἰγυπτῴδης Σώχαρις Πααμύλης.
Paamyles, AEgyptius deus. Cratinus iunior Gigantibus;
——— *tamquam vehemens*
Ex AEgypto Socharis Paamyles.

Θηραμένης.

Athenaeus lib. IV. Χρῆσθαι δ' αὐτοῖς καὶ Κυπρίοις φησὶ Κρατῖνος ὁ νεώτερος ἐν Θηραμένῃ. *Illis vero quoque uti Cyprios ait Cratinus iunior in Theramene*.

Ὀμφάλη.

Pollux lib. VII. cap. XIII. Ἐν δὲ τῇ τῦ νεωτέρυ Κρατῖνυ Ὀμφάλῃ εἴρηται. *In iunioris vero Cratini Omphale dictum est*. Athenaeus lib. XV. Κατὰ τὸν νεώτερον Κρατῖνον, ὃς ἐν Ὀμφάλῃ φησί. *Iuxta iuniorem Cratinum, qui in Omphale ait.*

Τιτᾶνες.

Athenaeus lib. VI. Κρατῖν@ δ' ὁ νεώτερ@ ἐν Τιτᾶσι. *Cratinus autem iunior in Titanibus.*

Ὑ"ποβολιμαῖ@.

Pollux lib. VII. cap. XXXIII. Παρὰ δὲ τῷ νεωτέρῳ Κρατίνῳ ἐν Ὑ"ποβολιμαίῳ, βιβλιοθήκη. *Apud iuniorem vero Cratinum in Supposititio, bibliotheca*.

Χείρων.

Athenaeus lib. XI. Κρατῖν@ δ' ὁ νεώτερ@ ἐν Χείρωνι·

——— πολλοστῷ δ' ἔτ{
Ἐκ τῶν πολεμίων οἴκαδ' ἥκω συγγενεῖς,
Καὶ φράτορας, καὶ δημότας. ———
Cratinus autem iunior in Chirone;
——— *multesimo autem anno*
Ex hostibus domum venio cognatos,
Et tribules, & populares. ———

Citant etiam Scholiastes Sophoclis Oed. Col. Zenobius Cent. V. Proverb. IX. Hesychius in Αὐτόφυρτοι. Habes itaque manifesto Cratinos duos.

CRITIAS.

Hic e triginta tyrannis unus fuit, celebresque eius

Ἐλεγεῖαι.

Plutarchus in Vita Cimonis: Κριτίας δὲ, τῶν τριάκοντα γενόμεν@, ἐν ταῖς Ἐλεγείαις εὔχετ·

Πλεῖστον μὲν Σκοπάδων, μεγαλοφροσύνην δὲ Κίμων@.

Critias autem, ex triginta unus, in Elegiis optat;

Divitias quidem Scopadarum, magnum vero animum Cimonis.

Et in Alcibiadis: Τὸ μὲν ἓν ψήφισμα τῆς καθόδυ πρότερον ἐκεκύρωτο Κριτίυ τῦ Καλλαίσχρυ γράψαντ@, ὡς αὐτὸς ἐν ταῖς Ἐλεγείαις πεποίηκεν, ὑπομιμνήσκων τὸν Ἀλκιβιάδην τῆς χάριτ@. *Itaque decretum quidem reditus primum firmabatur, Critia Callaeschri filio scribente, sicut ipse in Elegiis fecit, Alcibiadi suum beneficium in memoriam*

(a) Forte non erravit *Suidas*, neque numeri corrupti; sed Fabulae quaedam, quae Cratini esse Scriptores indicant, non senioris, sed iunioris esse potuerunt. Non semper enim distinctionem addunt.

Digitized by Google

moriam referens. Athenaeus lib. xv. Η' τῶν κοττάβων εὕρησις Σικελική ἐϛι παιδιὰ, ταύτην πρῶτον εὑρόντων Σικελῶν, ὡς Κριτίας φησὶν ὁ Καλλαίσχρυ ἐν τοῖς Ε'λεγείοις. *Cottaborum inventio Siculus eſt luſus, quem primum invenerunt Siculi, ſicut ait Critias Callaeſchri filius in Elegiis*. Quem locum reſpexit Scholiaſtes Ariſtophanis Pace. Κότταβ@. Α'θήναι@ ἐν τῇ ιέ. φησὶν, ὅτι Σικελική τίς ἐϛι παιδιὰ, πρώτων εὑρόντων Σικελῶν. ὡς φησὶ Κριτίας ἐν τοῖς Ε'λεγείοις. *Cottabus. Athenaeus in* xv. *ait, eſſe Siculum luſum, quem primi Siculi invenerunt; ut ait Critias in Elegiis*. Exſtatque Elegiae cuiusdam fragmentum apud Athenaeum lib. i. Ac ſpeciatim inter ceteras fuit,

Ε'λεγεία εἰϛ Α'λκιβιάδην.

Laudat Hephaeſtion in Enchiridio: Ε'ν δὲ τοῖς ἔπεσι σπανίως. Ω"σπερ Κριτίας ἐν τῇ εἰϛ Α'λκιβιάδην Ε'λεγείᾳ οὐκ ᾤετο ἐγχωρεῖν τὸ Α'λκιβιάδου ὄνομα. *In hexametris autem rarius. Sicut Critias in Elegia in Alcibiadem non putabat admittendum Alcibiadis nomen*. Scripſit quoque,

Περὶ φύϛεως ἔρωτ@, ἢ ἀρετῶν.

Galenus in Lexico Hippocratis: Λυσανίης. Κριτίας ἐν τῷ Περὶ φύϛεως ἔρωτ@, ἢ ἀρετῶν, οὕτως ἐξηγεῖται τὄνομα. *Graviter moerens. Critias in libro De natura amoris, vel virtutum, ita explicat nomen illud*. Ex eo Opere videntur iſta apud Stobaeum Serm. xiv.

Ο"ϛις δὲ τοῖς φίλοισι πάντα πρὸς χάριν
Πράϛων ὁμιλεῖ, τὴν παραυτίχ' ἡδονὴν
Ε'χθρὰν καθίϛηϛ' εἰϛ τὸν ὕϛερον χρόνον.
Quicumque autem cum amicis omnia ad gratiam
Faciens verſatur, ſtatim voluptatem
Inimicam ſtatuit in poſterum tempus.

Laudatur etiam

Α'ταλάντη.

Pollux lib. vii. cap. x. Κριτίας δὲ ἐν Α'ταλάντῃ, Α'ρτεδόνην τε λύτιν ἰϛῦ, τραγικώτερον. *Critias autem in Atalanta, Funemque, ſolutionem telae, nimis tragicae*. Et

Πολιτείαι

commemorantur ab eodem eiusdem libri capit. xiii. Τὸ μὲν ὄνομα καὶ παρὰ Κριτίᾳ ἐϛὶν ἐν Πολιτείαις. *Nomen quidem etiam apud Critiam eſt in Rebuspublicis*. Huius Operis pars fuit,

Πολιτεία Λακεδαιμονίων.

Citatur ab Harpocratione in Λυκυργεῖς: Κλίνη Μιλησιυργὴς, Κριτίας φησὶν ἐν τῇ Λακεδαιμονίων Πολιτείᾳ. *Lectus Mileſii operis, Critias ait in Lacedaemoniorum Republica*. Etiam ab Athenaeo lib. xi Τρόποι εἰϛὶ πόσεων κατὰ πόλεις ἴδιοι, ὡς Κριτίας παρίϛιϛιν ἐν τῇ Λακεδαιμονίων Πολιτείᾳ. *Modi ſunt potationum per urbes proprii, ut exponit Critias in Lacedaemoniorum Republica*. Iterum: Κριτίας δ' ἐν τῇ Λακεδαιμονίων Πολιτείᾳ, κλίνη Μιλησιυργὴς, καὶ τράπεζα Ρ'ηνειοεργής. *Critias autem in Lacedaemoniorum Republica, lectus Mileſii operis, & menſa operis Rheniaci*. Et rurſum: Κώθων, Λακωνικὸν ποτήριον, ὃ μνημονεύει Ξενοφῶν ἐν πρώτῳ Κύρυ Παιδείας. Κριτίας δὲ, ἐν τῇ Λακεδαιμονίων Πολιτείᾳ, γράφει οὕτως. *Cothon, Laconicum poculum, cuius meminit Xenophon in libro primo Inſtitutionis Cyri. Critias autem in Lacedaemoniorum Republica, ita ſcribit*. Atque hunc Critiae locum reſpexit Plutarchus in Lycurgo: Καὶ κώθων ὁ Λακωνικὸϛ εὐδοκίμει μάλιϛα πρὸς τὰϛ ϛρατείαϛ, ὥς φησι Κριτίας. *Et cothon Laconicus probatur maxime ad expeditiones, ut ait Critias*. A nonnullis putabatur item

Πειρίθυς

ipſius eſſe, quum Euripidi a quibusdam tribueretur. Athenaeus lib. x. Μνεμονεύει δὲ αὐτῶν καὶ ὁ τὸν Πειρίθυν γράψας, εἴτε Κριτίας ἐϛὶν ὁ τύραννο@, εἴτε Εὐριπίδης. *Meminit autem illorum etiam ille, qui Pirithoum ſcripſit, ſive Critias eſt tyrannus, ſive Euripides*. Scripta Critiae, verum ſine inſcriptione, laudat Cicero De Orat. lib. ii. *Conſequuti ſunt hos Critias, Theramenes, Lyſias. Multa Lyſiae ſcripta ſunt, nonnulla Critiae. De Theramene audivimus*. Eius Orationes commemorat Dionyſius Halicarnaſſeus in Lyſia. Citat quoque Clemens Strom. vi. Theodoretus Therap. v. Stobaeus Serm. xiv. xxix. xcv. Aliis placuit, Critiam hunc Sophiſtam fuiſſe, non iſtum e triginta tyrannis. Ioannes Grammaticus in Ariſtotelem De Anima l. i. Κριτίαν ἔτι, τὸν ἕνα τῶν τριάκοντα, ὃς καὶ Σωκράτους ἠκροάσατο· ἢ καὶ ἄλλον τινὰ λέγει. οὐδὲν γὰρ διαφερόμεθα. φασὶ δὲ καὶ ἄλλον Κριτίαν γεγονέναι σοφιϛήν· ὃ καὶ τὰ φερόμενα συγγράμματα εἶναι, ὡς Α'λέξανδρ@. *Adhuc Critiam, unum e triginta, qui etiam Socratem audivit; ſive etiam alium quemdam dicit: nihil enim controvertimus. Verum alium quoque Critiam fuiſſe Sophiſtam aiunt; cuius etiam ſcripta feruntur eſſe, ſicut Alexander*. Sed ſciendum, Critiam tyrannum cum Sophiſta eumdem eſſe. Ponit quoque inter Sophiſtas Philoſtratus Operis, quod de iis ſcripſit, lib. i.

CRITO.

Philoſophus fuit, Socratis diſcipulus. De eo, & eius ſcriptis, vide Diogenem Laertium lib. ii. Praeter quae commemoratur item a Suida

Α'πολογία Σωκράτους.

Verba Suidae ecce iſta: Κρίτων, Α'θηναῖο@, φιλόσοφο@, Σωκράτους μαθητὴς, ὃς καὶ γνησίως διετέθη πρὸς Σωκράτην, καὶ τὰ πρὸς τὴν χρείαν πάντα ἐδίδου αὐτῷ. ἔγραψε Σωκράτους Α'πολογίαν. *Crito, Athenienſis, Philoſophus, Socratis diſcipulus, qui etiam bene erga Socratem affectus fuit, atque omnia ſua ad uſum dabat. Scripſit Socratis Defenſionem*. Eiusdem arbitror fuiſſe,

Περὶ

Digitized by Google

Περὶ προνοίας, καὶ ἀγαθῆς τύχης,
De providentia, & bona fortuna.
Meminit Stobaeus Serm. 111. (a)

DAES *Colonenſis.*

Citatur opere incerto a Strabone lib. x 111. Φησὶ δὲ Δάης ὁ Κολωνεὺς, ἐν Κολώναις ἱδρυθῆναι πρῶτον ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς Ἑλλάδος πλευσάντων Αἰολέων τὸ τοῦ Κιλλέως Ἀπόλλωνος ἱερόν. *Daes autem Colonenſis ait, in Colonis primum ab Aeolenſibus ex Graecia navigantibus poſitum eſſe Cillei Apollinis templum.*

DAMOXENVS.

Comicus, de quo Suidas: Δαμόξενος, Ἀθηναῖος, κωμικός. τῶν Δραμάτων αὐτοῦ Σύντροφοι, ὡς Ἀθήναιος λέγει ἐν τρίτῳ Δειπνοσοφιστῶν· καὶ, Ἑαυτὸν πενθῶν, ὡς πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν ἑνδεκάτῳ. *Damoxenus, Athenienſis Comicus. Inter Fabulas eius Simul-nutriti (b), ſicut Athenaeus ait in libro tertio Dipnoſophiſtarum. Et, Seipſum lugens, ut rurſus idem in undecimo.* Ecce, Fabulae eius duae ab Athenaeo citantur. Et

Σύντροφοι

quidem lib. 111. iſtis verbis: Καὶ ἐσθίειν παρακελεύεται, τὰ, καὶ τὰ, ὀφλὲν ἀποδέων τοῦ παρὰ Δαμοξένῳ τῷ κωμῳδοποιῷ μαγείρου, ὃς ἐν Συντρόφοις φησίν. *Et edere hortatur illa, & illa, nihil differens ab coquo apud Damoxenum Comicum, qui in Simul-nutritis ait.*

Ἑαυτὸν πενθῶν.

lib. x1. iſtis verbis: Ἐλέφας. οὕτως ἐκαλεῖτο ποτήριόν τι, ὡς Δαμόξενός φησιν ἐν Ἑαυτὸν πενθοῦντι. *Elephas. Sic adpellabatur poculum aliquod, ſicut Damoxenus ait in Seipſum lugente.*

DEMADES I.

Orator. Scripſit.

Ἀπολογισμὸν τῆς ἑαυτοῦ δωδεκαετίας, πρὸς Ὀλυμπιάδα.

Et,

Ἱστορίαν περὶ Δήλου, καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Λητοῦς παίδων.

Suidas. Δημάδης, Ἀθηναῖος ῥήτωρ, καὶ δημαγωγὸς· πανοῦργος, καὶ εὐτυχὴς, πρότερον ναύτης ὤν. ἔγραψεν Ἀπολογισμὸν πρὸς Ὀλυμπιάδα τῆς ἑαυτοῦ δωδεκαετίας. Ἱστορίαν περὶ Δήλου, καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Λητοῦς παίδων. *Demades, Athenienſis, rhetor, & popularis; callidus, & felix, antea nauta. Scripſit Defenſionem ad Olympiadem ſui duodecennii. Hiſtoriam de Delo, & nativitate liberorum Latonae.* Et Ἀπολογισμὸς quidem τῆς δωδεκαετίας, exſtat. Meminit eius Syrianus in Hermogenem. Οἷον Δημάδου, τοῦ ἀπὸ τῆς κώπης ἀνίπλοις τὸ τοῦ λόγου χερσὶν ἐπὶ τὸ βῆμα πηδήσαντος. *Prout Demadis, qui ab remo illotis, ut aiunt, manibus ad tribunal tranſilivit.* Quinctilianus lib. 11. cap. xvii. *Ad cuius rei confirmationem adferunt Demadem remigem, & AEſchinem hypocriten, oratores fuiſſe.* Huius filius adoptivus fuit,

DEMADES II.

Item Orator. Suidas de eo. Δημάδης, Λαχιάδης, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ. τοῦτον εἰσεποίησεν ὁ πρότερος Δημάδης. *Demades, Laciades, Athenienſis, rhetor. Hunc adoptavit prior Demades.* An quid ſcripſerit, minus certum, & iam Ciceronis tempore nulla ipſius ſcripta exſtabant. Teſtatur ille in Bruto. *Huic (Demoſtheni) Hyperides proximus, & AEſchines fuit, & Lycurgus, & Dinarchus; &, is cuius nulla exſtant ſcripta, Demades.* Nam de Demade ſecundo capienda iſta verba, quum prior ſcripſerit. Quinctilianus ſimpliciter ait, nihil ſcriptum reliquiſſe lib. xii. cap. x. *Plures eruditorum aliam eſſe dicendi rationem, aliam ſcribendi, putaverunt; ideoque in agendo clariſſimos quosdam nihil poſteritati, manſuriſque mox literis, reliquiſſe: ut Periclem, & Demadem.* Huius filius,

DEMEAS,

Etiam Orator. Suidas, ubi de Demade ſecundo. Τοῦτον εἰσεποιήσατο ὁ πρότερος Δημάδης ὁ καὶ δημαγωγὸς, ἀπὸ αὐλητρίδος τεχθέντα. πατὴρ ἦν καὶ αὐτὸς Δημέου τοῦ ῥήτορος γέγονε. *Hunc adoptavit prior Demades, qui etiam popularis (c), ex tibicina natum. Ipſe vero quoque Demeae rhetoris pater fuit.* Meminerunt eius Plutarchus in Phocione, & Athenaeus lib. x111. De Scriptis eius nihil conſtat.

DEMETRIVS,

Phalereus cognomento adpellatus, a Phalero, Atticae populo, ubi natus. Videndus de eo Diogenes Laertius, qui Vitam quoque eius ſcripſit, & Scriptorum indicem ponit lib. v. Ex quibus,

Περὶ τῆς Ἀθήνησι νομοθεσίας,

citatur etiam ab Harpocratione in Ἔρκει Ζεύς. Καὶ Δημήτριος ἐν τοῖς Περὶ τῆς Ἀθήνησι νομοθεσίας. *Et Demetrius in libris De legislatione Athenienſi.* Iterumque in Παράσασις. Δημήτριος δ' ὁ Φαληρεὺς ἐν τοῖς Περὶ νομοθεσίας, τὰς

(a) Alii quoque docti Athenienſes commemorentur, & omiſſum a nobis primo loco ſtatuamus
Apellem Athenienſem Philoſophum, qui ſub Theodoſio iuniore floruit. Sed &
Carvs Athenienſis fuit, & Philoſophus, & eodem tempore claruit.
Cleo quoque Orator Athenienſis erat, & CCCCL. circiter annis ante Chriſtum vixit: quo tamen
Clisthenes pariter Orator LX. annis antiquior.

Cranvs autem Athenienſis Philoſophus ſub Theodoſio iuniore innotuit.
Critobvlvs Critonis F. pariter Philoſophus Platoni σύγχρονος exſtitit, quemadmodum eius frater
Ctesippvs, & ipſe Socraticus.
Cvrvvs vero Philoſophus Athenienſis *Apelli, Crano, & Caro* memoratis coaevus fuit.
(b) Vertiſſem *Collactanei*.
[c] Vertendum *populi ductor, Orator*.

τὺς διαιτητάς φησι λαμβάνειν τὰς δραχμάς· μίαν μὲν, ἀπὸ τῆς λήξεως, ἣν παράστασιν ἐκάλουν· ἑτέραν δὲ, κατὰ ὑπωμοσίαν ἑκάστω. *Demetrius autem Phalereus in libris De legislatione, arbitros ait drachmas accipere; unam quidem, ab sortitione, quam paraſtaſin adpellabant; alteram vero, propter unumquodque dilatorium iusiurandum.* Totidem verbis Suidas in eadem dictione,

Σωκράτης.

commemoratur Plutarcho in initio Ariſtidis. Πρὸς ὃν τοῦτον ὁ λόγον, ὑπὸ πολλῶν εἰρημένον, ἀντιτασάμενος ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος ἐν τῷ Σωκράτει, χωρίον τε Φαληροῖ φησι γινώσκειν, Ἀριστείδου λεγόμενον, ἐν ᾧ τέθαπται. *Huic autem ſermoni ab multis dicto repugnans Phalereus Demetrius in Socrate, & agrum ſe ait in Phalero noſſe, Ariſtidae dictum, in quo ſepultus eſt.* An idem Opus?

Σωκράτους ἀπολογία.

Meminit eius Diogenes Laertius in Heraclito lib. IX. Μέμνηται αὐτοῦ καὶ ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος ἐν τῷ Σωκράτους ἀπολογίᾳ. *Meminit illius etiam Phalereus Demetrius in Socratis defenſione.* Item in Democrito eodem libro. Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς, ἐν τῇ Σωκράτους ἀπολογίᾳ, μηδὲ ἐλθεῖν φησιν αὐτὸν εἰς Ἀθήνας. *Demetrius autem Phalereus, in Socratis defenſione, nequaquam veniſſe eum Athenas ait.*

Περὶ γήρως.

Citatur a Diogene eodem in Anaxagora lib. II. Τοῦτον δὲ καὶ θάψαι ταῖς ἰδίαις χερσὶν αὐτοὺς Δημήτριός φησιν ὁ Φαληρεὺς, ἐν τῷ Περὶ γήρως, *Hunc vero etiam illos ſepeliviſſe ſuis manibus Demetrius ait Phalereus in libro De ſenectute.* Iterum in Xenophane lib. IX. Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐν τῷ Περὶ γήρως, *Demetrius Phalereus in libro De ſenectute.* Praeter Opera vero, Diogeni recitata, hodie quoque circumfertur,

Περὶ ἑρμηνείας.
De interpretatione.

Sed non eſſe librum illum Auctoris huius, ſatis evidenter oſtendit, vir doctrina valde inſigni, Gerardus Voſſius Inſtit. Orat. lib. VI.

Ἀρχόντων ἀναγραφή.

Diogenes Laertius in Thalete lib. I. Καὶ πρῶτος σοφὸς ὠνομάσθη, ἄρχοντος Ἀθήνησι Δαμασίου, καθ' ὃν καὶ οἱ Ἑπτὰ σοφοὶ ἐκλήθησαν, ὡς φησι Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων Ἀναγραφῇ. *Et primus ſapiens adpellatus eſt, archonte Athenis Damaſio, cuius tempore etiam Septem Sapientes adpellati ſunt, ut ait Demetrius Phalereus in Deſcriptione archontum.* Et in Anaxagora lib. II. Ἤρξατο δὲ φιλοσοφεῖν Ἀθήνησιν ἐπὶ Καλλίου, ἐτῶν εἴκοσι ὤν, ὡς φησι Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, ἐν τῇ ἀρχόντων Ἀναγραφῇ. *Incepit autem philoſophari Athenis ſub Callia, quum eſſet annorum viginti, ut ait Demetrius Phalereus in Deſcriptione archontum.* Idem eſt ſine dubio Opus, quod

Ἄρχοντες

inſcribitur Marcellino in Vita Thucydidis. Ὡς καὶ Φιλόχορος λέγει, καὶ Δημήτριος ἐν τοῖς Ἄρχουσι. *Sicut etiam Philochorus ait, & Demetrius in Archontibus.* Nec dubium item, quin inde fuerit, quod citat Plutarchus in Ariſtide. Ἀριστείδης δὲ τὴν ἐπώνυμον εὐθὺς ἀρχὴν ἦρξε· καί τοι φησὶν ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος, ἄρξαι τὸν ἄνδρα μικρὸν ἔμπροσθεν τοῦ θανάτου. *Ariſtides vero ſtatim magiſtratum illum geſſit, qui anno nomen daret. Tamen dicit Phalereus Demetrius, geſſiſſe virum paulo ante mortem.*

Περὶ Δημοκρατίας.

Non memorat Diogenes; ſed ſcripſiſſe nihilominus Strabo indicat lib. IX. Οὐ μόνον δὲ κατέλυσε τὴν δημοκρατίαν, (Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς) ἀλλὰ καὶ ἐπανώρθωσε. δηλοῖ δὲ τὰ ὑπομνήματα, ἃ συνέγραψε περὶ τῆς πολιτείας ταύτης ἐκεῖνος. *Non tantum non diſſolvit democratiam (Demetrius Phalereus) ſed etiam correxit. Illud manifeſtant commentaria, quae ille de illa republica ſcripſit.*

Ὑπόμνημα Νικάνδρου (a).

Indicat Stephanus in Κορώπη. Νίκανδρος ἐν Θηριακοῖς·

——— ἣ ἐν Ἀπόλλωνι
Μαντείας Κορωπαῖος (b) ἐθήκατο, καὶ θέμιν ἀνδρῶν.

Οἱ δὲ ὑπομνηματίσαντες αὐτὸν, Θέων, καὶ Πλούταρχος, καὶ Δημήτριος ὁ Φαληρεύς, φασι, Νίκανδρος Ὀροπαῖος, καὶ Ὀροπαῖος Ἀπόλλων (c). *Nicander in Theriacis;*

——— *qua in Apollo*
Oracula Coropaeus conſtituit, & ius virorum.

Qui vero in illum commentaria ſcripſerunt, Theon, & Plutarchus, & Demetrius Phalereus, aiunt, Nicander Oropaeus, & Oropaeus Apollo. Ov-

(a) Vereor admodum ne *Stephani* auctoritas hic labaſcat; aut ſaltem dicendum videatur locum in mendo cubare: temporum enim ratio non patitur, ut a Demetrio Phalereo ὑπομνήματα Νικάνδρου ſcripta fuiſſe credamus. Siquidem Demetrius Phalereus, auctore *Diogene Laertio* in *Vita*, ſeu potius apud eum *Hermippo*, ipſis initiis Regni Ptolemaei Philadelphi aſpide corpori admota vita exceſſit, Olympiadis ſcilicet CXXV. an. I. ut *Scaligero* etiam videtur. Nicander autem Colophonius, ut Anonymus eius Vitae Scriptor adfirmat, Attali, extremi Regis Pergameni, temporibus claruit. At is regnare coepit Olymp. CLX. an. III. Obiit vero Olymp. CLXI. anno IV. Sed quidni alius ſit Demetrius Phalereus? Ad rem eruditiſſimus *Voſſius De Temporibus Poetarum.* *In* Θηριακὰ, inquit, *praeter alios, commentarium ſcripſit Demetrius Phalereus: ut indicat Stephanus in* Κορώπη. *Quiſquis ille, ſatis temporum ratio docet, non poſſe eſſe inclutum illum Demetrium Phalereum, qui Lagidae temporibus claruit, ac Bibliothecae praefuit.* Alius igitur hic adnotandus fuiſſet Demetrius Athenienſis Phalereus, atque ita numerus Scriptorum augendus.

(b) Apud Nicandrum hic verſus n. 614. reperitur hoc modo:

ἣ ἐν Ἀπόλλωνι
Μαντοσύνας Κορυπαῖος ἐθήκατο, ἠδὲ θέμιν ἀνδρῶν.

(c) Haec ita Pinedo legenda videntur: φασὶ, Νίκανδρος, Ὠρωπαῖος Ἀπόλλων. ideſt, *Dicunt* [nempe Auctores praecedentes] *Oropaeus Apollo.* Alterum igitur ex illis epithetis expungendum, & quod remanet per ω in prima, & in antepenultima ſcribendum eſt. Ὠρωπὸς enim Euboeae civitas ſic ſcribitur-

Ὀνειροκριτικά.

In libros quinque distincta. Artemidorus Onirocrit. lib. II. cap. XLIX. Καί τοι Γεμῖνος τὸ Τυρίος, καὶ Δημητρίος τὸ Φαληρέως, καὶ Ἀρτέμων ὁ τὸ Μιλησίου· τὸ μὲν, ἐν τρισὶ βιβλίοις· τὸ δὲ, ἐν πέντε· τὸ δὲ, ἐν εἴκοσι δύο, πολλοὺς ὀνείρους ἀναγεγραφότων. *Geminus tamen Tyrius, & Demetrius Phalereus, & Artemon Milesius; quum ille quidem, in tribus libris; ille autem, in quinque; hic vero, in viginti duobus, multa somnia scripserint* (a).

DEMOCHARES.

Eius

Ἱστορίαι

citantur ab Athenaeo lib. VI. Δημοχάρης γοῦν, ὁ Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος ἀνεψιὸς ἐν τῇ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν διηγούμενος περὶ ἧς ἐποιοῦντο οἱ Ἀθηναῖοι κολακείας, πρός τε τὸν Πολιορκητὴν Δημήτριον, καὶ ὅτι τοῦτ' οὐκ ἦν ἐκείνου βουλομένου, γράφει οὕτως. *Demochares igitur, Demosthenis rhetoris consobrinus, in vigesimo Historiarum narrans de adulatione, qua utebantur Athenienses, & erga Poliorceten Demetrium, & quod illud fiebat ipso nolente, ita scribit.* Lucianus in Longaevis. Ἀγαθοκλῆς ὁ, ὁ Σικελίας τύραννος, ἐτῶν ἐνενήκοντα πέντε τελευτᾷ, καθάπερ Δημοχάρης, καὶ Τίμαιος, ἱστοροῦσι. *Agathocles autem, Siciliae tyrannus, annorum nonaginta quinque mortuus est, quomodo Democharis, & Timaeus narrant.* Eiusdem

Ὑπὲρ Σοφοκλέους πρὸς Φίλωνα.

Commemoratur ab Athenaeo lib. XI. Ἔτι δὲ καὶ Δημοχάρης ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ Ὑπὲρ Σοφοκλέους πρὸς Φίλωνα. *Praeterea vero etiam Demochares rhetor pro Sophocle* (b) *adversus Philonem.*

Διάλογοι.

Laudantur ab Harpocratione in Ἰσχανδρος. Καθά φησι Δημοχάρης ἐν τοῖς Διαλόγοις. *Sicut ait Demochares in Dialogis.* Meminit eius item Plutarchus extremo Demosthene (c).

DEMOSTHENES.

Eius Orationes pene omnes exstant. Universae erat LXV. Photius in Bibliotheca. Ἀνεγνώσθησαν Δημοσθένους λόγοι μικρῷ σύμπαντες. φέρονται δὲ αὐτοῦ οἱ γνήσιοι, πέντε καὶ ἑξήκοντα. *Lectae sunt Demosthenis orationes fere omnes. Feruntur autem eius genuinae, quinque & sexaginta.* Ex his LIX. nunc supersunt; ergo VI. desiderantur inquirendae. Vna erat,

Κατὰ Μέδοντος.

Meminit Pollux lib. VIII. cap. VI. Δημοσθένης δὲ ἐν τῷ Κατὰ Μέδοντος, καὶ κατὰ τῶν μὴ προσηκόντων τῇ ἐπικλήρῳ συνοικούντων γίγνεσθαι τὰς εἰσαγγελίας λέγει. *Demosthenes autem in oratione Contra Medontem, & contra illos, quum nulla cognatione puellam, ad quam hereditas pertinebat, tangerent, ducentes* (d). Laudat quoque Harpocration in Δεκατεύειν. Altera

Πρὸς Περικλέα.

Citat Priscianus lib. XVII. *Demosthenes* ἐν τῷ Πρὸς Περικλέα. Περὶ τῶν ἐμῶν ἰδίων μᾶλλον τιμωρήσητε Περικλέα, ἢ οὐχ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν. ὅτι περὶ πλείονος ἐποιησάμην τὰ ἐμαυτοῦ ἴδια, ἢ τὰ ὑμέτερα. *Demosthenes in oratione Adversus Periclem: De meis privatis potius punitote Periclem, quam non pro nobis ipsis: quod pluris feci mea privata, quam vestra.* Tertia

Πρὸς Ἀρτάβαζον.

Idem Priscianus lib. XVIII. *Demosthenes* Πρὸς Ἀρτάβαζον. Καὶ παντοχοῦ ἢ ἄλλως οἴχεται. *Demosthenes Adversus Artabazum: Et ubique aut frustra discedit.*

Κατὰ Ἀριστοτέλους.

Syrianus Comment. in Hermogenem. Καὶ ὅταν πάλιν (ὁ Δημοσθένης) ἐν τῷ Κατ' Ἀριστοτέλους λέγῃ, ὡς ἄδεια δοθήσεται τοῦ παρανομεῖν. *Et quando rursus (Demosthenes) in oratione Contra Aristotelem dicat, sicut securitas peccandi dabitur.*

DEXICRATES.

Comicus. Eiusque unica Comoedia citatur,

Ὑφ' ἑαυτῶν πλανώμενοι.

Suidas. Δεξικράτης. ἔστι Ἀθηναῖος, κωμικός. δράματα αὐτοῦ εἰσιν, Ὑφ' ἑαυτῶν πλανώμενοι· ὡς Ἀθήναιός φησιν ἐν τρίτῳ τῶν Δειπνοσοφιστῶν. *Dexicrates. Hic Athenienses, comicus. Fabulae eius sunt, A se decepti; sicut Athenaeus ait in libro tertio Dipnosophistarum.* Athenaei locus, quem respexit eo libro iste est. Δεξικράτης δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ὑφ' ἑαυτῶν πλανώμενοι, φησίν·

Εἰ δὲ μεθύω, καὶ χίονα πίνω, καὶ μύρον
Ἐπὶ σώματος κράτιστον Αἰγυπτος ποιεῖ.

Dexicrates autem in fabula inscripta A se decepti, ait;

Si vero ebrius sum, & nivem bibo, & unguentum
In ore optimum AEgyptus facit.

DEXIPPVS Herennius.

De eo Suidas. Δέξιππος, Δεξίππου, Ἐρέννιος χρηματίσας, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, γεγονὼς ἐπὶ Βαλεριανοῦ, καὶ Γαλλιηνοῦ, καὶ Κλαυδίου δευτέρου, καὶ Αὐρηλιανοῦ, τῶν βασιλέων Ῥωμαίων. *Dexippus, De-*

(a) DEMETRIVS Sunienſis Cynicus anno Chriſti CLX. vivebat.
(b) Hic eſt, qui Philoſophos Athenis in exſilium abire iuſſit, quod latius narratur *Lib. de Fortun. Athen. Cap. VIII. & Lib. de Archont. Cap.* & *Lib. II. Them. Attic. Cap. XXX.*
(c) Orationes ſcripſit Demochares, quarum meminit Cicero in Bruto. Hic idem qui ab Athenaeo Δημοσθένους ἀνεψιὸς dicitur, *Aeliano Lib. IV. Var. hiſt. Cap. VIII.* Δημοσθένους ἀδελφιδοῦς adpellatur, quemadmodum & *Suidae.*
(d) Hic locus ita vertendus videtur: *Demoſthenes in oratione contra Medontem, etiam contra eos, qui, quum cognati minime ſint, puellam, ad quam hereditas pertinet, ducunt, accuſationem competere ait.* Conſule *Leges Atticas.*

Digitized by Google

xippi filius, Herennius adpellatus, Athenienſis, rhetor, floruit ſub Valeriano, & Gallieno, & Claudio ſecundo, & Aureliano, Imperatoribus Romanis. Scripſit,

Τὰ μετὰ Ἀλέξανδρον,

Et

Σύντομον Ἱστορικόν;

Item,

Σκυθικά.

Photius in Bibliotheca. Ἀνεγνώσθη Δεξίππου τὰ μετὰ Ἀλέξανδρον, ἐν λόγοις τέσσαρσιν. ἀνεγνώσθη δὲ αὐτῷ καὶ ἕτερον Σύντομον Ἱστορικὸν, μέχρι τῆς Κλαυδίου, ἐπιτρέχον τὰς κεφαλαιώδεις πράξεις, βασιλείας. ἀνεγνώσθη ἢ αὐτῷ καὶ τὰ Σκυθικὰ, ἐν οἷς αἱ τῶν Ῥωμαίων αὐτῷ καὶ Σκυθῶν ἀναγράφονται πρὸς ἀλλήλους μάχαι, καὶ ἀξιόλογοι πράξεις. *Lecta ſunt Dexippi Res poſt Alexandrum geſtae, in libris quatuor. Sed etiam lecta eſt eius alia Epitome Hiſtorica, uſque ad Claudii, percurrens breviter res geſtas, imperium. Sed etiam lecta ſunt eius Scythica, in quibus Romanorum, & Scythарum mutuae pugnae deſcribuntur, & res memoratu dignae.* Ex his illud Σύντομον Ἱστορικὸν eſt, quod Χρονικῶν titulo laudatur ab aliis; quorum liber undecimus [a] citatur a Stephano. Σουκχαῖοι, ἔθνος Μαυρήσιον. ὡς Δέξιππος Χρονικῶν δεκάτῳ. *Succhaei, gens Mauriſia; ſicut Dexippus decimo Chronicorum.* Duodecimus, ab eodem alibi. Ἕλωροι, Σκυθικὸν ἔθνος· περὶ ὧν Δέξιππος ἐν Χρονικῶν ιβ'. *Heluri, Scythica gens; de quibus Dexippus in Chronicorum duodecimo.* Et ab Etymologici Auctore. Ἕλωρος, εὐθεῖα. ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε ἑλῶν Ἕλωροι κέκληνται. Δέξιππος ἐν δωδεκάτῳ Χρονικῶν. *Helurus, nominativus. Ab paludibus, quae illic ſunt, Heluri adpellati ſunt. Dexippus in duodecimo Chronicorum.* Eunapius Χρονικὴν Ἱστορίαν nuncupat, extremo Porphyrio. Καθ' ὃς ἦν καὶ Δέξιππος, ὁ τὴν Χρονικὴν Ἱστορίαν συγγράψας, ἀνὴρ ἀπάτης παιδείας τε καὶ δυνάμεως λογικῆς ἀνάπλεως. *Quorum tempore erat etiam Dexippus, qui Temporum Hiſtoriam conſcripſit, vir & omnis doctrinae & logicae facultatis plenus.* Inde puto eſſe Excerpta de Legationibus, quae hodie habemus beneficio viri docti, Davidis Hoeſchelii, Auguſtae Vindelicorum edita, anno cIↃ IↃ c III. Laudant Euſebius Chron. lib. I. Evagrius lib. V. cap. XXIV. Trebellius in Gallieno, Tito, & Claudio, Lampridius in Alexandro Severo, Iul. Capitolinus in Maximinis, & Gordianis, Iornandes de Rebus Get. cap. XXII. Quod Σκυθικὰ attinet, ea, ut &

Εἰς Κατηγορίας,

laudat Ioannes Tzetzes Chil. IX. cap. CCLXXIV.

Δέξιππος ὁ φιλόσοφος, μύσης ὢν Ἰαμβλίχου,
Πολλὰ μὲν συνεγράψατο καὶ ἕτερα βιβλία.
Ἓν τῷ ἑνὶ ἐνέτυχον, τῷ Εἰς Κατηγορίας.
Ἔγραψε δὲ καὶ Σκυθικὰ, ἃ μέχρι νῦν οὐκ οἶδα.
Dexippus philoſophus, myſta Iamblichi filius,
Multos quidem conſcripſit & alios libros.
In unum incidi, in Praedicamenta.
Scripſit vero etiam Scythica, quae uſque adhuc non novi.

Meminitque Operis Εἰς Κατηγορίας Simplicius in ſuo eiusdem tituli Opere. Καὶ Δέξιππος ὁ Ἰαμβλίχου, καὶ αὐτὸς μὲν τὸ τοῦ Ἀριστοτέλους βιβλίον συντόμως ἐξηγήσατο. προηγουμένως δὲ τὰς Πλωτίνου ἀπορίας, ὡς ἐν διαλόγῳ προτεινομένας αὐτῷ, διαλύειν προτίθεται. *Sed etiam Dexippus, Iamblichi filius, & ipſe quidem Ariſtotelis librum breviter explicuit. Praecipue autem Plotini dubitationes, tamquam in colloquio ei propoſitas, ſolvere proponit.* Exſtat id hodie, ſed Latine tantum, verſum a Ioanne Bernardo Feliciano (b). Laudatur etiam

Θησαυρὸς

a Suida in Κωφυκαῖος.

DIAGORAS.

Eius

Λό-

[a] Ita Chirographum Meurſii. *Iac. Gronovius.*

(b) Vereor multum ne noſter *Meurſius* alium Dexippum cum Dexippo Herennio confundat. Et certe Dexippum Iamblichi F. unum eumdumque eſſe cum Dexippo Herennio numquam exiſtimarem. Si enim ille Iamblichi filius eſt, tres aut quatuor Iamblichi mihi innotuerunt. Iamblichus Babylonius, qui fabuloſam hiſtoriam conſcripſit, & qui ſub initium regni M. Aurelii vivebat; de quo agunt *Photius, Suidas, Voſſius, Tennulius.* Iamblichus Chalcidenſis Philoſophus Platonicus, de quo *Eunapius* loquitur, quique ſub Conſtantino Magno principe maturae conceſſit. Iamblichus Apameenſis ab Eruditis inducitur, cuius opera, quae ad nos pervenere, creduntur, ſtylo ſcripta admodum diverſo ab eo, quem multum elevat *Eunapius* in Iamblicho Chalcidenſi. Hic ille eſt ad quem plures dedit epiſtolas Iulianus ὁ παραβάτης, & qui ſub Valente hauſto veneno periit. Symmachus quoque Iamblicho cuidam ſapienti viro ἐπιστέλλει, ut *Lib. IX. Epiſt. II.* videre eſt. Iam ſi Dexippus Herennius alicuius memoratorum Iamblichorum filius ſit, Athenienſis non fuerit, vel ſaltem praeſumi non poterit. Inſuper, ut florere poſſet ſub Valeriano uſque ad Aurelianum, nonniſi Iamblichi Babylonii filius eſſe poterat. Quid quod Dexippus Iamblichi F. Philoſophus a *Tzetze* dicitur, & talem fuiſſe oſtendit *Simplicius*, & eius Opus in Categorias ſatis clamat: Dexippus autem Herennius Rhetor fuit & Hiſtoricus. Subſpicor autem confundi etiam a *Tzetze* hunc cum Philoſopho, cuius forte *Scythica* opus non fuerant. Sed alterius Iamblichi praeter memoratos filius fuerit: fuerit quidem: ſed obſtare tunc videtur antiqua inſcriptio apud *Spon. Tom.* III. *Itiner.* quae quidem de P. Herennio Dexippo Oratore & Hiſtorico agit, de noſtro videlicet, & non Iamblichi, ſed Ptolemaei illum filium facit. Ecce Inſcriptionem:

ΚΑΤΑ ΤΟ ΕΠΕΡΟΤΗΜΑ ΤΗΣ
ΕΞ ΑΡΕΟΥΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗΣ
ΚΑΙ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ.....
ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙ
ΩΝ ΤΟΝ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΗΝ ΤΟΥ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΝ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙΣ
ΑΡΧΗΝ ΚΑΙ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΗΝ
ΕΠΩΝΥΜΟΝ ΑΡΧΗΝ ΚΑΙ ΠΑ
ΝΗΓΥΡΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ ΚΑΙ ΑΓΩ
ΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ ΤΩΝ ΜΕΓΑ
ΛΩΝ ΠΑΝΑΘΕΝΑΙΩΝ ΟΙΚΟ
ΘΕΝ ΙΕΡΕΑ ΠΑΝΑΓΗ. Π. ΕΡΕΝ.
ΔΕΞΙΠΠΟΝ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΕΡ
ΜΕΙΟΝ ΤΟΝ ΡΗΤΟΡΑ ΚΑΙ
ΣΥΓΓΡΑΦΕΑ ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΑ
ΟΙ ΠΑΙΔΕΣ

Ex qua inſcriptione *Suidas* quoque corrigendus eſt, qui Dexippum Herennium Dexippi filium facit: quod ſaltem animadvertere *Meurſius* debuerat, ut a Dexippo Iamblichi F. eum diſtingueret. Recte igitur in mea *Chronologia Virorum eruditione praeſtantium* Dexippum Herennium, a Dexippo Iamblichi F. Philoſopho diſtinxi.

Digitized by Google

Λόγοι Φρύγιοι

commemorantur a Tatiano in Oratione Contra Graecos. Διαγόρας Ἀθηναῖος ἦν, ἀλλὰ τοῦτον, ἐξορχησάμενον τὰ παρ' Ἀθηναίοις μυστήρια, τετιμωρήκατε· καὶ τοῖς Φρυγίοις αὐτοῦ Λόγοις ἐντυγχάνοντες, ἡμᾶς μεμισήκατε. *Diagoras Atheniensis erat, sed hunc, quum mysteria apud Athenienses enunciavisset, poena adfecistis; & Phrygias ipsius Orationes quum legissemus, nos odio habuistis.*

DIALLVS.

Scriptae ab eo libris XXVI.

Κοιναὶ Πράξεις.

Diodorus Siculus in Eclogis. Δίαλλος, Ἀθηναῖος, συγγραφεὺς, τὰς Κοινὰς Πράξεις συντάξας, ἔγραψε βιβλία κς'. *Diallus, Athenienſis, Scriptor, qui Communes Res geſtas compoſuit, ſcripſit libros* XXVI. Verum Δίυλλος ſcribendum puto. Vide quae de eo paulo poſt notabo.

DINARCHVS.

Hic etſi Corinthius potius a quibusdam, quam Athenienſis, traditus; quia tamen Athenienſem ſunt qui tradant, in hoc etiam eum ordine collocabo. Orationes ſcripſit LXIV. Plutarchus in eius Vita. Φέρονται δ' αὐτοῦ καὶ Λόγοι γνήσιοι ἑξηκοντατέσσαρες. *Feruntur autem illius etiam Orationes genuinae ſexaginta quatuor.* Erant qui Orationes CLX. ei attribuerent. Suidas in Δείναρχος. Γράψας κατὰ μέν τινας Λόγους τοὺς πάντας ρξ'. κατὰ δὲ τὸ ἀληθέστερον, μόνους ξ'. *Scripſit iuxta aliquos quidem Orationes omnes* CLX. *prout autem verius eſt, ſolas* LX. Ex his una, cui titulus

Κατὰ Πολυεύκτου.

Harpocration. Αἰγεῖον, τὸ τοῦ Αἰγέως μαντεῖον. Δείναρχος ἐν τῷ Κατὰ Πολυεύκτου. *AEgium, AEgei oraculum. Dinarchus Oratione Adverſus Polyeuctum.* Occurritque apud eumdem in Ἀρχαιρεσιάζειν, Καρύανδα, Παλίμβολον. Meminitque Priſcianus lib. XVIII. Sed adverſus Polyeuctum hunc plures erant.

Κατὰ Πολυεύκτου, βασιλεύειν λαχόντος, δοκιμασία. *Adverſus Polyeuctum, regnum ſortitum, cenſura.*

Dionyſius Halicarn. laudat in Elencho Orationum huius noſtri. Meminitque Harpocration in Ἐπακτροκέλης. Ἦν δὲ ὡς ἐπίπαν λῃστικὸν, ὡς καὶ Δείναρχος, ἐν τῇ Κατὰ Πολυεύκτου δοκιμασίᾳ. *Erat autem plane praedatorium, ſicut etiam Dinarchus in cenſura Adverſus Polyeuctum.*

Κατὰ Πολυεύκτου, ἐκφυλλοφορηθέντος ὑπὸ τῆς βουλῆς, ἔνδειξις. *Adverſus Polyeuctum, ab ſenatum eiectum, actio.*

Habes apud Dionyſium loco citato. Harpocration in Ἐκφυλλοφορῆσαι. Δείναρχος ἐν τῷ Κατὰ Πολυεύκτου ἐκφυλλοφορηθέντος. *Dinarchus in Oratione Adverſus Polyeuctum eiectum.* Iterum in Παλιναίρετος. Δείναρχος ἐν τῇ Καὶ Πολυεύκτου ἐκφυλλοφορηθέντι ἐνδείξει. *Dinarchus in actione Adverſus Polyeuctum eiectum.* Totidem verbis Suidas in eadem dictione.

Κατὰ Πολυεύκτου, περὶ τῆς Τεωφανίου. *Adverſus Polyeuctum, de Teophanio.*

Ita habet Dionyſii Index. Sed corruptam inſcriptionem, legendumque, Περὶ τῆς Γεωφανίου, nuper monui Attic. Lect. lib. III. c. XI.

Κατὰ Πολυεύκτου δωροδωκίας.

Harpocration in Δώρων γραφή. Δείναρχος οὖν λόγον μέν τινα ἐπέγραψε, Κατὰ Πολυεύκτου δωροδοκίας. *Dinarchus itaque orationem quidem aliquam inſcripſit, Adverſus Polyeuctum munerum acceptorum.*

Κατὰ Πολυεύκτου ἀπόφασις.

Harpocration in Παραγγελία. Δείναρχος ἐν τῇ Κατὰ Πολυεύκτου ἀποφάσει. *Dinarchus in negatione Adverſus Polyeuctum.* Totidem verbis Suidas in eadem dictione.

Κατὰ Πυθέου, ξενίας.

Dionyſius loco citato, & Harpocration paſſim. Itaque corrigendus Stephanus in Αἴγινα. Ὡς Δείναρχος ἐν τῷ Κατὰ Πυθέου, ξενίας. *Sicut Dinarchus in oratione Adverſus Pytheum, hoſpitalitatis.* Hodie editur, ἐν τῷ Κατὰ Ποθέου.

Κατὰ Πυθέου, περὶ τῶν κατὰ τὸ ἐμπόριον. *Adverſus Pytheum, de rebus quae ad emporium.*

Dionyſius in Elencho.

Κατὰ Τιμοκράτους.

Dionyſius ibidem, & Harpocration in Λογισταί. Λογιστήρια δ' ἐστὶ, τὰ τῶν λογιστῶν ἀρχεῖα, ὡς Δείναρχος ἐν τῷ Κατὰ Τιμοκράτους. Λογιστήρια *vero ſunt, archiva eorum, qui rationibus praeſunt, ſicut Dinarchus in oratione Adverſus Timocratem.*

Κατὰ Λυκούργου εὐθῦναι. *Adverſus Lycurgum rationes.*

Dionyſius ibidem; Harpocration in Διαγράψαντος, & Τρίτον ἡμίδεκαχμον. Etymologici Auctor in Γεροποιοί. Suidas in Καταλεύσιμον.

Συνηγορία Αἰσχίνου, κατὰ Δεινίου.

Corrupta inſcriptio apud Dionyſium, & Harpocrationem. Vide Atticarum Lectionum noſtrarum lib. V. cap. XXIV. Meminitque praeterea Harpocration in Ἐκμαρτυρία. Δείναρχος ἐν τῷ Ὑπὲρ Αἰσχίνου, κατὰ Δεινίου. Di-

Dinarchus in oratione pro AEſchine, Adverſus Diniam. Item in Πινάκια. Ὡς κ᾽ παρὰ Δϕνάρχῳ, ἐν Συνηγορίᾳ Αἰσχίνου, δέκνυται. *Sicut etiam apud Dinarchum, in Defenſione AEſchinis, oſtenditur.* Vide eumdem in Παραφρυκλωρεῖν. Corrigendus Suidas in Κλιμακίζειν. Μέμνηται Δέναρχ@, ἐν τῇ Ὑπὲρ Αἰσχίνου συνηγορίᾳ. *Meminit Dinarchus, in Defenſione pro AEſchine.* Hodie ἰσηγορίᾳ editur, pro συνηγορίᾳ.

A

Κατὰ Φορμισίου, ἀσεβείας.
Adverſus Phormiſium, impietatis.

Haec quoque inſcriptio in Elencho Dionyſii corrupta. Vide Attic. Lect. lib. IV. capit. XVI. Habes integram apud Harpocrationem in Προσρόπαιον, & Ὑποφόνια. Laudat Suidas in ἠλινδημένον.

Κατὰ Καλλαίσχρου, περὶ τῶν τιμῶν.
Adverſus Callaeſchrum, de honoribus.

Dionyſius loco citato; Harpocration in Κηφισόδωρ@. Οὗ μνημονεύϕ Δέναρχ@ ἐν τῷ Κατὰ Καλλαίσχρου. *Cuius meminit Dinarchus in oratione Adverſus Callaeſchrum.* Vide iterum apud eumdem in Κύκλοι.

C

Τυῤῥωικός?

Harpocration, & Suidas in Περίϕατιν. Δέναρχος; Τυῤῥωικῷ. *Dinarchus in Tyrrhenico.* Corrupte apud Dionyſium inſcribitur

Πιρωικός.

An eadem corrupte,

Τυραννικός.

Apud eumdem Harpocrationem in Κέρκουρος, Λιπάρα, Οἴκημα, & Στρογγύλαι νῆσοι.

Κατὰ Διονυσίου, τῷ ἐπὶ τῆς διοικήσεως.
Adverſus Dionyſium adminiſtrationi praepoſitum.

Dionyſius in Orationum Dinarchi Indice.

Καθ᾽ Ἡμερίου.

Dionyſius loco citato. Apud Harpocrationem eſt, κατὰ Ἡμεραίου. Ἄμμωνις, ἡ τῷ Ἄμμων@ ἱερὰ τριήρης. Δέναρχ@ ἐν τῷ Κατὰ Ἡμεραίου. *Ammonis, Ammonis ſacra triremis. Dinarchus in oratione Adverſus Himeraeum.*

E

Κατὰ Λεοχάρους.

Suidas in Δεῦρο, Δέναρχ@, ἐν τῷ Κατὰ Λεωχάρους. Περὶ τοῦ ταλαιπώρου Διδύμου νῦν πρὸς ὑμᾶς ἐρῶ. Καί μοι δεῦρο αὐτοῦ τὸ παιδίον κάλεσον. *Dinarchus in oratione Adverſus Leocharem. De miſero Didymo nunc ad vos loquar: & mihi huc ipſius puerulum voca.*

Κατὰ Πιϲίου.

Vide quae de iſto titulo notata mihi Attic. Lect. lib. III. cap. V.

Κατὰ Πισικλέους.

Ita eſt in Dionyſii Indice. Sed ſcribendum

Κατὰ Ἀγασικλέους.

B

Harpocration in Ἀγασικλῆς. Γέγραπται κ᾽ Δϕνάρχῳ λόγ@ κατ᾽ αὐτοῦ, ἐν ᾧ δεδήλωται, ὅτι Ἁλιμουσίοις συνεδίκασε, κ᾽ διὰ τοῦτο, ξέν@ ὢν, τῇ πολιτείᾳ ἐνεγράφη. *Scripta eſt etiam ab Dinarcho adverſus illum, in qua manifeſtatur, eum cum Halimuſiis diſceptaviſſe; & propterea, quum peregrinus eſſet, reipublicae adſcriptum eſſe.* Vide eumdem in Ἀπόταφος, Εὐανδρία, Περιμετρητής, Σκαφηφόροι. Apud Suidam in Σκαφηφόροι, ſcribitur, Κατὰ Ἀγασικλέους.

Κατὰ Θεοκρίνου.

Dionyſius in Indice, & Harpocration in Ἀγραφίου. Sed dubitatum a nonnullis, an Dinarchi haec Oratio, & Demoſthenis a Callimacho attributa eſt. Dionyſius in Indice. Κατὰ Θεοκρίνου, ἔνδϕξις. τοῦτον (τὸν λόγον) Καλλίμαχ@ ἐν τοῖς Δημοσθένους φέρϕ. *Adverſus Theocrinum, actio. Hanc (orationem) Callimachus inter Demoſthenicas fert.* Harpocration in Θεοκρίνης, Ὡς ἔϛι δῆλον ἐκ τοῦ Κατὰ Θεοκρίνου· εἴ τε Δημοσθένους ἐϛὶν, εἴ τε Δϕνάρχου, ἐτ@ ὁ λόγ@. *Vt manifeſtum eſt ex oratione Adverſus Theocrinum; ſive Demoſthenis eſt, ſive Dinarchi, haec oratio.* Invenitur hodie inter Demoſthenicas; & notat Anonymus in Argumento. Τὸν ϑ᾽ λόγον οἱ πολλοὶ νομίζουσιν Δϕνάρχου, καί τοι γε ἐκ ἀπεοικότα τῶν τοῦ Δημοσθένους. *Hanc vero orationem multi arbitrantur eſſe Dinarchi, tamen Demoſthenicis non diſſimilem.*

D

Κατὰ Στεφάνου.

Dionyſius in Indice, & Harpocration in Γήπεδον, Δημοτελῆ, Ἐρχέαϑεν, Παλλακεῖς, Ὑποκύδεις.

Κατὰ Κλϕσθένους.

Dionyſius in Indice. Sed ſcribendum

Κατὰ Καλλισθένους.

F

Harpocration in Μέδιμν@, Μετρονόμοι, Τριημόριον, Ὑποφόνια. Et duplex quidem fuit; una

Κατὰ Καλλισθένους, Εἰσαγγελία.

Harpocration. Διάμετρον, τὸ ἐλλεῖπον ἀπὸ τοῦ δικαίως μετρηθέντ@. Δέναρχ@ ἐν τῇ Κατὰ Καλλισθένους Εἰσαγγελίᾳ. *Diametrum, quod deeſt rei iuſte menſuratae. Dinarchus in accuſatione Adverſus Calliſthenem.* Vide eumdem iterum in Ἡμίεκτον, Κόμματα, Λουτροφόρ@, Σιτοφύλακες, Τεταρτημόριον. Altera

Κα-

Digitized by Google

Κατὰ Καλλισθένους, ἔνδειξις.

Harpocration in Βυλαία: Δείναρχος ἐν τῇ Κατὰ Καλλισθένους ἐνδείξει. *Dinarchus in delatione Adverſus Calliſthenem.*

Διαδικασία Φαληρέων,
Diſceptatio Phalereorum.

Dionyſius loco citato. Harpocration in Ἀλόπῃ.

Πρὸς τὴν Κηφισῶντος ἀπογραφὴν α'.
Adverſus Cephiſontis reſcriptum I.

Dionyſius ibidem.

Πρὸς τὴν Κηφισῶντος ἀπογραφὴν β'.
Adverſus Cephiſontis reſcriptum II.

Dionyſius ibidem.

Ἀπολογία διαμαρτυρίας πρὸς τὴν Χάρητος εἰσαγγελίαν, κατὰ Φειδιάδου γραμματέως.
Defenſio teſtationis contra Charetis accuſationem adverſus Phidiadem Scribam.

Dionyſius loco citato.

Κατὰ Φιλοκλέους, ὑπὲρ τῶν Ἁρπαλίων.
Adverſus Philoclem, pro Harpaliis.

Exſtat

Κατὰ Γνωδίου, περὶ τῶν Ἁρπαλίων,
Adverſus Gnodium De Harpaliis.

Dionyſius loco citato.

Κατ' Ἀριστονίκου, περὶ τῶν Ἁρπαλίων,
Adverſus Ariſtonicum de Harpaliis.

Dionyſius ibidem.

Κατὰ Δημοσθένους.

Exſtat

Κατὰ Ἀριστογείτονος.

Exſtat

Κατὰ Προξένου.

Harpocration: Βασανίσας, ἀντὶ τοῦ, δοκιμάσας. Δείναρχος ἐν τῷ Κατὰ Προξένου. Βασανίσας, *pro* δοκιμάσας, *explorans*. *Dinarchus in Oratione Adverſus Proxenum*. Item: Ὀρνιθευτὴς, ὁ ὀρνιθοθήρας. Δείναρχος Κατὰ Προξένου. Ὀρνιθευτὴς, ἢ ὀρνιθοθήρας, *auceps*. *Dinarchus Adverſus Proxenum*. Iterum: Σκιράφια. Δείναρχος ἐν τῷ Κατὰ Προξένου. *Fori aleatorii*. *Dinarchus in Oratione Adverſus Proxenum*. Et alibi: Ματρυλεῖον. Δείναρχος ἐν τῷ Κατὰ Προξένου. *Lupanar*. *Dinarchus in Oratione Adverſus Proxenum*. Apud Dionyſium inſcribitur,

Κατὰ Προξένου, βλάβης.

Idque recte. Et emendandus Harpocration: Ἀργυρὶς θήκη. Δείναρχος ἐν τῷ Κατὰ Προξένου, βλάβης. *Argentea theca*. *Dinarchus in Oratione Adverſus Proxenum, noxae*. Perperam editur, Κατὰ Προξένου λαβῆς. Hanc Orationem innuit Plutarchus in eius Vita: Καταλύσας ὑπὸ παρὰ Προξένῳ ἑταίρῳ αὐτοῦ, καὶ τὸ χρυσίον ἀπολέσας, ἤδη γηραιὸς ὢν, καὶ τὰς ὁράσεις ἀσθενὴς, βουλομένου τοῦ Προξένου ἀναζητεῖν, λαγχάνει αὐτῷ δίκην, καὶ τότε πρῶτον εἶπεν ἐν δικαστηρίῳ. *Quum autem divertiſſet apud Proxenum amicum ſuum, & argentum amiſiſſet, iam ſenex, & viſu debilis, volente Proxeno inquirere, intendit illi actionem, & tunc primum in tribunali dixit*. Altera ab hac,

Κατὰ Προξένου, ὕβρεως.

Occurrit apud Dionyſium in Orationum Elencho.

Κατὰ Κηφισοκλέους, καὶ τῶν οἰκείων.
Adverſus Cephiſoclem, & domeſticos.

Dionyſius in indice, & Harpocration: Ἀπέχθεια, ἀντὶ τοῦ ἀπέχθεια. Λυσίας Πρὸς Μέδοντα, καὶ Δείναρχος Κατὰ Κηφισοκλέους. Ἀπέχεια, *pro* ἀπέχθεια, *odium*. *Lyſias Adverſus Medontem, & Dinarchus Adverſus Cephiſoclem.*

Πρὸς Φανοκλέα.

Dionyſius ibidem.

Πρὸς Νικοκράτην.

Dionyſius in Indice.

Συνηγορία Παρμένοντι ὑπὲρ ἀνδραποδίου, βλάβης.
Defenſio Parmenonti pro mancipio, noxae.

Dionyſius eodem loco.

Κατὰ Ποσιδίππου.

Apud eumdem Dionyſium ibidem.

Κατὰ Ἡδύκης.

Dionyſius in citato Indice. Sed corruptus leviter titulus, ſcribendumque,

Κατὰ Ἡδύλης.

Vide Attic. Lect. lib. III. cap. XI.

Πρὸς Ἀρχέστρατον.

Vide Attic. Lect. lib. III. cap. V.

Συνηγορία Ἡγελόχῳ, ὑπὲρ ἐπικλήρου,
Defenſio Hegelocho, pro puella, ad quam hereditas pertinet.

Dionyſius in ſuo Indice.

Ἐπικληρικὸς, ὑπὲρ τῆς Ἰοφῶντος θυγατρός.
Hereditaria, pro Iophontis filia.

Dionyſius ibidem.

Διαμαρτυρία, ὡς οὐδέ εἰσιν ἐπίδικοι Ἀριστοφῶντος θυγατέρες.
Teſtatio, filias Ariſtophontis non eſſe ſubiectas iudicio.

Dionyſius in Indice. Singulari tantum numero Harpocrationi dicitur, Διαμαρτυρία, περὶ τοῦ μὴ ἐπίδικον εἶναι τὴν Ἀριστοφῶντος θυγατέρα. *Teſtatio, Ariſtophontis filiam non eſſe ſubiectam iudicio.* Vide eum in Διαμαρτυρία, & Ἐπίδικος.

Κατὰ Πεδιέως.

Dionyſius loco citato.

Διαμαρτυρία περὶ τοῦ Ἐτιήτου κλήρου, πρὸς Χάρητα.
Teſtatio de Etietti hereditate, adverſus Charetem.

Dionyſius ibidem.

Ὑπὲρ τοῦ Μνησικλέους κλήρου.
Pro Mneſiclis hereditate.

Dionyſius in Indice ſuo.

Πρὸς Φιλωτάδην.

Dionyſius ibidem.

Κατὰ Κλεομέδοντος, αἰκίας.

Ammonius de Diff. Voc. in Μαρτυρία: Ὡς διασαφᾷ Δείναρχος ἐν τῷ Κατὰ Κλεομέδοντος, αἰκίας. *Sicut manifeſtum reddit Dinarchus in oratione Adverſus Cleomedontem, pulſationis.* Corrupte apud eumdem alibi in Ἐκμαρτυρία: Ἐκμαρτυρία μαρτυρίας ἔν τινι διαφέρει, δηλοῖ Μέναρχος ἐν τῷ Κατὰ Κλεομέδοντος. Ἐκμαρτυρία, *ab* μαρτυρία, *teſtimonio, in quo differat, ſignificat Menarchus in oratione Adverſus Cleomedontem.* Harpocration: Αὐτοδικεῖν, ἀντὶ τοῦ, ἑαυτοῖς τὰ δίκαια ὁρίζειν. Δείναρχος ἐν τῷ Κατὰ Κλεομέδοντος. Αὐτοδικεῖν, *pro ſibi ipſis iuſta determinare. Dinarchus in oratione Adverſus Cleomedontem.* Recenſetur etiam a Dionyſio in ſuo Indice, ſed gemina haec Oratio fuit, & citatur

Κατὰ Κλεομέδοντος, αἰκίας, ά.

apud Porphyrium in Fragmento libri primi Περὶ τῆς Φιλολογίας ἀκροάσεως; apud Euſebium de Praep. Evang. lib. x. Δείναρχος ἐν τῷ πρώτῳ Κατὰ Κλεομέδοντος, αἰκίας πολλὰ μετενήνοχεν αὐτοῖς ὀνόμασιν ἐκ τοῦ Δημοσθένους Κατὰ Κόνωνος αἰκίας. *Dinarchus in ſermone primo Adverſus Cleomedontem pulſationis, multa transtulit ipſis vocabulis ex Demoſthenis Oratione Adverſus Cononem pulſationis.*

Πρὸς Διοσκυρίδην, περὶ νεῶν.

Dionyſius in Indice. Sed ſcribendum numero ſingulari, περὶ νεώς. Harpocration in Παρουσία: Δημοσθένης ἐν τῷ Περὶ συντάξεως, καὶ Δείναρχος ἐν τῷ Ὑπὲρ τῆς νεώς. *Demoſthenes in Oratione de vectigali, & Dinarchus in Oratione pro navi.*

Ἐρανικὸς πρὸς τοὺς Προκλέους παῖδας.

Dionyſius in Indice. Sed compendium ſcriptionis corrupit titulum, quem reſtituo: πρὸς τοὺς Πατροκλέους π. Harpocration in Ἄλογοι ἐρανισταί: Δείναρχος ἐν τῷ Κατὰ τῶν Πατροκλέους παίδων Ἐρανικῷ [a]. *Dinarchus in Oratione de Erano Adverſus Patroclis liberos.*

Πρὸς Ἀμινοκράτην, διαδικασία περὶ καρπῶν χωρίου,
Adverſus Aminocraten, diſceptatio de fructibus agri.

Dionyſius in Indice.

Περὶ τοῦ ἵππου.

Dionyſius in Indice. Sed plena inſcriptio erat,

Πρὸς Ἀντιφάνην, περὶ τοῦ ἵππου, ἀπολογία.

Harpocration: Ὄχεον, ἀντὶ μὲν τοῦ ὄχημα. Δείναρχος ἐν ἀπολογίᾳ Πρὸς Ἀντιφάνην, περὶ τοῦ ἵππου. Ὄχεον, *pro* ὄχημα *quidem currus. Dinarchus in defenſione Adverſus Antiphanen de equo.* Et alibi: Ἀποβάτης, καὶ Ἀποβαίνειν, καὶ Ἀποβατικοὶ ἵπποι. Δείναρχος Κατὰ Φορμισίου, καὶ ἐν τῇ Πρὸς Ἀντιφάνην ἀπολογίᾳ. Ἀποβάτης, *deſcenſor*, & Ἀποβαίνειν, *deſcendere*, & Ἀποβατικοὶ ἵπποι, *deſcenſorii equi. Dinarchus Adverſus Phormiſium, & in defenſione Adverſus Antiphanen.* Duae autem hoc titulo Orationes fuere, ut e Dionyſio clarum, eſt enim apud eum

Περὶ τοῦ ἵππου ὁ ὕστερος,
De equo poſterior.

Κατὰ Δάου, ὑπὲρ ἀνδραπόδων,
Adverſus Daem, pro mancipiis.

Dionyſius in Indice.

Παραγραφὴ Πρὸς Βιώτην,
Praeſcriptio Adverſus Bioten.

Dionyſius ibidem.

Κατὰ Θεοδώρου.

Dionyſius loco citato. Et haec eſt, quae non recte

Κατὰ Θεοδότου

inſcribitur apud Harpocrationem in Λουτροφόρος. Emenda.

Ἀγά-

(a) Quid ſit Ἔρανος vide apud *Salmaſium* in *Miſcell. obſerv. ad Ius Attic. &c.*

Ἀγάθωνι συνηγορία.
Agathoni defensio.

Dionysius ibidem.

Πρὸς Ξενοφῶντα, ἀποστασίου.

Diogenes Laertius in Xenophonte lib. II. Ὡς φησι Δείναρχος ἐν τῷ Πρὸς Ξενοφῶντα, ἀποστασίου. *Sicut ait Dinarchus in Oratione Adversus Xenophontem defectionis.* In Dionysii Indice est, Ἀποστασίου ἀπολογία Αἰσχύλῳ πρὸς Ξενοφῶντα. *Defectionis defensio AEschylo Adversus Xenophontem.*

Κατὰ Φιλίππου, μεταλλικός,
Adversus Philippum, de fodinis,

Dionysius loco citato.

Καλλίππου, ὑπὲρ υἱοποιητοῦ,
Callippus, pro adoptivo.

Dionysius in Indice. An scribendum? Κατὰ Καλλίππου. Harpocration: Ὁμοερκές. Δείναρχος ἐν τῇ Πρὸς τὴν Καλλίππου παραγραφῇ. *Contubernium. Dinarchus in praescriptione Adversus illam Callippi.* Iterum alibi: Ὑπονομεύοντες, ἀντὶ τοῦ ὑπονόμους ὀρύττοντες. Δείναρχος ἐν τῷ Κατὰ Καλλίππου. Ὑπονομεύοντες, *pro cuniculos fodientes. Dinarchus in Oratione Adversus Callippum.* Emendandus quoque in illa voce Suidas, apud quem male hodie editur, κατὰ Καλλίσου.

Περὶ τοῦ Ἀρχεφῶντος κλήρου.
De hereditate Archephontis.

Dionysius in Indice. Habes ordine sexaginta Orationum Dinarchi titulos. Multae etiam aliae erant, sed non recte ei adscriptae; quas enumerat nobis idem Dionysius. Illic vide. Etiam a Suida in Πραγματεία citatur,

Κατὰ Μεναίχμου,

sed corruptum locum puto, & scribendum,

Κατὰ Μενεσαίχμου.

Deinde, memoria lapsum Suidam; nam Lycurgi haec, non Dinarchi Oratio erat.

DIOCLES.

Comicus, cuius Fabulae a Suida commemorantur, Θάλατται, Μέλιται, Ὄνειροι, Βάκχα, Θυέστης ά. Θυέστης β'. *Mare, Apes, Somnia, Baccha, Thyestes* I. *Thyestes* II. Ex his

Θάλατται.

Athenaeo etiam laudatur lib. XIII. Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ ὧν αἰδ. . . . Δράματα ἀπὸ ἑταιρῶν ἔσχε τὰς ἐπιγραφὰς, Θάλατται Διοκλέους, Φερεκράτους Κοριαννώ, Εὐνίκη ἢ Φιλυλλίη Ἄντεια. *Et aliae vero multae quarum. . . . Fabulae ab meretricibus titulos habebant, Thalatta Dioclis, Pherecratis Corianno, Eunici, seu Philyllii Antia.* Quem locum sic restituendum censeo, πολλὰ ὧν οἶδα Δράματα, *multae quas novi Fabulae.*

Μέλισσαι.

Citantur ab eodem lib. X. Καὶ Διοκλῆς ἐν Μελίσσαις·

——— πῶς δὲ καὶ κεκραμένον
Πίνειν τὸν οἶνόν με; τὰ τέτταρα, κ᾽ δύο.

Et Diocles in Apibus;

——— *quomodo vero etiam mistum*
Bibere vinum me? quatuor, & duo.

Item a Polluce lib. X. cap. XXIV. Τὸν δὲ καλύμμυον χυτρόποδα, ἔστι μὲν καί λάσανα λελεγμένον εὑρεῖν, ὡς Διοκλῆς ἐν Μελίσσαις. *Ita autem appellatum chytropoda, etiam quidem lasana dictum esse invenitur, sicut Diocles in Apibus.* Laudat quoque Hesychius in Τίγλα.

Βάκχα.

Nominatur a Suida: Κακὰ κακῶν. Διοκλῆς, Βάκχῃ·

Πλυνεῖτε κακὰ κακῶν ὑμεῖς. ———
Mala malorum. Diocles Baccha;
Lavabitis mala malorum vos. ———

DIOGENES.

Tragicus. Eiusque a Suida Fabulae recensentur, Ἀχιλλεύς, Ἑλένη, Ἡρακλῆς, Θυέστης. Μήδεια, Οἰδίπους, Χρύσιππος, Σεμέλη [a]. Verba eius ecce ista: Διογένης, Ἀθηναῖος, τραγικὸς, γέγονεν ἐπὶ τῆς τῶν τριάκοντα καταλύσεως. Δράματα αὐτοῦ, Ἀχιλλεύς, Ἑλένη, Ἡρακλῆς, Θυέστης, Μήδεια, Οἰδίπους, Χρύσιππος, Σεμέλη. *Diogenes Athenienſis tragicus. Floruit tempore dissolutionis triginta tyrannorum. Fabulae eius Achilles, Helena, Hercules, Thyestes, Medea, Oedipus, Chrysippus, Semele.* Ex his

Σεμέλη

laudatur Athenaeo lib. XIV. Διογένης δ᾽ ὁ τραγικὸς διαφέρειν πηκτίδα μαγάδιδος, λέγων οὕτως ἐν τῇ Σεμέλῃ. *Diogenes autem tragicus differre pectidem ab magadide, ita dicens in Semele.* Diogenes Laertius has cognomini suo Cynico tribuit in eius Vita, lib. VI.

DIONYSIVS.

Scripsit

Κτίσεις.

Etymologici Auctor in Προκόννησος: Διονύσιος δὲ ὁ

(a) Ἡράκλης quoque drama respexisse videtur Tertullianus in Apologetico, & Cynico Diogeni tribuisse, ubi scribit: *Sed & Diogenes nescio quid in Herculem ludit: & Romanus Cynicus Varro trecentos Iones, sine Iupiteres, sive Capitibus introduxit.* Nescio autem an magis Suidae auctoritati standum sit, quam Satyri, & Favorini a Laertio adlegatorum, quorum primus Philisci AEginensis Diogenis discipuli eas Tragoedias fuisse ait; secundus, & ad Pasiphontem Luciani filium referebat. Et cuiusdam Diogenis Tragici meminerunt etiam *Plutarchus De Auditione, Clemens Alexandrinus, & Stobaeus.*

Digitized by Google

δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἐν ταῖς Κτίσεσιν οὕτω λέγει τὰς ἐλάφους πρόκας. *Dionysius autem Atheniensis in Originibus sic cervas dicit procas.* Perperam editur, ἐν ταῖς Κτήσεσι. Idque recte visum etiam viro doctissimo Friderico Sylburgio. Suidas in Πραξιδίκη: Διονύσιος δὲ ἐν Κτίσεσιν, Ὠγύγου θυγατέρας. *Dionysius autem in Originibus, Ogygi filias.* Et in Τελμισσεῖς: Τελμισσὸς δὲ πόλις ἐν Λυκίᾳ, ἀπὸ Τελμισσοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ μιᾶς τῶν Ἀντήνορος θυγατέρων, ἣ ἐμίγη εἰς σκύλακα μεταβαλών, διὸ καὶ τερατοσκόπον αὐτὸν ἐποίει, ὡς Διονύσιος ἐν Κτίσεσι. *Telmissus autem urbs in Lycia, ab Telmisso Apollinis filio, & unius ex Antenoris filiabus, cum qua congressus est in catulum conversus, unde illum quoque portentorum interpretem faciebat, sicut Dionysius in Originibus.* Emendandus item Scholiastes Apollonii libro II. Διονύσιος δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἐν ταῖς Κτίσεσι τὰς ἐλάφους οὕτω λέγεσθαι τὰς πρόκας, ὅθεν καὶ Προκόννησος, ἐπὶ καὶ ἐν ταύτῃ πληθύουσιν ἔλαφοι. *Dionysius autem Atheniensis in Originibus cervas ita procas adpellari, unde etiam Proconnesus, quoniam etiam in illa multae sunt cervae.* Hodie non recte vulgatur, ἐν ταῖς κυήσεσι, *in praegnationibus.* Laudat hoc Opus etiam Strabo lib. XII. Πρῶτον μαρτυρήσῃ Σκύλαξ ὁ Καρυανδηνὸς, φήσας περιοικεῖν τὴν Ἀσκανίαν λίμνην Φρύγας, καὶ Μυσούς. ἔπειτα Διονύσιος, ὁ τὰς Κτίσεις συγγράψας. *Primum testimonium praebebit Scylax Caryandenus, Phrygas dicens circumhabitare Ascaniam paludem, & Mysos. Deinde Dionysius, qui Origines conscripsit* [a].

DIOTIMVS.

Laudatur incerto Opere ab Athenaeo libro X. Ἔπινε δὲ πλεῖστον καὶ Ἀλκέτας ὁ Μακεδών, ὡς φησιν Ἄριστος ὁ Σαλαμίνιος, καὶ Διότιμος ὁ Ἀθηναῖος. *Verum bibebat quoque plurimum Alcetas Macedo, sicut ait Aristus Salaminius, & Diotimus Atheniensis.* Ac fortassis eius fuerint

Παντοδαπὰ Ἀναγνώσματα.

Cuius Operis librum LXV. citat Stephanus: Πασσαργάδαι, πόλις, θηλυκῶς. Διότιμος ἐν ἑξηκοστῷ πέμπτῳ Παντοδαπῶν Ἀναγνωσμάτων. *Passargadae, urbs, feminino genere. Diotimus in sexagesimo quinto Variarum Lectionum.*

DIOXIPPVS.

Comicus. Eius Fabulae, Ἀντιπορνοβοσκὸς, Φιλάργυρος, Ἱστοριογράφος, Διαδικαζόμενοι. Suidas: Διώξιππος, Ἀθηναῖος, κωμικός. Δράματα αὐτοῦ, Ἀντιπορνοβοσκὸς, Φιλάργυρος, Ἱστοριογράφος, Διαδικαζόμενοι. *Dioxippus Atheniensis Comicus. Fabulae eius, Vicarius-Lenonis, Argenti-amans, Historicus, Disceptantes.* Ex his Ἀντιπορνοβοσκὸς, & Ἱστοριογράφος, citantur Athenaeo lib. III. Φιλάργυρος, ab eodem ter, lib. XI.

[a] Suspicarer *Meursium* nostrum recte censuisse Opera ea, quae sub nomine Dionysii Areopagitae circumferuntur, esse ὑποβολιμαῖα, prout certe esse viri longe doctissimi evicerunt, & in primis *Dallaeus De Dionysii Areopagitae scriptis*, *Caveus in Historia Litteraria Scriptorum Ecclesiasticorum*, *Oudinus*, aliique passim; adeoque in hoc Scriptorum Atheniensium album illum merito non retulisse, nisi moris eius esset Christianos Scriptores non recensere.

DIYLLVS.

Inter Historicos nominatur a Plutarcho libro De Gloria Athen. Οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ἱστορικοὶ, Κλεινόδημοι, Δίυλλοι, Φιλόχοροι, Φύλαρχοι, ἀλλοτρίων γεγόνασιν ἐρώτων ὥσπερ δραμάτων ὑποκριταί. *Alii vero omnes historici, Clinodemi, Diylli, Philochori, Phylarchi, alienorum amorum tamquam fabularum Histriones fuerunt.* Et laudantur

Ἱστορίαι

eius ab Athenaeo lib. IV. Δίυλλος δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῇ ἐνάτῃ τῶν Ἱστοριῶν φησιν. *Diyllus autem Atheniensis in libro nono Historiarum ait.* Ac scripsit libros XXVII. Diodorus Siculus lib. XVI. Δίυλλος δ' ὁ Ἀθηναῖος ἤρκται τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς ἱερασυλήσεως, καὶ γέγραφε βίβλους εἴκοσι καὶ ἑπτὰ, συμπεριλαβὼν πάσας τὰς ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις γενομένας πράξεις περί τε τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν Σικελίαν. *Diyllus autem Atheniensis incepit historiam ab spoliatione templi, & scripsit libros septem & viginti, omnes in illis temporibus & in Graecia, & in Sicilia res gestas comprehendens.* Anonymus in Olymp. Descript. ad Olymp. CV. annum IV. ita notat: Δίυλλος δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἤρκται τῆς ἱστορίας ἀπὸ τ' ἱερασυλήσεως, ἣ γέγραφε βίβλους κζ'. *Diyllus autem Atheniensis incepit historiam ab spoliatione templi, & scripsit libros* XXVII. Eiusdem

Δευτέρα Σύνταξις

laudatur a Diodoro libro citato: Δίυλλος δ' ὁ Ἀθηναῖος τῆς δευτέρας Συντάξεως ἀρχὴν πεποίηται τῆς Ἐφόρου ἱστορίας τὴν τελευτὴν, καὶ τὰς ἑξῆς πράξεις συνείρει τάς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν Βαρβάρων, μέχρι τῆς Φιλίππου. *Diyllus autem Atheniensis secundi scripti initium fecit Ephori historiae finem, & res deinceps gestas & Graecorum, & Barbarorum usque ad Philippi imperium connectit.* Quae totidem verbis inde descripta habes apud eumdem Anonymum in Olymp. CIX. anno IV. Et corruptum est Diylli nomen apud eumdem Diodorum in Eclogis, cuius verba supra produxi in DIALLVS (b).

DRACON.

Eius

Ὑποθῆκαι

memorantur Suidae ad versuum CIↃ CIↃ CIↃ. Δράκων, Ἀθηναῖος, νομοθέτης. ἔγραψεν Ὑποθήκας εἰς ἐπτακισχίλια. *Dracon Atheniensis Legislator. Scripsit Monita ad versuum quatuor millia.*

[b] Corruptum quoque erat Diylli nomen apud Etymologum in Κομάρα, ubi Θύιλλος scriptum: & Harpocrationem in Ἀρτεῖων, ubi prius erat Ὕιλλος. Hoc restituere *Sylburgius*, & *Manssacus*.

DRO-

Digitized by Google

DROMOCLIDES.

Rhetor. Meminit eius Plutarchus in Demetrio ſemel, iterumque, & in Praecept. Politicis. An hic ipſe? cuius

Θεογονία

citatur Hygino Mythologici lib. II. *Dromoclides in Theogonia ſcripſit, Ixionem in Graecia primum regni gloriam adfectaſſe.*

DROPIDES.

Poeta fuit, frater Solonis. Suidas in Πλάτων: Παῖς γενομένη Δρωπίδᾳ ποιητῇ, τοῦ ἀδελφῆ Σόλωνος. *Filia fuit Dropidae poetae, Solonis fratris.* Mentio eius apud Diogenem Laertium in Platone lib. III. & Philoſtratum Sophiſt. lib. I. (a)

EPHIPPVS.

Comicus fuit, eiuſque

Ἄρτεμις,

citatur ab Athenaeo lib. III. Τῶν δὲ κολλικίων ἄρτων, οἱ αὐτοὶ δ' εἰσὶ τοῖς κολλάβοις, Ἔφιππος ἐν Ἀρτέμιδι μνημονεύει. *Panum vero colliciorum, qui ſunt iidem ac collabi, Ephippus in Diana meminit.*

Βόσιρις.

Macrobius lib. V. capit. XXI. *Et multibibum heroa iſtum fuiſſe, ut taceam quae vulgo nota ſunt, illud non obſcurum argumentum eſt, quod Ephippus in Buſiride inducit Herculem ſic loquentem.* Athenaeus lib X. Κωμῳδοῦνται δὲ ὡς μέθυσοι Ἀργεῖοι μὲν καὶ Τιρύνθιοι ὑπὸ Ἐφίππου ἐν Βουσίριδι. *Illuduntur autem tamquam ebrii Argivi quidem, & Tirynthii ab Ephippo in Buſiride.*

Γηρύων.

Laudat Athenaeus libb. VIII. IX.

Ἐμπολή,
Negotiatio.

Idem libb. VIII. XIV.

Ἔφηβος.

Idem libb. X. XI. XV.

Κώδων.

Idem libb. VII. XV.

Κίρκη.

Idem lib. X.

Ναυαγὸς:
Naufragus.

Idem lib. XI.

Ὅμοιοι, ἢ Ὀβελιαφόροι,
Similes, ſeu panes obelian ferentes.

Idem lib. XI.

Πελταστής,
Peltaſta.

Idem libb. VII. VIII. IX.

Σαπφώ.

Idem lib. XIII.

Φιλύρα.
Tilia.

Idem libb. VII. XIII.

EPICVRVS.

Eius ſcripta plurima fuerunt, & recenſentur partim a Diogene Laertio in eius Vita lib. X. Inter ea ſunt,

Ἐπιστολαί.

Ex his una,

Περὶ ἐπιτηδευμάτων,

citatur ab Athenaeo lib. VIII. Καί τοι εἰδὼς κἠ Ἐπίκουρον τὸν φιλαληθήσατον ταῦτ' εἰπόντα περὶ αὐτῆ ἐν τῇ Περὶ ἐπιτηδευμάτων ἐπιστολῇ. *Atqui ſciens Epicurum quoque veritatis amantiſſimum haec de illo dixiſſe in Epiſtola De Studiis.* Et,

Πρὸς Ἕρμαχον.

Ab eodem lib. XIII. Ὡς' ἐκεῖνον (τὸν Ἐπίκουρον) πολλὴν φροντίδα ποιούμενον αὐτῆς, τοῦτ' ἐμφανίζειν διὰ τῶν Πρὸς Ἕρμαχον ἐπιστολῶν. *Vt ille (Epicurus) multam illius curam faciens, illud oſtendat in Epiſtolis ad Hermachum.* Vide Ciceronem De Fin. lib. II. (b)

Πρὸς

(a) Et *Platonem* in *Timaeo*, & *Plutarchum* in *Solone*, & *Proclum* in *Timaeum*. Conſulatur *Meurſius* in *Solone Cap. II.*

(b) *Plutarchus Adverſus Coloten* Epiſtolam Epicuri ad Anaxarchum laudat. *Laertius* ipſe Epiſtolam ad Ariſtobulum, itemque Epiſtolam πρὸς τοὺς ἐν Μιτυλήνῃ φιλοσόφους; verum plures hac Inſcriptione agnoſcit *Laertius*, iis verbis, ἐν ταῖς πρὸς τοὺς ἐν μιτυλήνῃ φιλοσόφους; adeo ut aliqua ex illis potuerit eſſe ſuppoſititia. Ceterum illam περὶ ἐπιτηδευμάτων, & *Laertius* innuit, & praeter *Athenaeum*, etiam *Euſebius* citat. Omnium autem praeclariſſimae fuiſſe videntur Epiſtolae ad Idomeneum ſcriptae, quantum quidem ex *Seneca* intelligere poſſumus, qui praeclarum etiam quid citat in Epiſtolis, quas ad Polyaenum ſcriptas dicit. In iis, quae ad Idomeneum, illa praeter ceteras fuit, ex qua *Michael Apoſtolius* refert fragmentum continens originem illius Adagii, ταῦτά σοι καὶ πυθία, καὶ δήλια. *Haec eadem tibi & Pythia, & Delia*; quod uſurpatur adverſus eos, qui morituri brevi putantur; utcumque Adagium citari ex Menandro *Eraſmus* ſcribat. Haec quidem ex *Gaſſendo*.

Digitized by Google

Πρὸς Ἡ῾ρόδοτον ἐπιτομή.

Exſtat apud Diogenem libro citato; meminitque Achilles Statius in Aratum. Οὔτε Δημοκρίτῳ δοκεῖ, ὅτε Ἐ῾πικούρῳ ἐν τῇ Πρὸς Ἡ῾ρόδοτον ἐπιτομῇ. *Nec Democrito videtur, nec Epicuro in epitome ad Herodotum.*

Περὶ κριτηρίου, ἢ Κανών.

Citatur extra ordinem a Diogene libro x. Τὸ μὲν οὖν κανονικὸν ἐφόδους ἐπὶ τὴν πραγματείαν ἔχει, καί ἐστιν ἐν ἑνὶ τῷ ἐπιγραφομένῳ Κανών. *Itaque regulare quidem acceſſus habet ad ſtudium, & habetur in uno libro Canon inſcripto.* Et mox. Ἐν τοίνυν τῷ Κανόνι λέγει ὁ Ἐ῾πίκουρος, κριτήρια τῆς ἀληθείας εἶναι τὰς αἰσθήσεις, καὶ προλήψεις, καὶ τὰ πάθη. *In Canone igitur dicit Epicurus, ſenſus praebere anſas iudicandi de veritate, & anticipationes, & adfectus.* Damoxenus Comicus Συντρόφοις, apud Athenaeum lib. III.

Καὶ τὸν Ἐ῾πικούρου Κανόνα μισθώσω σαφές.
Et Epicuri Canonem locabo perſpicue.

Cicero de Nat. Deorum lib. I. *Cuius rationis vim, atque utilitatem, ex illo coeleſti Epicuri, DE REGVLA, ET IVDICIO, volumine accepimus.*

Περὶ Ὁ῾σιότητος.

Laudatur a Cicerone de Nat. Deorum lib. II. *At etiam Epicuri liber eſt DE SANCTITATE* (a).

Κυρίαι Δόξαι.

Cicero de Fin. lib. II. *Quis enim veſtrum non edidicit Epicuri* Κυρίας Δόξας; *quia graviſſimae ſint ad beate vivendum breviter enuntiatae ſententiae.* Et de Nat. Deorum lib. I. *In illis ſelectis eius (Epicuri) brevibuſque ſententiis, quas adpellat is* Κυρίας Δόξας, *haec, ut opinor, prior ſententia eſt* (b).

Συμπόσιον.

Meminit Plutarchus Symp. III. Probl. V. Διέλεκται δὲ καὶ Ἐ῾πίκουρος ἐν τῇ Συμποσίῳ πολλοὺς λόγους. *Verum etiam diſſeruit Epicurus multas Orationes in Convivio* (c).

Περὶ Ῥ῾ητορικῆς.

Scholiaſtes Hermogenis. Ὁ῾ δέ γε Ἐ῾πίκουρος ἐν τῷ Περὶ Ῥ῾ητορικῆς αὐθαδέστερον, οἶμαι, λέγων φησὶν, αὐτὸς μόνος εὑρηκέναι τέχνην πολιτικῶν λόγων. *Epicurus autem in libro De Rhetorica ſuperbius, arbitror, dicens inquit, ipſum ſolum inveniſſe artem politicarum orationum.*

Περὶ Τέλους.

Athenaeus lib. VII. Ἐ῾πίκουρος ἐν τῷ Περὶ τέλους φησὶν οὕτω πως. *Epicurus in libro De fine ſic fere ait.* Iterum lib. XII. Αʹ ἐν τῷ Περὶ τέλους (Ἐ῾πίκουρος) εἴρηκε τούτων μνησθήσομαι. *Illorum, quae in libro De fine (Epicurus) dixit, recordabor* (d).

EPILYCVS.

Poeta epicus, Cratetis Comici, de quo ſupra dixi, frater. Suidas. Κράτης, Ἀ῾θηναῖος, κωμικός. ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἐ῾πίλυκος, ποιητὴς ἐπῶν. *Crates, Athenienſis, comicus; cuius frater Epilycus erat, epicus poeta.* Alibi tamen Comicum dicit. Ἐ῾πίλυκος, κωμικὸς ποιητής. τῶν Δραμάτων αὐτοῦ ἐστι Κοραλίσκος. *Epilycus, comicus poeta. Inter Fabulas eius eſt Coraliſcus.* Laudatur eius iſta Fabula ab Athenaeo ſemel, iterumque lib. IV. Et Φωραλίσκος ſcribitur apud eumdem lib. XIV.

EVBVLVS.

Comicus fuit; eiuſque Fabulae

Ἀ῾γκύλων.

Athenaeus lib. IX. Ταύτης μνημονεύει Εὔβουλος ἐν Ἀ῾γκύλωνι. *Illius meminit Eubulus in Incurvo.* Et rurſum libb. XIV. XV.

Ἀ῾γχίσης.

Pollux lib. VI. cap. I. Ὅ῾τι δὲ καὶ πτίλοις τὰ κνέφαλα ἐφήπλων, Εὔβουλος ἐν Ἀ῾γχίσῃ διδάσκει. *Quod vero etiam plumis pulvinos explicabant, Eu-*

(a) Liber hic inſcriptus erat Περὶ Ὁ῾σιότητος ἢ Ἡ῾γησιάνακτι, cuius meminit etiam *Plutarchus* in Commentario, *Quod non poteſt vivi ſuaviter ſecundum Epicurum*: ταῦτα γὰρ ἐν ἄλλοις τε πολλοῖς ἐπίκουρος εἴρηκε, κ Περὶ τ Ἡ῾γησιάνακτος τελευτῆς, πρὸς Δοσίθεον γράφων τ πατέρα, κ πύρσωνα τ ἀδελφὸν ὄ τεθνηκότος.

(b) Has ῥητὰς λέξεις vocat *Empiricus* contra Mathematicos. τάχα ϑ, inquit, οἱ ἀπὸ τ κήπων ὡς αἱ ῥηταὶ ὄ Ἐ῾πικούρου λέξεις μαρτυροῦσι, ϑεὸν ἀπλεῖπουσι. Huius libri meminit etiam Anonymus apud Suidam.

(c) Citatur etiam ab eodem *Plutarcho* Libro *Quod non poſſit vivi ſuaviter ſecundum Epicurum*. Meminit & *Athenaeus Lib. V.*

(d) Citatur quoque a *Plutarcho* in Commentario *contra Coloten*. *De finibus bonorum* & *malorum Cicero* adpellat, quod recte *Gaſſendus* obſervabat. Ceterum praeter libros, quos *Laertius* recenſet, & heic memorat *Meurſius*, alios Epicurus ſcripſit, de quibus ita doctiſſimus *Gaſſendus* commentatur: *Praeter hos porro omnes libros, citari alios videas tam a Laertio, quam ab aliis; quippe ipſe Laertius citarat iam antea librum* Περὶ ῥητορικῆς, De Rhetorica, ſeu Arte oratoria, *cuius etiam apud Scholiaſten Hermogenis habetur mentio. Quod citatur* De perſpicuitate in oratione exigenda, *id ſpectat ad Canonicen in Dialectices locum ſubſtituendam. Citare etiam viſus eſt* Προηγούμενα, *ſeu* Antecedentia, *ſeu* Praecipua *dicas, ut accipiunt Stoici. Profecto libros iam citatos intelligerem, ſi aliqui citati forent, in quibus id, quod memoratur, fuiſſet ab Epicuro ſcriptum. Vtcumque ſit, citantur quoque poſtmodum* Στοιχειώσεις δώδεκα. Inſtitutiones, *ſeu* Elementalia XII. *Quin etiam citari videntur* Περὶ τ κόσμων ιβʹ. De Mundis XII. *ſiquidem varios Mundos deſcribens, egiſſe id dicitur* ἐν τῇ ιβʹ περὶ τούτου, *ſeu ut Manuſcripti habent*, περὶ αὐτοῦ, in XII. de hoc ipſo, ſeu de hac materia: *idque praeſertim, quum non adpareat intelligi unum ex triginta ſeptem, qui* περὶ φύσεως, De Natura, *conſtantiſſime citantur. Adderem* Προβλήματα φυσικά, Quaeſtiones naturales. *itemque* Ἠ῾θικὰ δόγματα, Placita emoralia; *niſi poſſent iis vocibus ea omnia intelligi, quae Epicurus circa naturam, & mores enuclearit, aut edifſeruit. Ad haec vero a Cicerone citatur liber* De Summo Bono, *niſi quis forte eumdem putet cum eo, quem* De fine *inſcriptum iam retulimus. Citatur etiam ab eodem liber* De Voluptate; *Fortaſſis Laertius hunc ſignificavit, quum retulit, quosdam obiecisſe Ariſtippi librum* De voluptate *ab Epicuro uſurpatum, tamquam proprium. Praeterea citat Cicero librum* De Pietate adverſus Deos, *& diſtinctum quidem, ut videtur ab eo, qui* De Sanctitate, *ex Laertio citatus eſt. Sic enim habet Cicero*: At etiam de ſanctitate, de pietate adverſus Deos libros ſcripſit. *Rurſus Plutarchus indicat libros conſcriptos* Adverſus Theophraſtum, Πρὸς Θεόφραστον, *cum* ἐν δευτέρῳ *in ſecundo illorum contineri dicit* Diſputationem de coloribus, *verum de libris hactenus.*

Digitized by Google

Eubulus in Anchiſe docet. Et lib. IX. c. VI. Τὸ νόμισμα τοῦτο Εὔβουλος ἐν Ἀγχίσῃ καλεῖ Παλλάδος πῶλον. *Illud numiſma Eubulus in Anchiſe Palladis equuleum adpellat.*

Ἀμαλθεία.

Athenaeus lib. II. Τούτων Ἡρακλῆς ἐσθίειν παραιτεῖται ἐν Ἀμαλθείᾳ Εὐβούλου. *Hos Hercules edere recuſat in Amalthea Eubuli.*

Ἀμφίβολος.

Pollux lib. IX. cap. VI. Σαφέστερον δ' Εὔβουλος ἐν Ἀμφιβόλῳ·

Πρῶτον μὲν αὐτοὺς παραβάλλων, τοῦ χαλκίου
Τὸν ἰὸν ἐκ τῆς χειρὸς ἐξεσπόγγισεν.

Manifeſtius autem Eubulus in Ambiguo;

Primum quidem illos traiiciens, aeris
Venenum ex manu deterſit.

Ἀνασωζόμενοι,
Iterum-ſervati.

Laudantur ab Athenaeo lib. VIII.

Ἀντιόπη.

Athenaeus lib. X.

Ἄσθενοι.
Debiles.

Idem lib. II.

Αὔγη.

Idem libb. XIV. XV.

Βελλεροφάντης:

Idem lib. XV.

Γανυμήδης.

Idem libb. III. VI.

Γλαῦκος.

Harpocration in Χρυσοχοεῖον. Εὔβουλος γοῦν ἐν Γλαύκῳ φησίν. *Eubulus igitur in Glauco ait.* Pollux lib. VI. cap. X. Ἔνια δὲ τῶν ἡδυσμάτων ἐπῃνεῖτο ἐκ χορίου, ὡς Εὔβουλος ἐν Γλαύκῳ φησί. *Aliqua vero condimenta laudabantur a loco, ſicut Eubulus in Glauco ait.*

Δαίδαλος.

Athenaeus lib. VI. Εὔβουλος δ' ἐν Δαιδάλῳ·

——— ἐθέλῃ δ' ἄνευ
Μισθοῦ παρ' αὐτοῖς καταμένειν ἐπισίτιος.

Eubulus autem in Daedalo;

——— *volebat autem ſine*
Mercede apud ipſos permanere victus cauſſa.

Δάμαλις ἡ.

Citatur a Suida.

Δευκαλίων.

Occurrit ſemel, iterumque, apud Athenaeum lib. III.

Διογένους πρᾶσις.

Diogenes Laertius in Cynico lib. VI. Εὔβουλος δέ φησιν ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Διογένους πρᾶσις, οὕτως ἄγειν τοὺς παῖδας τοῦ Ξενιάδου, μετὰ τὰ λοιπὰ μαθήματα, ἱππεύειν, τοξεύειν, σφενδονᾶν, ἀκοντίζειν. *Eubulus autem ait in Fabula inſcripta Diogenis venditio, ita duxiſſe pueros Xeniadis, poſt reliquas doctrinas, ad equitandum, arcu petendum, funda emittendum, iaculandum.*

Διόνυσος.

Zenobius Cent. IV. Proverb. LXVI. Κωφότερος κίχλης. ταύτης Εὔβουλος ἐν Διονύσῳ μέμνηται. φασὶ γὰρ κωφεύειν τὸ ζῶον. *Surdior turdo. Huius meminit Eubulus in Baccho. Dicunt enim illud animal ſurdum eſſe.* Apud Suidam haec Fabula

Διονύσιος

indigetatur, in eiusdem proverbii explicatione. Non recte. Corrige. Duplex autem inſcriptio erat,

Σεμέλη, ἢ Διόνυσος.

Athenaeus lib. XI. Ἐν ᾧ Σεμέλῃ, ἢ Διονύσῳ, (Εὔβουλός φησι)

Ἑρμῆς, ὁ Μαίας, λίθινος ὤν.

In Semele autem, vel Baccho, (Eubulus ait)
Mercurius, Maiae filius, lapideus exſiſtens.

Εὐρώπη.

Idem lib. X.

Ἠχώ.

Idem lib. VII.

Ἴαλεμος.

Idem lib. III.

Ἰξίων.

Idem lib. VIII.

Ἴων.

Pollux lib. X. cap. XXIV. Ἐν δὲ Εὐβούλου Ἴωνι εἴρηται·

Τρυβλία, κἠ πατάνια, κἠ κακκάβια.

In Eubuli vero Ione dictum eſt;

Catini, patinae, & cacabi.

Athenaeus locis pluribus.

Καλαθηφόροι.

Ammonius de Diff. Voc. in Ἔνδον. Εὔβουλος, ὁ τῆς μέσης κωμῳδίας ποιητὴς, ἐν Καλαθηφόροις. *Eubulus, mediae comoediae poeta, in Calathos-ferentibus.*

Κάλλαιχρος.

Athenaeus lib. III.

Καμπυλίων.

Suidas. Ἀνιακκάς. ἰῤδῆς ὄνομα. ὁ περιμανὼς, καὶ μανέρως. Εὔβουλος Καμπυλίωνι. Ἀνιακκάς· *cantilenae nomen. Sic περιμανὼς, & μανέρως. Eubulus Campylione.* Vide eumdem in Μανέρως. Habes quoque apud Athenaeum locis pluribus. Sed, ut video, alii istam Araroti tribuerunt. Athenaeus lib. XI. Ἄραρώς θ', ἢ Εὔβουλος, ἐν Καμπυλίωνι. *Araros autem, vel Eubulus, in Campylione.*

Κατακολλόμυος.
Adglutinatus.

Athenaeus libb. IX. X.

Κέρκωπες.

Idem libb. X, XIII.

Κλεψύδρα.

Idem lib. XIII.

Κορυδαλός.

Phrynichus in Ecloga Dict. Attic. Κορυδαλός, Εὐβουλος τῷ κωμῳδοποιῷ δρᾶμα ἐπιγράφεται οὕτως. *Galerita. Eubuli comici fabula ita inscribitur.*

Κυβδῖται.

Hesychius. Μάνης, κυβευτικὸν βόλος ὄνομα, καὶ βαρβαρικόν, καθάπερ Εὔβουλος Κυβευταῖς παίζησι, καὶ ἄλλων καταλέγων ονόματα βόλων. *Manes, aleatorii iactus nomen, & barbarum: quemadmodum Eubulus in Aleatoribus docet, etiam aliorum iactuum nomina recensens.* Pollux lib VII. Καὶ ἄλλοι δ' πολλοί εισιν, (βόλοι) ὃς ὀνομάζει Εὔβουλος ἐν τοῖς Κυβευταῖς. *Etiam vero multi alii sunt, (iactus) quos nominat Eubulus in Aleatoribus.* Appendix Vaticana Proverbiorum Andreae Schotti, viri clariss. Cent. II. Proverb. LXIX. Βόλος ὄνομα ὁ Μίδας, ὃν καὶ Εὔβουλος ἐν Κυβευταῖς μέμνηται. *Iactus nomen Midias, cuius etiam Eubulus in Aleatoribus meminit.* Laudatur etiam Athenaeo lib. XI.

Λάκωνες.

Athenaeus loco non uno. Sed inscriptio duplex fuit;

Λάκωνες, ἢ Λήδα.

Athenaeus extremo lib. VII. Παραθήσομαί σοι καὶ ἃ Εὔβουλος εἴρηκεν ἐν Λάκωσιν ἢ Λήδᾳ. *Adponam tibi etiam quae Eubulus dixit in Laconibus, vel Leda.* Iterum lib. IX. Ὁ γὰρ Εὔβουλος ἐν Λάκωσιν, ἢ Λήδᾳ, ἔφη, *Eubulus enim in Laconibus, vel Leda, dixit.*

Λυδία.

Athenaeus lib. XI.

Μήδεια.

Idem lib. VII.

Μυλωθρίς.
Molitrix.

Idem lib. XI.

Μυσοί.

Idem lib. X.

Ναννίων.

Idem lib. XIII.

Ναυσικάα.

Idem lib. VII.

Νεοττίς.
Pullastra.

Idem lib. XI.

Ξύθος.

Scholiastes Euripidis Medea. Ἐπαγόμενοι τὸ ἥμισυ ασφαγάλιον, ἀνενεοῦντο τὴν ξενίαν. Εὔβουλος Ξύθῳ. *Adducentes medium taxillum, renovabant hospitii ius. Eubulus Xutho.*

Ὀδυσεὺς, ἢ Πανόπται.
Vlysses, seu Omnia-videntes.

Athenaeus lib. XI.

Οἰδίπους.

Idem lib. VI.

Ὀλβία.
Fortunata.

Idem lib. XIV.

Ὀρθάνης.

Idem locis pluribus.

Πάμφιλος.

Idem lib. XI.

Παν-

Παννυχίς.

Idem lib. XIII.

Παρμενίσκος.

Pollux lib. x. cap. XXIV. Τὸ δὲ ῥῆμα, τὸ Τετορύνηκας, ἐστὶν ἐν Εὐβούλῳ Παρμενίσκῳ. *Verbum vero*, Τετορύνηκας, *torina agitavisti, est in Eubuli Parmenisco.*

Πέλοψ.

Athenaeus lib. XV.

Πορνοβοσκός.
Leno.

Idem libb. III. IX.

Προκρίς.

Idem libb. X. XIII.

Προσουσία, ἢ Κύκνος,
Familiaritas, seu Cygnus.

Idem lib. VII.

Σεμέλη, ἢ Διόνυσος.

Vide supra in Διόνυσος.

Στεφανοπωλίδες.
Coronarum-venditrices.

Athenaeus libb. XIII. XV.

Σφιγγοναρίων.

Idem locis pluribus.

Τιτθαί.
Nutrices.

Idem non semel.

Τιτᾶνες.

Idem lib. VI.

Τύραννος.

Idem eodem libro.

Φοῖνιξ.

Idem lib. IX.

Χάριτες,
Gratiae.

Idem lib. XII.

Χρυσίλλα.

Idem lib. XIII.

Meursii Tom. II.

Ψάλτρια,
Fidicina.

Idem lib. XI.

EVDEMVS.

Scripsit

Περὶ λαχάνων.

Athenaeus lib. IX. Εὔδημος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ Περὶ λαχάνων, κράμβης φησὶν εἶναι γένη τρία. *Eudemus Athenienſis in libro De oleribus, braſſicae tria genera eſſe ait.* Et mox. Εὔδημος δ' ἐν τῷ Περὶ λαχάνων, τέτταρα γένη φησὶν εἶναι τεύτλων. *Eudemus autem in libro De oleribus, quatuor genera betarum eſſe ait.* Sed an utrobique ſcribendum? Εὐδήμος. Vide infra in iſto Scriptore (a).

EVETHES.

Hic Comicus fuit; meminitque Suidas in Ἐπίχαρμος.

EVMOLPVS.

Huius

Τελεταὶ Δήμητρος,

verſibus MMM.

Χειροσκοπικὰ,

oratione ſoluta, libro uno, commemorantur a Suida, iſtis verbis. Εὔμολπος, Ἐλευσίνιος, ἢ Ἀθηναῖος, υἱὸς Μουσαίου τοῦ ποιητοῦ, ἐποποιὸς πρὸ Ὁμήρου. ἔγραψε τελετὰς Δήμητρος, καὶ τῶν μυστηρίων παράδοσιν, τὴν ταῖς θυγατράσιν αὐτοῦ χρωμένην. ἔπη τὰ πάντα τρισχίλια. Χειροσκοπικὰ, πεζὰ ὄντα, βιβλίον ἕν. *Eumolpus, Eleuſinius, ſeu Athenienſis, Muſaei poetae filius, epicus ex iis qui exſtitere ante Homerum. Scripſit Initia Cereris, & traditionem myſteriorum, quae filiabus ſuis facta eſt. Verſus omnes ter mille. Artem manuum inſpiciendarum, ſed in proſa, librum unum.* Laudat etiam

Βακχικὰ ἔπη

Diodorus Siculus lib. I. Ὡς Εὔμολπος μὲν ἐν τοῖς Βακχικοῖς ἔπεσί φησι·

Ἀστροφανῆ Διόνυσον, ἐν ἀκτίνεσσι πυρωπόν.

Sicut Eumolpus quidem in Bacchicis carminibus ait;

Stellis ſplendentem Bacchum, in radiis ignitum.

EVPHORION I.

Hic AEſchyli Tragici filius, ipſe etiam Tragicus. De eo Suidas. Εὐφορίων, υἱὸς Αἰσχύλου τοῦ τραγικοῦ, Ἀθηναῖος, τραγικὸς καὶ αὐτός. ὃς καὶ τοῖς Αἰσχύλου τοῦ πατρὸς, οἷς μήπω ἦν ἐπιδεδραμηκώς, τετράκις ἐνίκησεν. ἔγραψε δὲ καὶ οἰκεῖα. *Euphorion, AEſchyli tragici filius, Athenienſis, & ipſe tragicus; qui etiam fabulis*

(a) *Eudocia* quoque, ante *Athenaeum* dicta, Leonidae Philoſophi F. ac deinde Auguſta Theodoſii Iunioris uxor, tamquam Athenienſis, commemoranda fuerat, cuius poematum ſacrorum meminit *Photius*.

Digitized by Google

AEſchyli patris, quas nondum docuerat, quater vicit. Sed etiam ſcripſit proprias. Ex Tragoediis eius nihil obſervare uſquam memini. Fuit autem, quantum coniicio, etiam

EVPHORION II.

Comicus. Cuius eſt,

Α'ποллόδωρ@.

Citatur ab Harpocratione, & Suida in Ο' κάτωθεν νόμ@.

Α'ποδιδῦσα.

Laudatur Athenaeo lib. xi. Η'ρακλέων ὃ ὁ Ε'φέσι@, ὃν ἡμεῖς, φησι, ψυγέα καλοῦμεν, ψυκτηρίαν τινὲς ὀνομάζουσιν· τοὺς δ' Α'ττικοὺς καὶ κωμῳδεῖν τὸ ψυγέα, ὡς ξενικὸν ὄνομα. Εὐφορίων ἐν Α'ποδιδύσῃ·

Ε'πὰν δὲ καλέσῃ ψυγέα τὸν ψυκτηρίαν,
Τὸ σευτλίον ὃ τεῦτλα, φακέα, τὴν φακῆν.

Heracleon vero Epheſius, quem nos, inquit, adpellamus pſygea, pſyctherian aliqui nominant: Atticos vero irridere illos, qui pſygea dicunt; tamquam nomen peregrinum. Euphorion in Ea quae reddidit;

Quando autem adpellaverit pſygea pſyctherian,
Seutlion vero teutla, betas, phacea lentem.

EVPHRANIVS.

Inter Rei Ruſticae Scriptores commemoratur a Varrone lib. i. cap. i. *Euphranii duo, unus, Athenienſis; alter, Amphipolites.* Et hic eſt, cuius meminit Plinius lib. xiv. cap. xix.

EVPHRON.

Etiam iſte inter Rei Ruſticae Scriptores ponitur a Columella lib. i. cap. i. *Athenae vero Scriptorum frequentia pepererunt; e queis probatiſſimi Auctores, Chaereas, Ariſtandros, Amphilochus, Euphron, Chreſtus.*

EVPITHIVS.

Huius exſtat

Ε'πίγραμμα.

Anthologiae lib. i. cap. vii.

EVPOLIS.

Comicus e celeberrimis; cuius xvii. fuiſſe Fabulas docet Suidas. Εὔπολις, Α'θμωνεύς, κωμικός. καὶ ἔτ@ ιζ'. ἐτῶν γεγονὼς ἤρξατο ἐπιδείκνυσθ, καὶ ἐδίδαξε Δράματα ιζ'. ἐνίκησε δὲ ζ'. *Eupolis, Athenienſis, comicus. Et hic natus ſeptemdecim annos exhiberi coepit, & Fabulas* xvii. *docuit. Septies autem vicit.* Verum aut errat, aut corrupti illic numeri; nam mihi plures viginti obſervatae. Ecce autem,

Αἶγες.

Heſychius. Ἱερεὺς Διονύσου. Εὔπολις Αἰξὶν, Ἱπτόνικον σκόπλων, ὡς ἐρυθρὸν τῇ ὄψῃ. *Sacerdos Bacchi. Eupolis in Capris, Hipponicum ſugillans, tamquam facie rubicundum.* Etymologici Auctor. Τάχυρι, βραχύτατον, καὶ ἐλάχιστον, οἷον ψιλὰ λέγουσιν. Εὔπολις Αἰξί. Τάχυρι, *breviſſimum & minimum, prout tenuia dicunt. Eupolis in Capris.* Pollux lib. x. cap. xxiv. Καὶ νεόκοπον μὲν κάρδοπον Εὔπολις ἐν Αἰξὶν εἴρηκεν. *Et recenter quidem pulſatam mactram Eupolis in Capris dixit.* Et mox cap. xxxii. Καὶ μιξάμενο@ δ' ἂν εἴποις, σκεύη, βαλάντια, καὶ βαλαντίδια, ὡς ἐν Αἰξὶν Εὔπολις. *Et confundens dicas, vaſa, crumenas, & crumenulas, ſicut in Capris Eupolis.* Macrobius lib. vii. cap. v. *Notus eſt omnibus Eupolis, inter elegantes habendus veteris comoediae poetas. Is in Fabula, quae inſcribitur* Αἶγες, *inducit capras, de cibi ſui copia in haec ſe verba iactantes.* Quae expreſſa de iſtis Plutarchi Symp. lib. iv. quaeſt. i. Α'λλὰ τῷ μὲν αἱ παρ' Εὐπόλιδ@ αἶγες ἀντιμαρτυροῦσιν, ὑμνοῦσαι τὴν τροφὴν ὡς παμμιγῆ καὶ ποικίλην οὖσαν. *Sed huic quidem contrarium dant teſtimonium caprae apud Eupolin, iactantes cibum quam copioſum & varium eſſe.* Erotianus in Lexico Hippocratis. Πρόμαλόν ἐστιν εἶδ@ φυτοῦ, οὗ μέμνηται καὶ Εὔπολις ἐν Αἰξί. Πρόμαλον *eſt plantae ſpecies, cuius meminit etiam Eupolis in Capris.* Iterum. Σελαχίοισι, τοῖς μικροῖς ἰχθυδίοις, ἢ τοῖς ὀστρακοδέρμοις, οἷον καράβοις, καρκίνοις, κήρυξι. μέμνηται τ^ς λέξεως καὶ Εὔπολις ἐν Αἰξί. *Selachiis, parvis piſciculis, vel teſtaceis, prout carabis, cancris, muricibus. Meminit eius dictionis Eupolis quoque in Capris.* Scholiaſtes Ariſtophanis Veſpis. Ε'κτείνουσι μέντοι καὶ τὸ ὁ ἄρθρον. Εὔπολις Αἰξί. *Verum extendunt etiam articulum ὁ. Eupolis in Capris.* Habes etiam apud Priſcianum lib. xviii. Athenaeum locis pluribus, & Suidam in Χρή.

Α'λιεῖς.

Pollux lib. x. cap. xxiv. Α'λλὰ μὴν καὶ τήγανον ἔχοις ἂν εὑρεῖν ἐν Α'λιεῦσιν Εὐπόλιδ@. *Attamen etiam* τήγανον, *ſurtaginem, invenire potes in Piſcatoribus Eupolidis.*

Α'στράτευτοι.

Hephaeſtion in Enchiridio. Εὔπολις δὲ, ἐν τοῖς Α'στρατεύτοις, καὶ ἀτακτότατα συνέθηκε τὸ εἶδ@. *Eupolis autem, in Non-militantibus, etiam inordinatiſſime illam ſpeciem compoſuit.* Diogenes Laertius in Platone lib. iii. Προάστειον ἀλσῶδες, ἀπό τιν@ ἥρω@ ὀνομασθὲν Α'καδήμου, καθὰ καὶ Εὔπολις ἐν Α'στρατεύτοις φησίν. *Suburbanum nemoroſum, ab heroe aliquo Academo adpellatum, ſicut Eupolis quoque in Non-militantibus ait.* Athenaeus lib. ix. Εὔπολις δ' ἐν Α'στρατεύτοις φησὶ περὶ αὐτῶν οὕτως. *Eupolis autem in Non-militantibus de eo ſic loquitur.* Scholiaſtes Ariſtophanis Pace. Προείρηται δὲ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Α'στρατεύτοις. *Ante dictum eſt apud*

Digitized by Google

apud Eupolidem in Non-militantibus. Verum genuina inſcriptio erat,

Α'ςράτευτοι, ἢ Α'νδρόγυνοι.

Suidas, ubi de Eupolide. Τὰ δὲ Δράματα αὐτῦ, Αἶγες, Α'ςράτευτοι, ἡ Α'νδρόγυνοι, καὶ ἄλλα. *Fabulae vero eius, Caprae, Non-militantes, vel Viro-feminae, & aliae.*

Αὐτόλυκ@.

Etymologici Auctor in Φιτύω. Λέγεται ὴ κ τὸ γέννημα, φίτυ, Εὔπολις Αὐτολύκῳ.

——— ἤγαγϵ καινὸν φίτυ.

Dicitur vero etiam progenies, φίτυ. Eupolis Autolyco;

——— *duxit novam progeniem.*

Suidas. Α'ναφλασμοὶ, τὰ Α'φροδίσια. Εὔπολις Αὐτολύκῳ. Α'ναφλασμοὶ, *Venerea. Eupolis Autolyco.* Et alibi pluries. Schol. Ariſtophanis Nubibus, & Pace, in re eadem, ſed paulo aliter. Φίτυ, σπέρμα. κ φιτύσαι, γϵννῆσαι. κ τὸ γέννημα, φίτυμα. Εὔπολις Αὐτολύκῳ·

——— αὐτὰρ ἤγαγες

Καινὸν φίτυμα βοῶν. ———

Φίτυ, ſemen: & φιτύσαι, gignere: & progenies, Φίτυμα. Eupolis Autolyco;

——— *verum duxiſti*

Novam progeniem boum. ———

Harpocration in Ε'πιδέκατον. Καὶ ἐπίπεμπτον ἐώθασι λέγϵιν τὸ πέμπτον· ὡς κ Εὔπολις Αὐτολύκῳ. *Et ἐπίπεμπτον ſoliti ſunt dicere quintum. Sicut etiam Eupolis Autolyco.* Edita haec Fabula, Archonte Ariſtione. Hoc, & argumentum Fabulae, Athenaeus nobis tradit lib. v. Ε''ςι δὲ ὅτ@ ὁ καιρὸς, καθ' ὃν Α'ριςίων ἄρχων ἦν. ἐπὶ τούτου γὰρ Εὔπολις, τὴ Αὐτόλυκον διδάξας, διὰ Δημοςράτου χλευάζϵ τὴν νίκλω τοῦ Αὐτολύκου. *Illud autem tempus eſt, quo Ariſtion archon erat. Sub illo enim Eupolis, Autolycum docens, per Demoſtratum victoriam Autolyci irridet.* Factum autem Olympiad. lxxxix. anno iv. Anonymus in Deſcript. Olymp. ad id tempus diſerte notat. Εὔπολις τὴ Αὐτόλυκον ἐδίδαξεν. *Eupolis Autolycum docuit.* Citatur quoque alibi non ſemel apud Athenaeum, quem dixi, & Pollucem. Verum gemino iſto nomine Fabula fuit, &

Αὐτόλυκ@ ά.

Citatur Polluci lib. vii. cap. xxxiii. Τὸ ὴ πορεύεσθαι ῥῆμα, ἐν τῷ πρώτῳ Εὐπόλιδ@ Αὐτολύκῳ. Πορεύεσθαι *autem verbum in primo Eupolidis Autolyco.*

Αὐτόλυκ@ β'.

Scholiaſtes Ariſtophanis Nubibus. Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ β', ὡς κ διὰ Μυῤῥίναν ἑταῖραν τὰ χρήματα ἀποβέβληκέ φησιν. *Eupolis in Autolyco ſecundo, ut etiam per Myrrhinam meretricem eum bona perdidiſſe ait.*

Βάπλαι.

Ammonius de Diff. Voc. in Γ'πάγϵν. Κέχρηται τῇ λέξϵ Εὔπολις ἐν Βάπταις. *Vſus eſt hac dictione Eupolis in Tinctoribus.* Heſychius. Βάσας, ὁ Χῖ@, Δημοκρίτου ἐπώνυμον, καθὰ κ Εὔπολις ἐν Βάπταις. *Baſſas, Chius, Democriti cognomen, ſicut & Eupolis in Tinctoribus.* Hephaeſtion in Enchiridio. Ε'νια δὲ παίζουσιν οἱ κωμικοὶ, ὡς Εὔπολις ἐν Βάπλαις. *Aliqua vero ludunt comici, ſicut Eupolis in Tinctoribus.* Priſcianus de Metris Com. *Eupolis* Βάπλαις, *quum in aliis iambis eiusdem Fabulae recta eſt obſervatione metrorum uſus, hos tamen poſuit, in fine habentes ſpondeos.* Harpocration in Παλιναίρετ@: Εὔπολίς τε ἐν Βάπταις δηλοῖ, καὶ Α'ρχιππ@ ἐν τοῖς Ι'χθύσι. *Eupoliſque in Tinctoribus notat, & Archippus in Piſcibus.* Habes quoque apud Athenaeum, Pollucem, Priſcianus lib. xviii. Scholiaſten Ariſtophanis Pluto. Argumentum Fabulae, & poetae ob iſtam etiam mortem, narrat Interpres Iuvenalis Sat. ii. *Baptae, titulus libri, quo impudici deſcribuntur ab Eupolide; qui inducit viros Athenienſes, ad imitationem feminarum ſaltantes, laſſare pſaltriam. Baptae ergo molles, quo titulo Eupolis comoediam ſcripſit, ob quam ab Alcibiade, quem praecipue perſtrinxerat, necatus eſt.* Mortem etiam Platonius narrat de Diff. Com. Ι'σμϵν γὰν τ Εὔπολιν, ἐπὶ τῷ διδάξαι τὺς Βάπτας, ἀποπνιγέντα ὑπὸ ἐκείνων, εἰς ὺς καθῆκε τὺς Βάπλας. *Scimus igitur Eupolim, quia Tinctores docuerat, ab illis, in quos compoſuerat Tinctores, in mari ſuffocatum eſſe.* Sed falſo id dictum ex Eratoſthene docet Cicero ad Atticum lib. vi. epiſt. i. *Quis enim non dixit,* Εὔπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας, *ab Alcibiade, navigante in Siciliam, deiectum eſſe in mare? Redarguit Eratoſthenes: adfert enim, quas ille poſt id tempus Fabulas docuerit.*

Δῆμοι.

Plutarchus in Camillo. Δοκϵῖ ὴ κ τ νόθον ἐκ ταύτης τεκνῶσαι, περὶ ὃ πεποίηκεν Εὔπολις ἐν Δήμοις αὐτὸν μὲν οὕτως ἐρωτῶντα. *Videtur autem ſpurium ex illa procreaviſſe, de quo Eupolis in Populis illum quidem ita rogantem fecit.* Iterum in Pericle. Ο' δ' Εὔπολις ἐν τοῖς Δήμοις, πυνθανόμϵν@ περὶ ἑκάςου τῶν ἀναβεβηκότων ἐξ ᾅδου δημαγωγῶν, ὡς ὁ Περικλῆς ὠνομάσθη τελευταῖ@·

Ο'', τι περ κεφάλαιον τῶν κάτοθεν ἤγαγες;

Eupolis autem in Populis, quum intellexiſſet de ſingulis oratoribus, qui ab inferis adſcenderant, Periclem ultimum nominatum eſſe;

Quodnam caput ab inferis adduxiſti?

Harpocration in Α'σπασία. Δοκϵῖ ἐξ αὐτῆς ἐσχηκέναι ὁ Περικλῆς τὸν ὁμώνυμον αὐτῷ Περικλέα, τ νόθον. ὡς ἐμφαίνϵ καὶ Εὔπολις ἐν τοῖς Δήμοις· *Videtur ex illa habuiſſe Pericles cognominem ſibi Periclem, ſpurium. Sicut oſtendit Eupolis in Populis.* Et in Μᾶον. Περὶ ὃ τῦ μεταγωγοῦ, Εὔπολις ἐν Δήμοις. *De minus-ducente, Eubolis in Populis.* Aphthonius cap. Περὶ ἠθοποιΐας. Ω'ς ἐν Δήμοις Εὔπολις ἔπλασεν, κ Α'ριςείδης, ἐν τῷ Υ'πὲρ τεσσάρων. *Sicut in Populis Eupolis finxit, & Ariſtides in oratione Pro quatuor.* Emendandus eſt Ammonius de Diff. Voc. in Τύραννο@. Ε'σθ' ὅτε κ τὸν τύραννον βασι-

σιλέα ἔλεγον, ὡς Εὔπολις ἐν Δήμοις, ἐπὶ τῦ Πεισιςράτου. *Aliquando etiam tyrannum regem dicebant, ſicut Eupolis in Populis, de Piſiſtrato.* Hodie editur, ἐν Δόμοις. Idemque mendum eſt apud Stobaeum Serm. xxxv. Occurrit etiam apud Athenaeum, & Pollucem locis pluribus; etiam Suidam, & Scholiaſten Ariſtophanis Acharn. & Priſcianum lib. XVIII.

Δραπέται.

Etymologici Auctor. Ἀφαδὸς, ἐχθρός· παρὰ τὸ ἀφαδαίνῳν. καὶ ἀφαδία, ἡ ἀπαρέσκουσα ἔχθρα. Εὔπολις ἐν Δραπέταις. Ἀφαδὸς, *inimicus; ab* ἀφαδαίνειν, & ἀφαδία, *implacabilis inimicitia. Eupolis in Fugitivis.*

Δυάς.

Pollux lib. IX. cap. IV. Τὸν δὲ ἄσὸν Εὔπολις ἐν τῇ Δυάδι εὔπολιν εἴρηκεν, οἷον ἐγχώριον. *Civem vero Eupolis in Binario* εὔπολιν *dixit, tamquam incolam.* Sed ſcribendum illic cenſeo, ἔμπολιν εἴρηκεν, *civitatem incolentem dixit.* Dictum erat a Poeta in hac Fabula, Ἔμπολις, quo modo Ἐγχώριος. Id monere voluit Pollux; ſed corrupta hodie verba rem obſcurant.

Εἵλωτες.

Athenaeus lib. IV. Καὶ Εὔπολις ἐν Εἵλωσι·

——— Καὶ γένηται τοῖσδε σάμερον
Κοπίς. ———

Et Eupolis in Helotibus;

——— *& erit illis hodie*
Convivium. ———

Pollux lib. IX. cap. VI. Ἐν δὲ τοῖς Εὐπόλιδος Εἵλωσιν εἴρηται·

Ὀβολὸν τὸν καλλιχέλωνον. ———

In Eupolidis autem Helotibus dictum eſt;
Obolum pulcra cum teſtudine. ———

Κλοταί.

Erotianus. Ἡδύσμασι, τοῖς χλωροῖς, καὶ ξηροῖς, ἀρτύμασιν. Ἀττικὴ δὲ ἡ λέξις. ὡς καὶ Ἀριςοφάνης ἐν Ἱππεῦσι, καὶ Εὔπολις ἐν Κλοπαῖς. *Condimentis, viridibus, & aridis adparatibus. Attica autem dictio. Sicut etiam Ariſtophanes in Equitibus, & Eupolis in Furtis.*

Κόλακες.

Phrynichus in Ecloga Dict. Attic. Ἐνδυμενία, ἀμαθῶς. δέον διτλῶς λέγειν, ὡς Εὔπολις Κόλαξι. *Veſtitus indocte: quum oporteat dupliciter dicere, ſicut Eupolis in Adſentatoribus.* Harpocration in Περίσατοι: Τὸ ὄνομα καὶ ἐν Ἀρχιδάμῳ ἐςὶ, καὶ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Κόλαξι. *Nomen etiam in Archidamo eſt, & apud Eupolin in Adſentatoribus.* Macrobius lib. VII. cap. XV. *In pulmonem defluere potum, nec poetae nobiles ignorant; ait enim in Fabula, quae inſcribitur* Κόλακες. Diogenes Laertius in Protagora lib. IX. Ὡς δ' Εὔπολις ἐν Κόλαξι, Τήϊος. *Sicut vero Eupolis in Adſentatoribus, Teius.* Scholiaſtes Ariſtophanis Nubibus. Λαφυγμὸν γὰρ λέγει, τὸ ἀπλήςως ἐσθίειν. Εὔπολις Κόλαξι. *Liguritionem enim dicit, inſatiabiliter edere. Eupolis in Adſentatoribus.* Iterum Pace. Καὶ πολὺ μᾶλλον ἐν τοῖς Κόλαξιν Εὔπολις, ὡς κίναιδον αὐτὸν διαβάλλει, καὶ κόλακα. *Et multo magis in Adſentatoribus Eupolis, tamquam cinaedum illum criminatur, & Adſentatorem.* Acta eſt haec Fabula archonte Alcaeo Olymp. LXXXIX. anno III. Anonymus in Olymp. Deſcript. ad illud tempus. Εὔπολις τοὺς Κόλακας ἐδίδαξε. *Eupolis Adſentatores docuit.* Saepe meminerunt Athenaeus, Pollux, Suidas. Mendoſe

Κόρακες

ſcribitur apud Hephaeſtionem. Τέτῳ μὲν οὖν τῷ ὑςάτῳ κεχρηται Ἀριςοφάνης, καὶ ἐν ἄλλοις Δράμασι, καὶ ἐν Σφηξίν. ἀλλὰ καὶ Εὔπολις ἐν Κόραξι. *Hoc quidem igitur poſtremo uſus eſt Ariſtophanes, & in aliis Fabulis, & in Veſpis. Sed etiam Eupolis in Corvis.* Omnino reſtituendum, Εὐ. ἐν Κόλαξι.

Λάκωνες.

Erotianus. Μυτίλωτόν· οἱ μὲν Ἀττικοὶ ὑπότριμμά τι μετὰ σκόρδυ γινόμενον λέγουσιν. Εὔπολις δὲ ἐν Λάκωσι. τὸ ἄμυλον λέγων, φησίν·

Τα συκάρι' ἐτοίησε μυτίλωτὸν πολύν.

Μυτίλωτόν. *Attici quidem intritum aliquod cum allio fieri ſolitum dicunt. Eupolis autem in Laconibus* ἄμυλον *dicens, loquitur;*

Ficus parvas fecit intritum multum.

In hac Fabula perſtringebantur, qui Laconibus ſtuderent, interque illos etiam Cimon. Inde enim petita coniicio, quae apud Plutarchum occurrunt in eius Vita. Τὸν δῆμον ἐξηγρίζον, ἐκεῖνά τε τὰ πρὸς τὴν ἀδελφὴν ἀνανεύμενοι, καὶ Λακωνισμὸν ἐπικαλοῦντες. εἰς ἃ καὶ τὰ Εὐπόλιδος διατεθρύλληται περὶ τοῦ Κίμωνος, ὅτι

Κακὸς μὲν οὐκ ἦν, φιλοπότης δὲ, κἀμελές·
Κἀνίοτ' ἀπεκοιμᾶτ' ἂν ἐν Λακεδαίμονι,
Κἀν Ἐλπινίκην τήνδε καταλιπὼν μόνην.

Populum exſtimulaverunt, & illa quae adverſus ſororem commiſſa erant renovantes, & Laconibus eum ſtudere adclamantes. Ad quae etiam haec Eupolidis vulgata ſunt de Cimone;

Malus quidem non erat, ſed bibax, & negligens;
Et interdum dormiebat Lacedaemone.
Et Elpinicen hanc derelinquens ſolam.

Corrigendus eſt Anonymus in Argumento in Cimonem Ariſtidis. Δίδυμος δέ φησιν, οὐχ ὅτι ἐλακώνιζεν, ἀλλ' ὅτι ἐν Πνυκὶ τῇ ἀδελφῇ συνῆν. αἴτιοι δὲ τῆς διαβολῆς οἱ κωμικοὶ, μάλιςα Εὔπολις. *Didymus vero ait, non quod Laconibus ſtuduerit, ſed quod in Pnyce cum ſorore rem habuerit. Comici vero huius calumniae auctores ſunt, potiſſimum Eupolis.* Corrupte editur, μάλιςα ἐν πόλεσι, *potiſſimum in urbibus.*

Μαρικᾶς.

Ariſtophanes Nubibus.

Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιςον παρείλκυσεν.

Eupo-

Eupolis quidem Maricam primum protraxit. A Elianus Var. Hiſt. lib. XII. cap. XXX. Ὁμολογεῖ δὲ καὶ Εὔπολις ἐν τῷ Μαρικᾷ. *Fatetur vero etiam Eupolis in Marica.* Stephanus in Γάδειρα: Λέγεται καὶ Γαδειρίτης, ὡς ἀπὸ Γάδειρα θηλυκῶ, καὶ Γαδειρανοὶ, καὶ κτητικὸν, Γαδειρικός. Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ. *Dicitur etiam Gadirita, tamquam ab Gadira feminino genere, & Gadirani, & poſſeſſivum Gadiricus. Eupolis in Marica.* Iterum in Θεσσαλία. Λέγεται καὶ Θετταλίζω, ὡς Δωρίζω. ἀφ' ὃ τὸ ἐντεταλίσμεθα, παρὰ τῷ Εὐπόλιδι ἐν Μαρικᾷ. *Dicitur etiam* Θετταλίζω, *ſicut* Δωρίζω *a quo etiam* ἐνθετταλίσμεθα, *apud Eupolin in Marica.* Harpocration in Ταμίαι. Ὅτι δὲ καὶ τοῖς τριπράρχαις παρέπεντο ταμίαι, δεδήλωκεν Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ. *Trierarchos vero etiam quaeſtores ſequi, ſignificavit Eupolis in Marica.* Heſychius. Δοῦλων πόλις. Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ κώμην εἶναι λέγει. *Dulon urbs. Eupolis in Marica vicum eſſe ait.* Plutarchus in Nicia. Ὁ δ' ὑπ' Εὐπόλιδι κωμῳδούμενος ἐν τῷ Μαρικᾷ, παράγων τινὰ τῶν ἀπραγμόνων, καὶ πενήτων, λέγει. *Qui vero ab Eupolide ludificatur in Marica, aliquem otioſorum, & pauperum inducens, ait.* Pollux lib. X. cap. XX. Εὔπολις δὲ ἐν τῷ Μαρικᾷ, ϛαμνάριον εἴρηκεν. *Eupolis autem in Marica,* ϛαμνάριον, *hydriam dixit.* Scholiaſtes Sophoclis Oed. Col. Εὐχλόου Δήμητρος ἱερόν ἐϛι πρὸς τῇ ἀκροπόλει. καὶ Εὔπολις Μαρικᾷ. *Bene-herbaſcentis Cereris templum eſt in arce. etiam Eupolis in Marica.* In hac Fabula Maricas erat, mutato nomine, Hyperbolus, qui ibi perſtringebatur. Quinctilianus lib. I. cap. X. *Tum Eupolis, apud quem Prodamus, & Muſicen, & literas, docet; & Maricas, qui eſt Hyperbolus, nihil ſe ex Muſicis ſcire, niſi literas, confitetur.* Huc pertinent iſta Scholiaſtae Ariſtophanis Pluto. Τοῦτο τί ἐϛιν, οὐκ οἶδα. ὅτι δὲ συμβάλλεται ἐν τῷ Μαρικᾷ Εὐπόλιδος, οἶδα. κἀκεῖ γὰρ τὴν Ὑπερβόλου μητέρα τηλίᾳ εἰκάζει, τῇ πλατείᾳ σανίδι. *Illud quid ſit, neſcio; coniici vero in Eupolidis Marica novi. Illic enim Hyperboli matrem* τηλίᾳ *adſimilat, latae tabulae.* Item Nubibus. Καὶ γὰρ Εὔπολις μετὰ θάνατον Κλέωνος τὸν Μαρικᾶν ἐποίησεν. καὶ μὲν ὡς μετὰ θάνατον Κλέωνος φαίνεται γεγραφὼς τὸ Δρᾶμα, ὅπου γε τὸ Μαρικᾶ Εὐπόλιδος μέμνηται. ὃ ἐδιδάχθη καθ' Ὑπερβόλου, μετὰ τὸν Κλέωνος θάνατον. *Etenim Eupolis poſt mortem Cleonis Maricam compoſuit. Et ſane quam poſt Cleonis mortem adparet eum ſcripſiſſe Fabulam, in qua Maricae Eupolidis meminit; quae docta eſt contra Hyperbolum, poſt Cleonis mortem.* Et Ranis. Ὑπέρβολος δὲ, εἰς ὃν καὶ Εὔπολις ἔγραψε τὸν Μαρικᾶν. *Hyperbolus autem, in quem etiam Eupolis ſcripſit Maricam.* Meminit Fabulae huius praeterea Erotianus. Ψαδδας, μύρου εἶδος, ἧ μέμνηται καὶ Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ. Ψάδδας, *unguenti ſpecies, cuius meminit etiam Eupolis in Marica.* AEſchyli Scholiaſtes Perſis. Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ·

Πεπόλις μὲν ὁ περσέπολις ἤδη Μαρικᾶς.

Eupolis in Marica,

Tranſiit quidem urbium vaſtator iam Maricas,

Occurrit quoque apud Athenaeum lib. XV. emendante illic viro inſigni, & inſigniter, de Auctore iſto merito, Iſaaco Caſaubono.

Νυμενίαι.

Scholiaſtes Ariſtophanis in Argumento Acharnenſium. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθυμένους ἄρχοντος ἐν Ληναίοις διὰ Καλλιϛράτου, καὶ πρῶτος ἦν. δεύτερος, Κρατῖνος Χειμαζομέναις. τρίτος, Εὔπολις Νυμφοίαις. *Docta eſt Euthymene archonte in Lenaeis per Calliſtratum, & primus erat. Secundus, Cratinus in Tempeſtate-iactatis. Tertius, Eupolis in Novis-Lunis.*

Πόλις.

Athenaeus lib. IX. Ὑποκοριϛικῶς δὲ Εὔπολις ἐν Πόλεϛιν αὐτὰς κέκληκεν ὀρτύγια. *Diminutive autem Eupolis in Vrbibus illos adpellavit parvas coturnices.* Iterum X. Ἀρχὴ γάρ ἐϛιν οἱ Οἰνόπται παρὰ Ἀθηναίοις, ἧς μνημονεύει ἐν ταῖς Πόλεϛιν Εὔπολις. *Magiſtratus igitur eſt Vini-inſpectores apud Athenienſes, cuius meminit in Vrbibus Eupolis.* Harpocration in Ἀπόκρισις: Εὔπολις Πόλεϛιν·

——— ὡς ὑμῖν ἐγὼ
Ἀποκρινοῦμαι πρὸς τὰ κατηγορήμενα
Πάντως. ———

Eupolis Vrbibus;

——— *quomodo vobis ego*
Reſpondebo ad accuſata
Omnino. ———

Et in Λογιϛαί: Μέμνηται τῆς ἀρχῆς καὶ οἱ κωμικοί. Εὔπολις Πόλεϛιν. *Meminerunt huius Magiſtratus Comici quoque. Eupolis in Vrbibus.* Stephanus. Μαρδόνες, Ἠπειρωτικὸν ἔθνος. Εὔπολις Πόλεϛιν. *Mardones, Epirotica gens. Eupolis Vrbibus.* Citatur quoque a Polluce libro II. cap. IV. lib. VII. capp. II. X. lib. X. cap. LIII. Item a Scholiaſtae Ariſtophanis ad Ranas, Acharnenſes, Veſpas. Fallorne vero; an, &

Πρόδαμος

inter Comici huius Fabulas una fuit, ut Μαρικᾶς? Libet coniecturam facere e Quinctiliani verbis lib. I. cap. X. *Tum Eupolis, apud quem Prodamus, & Muſicen, & literas, docet. Et Maricas, qui eſt Hyperbolus, nihil ſe ex muſicis ſcire, niſi literas confitetur.*

Προσπάλτιοι.

Corruptum Fabulae huius nomen apud Athenaeum lib. VII. Priſcianum lib. XVIII. Ariſtophanis Scholiaſten Veſpis, & Nebulis, ac recte emendat Caſaubonus ad Athenaeum lib. VII. capit. XXII. Incorruptum tamen exſtat apud eumdem Priſcianum alibi, eodem libro. Attici ἀκούω, πείθομαί σοι, καὶ κατακροᾶσθαι τούτου καὶ τοῦτον. *Eupolis* Προσπαλτίοις·

Τί κατακροᾶταί μου τὰ μεσοδονήματα;

Attici audio, perſuadeo tibi, & audire illud, & illud Eupolis in Proſpaltiis.

Quid audiunt me muſarum agitationes?

Et Scholiaſten Ariſtophanis Avibus. Ἀποδύς, ὄργασον. κυρίως, πίσσωσαι. ὀργὴ γὰρ παρ' Ἴωσιν ἡ πίσσα. σημαίνει δὲ καὶ τὸ σπαργᾶν ὀργίζεσθαι.

νῦν

νῦν δὲ, ἀντὶ τοῦ μάλαξον. Εὔπολις Προσπαλτίοις. *Exue, incita; proprie, pice line. Ὀργὴ enim apud Ionas pix. Notat autem quoque tumere* ὀργιζεσθαι. *Nunc autem pro molli. Eupolis Prosspaltiis,*

Πύλαι,

Scholiastes Aristophanis Avibus. Καὶ Εὔπολις ὡς λάλον ἐν Πύλαις διασύρει·

Συρακόσιος δ' ἔοικεν, ἡνίκ' ἂν λέγῃ
Τοῖς κυνιδίοισι τοῖς ἐπὶ τῶν τριχέων,
Ἀναβὰς γὰρ ἐπὶ βῆμ' ὑλακτεῖ περιτρέχων·

Et Eupolis in Portis tamquam loquacem perstringit;

Syracusanus autem videtur, quum dicat
Cuniculis qui in muris,
Adscendens enim in suggestum latrat circumcurrens.

Στεφανοπώλιδες.

Athenaeus lib. IX. Χηνέων δὲ ἡπατων, περιστάδασα δὲ ταῦτα κατὰ τὴν Ῥώμην, μνημονεύει Εὔπολις ἐν Στεφανοπώλισι. *Anserinorum vero iecinorum, illa autem maxime Romae expetita, meminit Eupolis in Coronarum-venditricibus.* Nam quod, Εὔβουλος ibi reponit, nullo libro praeeunte, magnus Casaubonus, minus placet; neque se argumentis satis validis tuetur; nam & plures duorum Comicorum Fabulas uno titulo est observare, & multas quoque, quarum tantum semel mentio,

Σφίγγες.

Suidas. Νεανισκεύεται. Ἄμφις ἐν Ῥέθροις· Ποσείδιππος, Δημόταις· Εὔπολις, Σφιγξίν. *Iuvenescit. Amphis in Fluentis; Posidippus in Tribulibus; Eupolis in Sphingibus.*

Ταξιάρχαι, sive Ταξίαρχοι.

Ita saepe indifferenter Pollux citat. Athenaeus lib. IV. Ἐπεσθίειν, εἶπεν Τηλεκλείδης Πρυτάνεσιν· Ἐπιφαγεῖν δ', Εὔπολις Ταξιάρχοις. *Insuper edere, dixit Teleclides in Prytanibus, Epiphagein vero, Eupolis Centurionibus.* Ammonius De Diff. Voc. in Ἀμυγδαλῆ. Καθὰ καὶ Εὔπολις ἐν Ταξιάρχοις φησί. *Sicut etiam Eupolis in Centurionibus ait.* Scholiastes Aristophanis Avibus. Δίυμος ὡς τοιούτου τὴν ὄψιν ὄντος μνημονεύῃ αὐτοῦ, καὶ μέγα ῥύγχος ἔχοντος· καὶ ὁ τὰς Ἀταλάντας γράψας, καὶ Εὔπολις ἐν Ταξιάρχαις. *Didymus illius meminit tamquam tali facie praediti, & magnum risum habentis; & qui Atalantas scripsit, & Eupolis in Centurionibus.* Et habes non semel apud Suidam.

Τριβριζοδίκαι.

Photius in Excerptis e Ptolemaei Hephaestionis Καινῆς Ἱστορίας lib. VI. (a) Τὰς δὲ Κολυμβάσας Ἀλκμᾶνος πρὸς τῇ κεφαλῇ τιτωνύχῳ τοῦ Χαλκιδέως φασὶν εὑρεθῆναι· τὰς δὲ Τριβριζοδίκας Εὐπόλιδος, πρὸς τῇ Ἐφιάλτου· τὰς δὲ Εὐνέδας Κρατίνου, πρὸς τῇ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως Μακεδόνων. *Vrinantes autem feminas Alcmanis, ad caput Titonychi Chalcidensis dicunt inventas esse; actiones contra contumelioso vero Eupolidis, ad Ephialtis; Eunidas vero Cratini, ad Alexandri Regis Macedonum.*

[a] *Iac. Gronov.* Ita Chirographum *Meursii*, sed habetur in libro quinto.

Φίλοι.

Athenaeus lib. VI. Μήποτ' ἐν διὰ ταῦτα κὴ ἡ παροιμία, Χῖος δεσπότην ὠνήσατο, ἣ κέχρηται Εὔπολις ἐν Φίλοις. *Forsan inde etiam proverbium, Chius herum emit, quo usus est Eupolis in Amicis.* Pollux lib. VII. capit. XXIX Τούτῳ δ' ἄρ' ἔοικε καὶ τὸ ἐν τοῖς Φίλοις Εὐπόλιδος. *Huic verisimile est etiam illud in Amicis Eupolidis.* Et lib. X. cap. XIII. Καὶ τὸ ἐκκενῶσαι, ἢ ἐκπιεῖν, κανάξαι λέγουσι, καὶ ἐκκανάξαι. ὡς Εὔπολις ἐν τοῖς Φίλοις. *Et evacuare, seu ebibere, κανάξαι dicunt, & ἐκκανάξαι; sicut Eupolis in Amicis.* Ammonius de Diff. Voc. Σχισαὶ, τὰ ὑποδήματα. Εὔπολις Φίλοις: Σχισαὶ, *Calceamenta. Eupolis Amicis.* Harpocration in Κατάσασες; Παρεμφαίνει καὶ τοῦτο Εὔπολις Φίλοις. *Manifestat illud etiam Eupolis Amicis.* Occurrit quoque apud Scholiasten Comici Acharnensibus.

Χρυσογένης.

Harpocration in Σιπύα: Ἔστι δὲ πολλάκις παρὰ τοῖς ἀρχαίοις κωμικοῖς. Εὔπολις Χρυσογένει Ἀριστοφάνης Τελμισσεῦσιν. *Est autem saepius apud veteres Comicos. Eupolis Chrysogene. Aristophanes Telmissensibus.* Zenobius Cent. II. Proverb XIX. Εὔπολις δὲ ἐν Χρυσογένει ἑτέρως φησὶν ἔχειν τὴν παροιμίαν. *Eupolis autem in Chrysogene aliter se habere proverbium ait.* Et Centur. VI. Prov. II. Μέμνηται αὐτῆς Εὔπολις ἐν Χρυσογένει *Meminit illius Eupolis in Chrysogene.* Priscianus corrigendus lib. De Metris Comicis; ut est apud Eupolim in Fabula, quae dicitur Χρυσογένης. Non rectum est, quod vulgo editum, quae dicitur Χρυσὸς γένος. Suidas: Ἀποπάτημα. αὐτὸ τὸ σκύβαλον. Εὔπολις Χρυσογένει. *Excrementum: ipsum σκύβαλον. Eupolis Chrysogene.* Vide eumdem in Τοῦ Διὸς τὸ σάνδαλον. Emenda eumdem in Ὄμιλλα, & Ψαμμακοδιογάργαρα, ubi male Χρυσῷ γένει. Eodemmodo peccatum apud Athenaeum ter lib. IX. semel XIV. Et apud Hephaestionem. Μάλιστα δ' ἐν αὐτῷ ἀταξία πολλή, ἡ τὰς σπονδείους ἐπὶ ἀρτίους χώρας ἔχουσα τῶν ἰαμβικῶν συζυγιῶν, οἷον παρ' Εὐπόλιδι ἐν Χρυσῷ γένει *Potissimum vero in illo confusio multa, spondeos in paribus locis iambicarum coniugationum habet, prout apud Eupolin in Aureo genere.* Scribe itidem, ἐν Χρυσογένει. Etiam apud Pollucem lib. VII. cap. XII Ὥσπερ κὴ τὸ σανδάλιον Εὔπολις ἐν Κρυσῷ γένει. *Sicut etiam Sandalium Eupolis in Aureo genere* Corrigendum, ἐν Χρυσογένει. Recte est apud eumdem lib. IX. cap. IV. Κατ' Εὔπολιν, τὸν λέγοντα ἐν Χρυσογένει, νεοκάτοικος. *Iuxta Eupolin in Chrysogene dicentem, νεοκάτοικος, recenter habitans.* Et lib. X. cap. XVII. Εὔπολις δὲ ἐν Χρυσογένει· Ἀλλ',

Ἀλλ', ὦ φίλε Ζεῦ, κατάχυτλον τὴν ῥῖν' ἔχεις.
Eupolis autem in Chryſogene;
Sed, o amice Iupiter, ſitulam naſum habes.
Quin plurali quoque numero

Χρυσογένειε

habes apud Pollucem eumdem lib. x. capit. xxxi. Ἐν δὲ Χρυσογένεσιν Εὐπόλιδος·
Εἶπειθ' ὁ κουρεὺς, τὰς μαχαιρίδας λαβὼν,
Ὑπὸ τῆς ὑπήνης κατακερᾷ τὴν εἰσφοράν.
In Chryſogenibus vero Eupolidis;
Deinde tonſor, cultellis adreptis,
Sub mento detondebit lanuginem.
Et puto equidem non unam fuiſſe; nam, ecce, obſervata mihi;

Χρυσογένης ά.

Apud Etymologici Auctorem in Ἀπόπατος: Εὔπολις Χρυσογένει ά.
Τί γάρ ἐς' ἐκεῖνο; ἀποπάτημ' ἀλώπεκος·
Eupolis Chryſogene primo;
Quid enim eſt hoc? excrementum vulpis.
Ita enim ibi reſtituendum cenſeo, pro Εὔπολις Χρυσογενείᾳ.

EVRIPIDES I.

De hoc Suidas. Εὐριπίδης, Ἀθηναῖος, τραγικός. πρεσβύτερος τῷ ἐνδόξῳ γενομένῳ. ἐδίδαξε δράματα ιβ'. εἶλε δὲ νίκας β'. *Euripides Athenienſis tragicus; celebri illo antiquior. Docuit Fabulas* XII. *victorias autem* II. *tulit.*

EVRIPIDES II.

Suidas de eo. Εὐριπίδης τραγικὸς, τοῦ προτέρου ἀδελφιδοῦς· ὡς Διονύσιος ἐν Χρονικοῖς. ἔγραψε δὲ Ὁμηρικὴν ἔκδοσιν, εἰ μὴ ἄρα ἑτέρου ἐστί. Δράματα αὐτοῦ, ταῦτα· Ὀρέστης, Μήδεια, Πολυξένη. *Euripides tragicus, prioris ſororis filius; ſicut Dionyſius in Chronicis. Scripſit autem Homericam expoſitionem, niſi alterius ſit. Fabulae eius hae; Oreſtes, Medea, Polyxena.*

EVRIPIDES III.

De hoc videndus item Suidas. Trium autem horum Fabulas eſſe putandum eſt, quae vel exſtant, vel laudantur. Recenſebo (a). *

BIBLIOTHECAE ATTICAE

LIBER III.

GLAVCIPPVS.

HYperidis filius, Orator, avo cognominis; ſcripſitque Orationes item ad exemplum patris. Plutarchus in Hyperide. Ἔσχε δὲ υἱὸν, ὁμώνυμον τῷ πατρὶ, Γλαύκιππον, ῥήτορα, καὶ Λόγους συγγράψαντα. *Habuit autem filium, patri cognominem, Glaucippum Rhetorem, qui etiam Orationes conſcripſit.* Photius in Bibliotheca, ubi de Hyperide agit. Ἔσχε δὲ καὶ ὁμώνυμον υἱὸν τῷ πατρὶ Γλαύκιππον, ῥήτορα· ὃς καὶ Λόγους συνεγράψατο. *Verum habuit etiam filium patri cognominem Glaucippum Rhetorem, qui etiam conſcripſit Orationes.* Non recte Suidas avum pro nepote Oratorem facit, quum inquit: Ὑπερίδης, υἱὸς Γλαυκίππου, τοῦ ῥήτορος. *Hyperides filius Glaucippi Rhetoris.* Nam, ſi is Orator fuiſſet, non Plutarchus tacuiſſet, qui de filio adnotavit. Huius quoque, ut puto, fuit, quod

Περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἱερῶν

Macrobius citat Sat. lib. I. cap. XIII. *Quod etiam ipſum de Graecorum imitatione faciebant; nam & illi ultimo anni ſui menſi ſuperfluos interſerebant dies, ut refert Glaucippus, qui De SACRIS ATHENIENSIVM ſcribit.* Laudat eum, ſed ſine ullo Operis titulo, Plutarchus in Phocione.

GLAVCON.

De eo, ſcriptiſque, ita Diogenes Laertius lib. II. Γλαύκων, Ἀθηναῖος· καὶ τούτου φέρονται ἐν ἑνὶ διάλογοι ἐννέα. Φείδυλος, Εὐριπίδης, Ἀμύντιχος, Εὐθίας, Λυσιθείδης, Ἀριστοφάνης, Κέφαλος, Ἀναξίφημος, Μενέξενος. φέρονται καὶ ἄλλοι δύο καὶ τριάκοντα, οἳ νοθεύονται. *Glaucon, Athenienſis; huius etiam feruntur in uno novem Dialogi. Phidylus, Euripides, Amyntichus. Euthias, Lyſithides, Ariſtophanes, Cephalus, Anaxiphemus, Menexenus. Feruntur etiam alii duo,*

[a] *Eudociae* quidem, ſeu *Athenaidis* iam mentionem feci, ſed quidam a me praetermiſſi hic recenſendi ſunt, ut
EPICRATES EPHORVS Rhetor Athenienſis, qui CCCXXX. circiter annis ante Chriſtum floruit.
EPIGENES Critonis F. Socraticus
EVSTROPHVS eruditus, qui ſub exitum primi a Chriſti ortu ſaculi vixit.
EVTHYPHRON Socrati σύγχρονος
EVXENIDES Comicus D. circiter annis ante Chriſtum clarus.
* *Iac. Gronovius.* Sic Chirographum Meurſii, qui videtur hinc demſiſſe folia ad hanc rem pertinentia, & ad ſcriptum de Euripide retuliſſe.

Digitized by Google

uo, & triginta, qui ſpurii exiſtimantur. An hic ipſe eſt? cuius

Γλῶσσαι

Athenaeo citantur lib. XI. Γλαύκων δ' ἐν ταῖς Γλώσσαις, Κυπρίους φησὶ τὴν κοτύλην κύλικα καλεῖν. *Glaucon autem in Gloſſis, Cyprios, inquit, κοτύλην calicem adpellare*. Laudatur & Glaucon Comicus Πρέσβεσι, apud Scholiaſten Comici in Argumento Veſparum. Alius quoque Homeri Interpres apud Platonem in Ione.

GLAVCVS.

Huius

Ἐπιγράμματα

aliquot exſtant Antholog. lib. I. cap. LXVIII. lib. III. cap. XXII. lib. IV. capp. III. VIII.

GORGIAS.

Scripſit,

Περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων.

Athenaeus lib. XIII. Περιφέρων ἀεὶ τοιαυτὶ βιβλία Ἀριστοφάνους, καὶ Ἀπολλοδώρου, καὶ Ἀμμωνίου, καὶ Ἀντιφάνους, ἔτι δὲ Γοργίου τοῦ Ἀθηναίου, πάντων τούτων συγγεγραφότων, Περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρίδων. *Circumferens ſemper tali modo libros Ariſtophanis, & Apollodori, & Ammonii, & Antiphanis, adhuc autem Gorgiae Athenienſis, omnium illorum, qui De meretricibus, quae erant Athenis, conſcripſerunt*. Et mox eodem libro. Ὡς φησι Γοργίας ἐν τῷ Περὶ ἑταιρῶν. *Sicut ait Gorgias in libro De meretricibus*.

HEDYLOGVS.

Hic, etſi Samius a nonnullis exiſtimatus, a nobis tamen in hunc numerum referetur. Meminit eius incerto Opere Athenaeus libro VII. Ἡδύλογος δ' ὁ Σάμιος, ἢ Ἀθηναῖος, Μελικέρτου φησὶν ἐρασθέντα τὸν Γλαῦκον, ἑαυτὸν ῥίψαι εἰς τὴν θάλασσαν. *Hedylogus autem Samius, ſeu Athenienſis, Glaucum Melicertae amore captum, ſeipſum dicit in Mare proiecisſe*. Sed corruptum illic locum, &

HEDYLVS.

Verum Auctori nomen fuiſſe, vult Caſaubonus. Cuius

Ἐπιγράμματα

Athenaeo eidem laudantur locis pluribus, item Antholog. lib. II. cap. XXII. lib. VI. cap. VIII. Et

Εἰς τὴν Καλλιμάχου ἐπιγραφὴν

commemoratur ab Etymologici Auctore in Ἀλυτάρχης: Ἥδυλος δὲ, ἐν τῇ ἐπιγραφὴν Καλλιμάχου. διὰ δύο λάμβδα ὀνομάζει τοὺς ἀλύτας ἀλλύτας. *Hedylus autem in inſcriptionem Callimachi, per duo lambda ἀλύτας nominat ἀλλύτας*. Eius quoque

Ὑποθετικὰ

nominantur bis apud Diogenem Laertium in Chryſippo lib. VII.

HELIODORVS I.

Cognomento Περιηγητής. Scripſit,

Περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως.

Harpocration in Θετταλός. Εἷς τῶν Κίμωνος παίδων, Θετταλὸς ἐκαλεῖτο· ὡς φησιν Ἡλιόδωρος, ἐν τῷ Περὶ ἀκροπόλεως. *Vnus ex Cimonis liberis, Theſſalus adpellabatur; ſicut ait Heliodorus in libro De arce*. Iterum in Νίκη Ἀθηνᾶ. Ὅτι ἣν ἐτιμᾶτο παρ' Ἀθηναίοις, δεδήλωκεν Ἡλιόδωρος ὁ Περιηγητὴς, ἐν τῇ πρώτῃ Περὶ ἀκροπόλεως. *Quod vero ab Athenienſibus colebatur, manifeſtavit Heliodorus Periegetes, in libro primo De arce*. Et in Προπύλαια. Ἡλιόδωρος δ' ἐν πρώτῳ Περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως μεθ' ἕτερα καὶ ταῦτά φησιν. *Heliodorus autem in libro primo De Athenarum arce poſt alia etiam haec dicit*. Reſtituendum eius nomen apud Plutarchum in Cimone. Ἡλιόδωρος δ' ὁ Περιηγητὴς καὶ τούτους φησὶ, καὶ τὸν τρίτον τῶν Κίμωνος υἱῶν Θεσσαλὸν, ἐξ Ἰσοδίκης γεγονέναι. *Heliodorus autem Periegetes etiam illos dicit, & tertium ex Cimonis liberis Theſſalum, ex Iſodice natos eſſe*. Hodie editur, Διόδωρος δ' ὁ Π. Certe libros Περὶ τῆς ἀκροπόλεως laudat etiam Athenaeus lib. IX. Ἡλιόδωρος δ' ὁ Περιηγητὴς ἐν πρώτῳ Περὶ ἀκροπόλεως, &c. *Heliodorus autem Periegetes in libro primo De arce, &c.* Anonymus in Deſcript. Olymp. Ὡς Ἡλιόδωρος ἐν πρώτῃ Περὶ Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως. *Sicut Heliodorus in libro primo De Athenarum arce*. Eratque id Opus libris quindecim diſtinctum. Athenaeus lib. VI. Ἀριστοφάνης δ' ὁ κωμῳδοποιὸς, ὃν φησιν Ἡλιόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τοῖς Περὶ ἀκροπόλεως (πεντεκαίδεκά ἐσι ταῦτα τὰ βιβλία) Ναυκρατίτην εἶναι γένος. *Ariſtophanes autem comicus, quem Heliodorus Athenienſis dicit in libris De arce, (quindecim ſunt illi libri) Naucratiten eſſe genere*. Scripſit quoque

Περὶ δήμων.

Sed corruptum eius nomen apud Harpocrationem in Θημακεύς, & emendandum. Δῆμός ἐσι φυλῆς τῆς Ἐρεχθεΐδος Θήμακος, ὡς φησιν Ἡλιόδωρος ὁ Περιηγητὴς, ἐν τῷ Περὶ τῶν δήμων. *Populus eſt Tribus Erechtheidis Themacus, ſicut ait Heliodorus Periegetes, in libro De populis*. Editur hodie, ὡς φησι Διόδωρος ὁ Π. Et petita inde fuerint, quae Vlpianus habet in Orat. de Corona. Ἐκλήθη δὲ Μουνύχιον, ὡς φησιν Ἡλιόδωρος παραφέρων τὰ Ἑλλανίκου. *Adpellabatur autem Munychium, ſicut ait Heliodorus, Hellanici verba proferens*. Huius item fuit,

Περὶ

Περὶ ἀναθημάτων τ᾽ Ἀθηναίων.

Plinius lib. I. in Indice Auctorum, quibus uſus eſt lib. XXXIII. *Ex Auctoribus externis, Democrito, Metrodoro Scepſio, Menaechmo, qui DE TOREVTICE ſcripſit: Xenocrate, qui item: Antigono, qui item: Heliodoro, qui DE ATHENIENSIVM ANATHEMATIS.*

Περὶ τῶν μνημάτων.

Plutarchus lib. de X. Rhet. in Hyperide. Τοὺς δὲ οἰκείους, τὰ ὁσᾶ λαβόντας, θάψαι τε ἅμα τοῖς γονεῦσι, πρὸ τῶν Ἱππάδων πυλῶν, ὡς φησιν Ἡλιόδωρος, ἐν τῷ τρίτῳ Περὶ μνημάτων. *Cognatos autem accepta oſſa apud parentes ſepeliviſſe ante portam Equeſtrem, prout inquit Heliodorus, in tertio De monumentis.* Ac corrigendus ille ipſe, extremo Themiſtocle. Ἡλιόδωρος δ᾽ ὁ Περιηγητὴς ἐν τοῖς Περὶ τῶν μνημάτων εἴρηκεν. *Heliodorus autem Periegetes in libris De monumentis dixit.* Vulgatur illic, Διόδωρος δ᾽ ὁ Π. Quo modo in extremo Theſeo. Καὶ ταῖς ἄλλαις ὀγδόαις τιμῶσιν αὐτὸν, ἢ διὰ τὸ πρῶτον ἐκ Τροιζῆνος ἀφικέσθαι τῇ ὀγδόῃ τοῦ Ἑκατομβαιῶνος, ὡς ἱστόρηκε Διόδωρος ὁ Περιηγητής. *Etiam aliis octavis diebus eum colunt, ſeu quia primum ex Troezene venit octavo die Hecatombaeonis, ſicut narravit Diodorus Periegetes.* Etiam illic reſcribendum, ὡς ἱστόρηκεν Ἡλιόδωρος ὁ Π. Eiuſdem fuit

Περὶ τῶν Ἀθήνησι τριπόδων.

Harpocration in Ὑπήτωρ. Ὅτι δὲ τῶν χορηγησάντων ἦν εἷς, Ἡλιόδωρός (φησιν) Περὶ τῶν Ἀθήνησι τριπόδων. *Quod vero unus ex choragis erat, Heliodorus (inquit) De tripodibus qui ſunt Athenis.* Citatur item, ſine certo Operis titulo, apud Iſaacium Tzetzem in Lycophronem. Δελφίνιος μὲν, (ὁ Ἀπόλλων) ὅτι τὸν ἐν Πυθῶνι Δελφῖνα δράκοντα τοξεύσας ἀνεῖλε, λητὼ βιάζοντα, ὡς φησιν Ἡλιόδωρος. *Delphinius quidem (Apollo) quia in Pythone Delphinium draconem iaculatus ſuſtulit, Latonae vim inferentem, ſicut ait Heliodorus.* Et occurrit pluries in Heſychii Gloſſis. Neque alium, puto, qui, tamquam

Περὶ μέτρων

etiam ſcripſiſſet, Metricus adpellatur Priſciano de Metris Com. *Neceſſarium autem eſſe duximus, multo exquiſita labore, inventaque, exempla diverſorum nominatiſſimorum Graeciae auctorum, quorum quaedam etiam Heliodorus protulit Metricus, & Hephaeſtion,* ſubiicere. Citaturque illis pluries. Alius ab hoc,

HELIODORVS II.

Tragoediarum auctor. Eius meminit Galenus Περὶ ἀντιδότων lib. II. Καὶ Ὦρος ὁ Μενδήσιος, ὁ νεώτερος· καὶ Ἡλιόδωρος ὁ Ἀθηναῖος, τραγῳδιῶν ποιητής. *Et Orus Mendeſius, iunior, & Heliodorus Athenienſis, tragicus.* Eiusdem mox

Ἀπολυτικὰ πρὸς Νικόμαχον

carmine heroico ſcripta citat ibidem. Ὥσπερ καὶ Ἡλιόδωρον ἐν τοῖς πρὸς Νικόμαχον Ἀπολυτικοῖς ἐναρχόμενόν ἐστιν εὑρεῖν. *Quemadmodum etiam Heliodorum in Diſſolutoriis ad Nicomachum incipientem eſt invenire.* Item

Πρωτεσίλαος

laudatur a Stephano in Φυλάκη. Καὶ τὸ ἐκ τούτου ἐπίρρημα, Ἡλιόδωρος ἐν Πρωτεσιλάῳ·

Ἀργείων τελέεσσιν, ὅσοι Φυλακῆθεν ἕποντο·

Et adverbium ex loco, Heliodorus in Proteſilao;

Argivorum optimatibus, quotquot ex Phylace ſequebantur.

Citat aliquot item eius verſus heroicos ex Opere de Spectaculis Italicis Stobaeus Serm. XCVIII.

HENIOCHVS.

Eius Comoediae a Suida citantur iſtae. Τροχίλος, Ἐπίκληρος, Γόργονες, Πολυπράγμων, Θωρύκιον, Πολύευκτος, Φιλέταιρος, Δὶς ἐξαπαλώμενος, Ἀποφρὰς, Ἡμιγύναι, Θεοσυγὴς, Βαρυόργητος, Κωκυτός. *Trochilus, Epiclerus, Gorgones, Curioſus, Thorycium, Polyeuctus, Phileteaerus, Bis deceptus, Nefaſtus, Semi-muliebris, Diis inviſus, Graviter-iracundus, Cocytus.* Vide eum in Ἡνίοχος. Ex his

Γόργονες,

citantur Athenaeo lib. XI.

Πολύευκτος,

lib. IX.

Πολυπράγμων,

lib. VI.

Τροχίλος,

lib. IX. Exſtat inſigne quoque ipſius fragmentum, ſed non indicatur Fabula apud Stobaeum Serm. XXXIX.

HERMIPPVS (a).

Hunc Comoedias quadraginta ſcripſiſſe ait Suidas. Ἑρμιππος, Ἀθηναῖος, κωμικὸς, τὴν ἀρχαίας κωμῳδίας, ἑτερόφθαλμος, ἀδελφὸς δὲ Μυρτίλου τοῦ κωμικοῦ, δράματα διδάξας μ'. *Hermippus, Athenienſis, comicus veteris comoediae, cocles, Myrtili autem comici frater, fabulas docuit* XL. Ex his,

(a) HELENA quoque memorinda eſt Muſaei F. Athenienſis Poetria.

Digitized by Google

Ἀθλωᾶς γοναί.

Citantur Suidae. Ἀνθέων, τὴν γλωσσὴν ὁμοίως τοῖς Ἴωσιν οἱ Ἀττικοί. Ἑρμιππος Ἀθλωᾶς γοναῖς. *Florum, genitivum ſimiliter Ionibus Attici. Hermippus Minervae nativitate.* Vide eumdem in ἦ δ' ὅς. Etymologici Auctor in Ἀρναῖος. Διὰ τοῦ ι γράφεται, καὶ προπαροξύνεται, ὡς παρὰ Ἑρμίππῳ ἐν Ἀθλωᾶς γοναῖς. *Per ι ſcribitur, & acuto accentu antepenultima notatur, ſicut apud Hermippum in Minervae nativitate.*

Ἀρτοπώλιδες.

Heſychius. Δοκικῶ, ἀντὶ τοῦ, δοκῶ. ἔπαιξε δὴ Ἑρμιππος ἐν Ἀρτοπώλισι. Δοκικῶ, *pro* δοκῶ, *videor. Luſit autem Hermippus in Panis-venditricibus.* Ita ſcribo; nam perperam illic editur, Ἑρμιππος. Pollux lib. VII. cap. XXXIII. Ὥσπερ ἐν Ἀρτοπώλισιν Ἑρμίππου τὸ γελοποωλεῖν. *Tamquam in Panis-venditricibus Hermippi ſcruta vendere.* Et mox. Ὁ αὐτὸς (Ἑρμιππος) ἐν Ἀρτοπώλισί φησιν. *Idem (Hermippus) in Panis-venditricibus dicit.* Athenaeus lib. III. Ἰδίως δὴ ἐσχημάτισαι παρ' Ἑρμίππῳ ἐν Ἀρτοπώλισι. *Peculiariter autem formatum eſt apud Hermippum in Panis-venditricibus.* Suidas in Ἀγῆλαι. Ἑρμιππος Ἀρτοπώλισι:

Φέρε νῦν ἀγήλω τοὺς θεοὺς, οὓς ἐγὼ,
Καὶ θυμιάσω, τοῦ τέκνου σεσωσμένου.

Hermippus Panis-venditricibus;

Fer nunc orem deos, quos ego,
Et ſacrificabo, filio ſervato (a).

Sed corruptum illic priorem verſum ſic reſtituo,

——— τ. θεοὺς ἴσθ' ἔσω.
——— *deos adiens intus.*

Emendationis mihi fundus Scholiaſtes Euripidis Medea. Φρύνιχος ἀγῆλαι ἀντὶ εὔξασθαι· καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει·

Διὰ παντὸς, ὦ δέσποιν', ἀγηλοῦμέν σ' ἀεὶ
Ἡμᾶς. ———

Καὶ Ἑρμιππος ἀρτοὺς πώλισιν·

Φέρε νῦν ἀγήλω τοὺς θεοὺς ἴσθ' ἔσω.

Phrynichus ἀγῆλαι *pro* εὔξασθαι, *precari. Et apud Ariſtophanem;*

Per omne, o domina, precabimur te ſemper
Nos. ———

Et Hermippus panis poliſin;

Fer nunc orem deos adiens intus.

Verum etiam ibi omnino reſtituendum, Καὶ Ἑρμιππος Ἀρτοπώλισιν, Reſpexit Scholiaſtes Ariſtophanis Nubibus. Ἑρμιππος μὲν, Δρᾶμα οὐκ ἐποίησεν εἰς Ὑπέρβολον. ἔοικε δὴ τὸ πλείους ἀρτοπώλιδας λεχθὲν κατ' αὐτοῦ σημαίνειν. *Hermippus quidem, in Hyperbolum Fabulam non fecit. Videtur autem plurimas panum-venditrices dictum contra eum indicare.*

Δημόται.

Athenaeus lib. VII. Ἐπὶ τοῦ ἑνικοῦ, Ἑρμιππος Δημόταις. *In ſingulari, Hermippus Tribulibus.*

Heſychius. Οὐ φρονεῖς Ἱπποκλείδη. παροιμία, ἧς μέμνηται καὶ Ἑρμιππος Δημόταις. *Nulla cura Hippoclidae. Proverbium, cuius meminit etiam Hermippus Tribulibus.* Pollux lib. VII. capit. XXII. Αὐτοσχεδὲς δ' ὑπόδημα, τὸ ἁπλῶς ἐργασμένον εἴρηκεν Ἑρμιππος Δημόταις· Αὐτοσχεδὲς *vero calceamentum, ſimpliciter factum, dixit Hermippus Tribulibus.* Occurritque iterum apud eumdem lib. IX. cap. VI. lib. X. cap. XXXVIII. & apud Suidam in Λεπτολογία, Οὐ φρονεῖς Ἱπποκλείδη.

Δίμετροι.

Vide infra in Ἴαμβοι.

Εὐρώπη.

Suidas. Ῥάζειν, καὶ Ῥύζειν, τὸ ὑλακτεῖν. Ἑρμιππος Εὐρώπῃ. Ῥάζειν, & Ῥύζειν, *latrare. Hermippus Europa.*

Θεοί.

Pollux lib. IX. cap. VII. Τὸ δὴ ῥῆμα τὸ Πεντελιθίζειν, ἔστιν ἐν τοῖς Ἑρμίππου Θεοῖς. *Verbum autem Quinque lapillis ludere, eſt in Hermippi Diis.* Heſychius. Μίλαξ, ἡλικία. ἔνιοι δὲ, μέλλα. καὶ παρ' Ἑρμίππῳ ἐν Θεοῖς. Μίλαξ, *aetas: alii vero,* μέλλα: *& apud Hermippum in Diis.* Scholiaſtes Ariſtophanis Veſpis, & Avibus. Athenaeus libb. X. XI. XIV. Stephanus in Ταίναρος.

Θεσμοφόροι.

Pollux lib. X. cap. XXVI. Καὶ Ἑρμιππος ἐν Θεσμοφόροις τὸ κύαθον, τὴν οἰνοχόλυν, καὶ τὸ λύχνιον, καὶ τὰ τοιαῦτα σκεύη, χαλκίδια, καὶ χαλκᾶ, καλεῖ. *Et Hermippus in Theſmophoris, cyathum, trullam, & candelabrum, & talia vaſa,* χαλκίδια, *& χαλκᾶ, dicit.*

Ἴαμβοι.

Athenaeus lib. III. Μνημονεύει δ' αὐτῆς Ἑρμιππος ἐν Ἰάμβοις. *Meminit autem illius Hermippus in Iambis.* Iterum XV. Ὁμοίως δὲ διεξέρχονται Κηφισόδωρος ἐν Τροφωνίῳ· καὶ Καλλίας, ἢ Διοκλῆς, ἐν Κύκλωψι· καὶ Εὔπολις, Ἑρμιππός τε ἐν τοῖς Ἰάμβοις. *Similiter autem explicant Cephiſodorus in Trophonio; & Callias, ſeu Diocles, in Cyclopibus; & Eupolis, Hermippuſque in Iambis.* Et mox. Ἑρμιππος δὲ ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν Ἰάμβοις τὸ στρατιωτικὸν λυχνεῖον σύνθετον οὕτως ὀνομάζει. *Hermippus autem comicus in Iambis militare candelabrum compoſitum ſic nominat.* Ex hac Fabula fuiſſe cenſeo, qui citantur Δίμετροι ab Scholiaſte Ariſtophanis Veſpis. Ὁμοίως δ' ἔστι καὶ παρ' Ἑρμίππῳ ἐν Διμέτροις. *Similiter autem eſt etiam apud Hermippum in Dimetris.* Et qui Τρίμετροι, apud eumdem Pluto. Ἑρμιππος ἐν τῷ πρώτῳ ἰάμβῳ τῶν Τριμέτρων Ἀσκληπιοῦ καὶ Λαμπετίας τῆς Ἡλίου λέγει Μαχάονα. *Hermippus in primo iambo Trimetrorum AEſculapii, & Lampetiae Solis filiae Machaonem filium dicit.* Iterum Avibus. Τοιοῦτον γάρ τοι καὶ Ἑρμιππος ἐν τοῖς Τριμέ-

(a) Ipſe vertiſſem:
Age nunc precer Deos, quos ego
Etiam ſuffitibus colam, ſervato filio.

μέτροις εμφανίζῃ. *Tale quid enim etiam Hermippus in Trimetris ostendit.*

Κέρκωπες.

Athenaeus lib. III. Ὀνομάζῃ δὲ καὶ Ἕρμιππος ἐν Κέρκωψι φρεατικὸν ὕδωρ. *Nominat autem etiam Hermippus in Cecropibus putealem aquam.* Iterum libb. X. XI. Hesychius. Κολακοφοροκλείδης. Ἱεροκλείδης, ὃν ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδοῦσιν· Ἕρμιππος μὲν, ἐν Κέρκωψιν· Φρύνιχος δὲ, ἐν Κωμασταῖς. *Colacophoroclides. Hieroclides, quem ob malitiam perstringunt; Hermippus quidem, in Cercopibus; Phrynichus autem in Commessatoribus.* Laudat quoque Schol. Aristophanis Avibus.

Κόθορνοι.

Pollux lib. VII. cap XXXIII. Πορνεύτριαν δὲ, ἐν τοῖς Γεωργοῖς Ἀριστοφάνης εἴρηκεν· Ἕρμιππος δὲ ἐν τοῖς Κοθόρνοις, πορνοτελῶναι. *Meretricem vero in Agricolis Aristophanes dixit; Hermippus autem in Cothurnis, meretricum publicani.*

Μοῖραι.

Athenaeus lib. VIII. Νόθιππον δὲ τὸ τραγῳδοποιὸν, ἐν Ἕρμιππος ἐν ταῖς Μοίραις φησίν. *Nothippum vero tragicum, quem Hermippus in Fatis dicit.* Idem libb. X. XI. XV. Pollux lib. VII. cap. XXXIII. & lib. X. cap. XXXI. Suidas in Ἴακχος. An diversa Fabula?

Μῦρα.

Habes apud Athenaeum lib. XI. Ἕρμιππος Μύροις. *Hermippus in Vnguentis.* An vero legendum? Ἕρμιππος Μοίραις.

Στρατιῶται.

Zenobius Cent. II. Proverb. XXIII. Ἀνερίνεος εἶ. τάττεται ἡ παροιμία παρ' Ἑρμίππῳ ἐν Στρατιώταις. *Incaprificatus es. Ponitur proverbium apud Hermippum in Militibus.* Scholiastes Aristophanis Pace. Περὶ μὲν ἓν τῆς ῥάβδου, Ἕρμιππος ἐν Στρατιώταις. *Itaque de virga quidem, Hermippus in Militibus.* Pollux lib. X. cap. XLVII. Τοῖς δὲ Στρατιώταις καὶ ἀντὶ μάκτρας ὑπουργᾶ, ὅπερ ἐν Στρατιώταις Ἕρμιππος ὑποδηλοῖ. *Militibus autem etiam pro mactra inservit, quod in Militibus Hermippus subsignificat.* Habes quoque apud Hesychium in Πάνικτον, & Athenaeum locis pluribus.

Τρίμετροι.

Vide supra in Ἴαμβοι.

Φορμοφόροι.

Pollux lib. VII. cap. XXII. Οὗ Ἕρμιππος ἐν Φορμοφόροις μνημονεύῃ, ὥσπερ καὶ τῶν καρκίνων Φερεκράτης. *Cuius Hermippus in Sportas-ferentibus meminit, sicut etiam cancrorum Pherecrates.* Et lib. IX. cap. VI. Ὁ μὲν Ἕρμιππος ἐν Φορμοφόροις λέγῃ·

Παρὰ τῶν καπήλων λήψομαι τὸ σύμβολον.

Hermippus quidem in Sportas-ferentibus dicit;

Ab cauponibus accipiam symbolum.

Scholiastes Aristophanis Avibus. Οὗ μέμνηται Ἕρμιππος ἐν Φορμοφόροις, ὡς ἀλλότρια ὑποβαλλομένου ποιήματα. *Cuius meminit Hermippus in Sportas-ferentibus, tamquam alienis subiicientis poemata.* Suidas. Ἀπεδημηκότες, ἀντὶ τοῦ, ἀποδεδημηκότες. Ἕρμιππος Φορμοφόροις. Ἀπεδημηκότης, *pro* ἀποδεδημηκότες, *qui peregrinati sunt. Hermippus Sportas-ferentibus.* Habes etiam apud Athenaeum lib. XV. & Hesychius emendandus in Διὸς βάλανοι; ubi perperam Ἕρμιππος Φορφόροις, pro, Ἕρμιππος Φορμοφόροις, editur.

HERODES.

De hoc Suidas. Ἡρώδης, Ἰούλιος χρηματίσας, υἱὸς Ἀττικοῦ, τοῦ Πλουτάρχου, γένος Αἰακίδης, Ἀθηναῖος, ἀπὸ δήμου Μαραθωνίου. *Herodes, Iulius adpellatus, Attici filius, Plutarchi nepos, AEcides genere, Athenienſis, populum Marathonius.* Scripta eius,

Ἐφημερίδες.

Et,

Ἐπιστολαί.

Item,

Λόγοι αὐτοσχέδιοι.

Suidas. Καὶ ἔγραψεν Ἐφημερίδας, σύγγραμμα πολυμαθὲς, καὶ Ἐπιστολὰς, καὶ Λόγους αὐτοσχεδίους. *Et scripsit Ephemerides, doctum opus, & Epistolas, & Orationes extemporaneas.* Philostratus in eius Vita Sophist. lib. II. Ἐπιστολαὶ δὲ πλεῖσαι Ἡρώδου, καὶ Διαλέξεις, καὶ Ἐφημερίδες. Ἐγχειρίδιά τε καίρια, τὴν ἀρχαίαν πολυμάθειαν ἐν βραχεῖ ἀπωθισμένα. *Epistolae autem plurimae Herodis, & Dissertationes, & Ephemerides: Enchiridiaque opportuna, veterem scientiam breviter deflorantia* (a).

HERON.

De eo, Scriptisque, ita Suidas. Ἥρων, Κότυος, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, τὰς ἐν Ἀθήναις δίκας γεγραφὼς, εἶτα ἐξήγησιν Δεινάρχου, ὑπομνήματα εἰς Ἡρόδοτον, Ξενοφῶντα, Θουκυδίδην, κεκριμένων ὀνομάτων βιβλία γ'. ἐπιτομὴν τῶν Ἡρακλείδου ἱστοριῶν, περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων, καὶ τῶν λόγων, οἷς ἐνίκησαν πρὸς ἀλλήλους ἀγωνιζόμενοι. *Heron, Cotyis filius, Athenienſis, rhetor, qui iudicia Athenis facta ſcripsit, deinde explicationem Dinarchi, commentaria in Herodotum, Xenophontem, Thucydidem, ſelectorum nominum*

(a) Heic etiam commemoranda erat eius Inscriptio de Villa Triopea, quae Romae reperta est, & a *Meursio* versibus Latinis expressa. Huius quidem Meursianum αὐτόγραφον a Viro humanissimo, & eruditissimo *Iac. Bruckero* accepi inter Meursianas lucubrationes iterum evulgandum: in quo obtinendo egregiam mihi operam praestitit vir illustrissimus & mihi amicissimus *Martial. Saxius*. Vereor ne *Meursius* fidem *Is. Casaubono* habuerit, & Inscriptionem illam non *Herodis Attici* esse, sed *Herodis* Regis cum illo perperam existimaverit, adeoque eam heic silentio transilierit. Pluria de *Herode Attico* ad Inscriptionem illam tempestive commentabimur.

Digitized by Google

num libros III. *epitomen historiarum Heraclidis, de antiquis rhetoribus, & orationibus, quibus vicerunt invicem certantes.*

HYPERIDES.

Inter decem Athenis Oratores valde celebris. Feruntur eius Orationes LXXVII. e quibus LII. genuinae, ceterae XXV. dubiae ipsi attributae. Plutarchus in eius Vita. Φέρονται δ' αὐτοῦ λόγοι ἑβδομηκονταεπτὰ, ὧν γνήσιοί εἰσι πεντηκονταδύο. *Feruntur autem eius Orationes septuaginta septem, quarum genuinae sunt quinquaginta duo.* Photius in Bibliotheca. Ἀνεγνώσθησαν Ὑπερίδου λόγοι διάφοροι. τούτων οἱ μὲν εἰς τὸ τοῦ ῥήτορος ἀναφερόμενοι γνήσιον, δύο καὶ πεντήκοντά εἰσιν· οἱ δὲ παρασχόντες ἀμφισβήτησιν, πέντε καὶ εἴκοσι. *Lectae sunt Hyperidis Orationes diversae. Quarum quidem, quae genuinae rhetoris existimantur, duo & quinquaginta sunt; quae vero in controversia sunt, quinque, & viginti.* Ac citatur Orat. XXX. Harpocrationi in Κομιστικὰ πλοῖα. Ἔοικε καλεῖσθαι κομιστικὰ πλοῖα, ἐν οἷς ἐκόμιζον οἱ τύραννοι τὰ ληφθέντα λάφυρα, ὡς αὐτὸς ὁ ῥήτωρ ὑποσημαίνει ἐν τῷ τριακοστῷ Λόγῳ. *Videntur adpellari vectoria navigia, in quibus tyranni ferebant captas praedas, sicut ipse rhetor subindicat in trigesima Oratione.* Vnde colligere est, numero suo distinctas Orationes fuisse. E genuinis eius erant,

Κατὰ Πολυεύκτου, περὶ τοῦ διαγράμματος.

Etymologici Auctor in Συμμορία. Ὅτι δὲ καὶ οἱ δημοποίητοι ἐνεγράφοντο εἰς τὰς συμμορίας, δεδήλωκεν Ὑπερίδης ἐν τῷ Κατὰ Πολυεύκτου. *Quod vero etiam illi, qui cives fiebant, inscribebantur in classes, significavit Hyperides in oratione Adversus Polyeuctum.* Harpocration in Ἀγοράς. Ὑπερίδης ἐν τῷ Κατὰ Πολυεύκτου, περὶ τοῦ διαγράμματος. *Hyperides in oratione Adversus Polyeuctum, de edicto.* Habes apud eumdem in Διάγραμμα, Ἡγεμών, Θαργήλια, Κυδαντίδης, Ὀβολοστατεῖ, Συμμορία. An eadem est? quae,

Περὶ τοῦ Πολυεύκτου στρατηγείας
De Polyeucti ducatu,

inscribitur apud eum eumdem in Ἄκτια, & Ῥόδιον.

Δηλιακός.

Plutarchus in eius Vita. Συχάντος δὲ πρὸς Δηλίους ἀμφισβητήματος, ποτέρους δεῖ προΐσασθαι τοῦ ἱεροῦ, αἱρεθέντος Αἰσχίνου συνειπεῖν, ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ Ὑπερίδῃ ἐχειροτόνησε· καί ἐστιν ὁ λόγος, Δηλιακὸς ἐπιγεγραμμένος. *Exorta autem adversus Delios controversia, utri praeessent sacris, delecto ad dicendum AEschine, senatus ex Areopago Hyperidem creavit: & extat oratio, Deliaca inscripta.* Narrat iisdem pene verbis etiam Photius. Athenaeus lib. X. Ὑπερίδης Δηλιακῷ. Καὶ τὸν κρατῆρα τὸ Πανιώνιον κοινῇ οἱ Ἕλληνες κεραννύουσιν. *Hyperides Deliaca. Et craterem Panionium communiter Graeci miscent.* Meminit quoque Sopater in Hermogenem. Ἔχεις δ' ἁπλοῦν σχασμὸν παρὰ Ὑπερίδῃ, ἐν τῷ Δηλιακῷ. *Habes autem duplicem coniecturam apud Hyperidem, in Deliaca.* Et Anonymus in eumdem. Διόπερ τὰς ἐν Δηλιακῷ Ὑπερίδου πόρρω τούτων ἐσάναι φησί. *Quapropter illas in Deliaca Hyperidis procul ab his stare dicit.* Laudant item Priscianus lib. XVIII. Harpocration in Ἀγοράσαι, Ἄνετον, Ἀποικία, Ἀρτεμίσιον, Πεζηγεσία, Ῥηναία, Σύνταξις. Corrigendum autem censeo Aristophanis Scholiasten Avibus. Ὁ δὲ Ὑπερίδης ἐν τῷ Δηλιακῷ, καὶ ὅτι Χῖοι ηὔχοντο Ἀθηναίοις, δεδήλωκε. *Hyperides autem in Deliaca, etiam quod Chii precabantur, Athenienſibus significavit.* Hodie editur, Ὑπερίδης ἐν τῷ Χαλκῷ. *Hyperides in AEre.*

Πρὸς Τίμανδρον.

Suidas in Παιδάριον. Οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων κέχρηνται τῷ ὀνόματι οἱ ῥήτορες, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν παρθένων. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Πρὸς Τίμανδρον. *Non tantum de maribus usi sunt rhetores eo nomine, sed etiam de virginibus. Hyperides in oratione Adversus Timandrum.*

Ὑπὲρ Χαιρεφίλου, περὶ τοῦ ταρίχους.

Harpocration in Καταχειροτονία. Ἔστι δὲ πολλάκις τὸ ἔνομα παρά τε Δημοσθένει, ἐν τῷ Κατὰ Μειδίου· καὶ Ὑπερίδῃ, ἐν τῷ Ὑπὲρ Χαιρεφίλου, περὶ τοῦ ταρίχους. *Est autem nomen illud saepius & apud Demosthenem, in oratione Adversus Midiam; & Hyperidem, in oratione pro Chaerephilo, de salsamento.* Alibi simpliciter inscribitur,

Ὑπὲρ Χαιρεφίλου.

Apud eumdem Harpocrationem in Παλληνεύς. Ὑπερίδης ἐν τῇ Ὑπὲρ Χαιρεφίλου ἀπολογίᾳ. *Hyperides in defensione pro Chaerephilo.* Saepissime etiam,

Περὶ τοῦ ταρίχους.

Pollux lib. IX. cap. V. Παρ' Ὑπερίδῃ, ἐν τοῖς Ὑπὲρ τοῦ ταρίχους. *Apud Hyperidem, in orationibus Pro salsamento.* Harpocration in Ἀκτὴ, Κεφῆνοι, Ναύκληρος, Πρυμνητικός. Priscianus lib. XVII. *Hyperides*, ἐν τῷ Περὶ τοῦ ταρίχους· Μετὰ ταῦτα ὕστερον ἦλθον, ἀναθησομένη τὸ τάριχος. *Hyperides, in oratione De salsamento; Post haec deinde veni, adpositura salsamentum.* Sed non unica hac de re Oratio fuit; & plurali numero dicit, loco iam citato. Pollux. Ἐν τοῖς Ὑπὲρ τοῦ ταρίχους. *In orationibus Pro salsamento.* Ac diserte,

Περὶ τοῦ ταρίχους ά.

laudatur Harpocrationi. Ἀφεὶς τὴν ὑπέραν, τὸ πόδα διώκει. Ὑπερίδης ἐν τῷ Περὶ τοῦ ταρίχους πρώτῳ. *Relicto fune, pedem persequitur. Hyperides, in oratione De salsamento prima.* Eodem modo,

Ὑπὲρ

Digitized by Google

Ὑπὲρ Χαιρεφίλου ά.

Apud eumdem Harpocrationem in Πυνκί. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Ὑπὲρ Χαιρεφίλου πρώτῳ, φησί. *Hyperides, in oratione Pro Chaerephilo prima, dicit.* Et haec eſt Oratio, quam deſignat Athenaeus lib. III. Τοσαύτῃ δ' Ἀθηναῖοι σπουδὴν ἐποιοῦντο περὶ τὸ τάριχος, ὡς καὶ πολίτας ἀναγράψαι τοὺς Χαιρεφίλου τοῦ ταριχοπώλου υἱούς. μνημονεύει αὐτῶν καὶ Ὑπερίδης ὁ ῥήτωρ. *Tale autem ſtudium Athenienſes impenderunt ſalſamento, ut inter cives etiam adſcriberent Chaerephili ſalſamentarii filios. Meminit illorum etiam Hyperides rhetor.*

Ὑπὲρ Χαιρεφίλου, περὶ τοῦ ταρίχους β'.
Pro Chaerephilo, de ſalſamento II.

Nondum vidi, qui citaret. Sed fuiſſe illud certum.

Κατὰ Ἀριſταγόρου.

Athenaeus lib. XIII. Ὑπερίδης δὲ ἐν τῷ Κατὰ Ἀριſταγόρου φησὶν, καὶ πάλιν τὰς ἀφύας καλουμένας ὕτον ἢ τρόπον ἐκάλέσατο. *Hyperides autem in oratione Adverſus Ariſtagoram dicit, & rurſum aphyas dictas tali modo adpellavit.* Recte Harpocrationem in Ἀφύας emendat Vir Cl. Philippus Mauſſacus. Emendandus quoque Theon, ut monui nuper Attic. Lect. lib. III. cap. VIII. Duplex autem Oratio haec fuit; itaque

Κατὰ Ἀριſταγόρα β'.

citatur Athenaeo lib. XIII. Καὶ Ὑπερίδης μέμνηται, ἐν τῷ Κατὰ Ἀριſταγόρου δευτέρῳ. *Et Hyperides meminit in oratione Adverſus Ariſtagoram ſecunda.* Et mox. Οὗ Ὑπερίδης μνημονεύει, ἐν τῷ Κατὰ Ἀριſταγόρου δευτέρῳ. *Cuius Hyperides meminit, in oratione Adverſus Ariſtagoram ſecunda.* Alia erat, ne confundas,

Κατ' Ἀριſταγόρου, ἀπροσασίᾳ.
Adverſus Ariſtagoram, neglecti patrocinii.

Cuius meminit Harpocration in Δωροξενία, & Μετοίκιον. Et haec item duplex;

Κατ' Ἀριſταγόρου ἀπροσασίᾳ, ά.
Adverſus Ariſtagoram, neglecti patrocinii, I.

Qui citaret nondum legi.

Κατ' Ἀριſταγόρᾳ, ἀπροσασίᾳ, β'.
Adverſus Ariſtagoram, neglecti patrocinii, II.

Harpocration in Ἀπροσασίᾳ, Διαμαρτυρία, Νοθεῖα, Ὅτι χιλίας, Πολῖται, Φαλάγγια.

Κατὰ Δημάδου.

Porphyrius Quaeſt. Hom. I. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατὰ Δημάδου· Μηδέποτε πολέμου, μήτε πολιτείας, ἐπιβόλους γλυκέως. *Hyperides, in oratione Adverſus Demadem; Numquam belli, nec reipublicae, compotes fieri.* Corrigendus eſt Etymologici Auctor in Ἐπίβολος, ubi cum hoc ipſo fragmento citatur Hyperides ἐν τῷ Κατὰ Δημάρχου. Reſcribe, ἐν τῷ Κατὰ Δημάδου. Videndus etiam Suidas in Λιτή. Athenaeus lib. X. Καὶ ἐν τῷ Κατὰ Δημάδου δέ ὁ Ὑπερίδης εἴρηκε ῥᾳδιεστέραν τὴν πόλιν. *Et in oratione Adverſus Demadem Hyperides dixit faciliorem urbem.* Harpocration in Ἀλκίμαχος. Ἕτερος δέ ἐστιν Ἀλκίμαχος Μακεδὼν, οὗ μνημονεύει Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατὰ Δημάδου. *Alius autem eſt Alcimachus Macedo, cuius meminit Hyperides, in oratione Adverſus Demadem.* Vide eumdem in Βυφόνια, Δῃποφόρος, Θριπηδέστατον, Λιτὴ, Μεκυβέρνα, Ὀξυθύμια, Παλαμναῖος, Παρεῖαι.

Κατὰ Δημοσθένους.

Athenaeus lib. X. Τῷ ἢ ἀκρατέστερον Ὑπερίδης κέχρηται, ἐν τῷ Κατὰ Δημοσθένους. *Vocabulo autem ἀκρατέστερον, magis merum, uſus eſt Hyperides, in oratione Adverſus Demoſthenem.* Meminit quoque Plutarchus in eius Vita, & Demoſthenis, Priſcianus liq. X. Harpocration in Ἀριστίων, Διάθεσις, Ἐπισάτης, Καταπομὴ, Νικάνωρ, Παραγραφή. Suidas praeterea in Ἀριστεῖος, Νικάνωρ.

Πρὸς Ἀπελλαῖον περὶ Θησαυροῦ.

Pollux lib. III. cap. II. Καὶ παρ' Ὑπερίδῃ, Ἐξέδωκε ἢ πρόγονον τὴν αὐτοῦ, ἐν τῷ Πρὸς Ἀπελλαῖον περὶ Θησαυροῦ. *Et apud Hyperidem, Proſtituit ſuam ipſius privignam, in oratione Adverſus Apellaeum de theſauro.* Harpocration in Κολωνατῖται. Ὑπερίδης ἐν τῷ Πρὸς Ἀπελλαῖον περὶ τοῦ Θησαυροῦ. *Hyperides in oratione Adverſus Apellaeum de theſauro.* Vide iterum in Κτησίου, Πύθια, Πῶλας.

Κατὰ Κόνωνος.

Harpocration. Ἄνδρα· Ὑπερίδης ἐν τῷ Κατὰ Κόνωνος. τὰ χείλη τῶν ποταμῶν ἄνδρα λέγουσι. Ἄνδρα; *Hyperides in oratione Adverſus Cononem. Ripas fluviorum* ἄνδρα *dicunt.* Et alibi. Ἐν Διομείοις Ἡρακλείων. Ὑπερίδης Κατὰ Κόνωνος. *In Diomiis Heracleorum. Hyperides Adverſus Cononem.*

Ὑπὲρ Φρύνης.

Harpocration. Ἀνεπόπτευτος: Ὑπερίδης, ἐν τῷ Ὑπὲρ Φρύνης. *Non initiatus. Hyperides in oratione pro Phryne.* Vide eumdem in Ἐποπλευκότων, Εὐθίας, Ἰσοδαίτης. Quinctilianus lib. X. cap. V. *Id Meſſalae placuit; multaeque ſunt ab eo ad hunc modum ſcriptae Orationes, adeo ut etiam cum illa HYPERIDIS PRO PHRYNE difficillima Romanis ſubtilitate contenderet.* Meminit quoque Plutarchus in eius Vita. Ὡς εἰκὸς δὲ καὶ δίκην Φρύνῃ τῇ ἑταίρᾳ, ἀσεβεῖν κρινομένῃ, συνεξητάσθη. αὐτὸς γὰρ τοῦτο ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου δηλοῖ. *Vt autem veriſimile, iudicium etiam cum Phryne meretrice, impietatis accuſata, conſtitutum eſt. Ipſe enim illud in initio orationis ſignificat.* Athenaeus lib. XIII.

Οἱ δὲ

Ὁ δὲ Ὑπερίδης, συναγορεύων τῇ Φρύνῃ, ὡς οὐδὲν, ἤνυε λέγων, &c. *Hyperides autem, Phrynen defendens, quum nihil proficeret dicendo, &c.*

Κατὰ Δημητρίας, ἀποστασίου.

Harpocration in Ἀποστασίου. Πολλάκις δ' ἔστι παρὰ τοῖς ῥήτορσι· παρὰ τῷ Λυσίᾳ, ἐν τῷ Πρὸς Ἀριστόδημον· καὶ Ὑπερίδῃ, ἐν τῷ Κατὰ Δημητρίας, ἀποστασίου. *Saepius autem est apud Rhetores; apud Lysiam in oratione Adversus Aristodemum; & Hyperidem in oratione Adversus Demetriam defectionis.*

Ὑπὲρ Μηκάλου.

Pollux lib. VII. cap. XXXIII. Ὑπερίδης δὲ, ἐν τῷ Ὑπὲρ Μηκάλου, ἔφη Ἐμισθώσατο τυληφάντας. *Hyperides autem in oratione Pro Mecalo, dixit; Locavit artifices culcitrarum.*

Κατ' Ἀθηνογένους

Harpocration. Ὁμόσε ἰέναι. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατ' Ἀθηνογένους. *Adgredi. Hyperides in oratione Adversus Athenogenem.* Habes iterum apud eumdem in Ποδοσράβῃ. Sed duplex erat.

Κατ' Ἀθηνογένους α.

Harpocration. Κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατ' Ἀθηνογένους πρώτῳ. *In foro non mendacem esse. Hyperides in oratione Adversus Athenogenem prima.*

Κατ' Ἀθηνογένους β'.

Idem. Ἀπρόσκλητον, ἢ ὃ προσκεκλημένῳ. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατ' Ἀθηνογένους β'. Ἀπρόσκλητον, *non advocatam. Hyperides in oratione Adversus Athenogenem secunda.* Et alibi. Τὰ τῶν φώρων κρείττω. Ὑπερίδης ἐν τῷ Κατὰ Ἀθηνογένους δευτέρῳ. *Furum causa potior est. Hyperides in oratione secunda Adversus Athenogenem.* Emendandus Apostolius Cent. XVIII. Prov. XI. ubi male hodie editur, Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Εὐθυνογένους δευτέρῳ. *Hyperides in oratione Adversus Euthynogenem secunda.*

Κατ' Ἀντίου.

Harpocration. Ἀσήμαντα, τὰ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενα ἀτρράγιστα. σημεῖα γὰρ ἔλεγον τὰς σφραγίδας. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατ' Ἀντίου. Ἀσήμαντα, *a nobis dicta non signata, σημεῖα enim dicebant sigilla. Hyperides in oratione Adversus Antiam.* Vide eumdem in Βάσανος, Σεσημασμένῳ, Ὑποσήσας.

Πρὸς Ἐπικλέα.

Pollux lib. VII. cap. XXVII. Ὑπερίδης γὰρ, ἐν τῷ Πρὸς Ἐπικλέα, ταῦτ' εἴρηκεν. *Hyperides enim in oratione Adversus Epiclem, illa dixit.* Harpocration in Γρύλλος. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Πρὸς Ἐπικλέα. *Hyperides in oratione Adversus Epiclem.* Occurritque iterum apud eumdem in Διάγραμμα.

Ὑπὲρ Καλλίππου.

Plutarchus in eius Vita. Ἐπέμφθη δὲ καὶ πρὸς Ἠλείους, ἀπολογησόμενος Ὑπὲρ Καλλίππου τοῦ ἀθλητοῦ, ἔχοντος αἰτίαν τῆ φθεῖραι τὸν ἀγῶνα, καὶ ἐνίκησε. *Sed etiam missus est ad Eleos, dicturus pro Callippo Athleta, corrupti certaminis accusato, & vicit.* Harpocration. Ἐλευσίνια. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Ὑπὲρ Καλλίππου. *Eleusinia. Hyperides in oratione pro Callippo.* Habesque iterum in Ἑλλανοδίκαι.

Πρὸς Ὑγιαίνοντα.

Harpocration. Ἑνη, καὶ νέα. Ὑπερίδης, ἐν τῷ πρὸς Ὑγιαίνοντα. *Trigesima. Hyperides in oratione Adversus Hygiaenontem.* Et alibi. Θέσθαι, ἀντὶ μὲν τοῦ, ὑποθήκην λαβεῖν. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Πρὸς Ὑγιαίνοντα. Θέσθαι, *pro pignus capere. Hyperides in oratione Adversus Hygiaenontem.*

Πρὸς Χάρητα.

Pollux lib. VIII. cap. XII. Ὑπερίδης δὲ, ἐν τῷ Πρὸς Χάρητα, ἔφη· ἀποδόμενος, ἀντὶ τοῦ, ὑποθείς. *Hyperides autem in oratione Adversus Charetem dixit; dans, pro supponens.* Ita scribo. Non recte editur, ἐν τῷ Πρὸ Χάρητα. Harpocration in Ἐπιδιετὲς ἡβῆσαι. Ἔπειτα τῷ ληξιαρχικῷ ἐγγράφονται γραμματεῖῳ, καθά φησιν Ὑπερίδης, ἐν τῷ Πρὸς Χάρητα ἐπιτροπικῷ. *Deinde inscribuntur in libro lexiarchico, sicut ait Hyperides in oratione Adversus Charetem tutelari.*

Κατὰ Πασικλέους.

Etymologici Auctor in Συμμορία. Οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν, ὡς ὁ μὲν Δημοσθένης φησὶν, ἑξήκοντα ἄνδρας ἔχειν τὴν συμμορίαν· ὁ δὲ Ὑπερίδης, δεκαπέντε· ἐν γὰρ τῷ Κατὰ Πασικλέους, λέγων τὴν αἰτίαν, γράφει. *Verum non est, quod miremur, quomodo Demosthenes quidem dicat, sexaginta viros habere curiam; Hyperides vero, quindecim; nam in oratione Adversus Pasiclem, causam dicens, scribit.* Quae totidem verbis Harpocration in eiusdem dictionis explicatione; videnduſque idem in Ἔκδικα. Pollux lib. IX. cap. V. Καὶ παρ' Ὑπερίδῃ, ἐν τῷ περὶ ἀντιδόσεως Πρὸς Πασικλέα. *Et apud Hyperidem in oratione de remuneratione Adversus Pasiclem.* Laudat item Priscianus lib. XVIII.

Περὶ τῶν Εὐβούλου δωρεῶν.

Harpocration in Εὔβουλος. Ὑπερίδου λόγος ἐστὶ Περὶ τῶν Εὐβούλου δωρεῶν. *Hyperides oratio est De Eubuli donis.* Vide eumdem in Πεντηκοστή. Porphyrius in Fragmento libri primi Περὶ φιλολογίας ἀκροάσεως, apud Eusebium de Praep. Evang. lib. X. Μηνύω καὐτὸς Ὑπερίδην τὸν καλὸν πολλὰ παρὰ Δημοσθένους κεκλοφότα, ἔν τε τῷ Πρὸς Διώνδαν λόγῳ, κἀν τῷ Περὶ τῶν Εὐβούλου δωρεῶν. *Indico & ipse Hyperidem pulcrum multa ab Demosthene furatum esse, & in oratione Adversus Diondam, & in illa De Eubuli donis.* Vbi etiam,

Πρὸς

Πρὸς Διώνδαν,

Oratio obſervari debet.

Περὶ τῆς φυλακῆς τῶν τριηρῶν.

Harpocration. Κομψικὰ πλοῖα. Υ῾περίδης, ἐν τῷ Περὶ τῆς φυλακῆς τῶν τριηρῶν. *Vectoriae naviculae. Hyperides in oratione De Cuſtodia Triremium.* Corruptiſſima eſt huius Orationis inſcriptio apud eumdem in Προβόλιον. Υ῾περίδης, ἐν τῷ Περὶ τ῀ φυλακῆς ϝ Τυῤῥηνῶν Τροπικῶν, ἐκ μεταφορᾶς ἐχρήσατο τῷ ὀνόματι. *Hyperides in oratione De Cuſtodia Tyrrhenorum Tropicorum, per metaphoram uſus eſt eo nomine.* Emendo, ἐν τῷ Περὶ τῆς φυλακῆς τριηρῶν ἐπιτροπικῷ. *In oratione tutelari De Cuſtodia Triremium.* Meminit eius Plutarchus in eius Vita. Καὶ περὶ τῶν ϛρατηγῶν, ὧν ἠτῆ παρ' Ἀθηναίων, ἀντεῖπε· ϗ Περὶ τῶν τριηρῶν. *Et de ducibus, quos poſtulabat ab Athenienſibus, contradixit; & De Triremibus.*

Πρὸς Θασίους.

Pollux lib. VII. cap. XXXII. Υ῾περίδης, ἐν τῷ Πρὸς Θασίους. Εὐθὺς δὲ καρπεύειν ἀγαθὴν ϗ πλείϛην χώραν. *Hyperides in oratione Adverſus Thaſios; ſtatim vero frui bona, & plurima regione.*

Υ῾πὲρ Σιμμίου, πρὸς Πυθέαν, καὶ Λυκοῦργον.

Harpocration. Ἐπιχειροτονία. ἡ τῶν χειροτονητῶν κατάϛασις. Υ῾περίδης ἐν τῷ Υ῾πὲρ Σιμμίου, πρὸς Πυθέαν, καὶ Λυκοῦργον· Ἐπιχφροτονία. *Conſtitutio illorum, qui per manuum ſuffragia* [a] *facti, Hyperides in oratione Pro Simmia, Adverſus Pytheam, & Lycurgum.*

Κατὰ Μαντιθέου.

Athenaeus lib. VI. Υ῾περίδης γοῦν ὁ ῥήτωρ, ἐν τῷ Κατὰ Μαντιθέου, αἰκίας, φησὶν, ἔθεσαν, ὑ μόνον ὑπὲρ τῶν ἐλευθέρων, ἀλλὰ καὶ ἐάν τις εἰ δοῦλου σῶμα ὑβρίσῃ, γραφὰς εἶναι κατὰ τοῦ ὑβρίσαντ@. *Hyperides igitur Rhetor in oratione Adverſus Mantitheum, pulſationis, dicit, ſtatuerunt, ut non tantum pro liberis, ſed etiam ſi quis ſervi corpus contumelia adficiat, accuſationes in contumeliae auctorem ſint.* Et lib. XIII. Ο῾ δ' αὐτὸς Υ῾περίδης. ἐν τῷ Κατὰ Μαντιθέου, αἰκίας, περὶ Γλυκέρας τάδε λέγϛ. *Ipſe autem Hyperides in oratione Adverſus Mantitheum pulſationis, de Glycera haec dicit.* Harpocration. Ποσφδεών. Υ῾περίδης, ἐν τῷ Κατὰ Μαντιθέου. *Neptunus. Hyperides in oratione Adverſus Mantitheum.* Et vide iterum apud eumdem in Σκευοποιοῦντα.

Περὶ τῶν ϛρατηγῶν, πρὸς Ἀλέξανδρον.

Plutarchus in eius Vita. Ἐπολιτεύσατο Ἀθηναίοις, καθ' ὃν χρόνον Ἀλεξάνδρ@ τῶν Ἑλληνικῶν ἤπτετο χρημάτων. καὶ Περὶ τῶν ϛρατέγων, ὧν ἠτῆ παρ' Ἀθηναίων, ἀντεῖπε. *Rempublicam geſſit Athenis, quo tempore Alexander Graecas res adgrediebatur; & De Ducibus, quos poſtulabat ab Athenienſibus, contradixit.*

Ἐπιτάφ@.

Dionyſius Longinus. Περὶ ὕψους. Τὸν δ', Ἐπιτάφιον (ὁ Υ῾περίδης) ἐπιδεικτικῶς, ὡς ἐκ ἂν οἰδ' εἴ τις ἄλλ@, διέθετο. *Funebrem vero ſermonem (Hyperides) oſtentatorie, quod ſciam nullus alius, diſpoſuit.* Dionyſius Halicarnaſſeus in Arte cap. VI. cui titulus, Μέθοδ@ ἐπιταφίων. Λυσίας τε, καὶ Υ῾περίδης, καὶ ὁ Παιανιεὺς, καὶ ὁ τ῀ Σωκράτους ἑταῖρ@ Ναυκράτης, πολλὰς ἡμῖν τοιαύτας ἰδέας παρέσχοντο. *Lyſiaſque, & Hyperides, & Paeanienſis, & Socratis amicus Naucrates, multas nobis tales formas praebuerunt.* Vide, ſi tanti eſt, Atticas Lectiones noſtras lib. IV. cap. IV.

Υ῾πὲρ Λυκόφρον@.

Pollux lib. II. cap. IV. Υ῾περίδης δὲ, ἐν τῷ Υ῾πὲρ Λυκόφρον@, καὶ τὸ πρὸ τῶν πολλῶν ὀνομαζόμενον χφρόγραφον, χεῖρα ὠνόμασεν. *Hyperides autem in oratione Pro Lycophrone, etiam ab multis nominatum chirographum, manum nominavit.* Habes item apud eumdem lib. VIII. cap. VI. lib. IX. cap. VIII. ſemel, iterumque.

Υ῾πὲρ Ξενίππου.

Harpocration. Μεταγφτνιών. Υ῾περίδης, ἐν τῷ Υ῾πὲρ Ξενίππου. *Metageitnion. Hyperides in oratione Pro Xenippo.*

Υ῾πὲρ Μιμικᾶς.

Pollux lib. X. cap. VIII. Ὧν καὶ τὺς τεχνίτας ἔοικεν Υ῾περίδης, ἐν τῷ Υ῾πὲρ μιμικᾶς, ὀνομάζειν, ἑπτών· Ἐμισθώσατο τυλιφάντας. *Quorum etiam artifices videtur Hyperides in oratione Pro mimica, nominare dicens; Locavit culcitrarum textores.* Niſi corruptus forte locus, quod exiſtimo, ſupra enim apud eumdem Pollucem lib. VII. cap. XXXIII. idem fragmentum ex Oratione Υ῾πὲρ Μικάλου profertur. Itaque etiam hoc nunc loco reſcribendum eſſe arbitror, ἐν τῷ Υ῾πὲρ Μικάλου, aut Μικάλου. Facta eſt prioris Syllabae duplicatio, & poſterioris item depravatio. Vtrobique autem pro τυληφάντας, aut τυλιφάντας, ſcribendum, cenſeo τυλυφάντας, *culcitrarum textores.*

Υ῾πὲρ Φορμησίου.

Harpocration in Πανδιονίς. Ὡς ἄλλοι τε πολλοὶ λέγουσι, καὶ Υ῾περίδης, ἐν τῷ Υ῾πὲρ Φορμησίου. *Prout aliique multi dicunt, & Hyperides in oratione Pro Phormeſia.*

[a] Num χειροτονῶν ex eo derivatur, quod extenſa manu electionem ſignificarent, ut adhuc apud multos in uſu eſt? *Lucanus:*
Elataſque alte quaecumque ad ſigna vocaret
Promiſere manus.
Apud Eccleſiaſticos quidem dicitur, quia extenſae manus electo imponuntur.

A

Πρὸς Δάμιππον.

Harpocration in Πρόσκλησις. Δημοσθένης, ἐν τῷ Περὶ τῦ Ἀγνίυ κλήρυ· καὶ Ὑπερίδης, ἐν τῷ Πρὸς Δάμιππον. *Demosthenes in oratione De Hagniae hereditate; & Hyperides in oratione Adversus Damippum.*

Κατὰ Φιλιππίδυ.

Athenaeus lib. XII. Λεπτὸς δ' ἦν καὶ Φιλιππίδης· B καθ' ὃ λόγος ἐστὶν Ὑπερίδῃ τῷ ῥήτορι, λέγων, αὐτὸν ἕνα τῶν πολιτευομένων εἶναι. *Tenuis autem Philippides quoque erat; adversus quem Hyperidis Rhetoris oratio est, dicens, esse eum inter illos, qui Rempublicam gerunt.*

Κατ' Αὐτοκλέυς.

Harpocration. Ἔργα νέων. τῦτο καὶ Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατ' Αὐτοκλέυς, Ἡσιόδυ φησὶν εἶναι. *Opera iuvenum. Illud etiam Hyperides in oratione Adversus Autoclem, Hesiodi dicit esse.* Habesque iterum apud eumdem in Εὔηνος, Κατελεύσαν, Κολωνάτας, Μηλόβιος, Ποδοσραβη, Σρατηγοί. Apostolius Cent. IX. Proverb. VI. Τῦτο Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατ' Αὐτοκλέυς, Ἡσιόδου φησὶν εἶναι παροιμίαν. *Illud Hyperides in oratione Adversus Autoclem, Hesiodi proverbium esse dicit.*

Ὑπὲρ Ἀκαδήμυ.

Harpocration. Ἡφαίσια. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Ὑπὲρ Ἀκαδήμυ. *Vulcanalia: Hyperides in oratione Pro Academo.*

Περὶ ὀχετῦ.

Pollux lib. X. cap. V. Καὶ ὀχετόκρανα δ' ἂν εἴποις, τὰς τῶν ὀχετῶν ἀρχάς· ὡς Ὑπερίδης, ἐν τῷ Περὶ ὀχετῦ. *Etiam ὀχετόκρανα dicas, canalium initia; sicut Hyperides in oratione De canali.*

Ὑπὲρ τῦ Πυράνδρυ κλήρυ.

Harpocration in Κακώσεως. Καὶ Λυσίας, ἐν τῷ Περὶ τῦ Ἡγησάνδρυ κλήρυ· καὶ Ὑπερίδης, ἐν τῷ Ὑπὲρ τῦ Πυράνδρυ κλήρυ. *Et Lysias in oratione De Hegesandri hereditate; & Hyperides in oratione Pro hereditate Pyrandri.*

Πρὸς Ἀριστογείτονα.

Idem. Εὐρυσάκειον. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Πρὸς Ἀριστογείτονα. *Eurysacis templum. Hyperides in oratione Adversus Aristogitonem.* Iterum alibi. Οἰνῆς Ὑπερίδης, ἐν τῷ Πρὸς Ἀριστογείτονα. *Oeneis. Hyperides in oratione Adversus Aristogitonem.* Vide rursum in Ὅσιον. Vlpianus in Olynth. II. Ἴσα, ἐν τῷ Πρὸς Ἀριστογείτονα. Μετὰ ταύτην τοίνυν τὴν ἀπόκριτιν ἑτέραν διαθήκην ἐκόμισαν, ἣν ἔφασαν Ἀργέτολιν ἐν Λήμνῳ διαθέσθαι. *Isaeus in oratione Adversus Aristogitonem. Post hanc ergo responsionem aliud foedus tulerunt, quod dicebant Archepolim in Lemno composuisse.* Habes quoque apud Suidam in Ἀπεψηφίσατο.

Πλαταϊκός.

Plutarchus de Gloria Athen. Ἄρα ἂν ἄξιον προκρῖναι τὸν Ὑπερίδυ Πλαταϊκὸν τῆς Ἀριστείδυ παραγγελίας νίκης. *Sane igitur dignum praeponere Hyperidis Plataicam Aristidis adnunciationi victoriae.*

Πρὸς Πάγκαλον.

Harpocration in Μασῆρες. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Πρὸς Πάγκαλον. *Hyperides in oratione Adversus Pancalum.*

Ὑπὲρ Ξενοφίλυ.

Harpocration in Μυυχιών. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Ὑπὲρ Ξενοφίλου. Vide iterum in Τυρμεῖδαι, & Ὅσίαι. Neque una haec Oratio fuit; nam ecce,

Ὑπὲρ Ξενοφίλυ ά.
Pro Xenophilo I.

Laudatur ei Harpocrationi in Κεραμεῖς. Fuerit itaque etiam,

Ὑπὲρ Ξενοφίλου β'.
Pro Xenophilo II.

Quam adhuc quaero,

Συνηγορικός.

Pollux lib. III. cap. XXV. Ὑπερίδης δὲ πράτην εἰρηκεν, ἐν τῷ Συνηγορικῷ. *Hyperides autem venditorem dixit in Defensoria.*

Πρὸς τὴν Δημέου γραφήν.

Harpocration in Λυσιεύς. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Πρὸς τὴν Δημέου γραφήν. *Hyperides in oratione Adversus Demeae accusationem.* Ita enim ibi scribendum. Vide Atticar. Lect. libro I. capit. V.

Ὑπὲρ Λυκόργου.

Apsines lib. De Arte Rhet. cap. Περὶ προσωποποιίας χέχρηται τύτῳ τῷ τόπῳ καὶ Ὑπερίδης, Ὑπὲρ Λυκύργου, λέγων. *Hoc loco etiam usus est Hyperides, Pro Lycurgo, dicens.*

Ὑπὲρ τῦ Ἱππέως κλήρου,
Pro Hippei hereditate.

Harpocration in Κυδαθηναιεὺς, & Τριακάς. Sed haec quoque gemina Oratio fuerit; & quidem,

Ὑπὲρ τῦ Ἱππέως κλήρου ά.
Pro Hippei hereditate I.

Necdum mihi observata.

Ὑπὲρ τῦ Ἱππέως κλήρου β'.

Laudatur ab Harpocratione in Παραναταβολή.

Ὑπὲρ

Περὶ δὲ τῶν κληρικῶν, ἄλλοι τε πάλιν εἰρήκασι ῥήτορες, καὶ Ὑπερίδης. ἐν τῷ Περὶ τῦ Ἱππέως κλήρου δευτερῳ. *De hereditariis autem, & alii rursus dixerunt Rhetores, & Hyperides in oratione secunda De Hippei hereditate.*

Κατ' Ἀρχεστρατίδου.

Ammonius De Diff. Voc. Ἱερὰ, τύς τε περιβόλους τῶν νεῶν, καὶ τὰ σφάγια, καὶ τὰ ὀστᾶ τῶν ἀνθρώπων· ὡς Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατ' Ἀρχεστρατίδου. Ἱερὰ (*Sacra*) *vox, & septa templorum, & victimas, & ossa hominum; sicut Hyperides in oratione Adversus Archestratidem.* Harpocration in Εὔβουλος. Ἕτερος δ' ἔστιν ὁ κωμικὸς, ὃν μνημονεύει Ὑπερίδης ἐν τῷ Κατ' Ἀρχεστρατίδου. *Alius autem Comicus est, cuius meminit Hyperides in oratione Adversus Archestratidem.* Videndus idem in Θεωρικὰ, Ἰθύφαλλοι, Ξυπεταίονες, Πάραλος, Στεφανεύς. Ac emendandus Apsines lib. De Arte Rhetor. cap. Περὶ τῶν τελικῶν. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατὰ Ἀρχεστρατίδου, ἐπέξεισι. *Hyperides in oratione Adversus Archestratidem, enarrat.* Perperam editur. ἐν τῷ Κατὰ Ἀρχεσράτου, natum mendum e compendio scriptionis.

Κατὰ Δημάρχου.

Ita citatur apud Etymologici Auctorem in Ἐπίβολος. Sed legendum esse, κατὰ Δημάδα, supra ostendi, quum de illa Oratione agerem. Habes ecce de LII. genuinis Orationum L. inscriptiones; quibus si addatur etiam,

Περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν,
De federe cum Alexandro,

quae, quum hodie in Demosthenis numeretur, a Libanio tamen in Argumento, huic Hyperidi adtribuitur, unica tantum requireretur. De XXV. ceteris, dubiae fidei, solas quinque observavi.

Ὑπὲρ Ἁρπάλου.

Pollux lib. X. cap. XXXVI. Εἰ δὲ μὴ ψευδὴς ὁ Περίδου λόγος Ὑπὲρ Ἁρπάλου, ἐν αὐτῷ γέγραπται. *Verum nisi falsa Hyperidis oratio Pro Harpalo, in ea scriptum est.*

Κατὰ Δωροθέου.

Harpocration in Ἐπὶ κόρης. Ὑπερίδης ἔν γ' ἢ Φιλῖνος, ἐν τῷ Κατὰ Δωροθέου, προφὴν, βαπίσαντα τὸν Ἱππόνικον ἐπὶ κόρης, γραφῆναι ὕβρεως. ἐν τοῖς ἑξῆς ὥσπερ ἐξηγεῖται τὸνομα. *Hyperides igitur, seu Philinus in oratione Adversus Demeursii Tom. II.*

[a] Heic quoque a me recensentur
HERACLEON Athenienſis Sophiſta, qui anno a Chriſto nato CCCCXX. floruit.
HERODICVS pariter Athenienſis Hiſtoricus, qui CCCL. circiter annis Chriſtianam Epocham praeceſſit.
HERON Grammaticus anno Chriſti CCCXXX. clarus.
HIPPARCHVS Piſiſtrati F. Tyrannus, & Poeta, de quo tam multa *Meurſius* noſter in *Vita Piſiſtrati*.
HIPPOTHALES Platonicus, & Platonis Auditor. Denique
HOMERVS Princeps ille Poetarum, ac Pater, omittendus non fuerat a *Meurſio*, qui tamen multos alios recenſet, quorum Patria

rotheum, quum praedixisset, post percussum Hipponicum in maxilla, contumeliae actionem illi intentatam esse; in sequentibus velut explicat nomen.

Κατὰ Πατροκλέους.

Athenaeus lib. XIII. Ὑπερίδης δ' ἐν τῷ Κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, τὺς Ἀρεοπαγίτας φησὶν ἀριςήσαντά τινα ἐν καπηλείῳ κωλύσαι ἀνιέναι εἰς Ἄρειον πάγον. *Hyperides autem in oratione Adversus Patroclem, si genuina oratio, dicit Areopagitas aliquem, qui pransus erat in popina, prohibuisse in Areopagum adscendere.* Suidas in Αὐλαία. Κέχρηται δὲ αὐτῷ Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατὰ Πατροκλέους. *Illo autem usus est Hyperides in oratione Adversus Patroclem.* Harpocration in Νάννιον. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος. *Hyperides in oratione Adversus Patroclem, si genuina.* Ac vide item in Νεμέα, Πάνδημος. Citatur tamen, sine ulla exceptione a Polluce lib. IV. cap. XIX. & Etymol. Auctor in Φορβαντεῖον. Emendandus est Suidas. Νεμέας αὐλητρίδος μνημονεύει Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος. *Nemeae tibicinae meminit Hyperides in oratione Adversus Patroclem, si genuina.* Editur hodie, ἐν τῷ Κατὰ Προκλέους.

Ὑπὲρ δημοποιητῦ.

Harpocration in Ἑρκεῖος Ζεύς. Ὅτι δὲ τύτοις μετῆν τῆς πολιτείας, οἷς εἴη Ζεὺς Ἑρκεῖος, δεδήλωκε καὶ Ὑπερίδης, ἐν τῷ Ὑπὲρ δημοποιητῦ, εἰ γνήσιος. *Illos vero participes fuisse civitatis, quibus esset Iupiter Herceus, significavit etiam Hyperides in oratione Pro eo, qui civis factus erat, si genuina.*

Κατὰ Φιλοκράτους.

Designatur a Demosthene in Orat. Περὶ παραπρεσβείας. Ἴσως δή πως, πρώην, ὅτε εἰσήγγειλεν Ὑπερίδης Φιλοκράτην, ὅτι παρελθὼν ἐγὼ, δυσχεραίνῃ ἔφη ἔν τι τῶν τῆς εἰσαγγελίας, εἰ μόνος Φιλοκράτης τοσύτων καὶ τηλικύτων ἀδικημάτων αἴτιος γέγονεν. *Scitis sane, nuper, quum Philocratem Hyperides detulit, me accedentem dixisse, unum quoddam huius delationis mihi molestum esse, an tantorum, & eiusmodi delictorum solus Philocrates auctor esset.*

Κατὰ Δημέου, ξενίας.

Harpocration. Κυρία ἐκκλησία. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατὰ Δημέου, ξενίας, εἰ γνήσιος. *Legitima concio. Hyperides in oratione Adversus Demeam, hospitalitatis, si genuina.* Idem videndus in Ὀσχοφόροι (a).

controversa est. Illum autem & ab Athenienſibus ſibi vendicatum fuiſſe ſatis indicat diſtichon illud famigeratum, quod apud *Agellium Lib.* III. *Noct. Attic. Cap.* XI. legere eſt, atque ita habet:

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζας Ὁμήρου
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολόφων, Σάλαμις, Χῖος, Ἄργος, Ἀθῆναι.
Septem urbes certant de ſtirpe inſignis Homeri
Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin, Chius, Argos, Athenae.

IOPHON (a).

Tragoediarum ſcriptor, Sophoclis Filius, ſcripſit Tragoedias L. e quibus VII. a Suida commemorantur, Α'χιλλεος, Τήλεφος, Α'κταίων, Γ'λίυ πέρσις, Δεξάμυὸς, Βάκχαι, Πενθεὺς. *Achilles, Telephus, Actaeon, Ilii excidium. Dexamenus, Bacchae, Pentheus.* E quibus

Βάκχαι

laudantur Stobaeo Eclog. II.

IPHICRATES.

Orator, & Dux exercitus. Suidas. Γ'φικράτης, σκυτέως πατρὸς, Α'θηναῖος, ῥήτωρ, καὶ ςρατηγός. *Iphicrates, Sutore patre, Athenienſis, Rhetor, & Dux.* Scripſit

Ταχτικά,

AElianus Tact. capit. I. Πύῤῥος τε ὁ Η'πειρώτης Ταχτικὰ συνέγραψε, καὶ Α'λέξανδρος ὁ τούτου υἱὸς, ἔτι δὲ Παυσανίας, Εὐάγγελός τε, καὶ Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης, ἀνὴρ πολυμαθὴς, Σκιπίωνι συγγενόμενος, Εὐπόλεμός τε, καὶ Γ'φικράτης. *Et Pyrrhus Epirota Tactica conſcripſit, & Alexander huius filius, adhuc autem Pauſanias, & Evangelus, & Polybius Megalopolita, vir doctus, Scipionis aequalis, & Eupolemus, & Iphicrates.* Et inde petita ſine dubio, quae Plutarchus ex eo profert in Pelopida. Ω'ς Γ'φικράτης διήρει, Χερσὶ μὲν ἐοίκασιν οἱ ψιλοὶ, πόσσὶ δὲ τὸ ἱππικὸν, αὐτὴ δὲ ἡ φάλαγξ ςέρνοις, καὶ θώραξι. *Quomodo Iphicrates diſtinxit, manibus quidem ſimiles ſunt leviter armati, pedibus autem equitatus, ipſa vero phalanx pectori, & thoraci.* Huius quoque Orationes duas,

Περὶ τῆς εἰκόνος,

Item,

Περὶ τῆς προδοσίας,

Lyſiae alias attributas. Dionyſius Halicarnaſſeus attribuit in Lyſia. Ο'τι μὲν οὖν εἰσι λόγοι τοῦ ῥήτορος Περὶ τε τῆς εἰκόνος, καὶ (Περὶ) τῆς προδοσίας, οὐκ ἔχω βεβαίως εἰπεῖν· ὅτι δ' ἑνὸς ἀμφότεροι, πολλοῖς τεκμηρίοις ἔχοιμ' ἂν εἰπεῖν. ἡ γὰρ αὐτὴ προαίρεσίς τε καὶ δύναμις ἐν ἀμφοτέροις, ὑπὲρ ὧν ὁ καιρὸς ἐν τῷ παρόντι σκοπεῖν. εἰκάζω δὲ Γ'φικράτους εἶναι αὐτάς. καὶ γὰρ τὰ πολέμια δεινὸς ὁ ἀνὴρ, καὶ ἐν λόγοις οὐκ ἀκαταφρόνητος. *Huius quidem igitur Rhetoris orationes eſſe & De imagine, & (De) proditione, non firmiter dicere poſſim; unius vero utramque eſſe, multis ſignis dicere poſſim. Eadem enim mens & vis in utraque eſt, quas in praeſenti tempus non eſt conſiderandi. Verum Iphicratis illas eſſe coniicio. Etenim in bellicis peritus eſt vir, & in orationibus non ſpernendus.* Ad priorem illam, quod attinet; eadem inſcripta erat,

Πρὸς Α'ρμόδιον.

Ariſtoteles Rhet. lib. II. cap. XXIII. Ω'ς Γ'φικράτης, ἐν τῇ Πρὸς Α'ρμόδιον. *Sicut Iphicrates in oratione Adverſus Harmodium.* Inſpiciendus ibi locus. Citatur incerto Opere a Varrone De Ling. Lat. lib. IV.

ISAEVS.

Hunc nonnulli quamquam Chalcidenſem faciant, ego tamen, eos ſequutus, qui Athenienſem tradunt, in hoc ordine recenſebo. Orationes eius Plutarchus genuinas quinquaginta eſſe tradit; quatuordecim autem alias, de inſcriptione quarum, an ſit certa, dubitetur. Verba eius ecce iſta. Καταλέλοιπε δὲ (ὁ Γ'σαῖος) λόγους ἑξήκοντα τέσσαρας, ὧν εἰσι γνήσιοι πεντήκοντα. *Reliquit autem (Iſaeus) ſexaginta quatuor orationes, quarum genuinae ſunt quinquaginta.* Et Photius in Bibliotheca. Α'νεγνώσθησαν Γ'σαίυ διάφοροι λόγοι. ἤτοι δὲ, ἁπλῶς εἰπεῖν, εἰς τέσσαρας καὶ ἑξήκοντα συναριθμοῦνται. τούτων δὲ οἱ τὸ γνήσιον μαρτυρηθέντες, πεντήκοντα καταλέιπονται μόνοι. *Lectae ſunt Iſaei diverſae orationes; quae, ut ſimpliciter dicam, ad quatuor & ſexaginta numerantur. Inter has, quas genuinas teſtantur, quinquaginta ſolae relinquuntur.* Genuinarum iſti tituli.

Γ'πὲρ τοῦ Μενεκλέους κλήρυ.

Harpocration. Α'γενὴς, ἀντὶ τοῦ, ἄπαις. παρ' Γ'σαίῳ, ἐν τῷ Γ'πὲρ τοῦ Μενεκλέους κλήρυ. Α'γενὴς, *pro liberis orbus. Apud Iſaeum in oratione Pro Meneclis hereditate.*

Τεμενικός.

Idem. Α''μιπποι. Γ'σαῖος Τεμενικῷ. οἱ σὺν ἵπποις ςρατευόμενοι, Α''μιπποι. *Iſaeus Temenico, qui equis militant.*

Γ'πὲρ Εὐμαθοῦς.

Dionyſius Halicarnaſſeus in Iſaeo. Ε''ςι δέ τις Γ'σαίυ λόγος Γ'πὲρ Εὐμαθοῦς, μετοίκυ τινὸς τῶν τραπεζιτευόντων Α'θήνησιν. *Eſt autem Iſaei quaedam oratio Pro Eumathe, inquilino uno trapezitarum Athenis.* Harpocration. Α''γειν, τοῦτο πολλὰ σημαίνει. Γ'σαῖος δὲ, ἀντὶ τοῦ φέρειν, καὶ ἐνάγειν, καὶ ἐνέλκειν, ἔλαβεν· ἐν τῷ οὕτως ἐπιγραφομένῳ, Γ'πὲρ Εὐμαθοῦς, εἰς ἐλευθερίαν ἀφαίρεσις. Α''γειν, *illud multa notat. Iſaeus autem proferre, & inducere, & intus-trahere accepit; in oratione hoc modo inſcripta Pro Eumathe in libertatem adſertio.* Iterum alibi. Ε'πέσκηψεν, ἀντὶ τοῦ, ἐνετείλατο. Γ'σαῖος, ἐν τῇ Γ'πὲρ Εὐμαθοῦς εἰς ἐλευθερίαν ἀφαιρέσει. Ε'πέσκηψεν, *pro mandavit. Iſaeus in habita Pro Eumathe in libertatem adſertione.* Vide item in Ε'ξαιρέσεως δίκη. Apoſtolius Cent. VIII. Proverb. XX. Γ'σαῖος δὲ, ἀντὶ τοῦ, ὑπόγυιον, καὶ ἐν χερσί. φησὶ γὰρ ἐν τῇ Γ'πὲρ Εὐμαθοῦς εἰς ἐλευθερίαν ἀφαιρέσει. *Iſaeus au-*

(a) Iacobvs Medicus, cuius meminit *Damaſcius* in *Vita Iſidori Philoſophi* apud *Photium*, forte Athenienſis fuit, ſiquidem eius ſtatuam Athenis *Damaſcius* vidit; eiuſque meminit *Meurſius Lib.* III. *Athenar. Atticar. Cap.* III.

Digitized by Google

autem, pro recens, & in manibus. Dicit enim in habita Pro Eumathe in libertatem adſertione.

Περὶ τῶν ἐν Μακεδονίᾳ ῥηθέντων.

Harpocration. Ἀλκέτας, Μολοττῶν βασιλεὺς. Ἰσαῖος ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν Μακεδονίᾳ ῥηθέντων. *Alcetas Moloſſorum Rex. Iſaeus in oratione De dictis in Macedonia.* Vide iterum in Ἐπικράτης, & Πέπλος.

Πρὸς Ἀπολλόδωρον.

Harpocration. Ἀνατὲι, ἀντὶ τοῦ, ἄνευ ἄτης, Ἰσαῖος, ἐν τῷ Πρὸς Ἀπολλόδωρον· Ἀνατὲι, *pro ſine damno, Iſaeus in oratione Adverſus Apollodorum.* Occurrit etiam apud eumdem in Ἀπεργασάμυλος, & Πολέμαρχος.

Πρὸς δημότας, περὶ χωρίου.

Dionyſius Halicarn. in Iſaeo. Καθάπερ ἐφ' ᾧ πρὸς Μέδοντα ποιεῖ λόγῳ, καὶ ἐν τῷ Πρὸς Ἀγνόθεον, καὶ ἐν τῇ Πρὸς τοὺς δημότας ἀμφισβητήσει περὶ τοῦ χωρίου. *Quemadmodum facit in oratione Adverſus Medontem, & in illa Adverſus Hagnotheum, & in diſceptatione de praedio Adverſus populares.* Harpocration. Σφηττός. Ἰσαῖος, ἐν τῷ πρὸς δημότας, περὶ χωρίου· *Sphettus. Iſaeus in oratione Adverſus populares de praedio.*

Πρὸς Στρατοκλέα.

Harpocration. Διωλύγιον. Ἰσαῖος, ἐν τῷ Πρὸς Στρατοκλέα· πράγματα διωλύγια, ἀντὶ τοῦ, μεγάλα. Διωλύγιον. *Iſaeus in oratione Adverſus Stratoclem; acta διωλύγια, pro magna.* Vide eumdem iterum in Μεῖον, & Οἴηται.

Πρὸς Καλλικράτην.

Idem. Διασκευάσασθαι, ἀντὶ τοῦ, σκευάσασθαι. Ἰσαῖος, ἐν τῷ Πρὸς Καλλικράτην· Διασκευάσασθαι, *pro parare. Iſaeus in oratione Adverſus Callicratem.* Iterum alibi. Ἐκδικάσασθαι, ἀνάδικον ἐκπρᾶξαι διὰ τὸ δικάσασθαι. Ἰσαῖος, ἐν τῷ Πρὸς Καλλικράτην. Ἐκδικασασθαι, *damnatum exſequi, quia ſententia pronunciata eſt. Iſaeus in oratione Adverſus Callicratem.*

Περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου.

Exſtat. Emendandus eſt Harpocration. Εἰς ἕω, ἀντὶ τοῦ, ἀρχομένην ἡμέραν. Ἰσαῖος, ἐν τῷ Περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου. *Ad auroram, pro incipientem diem. Iſaeus in oratione De Cironis hereditate.* Hodie editur, Περὶ τοῦ Ἥρωνος κλήρου. Locus, quem reſpexit, in ea Iſaei Oratione eſt iſte. Νῦν δὲ τοιοῦτον μὲν οὐδὲν εἶπεν εἰς ἕω δὲ τὰργύριον ἐκέλευεν εἰσενεγκεῖν. *Verum nunc quidem tale non dixit, ad auroram vero argentum inferre iuſſit.* Sic in Ἐξηγητής, male etiam, Περὶ τοῦ Σκίρωνος κλήρου. Idque etiam Philippo Mauſſaco animadverſum. Emendandus eſt Porphyrius in Fragmento libri primi, Περὶ τῆς φιλολογίας ἀπροάσεως, apud Euſebium de Praep. Evang. lib. x. Τὰ περὶ βασάνων εἰρημένα παρὰ τῷ Ἰσαίῳ ἐν τῷ Περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου, καὶ παρὰ Ἰσοκράτει ἐν τῷ Τραπεζιτικῷ κεῖται· *Quae de tormentis apud Iſaeum dicta ſunt in oratione De Cironis hereditate, etiam apud Iſocratem in Trapezitico habentur.* Editur hodie perperam, Περὶ τοῦ Κύλωνος κλήρου.

Πρὸς Ὀργεῶνας.

Harpocration in Ἀποφορᾶν, Γαυσίπυς, Εἰσεπόδιζον, Ὀργεῶνας, Παλίνσκιον. Iterum corruptus illic titulus; ſed ad hanc faciem emendandus, ut recte monuit V. Cl. Philippus Mauſſacus, optime de Auctore meritus.

Περὶ μετοικισμοῦ.

Idem. Συλλογὴ, ὄνομα ἀρχῆς. Ἰσαῖος, ἐν τῷ Περὶ μετοικισμοῦ, σαφέστατα δηλοῖ. *Sylloge, nomen Magiſtratus. Iſaeus in oratione De translatione habitationis, manifeſtiſſime declarat.*

Περὶ τοῦ Κλεωνύμου κλήρου,
De Cleonymi hereditate.

Exſtat.

Πρὸς Μέδοντα.

Dionyſius Halicarn. in Iſaeo. Αὐτίκα δὲ τὰς διηγήσεις, τότε μὲν, ἀπεσκευασμένας, καὶ συντόμους, καὶ οὐδὲν προκαταλαμβανούσας τῶν ἀποδεικτικῶν, ἐν τῇ προσηκούσῃ τίθησι χώρᾳ, καθάπερ ἐφ' ᾧ Πρὸς Μέδοντα ποιεῖ λόγῳ. *Statim autem enarrationes, tunc quidem, non adparatas, & conciſas, & nihil praeoccupantes ex demonſtrativis, in conveniente loco ponit, quemadmodum facit in oratione Adverſus Medontem.* Occurrit quoque apud Harpocrationem in Αἰξωνεῖς, Παυδαισία, Ψευδεγγραφή.

Κατὰ Θεοτίμου.

Harpocration in Περγασῆθεν. Ἰσαῖος, ἐν τῷ Κατὰ Θεοτίμου. *Iſaeus, in oratione Adverſus Theotimum.*

Ὑπὲρ τοῦ Πύρρου κλήρου.
Pro Pyrrhi hereditate.

Exſtat.

Πρὸς Λυσίβιον.

Hephaeſtion in Ἐπωδικός. Οἱ δὲ Ἰσαῖος, ἐν τῷ Πρὸς Λυσίβιον, τὴν ἐπίκληρον, ἐπικληρίτιν κέκληκεν. *Iſaeus autem, in oratione Adverſus Lyſibium, virginem, ad quam pertinet hereditas, ἐπικληρίτιν adpellavit.* Laudatque iterum in Νοθεῖα. Vide Lectionum Atticarum lib. v. cap. 11.

Πρὸς Σάτυρον.

Hephaeſtion iu Ἐπῳδικός.

Ὑπὲρ

Υ'πὲρ τῦ Νικοστράτυ κλήρυ.
Pro Nicostrati hereditate.

Exstat. Et eamdem hanc esse censeo, quae Dionysio Halicarnassεo in Isaeo

Πρὸς Α'γνόθεον,

indigetatur. Liquet id ex argumento Orationis.

Κατὰ Α'ρισάρχυ,

Pollux lib. 11. cap. IV. Α'νάπηρ@ δέ ἐςιν, ὁ πᾶν τὸ σῶμα πεπηρωμέν@· ὡς Ι'σαῖ@, ἐν τῷ Κατὰ Α'ρισάρχυ. Α'νάπηρ@ *autem est, toto corpore mutilatus; quemadmodum Isaeus, in oratione Adversus Aristarchum.*

Πρὸς Πύθωνα,

Harpocration in Διαμαρτυρία. Ι'σαῖ@ δ', ἐν τῷ Πρὸς Πύθωνα, ἀποστασίυ, φησίν· ὅτι ἐχ οἷόν τε διαμαρτυρεῖν ὐσίαν. *Isaeus autem, in oratione Adversus Pythonem, defectionis, dicit; quod non possit testimonium opum dare.* Alia fuit,

Υ'πὲρ Πύθων@, ἀποστασίυ.

Laudatur ab eodem in Κλητῆρες. Καί ἐςιν ἐπιτίμιον κατ' αὐτῶν δραχμαὶ χίλιαι, ὡς Ι'σαῖ@, ἐν τῷ. Υ'πὲρ Πύθων@, ἀποστασίυ. *Et est contra illos poena drachmae mille, sicut Isaeus, in oratione Pro Pythone, defectionis.* Habes quoque apud Suidam in eadem dictione.

Κατ' Ε'λπαγόρου, κ) Δημοφάνους.

Harpocration. Α'ραφήνι@. Ι'σαῖ@, ἐν τῷ Κατ' Ε'λπαγόρου, κ) Δημοφάνους· δῆμός ἐςι φυλῆς τῆς Αἰγηΐδ@· *Araphenius. Isaeus, in oratione Adversus Elpagoram, & Demophanem. Populus est tribus AEgeidis.* Occurrit etiam in Διαμεμετρημένη ἡμέρα, Ε'πισάτης, Ε'πωνία, Ι'καριεὺς, Κηφισιεὺς, Μετοίκιον, Οἴηθεν, Σύνδικοι. Alibi simpliciter citatur,

Κατ' Ε'λπαγόρου.

Apud Etymologici Auctorem in Σύνδικοι; apud hunc ipsum Harpocrationem in Ε'πιδέκατον, Ι'σοτελὴς, Πωληταί.

Περὶ τῦ Δικαιογένους κλήρου.
De Dicaeogenis hereditate.

Exstat.

Πρὸς Διοκλέα, ὕβρεως.

Pollux lib. VII. cap. XXXII. Τὰ ἢ ὀνόματα ταῦτά ἐστιν ἐκ τῆς Ι'σαίου Πρὸς Διοκλέα, ὕβρεως. *Nomina autem illa sunt ex Isaei Adversus Dioclem oratione, contumeliae.* Harpocration in Α'μαζόνιον. Ι'σαῖ@ διείλεκται, ἐν τῷ Πρὸς Διοκλέα. *Isaeus disseruit, in oratione Adversus Dioclem.* Vide eumdem in Διαγορεύων, Ε'κπλινθεύσας, Ε''πιτλον, Καταδικασάμεν@, Κατωκοδόμησεν, Ο''ρος, Προσιμήματα, Σταφυλοδολεῖον, Τοπεῖον, Τριωτῆρα.

Πρὸς Νικοκλέα·

Ecce enim apud eumdem in Ψευδοκλησία. Ε''σι δὲ παρά τε ἄλλοις ῥήτορσι, κ) Ι'σαίῳ, ἐν τῷ Πρὸς Νικοκλέα, περὶ χωρίου. *Est autem & apud alios rhetores, & Isaeum, in oratione Adversus Nicoclem, de praedio.* Et vide in Φυργωνίδαι, Τιτακίδαι.

Κατὰ Ποσιδίππου.

Harpocration. Θόρικ@. Ι'σαῖ@, ἐν τῷ Κατὰ Ποσιδίππου. δῆμός ἐσι τῆς Α'καμαντίδ@ φυλῆς. *Thoricus. Isaeus, in oratione Adversus Posidippum. Populus est Acamantidis tribus.*

Περὶ τῦ Φιλοκτήμον@ κλήρου.
De Philoctemonis hereditate.

Exstat.

Πρὸς Α'ριστογείτονα, κ) Α''ρχιππον.

Dionysius Halicarn. in Isaeo. Ω'ς ἐν τῇ λύσει τῇ πρὸς Α'ριστογείτονα, κ) Α''ρχιππον, εὑρίσκεται πεποιημένως. *Quomodo in solutione Adversus Aristogitonem, & Archippum, fecisse invenitur.* Harpocration. Ε'νεσκευασμένῳ. Ι'σαῖ@, ἐν τῷ Πρὸς Α'ριστογείτονα, κ) Α''ρχιππον, αντὶ τῦ ἐσκευασμένῳ, καὶ πεπλασμένῳ. Ε'νεσκευασμένῳ. *Isaeus, in oratione Adversus Aristogitonem, & Archippum, pro, paratam, & fucatam.*

Κατὰ Καλλιφῶντ@ ά.
Adversus Calliphontem prima.

Nondum vidi, qui citaret.

Κατὰ Καλλιφῶντ@ β'.

Etymologici Auctor in Ε'πιτρίτας. Ι'σαῖ@, ἐν τῷ δευτέρῳ Κατὰ Καλλιφῶντ@. Ε'ξακοσίαις δραχμαῖς ἐπιτρίταις, ἀντὶ τῦ, ἐπὶ ὀκτὼ ὀβολοῖς. *Isaeus, in oratione secunda Adversus Calliphontem. Sexcentis drachmis epitritis, pro ad octo obolos.* Suidas in ἐπιτρίταις, omisso Oratoris nomine citat. Ε'ν τῷ Κατὰ Καλλιφῶντ@. Ε'ξακοσίαις δραχμαῖς ἐπιτρίταις. *In oratione Adversus Calliphontem. Sexcentis drachmis epitritis.* Vide Attic. Lect. lib. v. cap. 11.

Πρὸς Διοφάνλυ, ἀπολογία.

Harpocration in Ι'ερὰ ὁδός. Ι'σαῖ@, ἐν τῇ Πρὸς Διοφάνλυ ἀπολογίᾳ. *Isaeus, in defensione Adversus Diophanem.* Habes iterum apud eumdem in Παεηγγύησε.

Πρὸς Βοιωτόν.

Harpocration in Κειριάδης, & Λῆξις.

Υ'πὲρ

Τ῾πὲρ Εὐφιλήτου, πρὸς τὸν Ε᾽ρχιέων δῆμον.

Dionyſius Halicarn. in Iſaeo. Ταύτης ἐστὶ τ῾ ἰδέας καὶ ἡ Τ῾πὲρ Εὐφιλήτου πρὸς τὸν Ε᾽ρχιέων δῆμον ἔφησις. *Huius quoque formae eſt provocatio Pro Euphileto adverſus Erchienſium populum.* Et mox. Εἰ δ᾽ ἔτι δεῖ καὶ παραδείγμασι χρῆσθαι. μή τις ἀναπόδικτα δόξῃ λέγειν ἡμᾶς, ποιήσω καὶ τοῦτο, προχειρισάμενος τὸν Τ῾πὲρ Εὐφιλήτου λόγον, ἐν ᾧ τὸν Ε᾽ρχιέων δῆμον εἰς τὸ δικαστήριον προκαλεῖταί τις ἀποψηφισθέντων, ὡς ἀδίκως τ῾ πολιτείας ἀπελαυνόμενος. *Verum ſi etiam adhuc exemplis uti opus eſt, ne quis exiſtimet nos dicere ea quae demonſtrata non ſunt, etiam illud faciam, delecta Pro Euphileto oratione, in qua Erchienſium populum in iudicium aliquis ſuffragio electorum provocat, tamquam iniuſte a republica remotus.*

Περὶ τοῦ Α᾽συφίλου κλήρου.
De Aſyphili hereditate.

Exſtat.

Πρὸς Καλλιπτωίδην.

Harpocration. Α᾽ντεπιτίθησιν, ἀντὶ τοῦ, ἀντεπιστέλλει. Ι᾽σαῖος, ἐν τῷ Πρὸς Καλλιπτωίδην. Α᾽ντεπιτίθησιν, *pro reſcribit. Iſaeus, in oratione Adverſus Callippidem.*

Κατὰ Κλεομέδοντος.

Item in Κλητῆρες. Κλητεῦσαι δέ ἐστι, τὸ κλητῆρα γενέσθαι· Ισαῖος, ἐν τῷ Κατὰ Κλεομέδοντος. Κλητεῦσαι *vero eſt, vocatorem fieri; quomodo Iſaeus, in oratione Adverſus Cleomedontem.*

Πρὸς Ξεναίνετον, περὶ τοῦ Α᾽ριστάρχου κλήρου.
Adverſus Xenaenetum, de Ariſtarchi hereditate.

Exſtat. Corrupta eſt inſcriptio apud Harpocrationem in Ὅτι παιδί. Vide Att. Lect. lib. II. cap. IV.

Πρὸς Ι᾽σχόμαχον.

Harpocration. Χίλιοι διακόσιοι. Ι᾽σαῖος, ἐν τῷ Πρὸς Ι᾽σχόμαχόν, φησιν. Οὐδεὶς Λυσίδης ἐστὶ τῶν διακοσίων καὶ χιλίων. *Mille ducenti. Iſaeus, in oratione Adverſus Iſchomachum, dicit; Nullus Lyſides eſt ducentorum & mille.*

Πρὸς Α᾽νδοκίδην.

Pollux lib. VII. cap. II. Τὸ δ᾽ ἀνατιμᾶσθαι, καὶ τὸ τῷ πλέον δόντι θέλειν πιπράσκειν, πλησιριάζειν ἂν λέγοιεν, ὡς Ι᾽σαῖος, ἐν τῷ πρὸς Α᾽νδοκίδην. *Supra autem aeſtimare, & plus danti velle vendere, πλησιριάζειν dicat, ſicut Iſaeus, in oratione Adverſus Andocidem.*

Πρὸς Μενεκράτην.

Harpocration in Περιοίκιον. Ι᾽σαῖος, ἐν τῷ Πρὸς Μενεκράτην. Καὶ τὸ περιοίκιον, καὶ τὴν οἰκίαν. *Iſaeus, in oratione Adverſus Menecratem.* Et *domus circuitum, & domum.* Quae totidem verbis occurrunt apud Suidam in eadem dictione.

Πρὸς Δωρόθεον.

Idem Harpocration in Οὐσίας δίκη. Ταῦτα δέ ἐστι μὲν καὶ παρ᾽ ἄλλοις ῥήτορσιν. ἀκριβέστατα δὲ εἴρηται Ι᾽σαίῳ, ἔν τε τῷ Πρὸς Τιμωνίδην, περὶ χωρίου· καὶ ἐν τῷ Πρὸς Δωρόθεον, ἐξούλης. *Illa vero quidem apud alios quoque ſunt rhetores. Diligentiſſime autem dicta ſunt ab Iſaeo, & in oratione Adverſus Timonidem, de praedio, & Adverſus Dorotheum, unde vi.*

Τ῾πὲρ Νικίου.

Harpocration. Α᾽ποῤῥέξαντες, ἀπόμοιράν τινα διδόντες. Ι᾽σαῖος, ἐν τῇ Τ῾πὲρ Νικίου συνηγορίᾳ. Α᾽ποῤῥέξαντες, *partem aliquam dantes. Iſaeus, in defenſione Pro Nicia.* Iterum in Χίλιοι διακόσιοι. Λυσίας δὲ, ἐν τῷ Πρὸς Κλινίαν, καὶ Ι᾽σαῖος, ἐν τῇ Τ῾πὲρ Νικίου συνηγορίᾳ, τῷ ἀπηρτισμένῳ ἀριθμῷ ἐχρήσαντο, χιλίους ἑπτὸντες. *Mille ducenti: Lyſias autem, in oratione Adverſus Cliniam, & Iſaeus, in defenſione Pro Nicia, perfecto numero utebantur, mille dicentes.*

Περὶ τοῦ Α᾽ρχιπτόλιδος κλήρου.

Pollux lib. X. cap. I. Τάχα δ᾽ ἂν ἀπὸ τούτων, καὶ ἡ σκευοποιία, καὶ σκευωρία, καὶ ἐσκευοποιημένον πρᾶγμα, ὡς Ι᾽σαῖος, ἐν τῷ Περὶ τοῦ Α᾽ρχιπτόλιδος κλήρου. *Fortaſſe autem ab illis, etiam vaſorum confectio, & fallacia, & inſtructum negotium, ſicut Iſaeus, in oratione De Archipolidis hereditate.*

Περὶ τῆς Ποιήσεως.

Harpocration in Οἶον. Ι᾽σαῖος, ἐν τῷ Περὶ τῆς ποιήσεως. *Iſaeus, in oratione De poeſi.*

Περὶ τοῦ Α᾽γνίου κλήρου.
De Hagniae hereditate.

Exſtat.

Περὶ τοῦ Α᾽λεξάνδρου κλήρου.

Harpocration. Ὅτι παιδὶ, καὶ γυναικὶ, οὐκ ἐξῆν συμβάλλειν περὶ (a) μεδίμνου κεῖθεν, Ι᾽σαῖος, ἐν τῷ Περὶ τοῦ Α᾽λεξάνδρου κλήρου, φησίν. *Quod puero, & feminae, licitum non erat contrahere ultra medimnum hordei, Iſaeus, in oratione De Alexandri hereditate, tradit.* Sed corruptam inſcriptionem, & legendum illic eſſe, ἐν τῷ Περὶ τοῦ Α᾽ριστάρχου κλήρου, docui nuper Attic. Lect. lib. II. cap. IV.

Πρὸς Τιμωνίδην, περὶ χωρίου.
Adverſus Timonidem, de praedio.

Harpocration in Οὐσίας δίκη. Suidas in Διάθεσις.

Τ῾πὲρ

(a) Ita Meurſii Chirographum, quum in editis ſit πίσα. *Iac. Gron.*

Digitized by Google

Ὑπὲρ τῦ Ἀπολλοδώρυ κλήρυ.
Pro Apollodori hereditate,

Exſtat,

Πρὸς Ἑρμωνα.

Dionyſius Halicarn in Iſaeo. Ταύτης ἐςὶ τ ἰδέας, ἥ τε Πρὸς Ἑρμωνα ὑπὲρ τ ἐγγύης ἀπολογία, κ ἡ Πρὸς Εὐκλείδην ἀμφισβήτησις. *Illius formae eſt, & defenſio Adverſus Hermonem pro ſponſione, & diſceptatio Adverſus Euclidem.* Meminit etiam Harpocration, & Suidas in Ἀναγκαῖον, Ἀνδροτοδοκάπηλος, Ἀφοσιῶ, Βόθυνος, Διεστωσάμην.

Πρὸς Καλυδῶνα.

Harpocration in Ἀνθεμόκριτος, ἀφ' ἑςίας, Ἱππία, Ἀθηνᾶ, Κεφαλῆθεν, Χρῆσαι. Apoſtolius Cent. v. Proverb. xx.

Ὑπὲρ Μνησιθέυ θυγατρός.

Harpocration. Ἀπορώτατος, ἀντὶ τῦ, πρὸς ὃν ἀδένα πόρον εὑρεῖν ἐςιν. Ἰσαῖος, ἐν τῷ Ὑπὲρ Μνησιθέυ θυγατρός. Ἀπορώτατος, *pro, apud quem nullum meatum invenire eſt. Iſaeus, in oratione Pro Mneſithei filia.*

Πρὸς Νεοκλέα περὶ χωρίυ.

Harpocration in Κλητῆρες. Ἰσαῖος, ἐν τῷ Πρὸς Νεοκλέα. *Iſaeus, in oratione Adverſus Neoclem.* Habes omnium genuinarum inſcriptiones; ſed de reliquis quatuordecim, tres dumtaxat mihi inventae.

Κατὰ Μεγαρέων.

Harpocration in Σφοδρίας. Ἰσαῖος, ἐν τῷ Κατὰ Μεγαρέων, εἰ γνήσιος. *Iſaeus, in oratione Adverſus Megarenſes, ſi genuina.*

Πρὸς Εὐκλείδην τ Σωκρατικόν.

Harpocration. Ὅτι τὰ ἐπικηρυττόμενά τισι χρήματα ἐπὶ τῶν βωμῶν ἐτίθετο, εἴρηκεν Ἰσαῖος, ἐν τῷ Πρὸς Εὐκλείδην τὸν Σωκρατικὸν, εἰ γνήσιος ὁ λόγος. *Quod vero per praeconem impoſitae quibusdam pecuniae in aris ponebantur, dixit Iſaeus, in oratione Adverſus Euclidem Socraticum, ſi genuina oratio.* Meminit iterum in Ἀγνίας, Βυλεύσεως, Ῥητορικὴ γραφὴ, Τετρακέφαλος. Ac laudant praeterea Dionyſius Halicarn. in Iſaeo, Pollux lib. VIII. cap. VI. Priſcianus lib. XVII.

Κατ' Ἀριστοκλέους.

Harpocration in Ὑπερήμεροι. Ὡς ὑποσημαίνει ἐν τῷ Κατ' Ἀριστοκλέους Ἰσαῖος, εἰ γνήσιος ὁ λόγος ἐςίν. *Quomodo ſubindicat Iſaeus in oratione Adverſus Ariſtoclem, ſi genuina eſt oratio.*

(a) Leodamas Athenienſis quoque Rhetor fuit, & Demoſthenis aequalis.
Leontivs pariter Athenienſis Sophiſta ſub exitum quarti a Chriſto ſaeculi floruit.

ISOCRATES.

Orationes eius fuerunt XXV. vel, ut alii XXVIII. Vide Plutarchum in eius Vita lib. de X. Rhet. Exſtant pene omnes: de ceteris non liquet. Citatur Πρὸς Εἰδοθέαν, apud Suidam in Χιάζειν (a).

LEVCON.

Eius Fabulae memorantur, Ὄνος ἀσκοφόρος, & Φράτερες. Suidas. Λεύκων Ἀγνύσιος. γεγονὼς ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς. τῶν δραμάτων αὐτῦ ἐςι ταῦτα. Ὄνος ἀσκοφόρος, Φράτερες. *Leucon Hagnuſius: tempore bellorum in Peloponneſo natus. Inter fabulas eius hae ſunt: Aſinus utrem-ferens, Tribules.* Ac

Φράτερες

quidem laudantur item Athenaeo lib. VIII. Κωμῳδῦσι δ' αὐτὸν ἐπὶ ὀψοφαγίᾳ, Λεύκων ἐν Φράτερσιν, Ἀριστοφάνης ἐν Εἰρήνῃ. *Eum vero irridenti propter opſoniorum devorationem, Leucon in Tribulibus, Ariſtophanes in Pace.* Heſychius. Παάπις· ὄτος ποτήριά τινα τοῖς Ἀθηναίοις ἔπεμψε δῶρα. Λεύκων Φράτερσιν·

Ἀτὰρ ὁ Μεγακλέυς ὑςάτυ Παάπιδος
Τρύβολος τὰκπώματα κατεδήδοκε.

Paapis. Hic Athenienſibus pocula quaedam dona miſit. Leucon Tribulibus;

Verum Megaclis poſtremi Paapidis
Hyperbolus pocula deglutivit.

LYCIS, ſive LYCVS.

Meminit eius Ariſtophanes initio Ranarum:

Εἴπερ ποιήσω μηδὲν, ὥσπερ Φρύνιχος
Εἴωθε ποιεῖν, κ Λύκις, κ' Ἀμειψίας.

Quoniam nihil eorum faciam, quae Phrynichus
Solitus eſt facere, & Lycis, & Amipſias.

Vbi Scholiaſtes. Λύκις, κωμῳδίας ποιητὴς, ὡς ψυχρὸς κωμῳδεῖται. λέγει ὴ αὐτὸν κ Λύκον· ὃ οὐδὲν φέρεται. *Lycis, comoediae poeta, tamquam frigidus irridetur. Dicit autem ipſum etiam Lycum; cuius nihil exſtat.* Videndus etiam Suidas in Λύκις (b).

LYCVRGVS.

De Orationibus eius dixi nuper Attic. Lect. lib. III. cap. III. Hic refingam. Feruntur illae numero quindecim. Plutarchus in eius Vita. Φέρονται ὴ τῦ ῥήτορος λόγοι δεκαπέντε. *Feruntur autem illius rhetoris orationes quindecim.* Photius in Bibliotheca. Λυκόργυ ὴ, οὐδενὸς τῶν ἄλλων, ὅσα γε τελεῖν εἰς ῥήτορας καὶ δημαγωγὺς, τὸ ἔλαττον φερομένυ, ὅπως παρέσχεν ἡμῖν ὁ χρόνος λόγυς ἀναγνῶναι. Φέρεσθαι ὴ αὐτῦ ἐξ ἱσορίας πεντεκαίδεκα μεμαθήκαμεν. *Lycurgi vero, nullo alionum, quantum facit ad ea ut numeretur inter rhetores & demagogos, inferioris, orationes legere numquam tem-*

(b) Lycon Rhetor Athenienſis CCCC. annis ante Chriſtum clarus.

Digitized by Google

tempus nobis concesſit. Ex hiſtoria vero quindecim eius exſtare didicimus. Habeo titulos.

Κατ' Ἀριστογείτονος.

Harpocration in Ἀγραφίῳ. Διδάσκουσι δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχειν Δημοσθένης τε καὶ Δείναρχος, ἐν τῷ Κατὰ Θεοκρίνου. καὶ Λυκοῦργος, ἐν τῷ Κατ' Ἀριστογείτονος. *Illud autem ſe ita habere docent Demoſthenes, & Dinarchus, in oratione Adverſus Theocrinum; & Lycurgus, in oratione Adverſus Ariſtogitonem.* Vide eumdem in Ἡλικία, Οἶγμα, Τρίγωνον, Χιλιοθέντα, Ψευδεγγραφή. Meminit quoque Suidas in Λυκοῦργος, & Μητρῷον.

Περὶ διοικήσεως.

Suidas laudat in Λυκοῦργος, & Οἰκεῖον, & Harpocration in Αἰγίς, Δοκιμασθείς, Ἐπικράτης, Λυσίμαχος, Οἰκεῖον, Σάρηνα.

Κατὰ Λεωκράτους.

Exſtat. Corruptus autem eſt Plutarchus in hoc nomine, in Lycurgi iſtius Vita. Εὐθύνας Ἀριστογείτονα, καὶ Κλεωκράτη, καὶ Αὐτόλυκον, δουλείας. *Accuſans Ariſtogitonem, & Cleocratem, & Autolycum, ſervitutis.* Reſcribe, καὶ Λεωκράτη.

Περὶ τῆς ἱερείας.
De ſacerdote femina.

Harpocration in Ἀλόπη, Διήλλαξεν, Ἐπίβοιον, Ἐπιμελία, Ἐπιτελεῖν, Ἐσχάρα, Κύρβεις, Νίκη Ἀθηνᾶ, παράκλησις, Πάρεδρος, Πέλανος, Πλυντήρια, Πολύγνωτος, Πρυτέλεια, Τραπεζοφόρος, Τριτομηνίς, Ὑγεία Ἀθηνᾶ. Priſcianus lib. xviii. Suidas, non uno loco; qui corrigendus tamen in Λυκοῦργος, ubi editur, Περὶ τῆς ἱερατείας. *De ſacerdotio.*

Κατὰ Λυκόφρονος.

Etymologici Auctor in Ἐμποδών. Λυκοῦργος. ἐν τῷ Κατὰ Λυκόφρονος, ἀντὶ τοῦ, Φανερόν. *Lycurgus, in oratione Adverſus Lycophronem, pro, manifeſtum.* Theon in Progymn. cap. Περὶ τῶν νέων ἀγωγῆς. Ἔτι δὲ καὶ Λυκοῦργος Κατὰ Μόσχου, ἐν τῷ Κατὰ Λυκόφρονος. *Verum adhuc etiam Lycurgi Adverſus Moſchum, in oratione Adverſus Lycophronem.* Harpocration in Ἀνδραποδιστής, Ἵππαρχος, Καννηφόροι, Μελανίππιον, Πεφασμένης. Ταινιδίαις. Apoſtolius Cent. viii. Proverb. xx. Sed gemina fuit, teſte Suida; & citatur,

Κατὰ Λυκόφρονος ά.

Apud Athenaeum lib. vi. Τὰ ὅμοια εἴρηκε καὶ Λυκοῦργος, ἐν τῷ Κατὰ Λυκόφρονος πρώτῳ. *Similia dixit etiam Lycurgus, in oratione prima Adverſus Lycophronem.* Harpocration. Ἵππος. Λυκοῦργος, ἐν τῷ Κατὰ Λυκόφρονος πρώτῳ. *Furnus. Lycurgus, in oratione Adverſus Lycophronem prima.*

Κατὰ Λυκόφρονος β'.

Harpocration in Ὀρκάνη. Λυκοῦργος, ἐν τῷ Κατὰ Λυκόφρονος δευτέρῳ. *Lycurgus, in oratione ſecunda Adverſus Lycophronem.* Habes quoque apud Suidam, qui tranſcripſit in eadem voce.

Κατ' Αὐτολύκου τοῦ Ἀρειοπαγίτου, περὶ ἱερῶν.

Plutarchus in eius Vita. Εἴτε ὃ καὶ περὶ ἱερῶν πολλάκις, γραψάμενος Αὐτόλυκον τὸν Ἀρεοπαγίτην, καὶ Λυσικλέα τὸν στρατηγὸν, καὶ Δημάδην τὸν Δημέου, καὶ Μενέσαιχμον. *Sed etiam de ſacris ſaepe dixit, Autolycum Areopagitam accuſans, & Lyſiclem praetorem, & Demadem Demeae filium, & Meneſaechmum.* Ita autem ibi ſcribo, non Δ. τοῦ Δημίου. Meminit item Harpocration in Αὐτόλυκος, & Ἡρία; quemadmodum Suidas in Λυκοῦργος. Contra hunc ipſum porro Autolycum alia quoque eius fuit,

Κατ' Αὐτολύκου, δουλείας.

Animadverto apud Plutarchum, qui ibidem ſeorſum memorat. Εὐθύνας Ἀριστογείτονα καὶ Λεωκράτη, (ita enim legendum eſſe, iam admonui) καὶ Αὐτόλυκον, δουλείας. *Accuſans Ariſtogitonem, & Leocratem, & Autolycum, ſervitutis.* Et obſerva in Plutarchi paulo ante citatis verbis, fuiſſe item quamdam eius Orationem

Κατὰ Λυσικλέους.

Citat Harpocration in Ἐπὶ Δηλίῳ μάχῃ, & Λεμβάδια. Corrigendus autem Suidas in Λυκοῦργος; ubi

Κατὰ Πασικλέους,

inſcribitur. Porro in citato iam Plutarchi loco etiam adparet, ſcripſiſſe

Κατὰ Δημάδου.

Laudatque Athenaeus lib. xi. Λυκοῦργος δ' ὁ ῥήτωρ, ἐν τῷ Κατὰ Δημάδου, Φίλιππον φησὶ τὴν βασιλέα προτίνειν κέρατι τούτοις, οἷς ἐφιλοφρονεῖτο. *Lycurgus autem rhetor, in oratione Adverſus Demadem, Philippum ait regem illis cornu propinare, quos comitate proſequebatur.* Scholiaſtes Ariſtophanis Pluto. Μέμνηται δὲ αὐτοῦ καὶ Δημοσθένης, τὰς ὄφεις τὰς παρείας φάσκων· καὶ Λυκοῦργος, ἐν τῷ Κατὰ Δημάδου λόγῳ. *Illius vero Demoſthenes etiam meminit, ſerpentes pareias dicens; & Lycurgus, in oratione Adverſus Demadem.* Vide Harpocrationem quoque in Ἀποβάτης, & Τοὺς ἑτέρους Τραγῳδοὺς ἀγωνιεῖται. Denique indicat etiam Plutarchus Orationem

Κατὰ Μενεσαίχμου.

Emendandus eſt Pollux lib. vii. cap. xxxi. Καὶ σπογγοκολυμβηταὶ ὃν Λυκοῦργος εἴρηκεν, ἐν

τῷ Κατὰ Μενεσαίχμου. *Sed etiam ſpongiarum urinatores Lycurgus dixit, in oratione Adverſus Meneſaechmum.* Hodie editum eſt, ἐν τῷ Κατὰ Μενεσέμνου. Male quoque apud Suidam eſt,

Κατὰ Μεναίχμου.

Vide Harpocrationem in Ἀρχωρὸς, Δηλιασαὶ, Ἑκάτης νῆσος, Κηφισόδωρος, Περκώνια, Πυανοψίαι. Suidam etiam in iisdem vocibus, & Πεφηροσίαι. Alia eſt, quae

Ἀπολογισμὸς ὧν πεπολίτευται.
Defenſio adminiſtrationis reipublicae,

inſcribitur apud Harpocrationem in Δερματικον, Ἐδωλιάσαι, Ἑκατόμπεδον, Νεώρια. Nam Lycurgus, moriturus, in Metroum, & curiam, deferri ſe iuſſit; cupiens illic reip. adminiſtratae rationem reddere: ubi quum nemo, praeter Meneſaechmum, accuſare ipſum auderet, dilutis hac apologia calumniis, domum ſuam eſt relatus. Plutarchus in eius Vita. Μέλλων ἢ τελευτήσειν, εἰς τὸ Μετρῶον, καὶ τὸ βουλευτήριον, ἐκέλευσεν αὑτὸν νομισθῆναι, βουλόμενος εὐθύνας δοῦναι τῶν πεπολιτευμένων. ἐδενὸς δὲ κατηγορῆσαι τολμήσαντος, πλὴν Μενεσαίχμου, τὰς διαβολὰς ἀπολυσάμενος εἰς τὴν οἰκίαν ἀπεκομίσθη. *Moriturus autem, in Metroum, & curiam, iuſſit deferri ſe, rationes geſtae reipublicae redditurus. Verum nullo accuſare ſubſtinente, excepto Meneſaechmo, calumniis depulſis, domum reportatus eſt.* Habes eadem apud Photium in Bibliotheca. Apud Suidam quoque diſtinguuntur Oratio Κατὰ Μενεσαίχμου, & Ἀπολογία πρὸς τὸν αὐτὸν, ὑπὲρ τῶν εὐθυνῶν. Nam verba eius tranſpoſitione eſſe corrigenda, monui Attic. Lect. lib. III. capit. III.

Πρὸς τὰς μαντείας.
Adverſus oracula.

Suidas laudat in Λυκοῦργος. Eadem,

Περὶ Μαντείων,
De oraculis,

inſcribitur apud eumdem in Καυχᾶς.

Κατὰ Διφίλου.

Hanc Orationem nemo laudat, quod quidem memini; ſcriptam tamen Plutarchus indicat in eius Vita. Ἔκρινε δὴ καὶ Δίφιλον, ἐκ τῶν ἀργυρίων μετάλλων τὰς μεσοκρανεῖς, οἱ ἐβάσταζον τὰ ὑπερκείμενα βάρη, ὑφελόντα, καὶ ἐξ αὐτῶν πεπλουτηκότα παρὰ τὰς νόμους. *Sed etiam Diphilum accuſavit, qui ex argentariis metallis medias pilas, quae ſuperiectas moles ferebant, abſtulerat, & ex illis contra leges dives factus erat.*

Πρὸς Ἰσχυρίαν.

Ita apud Suidam eſt in Λυκοῦργος. Eadem eſt, quae

Κατ' Αἰσχυρίου,

apud Harpocrationem inſcribitur in Στεφανήφ. Quem e Suida corrigendum eſſe puto. Habes, ecce, quindecim eius Orationes. Sed & duae (a) referuntur, dubiae fidei.

Διαδικασία Κροκωνιδῶν, πρὸς Κοιρωνίδας.

Harpocration in Κοιρωνίδαι. Ἔστι Λυκούργῳ λόγος, οὕτως ἐπιγραφόμενος· Κροκωνιδῶν διαδικασία πρὸς Κοιρωνίδας, ὃν ἔνιοι Φιλίνου νομίζουσιν. *Eſt Lycurgi oratio ſic inſcripta. Croconidarum diſceptatio Adverſus Coeronidas, quam nonnulli Philini exiſtimant.* Laudatque idem in Θεοίνιον, Κυνίδαι, Προσχαιρετήρια, Σκαμβωνίδαι.

Κατὰ Δεξίππου.

Idem in Σύνδικοι. Καὶ Λυκοῦργος, ἐν τῷ Καὶ τὰ Δεξίππου, ἀ γνήσιος. *Et Lycurgus, in oratione Adverſus Dexippum, ſi genuina.* Citatur quoque eiusdem,

Κατὰ Αὐτοκλέους.

Suidas in Μηλόβοτος. Κεῖται ὃ τὄνομα καὶ (b) τῷ Λυκούργῳ, ἐν τῷ Κατ' Αὐτοκλέους. *Habetur autem nomen illud etiam apud Lycurgum, in oratione Adverſus Autoclem.* Item,

Κατὰ Τιμοκράτους.

Suidas in Πεπορτημένος. Κεῖται παρὰ Λυκούργῳ, ἐν τῷ Κατὰ Τιμοκράτους. *Habetur apud Lycurgum, in oratione Adverſus Timocratem* (c).

LYSIAS (d).

Eius Orationes feruntur CCCCXXV. & ex iſtis genuinae CCXXX. Plutarchus in eius Vita. Φέρονται δ' αὐτοῦ λόγοι τετρακόσιοι εἴκοσι πέντε. τούτων γνησίους φασὶν οἱ περὶ Διονύσιον, καὶ Καικίλιον, εἶναι διακοσίους τριάκοντα. *Feruntur autem eius orationes quadringentae viginti quinque. Harum genuinas dicunt Dionyſius, & Caecilius, eſſe ducentas triginta.* Photius in Bibliotheca commemorat genuinas CCXXXIII. Ἀνεγνώσθησαν Λυσίου λόγοι διάφοροι. Φέρονται δὲ αὐτοῦ εἰκοσιπέντε καὶ τετρακόσιοι· ὧν τοῖς γνησίοις τρεῖς καὶ τριάκοντα καὶ διακόσιοι ἐγκρίνουσιν. *Lectae ſunt orationes Lyſiae diverſae. Illius autem viginti quinque & quadringentae feruntur; quarum genuinis tres & triginta & ducentas immittunt.* In Suida corrigendus numerus, nimium exerrans. Λόγοι δ' αὐτοῦ λέγονται εἶναι γνή-

(a) Sic Chirographum Meurſii, quum debuiſſet ponere *quatuor*, quot ſequuntur. Sed poſt haec conſcriptas duas poſtremas demum reperit, & in margine adnotavit diverſo prorſus atramento. *Iac. Gronovius.*

(b) Παρὰ Λυκούργῳ videtur legendum, ut mox.

(c) At hic quoque commemorandi ſunt LYCVRGVS Medicus Athenienſis, qui Socrati fuit aetate ſubpar; & LYSANIAS Sphettius Philoſophus illius σύγχρονος. LYSIADES etiam Comicus vel Tragicus memoratur in antiqua Inſcriptione, quam protulimus *Lib. IV. de Archont. Athenienſ. Cap. XX. Col. 895. Tom. I.*

(d) Hunc tamen quidam Syracuſium faciunt.

Digitized by Google

γνήσιοι ὑπὲρ τὴς σ'. κ) ἕτεροι πρὸς τούτοις ἀμφιδοξουμενοι. *Verum eius orationes genuinae ſuper* cc. *eſſe dicuntur, & aliae praeter has controverſae.* Editur hodie, ὑπὲρ τὲς τ'. *ſuper* ccc. Harum exſtant paucae aliquot. De genuinis iſti tituli ſuperſunt.

Κατ' Εὐθυδίκου.

Harpocration in Ἀμφιδέαι. Ἰδίας δὲ Λυσίας, ἐν τῷ Κατ' Εὐθυδίκου, φησίν· Οὐ δυνάμενος δ' ἐκβαλεῖν, διὰ τὸ ἀμφιδέαις δεδέσθαι τὰς θύρας. *Proprie autem Lyſias, in oratione Adverſus Euthydicum, dicit; Quum autem non poſſet eiicere, quia vinculis ligatae erant fores.* Suidas in eadem voce.

Ἐρωτικός.

Harpocration. Ἀπαγορεύειν, ἀντὶ τοῦ, κάμνειν, κ) ἀδυνάτως ἔχειν. Λυσίας ἐν Ἐρωτικῷ. Ἀπαγορεύειν, *pro, defatigari, & invalidum eſſe. Lyſias in Amatoria.* Maximus Tyrius Diſſert. VIII. Ἐπιδεξαμένου γὰρ αὐτῷ τοῦ Μυρρινουσίου Φαίδρου λόγον, ὑπὸ Λυσίου τοῦ Κεφάλου συγγεγραμμένον, Ἐρωτικὸν, ἐκ ἔφη θαυμάζειν, πλῆρες τὸ σῦθος ἔχων, ὥσπερ ἀγγεῖον, ἀλλοτρίων ναμάτων. *Oſtendente enim ei Myrrhinuſio Phaedro orationem, ab Lyſia Cephali filio conſcriptam, Amatoriam, non mirari dicebat, habere eum pectus plenum, tamquam vas, alienis fluentis.* Multoties meminit Plato in Phaedro.

Πρὸς Μέδοντα.

Athenaeus lib. XIII. Ἐν ᾧ τῷ Κατὰ Φιλωνίδου βιαίων, ὁ Λυσίας, ἃ γνήσιός ὁ λόγος, κ) Ναΐδος τ' ἑταίρας μέμνηται· κ) ἐν τῷ Πρὸς Μέδοντα ψευδομαρτυριῶν. *In oratione autem Adverſus Philonidem de vi, Lyſias, ſi genuina oratio, etiam Naidis meretricis meminit; & in oratione Adverſus Medontem falſorum teſtimoniorum.* Harpocration in Ἀντίκυρα, & Ἀπέχεια.

Ὑπὲρ Ἐρατοσθένους.
Pro Eratoſthene.

Exſtat.

Κατὰ Ποσειδίππου.

Harpocration. Ἀπολαχεῖν, ἀντὶ ἁπλοῦ, τοῦ λαχεῖν. Ἀντιφῶν ἐν τῷ Κατὰ Φιλίνου. Λυσίας Κατὰ Ποσειδίππου. Ἀπολαχεῖν, *pro ſimplici, ſortiri. Antiphon in oratione Adverſus Philinum. Lyſias Adverſus Poſidippum.*

Πρὸς Καλλικλέα.

Harpocration in Ἀπόμισθοι. Κεῖται δὲ ἡ λέξις παρὰ Λυσίᾳ, ἐν τῷ Πρὸς Καλλικλέα. *Habetur autem dictio apud Lyſiam, in oratione Adverſus Calliclem.* Item Suidas in eadem dictione.

Κατὰ Μικίνου.

Vide quae de hac Oratione adnotavi nuper Attic. Lect. lib. III. cap. XXI.

Κατὰ τῶν σιτοπωλῶν.

Suidas in Ἄξιον. Τάσσουσι δὲ τὸ ἄξιον, κ) ἐπὶ τῶν ὠνίων, ὅταν εὐωνόν τι πιπράσκεται. Λυσίας, ἐν τῷ Κατὰ τῶν σιτοπωλῶν. *Ponunt autem ἄξιον, etiam de venalibus, quum vili pretio aliquid venditur. Lyſias, in oratione Adverſus frumentarios.* Exſtat

Περὶ τοῦ Διογένους κλήρου.

Harpocration in Δέκα. Ἐκαλεῖτο μέν τοι τούτων ἕκαστος τῶν ἀρχόντων, Δεκαδοῦχος· ὡς δῆλον ποιεῖ Λυσίας, ἐν τῷ Περὶ τοῦ Διογένους κλήρου. *Adpellabatur vero unuſquiſque illorum archontum Decaduchus; quemadmodum manifeſtum reddit Lyſias, in oratione De Diogenis hereditate.* Vide eumdem iterum in Μόλπος, & Priſcianum lib. XVIII.

Πρὸς Διοκλέα, ὑπὲρ τοῦ κατὰ τῶν ῥητόρων νόμου.

Theon in Progymn. Κατασκευῶν δὲ, παρά τε ἄλλοις, κ) παρὰ Λυσίᾳ, ἐν τῷ πρὸς Διοκλέα, ὑπὲρ τοῦ κατὰ τῶν ῥητόρων νόμου. *Adſtructionum vero, & apud alios, & apud Lyſiam, in oratione Adverſus Dioclem, pro lege contra rhetores.* Truncate eſt apud Harpocrationem in Δώρων γραφή. Λυσίας, ἐν τῷ κατὰ τῶν ῥητόρων νόμῳ, διελεκται περὶ τούτων. *Lyſias, in oratione Adverſus rhetorum legem, diſſeruit de his.*

Πρὸς Λεπτίνην.

Harpocration in Ἄρδην. Λυσίας, ἐν τῷ Πρὸς Λεπτίνην. *Lyſias, in oratione Adverſus Leptinem.*

Πρὸς Πολέμωνα.

Suidas in Ἐπὶ καλάμης ἀρᾶν. Λυσίας, ἐν τῷ Πρὸς τὸν Πολέμωνα λόγῳ, διαβάλλων τινὰ τῶν ἀπλήστων γεωργῶν, τῶν ἐν τῇ γῇ καταχεωμένων, κ) κατ' ἔτος ἐξαναλίσκοντα τὴν ἰσχὺν αὐτῆς, φησὶν· οὗτοσὶ δ' πυροὺς ἐπὶ καλάμης ἀροῖ. *Lyſias, in oratione Adverſus Polemonem, criminans aliquem inſatiabilium ruſticorum, agri proventibus abutentium, & iis quae ſingulis annis vim eius exhauriunt, ait; Sic autem frumenta in ſtipula arat.*

Κατ' Αὐτάνδρου, κ) Πυθέου, ξενίας.

Harpocration. Ἀρχιδάμιος πόλεμος. Λυσίας, ἐν τῷ Κατ' Αὐτάνδρου, κ) Πυθέου, ξενίας. *Archidamium bellum. Lyſias, in oratione Adverſus Autandrum, & Pytheum, hoſpitalitatis.* Aliter eſt apud Apoſtolium Cent. IV. Proverb. XXX. Καὶ Λυσίας, ἐν τῷ Κατ' Ἀνδροτίωνος, κ) Πυθίου, ξενίας. *Et Lyſias, in oratione Adverſus Androtionem, & Pythium, hoſpitalita-*

litatis. Emenda ad Harpocrationis praeſcriptum.

Περὶ τραύματος ἐκ προνοίας.
De vulnere dedita opera.

Exſtat.

Ὑπὲρ Καλλίου.

Huius exſtat exordium.

Κατὰ Κτησιφῶντος.

Suidas in Ἀπέπατο. Λυσίας, ἐν τῷ Κατὰ Κτησιφῶντος. *Lyſias, in oratione Adverſus Cteſiphontem.*

Πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικόν.

Harpocration in Ἀστασία, Ἄϛικτον χωρίον, Καταπλήξ. Duae erant; una inſcripta

Πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν, χρέως.

Athenaeus lib. XIII. Αλλ' ὅγε Λυσίας, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ λόγῳ ὑτωσὶ, Πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν, χρέως. *Sed Lyſias in oratione ſic inſcripta Adverſus AEſchinem Socraticum, debiti. Altera,*

Πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν, περὶ συκοφαντίας.

Diogenes Laertius in AEſchinis Socratici Vita lib. II. Καὶ Λυσίας δὲ κατ' αὐτοῦ συγέγραφε λόγον, Περὶ συκοφαντίας ἐπιγράψας. *Sed & Lyſias in eum conſcripſit orationem, quam De ſycophantia inſcripſit.* Sed opinor, unam, eamdemque orationem fuiſſe, & inſcriptam,

Πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν, χρέως, ἢ, Περὶ συκοφαντίας.

Confirmat me principium eius, quod citato ſtatim loco repraeſentat Athenaeus, atque ita ſeſe habet: Οὐκ ἂν ποτ' ᾠήθην, ἄνδρες δικασταὶ, Αἰσχίνῃ τολμῆσαι οὕτως αἰσχρὰν δίκην δικάσασθαι. νομίζων, ὐκ ἂν ῥᾳδίως αὐτὸν ἑτέραν, ταύτης συκοφαντωδεϛέραν, ἐξευρεῖν. *Numquam arbitratus eſſem, viri Iudices, AEſchinem ſuſtinuiſſe tam turpem cauſſam in iudicio agere; ratus non facile eum aliam hac, magis ad ſycophantarum morem accedentem inventurum.* Atque hinc eſt ſine dubio, quod ſimpliciter Harpocration eam tribus locis citat. Λυσίας, ἐν τῷ Πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικόν. *Lyſias in oratione Adverſus AEſchinem Socraticum.*

Ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ,
De olea ſacra.

Exſtat.

Κατὰ Διοδότου

Harpocration in Αὔλια.

Κατὰ Ἀνδοκίδου ἱεροσυλίας,
Adverſus Andocidem ſacrilegii.

Exſtat.

Κατὰ Ἀνδοκίδου ἀσεβείας.

Suidas. Ῥόπλον. Λυσίας, Κατὰ Ἀνδοκίδου ἀσεβείας, Ἔδησε τὸν ἵππον ἐκ τοῦ ῥόπτου τοῦ ἱεροῦ. *Marculus. Lyſias Adverſus Andocidem impietatis. Ligavit equum ex marculo templi.*

Περὶ τῆς Ἰφικράτους δωρεᾶς.

Suidas. Παῦλος Γερμῖνος, σοφιϛής· ὁ γράψας, ὅτι γε Λυσίου ἐϛὶ τὰ Περὶ τῆς Ἰφικράτους δωρεᾶς βιβλία δύο. *Paulus Germinus Sophiſta, qui ſcripſit, Lyſiae duos eſſe De Iphicratis dono libros.* Vlpianus in Midianam. Καί ἐϛι Λυσίου λόγος, εἰς Ἰφικράτην ἀναφερόμενος, ἔχων τὴν ἐπιγραφὴν, Περὶ τῶν αὐτοῦ δωρεῶν. *Et eſt Lyſiae oratio in Iphicratem translata(a) De donis eius inſcriptionem habens.*

Περὶ Εὐθυκλέους χωρίου,
De Euthyclis praedio.

Harpocration in Αὐτομαχεῖν.

Πρὸς Ἱπποθέρσην.

Idem in Ἀφανὴς οὐσία, & Ἱερώνυμος.

Κατὰ Θεομνήϛου ά.

Exſtat.

Κατὰ Θεομνήϛου β',

Exſtat.

Ὑπὲρ Φανίου.

Athenaeus lib. XII. Ὅτι δὲ ἦν ὁ Κινησίας νοσώδης, καὶ δεινὸς τἄλλα, Λυσίας ὁ ῥήτωρ, ἐν τῷ Ὑπὲρ Φανίου παρανόμων ἐπιγραφομένῳ λόγῳ εἴρηκε. *Quod vero Cineſias morboſus erat, & gravis alia, Lyſias Rhetor in oratione Pro Phania de delictis inſcripta dixit.*

Πρὸς Φιλοκράτην.

Harpocration in Βησσεῖς, & Εὐώνυμα. Exſtat.

Πρὸς Τίμωνα.

Suidas. Ἐσχηματισμένος. ὁ προσποιητὸν τρόπον ἔχων, καὶ δοκῶν εἶναι κόσμιος. ὡς παρὰ Λυσίᾳ, ἐν τῷ Πρὸς Τίμωνα. Ἐσχηματισμένος: *fictum modum obtinens, & qui ornatus eſſe videtur; ſicut apud Lyſiam in oratione Adverſus Timonem.* Alia ab hac eſt, ne quis confundat,

Πρὸς Σίμωνα, ἀπολογία.

Quae exſtat.

Πρὸς

(a) Hoc eſt, *Iphicrati tributa.*

Digitized by Google

Πρὸς Εὐπάθην.

Harpocration in Δερμιστής.

Περὶ τῦ ἀστοσυλοτοιῦ.

Pollux lib. VII. cap. 11. Τὰ δὲ καταβαλλόμενα ὑπὲρ τῶν πιπρασκομένων τέλη, ἐπώνια λέγυσι. Τῆς δὲ εἰσωνίας, Λυσίας εἴρηκεν, ἐν τῷ Περὶ ἀστοσυλοτοιῦ. *Depoſita autem pro rebus, quae venduntur, tributa,* ἐπώνια *dicunt.* Εἰσωνίας *autem Lyſias dixit in oratione De Foedifrago.*

Πρὸς τὰς συνωσιαςάς.

Exſtat.

Πρὸς Α'ρέσανδρον.

Harpocration in Ε'κλογεῖς.

Κατὰ Μόσχυ.

Idem in Δήμαρχος.

Υ'πὲρ τῦ ςρατιώτυ,
Pro milite.

Exſtat.

Κατὰ Τίσιδος.

Dionyſius Halicarn. Περὶ τῆς Δημοσθ. δεινότ. Αὕτη μὲν ἡ Λυσίυ διήγησις, ἐκ τῦ Κατὰ Τίσιδος λόγου. *Haec quidem Lyſiae enarratio ex oratione Adverſus Tiſidem.*

Περὶ τῆς ἀντιδόσεως,
De remuneratione.

Harpocration in Ε'ννεάκρυνον.

Κατὰ Στρατοκλέους.

Idem in Ε'ξύλης. Ταῦτα ἢ σαφῶς Ι'σαῖος διδάσκει, καὶ Λυσίας, ἐν τῷ Κατὰ Στρατοκλέους ἐξούλης. *Haec autem manifeſte Iſaeus docet, & Lyſias in oratione Adverſus Stratoclem unde vi.*

Κατὰ Ε'ρατοσθένους.

Exſtat.

Κατὰ Α'γοράτυ.

Exſtat.

Ο'ρφικά.

Clemens Strom. VI. Λυσίας, ἐν τοῖς Ο'ρφικοῖς, λέγει· Καὶ φανερὸς γέγονεν, ὢ τῶν σωμάτων συγγενὴς ὢν. ἀλλὰ τῶν χρημάτων. *Lyſias in Orphicis dicit; & manifeſtus fuit, non corporum cognatus, ſed pecuniarum.* Sed corruptum titulum puto, ſcribendumque, ἐν τοῖς Ο'ρφανικοῖς. Nam, ut notum, λόγοι Ο'ρφανικοὶ dicuntur Graecis eae Orationes, quae De pupillis habitae, ſic Ε'πιτροπικοὶ, *de tutela;* Βιαῖοι, *de vi;* Φονικοὶ, *de caede;* Κληρικοὶ, *de hereditate.*

Πρὸς Χαιρέςρατον.

Harpocration in Ε'παντὸς ὅρκος.

Υ'πὲρ Κτησιάρχυ.

Idem in Ε'πεσκήψατο.

Υ'πὲρ Μαντιθέου.

Exſtat.

Κατὰ Νικίου.

Diogenes Laertius in Solone lib. I. Λυσίας δ' ἐν τῷ Κατὰ Νικίου, Δράκοντά φησι γεγραφέναι τὸν νόμον, Σόλωνα δὲ τεθεικέναι. *Lyſias autem in oratione Adverſus Niciam, Draconem ſcripſiſſe legem ait, Solonem vero poſuiſſe.* Harpocration in Κητοῖ. Nam quod apud eumdem in Ε'πιβλήτας legitur, Λυσίας, ἐν τῷ Κατὰ Νικίου φόνου. *Lyſias in oratione Adverſus Niciam caedis.* Scribendum eſt, Κατὰ Μικίνου, ut docui Attic. Lect. lib. III. cap. XXI.

Περὶ δημοσίων ἀδικημάτων,
De publicis delictis.

Exſtat

Κατ' Αὐτοκράτους.

Pollux lib. VII. cap. XII. Λυσίας δὲ, ἐν τῇ Κατ' Αὐτοκράτυς, μεταλλαξαμένη χιτῶνα. *Lyſias vero in oratione Adverſus Autocratem, quum veſtem illa mutaviſſet.* Phrynichus in Ecloga Dict. Attic. Λυσίας, ἐν τῷ Κατ' Αὐτοκράτους, οὕτω τῇ συντάξει χρῆται. *Lyſias in oratione Adverſus Autocratem, ita conſtructione utitur.*

Περὶ τῆς εἰσφορᾶς,
De collatione.

Harpocration in Ε'πιγραφῆς.

Πρὸς Τιμωνίδην.

Vlpianus in Olynth. II. Λυσίας, ἐν τῷ Πρὸς Τιμωνίδην· Πῶς δ' ἂν τῆς διαθέσεως τῦ τετελευτεκότος ἀμελήσαιμεν, ἣν ἐκεῖνος διέθετο, ὢ παρὼν, ὐδὲ γυναικὶ πεισθείς. *Lyſias in oratione Adverſus Timonidem; quomodo autem teſtamentum mortui negligamus, quod ipſe fecit, non praeſens, nec a muliere perſuaſus.* Sed corruptum illic Lyſiae Fragmentum emendo, διέθετο, ὢ παρανομῶν, ὐδὲ γ. π. *fecit, non delinquens, nec a m. p.* Ita rectius eſt apud Suidam, cui idem hoc citatur in Διάθεσις.

Περὶ τῆς δημεύσεως τῦ Νικίου ἀδελφῦ,
De proſcriptione Niciae fratris.

Exſtat.

Πρὸς

Πρὸς Θεοπειθῆ.

Harpocration in Ἐπιδιατίθεσθαι.

Ὑπὲρ τῆς Ἀντιφῶντος θυγατρός.

Plutarchus in Antiphonte lib. De X. Rhet. Οἱ δὲ, ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἀνῃρῆσθαι αὐτὸν ἱστορήκασιν· ὥσπερ Λυσίας, ἐν τῷ Ὑπὲρ τῆς Ἀντιφῶντος θυγατρὸς λόγῳ. *Alii vero ſublatum illum ab Triginta narraverunt; quemadmodum Lyſias in oratione Pro Antiphontis filia.*

Πρὸς Κριτόδημον.

Harpocration in Ἐπίτεμπλων.

Πρὸς τοὺς ἐπιτρόπους τῶν Βοώνου παίδων, *Adverſus tutores liberorum Boonis.*

Idem in Ἐπιτροπή.

Ὑπὲρ τῶν Ἀριστοφάνους χρημάτων, *Pro Ariſtophanis bonis.*

Exſtat.

Ἀπολογία ἀωροδοκίας, *Defenſio corruptionis.*

Exſtat.

Περὶ Ἀγησάνδρου.

Priſcianus lib. XVIII. *Lyſias*, ἐν τῷ Περὶ τοῦ Ἀγησάνδρου. Πρὸς τοὺς ἐγγύτατα γένους συνοικοίη. *Lyſias in oratione De Ageſandro; Ad proximos genere ducatur uxor.* Sed verum eſſe titulum puto,

Περὶ Ἡγησάνδρου.

Priſcianus idem mox eodem libro. *Lyſias*, ἐν τῷ Περὶ τοῦ Ἡγησάνδρου· Κλῆρον ὡς ἔμελλεν ἐπί τε τοὺς βωμοὺς εἶναι, καὶ νομιζόμενά γε ποιήσειν. *Lyſias in oratione De Hegeſandro; Hereditatem quum futurus eſſet & ad aras, & legitima facturus.* Sed mendum etiam ibi eſt, ſcribendumque, Περὶ τοῦ Ἡγησάνδρου κλήρου. Ὡς ἔμελλεν ἐ. *De Hegeſandri hereditate; Quum futurus e.* Harpocration in Κακώσεως. Δημοσθένης, Κατὰ Τιμοκράτους· καὶ Λυσίας, ἐν τῷ Περὶ τοῦ Ἡγησάνδρου κλήρου. *Demoſthenes Adverſus Timocratem; & Lyſias in oratione De Hegeſandri hereditate.*

Κατὰ Παγκλέωνος.

Exſtat.

Πρὸς Γλαύκωνα.

Harpocration in Ἡλιαία. Λυσίας μὲν, ἐν τῷ Πρὸς Γλαύκωνα, τὴν Ἡλιαίαν πολλάκις ὀνομάζει. *Lyſias quidem in oratione Adverſus Glauconem, Heliaeam ſaepe nominat.* Laudat quoque Suidas in Πράκτο.

Πρὸς τὴν εἰσαγγελίαν, περὶ τοῦ μὴ δίδοσθαι τῷ ἀδυνάτῳ ἀργύριον, *Adverſus delationem, quod non datur invalido argentum.*

Exſtat.

Σωκράτους ἀπολογία.

Plutarchus in eius Vita. Εἰσὶ δ' αὐτῷ καὶ Τέχναι ῥητορικαὶ πεποιημέναι. Σωκράτους ἀπολογία, ἐσοχασμένη τῶν δικαστῶν. *Sunt vero etiam ab illo Artes Rhetoricae factae. Socratis defenſio, coniectans de iudicibus.* Diogenes Laertius in Socrate lib. II. Ὁ δ' αὖ Φιλόσοφος, Λυσίου γράψαντος Ἀπολογίαν αὐτῷ, ἀναγνὺς, ἔφη· Καλὸς μὲν ὁ λόγος, ὦ Λυσία, οὐ μὲν ἁρμόττων ἐμοί. *Sed Philoſophus iterum, quum Lyſias eius Defenſionem ſcripſiſſet, ea lecta dixit; Bona quidem oratio, o Lyſia, non tamen mihi conveniens.* Meminit quoque Cicero De Oratore lib. I. Quinctilianus lib. XI. cap. I. p. 617. Valerius Maximus lib. VI. cap. IV.

Ἀπολογία δήμου καταλύσεως, *Defenſio diſſolutionis populi.*

Exſtat.

Ὀλυμπιακός.

Harpocration. Ἰόνιος. Λυσίας, ἐν Ὀλυμπιακῷ. *Ionius. Lyſias in Olympiaca.* Eſt nimirum haec illa Oratio, cuius meminit in eius Vita Plutarchus, iſtis verbis: Ἀνέγνω δὲ καὶ ἐν τῇ Ὀλυμπιακῇ πανηγύρει λόγον μέγιστον, διαλλαγέντας τοὺς Ἕλληνας καταλῦσαι Διονύσιον. *Verum etiam in Olympiaca celebritate maximam orationem recitavit, quod Graeci reconciliati deiecciſſent Dionyſium.*

Ὑπὲρ Ἀχιλλείδου φόνου.

Pollux lib. IX. cap. V. Λυσίας δὲ, ἐν τῷ Ὑπὲρ Ἀχιλλείδου φόνου, εἴρηκεν, ἱππορράστιον. *Lyſias autem in oratione Pro Achillide caedis, dixit equile.* Et mox iterum cap. VIII. Ἐπὶ τούτου Ἐκποιεῖν εἴρηται, ἐν τῷ Ὑπὲρ Ἀχιλλείδου φόνου, Λυσίᾳ. *De illo efficere ab Lyſia dictum eſt in oratione Pro Achillide caedis.* Aplines De Arte Rhetor. cap. Περὶ τῶν τελικῶν· Καὶ Λυσίας, ἐν τῷ Ὑπὲρ Ἀχιλλείδου, τὸ πάθος (ἐπέξεισι) τὸ τῆς ἀδελφῆς συμβὰν αὐτῷ. *Et Lyſias in oratione Pro Achillide, caſum, qui ſorori eius acciderat, enarrat.*

Πρὸς Μνησίμαχον.

Harpocration in Καρκῖνος. Περὶ δὲ τῆς τραγῳδίας ποιητοῦ, τοῦ Ξενοκλέους υἱοῦ, Λυσίας, ἐν τῷ Πρὸς Μνησίμαχόν, φησι. *Verum de tragoediae Poeta, Xenoclis filio, Lyſias in oratione Adverſus Mneſimachum dicit.*

Περὶ

Περὶ τῆς Εὐάνδρου δοκιμασίας,
De Evandri cenſura.

Exſtat.

Πρὸς Τιμόθεον.

Plutarchus in eius Vita. Συνέγραψε δὲ λόγον, καὶ Ἰφικράτει, τὸν μὲν, πρὸς Ἁρμόδιον· τὸν δὲ, προδοσίας κρίνων Τιμόθεον. *Conſcripſit autem Iphicrati quoque oraticnem, aliam quidem Adverſus Harmodium; aliam vero proditionis Timotheum accuſans.* Vbi alteram etiam,

Πρὸς Ἁρμόδιον.

Obſervare eſt.

Περὶ τῶν ἰδίων εὐεργεσιῶν,
De propriis beneficiis.

Harpocration in Χῆοι, & Μεταπύργιον.

Κατὰ Ἐπικράτους, καὶ τῶν συμπρεσβευτῶν.
Adverſus Epicratem, & qui cum eo legatione functi erant.

Exſtat.

Περὶ τῆς Ἐπιγένους διαθήκης.

Suidas in Ἀνάργυρ@. Λυσίας, ἐν τῷ Περὶ τῆς Ἐπιγένους διαθήκης. *Lyſias in oratione De Epigenis foedere.*

Πρὸς Κινησίαν, ά. β'.

Harpocration in Κινησίας. Λυσίᾳ δύο λόγοι εἰσὶ Πρὸς Κινησίαν, ἐν οἷς πολλάκις μνημονεύει τοῦ ἀνδρός. *Lyſiae duae ſunt orationes Adverſus Cineſiam, in quibus ſaepe viri meminit.*

Κατὰ Ἐργοκλέους

Exſtat.

Διοφάντου περὶ χωρίου.

Pollux lib. VII. cap. III. Τῷ δὲ ἀλείπτου οὐκ ὄντ@ ἐν χρήσει, ἀλείπτριαν εἰρήκασιν οἱ μέσοι κώμικοὶ, καὶ Λυσίας, ἐν τῷ Διοφάντου περὶ χωρίου. *Quum autem vox ἄλειπτ@ non ſit in uſu, ἀλείπτριαν, unctricem dixerunt medii Comici, & Lyſias in oratione Diophantis de praedio.*

Κατ' Εὐφήμου.

Harpocration in Λάμπας, & Πυελίδα.

Ὑπὲρ Πολυστράτου.

Suidas in Πολύστρατ@. Ἕτερ@ δέ ἐστιν (ὁ Πολύστρατ@) ὑπὲρ οὗ λόγον ἔγραψεν ὁ αὐτὸς Λυσίας. *Alius autem eſt (Polyſtratus) pro quo orationem ſcripſit ipſe Lyſias.* Exſtat.

Ὑπὲρ τοῦ ψηφίσματ@.

Plutarchus in eius Vita. Ἔστι δ' αὐτοῦ καὶ ὃν Ὑπὲρ τοῦ ψηφίσματ@ ἔγραψεν Ἀρχῖν@, τὴν πολιτείαν αὐτῷ περιέχων. *Eſt vero illius etiam, quam pro decreto ſcripſit Archinus Reipublicae adminiſtrationem illius continens.*

Πρὸς Ἀλκίβιον.

Suidas. Παλαιὸν· οἱ ῥήτορες ἐχρήσαντο τῷ παλαιῷ ἐπὶ ἀργυρίου, ἐκ δανείσματ@ ὀφειλομένου. οὕτω Λυσίας, ἐν τῷ Πρὸς Ἀλκίβιον. *Antiquum. Rhetores uſi ſunt antiquo de argento, ex foeneratione debito. Sic Lyſias in oratione Adverſus Alcibium.*

Κατὰ Νικομάχου.

Exſtat.

Κατὰ Θεοσδοτίδου.

Pollux lib. VIII. cap. VI. Προβολαὶ δὲ γίνονται, τοῦ δήμου ψηφισαμένου, καὶ τῶν εὐνοϊκάτων τῇ πόλει. ὡς Λυσίας, ἐν τῷ Κατὰ Θεοσδοτίδου. *Intentiones autem fiunt, decernente populo, & civitati maxime benevolis; ſicut Lyſias in oratione Adverſus Theosdotidem.*

Πρὸς Καλλιπωίδην.

Harpocration in Λάρκ@.

Ὑπὲρ τῶν δημιοπράτων, Πρὸς Εὐθείαν.

Pollux lib. X. cap. XXIV. Πρὸς δὲ καὶ Λυσίᾳ λόγ@ ἐστὶν, ἐπιγεγραμμέν@ Ὑπὲρ τῶν δημιοπράτων, πρὸς Εὐθείαν. *Verum etiam apud Lyſiam eſt oratio, dicta Pro publice-venditis Adverſus Eutheam.*

Πρὸς Ἀλκιβιάδην.

Suidas in Αἰσθανέσθαι. Τὸ δὲ Αἰσθάνεσθαι ἐπὶ τοῦ ὑποπτεύειν, καὶ οὐκ ἐπὶ τοῦ βεβαίως εἰδέναι, Λυσίας, ἐν τῷ Πρὸς Ἀλκιβιάδην, φησίν. Αἰσθάνεσθαι *vero de coniectando, & non de firmiter ſciendo, Lyſias in oratione Adverſus Alcibiadem, dicit.* Exſtant hodie in Alcibiadem Orationes; quarum una accuſat eum λιποταξίου, altera, ἀστρατείας.

Κατὰ Φίλων@.

Exſtat.

Κατὰ Μαντίου

Harpocration in Νότιον.

Πρὸς Ἱπποκράτην.

Pollux lib. VIII. cap. VI. Προβολαὶ δὲ ἦσαν καὶ αἱ τῆς συκοφαντίας γραφαί. Λυσίας ἐν τῷ Πρὸς Ἱπποκράτην αἰτίας· Προβολαὶ *vero erant etiam ſycophantiae criminis accuſationes. Lyſias in oratione Adverſus Hippocratem pulſationis.*

Κατὰ

A

Κατὰ τῶν τριάκοντα.

Scholiaſtes Ariſtophanis Ranis. Τὸν Μουσαῖον παῖδα Σελήνης καὶ Εὐμόλπου Φιλόχορός φησιν. ὅτος δὲ Καθαλύσεις, καὶ Τελετὰς, καὶ Καθαρμοὺς, συντέθεικεν. *Muſaeum filium Selenes, & Eumolpi Philochorus dicit; hic autem Reſolutiones, & Initiationes, & Purgationes, compoſuit.* Ex his Τελεταὶ nominantur etiam Luciano De Saltat. Ἐῶ λέγων, ὅτι Τελετὴν ἀρχαίαν ὐδεμίαν ἐςὶν εὑρεῖν ἄνευ ὀρχήσεως· Ὀρφέως δηλαδὴ, καὶ Μουσαίου. *Omitto dicere, nullam antiquam Initiationem inveniri ſine ſaltatione, Orphei ſcilicet, & Muſaei.* A Selene vero matre eſt, quod Σεληνιακὸς vocatur Proclo in Timaeum Comment. I. Ἑτέρωθι καὶ ἀπὸ Μουσαίου τοῦ Σεληνιακοῦ τὸ γένος τοῖς ἐν Ἐλευσῖνι τῶν μυηρίων ἡγουμένοις εἶναί φησι. *Quoniam etiam ab Muſaeo Seleniaco genus Eleuſine myſteriorum antiſtitibus eſſe dicit.* Et, eſtne huiusdem?

Τιτανογραφία.

Laudatur ab Apollonii Scholiaſte lib. III. Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τῆς Μουσαίου Τιτανογραφίας λέγεται ὡς Κάδμος ἐκ τοῦ Δελφικοῦ ἐπορεύετο, προκαθηγουμένης αὐτῷ τῆς βοός. *In libro autem tertio Titanum-deſcriptionis Muſaei dicitur, quod Cadmus ex Delphico profectus eſt, ducente eum vacca.* Fortaſſis item ille ipſe eſt, quem deſciviſſe a Titanibus, adfectumque honoribus quibusdam, tradit Diodorus Siculus lib. V.

MVSAEVS III.

Orphei filius, Cereris Eleuſiniae antiſtes. Diodorus Siculus eius meminit lib. IV. Πρὸς δὲ τοῦτο τὸ ἆθλον, ὑπολαβὼν συνοίσειν αὐτῷ, παρῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ μετέσχε τῶν Ἐλευσῖνι μυςηρίων, Μουσαίῳ, τῷ Ὀρφέως υἱῷ, τότε προεςηκότος τῆς τελετῆς. *Ad hunc vero laborem, utile ſibi fore ſubſpicans, Athenas tranſiit, & myſteriorum Eleuſine particeps factus eſt, Muſaeo, Orphei filio, tunc initiationis antiſtite.* Et Iuſtinus Martyr Exhort. ad Gentes. Ὀρφεὺς γοῦν, ὁ τῆς πολυθεότητος ὑμῶν, ὡς ἄν εἴποι τις, πρῶτος διδάσκαλος γεγονὼς, οἷα πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μουσαῖον, καὶ τοὺς λοιποὺς γνησίους ἀκροατὰς ὕςερον, περὶ ἑνὸς καὶ μόνου θεοῦ κηρύττει λέγων, ἀναγκαῖον ὑπομνῆσαι ὑμᾶς. *Orpheus igitur, qui multitudinis veſtrae deorum, ut ita quis dicat, primus doctor fuit, qualia ad filium ſuum Muſaeum, & reliquos genuinos auditores; poſtremo de uno & ſolo deo praedicaverit dicens, neceſſe eſt vobis in memoriam referre* (a).

MYLVS.

Comicus fuit; meminitque eius Suidas in Ἐπίχαρμος.

MYRTILVS.

Comicus fuit; eiuſque

Τιτανόπαιδες,

&

Ἔρωτες,

recenſentur a Suida. Μυρτῖλος, Ἀθηναῖος, κωμικός· υἱὸς μὲν Λύσιδος, ἀδελφὸς δὲ τοῦ κωμικοῦ Ἑρμίππου. δράματα αὐτοῦ, Τιτανόπαιδες, Ἔρωτες. *Myrtilus, Athenienſis, comicus; Lyſidis quidem filius, Hermippi autem comici frater. Fabulae eius, Titanum-pueri, Amores.* Ita emendo. Nam hodie illic mendoſe editur, Τετανοπάνες Ε'. Aſpaſius in Ariſtotelis Ethic. lib. IV. cap. II. Σύνηθες ἐν κωμῳδίᾳ παραπετάσματα δέρρεις ποιεῖν, ὑ πορφυρίδας. Μυρτῖλος ἐν Τιτανόπαισι. *Conſuetum in comoedia vela pelles*

[a] Cui autem ex his Muſaei Libris περὶ Γιγάντων, quos citat Interpres *Euripidis* ad *Medeam*; itemque Interpres *Apollonii* ad Lib. III. Ἄργον. *Varinus* Γίγαντα, tribuendi ſunt? Alterius fortaſſe Muſaei, nec adeo antiqui; nam & Muſaeus Epheſius fuit, Epicus Vates, qui Eumenis & Attali temporibus floruit. Ita quoque nec de Heronis, ac Leandri, amoribus carmen vetuſtis Muſaeis adſerendum, prout *Iulio Caeſari Scaligero* viſum fuerat *Poetices Lib. V. Cap. I.* merito a filio ob id reprehenſo *Epiſtola* CCXLVII. ad *Claud. Salmaſium*. Ab eo quoque *Iſ. Caſaubonus* diſſentit, ſuique diſſenſus cauſas has refert: *Primum quod numquam apud veteres, ſeu Poetarum interpretes, ſeu alios, quidquam ex illo vetuſtiſſimo reperitur carmine. Omnium enim antiquiſſimus, qui eius meminit, eſt Tzetzes. Atqui, ſi aetate Homerum is Poeta, quicumque ſit, praeceſſiſſet, an tacuiſſet obſecro tot doctiſſimi Grammatici, qui Homerum ſunt interpretati, quam multos locos ex eo poemate videri poſſit accepiſſe Homerus. Verum eſſe Grammaticos mitto; at illi certe, qui ex profeſſo vetuſtiſſimorum Scriptorum furta ſunt perſequuti, tam manifeſta, ut illi vocarent, plagia, ut nos, συμπλώσεις, numquam ſiluiſſent; quod tamen factum eſſe ex Clemente & Euſebio tam mihi certum, quam hunc Solem lucere. Deinde movet me, quod in Pauſania legimus, cuius haec ſunt verba, καί ἐςιν ὠδὴ Μουσαίου βιβλίοις, ὅτι μὴ μόνον εἰς τὴν Δήμητρα ὕμνος Λυκομίδαις. Poſtremo vel ipſe ſtylus me in eam impellit ſententiam, ut putem veriſſimam eſſe inſcriptionem, quam Michael Sophianus in ſcriptis Codicibus reperit, Μουσαίου τοῦ Γραμματικοῦ. Nam ſi quis conferat* [*quod nos fecimus aliquando diligenter*] *id poema cum aliorum recentiorum Poetarum Graecorum, maxime Nonni, qui Dionyſiaca conſcripſit, carminibus; non dubitabit hanc ſententiam eſſe veriſſimam.* Quid autem *Salvinius* eruditiſſimus hoc de re ſentiret *Lib. II. Athen. Attic. Cap.* VIIII. in Scholiis iam retuli.

Digitized by Google

les facere, non purpureas veſtes. Myrtilus in Titanum-pueris. Corrigendus quoque Scholiaſtes Ariſtophanis Avibus. Ὡς Μυρτίλος ἐν Τιτανόπαισί φησι. *Sicut Myrtilus in Titanum-pueris dicit.* Male editur, Μυρτίλος, ἐν τῇ Ταυσπάσῃ. Meminit eius, ſed incerto Opere, Phrynichus in Ecloga Dict. Attic. in Καταφαγὰς, item Pollux lib. VI. cap. VII.

NEOCLES.

Philoſophus, Epicuri frater; ſcripſitque

Ὑπὲρ τ῀ ἰδίας αἱρέσεως.

Suidas. Νεοκλῆς, Ἀθηναῖος, φιλόσοφος, ἀδελφὸς Ἐπικούρου. ἔγραψεν Ὑπὲρ τ῀ ἰδίας αἱρέσεως. *Neocles, Athenienſis, philoſophus, Epicuri frater. Scripſit Pro propria ſecta.* Citatur ſine titulo Operis ab Hermogenis Scholiaſte. Ἐπιχείρημά ἐστιν, ὥς φησι Νεοκλῆς, συλλογισμὸς μετὰ τῆς οἰκείας τῶν μερῶν ἀποδείξεως. *Epicheremа eſt, ut ait Neocles, ſyllogiſmus cum propria partium demonſtratione.* Et mox. Τούτων δὲ Νεοκλῆς φησι τυγχάνειν εἴδη τρία, εἰκόνα, παραβολὴν, παράδειγμα. *Horum vero tres eſſe ſpecies ait Neocles, imaginem, comparationem, exemplum* (a).

NICOCHARES.

Comicus, Philonidis filius; cuius Fabulae a Suida decem enumerantur. Νικοχάρης, Φιλωνίδου τοῦ κωμικοῦ, Ἀθηναῖος, κωμικὸς, σύγχρονος Ἀριστοφάνους. τ῀ δραμάτων αὐτοῦ, Ἀμυμώνη, Πέλοψ, Γαλάτεια, Ἡρακλῆς γαμῶν, Ἡρακλῆς χορηγὸς, Κρῆτες, Λάκωνες, Λημνίαι, Κένταυροι, Χειρογάστορες. *Nicochares, Philonidis comici filius, Athenienſis, comicus, Ariſtophanis coaevus. Inter fabulas eius, Amymone, Pelops, Galathea, Hercules uxorem-ducens, Hercules choragus, Cretenſes, Lacones, Lemniae, Centauri, Manibus-victum-quaerentes.* Ex his,

Ἀμυμώνη,

citatur etiam Athenaeo lib. X. Νικοχάρης γοῦν ἐν Ἀμυμώνῃ, πρὸς τ῀νομα παίζων, ἔφη. *Nicochares igitur in Amymone, ad nomen ludens, dixit,*

Γαλάτεια.

Scholiaſtes Ariſtophanis Pluto. Κωμῳδεῖται ὡς εὔπορος, καὶ ὡς μέγας τὸ σῶμα, καὶ ἠλίθιος Νικοχάρης Γαλατείᾳ·

Ἤδη τ᾽ ἀπαιδευτότερος εἶ Φιλωνίδου
Τοῦ Μελιτέως.

Perſtringitur autem tamquam dives, & corpore magnus, & ſtultus. Nicochares Galatea;

Iamque indoctior es Philonide
Melitenſi.

Et mox iterum. Ταῦτα δὲ εἰς Φιλωνίδην τὸν Μελιτέα, ὡς ὐ μόνον μέγαν, ἀλλὰ καὶ ἀμαθῆ, καὶ ὑώδη. καὶ Νικοχάρης ἐν Γαλατείᾳ. *Haec vero in Philonidem Melitenſem, utpote non modo magnum, ſed etiam indoctum, & porcinum: & Nicochares in Galatea.* Ita enim ibi ſcribendum; non καὶ Νικόχαρις· Et corruptum etiam Auctoris huius nomen, in Fabulae huius mentione apud Pollucem lib. X. cap. XXIII. Εἴποις δ᾽ ἂν καὶ τὴν ἐδεσματοθήκην, κυμινοθήκην. Νικοχάρμῃ ἀπόντος, ἐν Γαλατείᾳ. *Dicas vero etiam penuariam cellam, cyminotbecam: Nicochare dicente, in Galatea.* Emenda, Νικοχάρους ἀπόντος.

Ἡρακλῆς γαμούμενος.

Pollux lib. VII. cap. XI. Ἡ δὲ πλυντὶς, παρὰ Νικοχάρει ἐν Ἡρακλεῖ γαμουμένῳ. *Lotrix vero, apud Nicocharem in Hercule uxorem-ducente.*

Ἡρακλῆς χορηγός.

Athenaeus lib. XIV. Καὶ τῶν πτιστυσῶν ἄλλη τις, ὡς Ἀριστοφάνης, ἐν Θεσμοφοριαζούσαις· καὶ Νικοχάρης, ἐν Ἡρακλεῖ χορηγῷ. *Et pinſentium mulierum alia quaedam, ſicut Ariſtophanes, in Theſmophoriazuſis; & Nicochares, in Hercule chorago.* Meminit quoque alibi Pollux.

Κρῆτες.

Pollux lib. VII. cap. XXI. Τὰ ὠφήτρα, ἐν Κρησὶ Νικοχάρης ἐκάλει. *Subulas, in Cretenſibus Nicochares adpellabat.* Vide eumdem iterum lib. X. cap. XXXI.

Λάκωνες.

Schol. Ariſtophanis in Argumento Pluti. Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀντιπάτρου· ἀνταγωνιζομένου αὐτῷ Νικοχάρους Λάκωσιν. *Docta eſt archonte Antipatro; certante cum eo Nicochare Laconibus.*

Λεμνίαι.

Athenaeus libb. VII. X. Pollux lib. X. capit. XXIV. Etymologici Auctor in Κώδιον.

Χειρογάστορες.

Athenaeus lib. XIV. Νικοχάρης, ἐν Χειρογάστορσιν·

Ἐγὼ μὲν ἄρτους, μάζαν, ἀθάρην, ἄλφιτα,
Κόλλικας, ὀβελίαν, καὶ μελιτοῦσσαν, ἐπιχύτους,
Πτισάνην, πλακοῦντας, δενδαλίδας, τηγανίας.

Nicochares, in Manibus-victum-quaerentibus;

Ego quidem panes, mazam, atharam, farinas,
Collicas, obelian, & mellitam, epichytos,
Ptiſanam, placentas, dendalidas, teganias.

Praeterea

Δηλιὰς

huic tribuitur ab Ariſtotele Περὶ ποιητικῆς capit. II.

(a) Fuit etiam Athenienſis Nicagoras Mneſaei F. Sophiſta; qui circa dimidium tertii a Chriſto ſaeculi floruit.

NI-

Digitized by Google

NICOMACHVS.

Tragicus; cuius

Οἰδίπους

commemoratur Suidae, iſtis verbis. Νικόμαχος, Ἀθηναῖος, τραγικός· ὃς παραδόξως Εὐριπίδῃ, καὶ Θεόγνιν, ἐνίκησε. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν Οἰδίπους. *Nicomachus, Athenienſis, tragicus; qui praeter opinionem Euripidem, & Theognidem, vicit. Inter fabulas eius eſt Oedipus.* Et an Comoedias etiam ſcripſit? Arbitror. Talis enim omnino fuerit

Ναυμαχία,

cuius meminit Stobaeus Serm. xxxviii. Item

Εἰλείθυια.

Laudatur Athenaeo lib. vii. Νικόμαχος δ' ἐν Εἰλειθυίᾳ καὶ αὐτὸς παράγει τινὰ μάγειρον, ὑπερβάλλοντα τοὺς περὶ Διόνυσον τεχνίτας. *Nicomachus autem in Lucina etiam ipſe producit aliquem coquum, ſcenicos artifices ſuperantem.* Etiam

Μεταλλεῖς.

Harpocration in Μεταλλεῖς. Ἐστὶ δὲ καὶ δρᾶμα Φερεκράτους, Μεταλλεῖς· ὅπερ Νικόμαχόν φησι πεποιηκέναι Ἐρατοσθένης, ἐν ἑβδόμῳ Περὶ τ᾽ ἀρχαίας κωμῳδίας. *Eſt vero etiam fabula Pherecratis, Operantes-in-fodinis; quam Nicomachum feciſſe refert Eratoſthenes, in libro ſeptimo De veteri comoedia.*

NICOPHON.

Comicus. De eo, Fabuliſque, ita Suidas. Νικοφῶν, Θήρωνος, Ἀθηναῖος, κωμικὸς, σύγχρονος Ἀριστοφάνους τοῦ κωμικοῦ. τῶν δραμάτων αὐτοῦ καὶ ταῦτα. Ἐξ ᾅδου ἀνιών, Ἀφροδίτης γοναὶ, Πανδώρα, Ἐγχειρογάστορες, Σειρῆνες. *Nicophon, Theronis filius, Athenienſis, comicus, Ariſtophanis comici coaevus. Inter fabulas eius etiam hae: Ex inferis rediens, Veneris nativitas, Pandora, Manibus victum quaerentes, Sirenes.* Mendoſe illic editur, Νικόφρων. E Fabulis eius,

Ἀφροδίτης γοναὶ,

citantur etiam Polluci lib. x. cap. xxxiv. Νικοφῶν δὲ τὰς τοιαύτας πάγας ἐν Ἀφροδίτης γοναῖς δελέαστρα εἴρηκεν. *Nicophon autem tales decipulas in Veneris nativitate* δελέαστρα *dixit.* Scholiaſtes Ariſtophanis Avibus. Καὶ ἡ παροιμία·

Ἔνεσι καὶ μύρμηκι κἂν σέρφῳ χολή.
Νικοφῶν ἐν Ἀφροδίτης γοναῖς. *Et proverbium;*
Ineſt etiam formicae & culici bilis.
Nicophon in Veneris nativitate. Iterum alibi ad eamdem Fabulam. Ἔνθα καὶ τὸ Νικοφῶντος ἐξ Ἀφροδίτης γονῶν παρετέθη. *Illic etiam illud Nicophontis ex Veneris nativitate adpoſitum eſt.*

Πανδώρα.

Pollux lib. vii. cap. x. Athenaeus lib. vii.

Σειρῆνες.

Athenaeus libb. iii. vi. ix.

Χειρογάστορες.

Ita enim ſcribendum in citatis Suidae verbis; non, Ἐγχειρογάστορες. Laudantur Polluci lib. iv. cap. vii. Athenaeo libb. iii. ix. xiii. Etymologici Auctori in Ἐπίχυτος. Ariſtophanis Scholiaſtes Avibus, non Χειρογάστορας hanc Fabulam indigetat, ſed Χειρογαστόρων γένναν. Verba eius ad Aves Comici iſta ſunt. Νικοφῶν δ᾽ ἐν Χειρογαστόρων γέννᾳ. *Nicophon autem in Manibus victum quaerentium progenie.* Praeter iſtas etiam fuit,

Ἄδωνις.

Scholiaſtes Ariſtophanis in Argumento Pluti. Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀντιπάτρου· ἀνταγωνιζομένου αὐτῷ Νικοχάρους μὲν, Λάκωσιν· Ἀριζομένους δὲ, Ἀδμήτῳ· Νικοφῶντος δὲ, Ἀδώνιδι. *Docta eſt archonte Antipatro; certante cum eo Nicochare quidem, Laconibus, Ariſtomene autem, Admeto; Nicophonte vero, Adonide* (a).

ONOMACRITVS.

Huic tribuuntur Poemata Orphei. Clemens Strom. i. Καὶ μὴν Ὀνομάκριτος ὁ Ἀθηναῖος, ἔν τε τὰ εἰς Ὀρφέα φηρόμενα Ποιήματα λέγεται εἶναι, κατὰ τὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα εὑρίσκεται. *Certe tamen Onomacritus Athenienſis, cuius Poemata, quae Orpheo adſcribi ſolent, eſſe dicuntur, in Piſiſtratidarum imperio circa quinquageſimam Olympiadem invenitur.* Tatianus Orat. ad Graecos. Ἄλλος τε καὶ τὰ εἰς αὐτὸν (τὸν Ὀρφέα) ἐπιφερόμενα, φασὶν ὑπὸ Ὀνομακρίτου τοῦ Ἀθηναίου συντετάχθαι. *Aliique & illa, quae ei (Orpheo) adſcribi ſolent, ab Athenienſi Onomacrito compoſita eſſe dicunt.* Sextus Pyrrh. Hypotyp. lib. iii. cap. iv. *Onomacritus vero in Orphicis, ignem, & aquam, & terram.* Meminit quoque Suidas in Ὀρφεύς, & Anonymus in Olymp. Deſcript. Olympiadis l. anno i. Muſaei etiam Χρησμοὶ huius putati. Clemens Strom. i. Καὶ τοὺς μὲν ἀναφερομένους εἰς Μουσαίου Χρησμοὺς, Ὀνομακρίτου εἶναι λέγουσι. *Et oracula quidem, quae in Muſaeum transferuntur, Onomacriti eſſe dicunt.*

(a) Memorandus eſt etiam Nicostratus Theodotidis F. Athenienſis Philoſophus, qui Platonis tempore floruit.

Onasimus quoque, Athenienſis Sophiſta, ſub exitum tertii a Chriſto ſaeculi clarus.

Digitized by Google

BIBLIOTHECAE ATTICAE

LIBER V.

PALAEPHETVS I.

Poeta epicus. Eius Scripta,

Κοσμοποιΐα,

versibus MMMMM.

Α'πόλλωνος, καὶ Α'ρτέμιδος, γοναὶ,

versibus MMM.

Α'φροδίτης, καὶ Ε"ρωτος, φωναὶ, καὶ λόγοι,

versibus MMMMM.

Α'θηνᾶς, καὶ Ποσειδῶνος, Ε"ρις,
Minervae, & Neptuni, Contentio.

versibus M. Item,

Λητοῦς πλόκαμος.

Suidas de eo. Παλαίφατος Α'θηναῖος ἐποποιός. ἔγραψε δὲ Κοσμοποιΐαν, εἰς ἔπη έ. Α'πόλλωνος, καὶ Α'ρτέμιδος, γόνας, ἔπη γ'. Α'φροδίτης, καὶ Ε"ρωτος, φωνὰς, καὶ λόγους ἔπη ά. Λητοῦς πλόκαμον (a). *Palaephatus Athenis epicus. Scripsit autem mundi fabricationem, ad versus* MMMMM. *Apollinis, & Dianae, nativitatem, versus* MMM. *Veneris, & Amoris, voces, & sermones, versus* M. *Latonae capillum.*

PALAEPHATVS II.

Grammaticus; & a nonnullis AEgyptius putatus. De eo, scriptisque, ita Suidas. Παλαίφατος, Αἰγύπτιος, ἢ Α'θηναῖος, γραμματικὸς, Αἰγυπτιακὴν θεολογίαν μυθικῶν, βιβλίον ά. Λέξεις τῶν μυθικῶς εἰρημένων. Υ'ποθέσεις εἰς Σιμωνίδην. Τρωϊκὰ, ἃ τινες εἰς τὸν Α'θηναῖον, τινὲς δὲ εἰς τὸν Πάριον, ἀνήνεγκαν. *Palaephatus, AEgyptius, seu Athenienſis, grammaticus, AEgyptiacam theologiam rerum fabuloſarum, librum* I. *Praedas eorum, quae fabuloſe dicta ſunt. Hypotheſes in Simonidem. Troica, quae aliqui in Athenienſem, aliqui vero, in Parium, transtulerunt.* Ex his Τρωϊκὰ citantur etiam Harpocrationi in Δυσαύλης. Παλαίφατος δ' ἐν πρώτῳ Τροϊκῶν, σὺν τῇ γυναικί φησιν αὐτὸν ὑποδέξασθαι τὴν Δήμητραν. *Palaephatus autem in libro primo Troicorum, cum uxore ipſum ſuſcepiſſe Cererem refert.* Iterum

(a) Ita habebat Chirographum Cl. Meurſii, quum in ipſo Suidae loco ante voces ἔπη ά. omiſerit, ἔπη έ. Α'θηνᾶς, & Ποσειδῶνος, Ε"ρις. *Iac. Gronovius.*

A in Μακροκέφαλοι. Παλαίφατος δ' ἐν ἑβδόμῃ Τροϊκῶν, ἐν τῇ Λιβύῃ φησὶν, ὑπεράνω Κόλχων, οἰκεῖν τὺς Μακροκεφάλους. *Palaephatus autem in libro ſeptimo Troicorum, in Africa, ſuper Colchos, habitare Macrocephalos inquit.* Stephanus. Χαριμάται, ἔθνος πρὸς τῷ Πόντῳ. Παλαίφατος ἐν ἑβδόμῃ Τροϊκῆς. *Charimatae, gens prope Pontum. Palaephatus libro ſeptimo Troicae.* Et corrigendum cenſeo Iſaacium Tzetzem Commentario in Lycophronem. B Παλαίφατος ἢ Τρωϊκοῖς, ψυχρῶς μὲν, ὅμως δὲ ἀλληγορικῶς, ὀδόντας ἔχειν ἐλεφάντων τὸν Κάδμον λέγει, ἐλθόντα ἐκ Φοινίκης, καὶ τύτους διασπείραντα, συμμαχίαν σχεῖν κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. *Palaephatus autem in Troicis, frigide quidem, verumtamen allegorice, dentes elephantorum habuiſſe Cadmum dicit, ex Phoenice venientem, quumque illos diſſeminaviſſet, auxilium contra fratrem ſuum obtinuiſſe.* Hodie editur, Παλαίφατος δὲ ὁ Στοϊκὸς, ψυχρῶς μ. *Palaephatus autem Stoicus, frigide q.* Nam Stoicum fuiſſe Palaephatum, nemo Veterum C umquam dixit. Ioannes Tzetzes, Iſaacii huius frater, Peripateticum illum facit Chil. I. cap. xx.

Ο' δὲ σοφὸς Παλαίφατος, ἀνὴρ ἐκ περιπάτυ, Α'λληγορεῖ τεμμάχιον, ἢ μέρος τεμμαχίυ.
Sapiens autem Palaephatus, vir Peripateticus,
Allegorice dicit fruſtulum, ſeu partem fruſtuli.

Quemadmodum etiam Theon in Progymn. Καὶ Παλαιφάτῳ τῷ περιπατητικῷ ἐστιν ὅλον βιβλίον, D Περὶ τῶν ἀπίστων ἐπιγραφόμενον· ἐν ᾧ τὰ τοιαῦτα ἐπιλύεται. *Et Palaephato Peripatetico eſt totus liber, De incredibilibus inſcriptus, in quo talia diſſolvuntur.* Nonnulli enim &

Α'πίστων βιβλία έ.

quorum hodie fragmentum eſt, quod exſtat, huic tribuerunt; aliis Pario, aut Prienenſi, adſcribentibus. Suidas. Παλαίφατος, Πάριος, ἢ Πριηνεὺς, γεγονὼς κατὰ Α'ρταξέρξην. (ἔγραψεν) E Α'πίστων βιβλία έ. τινὲς δὲ ταῦτα εἰς τὸν Α'θηναῖον ἀναφέρυσι. *Palaephatus, Parius, ſeu Prienenſis, vixit ſub Artaxerxe. (Scripſit) Incredibilium libros* v. *Quidam vero illos in Athenienſem referunt.* Laudatur Virgilio quoque in Ciri.

Docta Palaephatia teſtatur voce papyrus (b).

PE-

(a) Pamphilvs Agnuſius Comicus commemoratur in vetuſta Inſcriptione, quam *Tom. I. Col.* 864. produximus.

(b) Pamphvs Athenienſis Poeta alicubi occurrit.

Digitized by Google

PERICLES.

Orator fuit, eiuſque Orationes commemorantur a Cicerone de Orat. lib. II. *Antiquiſſimi fere ſunt, quorum quidem Scripta conſtent, Pericles, atque Alcibiades; & eadem aetate Thucydides, ſubtiles, acuti, breves, ſententiis magis, quam verbis abundantes.* Quinctilianus negat fama eius digna fuiſſe, quae circumferrentur; itaque cum iis ſentire, qui putarent, nil ab eo ſcriptum esſe. Verba ecce lib. III. cap. I. *Cicero in Bruto negat, ante Periclem ſcriptum quidquam, quod ornatum oratorium habeat: eius aliqua ferri. Equidem non reperio quidquam, tanta eloquentiae fama dignum: ideoque minus miror eſſe, qui nihil ab eo ſcriptum putent: haec autem, quae feruntur, ab aliis eſſe compoſita* (a).

PHERECRATES.

Suidas ait, Comoedias eum XVII. ſcripſiſſe. Φερεκράτης, Ἀθηναῖος, κωμικὸς, ὃς Ἀλεξάνδρῳ συνεστράτευσε. ἐδίδαξε δράματα ιζ'. *Pherecrates, Athenienſis, comicus, qui cum Alexandro militavit. Docuit fabulas* XVII. Inquiramus.

Ἀγαθοί.

Pollux lib. VII. cap. XXXIII. Ἰσχαδοπῶλαι δὲ Φερεκράτης ἐν τοῖς Ἀγαθοῖς ἐπὶ ἰσχάδων ἔφη. *Caricarum-venditores autem Pherecrates in Bonis de caricis dicit.*

Ἄγριοι.

Athenaeus lib. VI. Φερεκράτης μὲν γὰρ ἐν Ἀγρίοις φησίν. *Nam Pherecrates quidem in Agreſtibus dicit.* Iterum VII. Ὧν εἷς ἐστι καὶ ὁ κωμῳδοποιὸς Φερεκράτης· ἔστι γὰρ ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις φησὶν Ἀγρίοις. *Quorum unus eſt etiam comicus Pherecrates; hic enim in inſcriptis Agreſtibus inquit.* Pollux lib. VII. cap. XXXIII. Φερεκράτης δ' εἴρηκεν ἐν Ἀγρίοις, βύρσας γλευκαγωγούς. *Pherecrates autem dixit in Agreſtibus, utres muſtigeros.* Scholiaſtes Ariſtophanis Avibus. Φαίνονται τὸν Λυκοῦργον Αἰγύπτιον εἶναι νομίζοντες, ἢ τὸ γένος, ἢ τοὺς τρόπους. Φερεκράτης Ἀγρίοις· *Adparent Lycurgum AEgyptium eſſe putantes, ſeu genere, ſeu mores. Pherecrates Agreſtibus.* Et ad Concion. Καὶ ἐν Ἀγρίοις Φερεκράτης·

Πρὶν ἀνακυκῆσαι τοὺς ἀπίους ἁρπαζέτω.

Et in Agreſtibus Pherecrates;

Antequam pyra permiſcuerint rapito.

Corrige eumdem ad Equites. Δηλοῦται δ' ὑπὸ Φερεκράτους, ἐν τοῖς Ἀγρίοις. *Declaratur ab Pherecrate, in Agreſtibus.* Hodie editur, ἐν τοῖς ἀγροῖς, *in agris.* Iterum ad Aves. Μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Φερεκράτης ἐν Ἀγρίοις. *Eius vero meminit etiam Pherecrates in Agreſtibus.* Etiam illic editur, ἐν Ἀγροῖς. Foedius mendum alibi apud eumdem ad Veſpas. Δῆλον

(a) In Codice MS. Bibliothecae Riccardianae, in quo Philippica Demoſthenis habetur, in fine quaedam ſententiae adiiciuntur cum hac Inſcriptione: Ἐκ τῶν Περικλέους δημηγοριῶν β'. γναῖοι.

A ἢ ἐκ τῶν Φερεκράτους ἀγγείων. *Manifeſtum vero ex Pherecratis vaſis.* Reſcribendum, ἐκ τῶν Φερεκράτους Ἀγρίων. Et apud Themiſtium in Orat. Γ' περὶ τῦ λέγειν. Αὐτοὺς δὲ ἰλιγγιᾶν πρὸς τὸ πλῆθος, καθάπερ τοὺς Ἀγρίους, οὓς ἐδίδαξε Φερεκράτης. *Illos vero vertigine corripi apud multitudinem, quemadmodum Agreſtes, quos docuit Pherecrates.* Editur, τοὺς Ἀργύους. Sed hoc quoque Viro erudito ibi in Notis obſervatum. Deſignat hanc ipſam Fabulam Plato in Protagora. Ἀλλ' εἶεν ἄγριοί τινες, οἷοί περ οὓς πέρυσι Φερεκράτης ὁ ποιητὴς ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ. *Sed ſint quidam agreſtes, qualeſcumque quos ſuperiore anno Pherecrates poeta in Lenaeo docuit.* Edita autem fuit praetore Ariſtione. Obſervo apud Athenaeum lib. V. Ἐδιδάχθησαν δὲ οἱ Ἄγριοι (τῦ Φερεκράτους) ἐπ' Ἀριστίωνος ἄρχοντος. *Docti autem ſunt Agreſtes (Pherecratis) Ariſtione archonte.* Id autem fuit Olymp. LXXXIX. anno IV. Anonymus in Deſcript. Olymp. ad iſtud tempus ita notat. Φερεκράτης τοὺς Ἀγρίους ἐδίδαξε. *Pherecrates Agreſtes docuit.* Ita emendo; nam hodie corrupte itidem ibi excuſum eſt, τοὺς Ἀργείους. Corrigendus quoque Suidas in Χαῖρις, ubi male editur, Φερεκράτης Ἀγροῖς, pro Φ. Ἀγρίοις.

Αὐτόμολοι.

Clemens Strom. VII. Καὶ ὅγε κωμικὸς ἐκεῖνος Φερεκράτης ἐν Αὐτομόλοις χαριέντως αὐτοὺς πεποίηκεν τοὺς θεοὺς καταμεμφομένους τοῖς ἀνθρώποις. *Et comicus ille Pherecrates in Transfugis eleganter illos finxit deos de hominibus querentes.* Suidas corrigendus eſt in Παυσωνί. Ἐν δὲ καὶ ἐν Αὐτομόλοις Φερεκράτους. *Eſt etiam in Transfugis Pherecratis.* Hodie editur, ἐν αὐτομολεῖς. Ac vide eumdem in Ἀκαλήφη, & Στραγγαλίδες. Laudant etiam Pollux lib. VII. cap. XXXII. Athenaeus libb. III. IX. Harpocration in Καρκῖνος, Schol. Ariſtophanis Equitibus.

Γραῦς.

Athenaeus lib. VI. Φερεκράτης Γραυσί·

Σοὶ δ' οὐδὲ θᾶσσον Σμικυθίων ἐπισιτιεῖ.

Pherecrates Vetulis;

Tibi vero neque ocius Smicythion cibum dabit.

Suidas in Ἀθηναία. Ἀλλ' ἰδοὺ, Φερεκράτης ἐν Γραυσί φησιν·

Ἀθηναίαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς συμμάχαις.

Sed ecce Pherecrates in Vetulis ait;

Athenienſibus feminis ipſiſque & ſociis.

Iterum. Ἀρτήρ. ὑποδήματος γένος. Φερεκράτης Γραυσίν. Ἀρτήρ: *calceamenti genus. Pherecrates Vetulis.*

Γραφεῖς.

Athenaeus lib. IX. Φερεκράτης ἐν Γραφεῦσί φησιν·

Ἀπόπεμψον ἀγγέλλοντα τὴ περιστερόν.

Quae quidem XII. numero ſunt, earumque poſtrema ita habet: πάντα γὰρ πίφυκε ἐλαστάζ.

Pherecrates in Pictoribus ait;
Dimitte nunciantem columbam.
Corruptum cenſeo Suidae locum. Ε'δίδαξε δράματα ιζ'. Φερεκράτης πετάλη γράφει. *Docuit fabulas* XVII. *Pherecrates tenera ſcribit.* Etiam mutilum. Videtur enim inſtituiſſe catalogum Fabularum, e quo duo tantum tituli ſuperſtites. Itaque reſcribendum, Φερεκράτης . . . Πετάλη. Γραφεῦς. *Pherecrates . . . Tenera. Pictores.* Mendum etiam apud Pollucem lib. x. cap. XXXVI. Α'ορτῆρα ὃ τὸν ζωστῆρα Φερεκράτης ἐν Γράμμασι κέκληκε. *Aortera autem balteum Pherecrates in Litteris adpellavit.* Scrib. Φ. ἐν Γραφεῦσι.

Δυλοδιδάσκαλος.

Pollux lib. x. cap. XII. Καὶ ἐγκεντρίδας δὲ τοῖς ποσὶ κατὰ τὰς πτέρνας οἱ ἱππεύοντες περιεδοῦντο, Φερεκράτης εἴρηκεν ἐν Δυλοδιδασκάλῳ. *Et calcaria vero pedum calcaneis circumligabant equitantes, Pherecrates dixit in Servo-magiſtro.* Occurrit quoque apud Athenaeum libb. VI. VII. IX. XI.

Ε'πιλήσμων, ἢ Θάλασσα.

Athenaeus lib. VIII. Ε'μφανίζει ὁ Φερεκράτης περὶ τούτων ἐν Ε'πιλήσμονι, ἢ Θαλάσσῃ, οὕτως. *Manifeſtat autem Pherecrates de his in Oblivioſo, ſeu Mari, ſic.* Simpliciter citat, ἐν Ε'πιλήσμονι, iterum libb. III. VII. Corrigendus Scholiaſtes Ariſtophanis Veſpis. Μνημονεύει τῆ ἔθους Κρατῖνος μὲν ἐν Δηλιάσι, Φερεκράτης τε ἐν Ε'πιλήσμονι. *Memorat hunc morem Cratinus quidem in Deliadibus, Pherecrateſque in Oblivioſo.* Iterum alibi ad eamdem Fabulam. Φερεκράτης ἐν Ε'πιλήσμονι. *Pherecrates in Oblivioſo.* Vtrobique editur, ἐν Ε'πιλησμοσι. Ac monſtrum mendi eſt apud eumdem ad easdem Veſpas. Καὶ Φερεκράτης ἐν Ε'πιστολῇ· μόνιός τις παρέθηκε κράνην. Χαρακτηρίζει δὲ τοὺς μικροκλέπτας. *Et Pherecrates in Epiſtola; ſolitarius aliquis adpoſuit cranen. Exprimit autem parvos fures.* Reſtituo, Καὶ Φερεκράτης ἐν Ε'πιλήσμονι. ὅστις παρέθηκε κράνη. *Et Pherecrates in Oblivioſo. Quicumque adpoſuit galeas.*

Ι'πνὸς, ἢ Παννυχίς.

Harpocration in Ι'πνος. Ε'στι γοῦν δρᾶμα Φερεκράτει, Ι'πνὸς, ἢ Παννυχίς. *Eſt itaque Pherecrati fabula, Furnus, ſeu Pervigilans.* Athenaeus extremo lib. XIII. Διὸ καὶ Φερεκράτης ἐν Ι'πνῷ, ἢ Παννυχίδι, φησί. *Quapropter etiam Pherecrates in Furno, ſeu Pervigilante, ait.* Ita recte emendavit V. Cl. Iſaacus Caſaubonus. Corruptus quoque Iulii Pollucis locus lib. x. cap. XLVII. Φερεκράτης δὲ ἐν Ι'ππῶνι, καταλέγων τὰ ἐργαλεῖα τῆς παιδοτριβικῆς. *Pherecrates autem in Hippone, recenſens inſtrumenta inſtitutionis puerorum.* Reſcribe, Φ. δὲ ἐν Ι'πνῷ, καταλέγων τ. Suidas in Α'πέδρα. Δεῦρο κἀπέδραν. Φερεκράτης Ι'πνῷ. *Huc aufugerunt. Pherecrates Furno.* Scholiaſtes Ariſtophanis ad Pacem. Μέμνηται δὲ καὶ Φερεκράτης ἐν Παννυχίδι τῶν κυμβέων, καὶ τῆ κατακτῆ κεττάβῃ. *Meminit vero etiam Pherecrates in Pervigilante cymbeorum, & deiecti cottabi.* Euſtathius ad Iliad. μ'. Φερεκράτης Ι'πνῷ·
Α'νέπλησα τὼ ὀφθαλμὼ πάλης φυσῶν τὸ πῦρ.
Pherecrates Furno;
Implevi oculos cinere ſufflans ignem.

Ι'ςός.

Suidas. Α''ξιος, ὁ εὔωνος. Φερεκράτης Ι'ςῷ·
Ο' δὴ ςέφος πετεινὸς πυρὸς ἄξιος.
Dignus, qui vilis eſt pretii. Pherecrates Tela;
Sane coronae volatile frumentum vile.

Κοριανώ.

Hephaeſtion in Enchiridio, ubi de metro Elegiaco. Καὶ τὸ ἐκ τῶν ἀντισπαστικῶν δὲ, καταληκτικῶν διμέτρων, δικατάληκτον ὁ Φερεκράτης ἑνώσας, σύμπτυκτον ἀνάπαιστον καλεῖ, ἐν τῇ Κοριανοῖ. Pollux lib. x. cap. XLVI. Οἱ δὲ Α'τθικοὶ, κόϊκα. ὡς Φερεκράτης Κοριανοῖ. *Attici vero coicem: ſicut Pherecrates Coriano.* Etymologici Auctor in Υ'οσκύαμος. Καὶ ὑοσκυομᾶν, τὸ μεμηνέναι, καὶ παραπαίειν. ὡς Φερεκράτης Κοριανοῖ. *Et ὑοσκυαμᾶν, inſanire, & delirare: ſicut Pherecrates in Coriano.* Ita recte emendatum a Sylburgio. Occurrit apud Athenaeum locis pluribus, & apud Suidam in Τῦ.

Κραπάταλλοι.

Scholiaſtes Ariſtophanis Pluto. Καὶ Φερεκράτης ἐν Κραπατάλλοις. *Et Pherecrates in Crapatallis.* Iterum ad Veſpas. Φερεκράτης Κραπατάλλοις·
Ω' δέσποτ' Α'γυιεῦ, ταῦτά σου μέμνησό μου.
Pherecrates Crapatallis;
O domine Vialis, illa tu memora mihi.
Laudat Pollux etiam lib. VII. cap. XXXII. lib. IX. cap. VI. Suidas pluries.

Λαμία.

Scholiaſtes Ariſtophanis Pace. Α'ρσενικῶς δὲ τὸν Λαμίαν· ὑπὲρ ἧς ὁ Φερεκράτης λέγει ἐν τῷ ὠμωνύμῳ δράματι, ὅτι σκυτάλιν ἔχουσα ὑπέρδετο. *Maſculine vero Lamiam; de qua Pherecrates dicit in cognomine fabula, quod ſcuticam tenens pedebat.*

Λῆροι.

Athenaeus lib. III. Φερεκράτης Λήροις·
Ω'ς οὐχὶ τουτὶ ῥύγχος ἀτεχνῶς ἐσθ' ὑός.
Pherecrates Nugis;
Sicut non illud roſtrum ſimpliciter eſt ſuis.
Et lib. x. Φερεκράτης δ' ἐν Λήροις, ἀργυροῦν κυάθιον ὠνόμασε. *Pherecrates autem in Nugis, argenteum parvum cyathum adpellavit.* Pollux lib. VI. cap. XIX. Φερεκράτης δὲ ἐν Λήροις εἴρηκε· καὶ κυάθιον δι' ἀργύρου, ᾧ τὸ μῦρον ἐκχέομεν. *Pherecrates autem in Nugis dixit; & parvum cyathum ex argento, ex quo unguentum effundimus.* Et lib. x. cap. XXII. Τὸν δὲ πυθμένα, καὶ πύνδακα, ἄλλο τε, καὶ Φερεκράτης ἐν Λήροις. *Pythmena vero, & pyndaca, fundum, & alii, & Pherecrates in Nugis.* Itaque corrigendus Athenaeus lib. VI. Τήγανον δὲ, ὃ βέλ-

Digitized by Google

βέλτισε, εἴρηκεν ἐν μὲν Λήμνοις Φερεκράτης. *Sartaginem vero, o optime, Pherecrates quidem dixit in Nugis.* Nauci non eſt, quod editur, ἐν Μενδήτοις Φερεκράτης. Quaſi

Μένδηται

Fabulae alicuius nomen eſſet; quod nequaquam verum. Laudat etiam Suidas in Χρή.

Μεταλλεῖς.

Erotianus. Ἁρμῷ, ἡσυχῇ, μικρῶς. ὡς καὶ Φερεκράτης ἐν Μεταλλεῦσιν. Ἁρμῷ, *paululum, parum. Sicut etiam Pherecrates in Metallicis.* Athenaeus lib. III. Φερεκράτης ἐν Μεταλλεῦσι·

Σχελίδες δ' ὁλόκνημοι πλησίον τακερώταται
Ἐπὶ πινακίσκοις, κὴ δίεφθ' ἁπροπώλια.

Pherecrates in Metallicis;

Pernae autem cum integris prope tibiis molliſſimae
In ſcutellis, & biſcocta extrema membra.

Et lib. VI. Ὧν εἷς ἐστιν ὁ Ἀττικώτατος Φερεκράτης, ὃς ἐν μὲν τοῖς Μεταλλεῦσίν φησι·

Πλούτῳ δ' ἐκεῖν' ἦν πάντα συμπεφυρμένα.

Inter quos unus erat maxime Atticus Pherecrates, qui quidem in Metallicis ait;

Opibus autem illa omnia erant permixta.

Sed auctorem Fabulae huius controverti animadverto, & Nicomacho quosdam adſcribere. Harpocration in Μεταλλεῖς. Ἔστι δὲ καὶ δρᾶμα Φερεκράτους, Μεταλλεῖς· ὅπερ Νικόμαχόν φησι πεποιηκέναι Ἐρατοσθένης, ἐν ἑβδόμῳ Περὶ τ' ἀρχαίας κωμῳδίας. *Eſt vero etiam Pherecratis fabula, Metallici; quam Nicomachum compoſuiſſe ait Eratoſthenes, in libro ſeptimo De veteri comoedia.*

Μυρμηκάνθρωποι.

Etymologici Auctor. Τεθολωμένος, κὴ ἐπὶ χαρᾶς. Φερεκράτης Μυρμηκανθρώποις·

Γελῶντα, κὴ χαίροντα, κὴ τεθολωμένον.

Τεθολωμένῳ, *etiam de gaudio. Pherecrates Formicis hominibus;*

Ridentem, & gaudentem, & perturbantem.

Zenobius Cent. IV. Proverb. XXIII. Ἢ τρὶς ἓξ, ἢ τρεῖς κύβοι. ἡ παροιμία παρὰ Φερεκράτει, ἐν τοῖς Μυρμηκανθρώποις. *Vel ter ſex, aut tres teſſerae. Proverbium apud Pherecratem, in Formicis-hominibus.* Scholiaſtes Ariſtophanis Velpis. Τὸ δὲ Λαγαρίζεσθαι, ἕτερόν τι ἔοικεν ἐμφαίνειν. Φερεκράτης Μυρμηκανθρώποις. Λαγαρίζεσθαι *autem, laxum fieri, aliud quid denotare videtur. Pherecrates Formicis-hominibus.* Occurrit etiam apud Athenaeum libb. VII. VIII. & Suidam in Τεθολωμένῳ.

Πέρσαι.

Pollux lib. VII. cap. II. Ὅτι Φερεκράτης εἴρηκεν ἐν Πέρσαις. *Quod Pherecrates dixit in Perſis.* Sed controverſa quoque haec Fabula. Athenaeus lib. III. Φερεκράτης, ἢ ὁ πεποιηκὼς τὰς Πέρσας, φησίν. *Pherecrates, ſeu qui Perſas compoſuit, dicit.* Et lib. XI. Φερεκράτης ὅ, ἢ ὁ πεποιηκὸς τὰς εἰς αὐτὸν ἀναφερομένας Πέρσας, φησίν. *Pherecrates autem, ſeu qui fecit Perſas, tragoediam ipſi attributam, inquit.* Ariſtophanis Scholiaſtes Ranis. Ἢ προδίδωσι φρυρίον. πρὸς τὸν ποιήσαντα τὰς Φερεκράτους Πέρσας· *Aut produnt caſtellum: adverſus illum, qui Pherecratis Perſas compoſuit.*

Πετάλη.

Harpocration in Κολωνατῖται. Οὕτω δ' ἂν εἴη ὁ τῶν ἱππέων. Φερεκράτης, ἐν Πετάλῃ. *Hic autem ſit equitum. Pherecrates, in Tenera.* Pollux lib. VII. cap. XXXIII. Ἀπὸ δὲ τῶν πίθων, ὁ πιθών· Φερεκράτης εἰπόντος, ἐν Πετάλῃ. *Ab doliis autem, cadus; Pherecrate dicente, in Tenera.* Iterum lib. X. cap. XX. Ἐκ δὲ τούτων κὴ ἡ χώνη, ὅταν εἴπῃ Φερεκράτης, ἐν Πετάλῃ. *Ex his autem etiam infundibulum, quum dicat Pherecrates, in Tenera.* Corrigendus Priſcianus lib. XVIII. *Priſcianus* (a) ἐν Πελάλῃ. Perperam editur, ἐν Πετάλοις. Quod video etiam Viro magno, Iſaaco Caſaubono, in mentem veniſſe. Meminit item Athenaeus libb. VIII. IX. Heſychius in Μετάλλου. Suidas in Αἴρειν.

Τυραννίς.

Athenaeus lib. XI. Καὶ Φερεκράτης ἐν Τυραννίδι.

Κρέττων μί' ἐστι χιλίων ποτηρίων.

Et Pherecrates in Tyrannide;

Melior una eſt mille poculis.

Et mox alibi eodem libro. Ὅτι δὲ μεγάλοις ποτηρίοις αἱ γυναῖκες ἐχρῶντο, αὐτὸς εἴρηκε Φερεκράτης, ἐν Τυραννίδι. *Quod vero magnis poculis mulieres utebantur, ipſe dixit Pherecrates, in Tyrannide.* Harpocration in Βωμολοχεύεσθαι. Φερεκράτης Τυραννίδι.

Καὶ ἔπειθ' ἵνα μὴ πρὸς τοῖσδε βωμοῖς πανλαχῇ
Ἀεὶ λοχῶντες βωμολόχοι καλώμεθα,
Ἐποίησεν ὁ Ζεὺς κατνοδόκλιν μεγάλην πάνυ.

Pherecrates in Tyrannide;

Et deinde ut ne ad has aras ubique
Semper inſidiantes ſacrilegi adpellemur,
Fecit Iupiter caminum magnum plane.

Ita tres illos verſus, e latibulo protractos, reſtituo. Laudatur Fabula haec etiam Suidae in Ἀράχνη, & alibi. Emendandus autem Heſychius in Γυμνοφυλακεῖν, ubi plurali numero editur, Φερεκράτης Τυραννίσι. *Pherecrates Tyrannidibus.* Laudat item Suidas in Συκυαῖσι.

Χείρων.

Nicomachus Ἁρμ. Ἐνχειρ. lib. II. Καὶ Φερεκράτης ὁ κωμικὸς, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Χείρωνι, καταμεμφόμενος αὐτῶν τὰ περὶ τὰ μέλη ῥαδιουργίας φαίνεται· *Et Pherecrates comicus, in fabula inſcripta Chirone, videtur reprehendere eorum circa membra malitiam.* Corrigendus eſt in eius mentione Priſcianus lib. XVIII. *Attici multa per ellipſin proferunt, vel Pleonaſmon. Pherecrates* ἐν Χείρωνι. Hodie editur, ἐν Χείροσι. Et Auctor Etymologici in Ἄττα. Φερεκράτης δὲ ἐν Χείρωνι. *Pherecrates autem in Chi-*

(a) *Iac. Gronov.* Ita Chirographum Meurſii: quum legi debeat *Pherecrates.*

Chirone. Non recte vulgatur, Φ. δὲ ἐκ χέρρων. *Ph. autem ex manibus*. Quod doctissimo quoque Sylburgio observatum animadverto. Sed dubitatum aliis video, an Pherecratis ista Fabula. Athenaeus lib. IX. Καὶ παρὰ τῷ τὸ Χείρωνα πεποιηκότι, τὸν εἰς Φερεκράτην ἀναφερόμενον, ἐπὶ ἡδύσματος ἡ παροψὶς κεῖται· *Et apud Chironis, qui Pherecrati adscribitur, auctorem, de condimento paropsis posita est*. Et mox. Φερεκράτης, ἢ ὁ πεποιηκὸς τὸ Χείρωνα· *Pherecrates, seu qui Chironem composuit*. Rursum lib. XIV. Ὁ δὲ τὸν Χείρωνα πεποιηκὼς, τὸν εἰς Φερεκράτην ἀναφερόμενον, φησι. *Qui vero Chironem, Pherecrati adscriptum, composuit, inquit*. Erant qui Nicomachum rhythmicum auctorem facerent. Idem Athenaeus docet extremo lib. VIII. Ἐπὶ νῦν δὲ λαμβάνοντες τὰ εἰρημένα ὑπὸ τοῦ τὸν Χείρωνα πεποιηκότος, εἴτε Φερεκράτης ἐστὶν, εἴτε Νικόμαχος ὁ ῥυθμικὸς, ἢ ὅστις δή ποτε. *Non considerantes ea, quae dicta sunt ab eo, qui Chironem composuit, sive Pherecrates est, sive Nicomachus rhythmicus, sive quicumque alius*.

Ψευδηρακλῆς.

Athenaeus lib. III. Κατὰ γὰρ τὸν Φερεκράτους Ψευδηρακλέα εἴπερ τις ἂν τῶν πάνυ δοκησιδεξίων. *Nam iuxta Pherecratis Falsum-Herculem dixerit aliquis eorum, qui sibi omnino dextri videntur*. Habes Fabulas Pherecratis XX. quum XVII. Suidas dicat. Quibus si tres eximantur controversiae, Μεταλλεῖς, Πέρσαι, Χείρων, supererunt XVII.

PHERECYDES.

De eo, Scriptisque, ita Suidas. Φερεκύδης, Ἀθηναῖος, πρεσβύτερος τῷ Συρίῳ. ὃν λόγος τὰ Ὀρφέως συναγαγεῖν. ἔγραψεν Αὐτόχθονας· ἔστι δὲ Περὶ τῆς Ἀττικῆς ἀρχαιολογίας ἐν βιβλίοις δέκα. Παραίνεσις δι' ἐπῶν. *Pherecydes, Athenienſis, Syrio antiquior: quem ſermo eſt Orphei carmina collegiſſe. Scripſit Indigenas; eſt autem De Attica antiquitate ſermo in libris decem. Adhortatio per carmina*. Et

Αὐτόχθονες,

commemoratur Etymologici Auctori in Βαδρομιών. Φερεκύδης δὲ, ἐν τοῖς Αὐτόχθοσι, διὰ τῆς φωνῆς σημεῖον· ἣν τὸ πρότερον ἀξύνετον ὅσαν εὗρε, καὶ διήρθρωσεν. *Pherecydes autem; in Indigenis, per vocis ſignum; quam ante non intellectam invenit, & accurate diſtinxit*. Multa ex illis, etsi non diserte nominent, proferunt Theon in Aratum, Plutarchus Theseo, Dionysius Halicarn. lib. I. Cicero de Orat. lib. II. Scholiastae Homeri, & Pindari, Stephanus quoque Περὶ πόλεων, Germanicus in Arateis, & Hyginus in Poetico Astronomico. Meminit vero etiam eius Diogenes Laertius in Pherecyde Syro lib. I. Ἄνδρων δ' ὁ Ἐφέσιος δύο φησὶ γεγονέναι Φερεκύδας, Συρίους· τὸν μὲν, ἀστρολόγον· τὸν δὲ, θεολόγον, υἱὸν Βάδυος, ὃς καὶ Πυθαγόραν σχολάσαι. Ἐρατοσθένης δ', ἕνα μόνον· καὶ ἕτερον Ἀθηναῖον, γενεαλόγον. *Andron vero Ephesius duos refert fuisse Pherecydes, Syrios; alterum quidem astrologum; alterum vero theologum, Badyis filium, cui Pythagoras quoque operam dedit. Eratosthenes autem, unum modo; & alterum Athenienſem, genealogias facientem* (a).

PHILEMON.

Scripsit,

Περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων, ἢ Γλωσσῶν.

Athenaeus lib. XI. Ἔφηβος. τὸ καλούμενον ποτήριον ἐμβασικοίταν, οὕτως φησὶ καλεῖσθαι Φιλήμων ὁ Ἀθηναῖος, ἐν τῷ Περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων, ἢ Γλωσσῶν. *Ephebus. Adpellatum poculum embasicoeten, sic dicit nominari Athenienſis Philemon, in libro De Atticis nominibus, seu Gloſſis*. Mox id Opus,

Ἀττικαὶ φωναὶ

indigetatur apud eumdem eodem libro. Κύμβη. Φιλήμων ἐν ταῖς Ἀττικαῖς φωναῖς, κύλικος εἶδος. *Cymbe. Philemon in Atticis vocibus, calicis ſpecies*. Et

Ἀττικαὶ λέξεις

lib. III. Φιλήμων δ', ἐν Ἀττικαῖς λέξεσι, καλεῖσθαί φησί τινα σῦκα βασίλεια. *Philemon autem, in Atticis dictionibus, adpellari aliquos ficus regios inquit*. Item

Περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων.

Lib. XIV. Ἐπίδαιτρον. πλακούντων ἐδεσμάτιον, ἐπὶ τῷ δείπνῳ ἐσθιόμενον, ὡς φησι Φιλήμων ἐν τῷ Περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων. *Epidaetron. Placentarum cibus, qui poſt coenam edi ſolet, ut ait Philemon in libro De Atticis nominibus*. Ac mox iterum. Φιλήμων δ' ἐν τῷ Περὶ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων, Αἰγιλίδας φησὶν εἶναι τὰς καλλίστας ἰσχάδας. *Philemon autem in libro De Atticis nominibus, AEgilidas optimas caricas eſſe dicit*.

Περὶ παντοδαπῶν χρηστηρίων.

Laudat idem Athenaeus lib. III. Φιλήμων δ' ἐν πρώτῳ Παντοδαπῶν χρηστηρίων, πυρνὸν φησι καλεῖσθαι τῶν ἐκ πυρῶν ἀσήστων γεγομμένον ἄρτον, καὶ πάντα ἐν ἑαυτῷ ἔχοντα. *Philemon vero in libro primo Omnigenorum oraculorum, pyrnum adpellari inquit panem ex tritico non cribrato fa-*

(a) Is est, qui toties citatur Scholiastae Apollonii, in libris Θεογονίας, in quibus non solum hominum & Heroum antiquorum, sed etiam Deorum genealogias conscripserat: quod opus diversum fuit a libris Θεολογίας. Adi Salmasium in Plinianis Exercitationibus pag. 841. & 842. Ita *Menagius*. At animadvertere is debuerat, Pherecydem Syrium a *Diogene* dici Theologum, non Athenienſem. Ceterum Athenienſis Pherecydis meminit etiam *Strabo Lib. X.* eumque Syrio iuniorem dicit. Aſt admodum antiquum esse ostendit *Dionyſius Halicarnaſſeus Lib. I. Antiquit. Roman.* Eusebii autem de hoc errores arguit *Ger. Ioan. Voſſius Lib. IV. de Hiſtor. Graec. cap. IV.* qui addit: *Ex eius hiſtoriarum primo de genere Miltiadis fragmentum citat Marcellinus in Vita Thucydidis. Quod ad aetatem, vixit Darii Hyſtaſpidae temporibus*.

Digitized by Google

factum, & omnia in se continentem. An eadem censebimus?

Σύμμικτα.

Porphyrius Quaest. Hom. VIII. Ἐν ταῖς Φιλήμονος Συμμίκτοις περὶ Ἡροδοτείου διορθώματος ὁ γραμματικὸς διαλεγόμενος, πειρᾶται καὶ Ὁμηρικά τινα σαφηνίζειν. *In Philemonis Miscellaneis de Herodotia correctione grammaticus differens, etiam Homerica quaedam declarare tentat.* Hic ipse sine dubio est, qui Philemon AExonensis, quia nempe ex eo Atticae populo natus, Ammonio dicitur lib. de Diff. Voc. in Πόνηρον. Εἰ δ' οἱ Ἀττικοὶ βαρυτονοῦσιν, οὐ θαυμαστὸν ἐστιν. χαίρουσι γὰρ τῇ βαρύτητι. Ἄφελφε γοῦν λέγουσι, τὴν πρώτην ὀξυτονοῦντες, ὡς ἄπελθε· φησὶν ὁ Τρύφων παρατιθέμενος Φιλήμονα τὸν Αἰξωνέα. *Si vero Attici accentu gravi notant, non est mirandum. Gaudent enim gravitate. Ἄφελφε igitur, frater, dicunt, primam acuentes, prout ἄπελθε, abi; inquit Tryphon qui Philemonem AExonensem adponit.* Ita enim ibi scribendum; non, Ἀγξωνέα. Nullum dubium est, quin Philemonem hunc citaverit Tryphon, ex Opere Περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων, ἢ Γλωσσῶν; quod iam mihi commemoratum.

PHILETAERVS.

De hoc, eiusque Comoediis, ita Suidas. Φιλέταιρος, ὄνομα κύριον. Ἀθηναῖος, κωμικός· υἱὸς Ἀριστοφάνους τοῦ κωμικοῦ. δράματα δὲ αὐτοῦ κά. ὧν ἐστι καὶ ταῦτα. Ἀχιλλεύς. Κορινθιαστής. Κυνηγίας. Φίλαυλος. Κέφαλος. Τηρεύς. Οἰνοπίων. Ἄντυλλος. καὶ Αὐτοφιλέταιρος. ὡς δέ τινες. Νικοστράτη. Ἀταλάντη. Λαμπαδηφόροι. *Philetaerus, nomen proprium. Athenienſis, comicus; Aristophanis comici filius. Fabulae autem eius* XXI. *inter quas etiam hae: Achilles. Corinthiates. Cynegias. Tibiae-amator. Cephalus. Tereus. Oenopion. Antyllus: & Autophiletaerus; ut vero aliqui, Nicostrata. Atalanta. Lampadiferi.* Sed non pauca hic corrupta. Videamus. Initio enim Κορινθιαστής scribendum; non, Κορινθιατής. Athenaeus lib. XIII. Φιλέταιρος Κορινθιαστῇ·

Ὡς ταχερὸν, ὦ Ζεῦ, καὶ μαλακὸν τὸ βλέμμ' ἔχει. *Philetaerus Corinthiaste;*

Quam tenerum, o Iupiter, & mollem vultum habet.

Deinde, Κυνηγὶς, non Κυνηγίας. Ita scribitur apud Athen. semel lib. VII. ter lib. XIII. Quae sequuntur, ea & transposita sunt, & non parum depravata. Restituo hunc in modum, Τερεὺς, Ἄντυλλος. Οἰνωπίων. καὶ αὐτὸς Φιλεταίρου· ὡς δέ τινες, Νικοστράτου. *Oenopion*, inquit; quae Fabula *etiam ipsa Philetaeri est, vel, ut alii volunt, Nicostrati.* Erat enim de auctore eius fabulae controversia; & nonnulli Philetaero, alii Nicostrato adscribebant. Et hoc ipsum admonere Suidas voluit. Certe Οἰνοπίων Philetaero attribuitur ab Athenaeo libb. IV. VII. Nicostrato vero a Suida in voce Ἀμφίας. Sed corrupte quoque illic, Νικόστρατος Οἰνοποιῷ. *Nicostratus Vini confectore*, pro, N. Οἰνοπίωνι. Quod ceteras attinet,

Ἀταλάντη,

laudatur etiam Athenaeo lib. X.

Λαμπαδηφόροι,

ibidem.

Τηρεὺς,

lib. III. Ἐξῆς εἰσεκομίσθη ταγηνιστὰ ἤπατα, πεδιαλημμένα τῷ καλουμένῳ ἐπίπλῳ, ὃν Φιλέταιρος ἐν Τηρεῖ ἐπίπλοιον εἴρηκεν. *Deinde introlata sunt sartagine frixa iecinora, comprehensa ita dicto omento, quod Philetaerus in Tereo ἐπίπλοον dixit.*

Φίλαυλος,

lib. XIV. Ἐγὼ δὲ ἔχων ἔτι πολλὰ λέγειν περὶ μουσικῆς, αὐλῶν ἀκούων βόμβου, καταπαύσω τὸ πολυλογεῖν, τὰ ἐκ Φιλαύλου Φιλεταίρου ἐπαιτῶν. *Ego vero quum adhuc multa habeam dicere de musica, tibiarum sonitum audiens, multa dicere desinam, illa ex Philetaeri Tibiae-amatore addens.* Praeterea, quae omissa est Suidae,

Ἀσκληπιός.

Laudatur eidem lib. VIII. Φιλέταιρος δ' ἐν Ἀσκληπιῷ τὸν Γερίδην πρὸς τῷ ὀψοφαγεῖν καὶ κυβεύειν αὐτόν φησι. *Philetaerus autem in AEsculapio Hyperidem praeterquam quod pisces edat etiam ipsum tesseris ludere ait.* Occurritque iterum lib. XI.

Μελέαγρος.

Apud ipsum Suidam commemoratur in Ἀμπαλίνωρος. Ἀναστρέφων τὴν αὐτὴν ὁδόν. Φιλέταιρος Μελεάγρῳ. *Revertens eamdem viam. Philetaerus Meleagro.*

PHILIPPIDES.

Novae Comoediae poeta, scripsit Fabulas XLV. Suidas. Φιλιππίδης, Ἀθηναῖος, κωμικὸς καὶ αὐτὸς τῆς νέας κωμῳδίας, υἱὸς Φιλοκλέους. ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ριά Ὀλυμπιάδος· ἐδίδαξε δὲ καὶ αὐτὸς δράματα μέ. *Philippides, Athenienſis, comicus & ipse novae comoediae, Philoclis filius. Florebat autem Olympiade* CXI. *Docuit autem & ipse Fabulas* XLV. Ex his,

Ἀδωνιάζουσαι,

citantur a Polluce lib. V. cap. XVI. Καὶ ἀναμασχαλισήρ. ὡς Φιλιππίδης, ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς, ἐν Ἀδωνιαζούσαις. *Et fascia axillaris: sicut Philippides, comoediae poeta, in Adoniazusis.*

Ἀμφιάραος.

Athenaeus lib. III. Τῆς μέντοι θαλασσίας ἀκαλήφης μνημονεύει καὶ Φιλιππίδης, ἐν Ἀμφιαράῳ. *Ma-*

Digitized by Google

Marinae utique urticae meminit etiam Philippides, in Amphiarao.

Ἀνανέωσις.
Renovatio.

Idem libb. VI. IX. Stobaeus Serm. I. LXVI

Ἀργυρίᾳ ἀφανισμός.

Idem lib. VI. Φιλιππίδης δ', ἐν Ἀργυρίᾳ ἀφανισμῷ, ὡς φορτικῇ μέμνηται τοῦ ταύτῃ, καὶ σπανίᾳ, ζηλωμένῃ δὲ ὑπό τινων νεοπλούτων μετοίκων. *Philippides autem, in Argenti abolitione, eius tamquam molesti, & rari, mentionem facit, sed qui tamen a quibusdam recens ditatis inquilinis probatus est.*

Αὐλοί.

Pollux lib. VI. cap. IX. Φιλιππίδης δ', ἐν Αὐλοῖς, κ᾽ πυρίεφθα εἴρηκεν. *Philippides autem, in Tibiis, & igne-cocta, dixit.* Athenaeus lib. XIV. Πυριέφθων δὲ μνημονεύει, οὕτω δὲ καλεῖται τὸ πρῶτον γάλα, Φιλιππίδης ἐν Αὐλοῖς. *Igne-coctorum vero meminit, sic autem adpellatur primum lac, Philippides in Tibiis.*

Λαχιάδαι,

Pollux lib. X. cap. VII. Καὶ Θουκυδίδης δέ φησιν. Ἔκλινον τοῖς σπάρτοις ἀπαχθόμενος. Φιλιππίδης δὲ, ἐν Λαχιάδαις·

Κράτιστόν ἐστι τοῦτον ἐκτεμεῖν, γύναι,
Τὸν δίφρον.

Sed etiam Thucydides inquit: Inclinabam funibus gravatus. Philippides autem in Laciadis;

Optimum est hanc exscindere, mulier,
Bigam.

Male editur, ἐν Λακυάδαις. Corruptiusque est apud eumdem lib. IX. cap. V. Φιλιππίδης δ' ἐν Φιλευριπίδῃ (ἐπόντος)

——— πόσην ὑφ' ὁδῷ
Ὡς εἶναι παιδάριον ῥύμιν τρίτιν.

Ὁ γὰρ ξενοπὸς ἔτος Ἀθήνησιν ἦν. Καὶ Λαχιάδης·

Ὀρθῶς γε τὴν ῥύμιν ὁδοιπορήκαμεν.

Philippide autem in Euripidis-amante (dicente)

——— *quota in via*
Vt sis puerulus platea tertia.

Angiportus enim hic Athenis erat. Et Laciades;

Recta sane plateam pertransivimus.

Restituo, Καὶ Λαχιάδαις. Non enim ibi Laciades aliquis citatur, cuius nomen nusquam lectum; sed Laciadae, Fabula Philippidis, cuius nomen ex praecedentibus ἀπὸ κοινοῦ repeti debet

Συνεκπλέουσα.

Pollux lib. IX. cap. V. Ἦτοι δὴ κ᾽ παραγώγιον τέλος ὄνομα. εἰ δεῖ πρὸς ἀπολογίαν τῆς κοινῆς χρήσεως παρέχεσθαι, τὸ ἐν τῇ Φιλιππίδου Συνεκπλεούσῃ εἰρημένον *Aut sane etiam παραγώγιον vectigalis nomen, si opus est ad communis usus defensionem praeberi illud, quod in Philippidis Simul-enavigante dictum est.* Plurali numero

Συμπλέουσαι,

citantur ab Athenaeo lib. XV. Φιλιππίδης Συμπλεούσαις·

Ὁ' φανὸς ἡμῖν οὐκ ἔφαινεν, οὐδὲ ἕν·
Ἔπειτα φυσῶν δυσυχὴς οὐκ ἐδύνασ.

Philippides Simul-navigantibus;

Fax nobis non illuxit, nec unum;
Deinde inflare infelix non potui.

Φιλάδελφοι.

Stobaeus Serm. CVI.

Φιλάργυρος.

Athenaeus lib. XIV. Τραγήματα Κράτης φησὶ Φιλιππίδην λέγειν, ἐν Φιλαργύρῳ. *Bellaria Crates ait Philippidem dicere, in Avaro.*

Φιλευριπίδης.

Pollux lib. IX. cap. V. Vide locum, paulo ante productum, in Λαχιάδαι.

Φίλιππος.

Stobaeus Serm. CXXIII.

PHILOCHORVS (a).

Huius Scripta a Suida in Φιλόχορος enumerantur ista;

Ἀτθίδος βιβλία ιζ'.
Atthidis libri XVII.

Περὶ μαντικῆς, δ'.
De vaticinandi arte, IV.

Περὶ θυσιῶν, ά.
De sacrificiis, I.

Περὶ τῆς Τετραπόλεως.
De Tetrapoli.

Σαλαμῖνος κτίσις.
Salaminis origo.

Ἐπιγράμματα Ἀττικά.
Epigrammata Attica.

Περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἀγώνων ιζ'.
De Athenienſium certaminibus, XVII.

Περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἀρξάντων, ἀπὸ Σωκρατίδου μέχρι Ἀπολλοδώρου, β'.
De Archontibus Athenienſium, ab Socratide uſque ad Apollodorum, II.

Πρὸς τὴν Δήμωνος Ἀτθίδα.
Adverſus Demonis Atthidem.

Ἐπι-

(a) Hic memorandus fuerat PHILIPPVS Ariſtophanis F. Comicus.

Digitized by Google

Ἐπιτομὴ τῆς ἰδίας Ἀτθίδος.
Compendium ſuae Atthidis.

Ἐπιτομὴ τῆς Διονυσίου πραγματείας.
Compendium operis Dionyſii.

Περὶ ἱερῶν.
De ſacris.

Περὶ τῶν Σοφοκλέους μύθων, ε.
De Sophoclis fabulis, v.

Περὶ Εὐριπίδου,
De Euripide.

Περὶ Ἀλκμᾶνος.
De Alcmane.

Περὶ μυστηρίων τῶν Ἀθήνησι.
De myſteriis Athenienſium.

Συναγωγὴ ἡρωίδων, ἤτοι Πυθαγορείων γυναικῶν.
Collectio heroidum, ſeu Pythagorearum feminarum.

Δηλιακὰ, β'.
Deliaca, II.

Περὶ εὑρημάτων.
De inventis.

Περὶ καθαρμῶν.
De expiationibus.

Περὶ συμβόλων.
De ſymbolis.

Ex his Ἀτθίδος libri paſſim citantur a Dionyſio Halicarnaſſeo, Athenaeo, Harpocratione, Macrobio, Etymologici Auctore, Suida, Stephano, Aulo Gellio, Scholiaſtis Poetarum.

Περὶ μαντικῆς, δ'.

Laudat Athenaeus lib. XIV. Φιλόχορος δ' ἐν τοῖς Περὶ μαντικῆς Ἀξιόπιστον, τὸν εἴτε Λοκρὸν γένος, ἢ Σικυώνιον, τὸν κανόνα, καὶ τὰς γνώμας πεποιηκέναι φησίν. *Philochorus autem in libris De arte vaticinandi Axiopiſtum, ſive Locrenſem genere, ſeu Sicyonium, canonem, & ſententias compoſuiſſe ait.* Clemens Strom. I. Ἤδη δὲ καὶ Ὀρφέα Φιλόχορος μάντιν ἱστορεῖ γεγενῆσθαι, ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ μαντικῆς. *Iam vero etiam Orpheum vatem fuiſſe Philochorus tradit, in libro primo De arte vaticinandi.* Scholiaſtes Euripidis in Alceſtin. Φιλόχορος ἐν πρώτῳ Περὶ μαντικῆς ἐκτίθησιν αὐτῆ ποιήματα, ἔχοντα οὕτως. *Philochorus in libro primo De arte vaticinandi exponit eius poemata, ſic ſe habentia.* Apoſtolius Cent. VII. Proverb. XLVIII. Φιλόχορος δὲ ἐν τῇ τρίτῃ Περὶ μαντικῆς, καὶ γυναῖκας ἐγγαστριμύθους καλεῖ. *Philochorus autem in libro tertio De arte vaticinandi, etiam feminas ventriloquas adpellat.* Tranſcripſit ille ex Suida in eadem voce. In his autem quatuor libris cenſeo fuiſſe etiam *De divi-*

natione e ſomniis. Tertullianus hanc partem citat lib. de Anima cap. XLVII. *Ceterum Epicharmus etiam ſummum apicem inter divinationes ſomniis extulit cum Philochoro Athenienſi.* Fulgentius Mythologici lib. I. *At vero amica Apollinis (laurus) ob hanc rem vocitata eſt, quia illi, qui de interpretatione ſomniorum ſcripſerunt, ut Antiphon, Philochorus, & Artemon, & Serapion Aſcalonites, promittant in libris ſuis, laurum, ſi dormientibus ad caput poſueris, vera ſomnia eſſe viſuros.*

Περὶ θυσιῶν, ά.

Scholiaſtes Apollonii lib. I. Φιλόχορος δὲ ἐν τῷ Περὶ θυσιῶν φησιν, ὅτι τὸ κάλλιστον τῆ σώματος καὶ πρότερόν ἐστι. *Philochorus autem in libro De ſacrificiis pulcerrimum, & praecipuum corporis eſſe inquit.*

Περὶ τῆς Τετραπόλεως.

Athenaeus lib. VI. Ταῦτα ἱστορεῖ καὶ Φιλόχορος, ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Τετραπόλει, μνημονεύων τῶν καταλεγομένων τῷ Ἡρακλεῖ παρασίτων. *Illa etiam tradit Philochorus in inſcripta Tetrapoli, memorans Herculi adſcriptos paraſitos.* Scholiaſtes Sophoclis Oed. Col. Ἱστορεῖ περὶ τούτων Φιλόχορος ἐν τῇ Τετραπόλει. *Refert de his Philochorus in Tetrapoli.* Suidas in Τίλανίδα γῆν. Μόνος οὐκ ἐστράτευσεν ἐπὶ τοὺς θεούς, ὡς Φιλόχορος, ἐν Τετραπόλει. *Solus non militavit contra deos, ſicut Philochorus, in Tetrapoli.*

Περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἀρξάντων, ἀπὸ Σωκρατίδου μέχρι Ἀπολλοδώρου, β'.

Anonymus in Deſcript. Olymp. ad Olympiadis CI. annum III. quo magiſtratum hic Socratides Athenis geſſit. Φιλόχορος, Κύκνου, Ἀθηναῖος, πραγματείαν συνεγήσατο Περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἀρξάντων (a), ἀπὸ Σωκρατίδου, καὶ μέχρι Ἀπολλοδώρου. *Philochorus, Cycni filius, Athenienſis, commentarium compoſuit De Archontibus Athenienſium ab Socratide, etiam uſque ad Apollodorum.*

Πρὸς τὴν Δήμωνος Ἀτθίδα.

Harpocration in Ἑτιωνέα. Ὡς φησι Φιλόχορος, ἐν τῇ Πρὸς Δήμωνα ἀντιγραφῇ. *Sicut ait Philochorus in reſcripto Adverſus Demonem.* Praeter iſta, quae Suidae dicta, invenio etiam,

Ἠπειρωτικά.

Harpocration in Βύχετα. Πόλις ἐστὶ τῆς Ἠπείρου, πληθυντικῶς ὑδετέρως λεγομένη· ἣν Φιλόχορος ἐν τοῖς Ἠπειρωτικοῖς ὠνομᾶσθαί φησι, διὰ τὸ τὴν Θέμιν ἐπὶ βοὸς ὀχουμένην ἐλθεῖν ἐκεῖσε, κατὰ τὸν Δευκαλίωνος κατακλυσμόν. *Vrbs Epiri eſt, pluraliter neutro genere dicta, quam Philochorus in Epiroticis adpellatam eſſe inquit, quia Themis*

(a) *Voſſius* cenſet hoc opus de Archontibus partem fuiſſe Commentariorum de Attica.

Digitized by Google

mis bove vecta illuc venerit Deucalionis diluvio. Ita est in utraque editione Aldina; a qua cur discedam, causam non video. Nam quod Vir praestantissimus, qui pro Philochoro Philostephanum hic substituit, pro se Stephanum adlegat in vocibus Ἄβιοι, Ἀνθάνα, & Ἀντρήνη, ignoscat mihi, si dissentio: nihil enim ille iuvat. Citat quidem istis locis Philostephanum, tamen nihil Epiroticorum meminit. Contra vero Harpocrationis priscam lectionem Etymologici quoque Auctor in eadem voce tuetur, quum inquit, Βέχετα, ἡ Βρχέτιον. ἔστι δὲ πόλις τῆς Ἠπείρου, ὑδετέρως καὶ πληθυντικῶς λεγομένη· ἣν φησι Φιλόχορος ὀνομᾶσθαι, διὰ τὸ τὴν Λητὼ, ἤτοι Θέμιν, ἐπὶ βοὸς ὀχουμένην ἐλθεῖν ἐκεῖ. *Bucheta, seu Buchetium. Est autem Epiri urbs, neutro genere & pluraliter dicta; quam Philochorus adpellatam esse inquit, quia Latona, vel Themis, bove vecta illuc venerit*. Suidas etiam in hac voce Philochorum nobis, & non Philostephanum, citat. Nam quod neget idem ille Vir doctrina praecellenti, Ἠπειρωτικὰ a Philochoro scripta esse, quia Suidas non recenset, qui librorum absolutissimum syllabum dederit, neque istud me deterret: quippe haud esse syllabum istum absolutissimum, ex eo ipso Suida evincam, qui etiam citat,

Περὶ ὀργεώνων.

Ecce enim in Ὀργεῶνες. Περὶ δὲ τῶν Ὀργεώνων γέγραφε καὶ Φιλόχορος. *De sacerdotibus autem scripsit etiam Philochorus*. Nulla tamen huius Operis in Catalogo Suidae mentio; quemadmodum neque item istius,

Περὶ ἑορτῶν.

Laudat autem Harpocration, is qui Ἠπειρωτικὰ in λύτροι. Ἤγετο δὲ ἡ ἑορτὴ Ἀνθεστηριῶνος τρίτῃ ἐπὶ δέκα, ὥς φησι Φιλόχορος ἐν τῷ Περὶ ἑορτῶν. *Celebrabatur autem festum Antheste-rionis tertio decimo, ut ait Philochorus in libro De festis*.

PHILOCLES I.

Poeta fuit. Marcellinus in Vita Thucydidis Hiſtoriographi. Τέταρτος, ἄλλος Θουκυδίδης, ποιητὴς, τὸν δῆμον Ἀχερδούσιος· οὗ μέμνηται Ἀνδροτίων ἐν τῇ Ἀτθίδι, λέγων εἶναι πατρὸς Ἀρίσωνος. συνεχρόνισε δ', ὡς φησι Πραξιφάνης ἐν τῷ Περὶ ἱστορίας, Πλάτωνι τῷ κωμικῷ, Ἀγάθωνι τραγικῷ, Νικηράτῳ ἐποποιῷ, καὶ Χοιρίλῳ, καὶ Μελανιππίδῃ. *Quartus, alius Thucydides Poeta, populum Acherduſius, cuius meminit Androtion in Atthide, eſſe dicens patre Ariſtone. Fuit autem coaevus, ut tradit Praxiphanes in libro De hiſtoria, Platoni Comico, Agathoni Tragico, Nicerato Epico, & Choerilo, & Melanippidi.*

THVCYDIDES Alimuſius.

Huius hodie exſtant Hiſtoriarum libri; de quorum numero varie a Veteribus traditum oſtendi nuper Attic. Lect. lib. V. cap. XXVI.

TIMOCLES.

Duos hoc nomine Comicos nobis Suidas ſtatuit; unum ex his Athenienſem, alterum ſine certa patria. Sed errare ego eum, ut ſaepe, exiſtimo. Et, ut duo illi fuerint, quia tamen indiſtincte Fabulae illae nominantur, ne alterius forte omittam, utriuſque recenſebo.

Αἰγύπλιοι.

Suidae commemorantur, & Athenaeo libro VII.

Βαλανεῖον.

Pollux lib. X. cap. XXXIII. Καὶ ἐπὶ τῦ ἀἴγείου γλωτ ακμεῖον παρὰ τοῖς νεωτέροις ἐςὶν εὑρεῖν, ὡς ἐν τῷ Τιμοκλέους Βαλανείῳ. *Et de vaſe crumena apud iuniores invenitur, ſicut in Timoclis Balineo.*

Δάκτυλος.

Athenaeus laudat libb. VII. IX. & ex eo Suidas.

Δῆλος.

Athenaeus lib. VIII. Καὶ Ὑπερίδης ὁ ῥήτωρ ὀψοφάγος ἦν, ὡς φησι Τιμοκλῆς ὁ κωμικὸς, ἐν Δήλῳ, διηγούμενος τὰς παρὰ Ἁρπάλου δωροδοκήσαντας. *Sed etiam Hyperides Rhetor piſcium vorator erat, ut ait Timocles Comicus in Delo, illos, qui ab Harpalo munera acceperunt, enarrans.* Meminit etiam Suidas.

Δημοσάτυροι.

Suidae laudantur, & Athenaeo lib. IV.

Διόνυσος.

Occurrit apud Suidam, & Athenaeum libro IX.

Διονυσιάζουσαι.

Athenaeus lib. VI. Τιμοκλῆς δ' ὁ κωμῳδοποιὸς κατὰ πολλὰ χρησίμως εἶναι λέγων τῷ βίῳ τὴν τραγῳδίαν φησὶν ἐν Διονυσιαζούσαις. *Timocles autem Comicus in multis vitae utilem eſſe Tragoediam dicens in Bacchantibus loquitur.*

Δορεὺς

Digitized by Google

Δορεὺς ταυτοκλείδης.

Ita eſt apud Athenaeum lib. XIII. Καὶ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Δορεὺς ταυτοκλείδης αὐτὸς Τιμοκλῆς φησίν. *Et in inſcripta fabula Doreus tautoclides ipſe Timocles ait.* Sine dubio corruptus titulus. An ſcribendum? Δωριεὺς, ἢ Αὐτοκλείδης. *Dorienſis, ſeu Autoclides.* Harpocration in Παράβυσα. Μνημονεύουσι δ' αὐτῦ ἄλλοι τε τῶν κωμικῶν, καὶ Τιμοκλῆς, ἐν Ὀρεσταυτοκλεῖ. *Illius vero mentionem faciunt, & alii Comicorum, & Timocles in Oreſtantocle.* Ita eſt in editione Aldina utraque. Vir eximius Iſaacus Caſaubonus emendabat, Ὀρεσαυτοκλείδῃ. Idque in textum eſt receptum a Mauſſaco praeſtantiſſimo.

Δρακόντιον.

Suidas, & Athenaeus lib. VI. Χαρακτηρίζει δ' ἐκ ἀῤῥύθμως τὸν παράσιτον ὁποῖός τις ἐστὶ Τιμοκλῆς, ἐν Δρακοντίῳ. *Paraſitum vero non abſque concinnitate deſignat, qualis quidem eſt Timocles in Dracontio.*

Ἐπιζολαί.

Bis citantur ab Athenaeo lib. VI. Meminitque item Suidas.

Ἐπιχαιρέκακος.

Athenaeus lib. VI. Ἦν δὲ καὶ ὁ Κόρυδος τῶν δι' ὀνόματος παρασίτων, μνημονεύει δ' αὐτῦ Τιμοκλῆς, ἐν Ἐπιχαιρεκάκῳ. *Verum erat quoque Corydus inter paraſitos, qui nomen haberent. Eius autem meminit Timocles in Malevolo.* Laudat quoque Suidas.

Ἥρωες.

Suidas, & Athenaeus libb. VI. X.

Ἰκάριοι Σάτυροι.

Suidas, & Athenaeus libb. VIII. IX.

Καύνιοι.

Laudat Athenaeus lib. VI. & Suidas

Κένταυρος, ἢ Δεξάμενος.

Athenaeus lib. VI. item Suidas.

Κονίσαλος.

Athenaeus lib. X. & Suidas.

Λήθη.

Laudatur Suidae, & Athenaeo lib. IX.

Μαραθωνίαι.

Ita eſt apud Athenaeum lib. XIII. At maſculino genere,

Meurſii Tom. II.

Μαραθώνιοι,

eſt apud Suidam.

Νέαιρα.

Athenaeus lib. XIII. Καὶ θρηνῶν τις αὐτὸν παράγεται ὑπὸ Τιμοκλέους, ἐν Νεαίρᾳ. *Et ſeipſum lugens aliquis adducitur ab Timocle in Neaera.* Recenſetur etiam a Suida.

Ὀρέσης.

Commemoratur Suidae.

Πολυπράγμων.

Occurrit apud Suidam, & Athenaeum libro VIII.

Πορφύρα.

Sed haec Xenarchi eſſe putata eſt. Suidas in Catalogo Fabularum huius Timoclis. Πορφύρα. ἥτις καὶ δοκεῖ Ξενάρχου εἶναι. *Purpura, quae etiam Xenarchi eſſe videtur.* Eique Auctori attribuitur ab Athenaeo lib. VI.

Πύκτης.

Athenaeus lib. VI. Κοινῇ δὲ περὶ παρασίτων εἰρήκασι, Τιμοκλῆς μὲν, ἐν Πύκτῃ, ἐπισιτίους καλῶν αὐτοὺς, ἐν τοῖσδε. *Communiter autem de Paraſitis dixerunt, Timocles quidem in Pugile, epiſitios illos adpellans, in his.* Meminit etiam eius Suidas.

Σαπφώ.

Meminerunt Suidas, & Athenaeus lib. VIII.

Φιλοδικαστής.

Athenaeus lib. VI. Ὅτι δ' ἦν ἔθος, τοὺς γυναικονόμους ἐφορᾶν τὰ συμπόσια, καὶ ἐξετάζειν ἢ κεκλημένων τὸν ἀριθμὸν, εἰ ὁ κατὰ νόμον ἐστὶ, Τιμοκλῆς ἐν Φιλοδικαστῇ φησιν. *Morem vero fuiſſe, ut mulierum curatores convivia inſpicerent, & vocatorum numerum exquirerent, an ſecundum legem eſſet, Timocles in Iudicandi-cupido inquit.* Nominatur item Suidae.

Ψευδολῃσαί.

Athenaeus lib. III. Παρὰ δὲ τὰς ὀπλήσεις ὀνομάζεσθαι ἰπνίτιδα, ἃ μνημονεύειν Τιμοκλέα, ἐν Ψευδολῃσαῖς. *Ab toſtionibus vero fornaceum adpellari, cuius mentionem facere Timoclem in Falſis-praedonibus.*

TIMOTHEVS (a).

Scripſit,

(a) Commemorandus quoque Timocrates Demetrii F. Athenienſis Epicureus, qui CCC. circiter annis ante Chriſtum floruit. Sicut Timothevs Tragicus, alius ut videtur ab Hiſtorico, qui Socratis temporibns claruit.

Digitized by Google

Περὶ βίων.

Diogenes Laertius in Platone lib. III. Ἰσχνόφωνός τε (φασὶν) ἦν, ὡς καὶ Τιμόθεός φησιν ὁ Ἀθλωαῖος, ἐν τῷ Περὶ βίων. *Gracilique voce (dicunt) erat, ſicut etiam Timotheus Athenienſis in libro De vitis, tradit.* Laudatque iterum in Speuſippo lib. IV. in Ariſtotele lib. V. in Zenone lib. VII.(a)

TYRTAEVS.

Scripſit, ut ait Suidas. Πολιτείαν Λακεδαιμονίοις, καὶ Ὑποθήκας, δι' ἐλεγείας, καὶ Μέλη πολεμιστήρια, βιβλία ε. *Rempublicam Lacedaemoniis, & Praecepta, per Elegias, & Carmina bellica libros* V. Quod ad τὴν Πολιτείαν attinet, quam Lacedaemoniis eum ſcripſiſſe Suidas ait; idem fuiſſe Opus puto, cui titulus Εὐνομία; ut ex Ariſtotele diſco Politic. lib. V. cap. VII. Συνέβη δὴ καὶ τοῦτο ἐν Λακεδαίμονι, ὑπὸ τὸν Μεσσηνιακὸν πόλεμον· δῆλον δὴ καὶ τοῦτο ἐκ τῆς Τυρταίου ποιήσεως, τῆς καλουμένης Εὐνομίας. *Verum accidit id quoque Lacedaemone, ſub tempus belli Meſſeniaci. Sed illud etiam notum ex Tyrtaei poeſi, quae Bonarum legum conſtitutio adpellatur.*

XENOCLES.(b)

Tragicus, Carcini F. Meminit eius Ariſtophanes Nubibus (c).

ΗΡ. Οἵ δὴ Ξενοκλῆς; ΔΙ. ἐξόλοιτο νὴ Διά.

HE. Xenocles vero? BA. perierit per Iovem.

Vbi Scholiaſtes. Καρκίνου δὲ παῖδες, Ξενοκλῆς, Ξενότιμος, καὶ Δημότιμος. καὶ οἱ μὲν χορευταί. Ξενοκλῆς δὲ τραγῳδίας ποιητής. *Carcini autem filii, Xenocles, Xenotimus, & Demotimus. Atque hi quidem ſaltatores. Xenocles autem Tragoediae Poeta.* Et mox. Φασὶν, ὡς ὁ Καρκίνου υἱὸς, ποιητὴς ὢν τραγικὸς, εἰσήγαγέ τινας τῶν θεῶν ἔν τινι δράματι δεινοπαθοῦντας. *Aiunt, quod hic Carcini F., quum eſſet Poeta Tragicus, aliquos deorum introduxit in quadam Fabula lamentantes.* Et duos iſto nomine fuiſſe, ait idem mox ad Ranas Εἰσὶ δὴ, ὡς φασι, δύο Ξενοκλεῖς, τραγῳδοὶ γεγονότες *Sunt autem, ut aiunt, duo Xenocles, qui Tragici fuerunt.* Meminit huius Carcini filii, etiam Suidas in Ἄξες.

XENOPHON I.

Maximus ſimul Imperator, & Philoſophus. Cuius Vitam ſcripſit Diogenes Laertius libro II. ubi Scripta quoque eius memorat, quae hodie omnia etiam exſtant. Citantur praeterea,

Περὶ Ἀληθείας.
De Veritate;

item

Τέχναι ῥητορικαὶ,
Artes Rhetoricae,

apud Pollucem lib. VI. cap. XXXIII. Laudatur inſuper, an hic ipſe?

Ἐν ταῖς ἀναμετρήσεσι τῶν ὅλων,
In dimenſionibus univerſi,

Apud Stephanum in Ὀρωτός.

XENOPHON II.

Scripſit praeter cetera,

Βίον Ἐπαμινώνδου, καὶ Πελοπίδου.

Diogenes in prioris Vita, ubi alios eiusdem nominis enumerat. Δεύτερος, Ἀθλωαῖος, ἀδελφὸς Πυθοστράτου, τοῦ τὴν Θησηΐδα πεποιηκότος, γεγραφὼς ἄλλα τε, καὶ Βίον Ἐπαμινώνδου, καὶ Πελοπίδου *Secundus, Athenienſis, Pythoſtrati, qui Theſeidem compoſuit, frater, ſcripſit & alia, & Vitam Epaminondae, & Pelopidae.*

(a) *Voſſius* De Hiſtor. Graec. *Lib.* III. *Plane autem puto, non alium eſſe a Timotheo illo, cuius* Ἀργολικὰ *citat Plutarchus De Fluminibus Cap. De Inacho: item undecimum De Fluminibus Cap. De Hebro. Nec alium cenſeo, qui memoratur Euſtathio in Dionyſii* περιήγησιν.

(b) *Iac. Gronovius.* Ita Chirographum *Meurſii*; ſed exſtat verſus in *Ranis* A. I. S. II.

[c] Quum Athenienſes quidam viri docti, a *Meurſio* praetermiſſi, mea quoque memoria exciderint, dum feſtinanter, inter corrigendum menda Typothetarum, Bibliothecam Atticam utcumque ſuppletum ibam; ii quidem in eiusdem ſaltem calce commemorandi eſſe videntur, & quaedam de iisdem a nobis literarum monumentis conſignanda. In primiſque occurrit

ANTIPHILVS Alopecenſis Medicus, qui medio circiter tertio Chriſtiani nominis ſaeculo claruit. Deinde ſe offert

ARISTARCHVS ille, Chronographus Chriſtianus, ſatis vetus, qui quum ſcripſerit Epiſtolam, ſeu Hiſtoricum Commentarium ad Oneſiphorum Primicerium, de Athenarum ſitu, & geſtis ibidem Apoſtolorum temporibus, Athenienſis fortaſſe videatur. In eo Dionyſii praecipue Areopagitae proſapiam, doctrinam, mores, aetatem, ordinationem, praelicationem, Epiſcopi in locum eius ſubrogationem, illius denique Romam adventum, deſcripſit atque narravit. Sed iure, ut videtur, ſubſpicatur *Gul. Caveus* hanc epiſtolam eſſe ſuppoſititiam, quum eius nec Euſebius, nec Hieronymus!, nec Gennadius, nec Photius, nec Metaphraſtes ipſe, meminerint; & Hilduino S Dionyſii Pariſienſis Abbati, qui eam apud ſe habuiſſe, & ad Ludovicum Imperatorem miſiſſe, teſtatur!, ne Graeci homines eudendarum fabularum peritiſſimi Artifices impoſuerint haud inconſulte veretur.

DEMETRIVS ὁ Σουνιεὺς Philoſophus Cynicus, qui floruit circa annum a Chriſti ortu CLX.

DEXIPPVS, de quo multa iam a *Meurſio* notata fuerunt, & quaedam a me quoque adſcripta, ideo iterum a me hic memoratur, quia quum *Dexippum Herennium* Rhetorem Athenienſem cum *Dexippo* Philoſopho ille confundat, placuit hic obſervare *Dexippi* Philoſophi εἰς κατηγορίας commentarium, quem Latine tantum exſtare *Meurſius* tradit, Graece etiam manu ſcriptum adſervari in Bibliotheca Medicea ad D. Laurentium *Plut.* LXXII. Hic idem inſuper *Dexippus* Philoſophus, Iamblichi ſcilicet F., in Platonem quoque Commentatus eſt, eiuſque opus MS. habetur Bononiae in Bibliotheca S. Salvatoris, ut teſtatur doctiſſimus *Monſfalconius Diar. Italic. Capit.* XXVII. Quare *Dexippus* hic merito Platonicus audit *Angelo Politiano Miſcell. Cap.* XXX. & *Ger. Io. Voſſ. De Hiſt. Graecis.* Hic item animadvertatur oportet Δέξιππος ὁ Ἰαμβλίχου, a quibusdam non *filius* verti, ſed *diſcipulus Iamblichi*. Ceterum pluria de *Dexippo* videantur apud *Voſſium*, *Ionſium*, *Tillemontium*.

DIONYSIVM CASSIVM LONGINVM quoque, Athenienſem quidam fuiſſe ferunt, inter quos *Ionſius* quidem eſt, Philoſophiae ſtudiis, & Platonis amore clariſſimum, quamquam eum minus Philoſophum, quam Rhetorem, & amoenioribus litteris inſtructum, Plotinus dicere, *Eunapio* teſte, conſuevit. Eius ſcripta a *Suida* recenſentur, qui ita inſit: Λογγῖνος ὁ Κάσσιος φιλόσοφος· διδάσκαλος πορφυρίου τοῦ φιλοσόφου. πολυμαθὴς, καὶ κριτικὸς γενόμενος. ἦν δὲ ἐπὶ Αὐρηλιάνου τοῦ καίσαρος. καὶ ἀνῃρέθη ὑπ' αὐτοῦ, ὡς σύμφωνος ζηνοβίᾳ, τῇ Ὀδαίνάτου γυναικί. ἔγραψε περὶ τοῦ κατὰ φαιδίου. ἀπορήματα Ὁμηρικά. εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος. προβλήματα Ὁμήρου, καὶ λύσεις ἐν βιβλίοις γ. τίνα παρὰ τὰς ἱστορίας οἱ γραμματικοὶ ὡς ἱστορικὰ ἐξη-

Digitized by Google

ἐξηγοῦνται. περὶ τῶν παρ' ὁμήρῳ πολλὰ σημαινουσῶν λέξεων, δ'. ἀττικῶν λέξεων ἐκδόσεις β'. εἰσὶ δὲ κατὰ στοιχεῖον. λέξεις Ἀντιμάχου, καὶ Ἡφαιστίωνος, καὶ ἄλλων πολλῶν. *Longinus Caſſius Philoſophus, Porphyrii Philoſophi magiſter, vir magna doctrina, acrique iudicio praeditus. Vixit autem ſub Aureliano Imperatore, & ab eo occiſus eſt per cauſam conſpirationis factae cum Zenobia Odenati uxore. Scripſit de Oratione contra Phidiam. Dubitationes Homericas. An Philoſophus fuerit Homerus. Problemata Homeri, & ſolutiones lib. II. Quaenam contra fidem hiſtoriarum tamquam hiſtorica enarrent Grammatici. De vocabulis apud Homerum multa ſignificantibus lib. IV. Atticorum vocabulorum editiones duas. Sunt autem ordine alphabetico. Vocabula Antimachi, & Heracleonis. Et alia multa.* Inter haec multa libet περὶ ὀργῆς, *De Vehementia*, qui *Cleodamo*, & *Porphyrio* inſcriptus erat, a *Porphyrio* in Vita *Plotini* commemoratur. Idem quoque prooemium refert Operis *De finibus bonorum, & malorum*, qui ad *Marcellum* mittebatur, & in quo *Plotinum, Anneliumque* impugnabat. In hoc *Longinus* ipſe teſtatur opus quoddam adverſus Porphyrium ſcripſiſſe, eo quod ſuam de Ideis ſententiam relinquens Plotini opinionem amplexus eſſet. Memorat etiam ibidem prolixam epiſtolam, quam Amelio ſcripſerat, qua ulterius alias Plotini ſententias oppugnabat, Platoniſque de Iuſtitia placitum ediſſerebat. Alterius Epiſtolae mentionem facit *Porphyrius*, quam ipſi Porphyrio anno circiter CCLXX. ſcripſerat, Plotini opera petens, & ut Siciliam linqueret rogans, atque in Phoeniciam ad ſe traiiceret. Laudat quoque *Porphyrius* Longini opus *De Principiis*, & aliud *De Antiquitatis ſtudio, & amore*. Illum autem praeclarum Commentarium non commemorat, qui περὶ ὕψους quum ſit ex omnibus *Longini* operibus aetatem tulit, & vel unus poteſt qualis ac quanta eſſet eius eruditio, & iudicium, oſtendere. Sunt qui laudent eiusdem opus quoddam *De Viris Eruditis*, de quo *Ger. Iohann. Voſſius De Hiſtor. Graec.* & *Ionſius* De *Longino* pluria videri poſſunt apud *Porphyrium*, *Eunapium*, *Tillemontium*.

EVDOCIA Auguſta, Leontii Sophiſtae Athenienſis, ut quidam perhibent, filia fuit, iuxta alios Heracliti Philoſophi, quod quidem hic monemus, nam quum illa ſuo loco cummemorata fuit, lapſu memoriae, Leonidae filia dicta eſt; quamquam recte deinde *Leontius* ipſe fuerit adſcriptus. De ea pluria *Menagius Hiſt. Mulierum Philoſopharum*. Sed quoniam alibi eius Operum ſingillatim meminiſſe negleximus, hic eorum indicem ex *Caveo* proferre lubet: Centones Homerici, *a Pelagio quodam Patricio inchoati (unde & iſti ſaepe tribuuntur) ab Eudocia vero abſoluti, & digeſti; ut diſerte tradit Zonaras, & ex ipſius Operis inſcriptione manifeſtum facit. Exſtant Latine in quavis fere Bibliothecae Patrum editione, Graece & Latine in Collectione* Poetarum Chriſtianorum *Bigneana* Pariſ. 1624. *pag.* XCV. *Immane quantum errat Aubertus Miraeus, qui hos Centones Eudociae Auguſtae, Conſtantini* XII. *cognomento* Ducae, *qui obiit anno* 1067. *uxori tribuit.*

Metaphraſis Octateuchi *Heroico carmine condita, libris octo.*

Metaphraſis Prophetiarum Zachariae, & Danielis; *in his Metaphraſibus textum religioſe, ac κατὰ πόδας expreſſiſſe Eudociam nil addendo, nil mutando, teſtatur Photius; adeoque pro legitimis librorum ſacrorum verſionibus haberi poſſent.*

Hiſtoria B. Cypriani Martyris, & Iuſtinae Virginis, *libris tribus heroico carmine conſcriptis comprehenſa. Alius a Cypriano Carthaginienſi fuit iſte* Cyprianus, *ac Romae ſub Diocletiano ſimul cum Iuſtina paſſus dicitur. Totam utriuſque hiſtoriam ex Poemate iſto excerptam compendio exhibet Photius Cod.* CLXXXIV. *Mirum inter hanc Eudociae Hiſtoriam, & Poenitentiam Cypriani (quae in editione Cypriania Oxonienſi locum habet) conſenſum deprehendet, qui compendium Photianum cum altero Opuſculo contulerit, diligens Lector.*

Poema Heroicum in victoriam a Theodoſio marito e Perſis reportatam; *cuius meminit Socrates lib.* VII. *cap.* XXI.

EVTHYMIA Niciae F. Mileſia occurrit in antiqua Inſcriptione apud *Sponium Itiner. Tom. II.* & *III.* in Μίλητος.

ΕΥΘΥΜΙΑ ΝΙΚΙΟΥ ΜΙΛΗΣΙΑ

Hanc *Euthymiam* laudatus *Sponius* ſubſpicatur fuiſſe Platonicam, quod Inſcriptionem illam Sepolliae, ubi Academiam fuiſſe quidam arbitrantur, invenerit. Quod quidem a vero abludere non deprehenditur, quum plures feminae Platonicae Philoſophiae operam dediſſe certum perſpectumque ſit, de quo conſuli poteſt eruditiſſimus *Menagius* in Commentario, quem De Mulieribus Philoſophis ſcripſit. Miletum vero Pagus eſt Atticae, de quo *Sponius*, & Notae in *Meurſii Populos Atticae*.

HERACLITVS Athenienſis Philoſophus etiam hic collocatur, quandoquidem, ita Patrem Eudociae Auguſtae adpellatum fuiſſe, ſunt qui perhibeant.

LEONTIVM Epicurea Athenienſis *Menagio* dicitur, adeoque de ea loquentem in *Mulierum Philoſopharum Hiſtoria* ipſum *Menagium* audiamus: LEONTIVM, *ſive hypocoriſtica forma* LEONTARIVM, *Athenienſis meretrix; & ipſa Epicuri amica. Epicuri ad eam epiſtolae meminit & Laertius in Epicuro. In qua ſic eam compellat:* Dii immortales, Leontiola, quanto nos cum clamore, plauſuque, epiſtolam tuam legimus! *Fuit & Metrodori Athenienſis, qui ex illuſtribus fuit Epicuri diſcipulis, amica. Auctor Laertius. Hermeſianactis Colophonii, Poetae Elegiaci, amicam quoque fuiſſe Leontium, docet nos Athenaeus libro* XIII. *qui & in eius gratiam Elegorum plures libros ſcripſiſſe Hermeſianactem teſtificatur; ex quorum tertio, ſex ſupra centum verſus profert. Inde aetatem Hermeſianactis diſcere eſt, quem inter Poetas incertae aetatis recenſuit Gerardus Iohannes Voſſius in libello de Poetis Graecis. Eſt autem Hermeſianax ille, idem qui de patria Colophone egregium Carmen condidit, Pauſaniae memoratum. Leontium cogitantem a Theodoro depictam fuiſſe, ſcripſit Plinius libro* XXXV. *cap.* XI. *quod ipſum argumento eſt, Philoſophicis eam meditationibus fuiſſe deditam. Scripſit adverſus Theophraſtum. Qua de re ſic Tullius libro* I. *De Natura Deorum*: Iſtiſne fidentes ſomniis non modo Epicurus, & Metrodorus, & Hermachus, contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemque dixerunt, ſed meretricula etiam Leontium contra Theophraſtum ſcribere auſa eſt? Scito quidem illa ſermone, & Attico, ſed tamen &c. *Et Plinius in Praefatione.* Ceu vero neſciam, adverſus Theophraſtum, hominem in eloquentia tantum, ut nomen divinum inde invenerit, ſcripſiſſe etiam feminam, & proverbium inde natum, *Suſpendio arborem eligendi. Filiam habuit Danaen, & ipſam meretricem celebrem; Sophronis, Epheſo Praefecti, amaſiam. Athenaeus dicto libro.* Δαμὼ δὲ τὴν Λεοντίου τῆς Ἐπικουρίου θυγατέρα, ἱστορεῖ καὶ αὐτὴν, Σώφρονι σύνοικον οὖσαν τοῦ τῆς Ἐφέσου. *Et quae ſequuntur, quae vide.* Ceterum quibusdam *Leontium* non Athenienſis, ſed Lampſacena, fuiſſe videtur; & quidem fieri potuit, ut ortu Lampſacena, domicilio Athenienſis fuerit, quod quidem eius cum Epicuro conſuetudo manifeſte demonſtrat.

QVADRATVS, de quo *Meurſius* noſter *Lib. De Fortuna Athenarum Capit.* IX. De hoc autem audiamus quid ſcribat *Gul. Caveus* in *Hiſt. Liter. Script. Eccleſ.* nam quaedam habet unde locus *Meurſii* citatus illuſtrari poſſit. QVADRATVS, *forſan urbe, ſaltem inſtitutione Athenienſis, cuius ſedis, poſt martyrium Publii, qui Dionyſio Areopagitae ſucceſſit, Epiſcopus conſtitutus eſt. Eius certe labore, & induſtria Athenienſes poſt Publii mortem veluti oves abſque Paſtore palantes in Eccleſiam denuo conveniſſe, & redivivum fidei ardorem in illis reparatum eſſe teſtatur Dionyſius Corinthius. Diſcipulus erat Apoſtolorum, ut diſerte tradunt Euſebius, & Hieronymus, quod de S. Ioanne praecipue eſt intelligendum, ſi non potius vox Apoſtolorum ſenſu laxiori capienda ſit pro Viris Apoſtolicis, qui cum Apoſtolis verſati ſint; adeoque alibi Euſebius Quadratum noſtrum iis adnumerat, qui inter Apoſtolorum ſucceſſores τὴν πρώτην τάξιν obtinuerint. Vir erat plane pientiſſimus, quique προφητικὸν χάρισμα, quod adhuc in Eccleſia vigebat, habuiſſe dicitur. Circa ann.* CXXIII. *Hadriano Imperatore Athenis hyemem agente, ibique ſacris Eleuſiniis initiato, graviſſima adverſus Chriſtianos orta eſt perſequutio; cui ut ſe opponeret Quadratus, obtulit Imperatori* Orationem Apologeticam *pro Religione noſtra a ſe compoſitam.* Ἐξ ὧν κατιδεῖν ἔστι λαμπρὰ τεκμήρια τῆς τοῦ ἀνδρὸς διανοίας, καὶ τῆς ἀποστολικῆς ὀρθοτομίας, *inquit Euſebius.* Ex qua & ingenium eius viri, & rectam Apoſtolicae fidei doctrinam perſpicue licet cognoſcere; *eamque tanto ſucceſſu obtulit, ut graſſantem perſequutionem excellenti ingenio ſedaverit. Periit dudum haec Apologia, nec ex ea aliquid hodie ſupereſt, praeter breve admodum fragmentum, de nonnullis, qui a Chriſto Domino ſanati, illa adhuc aetate ſuperſtites erant, quod habet Euſebius loco citato. Praeter hanc nihil aliud ſcripto commiſit, ſaltem cuius vel leviſſima habeatur mentio. Vnde ſpiſſus patet Magdeburgenſium error,* [*quem tamen clauſis oculis abſorpſit hodiernus Profeſſor Argentoratenſis Balth. Bebelius*] *qui Euſebium voluit meminiſſe, & alterius libri a Quadrato compoſiti, qui* Syngramma *nominatur; quum tamen pueris locum Euſebianum inſpicientibus, vel primo intuitu adpareat, Euſebium ibi nomiſi de praedicta Apologia loqui. De morte Quadrati nihil conſtat, niſi quod Graeci in Menaeo ſuo referant, eum Athenis procul depulſum, primo ſaxis adpetitum, deinde igne aliiſque tormentis probatum, tandem regnante adhuc Hadriano martyrii palmam reportaſſe. Me quidem nequaquam latet, Valeſium, & ex eo alios, Quadratum noſtrum ab Epiſcopo Athenienſi diverſum eſſe contendere, duplici nixos argumento* I. *quod Euſebius lib.* III. *cap.* XXXVII. *Quadratum quemdam Propheticis donis inſtructum memoret ſine Epiſcopi titulo. Verum id nullius momenti eſt, quum non ſemper dignitatis ſuae tituli viris praeſertim illuſtribus adponantur; & Quadratus nondum Epiſcopus factus videatur eo tempore, de quo ibi loci agit Euſebius. Obiiciunt* 2. *Quadratum Apologiae Auctorem Hadriani temporibus non ſuperfuiſſe, Epiſcopum vero a Dionyſio Corinthio apud Euſebium lib.* IV. *cap.* XXIII. *tamquam ſibi coaevum, & recenter ordinatum laudari. Verum quiſquis locum iſtum Dionyſii ſerio perpenderit, eiuſmodi ſenſum nulla arte inde excudi poſſe facile agnoſcet. His adde, a noſtris partibus ſtare Hieronymum, & Graecorum Menologium; qui unum eumdemque Quadratum fuiſſe diſertim adfirmant.*

VICTOR LOLLIANVS Rhetor, qui quamquam Epheſius, monumento tamen honorificentiſſimo ab Athenienſibus dignatus eſt, adeoque in Athenienſium Album referendus quodammodo videtur, de quo, qui plura cognoſcere deſiderat, adire poteſt *Philoſtratum* in *Sophiſtis*, qui late de eo, eiuſque eruditione agit. Illud autem monumentum, apud *Sponium* in *Itinerario* exſtans, ita habet:

Digitized by Google

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗ
Λ. ΕΓΝΑΤ. ΟΥΙΚΤΩΡΑ ΛΟΛΛΙΑ
ΝΟΝ ΑΝΤΙ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΕΑΥ
ΤΟΥΣ ΕΥΝΟΙΑΣ ΤΗΣ ΤΕ ΚΗ
ΔΕΜΟΝΙΑΣ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ
ΤΟΝ ΡΗΤΟΡΑ

QVOD FELIX FAVSTVMQVE SIT.
SENATVS AREOPAGITICVS
L. EGNAT. VICTOREM LOLLIA-
NVM PRO ERGA EOS BE-
NEVOLENTIA ET CV-
RA ATHENIENSIVM
ORATOREM

Non praetereundus quoque
XANTHVS Muſicus, CCC. ante Chriſti ortum annis clarus.
XENOMEDES quoque Athenienſis fuit, & Socratis familiaris, atque auditor.

ZENO Athenienſis Sophiſta circa annum a Chriſto nato CLXXV. floruiſſe cognoſcitur.

F I N I S.

AESCHY.

Digitized by Google

AESCHYLVS
SOPHOCLES
EVRIPIDES
SIVE
DE TRAGOEDIIS EORVM
LIBRI TRES.

Digitized by Google

ILLVSTRIBVS

ORDINIBVS

VRBIS, ET PROVINCIAE

GRONINGANAE

IOANNES MEVRSIVS

DEDICO CONSECROQVE.

ILLVSTRES DOMINI,

Maximo sane in honore omni aevo AEschylum, Sophoclem, & Euripidem, habitos esse, nemo ignorat; ideoque nec probatione opus. Vnum tamen argumentum Vobis dabo, quo non clarius aliud potest. Lycurgus, ecce, legem tulit, ut Tragoediae eorum publice adservarentur; ac deinceps, non ab histrione, ut ante, sed a scriba civitatis recitarentur: ipsis vero, statuae haeneae ponerentur. Optem autem, ut Tragoedias eorum omnes haberemus; idque viri litterati magno vellent: sed haec res inanis voti est. Visum igitur, quando nihil aliud licet, superstites illarum Titulos, ut naufragii valde deplorandi tabulas, passim hic illic dissectas per Auctorum antiquorum monumenta, summo studio colligere, & conservare. Atque hoc Opus in Musarum aede dico, sub tutela nominis vestri. Vt auderem, auctor mihi V. A. Eizo Tiarda, singulare Vrbis vestrae ornamentum; qui muneribus, a Rep. sibi hactenus demandatis, honorifice est defunctus; patriaeque civem sese praestantissimum esse ostendit. Quin praeterea confirmabat hanc audaciam vester iste in Rem Litterariam animus; quem, laudato omnino exemplo, toti Orbi ostendistis, erecta illic Academia. Nihil maius poteratis, ad ornandam Provinciam vestram, aut devinciendas vobis Musas omnes, praesidemque earum Phoebum. Macti generoso hoc animo,

ILLVSTRES DOMINI,

tresque hos Tragoediae Principes, a me vobis consecratos, ut benigne accipiatis, etiam atque etiam rogo. Lugduni Bat. ad diem XI. *Ian.* CIↃ. IↃC. XIX.

AD LECTOREM.

HAbes en, benigne Lector, trium Tragoediae Graecae principum tristes reliquias. In Sophocle monitus ab amico, praeivisse virum magnum Isaacum Casaubonum, constitueram resecare; verum ubi operam utriusque nostrum comparavi, vidi facile adpariturum, meo me remigio egisse: quin plures quoque a me titulos Tragoediarum observatos. Quod si hunc laborem meum tibi gratum intellexero, animum addes Bibliothecae universae elucubrandae. Vale, ac me ama.

AESCHY-

Digitized by Google

AESCHYLVS
SIVE
DE TRAGOEDIIS EIVS
LIBER I.

DE numero Tragoediarum AEschyli non consentiunt Auctores. Anonymus in eius Vita nobis LXX. tradit. Ἐβίωσε ἔτη ξ ἑξήκοντα καὶ τρία ἔτη, ἐν οἷς ἐποίησε δράματα ϟ. καὶ ἐπὶ τούτοις σατυρικὰ ἐπὶ τὰ πέντε. *Vixit autem sexaginta & tres annos, in quibus fecit fabulas* LXX. *& super has Satyricas quinque*. Suidas XC. ait. Ἔγραψε δὲ Ἐλεγεῖα, καὶ Τραγῳδίας ρ'. *Scripsit autem Elegia, & Tragoedias* XC. Ego illas circiter C. observavi, & hic singulas recensebo.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ea hodie exstat. Acta autem illa fuit archonte Philocle, Olymp. LXXX. anno II. Testatur Anonymus in Descript. Olymp. ad illum annum. ΦΙΛΟΚΛΗΣ. Ἀθηναίοις Κορινθίοις, εἶτα καὶ Αἰγινήτας, νικῶσιν. Ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα Αἰσχύλου Ἀγαμέμνονι. *PHILOCLES. Athenienses Corinthios, deinde & AEginetas vincunt. Docta est fabula AEschyli Agamemnon.* Corruptissimus est hac de re locus apud Scholiasten poetae in argumento huius fabulae. Ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοκλέους, Ὀλυμπιάδι εἰκοστῇ ὀγδόῃ, ἔτει δευτέρῳ. *Docta est fabula archonte Philocle, Olympiade vigesima octava, anno secundo.* Restituo. Ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ, ἔτει ϛ. *Olympiade octogesima, anno s.* Primo librarius diremerat vocem, & scripserat. ὀγδόῃ εἰκοστῇ. *octava vigesima*. Inde alius dictionem utramque istam traiecit, scripsitque, εἰκοστῇ ὀγδόῃ. *Vigesima octava*. Hinc nobis mendum illud.

ΑΘΑΜΑΣ.

Athenaeus lib. VII. Καὶ τρίπουν δὲ λέβητά (φασιν) Αἰσχύλον εἰρηκέναι, ἐν Ἀθάμαντι, ἀπὸ ἁπλοῦ τοῦ πούς. *Et vero tripodem lebetem (dicunt) AEschylum dixisse in Athamante, ab simplici pes.* Hesychius. Ἀήτους, μεγάλους. Αἰσχύλος Ἀθάμαντι. *Insatiabiles, magnas. AEschylus in Athamante.* Iterum alibi. Ἀπαρτίᾳ, ἀπηρτισμένως, ἀκριβῶς. Αἰσχύλος Ἀθάμαντι. *Plene, perfecte, accurate, AEschylus in Athamante.*

ΑΙΑΣ ΛΟΚΡΟΣ.

Zenobius Cent. VI. Proverb. XIV. Τὸ κιθάρισεν, οἷον ἐμαντεύσατο. ὡς φησιν Αἰσχύλος ἐν Αἴαντι Λοκρῷ. *Verbum citharizavit, tamquam vaticinatus est: ut dicit AEschylus in Aiace Locrensi.*

ΑΙΓΥΠΤΙΟΙ.

Commemorantur ab Anonymo in Catalogo Tragoediarum Poetae huius.

ΑΙΤΝΑ.

Hesychius. Κρείττονας, τοὺς ἥρωας οὕτω λέγουσιν. δοκοῦσι δέ τινες εἶναι, διὰ τοῦτο καὶ οἱ παρίοντες τὰ ἡρῶια, σιγὴν ἔχουσι, μή τι βλαβῶσι. καὶ οἱ θεοὶ δέ. Αἰσχύλος Αἴτνᾳ. *Meliores, heroas ita vocant: videntur autem infelices quidam esse, propterea etiam praetereuntes sepulcra, silentium tenent, ne quid noceant: sed etiam hi Dii. AEschylus in AEtna.* Macrobius Saturn. lib V. cap. XIX. *AEschyli Tragoedia est, quae inscribitur AEtna. In hac, quum de Palicis loqueretur, sic ait:*

Τί δῆθεν αὐτοῖς ὄνομα τίθενται βροτοί;
Σεμνοὺς Παλίκους Ζεὺς ἐφίεται καλεῖν,
Ἢ 'ς Παλίκων εὐλόγως μένῃ φάτις;
Πάλιν γὰρ ἥκουσ' ἐκ σκότους τόδ' ἐς φάος.

Quodnam ergo ipsis nomen imposuerunt mortales?
Sanctos Palicos Iupiter permisit vocare,
An etiam Palicorum convenienter manet dictio.
Rursus enim veniunt ex tenebris hanc in lucem.

Plurali numero nominat Anonymus in eius vita, qui scribendi quoque dramatis occasionem tradit. Ἐλθὼν τοίνυν εἰς Σικελίαν, Ἱέρωνος τότε τὴν Αἴτνην κτίζοντος, ἐπεδείξατο τὰς Αἴτνας, οἰωνιζόμενος βίον ἀγαθὸν τοῖς συνοικοῦσι τὴν πόλιν. *Veniens vero in Siciliam, Hierone tunc AEtnam condente, ostendit AEtnas, augurans vitam bonam habitantibus urbem.* Sed an ibi scribendum? τὰς Αἰτναίας. *AEtnaeas.* Est ut putem. Nam, ecce, commemorantur etiam eius

ΑΙΤΝΑΙΑΙ.

Hesychius. Αἰμοί, δρυμοί. Αἰσχύλος Αἰτναίαις. *Aemi, sylvae quernae. AEschylus in AEtnaeis.* Corruptus alibi eiusdem locus. Ἀναξίαν, βασιλείαν. Αἰσχύλος Αἰτανίαις. *Regiam, regiam. AEschylus in AEtaniis.* Restituo. Αἰσχύλος Αἰτναίαις. *AEschylus AEtnaeis.* Fuerunt & aliae

aliae Tragoediae, maſculino genere inſcriptae, AITNAIOI. *AETNAEI;* una AITNAIOI ΓΝΗΣΙΟΙ. *AETNAEI GENVINI;* altera, AITNAIOI ΝΟΘΟΙ. *AETNAEI SPVRII.*

AITNAIOI ΓΝΗΣΙΟΙ.

Commemorantur ab Anonymo in Catalogo Tragoediarum.

AITNAIOI ΝΟΘΟΙ.

Laudantur ab eodem Anonymo ibidem.

ΑΛΚΜΗΝΗ.

Heſychius. Α'ποσὰς. Φυγών. Αἰσχύλος Ι'σθασθαῖς, ϗ Α'λκμήνῃ. *Abſcedens, fugiens. AEſchylus in Iſtaſthis, & Alcmena.* Sed corruptum ibi vocabulum, I'σθασθαῖς, poſtea emendabimus.

ΑΜΥΜΩΝΗ.

Ammonius de diff. voc. in γῆμαι. Καὶ Αἰσχύλος ἐν Α'μυμώνῃ·

Σοὶ μὲν γαμεῖσθαι μόρσιμον, γαμεῖν δὲ μή.

Et AEſchylus in Amymone;

Tibi quidem nubere fatale, ducere vero non.

Athenaeus lib. xv. Αἰσχύλος δ' ἐν Α'μυμώνῃ ἀντιδιαστέλλων φησί·

Κἀγώ τε τὰς σὰς βακχάρεις τε ϗ μύρα.

AEſchylus autem in Amymone diſtinguens dicit;

Et ego & tuas baccares & unguenta.

Heſychius. Θρώσκων· κυώδαλα ἐκθορίζων, καὶ σπερματίζων γυνῶν. Αἰσχύλος Α'μυμώνῃ· *Iniens; beſtias iniens, & ſemen emittens, gignens; AEſchylus in Amymone.*

ΑΡΓΕΙΟΙ.

Ita indigetatur Anonymo in Catalogo Tragoediarum. Etymologici Auctor. Ε'νηλύσια, εὐκίνητα· ϗ ἤλυσιν, τ' ἔλευσιν. Αἰσχύλος ἐν Α'ργείοις. *Enelyſia; facile mobilia; & adventum, itionem. AEſchylus in Argivis.* Corrupte apud Heſychium in Α'πόσκημμα. Αἰσχύλος Α'ργείᾳ. *AEſchylus in Argia.* Iterum in Ε'μμέλεια. Α'ργυρίοις δὲ Αἰσχύλος. *In Argentis vero AEſchylus.* Reſcribe. Αἰσχύλος Α'ργείοις. *AEſchylus in Argivis.* Et, Α'ργείοις δὲ Αἰσχύλος. *In Argivis autem AEſchylus.*

ΑΡΓΩ, ἡ ΚΩΠΕΥΣΤΗΣ.

Recenſetur ab Anonymo in Catalogo.

ΑΤΑΛΑΝΤΗ.

Habes apud Anonymum in Catalogo.

ΒΑΚΧΑΙ.

Enumerantur ab Anonymo in Catalogo.

ΒΑΣΣΑΡΑΙ.

Heſychius. Εἰλλόμβων, εἱργμῶν. Αἰσχύλος Βασσάραις. *Concluſum, incluſum. AEſchylus in Bacchis.* Commemorat quoque Anonymus in Catalogo. Et puto hanc ipſam Tragoediam eſſe, quae

ΒΑΣΣΑΡΙΔΕΣ.

Scholiaſtae Nicandri ad Theriaca. Καὶ Αἰσχύλος ἐν Βασσάρισι·

Κάρφει παλαιῷ, κἀπιβωμίῳ ψόλῳ.

Et AEſchylus in Bacchis;

Feſtuca veteri, & aras impoſita flamma.

ΓΛΑΥΚΟΣ ΠΟΝΤΙΟΣ.

Athenaeus lib. III. Α'ρσενικῶς δ' ἐν Ποντίῳ Γλαύκῳ Αἰσχύλος. *Maſculine autem in Pontio Glauco AEſchylus.* Neque ſequor magnum Caſaubonum, qui reſtituendum autumabat, ἐν Ποτνίῳ Γλαύκῳ, *in Potnienſi Glauco.* Dicam quod res eſt. Glauci duo in primis celebrantur. Vnus, qui iuxta Anthedonem piſces ſuos, guſtata herba quadam, quum in mare iterum e littore proſilire animadvertiſſet, ipſe quoque, eadem guſtata, idem fecit; unde & deus marinus habitus: alter, Siſyphi filius fuit, qui, quum equas ſuas humana carne paſceret, ipſe quoque ab illis devoratus fuit apud Potnias. A priore argumentum cepit AEſchylus Tragoediae ſuae, cui titulus: Γλαῦκος Πόντιος. *Glaucus Pontius;* ab altero eius, cui Γλαῦκος Ποτνιεύς. *Glaucus Potnienſis.* De priore ſunt Pauſaniae iſta verba in Boeoticis. Τούτων τε δὴ ἐστὶ τῇ Α'νθηδόνι μνήματα, ϗ ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ καλούμενον Γλαύκου πήδημα. εἶναι δὲ αὐτὸν ἁλιέα, ϗ, ἐπεὶ τ' ἰχθῦς ἔφαγε, δαίμονα ἐν θαλάσσῃ γενέσθαι, ϗ ἀνθρώποις τὰ ἐσόμενα ἐς τόδε προλέγειν, οἵ τε ἄλλοι πυνθάνονται ἥκοντες, ϗ οἱ τὸν θαλασσαῖον πλέοντες, πλῆσαι ἀνθρώπων ἐς τὴν Γλαύκου μαντικὴν κατὰ ἔτος ἕκαστον λέγουσι. Πινδάρῳ δὲ ϗ Αἰσχύλῳ πυνθανομένοις παρὰ Α'νθηδονίων, τῷ μὲν οὐκ ἐπὶ πολὺ ἐπῆλθεν ἆσαι τὰ ἐς Γλαῦκον. Αἰσχύλῳ δὲ ϗ ἐς ποίησιν δράματος ἐξήρκησε. *Illorumque ſane ſunt Anthedone monimenta, & apud mare adpellatus Glauci ſaltus. Fuiſſe vero illum piſcatorem, &, poſtquam herbam edit, daemonem in mari factum eſſe, & hominibus futura etiam num praedicere, alii certa putant, & mare navigantes, plurimi homines ad Glauci oraculum per ſingulos annos navigant. Pindarus vero & AEſchylus quum audiſſent ab Anthedoniis, illi quidem non multo poſt cupido inceſſit canere in Glauci laudem; AEſchylo autem & ad compoſitionem fabulae ſuffecit.* Laudat quoque Strabo lib. x. Γ'πὸ τοιῶδε πάθους ϗ ἡ ὁμώνυμος τῇ νήσῳ πόλις καταποθῆναι λέγεται, ἧς μέμνηται ϗ Αἰσχύλος ἐν τῷ Ποντίῳ Γλαύκῳ·

Εὐβοΐδα καμπτὴν (a) ἀμφὶ Κηναίῳ Διὸς
Α'κτὴν, κατ' αὐτὸν τύμβον Ἀθλίου Λίχα.

Ob talem caſum, & eiusdem nominis cum inſula urbs abſorpta fuiſſe dicitur, cuius meminit & AEſchylus in Pontio Glauco;

Eu-

(a) MSS. καμπήν.

Digitized by Google

Euboicam curvaturam ad Cenaei Iovis
Ripam, circa ipſam tumbam miſeri Lichae.

De altero, ecce iſta ſunt eiusdem Strabonis lib. IX. Εἴ͵ϛι δὲ κ᾽ Δίρκη κρήνη, κ᾽ Πότνιαι, ἐφ᾽ ὧν μυθεύεται τὰ περὶ τὴν Ποτνιέα Γλαῦκον, τ᾽ διασπασθέντα ὑπὸ τ᾽ Ποτνιάδων ἵππων τῆς πόλεως πλησίον. *Eſt vero etiam Dirce fons, & Potniae, de quibus fabulatur de Potnienſi Glauco, diſtracto ab Potnienſibus equis prope urbem.* Ergo, ut Glauci iſti duo, ita quoque de nomine eorum Tragoediae AEſchylo duae factae (a); unaque inſcripta, ΓΛΑΥΚΟΣ ΠΟΝΤΙΟΣ, *GLAVCVS PONTIVS*, de qua iam dictum: altera,

ΓΛΑΥΚΟΣ ΠΟΤΝΙΕΥΣ.

Eius meminit Schol. Ariſtophanis ad Ranas. Τὸ δὲ, ἐφ᾽ ἅρματ@ γὰρ ἅρμα, ἐκ Γλαύκου Ποτνιέως Αἰσχύλου. *Illud autem, ſuper currum enim currus, ex Glauco Potnienſi AEſchyli.* Et mox. Ταῦτα δὲ παρὰ τὰ ἐν Γλαύκῳ Ποτνιεῖ Αἰσχύλου. *Haec vero iuxta illa, quae in Glauco Potnienſi AEſchyli.* Vbi priore quidem loco reſpexit ſine dubio illos ex iſta Tragoedia verſus, quos ſervavit nobis Scholiaſtes Euripidis ad Phoeniſſas. Ἄξονές τ᾽ ἐπ᾽ ἄξοσι. κ᾽ παρ᾽ Αἰσχύλῳ ἐν Γλαύκῳ·

Ἐφ᾽ ἅρματ@ γὰρ ἅρμα, κ᾽ νεκρῷ νεκρὸς,
Ἵππoι δ᾽ ἐφ᾽ ἵππους ἦσαν ἐκτεφευγμενοι.

Axeſque ſuper axes: & apud AEſchylum in Glauco;

Super currum enim currus, & mortuum mortuus.
Equi autem ſuper equos erant elapſi.

Meminit huius quoque Tragoediae Anonymus in Olymp. Deſcript. Olympiad. LXXVI. anno IV. Αἰσχύλ@ Τραγῳδὸς ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποτνιᾷ, Προμηθεῖ. *AEſchylus Tragoedus vicit Phineo, Perſis, Glauco Potnienſi, Prometheo.* Eadem etiam Scholiaſtes Poetae in Argumento Perſarum. Commemoratur item AEſchyli Γλαῦκ@, ſed incertum Πόντι@, an Ποτνιεὺς, apud Schol. Theocriti Idyll. IV. Τὺς Σατύρους οἱ πλείονές φασιν, ὡς καὶ τὺς Σειληνὺς, κ᾽ Πᾶνας, ὡς Αἰσχυλ@ μὲν ἐν Γλαύκῳ, Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀνδρομέδᾳ. *Satyros plures dicunt, ut etiam Silenus, & Panes; ut AEſchylus quidem in Glauco, Sophocles autem in Andromeda.* Itidem apud Schol. Pindari Pyth. Od. I. Περὶ ἃ κ᾽ Αἰσχύλος φησὶν ἐν Γλαύκῳ·

Καλοῖσι λυτροῖς ἐκλέλυμαι μὲν δέμας,
Ἐς ὑψήκρημνον Ἰμέραν δ᾽ ἀφικόμην.

De quo & AEſchylus dixit in Glauco;

Bonis lavacris ablutus ſum quidem corpore,
In alta praecipitia habentem Humerum perveni.

ΔΑΝΑΗ.

Heſychius. Καθαίρομαι γῆρας, ἐκδύομαι. Αἰ-

A σχύλ@ Δανάῃ. *Everto ſenectam, exuo. AEſchylus in Danae.* Niſi quis legendum exiſtimet, Αἰσχυλ@ Δαναΐσι. *AEſchylus in Danaidibus.* Nam erat inter Tragoedias eius,

ΔΑΝΑΙΔΕΣ.

Scholiaſtes Pindari Pyth. Ode III. Αἰσχύλ@ Δαναΐσι·

Κἄπειτα δ᾽ ἐσὶ λαμπρὸν ἡλίυ φάϛ@,
Ἑως ἐγείρῃ εὐμενεῖς τὺς νυμφίυς,
Νόμοισι θέντων· σὺν κόροις τε κ᾽ κόραις.

B *AEſchylus in Danaidibus;*

Et poſtquam autem venit ſplendidum ſolis lumen,
Donec ſuſcito benevolos ſponſos,
Prout legibus conſtitutum erat, cum iuvenibus, & virginibus.

Athenaeus lib. XIII. Καὶ ὁ σεμνότατ@ δ᾽ Αἰσχύλ@ ἐν ταῖς Δαναΐσιν αὐτὴν παράγ[illegible] τ᾽ Ἀφροδίτην λέγουσαν·

Ἐρᾷ μὲν ἀγνὸς οὐρανὸς τρῶσαι χθόνα.
Ἔρως δὲ γαῖαν λαμβάν[illegible] γάμυ τυχεῖν·
C Ὄμβρ@ δ᾽ ἀπ᾽ εὐνάεντ@ οὐρανῦ πεσὼν
Ἔκυσε γαῖαν, ἡ δὲ τίκτεται βροτοῖς
Μηλων τε βοσκὰς, κ᾽ βίον Δημήτριον.
Δένδρων δέ τις ὥρα ἐκ νοτίζοντ@ γάμυ
Τέλειός ἐσι, τ᾽ δ᾽ ἐγὼ παρεῖτι@.

Et graviſſimus autem AEſchylus in Danaidibus ipſam inducit Venerem dicentem;

Terram penetrare liquidum coelum
Peroptat, & terra illis frui nuptiis;
A puro coelo lapſa pluvia
Terram foecundat, ut pariat mortalibus
Pecudum paſcua & Cereales fruges.
Humidis his ipſis nuptiis pulcritudo arborum
Perficitur, horum omnium ego cauſa & autor ſum.

ΔΙΚΤΥΟΥΛΚΟΙ.

AElianus Hiſt. Anim. lib. VII. cap. XLVII. Καὶ μέμνηται Εὐριπίδης ἐν Πελιάσι τῦ ονόματ@, καὶ Αἰσχύλ@ ἐν Ἀγαμέμνονι, καὶ Δικτυλκοῖς. *Et meminit Euripides in Peliadibus nominis, & AEſchylus in Agamemnone, & Retiariis.* Heſychius. Θοινᾶσθαι, εὐωχεῖσθαι. Αἰσχύλ@ Δικτυλκοῖς. Θοινᾶσθαι, *epulari, epulum praebere. AEſchylus in Retiariis.* Puto eamdem omnino eſſe, quae aliis nuncupatur,

ΔΙΚΤΥΟΥΡΓΟΙ.

Pollux lib. VII. cap. X. Ὕφασμα δέ ἐσι λεπτὸν, εὐυφὲς, ἰσχνὸν, ευήτριον, εὔπλοκον. τὸ δὲ εὐήτριον, ἐν Δικτυουργοῖς Αἰσχύλ@, εἰ κ᾽ μὴ ἐπὶ ἐσθῆτ@, ἀλλ᾽ ὃν εἰρηκε·

F ——— δικτύυ δ᾽ εὐήτρια.

Tela autem eſt tenuis, bene texta, exilis, textilis,

(a) *Rutgerſius Var. Lect. lib. II. AEſchylus in Tragoedia* Ποντίῳ Γλαύκῳ *non ab Euripidis Scholiaſte modo, & Auctore Arati vitae, ſed a Strabone quoque laudatur, & Athenaeo. Nam quod* ὁ παντεχνήμων *Is. Caſaubonus eam Tragoediam uſquam citari negat, immenſam illam memoriam ſuam non advocarat, e qua vir ille divinus, dum vixit, in dies tamquam ex Amaltheae Cornu omnis eruditionis theſauros depromſit.* Atque ita quidem ille. Vt profecto AEſchylum Pontii Glauci hiſtoriam carminibus tradidiſſe ex verbis *Pauſaniae* a Meurſio citatis ſatis liquet, & eamdem Fabulam videtur innuere in *Phocicis Cap. IV.* Praeterea non leve momentum adſert Ciceronis Πόντι@ Γλαῦκ@, poematium, quod adoleſcens edidit, teſte Plutarcho in eius Vita. Forte AEſchyli drama in Latinam linguam tranſtulit, uti Arati Phaenomena adoleſcens vertit, vel ad AEſchyli imitationem id compoſuit Tullius, quae quidem *Scherpezeelius* obſervabat. Πόντι@ vero Glaucus, hoc eſt *Marinus* deinde appellatus eſt, ut docet Mnaſeas apud *Athenaeum Lib. VII.* & ex eo *Euſtathius* ad *Iliadem* β'. quod fuerit ναυτικὸς & κολυμβητὴς ἀγαθὸς.

Digitized by Google

tilis, bene plicata. Textile vero, in Retium opificibus AEſchylus, & non de veſtitu, ſed igitur dixit,

——— *retis vero textilia.*

Ita illum locum reſtituo, ubi hodie non recte vulgatur; ἐν Δικτυουργικοῖς Αἰσχύλος *In Retium opificiis AEſchylus*. Inſcribitur etiam Δικτυουργοί. *Retium opifices*; ab Anonymo in Catalogo.

ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΤΡΟΦΟΙ.

Scholiaſtes Euripidis in Argumento Medeae. Αἰσχύλος δ' ἐν ταῖς τοῦ Διονύσου τροφοῖς ἱστορεῖ, ὅτι καὶ τὰς Διονύσου τροφοὺς μετὰ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν ἀνεψήσασα, ἐνεοποίησε. *AEſchylus autem in Bacchi nutricibus narrat; quod & Bacchi nutrices cum illarum viris recoquens, renovarit.*

ΕΚΤΟΡΟΣ ΛΥΤΡΑ.

Anonymus in eius Vita. Ἐν δὲ δὴ τοῖς Ἕκτορος Λύτροις Ἀχιλλεὺς ὁμοίως ἐγκεκαλυμμένος οὐ φθέγγεται, πλὴν ἐν ἀρχαῖς ὀλίγα πρὸς Ἑρμῆν ἀμοιβαῖα. *Sane autem in Hectoris Redemtionis pretiis Achilles ſimiliter tectus non loquitur, ſed in principiis pauca ad Mercurium alterna.* Vide infra in ΦΡΥΓΕΣ.

ΕΛΕΥΣΙΝΙΑΙ.

Heſychius. Αἰξήσω, διακονήσω, ὑπουργήσω. Αἰσχύλος Ἐλευσινίαις. Αἰξήσω, *miniſtrabo, famulabor, ſubſerviam. AEſchylus in Eleuſiniis.* Non temere dixero, eamdem eſſe, quae aliis inſcribitur genere maſculino,

ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΙ.

Nam video plures etiam noſtri Tragoedias eadem facie. Ita ſupra, Αἰτναῖαι, & Αἰτναῖαι. Infra, Περραιβοὶ, & Περραιβίδης. Ita laudat Plutarchus in Theſeo. Καταμαρτυροῦσι δὲ τῶν Εὐριπίδου Ἱκετίδων οἱ Αἰσχύλου Ἐλευσίνιοι, ἐν οἷς καὶ ταῦτα λέγων ὁ Θησεὺς πεποίηται. *Teſtantur autem cum Euripidis ſupplicibus AEſchyli Eleuſinii, in quibus & illa dicens Theſeus introducitur.* Neque aliter commemorat Anonymus in Catalogo.

ΕΛΛΑΔΙΟΣ.

Harpocration in Μαλακίζομεν. Αἰσχύλος Ἑλλαδίῳ·

——— κεκμῆτι μαλακίων ποδί.

AEſchylus in Helladio;

——— *laſſo molliculus pede.*

ΕΠΙΓΟΝΟΙ.

Scholiaſtes Pindari Iſthm. Od. VI. Καθὰ καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἐπιγόνοις·

Λοιβαὶ Διὸς μὲν πρῶτον ὡραίου γάμου,
Ἥρας τε.

(a) Editio Amſtelaedamenſis anni 1707.
Ὄρια δ' ἔργαν' ἴχοντα.
Montana inſtrumenta habenem.

A εἶτα,

Τὴν δευτέραν γε κρᾶσιν ἥρωσι νέμω.

εἶτα τρίτον,

——— Διὸς Σωτῆρος εὐκταίαν λίβα.

Sicut etiam AEſchylus in Epigonis;

Libationes Iovis quidem primum tempeſtivi matrimonii,
Iunoniſque.

deinde,

Secundam mixtionem heroibus tribuo.

dein tertio,

——— *Iovis Seruatoris optabilem rorem.*

Commemorat item Anonymus in Catalogo.

ΕΠΤΑ ΕΠΙ ΘΗΒΑΙΣ.

Exſtant.

ΕΥΜΕΝΙΔΕΣ.

Exſtant.

ΕΥΡΩΠΗ, Ἢ ΚΑΡΕΣ.

Stephanus in Μύλασα. Λέγεται καὶ Μύλας, ὡς Αἰσχύλος ἐν Καρσὶν, ἢ Εὐρώπῃ. *Dicitur etiam Mylas, ut AEſchylus in Caribus, ſive Europa.* Laudatur quoque ab Anonymo in Catalogo; & Stobaeo Serm. XLIX.

ΗΔΩΝΟΙ.

Strabo lib. X. Τῆς μὲν ἐν Κότυος τῆς ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς Αἰσχύλος μέμνηται· εἶπεν γάρ·

Σεμνὰ Κότυς ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς,
Ὄρια τ' ἔργον ἔχοντα (a).

τὰς περὶ τὸν Διόνυσον εὐθέως ἐπιφέρει·

Ὁ μὲν ἐν χερσὶ βόμβυκας ἔχων τόρνευ κάμματος δακτυλόδεικτον,
Πίμπλησι μέλος, μανίας ἐπαγωγὸν ὁμοκλάν.
Ὁ δὲ χαλκοθέοις κοτύλαις ὀτοτοῖ.

Καὶ πάλιν·

Ψαλμὸς δ' ἀλαλάζει·
Ταυρόφθογγοι δ' ὑπομηκῶνται πόθεν
Ἐξ ἀφανοῦς φοβέριοι κίμβοι, τυμπάνου δ' ἐχώ,
Ὥσθ' ὑπογαίου βροντῆς φέρεσθαι βαρυταρβής.

Itaque Cotyis quidem meminit in Edonis AEſchylus; dicit enim;

Veneranda Cotys in Edonis,
Terminique operoſi.

Illos qui circa Bacchum ſunt ſtatim inducit;

Hic quidem in manu tibias habens torni opus, digitis modulatum
Implebant melos, quod furorem adliceret.
Hic vero aeratis ſtrepit cymbalis.

Et rurſum;

Pſalmus autem reſonat;
Boumque mugitus aemulae voces reboant aliunde
Ex operto terribile: tympani autem echo,
Tamquam ſubterranei tonitru fertur turbulenta.

Athenaeus lib. XI. Καὶ τὰ κύμβαλα δ' Αἰσχύλος ἐν Ἠδωνοῖς κοτύλας εἴρηκεν. *Et cymbala autem AEſchylus in Edonis cotylas dixit.* Erotianus. Ἴκταρ, ἐίγυς, παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς· ὡς καὶ Αἰ-

Sed *Barthius* ad *Statium Theb.* III. ἴχνσω legendum putat, & recte, ut videtur.

Digitized by Google

καὶ Αἰσχύλος ἐν Εὐμενίσι φησί·

Χαίρετ' Ἀττικὸς λεὼς,
Ἵκταρ ἥμενοι Διός.

μέμνηται ὁ αὐτὸς τ' λέξεως καὶ ἐν Ηδωνοῖς. Ἵκταρ, *prope apud Atticos; ut & AEſchylus in Eumenidibus ait;*

Laetamini Attici cives,
Prope ſedentes Iovem.

meminit ipſe vocabuli etiam in Edonis. Heſychius. Ἄδασμος, ἀδένα δασμὸν ἐκτελοῦσα, οἷον τελοῦσα, ἐνοίκιον. Αἰσχύλος Ηδωνοῖς. Ἄδασμος, *nullum vectigal pendens, prout ſolvens penſionem habitationis. AEſchylus in Edonis.* Ita reſtituo iſtum locum. Nam perperam hodie eſt in vulgatis. ἀδένα δεσμὸν τελοῦσα. *Nullum vinculum perficiens.* Iterum. Αἰγίζειν, διασπᾶν, ἐκ μεταφορᾶς, παρ' ὃ καὶ τὸ αἰγίζεσθαι, ἀπὸ τῶν καταιγίδων. Αἰσχύλος. ὁ δ' αὐτὸς ἐν Ηδωνοῖς καὶ τὰς νευρίδας οὕτω λέγει. Αἰγίζει, *dilacerare, per metaphoram, a quo etiam verbum* αἰγίζεσθαι, *diſſipari ab procellis. AEſchylus: ille autem ipſe in Edonis & nervos ita dicit.* Meminitque rurſum in Ἀμφίδρομος, & Ἄοσια. Occurrit item apud Schol. Ariſtoph. in Avibus, & Suidam in Αἰγίζει, & Μυσόμαντις.

ΗΛΙΑΔΕΣ.

Athenaeus lib. x. Τούτῳ ὅμοιόν ἐστι τὸ ἀνιαρέστερον, καὶ τὸ ἐν Ἡλιάσιν Αἰσχύλου·

——— ἀφθονεστέραν λίβα.

Huic ſimile eſt moeſtius & quod in Heliadibus AEſchyli;

——— *copioſiorem laticem.*

Et lib. xi. Καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἡλιάσιν. *Et AEſchylus in Heliadibus.* Meminit etiam Anonymus in Catalogo. Ac fortaſſe corrigendus Scholiaſtes Sophoclis Oed. Col. Καὶ ἐν Ἡλιάσιν Αἰσχύλος·

——— ῥιπαὶ μὲν δὴ πατρός.

Et in Heliadibus AEſchylus;

——— *iactus quidem ſane patris.*

Hodie editur. Ἐν Ἰλιάσιν Αἰσχύλος. *In Iliadibus AEſchylus.* Nihil tamen temere pronunciaverim. Poteſt Tragoedia AEſchyli fuiſſe Ἰλιάδες, quemadmodum Euripidis Τρωάδες.

ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΙ.

Heſychius. Ἀμφιμήτριοι, οἱ ἐκ πολλῶν μητέρων γεγονότες ἀδελφοί. Αἰσχύλος Ἡρακλείδαις. Ἀμφιμήτριοι, *ex multis matribus nati fratres AEſchylus in Heraclidis.* Iterum alibi. Ἐπιγλώσσω, ἐποιωνίζω διὰ γλώττης. Αἰσχύλος Ἡρακλείδαις. Ἐπιγλώσσω, *fauſtum omen praebe lingua. AEſchylus in Heraclidis.* Citatur etiam apud Stobaeum Serm. cxxi.

ΘΑΛΑΜΟΠΟΙΟΙ.

Pollux lib. vii. cap. xxxvii. Καὶ Λέσβιον ᾠδὴν, καὶ ἐκφάτνωμά τε, καὶ κύνημα, μέρη, ἔργων ἐν Αἰσχύλου Θαλαμοποιοῖς·

——— ἀλλ' ὁ μέν τις Λέσβιον, ἐκφάτνωμά τ', ἢ
Κύνημα, τριγώνοις ἐμπεραινέτω ῥυθμοῖς.

Et Lesbium vero, & laqueare, & cynema, partes ſunt operum in AEſchyli Thalamum fabricantibus;

——— *ſed hic quidem Lesbium, laquearque, aut*
Cynema, triplicibus peragat rhythmis.

ΘΕΩΡΟΙ, ἢ ΙΣΘΜΙΑΣΤΑΙ.

Corrupta haec Ἐπιγραφὴ apud Anonymum in Catalogo. Θεόδωροι, ἢ Ἰσομοιασταί. *Theodori, ſeu Iſomoeaſtae.* Emenda. Θεωροὶ, ἢ Ἰσθμιασταί. *Spectatores, ſeu Iſthmiaſtae.* Heſychius. Ἴαμβος. Αἰσχύλος Θεωροῖς ἢ Ἰσθμιασταῖς. *Iambus. AEſchylus in Spectatoribus, ſeu Iſthmiaſtis.* Laborat in poſteriore titulo alibi ille ipſe Heſychius. Ἀποσὰς, φυγών. Αἰσχύλος * Ἰσθάσας, καὶ Ἀλκμήνῃ. Ἀποσὰς, *abſcedens, fugiens. AEſchylus in Iſthaſtis, & Alcmena.* Reſtituo etiam titulum priorem fugitivum, & poſteriorem emendo. Αἰσχύλος Θεωροῖς, ἢ Ἰσθμιασταῖς, καὶ Α'. *AEſchylus in Spectatoribus, ſeu Iſthmiaſtis, & A.* Athenaeus priorem dumtaxat titulum nominat lib. xiv. Μνημονεύει Αἰσχύλος ἐν Θεωροῖς·

Καὶ μὴν παλαιῶν τῶν δέ σοι σκοπευμάτων.

Meminit AEſchylus in Spectatoribus;

Quin etiam veterum horum tibi ſcopeumatum.

ΘΡΗΣΣΑΙ.

Scholiaſtes Sophoclis ad Aiacem. Τὸ δὲ τῶν αἰχμαλώτων, κηδεμονικὸν μὲν, ὡς Αἰσχύλος ἐν Θρήσσαις, ἀκριβὲς μὲν, εὐπρόσωπον. *Captivorum autem, accuratum quidem, ut AEſchylus in Threſſis, non quidem, ſpecioſum.* Heſychius. Ἀγαῖς, ζηλώτεσιν. Αἰσχύλος Θρήσσαις. Ἀγαῖς, *aemulationibus. AEſchylus in Threſſis.* Laudat quoque Anonymus in Catalogo.

ΙΕΡΕΙΑΙ.

Heſychius. Κασωλάβα, οἱ μὲν πόλις, οἱ δὲ κώμη. Αἰσχύλος Ἱερείαις. Κασωλάβα, *hi quidem urbs, illi vero vicus; AEſchylus in Sacerdotibus.* Euſtratius ad Ariſtotelis Ethic. lib. iii. cap. i. Δοκεῖ γὰρ Αἰσχύλος λέγειν μυστικά τινα, ἔν τε ταῖς Τοξοτίσι καὶ Ἱερείαις. *Videtur enim AEſchylus dicere myſtica quaedam, & in ſagittariis, & ſacerdotibus.* Schol. Sophoclis Oed. Col. Ὡς καὶ ἐν Ἰφικλείᾳ φησὶ, καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἱερείαις. *Sicut & in Iphiclia dicit, & AEſchylus in Sacerdotibus.* Macrobius Saturn. lib. v. capit. xxii. *Sed adfirmo doctiſſimum Vatem etiam in hoc AEſchylum, eminentiſſimum tragoediarum ſcriptorem, ſequutum: qui in fabula, quae Latina lingua,* SACERDOTES *inſcribitur, ſic ait.*

Στέλλειν ὅπως τάχιστα, ταῦτα γὰρ πατὴρ
Ζεὺς ἐγκαθίζει Λοξίᾳ θεσπίσματα.
Mittere quam citiſſime, haec enim pater
Iupiter emiſit Loxiae oracula.

Et alibi.

Πατρὸς προφήτης ἐστὶ Λοξίας Διός.
Patris prophetа eſt Loxias Iovis.

Digitized by Google

ΙΚΕΤΙΔΕΣ

Exſtant.

ΙΛΙΑΔΕΣ.

Vide ſupra Η'λιάδες.

ΙΞΙΩΝ.

Heſychius. Ι'ερέτι, καθαρμοῦ δεομένῳ, ἱκέτιν. Αἰσχύλῳ Ι'ξίονι. *Hiereitin, purgationis egenam, ſupplicatricem. AEſchylus Ixione.* Commemoratur item ab Anonymo in Catalogo.

ΙΣΘΜΙΑΣΤΑΙ.

Vide ſupra in Θεωροί.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Laudatur ab Anonymo in Catalogo. Meminitque Euſtratius ad Ethic. lib. III. cap. I. Δοκεῖ γὰρ Αἰσχύλῳ λέγειν μυϛικά τινα, ἔν τε τοῖς Τοξοτίσι, καὶ Ι'ερέαις, καὶ ἐν Σισύφῳ Πετροκυλιϛῇ, καὶ ἐν Ι'φιγενείᾳ. *Videtur enim AEſchylus dicere myſtica quaedam, & in Sagittariis, & Sacerdotibus, & in Siſypho Petram volvente, & in Iphigenia.*

ΚΑΒΕΙΡΟΙ.

Athenaeus lib. x. Καὶ τὸν Αἰσχύλον ἐγὼ φαίλῳ ἂν τοῦτο διαμαρτάνειν. πρῶτος γὰρ ἐκεῖνος, καὶ οὐχ ὡς ἔνιοί φασιν, Εὐριπίδης, παρήγαγε τὴν τῶν μεθυόντων ὄψιν. ἐν γὰρ τοῖς Καβείροις εἰσάγει τοὺς περὶ τὸν Ι'ασονα μεθυόντας. *Et AEſchylum ego dicerem illud adſequi non poſſe. Primus enim ille, & non, ut alii aiunt, Euripides, produxit ebriorum ſpectaculum. In Cabiris enim inducit Iaſonis comites ebrios.* Corruptus Pindari Scholiaſtes Pyth. Od. IV. Πάντας Σοφοκλῆς ἐν ταῖς Λημνιάσι τῷ δράματι καταλέγει, τοὺς εἰς τὸ Α'ργῶον εἰσελθόντας σκάφος, καὶ Αἰσχύλος ἐν Κιβήραις. *Omnes Sophocles in Lemniadibus fabula recenſet, qui in Argo navem ingreſſi ſunt, & AEſchylus in Ciberis.* Reſcribo. Καὶ Αἰσχύλος ἐν Καβείροις. *Et AEſchylus in Cabiris.*

ΚΑΛΛΙΣΤΩ.

Heſychius. Πανίας βήσσας, ὡς ἀπὸ τοῦ Πανός. Αἰσχύλῳ Καλλιϛοῖ. *Panicos ſaltus, tamquam ab Pane. AEſchylus in Calliſto.* Recenſetur etiam ab Anonymo in Catalogo.

ΚΑΡΕΣ, ἢ ΕΥΡΩΠΗ.

Vide ſupra in Εὐρώπη.

ΚΕΡΚΥΩΝ.

Pollux lib. x. cap. XLV. Εἶεν δ' ἂν καὶ ἀμφωτίδες τοῖς ἐνωτίοις πέλας, ἐν Κερκύωνι Αἰσχύλου. *Sunt etiam orae anſis ſimiles in Cercyone AEſchyli.* Heſychius. Α'μβωνες, αἱ προσαναβάσεις τῶν ὀρῶν, Αἰσχύλος Κερκύωνι. *Ambones Faſtigia montium, adſcenſus montium. AEſchylus in Cercyone.* Iterum alibi. Α'τίσεις, ἀτιμάσεις. Αἰσχύλος Κερκύωνι. *Atiſeis, damnationes ignominioſas. AEſchylus in Cercyone.* Meminit etiam Anonymus in Catalogo. Sed plena fabulae inſcriptio erat, Κερκύων Σατυρικός. *Cercyon Satyricus.* Ecce apud eumdem Heſychium. Α'πεψύχη, ἀπεπνευματίσθη. Αἰσχύλος Κερκύωνι Σατυρικῷ. Α'πεψύχη, *vento inflatus eſt. AEſchylus in Cercyone Satyrico.* Sic poſtea alio quodam loco. Εὐληματεῖ, λήματος καὶ ἀνδρείας εὖ ἔχει. Αἰσχύλος Κερκύωνι Σατυρικῷ. *Animoſus eſt, animum praeſentem & fortitudinem habet. AEſchylus in Cercyone Satyrico.*

ΚΗΡΥΚΕΣ.

Commemorantur ab Anonymo in Catalogo. Meminit item Pollux lib. IX. cap. VIII. Φαῦλον γὰρ τὸ λογάζειν, ἐν τοῖς Κήρυξι τοῦ Αἰσχύλου. *Sordidum enim eſt prolongare, in Praeconibus AEſchyli.* Fuiſſe autem drama illud Satyricum, docet idem lib. x. cap. XIX. Εἴρηται τοὔνομα ἐπὶ ἀμφοτέρων ἐν Σατυρικῷ δράματι, Κήρυξι τοῖς Αἰσχύλου. *Dicit nomen de utriſque in Satyrica fabula, Praeconibus AEſchyli.* Itaque plena inſcriptio erat, ΚΗΡΥΚΕΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΙ. *PRAECONES SATYRICI.* Occurrit apud eumdem eodem libro capit. XLIX. Φαίης δ' ἂν καὶ σισύραν, Αἰσχύλου ἐν Κήρυξι Σατυρικοῖς λέγοντος.

Καὶ τ' σισύρας τ' λεοντίας.

Dicis autem etiam ſiſyram, AEſchylo in Praeconibus Satyricis dicente;

Et ſiſyrae leoninae.

Eiusdem generis fuit etiam,

ΚΙΡΚΗ ΣΑΤΥΡΙΚΗ.

Heſychius. Ζυγώσω, δαμάσω, κλείσω, καθέξω. Αἰσχύλος Κίρκῃ Σατυρικῇ. *Claudam, ſubigam, occludam, detinebo. AEſchylus in Circe Satyrica.* Male apud Anonymum in Catalogo inſcribitur haec fabula, Κιρκοι Σατυρικοί. *Circi Satyrici.* Reſtitue. Alibi ſimpliciter Κίρκη, *Circe,* laudatur ab eodem Heſychio. Αὐτόφορβος, αὐτοφάγος. Αἰσχύλος Κίρκῃ. *Autophorbos ſe vorans. AEſchylus in Circe.*

ΚΡΗΣΣΑΙ.

Athenaeus lib. II. Καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Φρυξὶν ἐωὶ τοῦ Ε'κτορος.

Α'νὴρ δ' ἐκεῖνος ἦν πεπαίτερος μόρων.

Ε'ν Κρησσαις δ' κατὰ τῆς βάτου·

Ληκοῖς τε γὰρ μόροισι, καὶ μελαγχύμοις,

Καί μιλτοπρέποις βρίθεται ταὐτοῦ χρόνου.

Et apud AEſchylum in Phrygibus de Hectore;

Vir autem ille erat maturior moris.

In Creſſis autem de rubo;

Albis enim moris, & nigro ſucco plenis,

Et rubentibus tument negotia ipſius temporis,

ΠΛΥΝΤΡΙΑΙ.

Pollux lib. VII. cap. XII. Καὶ ὁ ἐπενδύτης ἐσὶν ᾧ τῇ τῶν πολλῶν χρήσει. ὅσις βούλοιτο καὶ τούτῳ τῷ ὀνόματι βοηθεῖν φαύλῳ ὄντι, λεκτέον αὐτὸ ἐκ τῶν Σοφοκλέους Πλυντριῶν·

Πέπλους κτενίσας, λινοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας.

Et amiculum apud multos uſitatum eſt; quicum-

Digitized by Google

cumque etiam huic nomini ſuccurrere vellet ſordido alioquin, ſumendum eſt illud ex Sophoclis Lotricibus;

Peplos pectens & amicula linea.

ΠΟΙΜΕΝΕΣ.

Erotianus. Πέλον, ὑπόφαιον. ἀγνοῦντες δέ τινες γράφουσι πέλιον, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ποιμέσι καὶ ἐν Ἀμφιαράῳ φησί·

Κυνὸς, πελίης τε μηκάδος βοὸς ῥινόν.

Nigrum, ſubnigrum: ſed ignari quidam ſcribunt πέλιον, (*nigrum*) *ut & Sophocles in Paſtoribus & in Amphiarao dicit;*

Canis, nigraeque caprae, bovis cutem.

Stephanus in Γραικός. Γραῖκες δὲ παρὰ Ἀλκμᾶνι, αἱ τῶν Ἑλλήνων μητέρες. καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ποιμέσιν. *Graeces autem apud Alcmanem, Graecorum matres: & apud Sophoclem in Paſtoribus.* Sextus Empiricus Contra Mathem. lib. I. cap. XVII. Οὔτε γὰρ ἐκ τέχνης τινὸς μεμαθήκασιν, ὅτι οἱ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ Ποιμένες ἰὼ βαλὴν λέγοντες, ἰὼ βασιλεῦ λέγουσι Φρυγιστὶ, ἀλλὰ παρ' ἄλλων ἀκούσαντες. *Non enim ex arte quadam didicerunt, quod Paſtores apud Sophoclem io balen dicentes, io rex dicunt Phrygie, ſed ab aliis audientes.* Reſpexit extra controverſiam hanc Poetae noſtri fabulam Iſaacius Tzetzes ad Lycophronem. Ἱστορεῖ δὲ ὁ Σοφοκλῆς ἐν Ποιμέσιν, ὑπὸ τοῦ Ἕκτορος ἀναιρεθῆναι τὸν Πρωτεσίλαον. *Narrat autem Sophocles in Paſtoribus ab Hectore occiſum eſſe Proteſilaum.* Etymologici Auctor in Ἐχθές. Οὐ μάχεται τὸ ψό ἐν Ποιμέσι Σοφοκλέους ἐπίφθεσμα γάρ. *Non pugnat* vocula *pſo in Paſtoribus Sophoclis, acclamatio enim.* Laudat quoque Athenaeus lib. VII. & XIII. Heſychius in Βερέκυντα, & Φοινικίοις· item Harpocration in Ναννίον.

ΠΟΛΥΕΙΔΟΣ.

Heſychius. Ἀνταίας, πολεμίας, ἐχθρᾶς. Σοφοκλῆς Πολυείδῳ. *Adverſas, bellicas, inimicas. Sophocles in Polyido.* Iterum in Ἀραῖον. Καὶ κατ' εὐχῆς. Σοφοκλῆς Πολυείδῳ. *Et per precationem. Sophocles in Polyido.* Porphyrius περὶ ἀποχῆς lib. II. Καὶ Σοφοκλῆς διαγραφων τὴν θεοφιλῆ θυσίαν φησὶ ἐν τῷ Πολυείδῳ·

Ἦν μὲν γὰρ οἰὸς μαλλὸς, ἦν δὲ κ' ἀμπέλου
Σπονδή τε καὶ ῥάξ εὖ τεθησαυρισμένη.
Ἔνην δὲ παγκάρπεια συμμιγὴς ὅλαις,
Λίπῳ τ' ἐλαίας, καὶ τὸ ποικιλώτατον
Ξανθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον.

Et Sophocles deſcribens Deo gratum ſacrificium ait in Polyido;

Nam erat quidem ovis vellus, ſed etiam erat vitis
Libatioque & acinus uvae bene ſervatus.
Inerat vero omnis fructus commixtio,
Adepſque olivae, & variegatum
Flavae apis cera fictum opus.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

Scholiaſtes Apollonii lib. II. Νύχθ' ὑπὸ λυγαίῃ, τὴν σκοτεινὴν, ἀπὸ τοῦ λύγου τοῦ φυτοῦ. καὶ γὰρ ἐνεῖνο μέλαν, καὶ ἴ ἐνιαυτὸν λυκάβαντα, οἱονεὶ λυγάβαντα. ἐπεὶ μετὰ λύσης βαίνῃ. Σοφοκλῆς Πολυξένῃ·

Ἀπ' αἰθέρος δὲ καπὸ λυγαίου νέφους.

Noctem ſubobſcuram, tenebroſam, a vitiginea ſtirpe. Nam & illa nigra. Et annum λυκάβαντα, *quaſi* λυγάβαντα, *quia cum caligine incedit. Sophocles in Polyxena;*

Ab aethere autem, & ab obſcura nube.

Harpocration in Ἠκρωτηριασμένοι. Οἱ γὰρ λυμαινόμενοί τινας, εἰώθασι περικόπτειν αὐτῶν τὰ ἄκρα, ὡς καὶ Σοφοκλῆς Πολυξένῃ. *Qui enim contundunt aliquos, ſolent praecidere illorum ſumma membra, quemadmodum & Sophocles in Polyxena.* Strabo lib. X. Ὁ δ' ὃν Σοφοκλῆς ποιήσας τὸν Μενέλαον ἐκ τῆς Τροίας ἀπαίρειν στεύδοντα ἐν τῇ Πολυξένῃ, τὸν δ' Ἀγαμέμνονα μικρὸν ὑπολειφθῆναι βυλόμενον, τῇ ἐξιλάσασθαι τὴν Ἀθηνᾶν χάριν, εἰσάγει λέγοντα τὸν Μενέλαον,

Σὺ δ' αὖθις μίμνων τὴν κατ' Ἰδαίαν χθόνα
Ποίμνας Ὀλύμπῳ συναλαγὼν θυηπόλει.

Itaque autem Sophocles faciens Menelaum ex Troia ſolvere properantem in Polyxena, Agamemnonem autem parum derelinqui volentem, placandae Minervae gratia, introducit dicentem Menelaum;

Tu autem rurſus manens in Idaea tellure
Greges Olympi congregans diis ſacrifica.

Et Stobaeus Eclog. Phyſ. I. Ἀχέρων ὄ, καὶ Ἀχερουσία λίμνη, ταυτόν. ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πολυξένῃ τῇ Ἀχιλλέως ψυχὴν εἰσάγει λέγουσαν·

Ὦ τὰς ἀπαιωνάς τε καὶ μελαμβαφεῖς,
Λιποῦσα λίμνης Ἀχέροντος ὀξυπλήγας,
Ἧκουσα γόους ἦλθον ἄρσενας χοάς.

Acheron autem, & Acheruſia palus, ſunt idem. Sicut etiam Sophocles in Polyxena Achillis animam introducit dicentem;

O illas ſaeculo exutas, & nigricolores,
Relinquens paludis Acherontis acute ferientes,
Sonans fletus veni viriles inferias.

Habes quoque apud eumdem Serm. XLVII. & Heſychium in Παράρυμα.

ΠΡΙΑΜΟΣ.

Pollux lib X. cap. XXXI. Οἰκοδόμου δὲ σκεύη, λεῖαι, γλαυκίδες, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Πριάμῳ. *AEdificatoris autem inſtrumenta ſunt, dolabrae, coeli, ſicut Sophocles in Priamo.*

ΠΡΟΚΡΙΞ.

Pollux lib. IX. cap. VIII. Ἀπὸ γὰρ τῶν λαπτῶν, τὰ μὲν σκληρὰ, τὰ δὲ μᾶλλον πρὸς ἕτερα, πλὴν τοῦ ἐπιτιμητοῦ, ᾧ κέχρηται Σοφοκλῆς εἰπὼν ἐν τῇ Προκρίδι,

Κολασταὶ, κἀπιτιμηταί. ——

Nam ab reliquis, illa quidem dura, illa autem potius ad altera, excepto obiurgatore, quo utitur Sophocles dicens in Procride;

Punitores, & obiurgatores. ——

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Scholiaſtes Pindari Olympionic. Od. V. Vbi de Epimetheo, & Prometheo. Ὁ δὲ τοῦτο ἀδελφὸς Προμηθεὺς, καὶ σοφὸς, καὶ προορώμενος διὸ καὶ τοὔνομα ἀπὸ τοῦ προμαθεῖν ἔσχε. καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ Προμηθεῖ, τοῦ Προμηθέως φέλων λέξειν, τῆς φρονήσεως ἀντέχεσθαι, καὶ μὴ τῆς μεταμελείας.

Hu-

Digitized by Google

Huius autem frater Prometheus, & ſapiens, & praevidens; unde & nomen ſuum ab praediſcendo habuit. Sed & Sophocles in Prometheo, Promethei opus volens dicere, ſapientiae adhaerere, & non poenitentiae.

PIZOTOMOI.

Heſychius. Αἰσώσας, διαχέας, ἢ τήξας. Σοφοκλῆς Ῥιζοτόμοις,

——— κόρον αἰσώσας πυρί.

Αἰσώσας, *diffundens, liquefaciens. Sophocles in Radicum ſectoribus;*

——— *ſatietatem diffundens igne.*

Macrobius Saturnal. lib. v. cap. xix. *Sophoclis autem tragoedia, id de quo quaerimus, etiam titulo praefert; inſcribitur enim* PIZOTOMOI, *in qua Medeam deſcribit maleficas herbas ſecantem, ſed averſam, ne vi noxii odoris ipſa interficeretur; & ſuccum quidem herbarum in cados aeneos refundentem, ipſas autem herbas aeneis falcibus exſecantem. Sophoclis verſus hi ſunt:*

Η δ' ἐξοπίσω χιρὸς ὄμμα τρέπουσα
Οπὸν ἀργινεφῆ σάζουσα τομῆς
Χαλκέοισι κάδοις δέχεται.
Illa autem retro a manu vultum vertens
Succum album inſtar nubis ſtillantem ex vulnere
AEneis cadis accipit.

Et paulo poſt.

Αἱ δ' ἀλυτλαὶ κίσαι ῥιζῶν κρύπτουσι τομὰς,
Αἷς ἦλε βοῶσα ἀλαλαζομένη γυνὴ
Χαλκέοισιν ὄμμα δρεπάνοις τομάς.
Ciſtae autem tectae abſcondunt radicum vulnera,
Quas illa clamans cum ululatu mulier
AEreis metebat falcibus vulnera.

Scholiaſtes Apollonii lib. iii. Ὅτι δράκουσι καὶ δρυΐνῳ κλάδῳ σέφεται ἡ Ἑκάτη, καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ῥιζοτόμοις τὸν χορὸν ποιοῦντα λέγοντα·

Ἥλιε δέσποτα, καὶ πῦρ ἱερὸν
Τῆς Εἰνοδίας Ἑκάτης φέγγος,
Τὸ δι' Ὀλύμπου πολλὸν προφέρει,
Καὶ γῆς ναίουσ' ἱερὰς τριόδους
Στεφανωσαμένη δρυσὶ, καὶ πλείσαις
Ὠμῶν σωφρήμασι δρακόντων.

Quod draconibus, & querneo ramo cingitur Hecate, & Sophocles in Radicum ſectoribus chorum fecit dicentem:

Sol domine, & ignis ſacer
Vialis Hecates ſplendor,
Quod in Olympo multum praeſtat,
Et terrae habitans ſacra trivia
Cincta quercubus, & plurimis
Saevorum ſpiris draconum.

ΣΑΛΜΩΝΕΥΣ.

Athenaeus lib. xi. Καλεῖται δὲ μάνης, καὶ τὸ ἐπὶ τῇ κοτάβῳ ἐφεσηκὸς, ἀφ' ἧς τὰς λάταγας ἐν παιδιᾷ ἔπεμπον, ὅπερ ὁ Σοφοκλῆς ἐν Σαλμωνεῖ χαλκεῖον ἔφη κάρα, λέγων οὕτως.

Τά δ' ἐξὶ κνισμὸς, καὶ φιλημάτων ψόφος,
Τῷ καλλικοτλαβοῦντι νικτήρια
Τίθημι, καὶ βάλλοντι χαλκεῖον κάρα.

Vocatur autem manes etiam quod in cottabo exſtat, a quo latagas in luſu mittebant, quod Sophocles in Salmoneo aeneum dixit caput, ita dicens:

Haec ſunt riſus, ac oſculorum murmur,
Quae cottabo recte ludenti praemia
Propono victoriae, & aeneum caput ferienti.

Heſychius. Θῆμα. ϑήκη, τάφος, ἄνθημα Σοφοκλῆς Σαλμωνεῖ. *Thema, theca, ſepulcrum, floreſcentia, Sophocles in Salmoneo.* Vide iterum in Καρικοὶ σράγοι.

ΣΑΤΥΡΙΣΚΟΣ.

Heſychius. Ἀῤῥαγὲς ὄμμα, οὐ δακρύον. ᾧ τρόπῳ φαμὲν, κατερράγη μου δάκρυον. Σοφοκλῆς Σατυρίσκῳ. *Minime ſtillans oculus, non lacrimans; quomodo dicimus, erupit mihi lacrima. Sophocles in Satyriſco.*

ΣΙΝΩΝ.

Heſychius. Ἀναιθήσῃ. ἀνασείσεις. Σοφοκλῆς Σίνωνι. *Accenſurus es, concuſſiſti. Sophocles in Sinone.* Iterum. Ἀξέσας, τραχείας. Σοφοκλῆς Σίνωνι. *Non raſas, aſperas. Sophocles in Sinone.* Et occurrit ibi pluries. Nominat, ſed ſine auctore, Ariſtoteles in libello De Poetica cap. xxiii. Τῶν μὲν Ἰλιάδα καὶ Ὀδυσσείας μία τραγῳδία ποιεῖται ἑκατέρας, ἢ δύο μόναι· ἐκ δὲ Κυπρίων, πολλαί. καὶ ἐκ τῆς μικρᾶς Ἰλιάδος πλέον ὀκτώ. οἷον, Ὅπλων Κρίσις. Φιλοκτήτης. Νεοπτόλεμος, Εὐρύπυλος, Πτωχεία, Λάκαιναι, Ἰλίου Πέρσις, καὶ Ἀπόπλους, καὶ Σίνων, καὶ Τρῳάδες. *Itaque ex Iliade quidem, & Odyſſea una tragoedia ſit utrimque, ſeu duae ſolae; ex Cypris vero multae, & ex parva. Iliade pluſquam octo, quale, Armorum iudicium, Philoctetes, Neptolemus, Eurypylus, Paupertas, Lacaenae, Ilii Excidium, & Abnavigatio, & Sinon, & Troades.*

ΣΙΣΥΦΟΣ.

Heſychius. Ζεῦγος τριπάρθενον. Εὐριπίδης Ἐρεχθεῖ, καὶ Σοφοκλῆς Σισύφῳ. *Iugum trium virginum. Euripides in Erechtheo, & Sophocles in Siſypho.*

ΣΚΥΘΑΙ.

Athenaeus lib. iv. Καὶ Σοφοκλῆς Σκύθαις·

Κρημνούς τε, καὶ σήραγγας, ἢ δ' ἐπακτίας,
Αὐλῶνας. ———

Et Sophocles in Scythis;

Et praecipitia, & ſpecus, & littorales
Convalles. ———

Scholiaſtes Apollonii lib. iv. Ἐν δὲ τοῖς Σκύθαις ὁ Σοφοκλῆς ἑτερομήσορα τῆς Μηδείας τὸν Ἄψυρτον λέγει·

Οὔ γ' ἐκ μιᾶς κοίτης ἔβλαστον, ἀλλ' ὁ μὲν
Νερηίδος τέκνον ἄρτι βλαστάνεσκε· τὸν δ'
Εἰδυῖα πρίν ποτ' Ὠκεανοῦ τίκτεν κόρη.

In Scythis autem Sophocles ex alia matre fratrem Medeae Abſyrtum dicit;

Non ſane ex uno lecto ortus ſum, ſed hic quidem
Nereidis filius modo natus eſt; hanc vero
Idyia ante quondam Oceani peperit virgo.

Ita

Ita illic fragmentum iſtud conſtituendum eſſe exiſtimo. Nec multo poſt iterum. Ἐκαταῖος ἢ ἐλέγχων αὐτὸν ἱστορεῖ, μὴ ἐκδιδόναι εἰς τὴν θάλασσαν τὸν Φᾶσιν, οὐδ' ὡς διὰ Τανάϊδος ἔπλευσαν, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτὸν πλοῦν καθ' ὃν καὶ πρότερον ὡς Σοφοκλῆς ἐν Σκύθαις ἱστορεῖ, καὶ Καλλίμαχος. *Hecataeus autem reprehendens ipſum narrat, non erupiſſe in Mare Phaſin, nec ut per Tanain navigaverint, ſed eodem curſu, quo & primum, ſicut Sophocles in Scythis narrat, & Callimachus.* Citat quoque Heſychius in Ἀχίλλεον πλάκα, & Ἀψάλακτος.

ΣΚΥΡΙΑΙ.

Heſychius. Εὔωρος γάμος. Σοφοκλῆς Ἴριδι, ἤτοι ὥριος, ἢ ὀλίγωρος· οὕτω γὰρ λέγουσι κατὰ ἀντίφρασιν, ὡς ὁ αὐτὸς ἐν Σκυρίαις χρῆται τὸ Εὐωριάζειν. *Tempeſtivae nuptiae· Sophocles in Iride, ſive maturae, aut parum curatae. Ita enim dicunt per antiphraſin, quomodo ipſe in Scyriis utitur verbo* Εὐωριάζειν, *bene tempeſtivum eſſe,* Corrige eumdem in Ἀποσίβης. Οὐ τὴν αὐτὴν τρίβων σείβων, τυτεσί φοιτῶν. Σοφοκλῆς Σκυρίαις. *Non ipſam ſemitam calcans, hoc eſt, perambulans. Sophocles in Scyriis.* Hodie editur, Σοφοκλῆς Κυρίοις. *Sophocles in Dominis.* Monuit idem Caſaubonus. Laudatur quoque drama maſculine inſcriptum.

ΣΚΥΡΙΟΙ.

Ecce apud eumdem Heſychium. Ἀχρήματον, ἀδάπανον. Σοφοκλῆς Σκυρίοις. *Sumtu carens, inops. Sophocles in Scyriis.* Et alibi. Αὐτόσυτον, ἀκέλευστον, Σοφοκλῆς Σκυρίοις. *Per ſe excitatum, iniuſſum. Sophocles in Scyriis.* Non recte eſt, quod editur, Σοφοκλῆς Ἀκυρίοις. *Sophocles in Acyriis.*

ΣΜΗΡΙΓΟΝΗ.

Erotianus laudat, ſed corrupto, ut videtur nomine. Vide in ΗΡΙΓΟΝΗ.

ΣΥΛΛΟΓΟΣ.

Vide ΑΧΑΙΩΝ.

ΣΥΝΔΕΙΠΝΟΝ.

Vide ibidem.

ΣΥΝΩΝΥΜΟΙ.

Hoc nomine plures fuiſſe videntur. Heſychius nobis indicium facit, iſtis verbis. Ἄρητον, βλαβερὸν, πολυχρόνιον. Σοφοκλῆς Συνωνύμων ὑστέρῳ. *Diris devotum, damnoſum, antiquum. Sophocles in Synonymorum poſteriore.* Ita enim legendum puto. Hodie depravate editur. Σοφοκλῆς * συνώνυμον ὕστερον. *Sophocles * ſynonymum poſterior.*

ΣΦΥΡΟΚΟΠΟΙ.

Vide ΠΑΝΔΩΡΑ.

ΤΑΙΝΑΡΙΟΙ.

Athenaeus lib. IX. Καὶ Σοφοκλῆς ἐπὶ Ταιναρίοις.

——— τοιγαροῦν
Ἐδεῖ φυλάξαι χοῖρον ὥσπερ δεσμίαν.

Et Sophocles in Tenariis;

——— *itaque*
Oportet ſervare porcum tamquam vinctum.

Corruptiſſimus eſt Heſychii locus. Ἀλαλίαν, πονηρίαν, ἀταξίαν Σοφοκλῆς ἐπὶ * παινεάροις. *Taciturnitatem, malitiam, petulantiam. Sophocles in * paenearis.* Reſcribe. Σοφοκλῆς ἐπὶ Ταιναρίοις. *Sophocles in Taenariis.* Video id in mentem quoque eximio Caſaubono veniſſe.

ΤΑΙΝΑΡΟΣ ΣΑΤΥΡΙΚΟΣ.

Heſychius. Ἀργέμων, τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς λευκωμάτων οἱ δὲ, ὀφθαλμῶν. Σοφοκλῆς ἐπὶ Ταινάρῳ Σατυρικῷ. *Albuminum, in oculis albuminum. Hi vero, oculorum. Sophocles in Taenaro Satyrico.*

ΤΑΛΩΣ.

Scholiaſtes Apollonii extremo fere lib. IV. Ὁ Τάλως ἦν τῷ γένει ἐκεῖνος τῷ χαλκῷ, ὅλος ἦν ὢν χαλκοῦς. ἐπὶ σφυρᾷ σύριγγα εἶχεν ὑμένι περιεχομένῳ. σύριγξ δὲ λέγεται ἡ περόνη. ὅτι δὲ εἵμαρτο αὐτῷ τελευτῆσαι ῥαγείσης τῆς σύριγγος, λέγει καὶ Σοφοκλῆς ἐν Τάλῳ. *Talus erat ex genere illo aeneo. Totus autem aeneus in malleolo fiſtulam habuit membrana contentam. Fiſtula vero dicitur fibula. Quod autem praedictum ei erat ſe moriturum rupta fiſtula, dicit quoque Sophocles in Talo.*

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Stephanus. Κυχρεύς, πάγος ἐπὶ Σαλαμῖνα· Σοφοκλῆς Τεύκρῳ. *Cychrius, collis ad Salaminem. Sophocles in Teucro.* Ex ea fabula hoc fragmentum eſt apud Stobaeum Serm. CXXI.

——— ὡς ἄρ' ὦ τέκνον κενὴν
Ἐτερπόμην σε τέρψιν εὐλογουμένην,
Ὡς ζῶντος. ἡ δ' ἄρ' ἐν σκότῳ λαθοῦσα με
Ἔσαιν' Ἐρινὺς ἡδοναῖς ἐψευσμένον.

——— *ſicut ſane o fili vanum*
Gaviſus ſum gaudium te bene valente,
Tamquam vivo. Sed in tenebris clam me
Blandita eſt Furia voluptatibus deceptum.

ΤΗΛΕΦΟΣ.

Heſychius. Ἀειφόρος, ἀειθαλής. Σοφοκλῆς Τηλέφῳ. *Semper germinans, ſemper virens. Sophocles in Telepho.*

ΤΗΡΕΥΣ.

Ariſtoteles libello De Poetica capit. XIII. Καὶ ἐν τῷ Σοφοκλέους Τηρεῖ ἡ τῆς κερκίδος φωνή. *Et in Sophoclis Tereo radii textorii tenus.* Ariſtophanes Avibus.

Τοιαῦ-

Digitized by Google

Τοιαῦτα μέντοι Σοφοκλέης λυμαίνεται
Ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν ἐμὲ τὸν Τηρέα.
Talia quidem Sophocles corrumpit
In tragoediis me Tereum.

Vbi Scholiastes. Ἐν γὰρ τῷ Τηρεῖ Σοφοκλῆς ἐποίησεν αὐτὸν ἀπορνιθωμένον, καὶ τὴν Πρόκνιλα. ἐν ᾧ ἔσκωψε πολλὰ τὸν Τηρέα. *In Tereo enim Sophocles fecit ipsum in avem transformari, & Prognen. In quo multum irrisit Tereum.* Iterum alibi ad eamdem Comoediam. Ὁ Σοφοκλῆς πρῶτον τὸν Τηρέα ἐποίησεν, εἶτα Φιλοκλῆς. *Sophocles primum Tereum fecit, deinde Philocles.* Hesychius. Ἀγλεχίδων. Σοφοκλῆς Τηρεῖ. *Aglechidon, Sophocles in Tereo.* Sed corruptus ille locus. Sic restituo, Αἴγλη, χιτών. Σοφοκλῆς Τ. *Splendor, tunica. Sophocles T.* Ioannes Tzetzes ad Hesiodi Ἔργων β'. ubi de Tereo. Γράφει δὲ περὶ τούτου Σοφοκλῆς ἐν Τηρεῖ. *Scribit autem de illo Sophocles in Tereo.* AEschyli Scholiastes ad Prometheum. Ἐχρῶντο δὲ αὐτοῖς οὐκ ἐν παντὶ τόπῳ, ἀλλ' ἐν τοῖς θρηνητικοῖς, ὡς καὶ Σοφοκλῆς Τηρεῖ. *Vtebantur autem illis non in omni loco, sed in lamentabilibus, sicut etiam Sophocles in Tereo.*

ΤΡΑΧΙΝΙΑΙ.

Exstant.

ΤΡΙΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Dionysius Halicarnasseus Antiquit. Rom. lib. I. Μαρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ Σοφοκλῆς μὲν ὁ τραγῳδοποιὸς, ἐν Τριπτολέμῳ δράματι. *Testatur autem meo sermoni Sophocles quidem Tragicus, in Triptolemo fabula.* Strabo lib. I. Καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἄλλον, τόν γε Τριπτόλεμον τὸν Σοφοκλέους, ἢ τὸν ἐν ταῖς Βακχαῖς τὸν Εὐριπίδου πρόλογον ἐπελθόντα, καὶ παραβαλόντα τὴν Ὁμήρου περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπιμέλειαν, ῥάδιον εἶναι θέσθαι τὴν ἐπιβολὴν, ἢ τὴν διαφοράν. *Etenim si nihil aliud, Triptolemum Sophoclis, aut in Bacchis Euripidis prologum legentem, & comparantem. Homeri ad ista curam, facile est considerare faustam rei adgressionem, aut discrepantiam.* Corinthus De Dial. Ion. Πλῖξ, τὸ βῆμα, ἐξ οὗ πλίσματα, τὰ πηδήματα. ἔνθα καὶ τὸ περιβάδην ἀμφιπλὶξ, παρὰ Σοφοκλεῖ, ἐν Τριπτολέμῳ. Πλὶξ, *gradus, ex quo πλίγματα, saltus; ubi & vox ἀμφιπλὶξ per circuitum, apud Sophoclem in Triptolemo.* Plinius lib. XVIII. cap. VII. *Hae fuere sententiae Alexandro Magno regnante, quum clarissima fuit Graecia, atque in toto terrarum orbe potentissima; ita tamen, ut ante mortem eius annis fere* CXLV. *Sophocles Poeta in fabula Triptolemo frumentum Italicum ante cuncta laudaverit, ad verbum translata sententia,*

Et fortunatam Italiam frumento canere candido.

Scholiastes Pindari Olympionic. Od. X. Ὡς δὲ προδιαθέμενος ἤδη τὸν ἐπινίκιον, νῦν ἀναμνήζεως δεῖν αὐτῷ φησι. Σοφοκλῆς ἐν Τριπτολέμῳ,

Σὺ δ' ἐν φρενὸς δέλτοισι τοὺς ἐμοὺς λόγους.

Sed velut ante disponens iam hymnum victoriae, nunc recordatione sibi opus esse ait. Sophocles in Triptolemo;

Tu autem in mentis tabulis meos sermones.

Etymologici Auctor. Ἐὐπλίσσοντο, καλῶς ἐβάδιζον, καὶ διέβαινον. πλίσσεσθαι γὰρ, τὸ βάδιλω διαβαίνειν. καὶ πλίγμα, τὸ διάζημα τῶν τοδῶν. Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ,

Δράκοντα δ' αἶρον ἀμφιπλὶξ εἰληφότες.

Εὐπλίσσοντο, *bene incedebant, & transibant. Gradi enim, pedetentim transire. Et gressus, intervallum pedum. Sophocles in Triptolemo;*

Draconem sustulerunt per circulum motis pedibus capientes.

Pollux lib. X. cap. XXII. Τὴν δὲ ἀπόθμυον κύλικα ἐν Τριπτολέμῳ Σοφοκλῆς ἀτυνδάκωτον ὠνόμασεν.

Ἀτυνδάκωτος ὑ τραπεζῦται κύλιξ.

Calicem autem fundo carentem in Triptolemo Sophocles ἀτυνδάκωτον nominavit;

Fundo carens calix tabulae non servit.

Laudant praeterea Harpocration in Μελίνη, Aristophanis Scholiastes ad Acharnenses. Hesychius in Ἄμαλλα, Ἀτυνδάκωτος, Ἀφράδμων, Δαὶς, Ἔλκη, Θαιρὸς, Ἴανα, Ἴλλυρὶς γονή.

ΤΡΩΙΛΟΣ.

Scholiastes Pindari Pithionic. Od. II. Καὶ Σοφοκλῆς ἐπὶ τῷ Τρωΐλῳ·

Τὸν ἀνδρόπαιδα δεσπότην ἀπώλεσα.

Et Sophocles in Troilo;

Viropuerum dominum perdidi.

Iterum Nemeon. Od. III. Περὶ δὲ τῆς μεταμορφώσεως αὐτῆς καὶ Σοφοκλῆς φησιν ἐν Τρωΐλῳ·

Ἔγημεν ὡς ἔγημεν ἀφθόγγους γάμους,
Τῇ παντομόρφῳ Θέτιδι συμπλακεὶς ποτέ.

De transformatione autem ipsa etiam Sophocles ait in Troilo;

Duxit sicut duxit mutas nuptias,
Omniformi Thetidi connexus quondoque.

Pollux lib. X. cap. XXXVIII. Ξίφος δὲ ὄνομα ἔσικεν εἶναι βαρβαρικὸν ἡ σκαλμή. Σοφοκλέους ἐπὸνλος ἐν Τρωΐλῳ·

Σκαλμῇ γὰρ ὄρχδς βασιλὶς ἐκτέμνεσ' ἐμούς.

Gladii autem nomen barbarum videtur esse scalma. Sophocle dicente in Troilo;

Scalma enim testes princeps excindens meos.

Hesychius. Ἀμάσεται, ἀπὸ τῆς ἀμήσεως οἱονεὶ σφάξει. Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ. *Metet, ab messe veluti macabit. Sophocles in Troilo.* Iterum. Ἀνδρόπαις, ἀνδρόμῳ ἤδη πως, ἢ ἀνδρὸς φρόνησιν ἔχον τις. Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ. *Viripuer, ad virilem aetatem perveniens quodammodo, aut viri prudentiam habens quidam. Sophocles in Troilo.* Ita scribi locus ille debet, hodie corruptus. Laudat autem pluries.

ΤΥΜΠΑΝΙΣΤΑΙ.

Athenaeus lib. IV. Locum produxi in NIOBH. Illic vide. Scholiastes huius Poetae ad Antigonem. Μετὰ δὲ τὸν Κλεοπάτρας θάνατον, ἐπέγημε Δαρδάνῳ Ἰδαίαν τὴν Δαρδάνου· κατὰ δέ τινας, Εἰδοθέαν τὴν Κάδμου ἀδελφὴν, ἧς καὶ αὐτὸς Σοφοκλῆς μνημονεύει ἐν Τυμπανισταῖς. *Sed post Cleopatrae mortem, induxit Idaeam Dardani filiam; secundum quosdam vero, Idotheam Cadmi sororem, cuius quoque meminit ipse Sophocles in Tympanistis.* Stephanus in Χαλδαῖος. Σοφοκλῆς Τυμπανισταῖς·

Κόλχῳ τε, Χαλδαῖός τε, καὶ Σύρων ἔθνῳ.

Sopho-

Sophocles in Tympanistis;

Colchusque, Chaldaeusque, & Syrorum gens.

Etymologici Auctor. Δράκαυλος. Σοφοκλῆς Τυμπανισταῖς. *Draconis contubernalis. Sophocles in Tympanistis.* Hesychius. Ἄδημον, οὐκ ἔνδημον ὄντα. Σοφοκλῆς Τυμπανισταῖς. *Extraneum, non popularem. Sophocles in Tympanistis.* Iterum. Ἀντιστρέφω, ἀνταξιῶ. Σοφοκλῆς Τυμπανισταῖς. *Vicissim verto, vicissim peto. Sophocles in Tympanistis.* Rursum alibi. Ἀνετῶς, ἀνατεταλμένως. Σοφοκλῆς Τυμπανισταῖς. *Remisse, non intense. Sophocles in Tympanistis.* Eius fabulae hoc fragmentum profert Stobaeus Sermo LVII.

Τί χάρμα τούτου μεῖζον ἂν λάβοις ποτὲ
Τῆς γῆς ἐπιψαύσασθ' ὑπὸ στέγῃ πυκνῇ
** ἀκοῦσαι ψεκάδος εὐδούσῃ φρενί;
Quod gaudium illo maius accipias aliquando
In terra decumbentem sub tecto denso
** *audire guttam dormiente mente?*

ΤΥΝΔΑΡΟΣ.

Laudat Stobaeus Serm. CIII.

ΤΥΡΑΝΝΟΙ.

Hesychius. Ἔχθιμα, μισήματα. Σοφοκλῆς Τυράννοις. *Inimicitiae, odia. Sophocles in Tyrannis.* Sed fortasse legendum numero singulari, Σ. Τυράννῳ. *S. Tyranno.* Ac designabitur OEdiporum altera, quae Τυράννου cognomine distinguitur. Iudicium tamen erit eruditi Lectoris.

ΤΥΡΩ.

AElianus Hist. Animal. lib. XI. cap. XVIII. Τοῦτό τοι καὶ Σοφοκλῆς αἰνίττεται ἐν τῇ Τυροῖ τῷ δράματι. ποιοῦνται δὲ οἱ αὐτὴ λέγουσα. *Hoc etiam Sophocles occulte innuit in Tyro fabula. Introducitur enim ab eo ipsa dicens.* Macrobius Saturn. lib V. cap. XXI. *Sophocles in fabula, quae inscribitur Tyro.*

——— προσῆναι μέσην
Τράπεζαν ἀμφὶ σιτία καὶ καρχήσια,
——— *prostare mediam*
Mensam circa cibos & pocula.

Ita enim ordinandum illud fragmentum, ex Athenaeo lib. XI. apud quem ista leguntur. Σοφοκλῆς δὲ Τυροῖ·

——— προσῆναι μέσην,
Τράπεζαν ἀμφὶ σιτία καὶ καρχήσια.

Πρὸς τὴν τράπεζαν φάσκων προσελαλυθέναι τοὺς δράκοντας. καὶ χρῆσθαι περὶ τὰ σιτία καὶ τὰ καρχήσια. *Sophocles autem in Tyro;*

——— *prostare mediam*
Mensam circa cibos & pocula.

Ad mensam dicens advenisse dracones, & fuisse circa cibos, & pocula. Mirum, quid in mentem venerit magno Casaubono, qui Athenaei nobis verba pro Sophocleis exhibuerit. Laudat iterum Athenaeus libro III. Hesychius. Ἀρνοβοσκὸς, προβατοβοσκός. Σοφοκλῆς Τυροῖ. *Agnorum pastor, ovium pastor. Sophocles in Tyro.* Iterum alibi. Θεανὴ νῆσος, ἡ ἐκ θεοῦ θάλασσα. Σοφοκλῆς Τυροῖ. *Theane insula, quae ex deo, divina. Sophocles in Tyro.* Scholiastes Aristophanis Ranis. Εἴρηται ὃ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐκ Τυροῦς Διονύσου τοῦ Ταυροφάγου. *Dictum est autem a Sophocle ex Tyro, Baccho Tauros edente.* Habuitque ob oculos hunc ipsum locum Etymologici Auctor, ubi inquit. Ταυροφάγον, τὸν Διόνυσον. Σοφοκλῆς ἐν Τυροῖ. *Tauros edentem, Bacchum. Sophocles in Tyro.* Respexit Pollux lib. IV. cap. XIX. sect. III. Ἢ Τυρὼ μελιδνὴ τὰς παρειὰς παρὰ Σοφοκλεῖ. *Aut Tyro livida genas apud Sophoclem.* Commemorat pluries etiam Stobaeus, item Suidas in Ταυροφάγον. Sed geminam hoc nomine fabulam observo. Nam ecce memoratur quoque.

ΤΥΡΩ ΔΕΥΤΕΡΑ.

Eiusque initium profertur a Scholiaste Aristophanis Avibus. Ἐκ τῆς Σοφοκλέους δευτέρας Τυροῦς, ἧς ἡ ἀρχή,

Τίς ὄρνις ἔτος ἕξεδρον χώραν ἔχων.

Ex Sophoclis secunda Tyro, cuius initium;

Quaenam avis haec extorrem sedem habens.

Etymologici Auctor. Ἐρρωβοσκὸς, ὁ προβατοβοσκός. ἐν Τυροῖ δευτέρᾳ Σοφοκλῆς. *Agnorum pastor, ovium pastor. Sophocles in Tyro secunda.* Laudat etiam Stobaeus Ser. CVIII.

ΤΒΡΙΣ.

Athenaeus lib. XIV. Σοφοκλῆς Ὕβρει,

——— ἐθέλ' ἐσθίειν τὸν δέλφακα.

Sophocles in Contumelia;

——— *vult edere porcellum,*

Puto Satyricum drama fuisse, & inscriptum, ΥΒΡΙΣ ΣΑΤΥΡΙΚΗ. Ac coniecturam ex Stobaeo facio, qui hoc nobis fragmentum exhibet Serm. XXVI.

Λήθην τε, καὶ τὴν πάντ' ἀπεσεσημένην,
Κωφὴν, ἄναυδον. ———
Oblivionemque, & omnibus privatam,
Surdam, mutam. ———

In margine est, *Sophocles in Contumelia Satyri.* Puto fuisse, *S. in Contumelia Satyrica.*

ΤΑΡΟΦΟΡΟΙ.

Hesychius. Κοινὸς, δεσπότης, καὶ μέρος τι τῆς νεὼς, δῆμος, ἀδελφός. Σοφοκλῆς Ἀντιγόνῃ,

Ὡς κοινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα.

Καὶ ἐν Ταφοφόροις·

Πολύκοινον Ἀμφιτρίτην. ———

Communis, dominus, & pars quaedam navis, populus, frater. Sophocles in Antigone.

Tamquam commune ipsum fraternum Ismines caput.

Et in Aquam ferentibus;

Multis communem Amphitriten. ———

ΦΑΙΔΡΑ.

Suidas. Χαλάσω τὴν ἱερὰν ἀγκύραν. ἀγκύρια μεταφορικῶς ὑπὸ τῶν νεῶν ἡ ἀσφάλεια, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Φαίδρᾳ. *Demittam sacram ancoram. Ancorae metaphoricae ab navibus securitas, quemadmodum Sophocles in Phaedra.*

ΦΙΛΟ-

Digitized by Google

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Exstat. Sed plenus eius titulus fuit, ut videtur.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ Ο ΕΝ ΛΗΜΝΟ.

Fuitque altera, cui inscriptio,

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ Ο ΕΝ ΤΡΟΙΑ.

Hesychius docet. Ζηλῶ, μακαρίζω. Σοφοκλῆς Φιλοκτήτῃ τῷ ἐν Τροίᾳ. *Beatum praedico, beatum iudico. Sophocles in Philocte, qui in Troia.* Citatque iterum in Ραικτηρίοις. Et Priscianus lib. XVIII. Σοφοκλῆς ἐν Φιλοκτήτῃ τῷ ἐν Τροίᾳ,

Ὀσμῆς μόνῳ ὡς μὴ βαρυνθήσεσθέ μου.

Ἀντὶ τοῦ, ὑπὸ τῆς ὀσμῆς. *Sophocles in Philocte qui in Troia:*

Odore solo ne molestia adfecti sitis meo. Pro, ob odorem.

ΦΙΝΕΥΣ.

Scholiastes Aristophanis Pluto ad illum Comici versum.

Ἐξωμμάτωται κ᾽ λελάμπρυνται κόρας.

Oculatus redditus est, & splendefactus pupillas.

Ita notat. Ἐκ Φινέως Σοφοκλέους ὁ στίχος. *Ex Phineo Sophoclis hic versus.* Pollux lib. VII. cap. XXIII. sect. IX. Τὸ ὂ τῶν καπήλων ἐργαστήριον, καπηλεῖον ἐρήκασιν οἱ νομοδιδάσκαλοι. κ᾽ τὸ κωμῳδούμενον ἐν Σοφοκλέους Φινεῖ.

Βλέφαρον κέκλεισαί γ᾽ ὡς καπηλείου θύραι.

Cauponum vero officinam, cauponam vocaverunt legum Doctores. Et Comicum in Sophoclis Phineo;

Palpebra occlusa est tamquam cauponae fores.

Hesychius. Ἀπενώτισαν, ἀπέστρεψαν τὰ νῶτα. Σοφοκλῆς Φινεῖ. *Fugerunt, verterunt terga. Sophocles in Phineo.* Iterum. Ἀρτύμασι, τοῖς πρὸς τὴν θυσίαν εὐτρεπιζομένοις. Σοφοκλῆς Φινεῖ. *Condimentis, quae ad sacrificium parantur. Sophocles in Phineo.* Et rursum alibi. Καταῤῥάκτης, ὀχετὸς, ῥύαξ, κ᾽ ὁ ἀετός. Σοφοκλῆς Λαοκόοντι. κ᾽ τὰς ἁρπυίας, ἐν Φινεῖ. *Cataracta, canalis, rivus, & Aquila. Sophocles in Laocoonte. Et harpyias in Phineo.* Ac respexit Apollonii Scholiastes lib. II. Καὶ ἕτερον τοῦτόν φασι τὸν Φινέα, ἕβδομον ὄντα ἀπὸ Φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος. πρὸς ὃν ἀπήντησαν οἱ ἥρωες. πεπωθῆναι δ᾽ αὐτὸν, ὅτι ἐπεβούλευσε Περσεῖ. Σοφοκλῆς δ᾽, ὅτι τοὺς ἐκ Κλεοπάτρας υἱοὺς ἐτύφλωσεν, Ὄρνιθον καὶ Κράμβιν, πεισθεὶς διαβολαῖς Δίας τῆς αὐτῶν μητρυιᾶς. *Et alium hunc dicunt Phineum, septimum ab Phoenice Agenoris filio, ad quem venerunt heroes; caecum autem illum factum fuisse, quod insidiatus erat Perseo. Sophocles autem, quod Cleopatrae filios excaecaverat, Ornithum & Crambin, persuasus calumniis. Diae ipsorum novercae.* Verum enim vero geminum hoc nomine drama observo, atque uni titulus iste fuit,

ΦΙΝΕΥΣ ΠΡΩΤΟΣ.

Ecce apud Stephanum in Βόσπορος. Σοφοκλῆς δ᾽ ἐν Φινεῖ πρώτῳ, διὰ διφθόγγου τὴν πρὸ τέλους φησὶ τὸ κύριον,

Οὐ δ᾽ ἂν τὸ Βοσπόρειον ἐν Σκύθαις ὕδωρ.

Sophocles autem in Phineo primo, per diphthongum effert penultimam in proprio nomine;

Nec Bosporeia in Scythis aqua.

Alteri,

ΦΙΝΕΥΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Hesychius. Ἀχάλκευτα τρύπανα, τὰ Φρύγια πυρεῖα. Σοφοκλῆς Φινεῖ δευτέρῳ. *AEre carentes tenebrae, Phrygia igniaria. Sophocles in Phineo secundo.*

ΦΟΙΝΙΞ.

Athenaeus circa finem libri II. Ταύτην Σοφοκλῆς ἐν Κολχίσι κυνάραν καλεῖ, ἐν ᾗ Φοίνικι· Κύναρος ἄκανθα πάντα πληθύει γύαν. *Hanc Sophocles in Colchisin cynaram vocat, in Phaenice autem;*

Cynarus spina omne implet iugerum.

Arrianus in Epictetum lib. I. capit. XXVIII. Οἰδίπους Σοφοκλέους, τί ἐστι; τὸ φαινόμενον. Φοῖνιξ; τὸ φαινόμενον. *Oedipus Sophoclis, quid est? quod adparet. Poenix? quod adparet.*

ΦΡΙΞΟΣ.

Stephanus in Ἄξυ. Τὸ θηλυκὸν εὑρίσκεται, Προαστία γῆ, ἐν Φρίξῳ Σοφοκλέους·

Οὖρια κελεύθου τῆς ὑπὲρ γῆς προαστίας.

Femininum invenitur, suburbana terra, in Phrixo Sophoclis;

Termini viae terrae huius suburbanae.

ΦΡΥΓΕΣ.

Scholiastes AEschyli ad Prometheum. Μή τι χλιδῇ σιωπῶσι παρὰ ποιηταῖς τὰ πρόσωπα, ἢ δι᾽ αὐθάδειαν, ὡς Ἀχιλλεὺς ἐν τοῖς Φρυξὶ Σοφοκλέους· ἢ διὰ τὴν συμφορὰν, ὡς ἡ Νιόβη παρ᾽ Αἰσχύλῳ. *Ne quid luxui. Silent apud Poetas personae, sive per superbiam, quemadmodum Achilles in Phrygibus Sophoclis; sive per calamitatem, sicut Niobe apud AEschylum.*

ΦΥΛΕΤΙΔΕΣ.

Aulus Gellius lib. XIII. cap. XVIII. *Sed etiam ille versus non minus notus,*

Γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ᾽ ἐγώ.

(*Senex senem ego te erudiero.*)

& in tragoedia Sophocli scriptus est, cui titulus, Φυλέτιδες, *Tribules.* Nauci non est illud ΦΙΛΟΤΙΔΕΣ in Catalogo Casauboni, unde vir magnus non se extricat.

ΧΡΥΣΗΣ.

Ammonius De Diff. Voc. in Βωμός. Παρὰ δὲ Εὐριπίδῃ ἐσχάρα ἀντὶ τοῦ βωμοῦ κεῖται, ἐν Πλειςθένει·

Μηλοσφαγεῖτε θυμβώνων ἐπ' ἐσχάραις.

Καὶ Σοφοκλῆς ἐν Χρύσῃ. *Apud Euripidem vero focus pro ara positus est, in Plisthene:*

Oves mactate Deorum in focis,
Et Sophocles in Chryse.

ATque haec de Fabulis Sophoclis; quas cave omnes unius esse, ut existimes; nam tres omnino hoc nomine Poetae, & quidem Tragici, exstiterunt. Libet dicere accuratius paulo de singulis. Primus fuit Sophili F. Athenienſis, e populo Colonenſi. Suidas. Σοφοκλῆς, Σοφίλου, Κολωνῆθεν, Ἀθηναῖος, τραγικὸς, τεχθεὶς κατὰ τὴν ογ'. Ὀλυμπιάδα. ὡς πρεσβύτερος εἶναι Σωκράτους ἔτη ιζ'. ὅτε πρῶτος τρισὶν ἐχρήσατο ὑποκριταῖς, καὶ τῷ καλουμένῳ τριταγωνιςῇ. καὶ πρῶτος τὸν χορὸν ἐκ πεντεκαίδεκα εἰσήγαγε νέων, πρότερον δυοκαίδεκα εἰσιόντων. προσηγορεύθη δὲ Μέλιττα, διὰ τὸ γλυκύ. καὶ αὐτὸς ἦρξε τῶ δρᾶμα πρὸς δρᾶμα ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ στρατολογίαν. ἔγραψεν ἐλεγεῖάν τε, καὶ παιᾶνας, καὶ λόγον καταλογάδην, περὶ τῆ χορῆ πρὸς Θέσπιν καὶ Χοίριλον ἀγωνιζόμενος. παῖδες δὲ, ὃς ἔσχεν, οὗτοι. Ἰοφῶν, Λεωσθένης, Ἀρίστων, Στέφανος, Μενεκλείδης. τελευτᾷ δὲ μετὰ Εὐριπίδην ἐτῶν ς'. ἐδίδαξε δὲ δράματα ργ' ὡς δέ τινες, καὶ πολλῷ πλείω. νίκας δ' ἔλαβε κδ'. *Sophocles, Sophili filius, ex Populo Colonenſi, Athenienſis, Tragicus, natus* LXXIII. *Olympiade, ut sit natu maior Socrate annos* XVII. *Hic primus tribus usus est histrionibus, & ita dicto tritagonista, qui tertias partes agit. Et primus chorum ex quindecim introduxit iuvenibus, quum primo duodecim introirent. Cognominabatur autem Melitta, propter dulcedinem. Et ipse incepit fabula contra fabulam certare, sed non exercitus collectione. Scripsit & Elegiam, & Paeanas, & librum prosa oratione, de choro contra Thespin, & Choerilum certans. Pueri* (a) *autem, quos habuit, hi; Iophon, Leosthenes, Ariston, Stephanus, Meneclides. Obiit vero post Euripidem anno* VI. *Docuit autem fabulas* CXXIII. *ut vero nonnulli, & multo plures. Victorias vero accepit* XXIV. Age examinemus ſingula. Initio ait.

Σοφοκλῆς, Σοφίλου.) Sic Anonymus in eius Vita. Σοφοκλῆς τὸ μὲν γένος ἦν Ἀθηναῖος. υἱὸς δὲ Σοφίλου. *Sophocles genere quidem erat Athenienſis, filius vero Sophili.* Clemens Alexandrinus in Protreptico. Οὗ ὃ τῦ Σοφίλλου Σοφοκλῆς,

Εἷς ταῖς ἀληθείαισιν, εἷς ἐςιν θεός.

Sophilli autem filius Sophocles:

Vnus ex veriſsimo, unus est Deus.

Ergo emendandus Diodorus Siculus lib. XIII. Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐτελεύτησε Σοφοκλῆς Σοφίλου, ποιητὴς τραγωδιῶν. *Sed circa hoc idem tempus mortuus est Sophocles Sophili filius, Poeta Tragoediarum.* Hodie editur. Σοφοκλῆς Θεοφίλου. *Sophocles Theophili Filius.*

Κολωνῆθεν.) Anonymus in Vita eius. Ἐγένετο δὲν ὁ Σοφοκλῆς τὸ γένος Ἀθηναῖος, δήμου Κολωνῆθεν. *Erat igitur Sophocles genere Atheniensis, populo Colonenſis.* Ister e populo Phlienſi fuisse eum tradiderat. Sed refellit idem Anonymus. Ἀπιςητέον δὲ καὶ τῷ Ἴςρῳ, φάσκοντι αὐτὸν ὐκ Ἀθηναῖον, ἀλλὰ Φλιάσιον εἶναι. πλὴν γὰρ Ἴςρῳ παρ' ὐδενὶ ἑτέρῳ τοῦτ' ἐςὶν εὑρεῖν. *Sed & non credendum Istro, dicenti ipſum non Athenienſem, ſed Phliaſium esse. Nam excepto Istro apud neminem alium hoc inveniri potest.*

Τεχθεὶς κατὰ τὴν ογ'. Ὀλυμπιάδα.) Alii Olympiade XCI. anno II. natum tradunt. Anonymus in Vita. Γεννηθῆναι δὲ αὐτὸν φασιν ἑβδομηκοςῇ πρώτῃ Ὀλυμπιάδι, κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος. *Natum autem ipſum dicunt ſeptuageſima prima Olympiade, anno ſecundo.* Et alius in Deſcript. Olymp. ad illum annum, quo Philippus Archon erat. Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδοποιὸς ἐγεννήθη. *Sophocles Tragicus natus est.* Suidas Olympiade natum tradit LXXIII. Et hoc ab aliis ille accepit, qui natalem huius Poetae referebant in Olympiadis iſtius annum III. Diſerte notat Anonymus in Deſcript. Olymp. ad illud tempus. Σοφοκλῆς ἐγεννήθη κατα τινας. *Sophocles natus est ſecundum quosdam.*

Ὡς πρεσβύτερος εἶναι Σωκράτους ἔτη ιζ'.) Hoc verum eſt, ſi natalem Sophoclis ſtatuamus Olympiad. LXXIII. anno III. Natus enim eſt Socrates, Archonte Aphepſione, vel ut alii, Phaedone; Olymp. LXXVII. anno IV. Anonymus in Deſcript. Olympiad. in iſto anno. Σωκράτης ἐγεννήθη. *Socrates natus est.* Et Diogenes Laertius in Socrate libro II. Ἐγεννήθη δὲ, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς, ἐπὶ Ἀφεψίωνος, ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοςῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος (b). *Natus est autem, ſicut dicit Apollodorus in Chronicis, Aphepſione Archonte in quarto anno ſeptuageſimae ſeptimae Olympiadis.* Eſtque obſervare iterum apud eumdem in Democrito lib. IX. Γεγόναι δ' ἂν, ὡς μὲν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, κατὰ τὸν ὀγδοηκοςὴν Ὀλυμπιάδα· ὡς δὲ Θράσυλλος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ (c) Περὶ τῆς ἀναγνωσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων, κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἑβδόμης καὶ ἑβδομηκοςῆς Ὀλυμπιάδος, ἐνιαυτῷ (φησι) πρεσβύτερος ὢν Σωκράτους. *Vixerit autem, ut quidem Apollodorus in Chronicis, Olympiade* LXXX. *ut vero Thraſyllus in libro, qui inſcribitur, De lectione Democriti librorum, tertio anno ſeptimae & ſeptuageſimae Olympiadis, anno (dicit) natu maior exſistens Socrate.*

Οὕτος πρῶτος τρισὶν ἐχρήσατο ὑποκριταῖς, καὶ τῷ καλουμένῳ τριταγωνιςῇ. καὶ πρῶτος τὸν χορὸν ἐκ πεντεκαίδεκα εἰσήγαγε νέων, πρότερον δυοκαίδεκα εἰσιόντων.) Primus tertium hiſtrionem adhibuit Sophocles, & in choro pro duodenis iuvenibus quindenos esse fecit. Anonymus in Vita eius. Καὶ παρ' Αἰσχύλῳ δὲ τὴν τραγῳδίαν ἔμαθε, καὶ πολλὰ ἐκινυργησεν ἐν τοῖς ἀγῶσι. πρῶτον μὲν καταλύσας τὴν ὑπόκρισιν τῦ ποιητῦ,

(a) Vertendum *Filii*.
(b) Vide, quo modo legat hunc Laertii locum *Meurſius Lib.* II. *De Archont. Athen. Cap.* VII.
(c) Sunt qui legant Τὰ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως.

Digitized by Google

τῦ, διὰ τὴν ἰδίαν ἰσχνοφωνίαν, (παλαι γὰρ ὁ ποιητὴς ὑπεκρίνετο) αὐτὸς ἦ καὶ τοὺς χορευτὰς ποιήσας ἀντὶ δώδεκα πεντεκαίδεκα, καὶ τὸν τρίτον ὑποκριτὴν ἐξεῦρε. *Et apud AEschylum vero tragoediam didicit, & multa novavit in certaminibus. Primo quidem abolens actionem poetae, propter vocis suae tenuitatem, (antiquitus enim Poeta histrionem agebat.) Ipse vero etiam saltatores faciens quindecim pro duodecim, etiam tertium histrionem excogitavit.* De addito histrione tertio, Diogenes Laertius in Vita Platonis lib. III. Τὸ παλαιὸν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ πρότερον μὲν μόνος ὁ χορὸς διεδραμάτιζεν, ὕστερον δὲ Θέσπις ἕνα ὑποκριτὴν ἐξεῦρεν ὑπὲρ τῦ διαναπαύεσθαι τὸν χορὸν, καὶ δεύτερον Αἰσχύλος, τὸν δὲ τρίτον Σοφοκλῆς. *Olim in tragoedia primo quidem solus chorus partes agebat, postea autem Thespis unum histrionem excogitavit, ut interquiesceret chorus, & secundum AEschylus, tertium vero Sophocles.* Et Aristoteles in libello de Poetica cap. IV. Καὶ τό, τε τῶν ὑποκριτῶν πλῆθος ἐξ ἑνὸς εἰς δύο πρῶτος Αἰσχύλος ἤγαγε, καὶ τὰ τῦ χορῦ ἠλάττωσε, καὶ τὸν λόγον πρωταγωνισὴν παρεσκεύασε. τρεῖς δὲ, σκηνογραφίαν, Σοφοκλῆς. *Et histrionum multitudinem ex una in geminam primus duxit AEschylus, & corripuit pertinentia ad chorum, & sermonem primarum partium paravit. Tres vero, scenae picturam, Sophocles.*

Προσηγορεύθη δὲ Μέλιττα, διὰ τὸ γλυκύ.) Sophocles cognominatus Μέλιττα. Scholiastes Aristophanis Vespis. Ὁ Σοφοκλῆς ἡδὺς, διὸ καὶ Μέλιττα ἐκαλεῖτο. *Sophocles dulcis, quare & Apis vocabatur.* Et ipsius quoque Scholiastes Oed. Col. Ἐκράτησε δὲ μεγάλως τῇ φράσει, ὥστε Μέλισσαν αὐτὸν ἐκάλεσαν οἱ κωμικοί. *Valuit autem magnopere phrasi, ut Apem ipsum vocaverint Comici.* Hesychius Milesius. Σοφοκλῆς ὁ τραγικὸς Μέλιττα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ἡδύ. *Sophocles Tragicus Apis dicebatur propter dulcedinem.* Anonymus in eius Vita. Μόνος δὲ Σοφοκλῆς ἀφ' ἑκάστε τὸ λαμπρὸν ἀπανθίζει, καθ' ὃ καὶ Μέλιττα ἐλέγετο. *Solus autem Sophocles ab unoquoque splendidum decerpit, quapropter etiam Apis dicebatur* (a).

Καὶ αὐτὸς ἦρξε τῦ δρᾶμα πρὸς δρᾶμα ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ στρατολογίαν.) Quid hoc est? Ἀλλὰ μὴ στρατολογίαν. *Sed non exercitus collectionem.* Sine dubio rescribendum. Ἀ. μὴ τετραλογίαν. *Sed non quatuor fabulas.* Tragoedi ad id tempus quatuor dramatibus simul certabant, quorum postremum semper Satyricum erat; eaque dramatum coniunctio a numero Τετραλογία quatuor fabulae dicebatur. Diog. Laert. in Platone lib. III. Θρασύλλος δέ φησι καὶ κατὰ τὴν τραγικὴν τετραλογίαν ἐκδῦναι αὐτὸν τοὺς διαλόγους, οἷον ἐκεῖνοι τετράσι δράμασιν ἠγωνίζοντο, Διονυσίοις, Λιμναίοις, Παναθηναίοις, Χύτροις, ὧν τὸ τέταρτον ἦν Σατυρικόν. τὰ δὲ τέτταρα δράματα ἐκαλεῖτο Τετραλογία. *Thrasyllus autem dicit etiam iuxta morem certaminis, quatuor tragoediarum edidisse illum dialogos, prout illi quatuor fabulis certabant, Dionysiis, Lenaeis, Panathenaeis, Chytris. Quarum quarta erat satyrica. Quatuor vero fabulae vocabantur Tetralogia.* AElianus Var. Hist. lib. II. cap. XXX. Ἐπέθετο ἓν τραγῳδίᾳ, καὶ δὴ καὶ τεταλογίαν ἠργάσατο. *Applicuerat igitur animum ad Tragoediam, & certe etiam tetralogiam elaboraverat.* Et vis videre rem ipsam. Ecce apud Anonymum in Olympiad. LXXVI. anno IV. Αἰσχύλος τραγῳδὸς ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποτνιεῖ, Προμηθεῖ. *AEschylus Tragoedus vicit Phineo, Persis, Glauco Potnienſi, Prometheo.* Habes certamen quatuor, ut dixi, fabularum. Commemorat totidem verbis Scholiastes AEschyli in Argumento Persarum. Iterum in Olymp. LXXIX. anno II. Πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι. Χοηφόροις, Εὐμενίσι, Πρώτῃ Σατυρικῷ. *Primus AEschylus Agamemnone, Choephoris, Eumenidibus, Proteo Satyrico.* Habesque rursum apud eumdem Scholiasten in Argumento Agamemnonis eiusdem. Scholiastes Aristophanis Ranis de re eadem. Τετραλογίαν φέρουσι τὴν Ὀρεστείαν αἱ διδασκαλίαι, Ἀγαμέμνονα, Χοηφόρους, Εὐμενίδας, Πρωτέα Σατυρικόν. *Certamen quatuor fabulis constans ferunt Orestiam doctrinae scenicae, Agamemnonem, Choephoros, Eumenidas, Proteum Satyricum.* Et apud AElianum Var. Hist. lib. II. cap. VIII. Ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης. καὶ πρῶτός γε ἦν Ξενοκλῆς, ὅς τις ποτὲ ἔτός ἐστιν, Οἰδίποδι, καὶ Λυκάονι, καὶ Βάκχαις, καὶ Ἀθάμαντι Σατυρικῷ, τούτῳ δεύτερος Εὐριπίδης ἦν. Ἀλεξάνδρῳ, καὶ Παλαμήδει, καὶ Τρωσὶ, καὶ Σισύφῳ Σατυρικῷ. *Certaverunt invicem Xenocles, & Euripides. Et primus erat Xenocles, quisquis is tandem est, Oedipo, & Lycaone, & Bacchis, & Athamante Satyrico. Post hunc secundus erat Euripides, Alexandro, & Palamede, & Troianis, & Sisypho Satyrico.* Habes ea totidem pene verbis in Olymp. XCI. anno I. Nominat Pandionidem tetralogiam Scholiastes Aristophanis Avibus. Εἴη ἂν ὧν τὸν Ἔποπα ἐσκευοποιηκὼς, τῇ Πανδιονίδῃ τετραλογίᾳ, ἣν καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς διδασκαλίαις ἀναγράφει. *Igitur Epopem fabricaverit Pandionide quatuor fabulas edente: quod & Aristoteles in disciplinis scenicis perscripsit.* Ab hoc igitur more certandi quatuor fabulis simul recessit Sophocles, & singulis tantum certare instituit. Hoc volebat nos docere Suidas.

Ἔγραψεν ἐλεγεῖάν τε.) De hac Elegia unica Sophoclis maioris loqui censendus est Erotianus. Χάριτες αἱ χαραί. ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἐλεγείᾳ. *Charites, laetitiae; sicut & Sophocles in Elegia.*

Τελευτᾷ δὲ μετὰ Εὐριπίδῃ ἐτῶν ς'.) Alii uno eodemque anno, & Sophoclem, & Euripidem tradunt diem obiisse. Certe Anonymus ita diserte in Olympiad. XCIII. anno III. Σοφοκλῆς καὶ Εὐριπίδης οἱ τραγῳδοποιοὶ ἐτελεύτησαν. *Sophocles, & Euripides Tragici mortui sunt.* Et Diodorus Siculus in illo ipso anno lib. XIII. Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐτελεύτησε Σοφοκλῆς Σοφίλου, (ita emendandum iam monui)

Ποιη-

(a) Nonnulli qui orationis dulcedine praestiterunt, vel Apes, vel Apium, ut ita dicam, alumni vocati, & existimati sunt. Ecce Sophocles Apis dictus est, & Apis Attica Xenophon. Platonis infantis in os Apes Hymettias mella infudisse fabulantur *Olympiodorus*, & *Maximus*; quibus omnibus praevit *Homerus*, apud quem ex Nestoris ore melle dulcior fluit oratio.

Digitized by Google

Ποιητὴς τραγῳδιῶν. *Circa idem tempus obiit Sophocles Sophili filius Poeta Tragoediarum.* Et mox. Ἀπολλόδωρος δέ, τὴν χρονικὴν σύνταξιν πραγματευσάμενος, φησι, καὶ τὸν Εὐριπίδου κατὰ τὸν αὐτὸν ἐνιαυτὸν τελευτῆσαι. *Apollodorus autem, qui chronicam connexionem elaboravit, ait, & Euripidem eodem anno obiisse.* Sed dissensum super hac re Auctorum verbis sequentibus satis testatur. Τινὲς δὲ λέγουσι, παρ' Ἀρχελάῳ τῷ βασιλεῖ Μακεδόνων κατὰ τὴν χώραν ἐξελθόντα, κυσὶ περιπεσεῖν καὶ διασπασθῆναι, μικρῷ πρόσθεν τούτων τῶν χρόνων. *Quidam vero dicunt, egressum in agros apud Archelaum Regem Macedonum canibus incurrisse, & dilaceratum esse, paulo ante haec tempora.* Ita superstitem quoque Euripidi Sophoclem dicit Apuleius: *Sophocles Poeta Euripidi aemulus, & superstes, vixit enim ad extremam senectutem.*

Ἐδίδαξε δὲ δράματα ρκγ'. ὡς δέ τινες, πολλῷ πλέω.) Anonymus in eius Vita CXXX. docuisse dicit ex Aristophane. Ἔγραψε δὲ, ὥς φησιν Ἀριστοφάνης, δράματα ἑκατὸν τριάκοντα. *Scripsit autem, ut ait Aristophanes, fabulas centum triginta.*

Νίκας δὲ ἔλαβε κδ'.) Diodorus Siculus loco citato decies octies vicisse ait. Ἐτελεύτησε Σοφοκλῆς Σοφίλου, ποιητὴς τραγῳδιῶν, ἔτη βιώσας ἐννενήκοντα, νίκας δ' ἔχων ὀκτωκαίδεκα. *Mortuus est Sophocles Sophili filius, Poeta Tragoediarum, quum vixisset annos nonaginta, palmas habens octodecim.* Anonymus in Vita vicies. Νίκας δὲ ἔλαβεν εἴκοσιν, ὥς φησι Καρύστιος. *Palmas autem accepit viginti, ut ait Carystius.*

Sequitur Sophocles secundus maioris ex Aristone filio nepos. Suidas. Σοφοκλῆς, Ἀρίστωνος. υἱωνὸς δὲ τοῦ πρεσβυτέρου Σοφοκλέους, τοῦ πρεσβυτέρου. Ἀθηναῖος, τραγικός. ἐδίδαξε δὲ δράματα μ'. οἱ δέ φασιν, ιά. νίκας δὲ εἶλεν ἑπτά. Ἔγραψε καὶ ἐλεγείας. *Sophocles Aristonis filius; nepos autem prioris Sophoclis antiquioris. Atheniensis Tragicus. Docuit vero fabulas* XL. *alii autem dicunt* XI. *Victorias autem accepit* VII. *scripsit, & Elegias.* Attende.

Σοφοκλῆς, Ἀρίστωνος· υἱωνὸς δὲ τοῦ πρεσβυτέρου Σοφοκλέους.) An verum dicit? Atqui ipsius Sophoclis filium, non ex Aristone nepotem, tradit Diodorus Siculus lib XIV. in Olympiad. XCV. anno IV. idest, nono post mortem patris, itaque iuvat ratio temporis. Verba Diodori ecce ista. Ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις Σοφοκλῆς ὁ Σοφοκλέους τραγῳδίαν διδάσκειν ἤρξατο. *Athenis autem Sophocles Sophoclis Fil. Tragoediam docere incepit.* Et Anonymus in Descript. Olympiad. in eodem anno, totidem plane verbis. Hic ipse est, cuius meminit Clemens in Protreptico. Πατροκλῆς δὲ ὁ Θούριος, καὶ Σοφοκλῆς ὁ νεώτερος ἐν τρισὶ τραγῳδίαις, ἱστορεῖ τῶν τοῦ Διοσκούρου πέρι. *Patrocles vero Thurius, & Sophocles iunior in tribus Tragoediis memorat de Dioscuris.*

Ἐδίδαξε δὲ δράματα μ'. οἱ δέ φασιν, ιά.) De fabularum eius numero nihil alibi legere memini.

Νίκας δὲ εἶλεν ζ'.) Diodorus duodecies vicisse ait, loco citato. Καὶ νίκας ἔσχε δυοκαίδεκα. *Et palmas habuit duodecim.* Idem Anonymus tradit in Descript. Olymp.

Ἔγραψε καὶ Ἐλεγείας.) Eas laudat Hephaestion in Enchiridio, cap. Περὶ καινῆς. Ἐν δὲ τοῖς ἔπεσι σπανιώτερον οὕτως, ὡς τὸ τοῦ Ἀρχελάου ὄνομα Σοφοκλῆς ἐν ταῖς Ἐλεγείαις οὐκ ᾤετο ἐγχωρεῖν·

——— ὅτ' εἰς ἔπος, ὅτ' ἐλεγείαν.

φησὶ γοῦν ὁ Σοφοκλῆς.

Ἀρχέλεως. ἦν γὰρ σύμμετρον ᾧδε λέγειν.

In epicis autem rarius ita, sicut Archelai nomen Sophocles in Elegiis non putavit habitare;

——— *nec in carmen epicum, nec elegiam.*

dicit itaque Sophocles:

Archelaus: erat enim congruum ita dicere.

Et Harpocration. Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι. Δημοσθένης Προοιμίοις δημηγορικοῖς. Σοφοκλῆς μὲν οὖν ἐν ταῖς Ἐλεγείαις, Σόλωνός φησιν αὐτὸ εἶναι ἀπόφθεγμα. *Magistratus virum monstrat. Demosthenes in Exordiis concionalibus. Sophocles quidem igitur in Elegiis, Solonis dicit esse illam sententiam.*

Praeterea tertius quoque Sophocles a Suida, recensetur. Σοφοκλῆς, Ἀθηναῖος, τραγικὸς, καὶ λυρικὸς, ἀπόγονος τοῦ παλαιοῦ· γέγονε δὲ μετὰ τὴν Πλειάδα· ἤτοι μετὰ τοὺς ἑπτὰ τραγικούς, οἵ τινες ὠνομάσθησαν Πλειάς. δράματα αὐτοῦ ιέ. *Sophocles Atheniensis, Tragicus, & Lyricus, ex posteris antiqui. Natus est autem post Pleiada; seu post septem Tragicos, qui adpellati sunt Pleias. Fabulae eius* XV. Verum de hoc ego nihil omnino legere memini. Addo vero tribus his quartum, Grammaticum, cuiusque Commentarium in Apollonii Argonautica commemorat Stephanus in Ἄπαρνος. Ita enim inquit. Ἀπολλώνιος·

Περκωσίτιδι δ' ἐπὶ τῇ, καὶ Ἀπαρνίδος ἠμαθόεσσαν

Ἠϊόνα. ———

Τοῦτο δὲ Σοφοκλῆς ὑπομνηματίζων ἱστορεῖ τὴν Ἀφροδίτην ἄμορφον ἐν Λαμψάκῳ τεκοῦσαν τὸν Πρίαπον, ἀπαρνήσασθαι, καὶ τὴν χώραν Ἀπαρνίδα καλέσαι. *Apollonius;*

Percoten vero post hoc, & Aparnidis arenosum

Littus. ———

Hoc autem Sophocles commentatus narrat Venerem, in urbe Lampsaco deformem quum peperisset Priapum, abnegavisse, & regionem Aparnidem nominavisse. Iterum in Κάναστρον. Σοφοκλῆς δὲ ὑπομνηματίζων τὰ Ἀργοναυτικὰ, Κανασταίου φησὶν ἀκρωτήριον τῆς Παλλήνης. *Sophocles autem commentatus Argonautica Canastraeum ait promontorium Pallenes.*

EVRI-

Digitized by Google

EVRIPIDES
SIVE
DE TRAGOEDIIS EIVS
LIBER III.

EVripides tres invenio, omnes Tragicos, apud Suidam: qui priorem Tragoedias XII. alterum III. tertium LXXV. vel, ut alii XCII. scripsisse tradit. Itaque trium, non unius titulos esse existimandum est, qui occurrunt. Recensebo.

ΑΙΓΕΤΣ.

Clemens Strom. VI. Πάλιν αὖ τὸ Ὁμηρικὸν παραφράζων Εὐριπίδης·

Τίς, πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πτόλις, ἠδὲ τοκῆες;

Τοῖς ὴ χρῆται τοῖς ἰαμβίοις ἐν Αἰγεῖ·

Ποίαν σε φῶμαι γαῖαν ἐκλελοιπότα
Πολυξενοῦσθαι; γῆ δέ τις, πάτρας θ' ὁρᾷ;
Τίς ἐσθ' ὁ φύσας; τοῦ κεκήρυξαι πατρός;

Rursus iuxta Homericum illud explanans Euripides;

Quis, unde es virorum? ubi tibi urbs, aut parentes?

Vtitur his iambis in AEgeo;

Quali te dicimus terra relicta
Multum peregrinari? quae vero terra, patriaeque limes?
Quis est qui genuit? cuius praedicaris patris?

Scholiastes Aristophanis Avibus. Καθάπερ Εὐριπίδης ἐν Αἰγεῖ·

——— τίς σε μάτερ ἐν δεκάτᾳ τόκον
Ὠνόμαζεν; ———

Sicut Euripides in AEgeo;

——— *quae te mater in decima partum*
Nominavit? ———

Laudatur quoque a Stobaeo Sermo VII. XXXIV. XXXIX. LXXI. item Suida in Δεκατευεῖν. Emendandum censeo Stephanum. Ἄντρῳ, τὸ σπήλαιον. τὸ τοπικὸν ἐδει ἀντρίτης ὡς λίκνον, λικνίτης. εὕρηται ὴ ἀντραῖος, ὡς Εὐριπίδης ἐν Αἰγεῖ. *Antrum, spelaeum. Locale debebat esse* ἀντρίτης, *ut* λίκνον, *ideſt, vannus,* λικνίτης. *Invenitur autem* ἀντραῖος, *ut Euripides in AEgeo.* Editur, Εὐριπίδης ἐν Αἰξί. *Euripides in Capris.*

ΑΙΟΛΟΣ.

Hesychius. Ἀκρατὲς, ἀσθενές. Εὐριπίδης Αἰόλῳ, *Impotens, infimum. Euripides in AEolo.* Strabo lib. VIII. Ἐνταῦθα γὰρ βασιλεῦσαι τὸν πατέρα αὐτῆς Σαλμωνέα, καθάπερ ὴ Εὐριπίδης ἐν Αἰόλῳ φησί. *Ibi enim regnasse patrem eius Salmoneum, quemadmodum & Euripides in AEolo dicit.* Suidas. Κλῆρος Ἑρμοῦ. Εὐριπίδης ἐν Αἰόλῳ μνημονεύει τοῦ ἔθους τούτου. *Euripides in AEolo meminit huius consuetudinis.* Dionysius Halicarn. in Arte. Ἀλλὰ ὴ Εὐριπίδης ὁἱ ὅλων λόγων διοικήσεως σχῆμα περαίνῃ ἐν ὅλῳ δράματι, ἐν μέρει τινὶ σχῆμα διοικούμενον. ἐν τῷ Αἰόλῳ ὁ Μακαρεύς ἐστιν ὁμιλήσας τῇ ἀδελφῇ, καὶ λανθάνων. *Sed & Euripides per integras rationes administrationis figuram peragit in tota fabula, in parte quadam figuram administratam. In AEolo Macareus rem habuit cum sorore, & latens.* Scholiastes Aristophanis Ranis. Τί δ' αἰσχρὸν ἦν μή.) παρὰ τὰ ἐξ Αἰόλου Εὐριπίδου·

Τί δ' αἰσχρὸν ἦν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ.

Quid autem turpe, si non.) propter illa Euripidis ex AEolo;

Quid autem turpe, si utentibus non videatur.

Citatur quoque a Stobaeo locis pluribus.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΑ.

Scholiastes Aristophanis Ranis. Ἐξ Ἀλεξάνδρας Εὐριπίδου·

——— ὴ χρόνος
Πρόβαινε τόδε. ———

Ex Alexandra Euripidis;

——— *& temporis*
Processit pedem. ———

Hesychius. Ἄρρητος κόρη, ἡ Περσεφόνη. Εὐριπίδης Ἀλεξάνδρᾳ. *Ineffabilis virgo, Proserpina, Euripides in Alexandra.* Laudatur etiam Stobaeo locis pluribus.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ.

Clemens Strom. IV.

Ἦν ἓν κακὸν παίδευμά τ' ἐς εὐανδρίαν
Ὁ πλοῦτος ἀνθρώποισιν, αἵ τ' ἄγαν τρυφαί.

Ἐν τῷ Ἀλεξάνδρῳ ὁ Εὐριπίδης πεποίηκεν.

Erat igitur mala doctrina & in virilitatem
Divitiae hominibus, ac nimiae deliciae.

In Alexandro Euripides fecit. Iterum Strom. VI.

Ναὶ μὴν Εὐριπίδου μὲν ἐξ Ἀλεξάνδρου·

Χρόνος δὲ δείξει, ᾧ τεκμηρίῳ μαθὼν,
Ἢ χρηστὸν ὄντα γνώσομαί σε, ἢ κακόν.

Nae tamen Euripidis quidem ex Alexandro;

Tempus vero ostendet, quo signo ductus,
Virum benignus sis noscam, an malus.

Laudat quoque AElianus Var. Hist. lib. II. Descript. Olymp. XCI. anno I. Ἀντηγωνισαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς ὴ Εὐριπίδης. ὴ πρῶτός γε, ἦν Ξενο-

Ξενοκλῆς Οἰδίποδι, καὶ Λυκάονι, ϗ Βάκχαις, καὶ Ἀθάμαντι Σατυρικῷ· Τέτυ δεύτερ☉ Εὐριπίδης ἦν Ἀλεξάνδρῳ, καὶ Παλαμήδ, ϗ Τρωσὶ, ϗ Σισύφῳ Σατυρικῷ. *Contenderunt invicem Xenocles & Euripides. Et primus erat Xenocles Oedipo, Lycaone, & Bacchis, & Athamante Satyrico. Post hunc secundus Euripides, Alexandro, & Palamede, & Troianis, & Sisypho Satyrico.*

A

ΑΛΚΗΣΤΙΣ.

B

Exstat.

ΑΛΚΜΑΙΩΝ.

Erotianus. Σκεθροτέραν. Βακχεῖ☉ ἐν ᾧ φησὶν ἀληθεστέραν. ἀλλ' οὐκ ὀρθῶς. κεῖται καὶ ὅτε μὲν ἀντὶ τῦ ἀληθῦς, ὅτε δὲ ἀντὶ τῦ ἀκριβῦς λογισμῦ τὸ σκεθρόν· ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἀλκμαίωνί φησι·

Γυναῖκες ὁρμήθητε, μηδ' ἀτιμίαν
Σκεθρήν τις ὑμῶν. ταύτης γὰρ σκεθροτέραν
Ἡμᾶς ἀνάγκη τὺς νομίζοντας τέχνιν.

C

Exactiorem. Bacchius in primo dicit veriorem, sed non recte. Ponitur etiam quandoque quidem simplex eius, pro vero, aliquando autem pro exacta ratiocinatione exactum. Vt & Euripides in Alcmaeone ait;

Mulieres impetum facite, neque infamiam
Veram ulla ex vobis. Illa enim veriorem
Nos necessitas existimantes artem.

Scholiastes Aristophanis Equitibus. Ὁ σίχος δὲ παρὰ τὰ ἐξ Ἀλκμαίων☉ Εὐριπίδυ. *Versus autem ad modum eorum, quae ex Alcmaeone apud Euripidem.* Priscianus lib. XVIII. *Euripides in Alcmaeone.*

Τί τῦτ' ἔκοντ☉ ὠδὲν ἐκτρέπ πατρός;
Quid hoc volente nihil deflectit patre?

Hesychius. Ἀργαίνειν, λευκαίνειν, Εὐριπίδης Ἀλκμαίωνι. *Albicare, dealbare. Euripides in Alcmaeone.* Citatque iterum in Ἀτενής; ut & Stobaeus locis pluribus.

D

ΑΛΚΜΗΝΗ.

E

Hesychius. Ἀμολγὸν νύκτα, Εὐριπίδης Ἀλκμήνῃ, ζοφερὰν, καὶ σκοτεινήν. *Noctem qua mulgetur, Euripides in Alcmena, caliginosam & tenebrosam.* Ita emendo. Nam perperam est, quod hodie editur. Εὐριπίδης ἀλκμήνῳ, ζοφερὰν, καὶ σ. *Euripides Alcmenen, caliginosam, & t.* Pollux lib. X. cap. XXVI. Πανὸς μέν τοι, ϗ φανὸς, ἡ λαμπάς. ὡς ὅταν φῇ ἐν τῇ Ἀλκμήνῃ Εὐριπίδης·

Πόθεν ἢ πεύκης φανὸν ἐξεῦρες λαβεῖν;

Πανὸς *quidem*, & φανὸς, *fax. Vt quum dicit in Alcmena Euripides;*

Vnde autem picis facem invenisti accipere?

Commemoratur a Stobaeo locis plurimis.

F

ΑΛΟΠΗ.

Etymologici Auctor. Ἰδέσθω, σὺν τῷ ἰ. παρὰ τὸ αἰδῶ περισπώμενον. Εὐριπίδης Ἀλόπῃ·

Οὐ μὴ σὺ γ' ἡμᾶς τὺς τεκόντας ᾐδέσω;

Ἰδέσθω, *veneratus sum, cum littera i. ab* αἰδῶ *veneror circumflexa ultima. Euripides Alope;*

Non tu nos parentes veneratus es?

Corruptus est Hesychii locus. Ἀπρόσειλ☉, ᾧ ὐδεὶς προσειλεῖται, ἀλλ' εὐθεως πίπτ. ἢ ἀκαυμάτις☉ ἀπὸ τῆς εἴλης. Εὐριπίδης Ἀλήπ. *Non advolvendus, cui nullus advolvitur; sed statim cadit; aut non cremabilis ab calore. Euripides in Alep.* Rescribo. Εὐριπίδης Ἀλόπῃ. *Euripides in Alope.* Ammonius De Diff. Voc. in Τροχοί. Ἐν Ἀλόπῃ Εὐριπίδυ·

Ὁρῶ μὲν ἀνδρῶν τόνδε γυμνάδα σόλον,
Στείχοντα θεωρὸν ἐκ τρόχων πεπαυμένον.

In Alope Euripidis;

Video quidem virorum hunc palaestricum exercitum,
Ordine incedentem spectatorem ab cursibus quietum.

Laudatur Stobaeo Serm. LXXI. LXXII. LXXVII. Ac corrupte apud eumdem legitur Serm. CIII. Ἐν Ἀλείπῃ. *In Aleipe.* Restitue. Ἐν Ἀλόπῃ. *In Alope.*

ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ.

Exstat.

ΑΝΔΡΟΜΕΔΑ.

Athenaeus lib. XI. Νεοπτόλεμ☉ δ' ὁ Παριανὸς ἐν τρίτῳ Γλωσσῶν τὸ κίσσινον ποτήριόν (φησι) σημαίνειν παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀνδρομέδᾳ. *Neoptolemus autem Parianus in tertio Linguarum hederaceum poculum (ait) notare iuxta Euripidem in Andromeda.* Macrobius Saturnal. lib. v. cap. XXI. *Qui autem cissybium ex hedera factum poculum,* οἱονεὶ κισσινὸν, (*tamquam hederaceum*) *dici arbitrantur, Euripidis auctoritate niti videntur: qui in Andromeda sic ait.*

——— πᾶς ᾗ ποιμένων ἔῤῥει λεώς.
Ὁ μὲν γάλακτ☉ κίσσινον φέρων σκύφον,
Philostratus in Hippodromo Soph. lib. II Ἀλλὰ κὴ κρεῖττον ὕλβου κτῆμα ἐκάλει αὐτὴν ἐκ τῶν Εὐριπίδου τε Ὑμνων, κὴ Ἀμφίονος. *Sed etiam meliorem divitiis possessionem vocabat illam ex Euripidis Hymnis, & Amphione.* Hos designat sine dubio Plutarchus in Demosthene. Ὁ μὲν γράψας τὸ ἐπὶ τῇ νίκῃ τῆς Ὀλυμπιάσιν ἱπποδρομίας εἰς Ἀλκιβιάδλιν ἐγκώμιόν τε Εὐριπίδης, ὡς ὁ πολὺς κρατεῖ λόγος, εἴ τ' ἕτερός τις ἦν, Σόσσιε, φησὶ χρῆναι τῷ εὐδαίμονι πρῶτον ὑπάρξαι τὴν πόλιν εὐδόκιμον. *Qui quidem scripsit de victoria Olympiae equorum certaminis in Alcibiadem encomium, sive is Euripides, ut multus firmat sermo, sive alius quis erat Sossi, sit oportere felici primo exsistere urbem nobilem.* Vides Hymnum in Alcibiadem. Ac puto ex Hymno in Apollinem esse, quae profert Macrobius Sat. lib. I. cap. XVII. ubi de variis eius Dei cognominibus.

Πυριχθὴς ὃ δράκων ὅλον ἡγεῖται τετραμόρφως.
Ὧρις, ζευγνὺς ἁρμονίᾳ πολύκαρπον ὄχημα.

Ignem autem draco totum ducit quadriformibus
Tempestatibus, iungens concordiae frugiferum vehiculum.

Atque haec hactenus de Tragoediis. Commemorantur quoque Epistolae Euripidis; sed quae tamen Sabirii Pollonis esse ferebantur. Anonymus in Vita Arati. Ἀπολλωνίδης ὁ Κηφεὺς ἐν τῷ ἀγδόῳ περὶ κατεψευσμένης ἱςορίας μὴ εἶναι αὐτὰς Ἀράτου φησὶν, ἀλλὰ Σαβυρίου Πόλλωνος· τοῦ δ' αὐτοῦ τοῦτο φησὶν εἶναι ἐπιγεγραμμένας Εὐριπίδου Ἐπιςολάς. *Apollonides Cepheus in octavo de falsa historia non esse illas Arati ait, sed Sabirii Pollonis. Huius vero ipsius ait esse inscriptas Euripidis Epistolas.*

AT-

(a) *Meibomius* voculam ὧ delebat. Laertii Editio Amstelaedamensis habet: ᾧ κὴ Σωκράτης τὰ φρύγανα ὑπατίθησι. Sed melior alia lectio.

FINIS.

Digitized by Google

ATTICARVM LECTIONVM

LIBRI VI.

Digitized by Google

VIRO MAGNIFICO, AMPLISSIMOQVE

IACOBO DICKIO

SERENISSIMI SVECORVM REGIS CONSILIARIO, ET AD ILLVSTRISSIMOS BELGII FOEDERATI ORDINES LEGATO ORDINARIO,

IOANNES MEVRSIVS

DEDICO CONSECROQVE.

ANDEM mihi advenit dies, Vir Magnifice, & Ampliſſime, quem iam aliquamdiu optavi. Nempe hoc, quod cupiebam, erat; ut & fidem apud te meam liberarem, & ſtudium meum, atque obſervantiam, palam facerem. Nam, ut verum tibi fatear, ex quo tempore Bona Fortuna de meliore tibi nota me commendavit, omnibus modis enitendum mihi putavi, ut iudicii iſtius tui ratio tibi conſtare poſſet; egoque me illum oſtenderem eſſe, quem non immerito amandum tibi propoſuiſſes. Habe igitur Atticas Lectiones *noſtras, eaque benevolentia accipe, qua inuſitata admodum Auctorem hactenus es complexus. Non poteram iis meliorem patronum quaerere; cuius humanitas in tam alto dignitatis iſtius faſtigio adeo magna eſt, ut in dubio fere reliqueris, utra maior cenſeri debeat. Certe vel ab uno congreſſu animos omnium benigno vultu, ac verbis blandis, ita devincire ſoles; ut quum etiam a te diſceſſerint, apud te tamen, & in poteſtate tua, quiſque ſuum reliquiſſe ſeſe ſentiat. In primis vero illis totum te expandis; ſi quos Muſae, Gratiaeve, commendaverint: ita ut litterata ingenia, ceu Batavicum Maecenatem, te ſuſpiciant, venerenturque. Inde factum, ut poſtquam humanitas illa tua, a Rege tuo tam ſublimi in loco poſita, inclareſcere magis coepit, praeſtantiſſima quaeque ingenia, quibus hodie univerſam adeo Europam una noſtra Batavia provocat, ſua tibi monumenta certatim obtulerint. Nihil auribus tuis dabo; nam & animus paulo erectior, & naturae meae genius, a blanditiis alienum me fecerunt; ſed virtutes uniuſcuiuſque pretio aeſtimare recte poſſum, & debita laude ingenue ornare; quamobrem haec ex animi ſententia dicta adfirmo. Ad humanitatem tuam tam inſignem Virtus nihilo minor accedit, & Prudentia; quae utraque, quum te in Sveciam tua fortuna tranſtuliſſet, ita Regi eius Carolo commendavit, ut conſiliis ſtatim ſuis adhibendum exiſtimaret. Atque exinde ita illi te probaſti, ut regni ſui maxima negotia tibi crederet, ac legationes etiam frequentiſſimas demandaret, modo in Galliam, modo in magnam etiam Britanniam, tum ad Ordines quoque Belgii Foederatos; quas tu omnes ita quidem obiiſti, ut & iis ad quos ablegatus eſſes, & qui ablegaſſet Regi, virtutem, fidem, ac prudentiam, adprobares. Moxque Carolo defuncto, Guſtavus Adolphus, ut regni, ita virtutis item paternae, heres, Patris ſui iudicium ſequutus, dignitatem conſervavit, Legatumque ordinarium apud Ordines Foederatos eſſe voluit. Quo in munere ita te per annos aliquot hic geſſiſti, ut Legatum ſimul Regi, civem vero Patriae etiam optimum praeſtares. Itaque tuae in primis induſtriae eſt foedus illud inter Sveciam, & hanc Remp. cuius ergo utraque iſta ſibi haud parum gratulatur, & beneficium tibi imputat. Nempe quum Fortuna tua effeciſſet, ut in terra extranea civis, in patria quaſi extraneus eſſes, Virtus tua admirabili quadam arte in utrumque temperavit; ut, quod illa adquiſivit, haec tamen retinuiſſe nihilominus videatur. Macte felicitate iſta, & diu Regi, diu patriae porro vive; meque amare, tui longe obſervantiſſimum, conſtanter perge. Lugduni Batavorum, ad diem* XVI. *menſis Iunii* CIↃIↃCXVII.

BENIGNE LECTOR.

ACcipe *Lectiones* meas, quas ego *Atticas* indigetavi; non quod omnes, ſed pleraeque tales eſſent; operiſque pars potiſſima titulo tuendo ſufficere viſa. Nihil ambitioſe dicam, nec a modeſtia mea diſcedam: illud tantum; ſpem mihi eſſe, inventurum te hic non pauca, quae probare ſeſe poſſint; in ceteris conatum laudabis. Nihil ultra te morabor. Vale, &

AETERNITATEM COGITA.

ATTI-

Digitized by Google

ATTICARVM LECTIONVM

LIBER I.

CAPVT PRIMVM.

Athenae quam magnae, & vetus Ἄστυ. *Portae, & earum nomina. Habitantium frequentia. Reditus annui. Harpocration emendatus. Vrbes quot subiectae. Copiae militares. Classis. Strabo, & Plinius restituti. Populi Atheniensis statuae, & picturae.*

Athenae Atticae urbs celeberrima (a). Primi domos ibi posuerunt Hyperbius, & Euryalus fratres, quum antea pro iis specus habitarentur. Plinius lib. VII. cap. LVI. *Domos constituerunt primi Euryalus, & Hyperbius fratres Athenis, antea specus erant pro domibus* (b). Postea magnitudine Graeciae totius ceteras urbes superarunt. Isocrates in Panegyrico. Ὁμολογεῖται μὲν γὰρ τὴν πόλιν ἡμῶν ἀρχαιοτάτην εἶναι, καὶ μεγίστην. *In confesso enim quidem est nostram urbem vetustissimam esse, & maximam.* Vnde μεγαλοπόλιες dicuntur a Pindaro Pythionic. Od. VII.

Κάλλιστον αἱ μεγαλοπόλιες Ἀθᾶναι
Προοίμιον Ἀλκμαιονιδᾶν
Εὐρυσθενεῖ γενεᾷ. ———
Optimum grandurbes Athenae
Prooemium Alcmaeonidarum
Lati roboris generi.

Dicam de ea magis distincte. Dionysius Halicarnassaeus Antiquit. Rom. lib. IV. Romam comparat. Εἰ δὲ τῷ τείχει τῷ δυσευρέτῳ μὲν ὄντι διὰ τὰς περιλαμβανούσας αὐτὸ πολλαχόθεν οἰκήσεις, ἴχνη δέ τινα φυλάττονται (c) κατὰ πολλοὺς τόπους τῆς ἀρχαίας κατασκευῆς, βουληθείη μετρεῖν αὐτὴν κατὰ τὸν Ἀθηναῖον κύκλον τὸν περιέχοντα ἄστυ, ἢ πολλῷ τινι μείζων ὁ τῆς Ῥώμης φανείη κύκλος. *Sin autem muro, qui difficulter invenitur ob domos undique illum cingentes; sed vestigia quaedam servante in multis locis* (d) *vetustae fabricae, voluerit eam metiri ad Atheniensium circuitum, qui urbem continet, non multo maior adparuerit circuitus Romae.* Iterum lib. IX. Τῷ περιβόλῳ τῆς πόλεως ὄντος ἐν τῷ τότε χρόνῳ, ὅσος Ἀθηναίων τοῦ ἄστεος κύκλος. *Circuitu urbis per illud temporis tanto, quantus Atheniensium urbis circuitus.* Atque adeo circuitus dicit item erat. Aristides in Panathen. Τὰ δ' αὖ τοῦ μεγέθους, καὶ τῆς ἄλλης κατασκευῆς, τίς οὐκ ἂν ἄξια τῆς ὅλης τύχης εἴποι, καὶ τοῦ μεγάλου τῶν Ἀθηναίων ὀνόματος; τοῦτο μὲν αὐτὸν τὸν κύκλον τοῦ ἄστεος, μέγιστον μὲν τῶν Ἑλληνικῶν, κάλλιστον δὲ τῶν πανταχοῦ. καὶ σιωπῶ τείχη καθήκοντα πόρρω ἐπὶ θάλατταν, ἡμερησίας ὁδοῦ μήκος τὰ σύμπαντα. *Rursus illa, quae pertinent ad magnitudinem, & reliquam exstructionem, quis non dixerit digna universa fortuna, & magno Atheniensium nomine; partim quidem ipsum circulum urbis, maximum quidem Graecorum, pulcerrimum vero omnium. Et taceo muros pertinentes quondam ad Mare, omnia diurni itineris spatium obtinentia.* Vis particulatim scire? Phalerici muri longitudo erat stadiorum XXXV. Vrbis murus exterior, qui custodiebatur XLIII. stadia habebat; murus longus ad Piraeeum usque XL. Piraeeus cum Munychia IX. Accurate tradit Thucydides lib. II. Τοῦ τε (e) Φαληρικοῦ τείχους σταδίους ἦσαν πέντε καὶ τριάκοντα πρὸς τὸν κύκλον τοῦ ἄστεος. καὶ αὐτοῦ τοῦ κύκλου τὸ φυλασσόμενον τρεῖς καὶ τεσσαράκοντα. ἔστι δὲ αὐτοῦ ὃ καὶ ἀφύλακτον ἦν, τὸ μεταξὺ τοῦτε μακροῦ καὶ τοῦ Φαληρικοῦ. τὰ δὲ μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ, τεσσαράκοντα σταδίων, ὧν τὸ ἔξωθεν ἐτηρεῖτο. καὶ τοῦ Πειραιῶς ξὺν Μουνυχίᾳ, ἑξήκοντα μὲν σταδίων ὁ ἅπας περίβολος. *Et Phalerici muri stadia erant quinque, & triginta usque ad circuitum urbis; & ipsius huius circuitus pars, quae custodiebatur, tria & quadraginta patebat. Erat vero aliquid etiam eius non custoditum, nempe inter longum, & Phalericum. Longi autem muri ad Piraeeum quadraginta stadiorum, quorum exterius latus servabatur. Et Piraeei cum Munychia sexaginta quidem stadiorum omnis ambitus.* Ergo ambitus hic universus stadiorum CLXXVIII. Huic consentaneum est, quod Plutarchus Syracusas Athenis comparat. Locus in Nicia est. Ὀλίγῳ χρόνῳ περιετείχισε Συρακούσας, πόλιν Ἀθηνῶν οὐκ ἐλάττονα. *Brevi tempore*

(a) Vide *Lib.* I. *Athen. Attic. Cap.* I.
(b) Consule *Cap.* III. *Fortun. Athen.*
[c] *Iac. Gronov.* Vocem τόπους omiserat *Meursius.*
(d) Φυλάττονται. Sententia, & editio Lipsiensis 1691.
(e) Deest, γάρ.

Digitized by Google

pore circummunivit Syracusas, urbem Athenis non minorem. Earum vero ambitus erat stadiorum CLXXX. Strabo lib. VI. ubi de iis. Πεντάπολις γὰρ ἦν τοπαλαιὸν, ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα σταδίων ἔχουσα τὸ τεῖχος. *Antiquitus enim erat quinque urbium, centum, & octoginta stadiorum habens murum*. Dion Chrysostomus CC. dixit Orat. VI. quae est de Tyrannide. Καί τοι διακοσίων σταδίων εἶναι τὴν περίμετρον τῶν Ἀθηνῶν τῶν Πειραιέως συντιθεμένων, καὶ τῶν διὰ μέσων τειχῶν πρὸς τὸν περίβολον τῶν ἄστεος. *Quamvis ducentorum stadiorum esse circuitum Athenarum Piraeeo coniuncto, & muris, qui in medio erant usque ad ambitum urbis*. Sed vetus urbs, quae proprie Ἄστυ [a] dicebatur, quot in ambitu stadia habuit? LX. accipio ex Scholiaste Thucydidis loco citato. Nam quum Thucydides urbis murum exteriorem ad XLIII. stadia per excubias custodiri commemorasset; interiorem, qui intra murum longum esset, & Phalericum, sine excubiis fuisse tradit. Ecce verba. Καὶ αὐτῷ τῷ κύκλῳ (loquitur de muro urbis veteris) τὸ φυλασσόμενον τριῶν καὶ τεσσαράκοντα. ἔστι δὲ αὐτοῦ ὃ καὶ ἀφύλακτον ἦν, τὸ μεταξὺ τοῦ τε μακροῦ καὶ τοῦ Φαληρικοῦ. *Et ipsius circuitus, id quod custodiebatur tria, & quadraginta, pars autem eius erat incustodita, nempe quod inter longum, & Phalericum*. Ibi notat is, quem dixi, Scholiastes. Ὃ καὶ ἀφύλακτον, μέρος δηλονότι. τετέστι, σταδίοις δεκαεπτά. ὁ γὰρ ὅλος κύκλος σταδίων ἦν ἑξήκοντα. *Quod & incustoditum, spatium nempe, hoc est, stadia septemdecim. Totus enim orbis erat stadiorum sexaginta*. Ergo ad priscam magnitudinem stadia addita, ut Thucydides CXVIII. ut Chrysostomus CXL. Iam quot portae eius fuerunt? De numero parum quidem liquet; dicam tamen, quarum nomina obseruavi (b). Erant, Πύλαι ΑΧΑΡΝΙΚΑΙ. Hesychius. Ἀχάρναι, δῆμος τῆς Ἀττικῆς. Ἀχαρνικαὶ, πύλαι Ἀθήνησιν. *Acharnae, populus Atticae. Acharnicae portae Athenis*. ΔΙΟΧΑΡΟΥΣ. Strabo lib. IX. Εἰσὶ μὲν ἐν αἱ πηγαὶ καθαρᾶ καὶ ποτίμου ὕδατος, ὥς φασιν, ἐκτὸς τῆς Διοχάρους καλουμένων πυλῶν. *Sunt quidem igitur fontes purae, & potabilis aquae, ut dicunt, extra Diocharis vocatas portas*. ΔΙΟΜΕΙΑΙ. Hesychius in Δημιάσι. μήποτε ὂν ἀντὶ τῶν Διομειεῖσι πύλαις Δημιάσιν εἶπεν, διὰ τὴν ἐγγύτητα τῶν ὀνομάτων. *Fortassis igitur pro Diomensibus portis dixit Demiasin, propter propinquitatem nominum*. ΗΡΙΑΙΑΙ. Etymologici Auctor. Ἠριαῖαι, πύλαι Ἀθήνησι. διὰ τὸ τὰς νεκρὰς ἐκφέρεσθαι ἐκεῖ τὰ ἠρία, ὅ ἐστι τοὺς τάφους. *Eriaeae, portae Athenis; quoniam cadavera illic efferuntur ad monumenta, hoc est, sepulcra*. ΘΡΑΚΙΑΙ. Thucydides lib. V. Καὶ τοὺς ἄλλους μετὰ τοῦ Κλεαρίδα καθίζει ἐπὶ τὰς Θρακίας καλουμένας τῶν πυλῶν, ὅπως ὥσπερ εἴρητο ἐπεξίοιεν. *Et alios cum Clarida collocavit ad portas Thracias, ut vocantur, ut prout dictum fuerat erumperent*. Et mox. Καὶ ὁ Κλεαρίδας, ὥσπερ εἴρητο, ἅμα κατὰ τὰς Θρακίας πύλας ἐπεξελθὼν τῷ στρατῷ ἐπεφέρετο. *Et Clearidas, sicut dictum erat, simul ad portas Thracias erumpens exercitum invadebat*. ΘΡΙΑΣΙΑΙ. quae & ΔΙΠΤΥΛΟΝ; de quibus infra capite singulari. ΙΕΡΑΙ. Plutarchus in Sylla. Αὐτὸς δὲ Σύλλας τὸ μεταξὺ τῆς Πειραϊκῆς πύλης, καὶ τῆς ἱερᾶς κατασκάψας, καὶ συνομαλύνας, περὶ μέσας νύκτας ἐσήλαυνε φρικώδης. *Ipse vero Sulla ea parte, quae erat inter Piraeicam portam, & sacram, eversa, & complanata, circa mediam noctem invasit terribilis*. ΙΠΠΑΔΕΣ. Plutarchus lib. De X. Rhet. in Hyperide. Τοὺς δὲ οἰκείους τὰ ὀστᾶ λαβόντας, θάψαι τε ἅμα τοῖς γονεῦσι πρὸ τῶν ἱππάδων πυλῶν, ὥς φησιν Ἡλιόδωρος ἐν τῷ τρίτῳ περὶ μνημάτων. *Familiares autem sumta ossa sepeliuisse simul cum parentibus ante portas equestres, ut ait Heliodorus in tertio libro de sepulcris*. Hesychius in Ἱππάδα. αἱ πύλαι Ἀθήνησιν ἱππάδες ἐκαλοῦντο. *Et portae Athenis equestres vocabantur*. ΚΕΡΑΜΕΙΚΑΙ. Hesychius in Δημιάσι. οἱ δὲ τὰς Κεραμεικὰς πύλας, πρὸς γὰρ αὐτὰς φασιν ἑστάναι τὰς πόρνας. *Alii autem Ceramicas portas; nam dicunt ad eas stetisse meretrices*. ΜΕΛΙΤΙΔΕΣ. Pausanias in Atticis. Μνημά ἐστιν οὐ πόρρω πυλῶν Μελιτίδων. *Sepulcrum est non procul portis Melitibus*. Marcellinus in Vita Thucydidis. Πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κίμωνος μνήματα. *Nam ad portas Melitides, ut adpellantur, erant in Cava* [c] *Cimonis monumenta dicta*. ΠΕΙΡΑΙΚΑΙ. Plutarchus in Theseo. Καὶ τάφους τῶν πεσόντων περὶ τὴν πλατεῖαν εἶναι τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὰς πύλας, παρὰ τὸ Χαλκώδοντος ἡρῶον, ἃς νῦν Πειραϊκὰς ὀνομάζουσι. *Et sepulcra eorum, qui occubuerunt, circa plateam esse, quae fert ad portas prope sepulcrum Chalcodontis, quas nunc Piraeicas nominant*. Meminitque iterum in Sylla, & verba iam produximus. Habes ecce portas decem. In tam magna autem urbe quantum civium fuisse putamus. Invenio ad XX. M. nempe eorum, qui familiam aluerunt [d]; nam alioquin numerus iste non pro urbis magnitudine. Demosthenes Orat. contra Aristogitonem. Σκοπεῖτε γάρ, εἰσὶν ὑμῶν δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι· τούτων ἕκαστος ἔν τι γε πράττων κατὰ τὴν ἀγορὰν περιέρχεται, ἢ τὸν Ἡρακλέα τῶν κοινῶν ἢ τῶν ἰδίων. *Videte enim, sunt simul viginti millia omnes Athenienses; horumque unusquisque aliquidpiam peragens in foro circumit, aut Mehercules publicarum rerum, aut priuatarum*. Libanius Declam. XVI. Ἔτι τοίνυν, τίς οὐκ οἶδεν, ὡς Ἀθηναίων δισμυρίων ὄντων, σιωπῶσι μὲν οἱ πλείους, καὶ τῶν πολιτικῶν ἀφεξῆσι. *Praeterea igitur quis non novit, quemadmodum Athenienſium quum sint viginti millia, taceant quidem plures, & ab Republica abstineant*. Incertus Auctor apud Hesychium in Ὁμῶ. Ἄνδρες Ἀθηναῖοι δισμύριοι ὁμόφρονες. *Viri Athenienses numero viginti millia, concordes*. Iam servorum quantam illic multitudinem fuisse censes? Certe ad quadringenta millia. Ita fuit, quum Demetrius Phalereus urbi praeesset, Olympiadis CX. anno primo. Anonymus in Descriptione Olympiadum ad istum annum. Ἐξετασμῷ τῶν Ἀθηναίων γενομένῳ ὑπὸ

(a) Consule *Lib. De Fortun. Athen. Cap.* III.
(b) Adi, si vacat *Lib.* III. *Athen. Attic. Cap.* XII.
(c) Vertendum est *Coela*, quae Pagus Atticae est, & de ea agit *Meursius Lib. De Popul. Atticae*.
(d) Consule *Cap.* IV. *Lib. De Fortun. Athen.*

Digitized by Google

νω ὑπὸ Δημητρίυ τῦ Φαληρέως, εὑρέθησαν Ἀθηναίων μὲν δισμύριοι, οἰκετῶν δὲ μυριάδες τεσσαράκοντα. *Lustratione Athenienſium facta ſub Demetrio Phalereo, inventa ſunt Athenienſium quidem millia viginti, ſervorum vero quadringenta millia.* Accurate ex Cteſicle Athenaeus libro ſexto, in ſervorum numero nihil mutans, ait cives fuiſſe millia viginti unum, inquilinos decem millia. Κτησικλῆς δ' ἐν τρίτῃ Χρονικῶν, τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατὸν φησιν Ὀλυμπιάδι Ἀθήνησιν ἐξετασμὸν γενέσθαι ὑπὸ Δημητρίυ τῦ Φαληρέως τῶν κατοικούντων τὴν Ἀττικήν· καὶ εὑρεθῆναι Ἀθηναίους μὲν δισμυρίους πρὸς τοῖς χιλίοις. μετοίκους δὲ μυρίους, οἰκετῶν δὲ μυριάδας τεσσαράκοντα. *Cteſicles autem in tertio Chronicorum, decima & centeſima ait Olympiade Athenis recenſionem factam ſub Demetrio Phalereo eorum, qui incolerent Aticam; & Athenienſium quidem reperta viginti & unum millia, inquilinorum vero decem millia, ſervorum autem quadringenta millia.* De civium viginti millibus innuit item locus iſte Plutarchi in Pericle. Ἐπὶ δὲ τοῦ βασιλέως τῶν Αἰγυπτίων δωρεὰς τῷ δήμῳ πέμψαντος τετρακισμυρίους πυρῶν μεδίμνους, ἔδει διανέμεσθαι τοὺς πολίτας, πολλαὶ μὲν ἀνεφύοντο δίκαι τοῖς νόθοις ἐκ τῦ γράμματος ἐκείνυ, τέως διαλανθάνουσαι, καὶ παροράμεναι. πολλοὶ δὲ καὶ συκοφαντήμασι περιέπιπτον· ἐπράθησαν δ' ὧν ἁλόντες ὀλίγῳ πεντακισχιλίων ἐλάττυς, οἱ δὲ μείναντες ἐν τῇ πολιτείᾳ, καὶ κριθέντες Ἀθηναῖοι, μύριοι καὶ τετρακισχίλιοι καὶ τεσσαράκοντα τὸ πλῆθος ἐξητάσθησαν. *Sed poſtquam Rege AEgyptiorum donis populum proſequuto quadraginta millibus modium frumenti, oporteret dividere cives, multae quidem exoriebantur lites ſpuriis ex illo ſcripto, antehac occultatae, & neglectae; multi vero etiam calumniis percellebantur. Venditi ergo ſunt convicti paulo plures quinque millibus. Qui vero manſerunt in civitate, & iudicati fuere Athenienſes, quatuordecim millia, & quadraginta multitudine recenſiti ſunt.* Et fuit is numerus iam uſque a Cecrope. Scholiaſtes Pindari ex Philochoro ad Olymp. Od. IX. Φιλόχορός φησι Κέκροπα βυλόμενον τὸ τῶν Ἀθηναίων δῆμον καὶ τὸ πλῆθος ἐπιγνῶναι, κελεῦσαι αὐτοὺς λίθους ἀποφέρειν, καὶ βάλλειν εἰς τὸ μέσον. ἐξ ὧν ἐπιγνῶναι, δισμυρίους αὐτοὺς ὄντας. *Philochorus ait Cecropem quum vellet Athenienſium populum, & multitudinem cognoſcere, iuſſiſſe eos conferre lapides, & iacere in medium; ex quibus cognoviſſe viginti millia eorum eſſe.* Iam de reditibus quid dicemus? Obſervo fuiſſe talenta annua CIↃ. CC. & quod excurreret (a). AEſchines Orat. Περὶ παραπρεσβ. Φόρῳ δ' ἡμῖν κατ' ἐνιαυτὸν προσήκει πλέον ἢ χίλια καὶ διακόσια τάλαντα. *Tributum vero nobis annuum accedit plus quam mille, & ducenta talenta.* Ad haec ſexcenta a ſociis tributa. Thucydides lib. II. Θαρσεῖν τ' ἐκέλευε, προσιόντων μὲν ἐξακοσίων ταλάντων ὡς ἐπιτοπολὺ φόρυ κατ' ἐνιαυτὸν ἀπὸ τῶν ξυμμάχων τῇ πόλει, ἄνευ τῶν ἄλλης προσόδυ. *Iuſſitque bono animo eſſe, proveniente quidem ſexcentorum, ut plurimum talentorum tributo annuo ab ſociis urbi, extra alios reditus.* Atticae totius cenſus erat, talentorum VI. M. Demoſthenes indicat, περὶ συμμοριῶν. Ἐπεὶδὰν δὲ ταῦτα οὕτως ἔχοντα ὑπάρχει, κελεύω, ἐπειδὴ τὸ τίμημά ἐστι τὸ τῶν χώρας ἑξακισχιλίων ταλάντων, ἵν' ὑμῖν καὶ τὰ χρήματα ᾖ συνταγμένα διελεῖν τοῦτο καὶ ποιῆσαι καθ' ἑξήκοντα τάλαντα ἑκατὸν μέρη. *Quando autem haec ita ſe habent, impero, quoniam merces regionis eſt ſex millium talentorum, ut vobis etiam pecuniae ſint deſcriptae, illud dividere, & centum partes facere, ſingulas ſexaginta talentorum.* Et mox. Ἡμῖν δὲ τὸ τῶν χώρας τίμημα ὑπάρχον, ἀφορμὴν ἑξακισχίλια τάλαντα ἀκούσει. *Nobis autem, quae merces eſt regionis, audiet opportunitatem ſex millium talentorum.* Quem locum citat etiam Harpocration in ὅτι ἑξακισχίλια. Sed perperam in ipſis Demoſthenis verbis, quae ibi profert, editur hactenus ὀκτακισχίλια, pro ἑξακισχίλια. Reſtitue itaque. Inſtitutus autem is cenſus bello contra Lacedaemonios; neque talenta ſex mille integra iſta fuerunt, verum deerant ducenta quinquaginta. Ecce apud Polybium Hiſtor. lib. II. Τίς γὰρ ὑπὲρ Ἀθηναίων οὐχ ἱσόρηκε, διότι καθ' ὃς καιροὺς μετὰ Θηβαίων εἰς τὸν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ἀνεβαίνων πόλεμον, καὶ μυρίους μὲν ἐξέπεμπον στρατιώτας, ἑκατὸν δ' ἐπλήρων τριήρεις, ὅτι τότε κρίναντες ἀπὸ τῆς ἀξίας ποιεῖσθαι τὰς εἰς τὸν πόλεμον εἰσφορὰς, ἐτιμήσαντο τήν τε χώραν καὶ τὴν Ἀττικὴν ἅπασαν, καὶ τὰς οἰκίας, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν λοιπὴν οὐσίαν. ἀλλ' ὅμως τὸ σύμπαν τίμημα τῆς ἀξίας ἐνέλιπε τὴν ἑξακισχίλιων, διακοσίοις, καὶ πεντήκοντα ταλάντοις. *Quis enim de Athenienſibus non intellexit, quibus temporibus cum Thebanis in bellum contra Lacedaemonios deſcendebant, & decem millia quidem militum emittebant, centum vero complebant triremes, eos tunc decernentes ab facultate conferre ad bellum, cenſuiſſe regionemque & Atticam omnem, & domos ſimiliter, & reliquam ſubſtantiam; & tamen univerſa ſumma pretii fuit ſex millium talentorum, demtis ducentis, & quinquaginta.* Parebant ipſis, ſcilicet quum Graeciae totius imperium tenerent, urbes mille. Ariſtophanis Veſpis.

Εἰσίν γε πόλεις χίλιαι· αἱ νῦν τὸν φόρον ὑμῖν ἀπάγυσι.
Τῶν εἴκοσι ἄνδρας βόσκειν εἴ τις προσέταξεν ἑκάστῃ,
Δύο μυριάδες τῶν δημοσίων ἕξων ἐν πᾶσι λαγῴοις.
Sunt utique urbes mille, quae nunc tributum adducunt.
Horum viginti viros paſcere ſi quis mandaverit unicuique,
Viginti millia popularium viverent in meris pulpamentis.

Iam quae copiae militares ordinariae. Peditum XXIX. M. equitum MMDCCC. Ex peditibus tredecim millia gravis armaturae erant; ſedecim millia in praeſidiis verſabantur. Ex equitibus mille ſexcenti erant ſagittarii. Obſervare eſt apud Thucydidem lib. II. Οἱ πλῖται δὲ τρισχιλίοι καὶ μυρίοι εἶναι ἄνευ τῶν ἐν τοῖς φρυρίοις, καὶ τῶν παρ' ἔπαλξιν ἑξακισχιλίων καὶ μυρίων (b). ἱππεῖς δ' ἀτέφανοι διακόσιοι καὶ χίλιοι, ξὺν ἱπποτοξόταις· ἑξακόσιοι δὲ καὶ χίλιοι τοξό-

(a) Vide Cap. VII. Lib. De Fortun. Athen.

(b) Intercedit his longa parentheſis apud Thucydidem.

τοξότας. *Armatorum* (a) *autem tredecim millia esse, praeter eos, qui in praesidiis, & qui in muris, sedecim millium numero. Equites vero demonstravit mille, & ducentos cum equestribus sagittariis; sexaginta* (b) *etiam, & mille sagittarios.* Atque haec ad terrestrem militiam; ad navalem, triremium trecentarum classem habebant. Thucydides loco citato. Καὶ τριήρεις τὰς πλωίμους τριακοσίας. *Et triremes ad navigandum paratas trecentas.* Demosthenes Περὶ συμμοριῶν. Τότε δὲ (ἂν ἄρα, ἃ νῦν οἰόμεθα ἡμᾶς, πράττετε) οὐδεὶς δή πω τῶν ἁπάντων Ἑλλήνων τηλικοῦτον ἐφ' ἑαυτῷ φρονήσει, ὅστις ἱρῶν, ὑμῖν χιλίους μὲν ἱππέας ὑπάρχειν, ὁπλίτας δὲ, ὅσους ἂν θέλῃ τις, ναῦς δὲ τριακοσίας, οὐχ ἥξει καὶ δεήσει. *Tunc autem (si quidem ea, quae nunc nos censemus, feceritis) nemo uspiam omnium Graecorum tantopere in se superbiet, quisquis videns vobis esse mille equites, armatos vero, quot quisque voluerit, naves item trecentas, non venturus sit, & precetur.* Et mox iterum. Τὰς δὲ τριήρεις πῶς; ἃ ἅπαντα ἀριθμὸν κελεύω τριακοσίας ἀποδέξαι. *Triremes autem quomodo? universum numerum iubeo trecentas demonstrantes;* & quae sequuntur. Deinde: Οἶδε μέν γε τριακοσίαις τριήρεσιν. ὧν ἑκατὸν παρεσχόμεθ' ἡμεῖς, τὴν προγόνων αὐτοῦ χιλίας ἀπολέσαντας ναῦς. ἀκούσατε, τριακοσίας αὐτὰς ὑμᾶς παρεσκευασμένους τριήρεις. *Novit quidem per trecentas triremes, quarum centum nos praebueramus, maiores eius perdidisse naves mille: & audiet trecentas vos solos praeparavisse triremes.* AEschines. Περὶ παραπρεσβ. Τριήρεις δ' ἐκτησάμεθα πλωίμους καὶ ἐντελεῖς οὐκ ἐλάττους ἢ τριακοσίας. *Triremes autem possedimus paratas ad navigandum, & perfectas non pauciores trecentis.* Aristides Orat. Sic. 1. Ἦν γὰρ ποτε χρόνος, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅθ' οἱ μὲν τὴν Βασιλέως κακῶς ἡμῶν ἐποίουν τριήρεσι τριακοσίαις. *Erat enim quondam tempus, o Athenienses, quum illi quidem* (Persarum) *Regis imperium infestarent trecentis nostris triremibus.* Ergo corruptus Strabonis locus lib. IX. ubi navale Piraeei describens de quadringentis agit. Ἄξιόν τε ἦν ναύσταθμον τετρακοσίαις ναυσὶν, ὧν οὐκ ἐλάττους ἔστελλον Ἀθηναῖοι. *Eratque navale conveniens quadringentis navibus, quarum non pauciores mittebant Athenienses.* Rescribo, ναύσταθμον τριακοσιαις ναυσίν. *Navale trecentis navibus* (c). Mendum quoque apud Plinium lib. VII. capit. XXXVII. *Laudatus est Ctesiphon Gnossius, aede Ephesiae Dianae admirabiliter fabricata; Philon, Athenis armamentario mille navium.* Restituo, *armamentario trecentarum navium.* Origo mendi ex confusione numerorum clo. & ccc. Vides proclivem lapsum esse [d]. Repraesentat nobis classem ipsorum Cicero Verr. v. *Hic, te praetore, praedonum naviculae pervagatae sunt, quo Athenienſium classis sola post hominum memoriam* ccc. *navibus vi, ac multitudine invasit.* Concludam hoc caput, si de Populo Athenienſi dixerim, statua peculiari expressum a Leochare, quae in Piraeeo erat, retro porticum, quae ad Mare. Pausanias docet in Atticis, ubi Piraeeum describit. Τῆς δὲ ἐπὶ θαλάσσῃ στοᾶς ὄπισθεν ἑστᾶσι Ζεὺς, καὶ Δῆμος, Λεωχάρους ἔργον. *Post porticum vero ad Mare stant Iupiter, & Populus, Leocharis opus.* Iterum in curia Quingentorum a Lysone. Pausanias loco citato. Καὶ πλησίον τῶν πεντακοσίων καλουμένων βουλευτήριον, οἱ βουλεύουσιν ἐνιαυτὸν Ἀθηναίοις. Βυλαίου δ' ἐν αὐτῷ κεῖται ξόανον Διὸς, καὶ Ἀπόλλων, τέχνη Πυθέου· καὶ Δῆμος, ἔργον Λύσωνος. *Et prope est curia quingentorum, ut vocantur, qui per annum pro Senatu sunt Athenienſibus. In eo positum est simulacrum Senatoris Iovis, & Apollo, Ars Pisiae; & Populus, opus Lysonis.* Nec a statuariis tantum expressus, sed & a pictoribus. Ita observo apud eumdem Pausaniam ibidem in Ceramico pictum fuisse ab Euphranore. Ecce verba in Ceramici descriptione. Στοαὶ δὲ ὄπισθεν ᾠκοδόμηται, γραφὰς ἔχουσα θεοὺς δώδεκα καλουμένους. ἐπὶ δὲ τῷ τοίχῳ τῷ πέραν, Θησεὺς ἐπιγεγραμμένος, καὶ Δημοκρατία τε, καὶ Δῆμος. *Porticus autem ab tergo extructa est, picturas habens deos duodecim, qui vocantur. In muro autem, qui ultra est, Theseus pictus est, & Populi imperium, & Populus.* Aliam picturam, eamque a Parrhasio, laudat Plinius libro XXXV. capit. X. *Parrhasius, Ephesi natus, & ipse multa constituit.* Et mox. *Pinxit, & Demum* (e) *Athenienſium, argumento quoque ingenioso. Voluit* (f) *namque varium, iracundum, iniustum, inconstantem; eumdem exorabilem, clementem, misericordem, excelsum, glorioſum, humilem, ferocem, fugacemque, & omnia pariter ostendere.*

CAP. II.

Κύκλος. *Pollucis dubitatio explicata.*

ATheniis Κύκλος dicebatur, locus quidam in foro ubi vendebantur mancipia (g). Harpocration. Κύκλοι ἐκαλοῦντο οἱ τόποι, ἐν οἷς ἐπωνοῦντό τινες. *Cycli vocabantur loca, in quibus aliqui vendebantur.* Totidem verbis Suidas. Et vasa quaedam. Pollux lib. X. c. 11. Ἵνα δὲ ἐπιπράσκετο τὰ σκεύη, τῆς ἀγορᾶς τὸ μέρος τοῦτο ὠνόμαζον κύκλον. *Vbi vero vendebantur vasa, illam partem fori adpellabant cyclum.* Hesychius utrumque agnoscit; vasa, & mancipia. Verba eius ista sunt. Κύκλος, περίβολος, καὶ ἐν ἀγορᾷ τόπος, ἔνθα σκεύη, καὶ σώματα πιπράσκονται. *Cyclus, septum, & in foro locus, ubi vasa, & corpora venduntur.* Sed an ceterae quoque res venales? Ambigit Pollux lib. VII. cap. 11. Καὶ κύκλοι δὲ ἐν τῇ νέᾳ κωμῳδίᾳ καλοῦνται, ἐν οἷς ἐπιπράσκοντο τὰ ἀνδράποδα, ἴσως καὶ τὰ λαπτὰ ὤνια. *Et cycli autem in nova comoedia vocantur, in quibus*

(a) Vertendum fuerat *sexcentos*.
(b) Hoc est, *Gravis armaturae militum*.
[c] At cur, nulla Codicum MSS. auctoritate subnixus? Non potuit *Strabo* ab aliis dissentire, aut falli?
[d] Sed resistunt Codices MSS. & in primis Riccardianus venerandae antiquitatis, quo forte nullus antiquior supereſt, in quo non per numerorum compendia multitudo navium indicatur, sed explicata scriptione exprimitur. In eo autem locus integer ita habet: *Laudatus est & Ctesiphon aede Ephesiae Dianae admirabili fabricatas; Philon Athenis, armamentario mille navium*. Poterant Athenienses trecentas tantum naves instruere, & armamentarium capax esse mille navium.
[e] MS. Codex Riccardianus: *Pinxit Demon*.
(f) MS. Codex Riccardianus: *Debebat namque*.
(g) Consule *Cap.* XVI. *Ceramici Tom.* I.

Digitized by Google

bus vendebantur mancipia, fortassis, & reliqua venalia. Ego adfirmo, praeter carnes. In primis autem pisces. Scholiastes Aristophanis ad Equites. Ὁ δὲ κύκλῳ Ἀθήνησίν ἐστι καθάπερ μάκελλος, ἐκ τῆς κατασκευῆς τὴν προσηγορίαν λαβών. ἔνθα δὴ πιπράσκονται χωρὶς κρεῶν τὰ ἄλλα ὤνια. ἐξαιρέτως δὲ οἱ ἰχθύες. *Cyclus vero Athenis est sicut macellum, ex adparatu adeptus nomen; ubi scilicet venduntur praeter carnes alia venalia; praesertim vero pisces.*

CAP. III.

Κυνίδαι. *Cynus, sive Cynidas heros. Apollo* Κύνιος, *eiusque sacerdos.* Hesychius *emendatus.* Κυνίξεις.

ΚΥΝΙΔΑΙ, familia erat. Suidas. Κυνίδαι, γένος τι παρ' Ἀθηναίοις, οὕτω καλούμενον. *Cynidae, gens quaedam apud Athenienses sic vocata.* Nomen acceperant a Cyno, sive Cynida heroe. Etymologici Auctor. Κυνίδαι, γένος ἱερὸν Ἀθήνησιν, ἀπὸ Κυνός, ἢ Κυνίδος, ἥρωος. *Cynidae gens sacra Athenis, ab Cyno, vel Cynida heroe.* Meminit eius herois Pausanias in Boeoticis. Τὸ περβαλόντων δέ τι ὄρος τὸ Πτῶον, ἐπὶ θαλάττῃ Βοιωτῶν πόλις Λάρυμνα, γενέσθαι δὲ αὐτῇ τὸ ὄνομά φασιν ἀπὸ Λαρύμνης τοῦ Κυνός. *Sed superato monte Ptoo, est ad Mare urbs Boeotorum Larymna; datum autem ei nomen dicunt ab Larymna Cyni.* Observa autem in verbis Etymologici, ἱερὸν γένος. Quia nimirum ea familia sacra erat Apollini Κυνίῳ, cui ex illa sacerdos erat. Disco ex Hesychio. Κυνίδαι, γένος Ἀθήνησιν, ἐξ οὗ ὁ ἱερεὺς τοῦ Κυνίου Ἀπόλλωνος. *Cynidae, gens Athenis, unde sacerdos Cynii Apollinis.* Hodie illic editur, Κυννίδαι, & Κυννίου. Quemadmodum, & paulo ante, Κύννιος, Ἀπόλλωνος ἐπίθητον. *Cynnius, Apollinis adiunctum.* Sed & illic rescribendum, Κύνιος. Dicebatur enim Apollo Κύνιος, idest, ἀκροβολιστὴς, *iaculator*, quemadmodum Κυνίξεις apud eumdem explicantur, ἀκροβολισμοὶ, *velitationes*, Iam alibi eidem ἀκροβολαὶ dicuntur αἱ τοῦ ἡλίου βολαὶ, *iactus Solis.* Ergo in promtu est nominis ratio; & adparet, mendosam esse in Hesychio lectionem. Meminit huius familiae Lycurgus in Oratione, cui titulum fecerat, διαδικασία Κροκωνιαδῶν πρὸς Κοιρωνίδας. *Controversia Croconiadarum adversus Coeronidas.* Testatur Harpocration. Κυνίδαι. Λυκοῦργος ἐν τῇ διαδικασίᾳ Κροκωνιαδῶν πρὸς Κοιρωνίδας. γένος ἐστὶ παρ' Ἀθηναίοις οἱ Κυνίδαι. *Cynide. Lycurgus in disceptatione Croconiadarum adversus Coeronidas; gens est apud Athenienses Cynidae.*

CAP. IV.

Epicrates Κυρηβίων *dictus.* Κυρήβια. *Demosthenes, & Vlpianus emendantur; item Alexis, & Themistius.* Μαμμάκυθος. *Aristophanis Scholiastes correctus; item Hesychius, & Eustathius. Drama Platonis, & Metagenis. Glossae Veteres emendatae.*

EPicrates, AEschinis gener, Κυρηβίων cognominatus fuit. Suidas in Ἐπικράτης ἄλλος δέ ἐστιν Ἐπικράτης, Αἰσχίνου τοῦ ῥήτορος κηδεστής. ὃ ἐπώνυμον Κυρηβίων· ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. *Alius vero est Epicrates, AEschinis Rhetoris gener, cuius cognomen Cyrebion, ut Demosthenes in oratione contra AEschinem.* Harpocration. Κυρηβίων. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. ὅτι δ' ἐπώνυμόν ἐστι τοῦτο Ἐπικράτους τοῦ Αἰσχίνου κηδεστοῦ, ἐν καὶ ἄλλοις δεδήλωται· *Cyrebion. Demosthenes in oratione contra AEschinem. Esse autem cognomen illud Epicratis, qui AEschinis gener, etiam in aliis declaratum est.* Demosthenis locus, quem uterque respexit in Orat. κατ' Αἰσχίνου, sive περὶ παραπρεσβείας, iste est. Ἀνακράψοιτε, Νικίου τε τοῦ βδελυροῦ, ὃς ἑαυτὸν ἐμίσθωσεν εἰς Αἴγυπτον Χαβρίᾳ, καὶ τῷ καταράτου Κυρηβίωνος, ὃς ἐν ταῖς πομπαῖς ἄνευ τοῦ προσωπείου κωμάζει. *Convitium faciatis, & Niciae diro, qui se locavit Chabriae in AEgyptum, & detestabili Cyrebioni, qui in pompis sine persona comessatur,* Ita rescribo. Hodie editur, τοῦ καταράτου Κηρυβίωνος, *detestabilis Cerybionis.* Nam Κυρηβίωνος scripsisse Demosthenem, certum ex Suidae, & Harpocrationis, testimoniis iam prolatis. Quibus addo Athenaei libro VI. Κυρηβίων δ' ἐπεκαλεῖτο Ἐπικράτης ὁ Αἰσχίνου τοῦ ῥήτορος κηδεστὴς, ὡς φησι Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας. *Cyrebion autem cognominabatur Epicrates AEschinis oratoris gener, ut ait Demosthenes in Oratione De falsa legatione.* Idem mendum apud Vlpianum in eamdem Orat. Καὶ τοῦ καταράτου Κηρυβίωνος. τὸ μὲν ὄνομα, Ἐπικράτης. τὸ δὲ Κηρυβίωνος, Ἀττικῶς. λέγει δὲ τὸ κάθαρμα, καὶ εὐτελές. κηρύβια γὰρ τὰ ἀποκαθάρματα τοῦ σίτου λέγουσι. *Et detestabilis Cerybionis; nomen quidem Epicrates; vox autem Cerybionis Attice; dicit autem purgamentum, & vile. Cerybia enim dicunt excrementa frumenti.* Rescribe itidem. Κυρηβίωνος, & Κυρήβια. Scio ego κηρύβια scribi apud nonnullos Grammaticos Graecos; sed tamen apud potiores, κυρήβια. Idque ut peritissimo huius linguae viro, Henrico Stephano, magis probatur, ita etiam mihi. Corruptus quoque Alexis in Pancratiaste apud Athenaeum libro citato.

Ἔπειτα Κόρυδος, Κωβίωνι Κηρυβίων.
Deinde Corydus, Cobioni Cerybion.

Itidem repone, Κυρηβίων. Est porro elegantissimus quoque Themistii locus Orat. Πῶς τῷ Φιλοσόφῳ λεκτέον, sed insessus duplici mendo, Οὔτε τὰς Φιλοσόφους μὴ διαλέγεσθαι τοῖς πολλοῖς, ὅτι ἐν τοῖς πολλοῖς ὁ Μωμάκυθος καὶ ὁ Κυρβίων ἂν ὀνίναιντο ὑπὸ λόγου. *Neque Philosophos habere sermones cum vulgo, quia in vulgo Momacythus, & Cyrbion nullam caperent uti-*

litatem ex ſermone. Primo, quod hic agimus, legendum, ἡ ὁ Κυρηβίων. Deinde, ὁ Μαμμάκυθος. Erat enim, ut hoc per occaſionem dicam, Mammacythus homo ſtolidus, a quo Μαμμάκυθοι proverbio dicti, quicumque tales. Ioannes Tzetzes Chil. IV. cap. V.

Ταυτὸν τῷ βλιτομάμμαντι Μαμμάκυθος σημαίνει,
Ἤτοι μωρὸν συγκρύπτοντα μάμμαν τε καὶ τὸν ἄρτον.
Idem ſignificat vox Mammacythus, quod blitomammas,
Seu ſtultum cooperientem mammam, & panem.

Sed ineptit ille in Etymologia. Ariſtophanes Ranis

Κεχλιώτες Μαμμάκυθοι
Καὶ Μελιτίδαι κάθηντο.
Hiantes Mammacythi
Et Melitidae ſedent.

Vbi Scholiaſtes. Ἀρίσαρχος μέν φησιν ὠνοματοπεποιῆσθαι. πῶς ἐν Δημητρίου φησίν, εἰ μὴ συνήθες αὐτοῖς τὸ ὄνομα. ἢ ἡ δρᾶμα ὅλον ὕτως ἐπιγέγραπται, Μαμμάκυθοι. ὅ τινες Πλάτωνος λέγουσιν. *Ariſtarchus quidem dicit nomen fictum eſſe. Quomodo igitur Demetrius ait, niſi ſolitum illis nomen; cuius etiam fabula tota ſic inſcripta eſt, Mammacythi; quam nonnulli Platonis dicunt.* Et alias ibidem. Μαμμάκυθοι, ἀντὶ τοῦ, μαμμόθρεπτοι. Δίδυμος, ὅτι Μαμμάκυθος, καὶ Μελιτίδης ἐπὶ μωρίᾳ διεβάλλοντο. *Mammacythi; pro eo, quod notat mamma nutriti. Didymus, quia Mammacythus, & Melitides propter ſtultitiam traducebantur.* Minus rectum eſt, quod illic Μαμμάκυθοι hodie ubique ſcribitur. Etymologici Auctor in Ἄκυθος. Μαμμάκυθος, ὁ μωρός. *Mammacythus, ſtultus.* Heſychius. Μαμμάκυθος. μωρός. ἐστὶ δὲ καὶ δρᾶμα πεποιημένον Πλάτωνι. *Mammacythus, ſtultus; eſt autem, & fabula ab Platone compoſita.* Ita reſcribo. Hodie ibi editur, Μαμάκυθος. Et obſerva, drama quoddam Platonis Comici ita inſcriptum fuiſſe; quod videre etiam eſt apud Scholiaſten Ariſtophanis in citatis paulo ante verbis. Sed & Metagenes ita drama quoddam inſcripſit. Ecce apud Athenaeum lib. VIII. Ἐπεισπὼν τὸ ἐκ Μαμμακύθου, ἢ Αὐρῶν, Μεταγένους ἰαμβεῖον. *Subnectens illud ex Mammacytho, vel Auris iambicum carmen Metagenis.* Huc reſpexere Gloſſae Veteres. *Mammacuthus.* Δρᾶμα. Hodie minus recte editur, *Mamacutus.* Δ. Idem peccatum eſt apud Euſtathium extremo Commentario in Odyſſ. κ'. Ὁμοίως, καὶ τὸν Μαμμάκυθον, καὶ τὸν Μελιτίδην, ἢ τὸν Ἀλφιετίδην. οἱ διαβόηται ἐπὶ μωρίᾳ ἦσαν. *Similiter & Mammacuthum, & Melitiden, & Amphietiden. illi pernoti erant ſtultitia.*

CAP. V.

Hyperidis Orationes κατὰ Δημέου, & κατὰ Δημάδου. *Demeas. Harpocration. Pollux, & Suidas, emendantur.*

HYperidis Orationum una inſcripta fuit, κατὰ Δημέου, *contra Demean.* Laudat Harpocration in Κυρίᾳ ἐκκλησίᾳ, & ὀσχοφόροι. Sed male utrobique editur, κατὰ Δημαίου, *contra Demaeum.* Et apud Pollucem lib. X. cap. I. Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Δημαίαν. *Hyperides in Oratione contra Demaean.* Reſcribe itidem, Πρὸς Δημέαν. Fuit hic Demeas Demadis filius, de quo Plutarchus in Phocione. Δημέᾳ δὲ τῷ υἱῷ νύμφιον ἀγόμενος, (ὁ Δημάδης) ἐμοῦ μὲν, εἶπεν, ὦ παῖ, τὴν σὺν μητέρα γαμοῦντος οὐδὲ ὁ γείτων ἤσθετο· τοῖς δὲ σοῖς γάμοις, καὶ βασιλεῖς καὶ δυνάσαι συγχορηγοῦσιν. *Demeae autem filio uxorem ducenti (Demades) quum ego, inquit, o fili, matrem tuam acciperem, nec vicinus ſenſit; tuis autem nuptiis & Reges, & Dynaſtae adferunt dona.* Erat vero natus e tibicina meretrice; & alias quoque ab Hyperide reprehenſus. Athenaeus lib. XIII. Ἴσασι δὲ ὅτι καὶ Δημάδης ὁ ῥήτωρ ἐξ αὐλητρίδος ἑταίρας ἐπαιδοποιήσατο Δημέαν, ὃν Φρυατλόμυον ποτε ἐπὶ τοῦ βήματος ἐπεσόμισεν Ὑπερίδης. *Scitis vero etiam Demadem oratorem ex tibicina meretrice genuiſſe filium Demean, cui ſuperbienti aliquando in tribunali os obturavit Hyperides.* Vtrobique ſine diphthongo nomen ſcribitur. Et apud eumdem Athenaeum lib. IV. Δημέου τὸ τέχνημα καταδείξαντος. *Demea artificium demonſtrante.* Apud Xenophontem Memorab. libro II. Δημέας δὲ ὁ Κολυτεὺς ἀπὸ χλαμυδουργίας. *Sed Demeas Colyttenſis ab chlamydum officina.* Neque aliter apud Terentium in Adelphis. Neque aliter apud Suidam in Ergo corrigendum etiam apud Suidam in Δημάδης. Δημέου ναύτου ναύτης ἢ αὐτός. *Demeae nautae nauta & ipſe.* Etiam illic hodie ſcribitur, Δημαίου ν. Libanius in Presbeutico. Καὶ τηλικαύτῃ χάριν ἔδωκε Δημάδῃ τῷ Δημέου. *Et tantam gratiam dedit Demadae, filio Demeae.* Ac obſerva obiter, Demadem patre natum Demea; eiusdem nominis filium habuiſſe. Contra eum quoque eiusdem Hyperidis Oratio fuit, cuius meminit alibi Harpocration in Ἀλείμαχος. Ne quis confundat.

CAP. VI.

Lapis in foro; ad eumque Theſmothetarum iuramentum. Locus Pollucis reſtitutus, & alter Demoſthenis. Lapis in Pnyce. Λιθομόται. *Lapis praeconis.*

ERat Athenis lapis in foro, ad quem ex lege Solonis iurabant Theſmothetae, ſe leges ſervaturos eſſe; aut, ſi quam violaſſent, ſtatuam pondere ſibi parem ex auro Delphis dedicaturos. Plutarchus in Vita Solonis. Κοινὸν μὲν ὤμνυεν ὅρκον ἡ βουλὴ, τοὺς Σόλωνος νόμους ἐμπεδώσειν, ἴδιον ἕκαστος τῶν θεσμοθε-

μοθετῶν ἐν ἀγορᾷ πρὸς τῷ λίθῳ καταφατίζων, εἴ τι παραβαίη τῶν θεσμῶν, ἀνδριάντα χρυσῦν ἰσομέτρητον ἀναθήσειν ἐν Δελφοῖς. *Commune quidem igitur iusiurandum dabat Senatus Solonis leges firmaturum, proprium quisque Thesmothetarum in foro ad lapidem denuncians, si quid praetergressus esset legum, statuam auream iconicam sibi positurum Delphis*, Hunc ipsum lapidem intelligit Moschopulus. Καὶ παρ' Ἀθηναίοις λίθός τις ἰδίως. πρὸς ᾧ τοὺς ὅρκους ἐποιοῦντο, *Et apud Athenienses lapis quidam proprie. ad quem iurabant*. Nimis dubitanter de hac re Harpocration. Ἔοικασι δ' Ἀθηναῖοι πρός τινι λίθῳ τοὺς ὅρκους ποιεῖσθαι, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ. *Videntur autem Athenienses ad lapidem quemdam iurare, ut Aristoteles in Athenienſium Republica*. Corrigendus insignis locus Pollucis lib. VIII. cap. IX. ubi de Thesmothetis. Ὤμνυον δ' ἤτοι πρὸς τῇ βασιλείῳ στοᾷ, ἢ ἐπὶ τοῦ λίθου. *Iurabant autem isti ad regiam porticum, aut ad lapidem*. Hodie non recte editur, Ἡ ἐστι τῷ λίθῳ, *quae est lapidis*. Hoc vult dicere; iurasse Thesmothetas vel iuxta porticum regiam, vel iuxta lapidem. Iurabant autem illic non Thesmothetae tantum, sed quilibet etiam alii. Id satis adparet ex Moschopuli verbis iam citatis, sed & Demosthenes Orat. Κατὰ Κόνωνος satis locuples testis. Τῶν τε παρόντων ἡμῖν καθ' ἕνα ἑτοσὶ πρὸς τὸν λίθον ἄγοντες, καὶ ἐξορκίζοντες, καὶ γράφοντες μαρτυρίας. *Eorumque qui nobis aderant, singulos separatim ita ad lapidem ducentes, & iusiurandum adigentes, & scribentes testationes*. Ita laudant haec verba Harpocration, Suidas, & Moschopulus. Hodie tamen in editis Demosthenis exemplaribus illo loco legitur, πρὸς τὸν βωμὸν ἄγοντες, *ad aram ducentes*. Itaque puto vocem fugitivam restitui oportere, ex auctoritate Grammaticorum; nam vocem βωμὸν glossema censeo, & verbi λίθων, quo Orator usus erat, interpretamentum. Sic apud Hesychium λίθος hic explicatur βωμός. Ista eius verba. Λίθος, βῶλος, βωμὸς, ἢ βάσις, τὸ ἐν τῇ θείᾳ ἐκκλησίᾳ βῆμα. *Lapis, gleba, ara, & fundamentum, item in Divina Ecclesia suggestus*. Vbi quum ait, τὸ ἐν τῇ θείᾳ ἐκκλησίᾳ βῆμα, locum intelligit in templis Christianorum; ubi quid βῆμα dictum fuerit, abunde a nobis explicatum in Glossario Graecobarbaro in προθεσις. Sed hoc ἐν παρόδῳ, ne quis confundat cum lapide Athenienſium. Huno ipsum intelligit Aristophanes Acharn.

Τοὐθορίζοντες δὲ γήρᾳ τῷ λίθῳ προσέκαμεν,
Οὐχ ὁρῶντες οὐδέν, εἰ μὴ τὴν δίκης ἢ ἐλύγην.
Murmurantes autem senio lapidi adstitimus,
Non videntes quidquam, praeter litis caliginem.

Vbi Scholiastes. Λίθῳ, τῷ βήματι, τῷ ἐν Πνυκὶ δικαστηρίῳ. *Lapidi, suggestui, tribunali in Pnyce*. Sed lapis in Pnyce alius erat; meminitque eius idem Comicus in Pace.

Ὅστις κρατεῖ νῦν τὸν λίθον τὸν 'ν τῇ Πνυκί.
Quicumque nunc tenet lapidem, qui est in Pnyce.

Ab hoc in foro lapide, qui illic iurarent Oratores, Λιθομόται dicebantur. Hesychius. Λιθομόται, δημηγόροι, ἐπὶ τοῦ λίθου ὀμνύντες. *Lapidis iuratores, populi tribuni, ad lapidem iurantes*. Erat porro alius quoque in foro lapis, praeconi proprius. Meminit Plutarchus in Solone. Ὄχλου δὲ πολλοῦ συνδραμόντος, ἀναβὰς ἐπὶ τὸν τοῦ κήρυκος λίθον, ἐν ᾠδῇ διεξῆλθε τὴν ἐλεγείαν. *Quum magna concurrisset turba, adscendens praeconis lapidem, in cantu exsequutus est elegiam*.

CAP. VII.

Πωληταί. *Harpocration emendatus, & Pollux.* Πωλητὴς *apud Epidamnios.*

MEndosus est locus Harpocrationis in Μετοίκιον. Οἱ μέντοι μὴ τιθέντες τὸ μετοίκιον μέτοικοι, ἀπήγοντο πρὸς τοὺς πολίτας, ἢ, εἰ ἑάλωσαν, ἐπιπράσκοντο. *Qui igitur quidem inquilini non solverunt immigrationis pretium, abducebantur ad cives, &, si convincebantur rei, vendebantur*. Rescribo, πρὸς τοὺς πωλητὰς, *ad poletas*. Erant Athenis Πωληταὶ certus magistratus, quorum munus ipsum nomen loquitur. Etymologici Auctor. Πωληταὶ, ἀρχή τις Ἀθήνησιν, οἱ τὰ τ' πόλεως πωλοῦσι, καὶ φροντίζουσιν, ἀποδιδόντες τῇ πόλει. *Poletae, magistratus aliquis Athenis, qui res urbanas vendunt & curant, reddentes urbi*. Hesychius. Πωληταὶ, ἤτοι ἐπώλουν τὰ ἐνεχυρισθέντα. *Poletae, illi vendebant oppignerata*. Erant autem hi decem numero, ex singulis tribubus unus constitutus. Suidas. Οἱ μὲν πωληταὶ ἀρχή τις ἐστὶν Ἀθήνησιν, δέκα τὸν ἀριθμὸν ἄνδρες, εἷς ἐκ τῆς φυλῆς ἑκάστης, δοκοῦσι δὲ τὰ πιπρασκόμενα ὑπὸ τῆς πόλεως πάντα τὰ τέλη, καὶ μέταλλα, καὶ μισθώσεις, καὶ τὰ δημευόμενα κατέχειν. *Poletae quidem magistratus aliquis erat Athenis, decem numero viri, unus ex quaque tribu: videntur autem vendita ab urbe omnia vectigalia, & metalla, & locationum mercedes, & publicata tenere*. Videndus etiam Harpocration in Πωληταί. Atque ex his decem unus praeses statuebatur, qui res venditas auctoritate sua confirmaret. Pollux lib. VIII. cap. IX. Πωληταὶ τὰ τέλη πιπράσκουσι, μετὰ τῶν ἐπὶ τὸ θεωρικὸν ἠρημένων. καὶ τὰς τῶν ἐξ Ἀρείου πάγου μετὰ τὸν πρότερον λόγον φυγόντων οὐσίας, καὶ τὰ δεδημευμένα. πρυτανύει δὲ ἐξ αὐτῶν εἷς ὃς τὰ πωλούμενα βεβαιοῖ. *Poletae vendunt vectigalia cum illis, qui super lucar constituti sunt, & facultates eorum qui ex Areopago post primam dictionem fugerunt, & publicata. Praesidet autem ex illis unus, qui venundata confirmat*. Ad hos ipsos Πωλητὰς illi quoque abducebantur, qui τὸ μετοίκιον non solvissent. Ecce apud Pollucem loco citato. Ἀπήγοντο ὑπὸ πρὸς τούτους καὶ οἱ μετοίκων μὴ τιμηθέντες. *Abducebantur autem ad illos etiam inquilinorum incensi*. Sed corrupta verba ita emendo. Καὶ οἱ μετοίκιον μὴ τιθέντες. *Et qui pretium peregrinitatis non solverant*. Alius erat apud Epidamnios Πωλητὴς, qui nempe quotannis civium omnium nomine cum finitimis Illyriis commercia agitabat. Qua de re videre est apud Plutarchum Ἑλληνικοῖς, Cap. τίς ὁ παρ' Ἐπιδαμνίοις Πωλητής.

CAP. VIII.

Μετρονόμοι. *Pollux emendatus. Quot numero fuerint.*

Μετρόνομος dicebatur, qui menſuris praefectus examinabat eas, an iuſtae eſſent. Vſus hac voce eſt Dinarchus teſte Polluce lib. IV. capit. XXIII. Δείναρχος μετρονόμῳ τὸ ἐπὶ τῶν μέτρων. *Dinarchus metronomo quod ſuper menſuras.* Interpungo, & reſcribo, Δείναρχος μετρονόμῳ, τῷ ἐπὶ τῶν μέτρων. *Dinarchus Metronomo, quae oratio agit de eo, qui menſuris praeeſt.* Cenſeo autem reſpicere Orationem eius κατὰ Καλλισθένους. Accipio ex Harpocratione. Μέτρονόμοι, ἀρχή τις Ἀθήνησίν ἐστιν ἡ τῶν μετρονόμων, ὡς Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Καλλισθένους. *Metronomi, magiſtratus quidam Athenis eſt hic metronomorum, prout Dinarchus (docet) in oratione contra Calliſthenem.* Erant autem XV. numero; & ex iis V. in urbe, X. in Piraeeo. Harpocration ibidem. Ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν (οἱ μετρονόμοι) πεντεκαίδεκα· εἰς μὲν τὸν Πειραιᾶ δέκα, πέντε δὲ εἰς ἄστυ. *Erant vero numero (hi metronomi) quindecim; ad Piraeeum quidem decem; quinque vero ad urbem* (a). Sed de numero, corruptum eſſe locum oſtendo infra hoc ipſo libro cap. XIX. Tum munus eorum explicat verbis ſequentibus. Εἶχον δὲ τὴν ἐπιμέλειαν, ὅπως δίκαια εἴη τὰ μέτρα τῶν πωλούντων, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ δηλοῖ. *Habebant vero iſtam curam, ut menſurae vendentium eſſent iuſtae, ſicut & Ariſtoteles in Athenienſium republica declarat.*

CAP. IX.

Μετοίκιον, *tributum; & forum. Syrianus emendatus.*

QVod inquilini Athenis ſolvebant, Μετοίκιον dicebatur. Meminit Syrianus ad Hermogenem. Οὔτε γὰρ ἐν Ἀθήναις ἐπαινεσόμεθα τὴν ξενηλασίαν, οὔτε ἐν Λακεδαίμονι τὸ τοῖς ξένοις ἐν τῇ πόλει διδόναι μετοίκιον. *Neque enim in urbe Athenis laudabimus expulſionem peregrinorum, neque Lacedaemone pretium peregrinitatis dare peregrinis in urbe.* Sed mendoſus locus. Reſcribe, τὸ τὰς ξένας ἐν τῇ π. *peregrinos in urbe.* Neque enim inquilinis dabatur, verum ipſos dare neceſſe erat. Vide quae hac de re notamus ad Heſychium Mileſium in Xenocrate. Qui non ſolviſſent, ii venum abducebantur ad τοὺς Πωλητάς, de quibus ſupra iam a nobis dictum. Et proprium iis vendendis forum erat, itidem Μετοίκιον appellatum. Obſervo apud Plutarchum lib. De X. Rhet. in Lycurgo. Τελώνου δέ ποτε ἐπιβαλόντος Ξενοκράτει τῷ φιλοσόφῳ τὰς χεῖρας, καὶ πρὸς τὸ μετοίκιον ἀπαγαγόντος, ἀπαντήσας ῥάβδῳ τε κατὰ τῆς κε-

(a) Vertendum videretur *Ad aſtu.*
(b) Vertendum erat: *Quum vero non deſineret mulier, ſed feminae negotium faceret.*

A φαλῆς τοῦ τελώνου κατήνεγκε. *Publicano autem aliquando iniicienti manus Xenocrati philoſopho, & propter pretium peregrinitatis abducente, occurrens tum baculo in caput publicani detexit* (ictum.) Iterum alibi in Q. Flaminio. Λυκοῦργος αὐτὸν (τὸν Ξενοκράτη) ὁ ῥήτωρ, ὑπὸ τῶν τελωνῶν ἀγόμενον πρὸς τὸ μετοίκιον, ἀφείλετο, καὶ τοῖς ἄγουσιν ἐπέσχε δίκῃ ἀσελγείας. *Lycurgus eum (Xenocraten) rhetor ab publicanis ductum ob pretium peregrinitatis exemit, & ducentibus intulit litem laſciviae.*
B Atque hoc ipſum eſt, quod τὸ πωλητήριον τῇ μετοικίᾳ vocatur a Demoſthene Orat. I. in Ariſtogit. Ὡς δ' οὐκ ἐπαύετο ἡ ἄνθρωπος, ἀλλὰ γυναίῳ πράγμα ἐποίει, καὶ πρὸς τὰς γνωρίμους προσιοῦσα ἐνεκάλει, λαβὼν αὐτὸς αὐτοχειρίᾳ, πρὸς τὸ πωλητήριον τῇ μετοικίᾳ ἀπήγαγε. καὶ εἰ μὴ κέμμυον (a) αὐτῇ τὸ μετοίκιον ἔτυχεν, ἐπέτρατ' ἂν διὰ τοῦτον, ᾧ τῆς σωτηρίας αὕτη αἰτία ἐγεγόνει. *Quum vero non deſineret (b) femina negotium facere, & ad notos progreſſa inclamaret, ipſe propria manu adprehendens abduxit ad locum*
C *ubi Poletae vacabant pretio peregrinitatis accipiendo. Et niſi iſtud fuiſſet ab ea numeratum, vendita fuiſſet per eum, cui ipſa fuerat ſalutis cauſa.* Et auctor Anonymus apud Suidam. Ζωβίαν παραδοξαμένῳ Ἀριστογείτονα φυγόντα, καὶ ἀξιοῦσαν εὖ παθεῖν ὅτε ἴσχυεν, ἐπὶ τὸ τῇ μετοικίᾳ πωλητήριον ἤγαγε. *Zobiam, quae receperat Ariſtogitonem exulem, & rogantem vices beneficii quando valuiſſet, ad pretii peregrinitatis ſolvendi locum duxit.* Neque vero Athenis tantum τὸ μετοίκιον ſolvebant in-
D quilini, ſed & in aliis item urbibus, per totam Atticam, quaeque ipſis extra eam ſubiectae eſſent. Ecce apud Lyſiam κατὰ Φίλωνος. Συσκευασάμενος γὰρ τὰ ἑαυτοῦ ἐνθάδε, εἰς τὴν ὑπερορίαν ἐξῴκησε, καὶ ἐν Ὠρωπῷ μετοίκιον κατατιθεὶς, ἐπὶ προστάτου ᾤκει. *Nam quum res ſuas inde convaſaviſſet, emigravit in translimitaneam, & Oropi deponens pretium peregrinitatis, habitabat ſub patrono.* Nam Oropus ad Atticam etiam pertinebat; ut dixi lib. De Pop. Attic. in Ὠρωπός. Itaque ſic
E capiendus Schol. Sophoclis ad Oed. Tyr. Μεταφέρει ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι ξένων τελούντων τὰ μετοίκια. *Transfert ab peregrinis per urbes, ſolvere ſolitis pretia peregrinitatis.*

CAP. X.

Apollo Μεταγείτνιος. *Ei quando ſacra, & a quibus, facta. Suidas emendatus.* μεταγείτνια. *Melitenſium in Diomea commigratio.*

F NOtus menſis Athenienſis Μεταγειτνιών, ita dictus, quod tunc Apollini Μεταγειτνίῳ ſacrificarent. Suidas. Μεταγειτνιών, δεύτερος μὴν παρ' Ἀθηναίοις. ἐν ᾧ τούτῳ Ἀπόλλωνι Μεταγειτνίῳ θύουσι. *Metageitnion, ſecundus menſis apud Athenienſes: in eo autem ſacrificant Apollini Metageitnio.* Ita emendo. Perperam hodie editur. Ἀπόλλωνι Μελαγειτνίων θύουσι. *Apollini Metageitniorum* (aliquid) *immolant.* Harpocration. Μεταγειτνιών· Τηρίδης ἐν τῷ ὑπὲρ Ξενίππου, δεύτερος μὲν παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλεῖται· ἐν ᾧ τούτῳ Ἀπόλλωνι Μετα-

Digitized by Google

ταγήτνίω θύσσιν, ὡς Λυσιμαχίδης ἐν τῷ περὶ τῶν Α Ἀθήνησι μηνῶν. *Metageitnion. Hyperides in oratione pro Xenippo, ſecundus menſis apud Athenienſes ita vocatur. In eo autem ſacrificant Apollini Metageitnio, ut Lyſimachides in ſcripto de menſibus Athenarum.* Erant autem haec illa ſacra, quae Μεταγείτνια adpellata fiebant a Melitenſibus, qui Diomea commigrarant. Plutarchus De Exilio. Ἆρα οὖν ξένοι καὶ ἀπόβλητές εἰσιν Ἀθηναίων οἱ μετασάντες ἐκ Μελίτης εἰς Διόμεια (ita enim illic legendum monui in libro De Populis Atticae) ὅπου καὶ Β μῆνα Μεταγειτνιῶνα, καὶ θυσίαν ἐπώνυμον ἄγουσι τῷ μετοικισμῷ τὰ Μεταγείτνια, τὴν πρὸς ἑτέρους γείτνιασιν εὐκόλως καὶ ἱλαρῶς ἐκδεχόμενοι, καὶ στέργοντες. *Vtique igitur extranei & urbe ſpoliati ſunt qui Athenienſium migraverunt ex Melite in Diomia, ubi & menſem Metageitnionem & ſacrificium nomine migrationem exprimente celebrant Metageitnia, illam adpropinquationem ad alios facile & hilariter excipientes & amantes.*

CAP. XI.

Μητρῶον. Eius aedificandi cauſa. Dolium ibidem, & metragyrtae ſtatua. Leges, ac decreta, adſervari ibi ſolita.

ERat aedes Athenis matris deum, quae Μητρῶον dicebatur. Pollux lib. III. cap 11. Ἐλέγετο δέ τι καὶ Μητρῶον Ἀθήνησι, τὸ τῆ Φρυγίας θεᾶς ἱερόν. *Dicebatur vero & Metroum Athenis Phrygiae Deae templum.* Moſchopulus. Μητρῶον, παρ' Ἀθηναίοις, τὸ τῇ μητρὶ τῶν παρ' αὐτοῖς θεῶν ἀνάμενον. *Metroum apud Athenienſes conſecratum matri Deum apud illos.* Eius aedificandi iſta fuit cauſa. Metragyrtes quidam, quum in Atticam veniſſet, mulieresque matri deum initiaſſet, Athenienſes irati, in barathrum eum praecipitem egerunt, occideruntque, ea de cauſa mox orta peſte oraculum acceperunt, expiandos eſſe interfecti manes. Itaque curiam aedificaverunt ibi loci, ubi eum occidiſſent; E matrique deum conſecrarunt, & ſtatuam eius ibidem poſuerunt. Suidas narrat. Μητραγύρτης ἐλθών τις εἰς τὴν Ἀττικὴν, ἐμύησε τὰς γυναῖκας τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, ὡς ἐκεῖνοί φασιν. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἀπέκτειναν αὐτὸν, ἐμβαλόντες εἰς βάραθρον καὶ λιθοβολήσαντες. λοιμοῦ δὲ γενομένου, ἔλαβον χρησμὸν ἱλάσασθαι τὸν πεφονευμένον. καὶ διὰ τοῦτο ᾠκοδόμησαν βουλευτήριον, ἐν ᾧ ἀνεῖλον ὁ μητραγύρτης, καὶ περιφράττοντες αὐτὸ καθιέρωσαν τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, ἀνασήσαντες καὶ ἀνδριάντα τοῦ μητραγύρτου. *Eorum, qui ſtipem Matri Deum colligebant, aliquis ingreſſus Atticam, initiabat feminas Matri Deum, ſicut illi dicunt. Athenienſes vero occiderunt eum, iniicientes in voraginem per caput. Peſte autem exorta, oraculum acceperunt placare interfectum. Et propterea exſtruxerunt curiam in loco, ubi occiderant iſtum hominem; & circumſepientes eam conſecrarunt Matri Deum, erigentes quoque ſtatuam Metragyrtae.* Eadem habes apud Apoſtolium in proverbio, μητραγύρτου θάνατος. Erat autem illic dolium. Diogenes Laertius in cognomine Cynico lib. VI. Ἐπιτέλας δέ τινι οἰκίδιον αὐτῷ προνοήσασθαι, καὶ βραδύνοντος, τὸν ἐν τῷ Μητρῴῳ πίθον ἔσχεν οἰκίαν. *Mandans autem cuiquam proſpicere ſibi domunculam; & tardante, dolium in templo Matris Deum pro domo habuit.* Et leges illic, ac decreta, adſervari. Suidas. Ἐχρῶντο ᾗ τῷ Μητρῴῳ ἀρχείῳ καὶ νομοφυλακείῳ. *Matris autem Deum templo utebantur archivo & legum cuſtodia.* Harpocration. Τὺς νόμους ἔθεντο ἀναγράψαντες ἐν τῷ Μητρῴῳ. *Leges tulerunt conſcribentes in Matris Deum templo.* Hinc illud apud Lycurgum in Orat. in Leocratem. Εἴ τις ἕνα νόμον εἰς τὸ Μητρῶον ἐλθὼν ἐξαλείψειεν, εἶτ' ἀπολογοῖτο, ὡς οὐδὲν παρὰ τοῦτον τῇ πόλει ἐστὶν, ἆρ' οὐκ ἂν ἀπεκτείνατ' αὐτόν; *Si quis aliquam legem ingreſſus in Matris Deum templum deleverit, deinde excuſet, quod nihil ex eo ad urbem pertineret, nonne occideretis illum?* Apud Athenaeum de Apelliconte Teio lib. V. Τά τ' ἐκ τοῦ Μητρῴου τῶν παλαιῶν αὐτόγραφα ψηφίσματα ὑφαιρούμενος ἐκτᾶτο. *Et antiquorum decreta ipſis eorum manibus ſcripta ex Matris Deum templo tollens poſſidebat.* Et apud Libanium Declam. XIII. Μὴ γὰρ δέξαιτο τοιαῦτα τὸ Μητρῶον δόγματα. *Ne enim capiat talia decreta templum Matris Deum.* Iterum Declam. XVI. Μεστὸν γὰρ τὸ Μητρῶον τῶν ἐμῶν ψηφισμάτων, καὶ νόμων. *Plenum namque Matris Deum templum meis decretis & legibus.* Apud Diogenem Laertium in Epicuro lib. X. Κατὰ τάδε δίδωμι τὰ ἐμαυτοῦ πάντα Ἀμυνομάχῳ Φιλοκράτους Βαιθῆθεν, καὶ Τιμοκράτει Δημητρίου Ποταμίῳ, καὶ τὴν ἐν τῷ Μητρῴῳ ἀναγεγραμμένην ἑκατέρῳ δόσιν. *Hac conditione mea omnia Amynomacho Philocratis filio Batenſi, & Timocrati Demetrii filio domo Potamo, prout conſcripta ab utroque donatio eſt in Matris Deum templo.* Lege quoque vetitum erat, ne umquam falſae litterae in hoc referrentur. Anonymus in Argumento Orationis Περὶ στεφάνου. Ὁ δὲ τρίτος νόμος εἰς τὴν ὅλου ὁρᾷ τοῦ βίου καὶ τῆς πολιτείας ἐξέτασιν. Κελεύει γὰρ μηδέποτε ψευδῆ γράμματα εἰς τὸ Μητρῶον εἰσάγειν, ἔνθα ἐστὶν ὅλα τὰ δημόσια γράμματα. *Tertia vero lex reſpicit univerſam vitae ac civitatis diſciplinam. Iubet enim numquam falſa ſcripta in Matris Deum templum inferre, ubi ſunt univerſa publica ſcripta.* Syrianus in Hermogenem: Νόμος ἐστὶν ὁ κωλύων ψευδῆ εἰσφέρειν (εἰς τὸ Μητρῶον) γράμματα. *Lex eſt vetans falſa inferre (in Matris Deum templum) ſcripta.*

CAP. XII.

Micon, pictor Athenienſis. AElianus, & Ioannes Tzetzes, emendati: item Plinius, Harpocration, & Appendix Proverbiorum Vaticana. Micon heros.

ERat inſignis pictor, Micon Athenienſis (a). Eius meminit Ariſtophanes Lyſiſtrata.

——— Τὰς δ' Ἀμαζόνας σκύτει,
Ἃς Μίκων ἔγραψεν ἐφ' ἵπποις μαχομένας τοῖς ἀνδράσι.
——— *ſed Amazonas ſpecta,*
Quas

(a) Adi *Lib. I. De Athen. Attic. Cap. V. & VII.*

Digitized by Google

Quas Micon pinxit in equis pugnantes cum viris.

Pausanias Eliac. II. Καλλίᾳ ᾧ Ἀθλωαίῳ παγκρατιασῇ τὸν ἀνδρίαντα ἀνὴρ Ἀθλωαῖος Μίκων ἐποίησεν ὁ ζωγράφος. *Calliae autem Athenien-si pancratiastae statuam Micon vir Athenien-sis pictor fecit.* Et in Arcadicis. Μίκων ᾧ ὁ ζωγράφος Ἀστεροπαῖον τε εἶναι καὶ Ἀντίνοον ἐν εἰκόσιν αὐτῶν ἐπέγραψε. *Micon vero pictor in-scripsit & Asteropeam & Antinoen esse in eo-rum tabulis.* Meminit item semel atque iterum in Atticis. Corruptum eius nomen apud AElianum Hist. Anim. lib. VII. capit. XXXVIII. Εἰσὶ δὲ καὶ οὗτοι καὶ ὁ κύων Νίκωνος γράμμα. *Sunt autem & hi & canis Niconis pictura.* Rescribe, ὁ κύων Μίκωνος γ. *canis Miconis p.* Et apud Ioannem Tzetzem Chil. XII. cap. CCCCXXVII.

Μετὰ τὴν Πολυκλείτου ᾧ κεῖται καὶ ἡ Φειδίου. Τὴν Νίκωνος ᾧ λέξομεν νῦν ἀντὶ τῆς Φειδίου. Οἱ Νίκων, ἢ, κατά τινας, Πολύγνωτος ζωγράφος.

Post illam Polycleti vero posita est etiam Phidiae,

Niconis autem dicemus nunc loco Phidiae, Nicon, aut, secundum aliquos, Polygnotus pictor.

Repone, Μίκωνος, & Μίκων. Meminit eius etiam Plinius lib. XXXIII. capit. XIII. lib. XXXIV. cap. VIII. lib. XXXVI. capp. VI. IX. Sed perperam ubique *Mycon* (a) scribitur. Nec recte Μήκων apud Harpocrationem. Μήκων. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ τῆς ἱερείας, καὶ Μήκωνα τὸ γράψαντα ἕως τὰς τριάκοντα μνᾶς ἐζημίωσαν. *Mecon. Lycurgus in oratione de sacerdotio. Et Meconem, qui pinxit, usque ad triginta minas multarunt.* Ita locum illum Lycurgi ibidem restituo, qui hodie editur, ἕως τοὺς Τριάκοντα, μνᾶς ἐζημίωσαν. *Vsque ad Triginta* (tyrannos) *mina multarunt.* Tamquam de xxx. Tyrannis illic ageretur. Pictoris huius nomen itidem corruptum in Appendice Vaticana Cent. I. Proverb. XII. Βέτιω Μήκων ἔγραψεν. ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως ἐπιτελουμένων. πίνακα γὰρ ὁ Μήκων γράψας ἐποίησέ τινα ὑπὸ ὄρους φαινόμενον. *Buten Mecon pinxit; de iis quae facili negotio peraguntur. Tabulam enim pingens Mecon fecit quemdam sub monte adparentem.* Rescribe utrobique, Μίκων. Plures certe commemorantur hoc nomine apud Pausaniam; quippe unus AEginera Eliac. I. & Arcadicis: alter Syracusanus Eliac. II. Meminit & Miconis herois Scholiast. Apollonii lib. I. Οἱ ᾧ Μίλητος, ἀφ' ἧς καὶ πόλις Μίλητος, Εὐξαντίου τοῦ Μίκωνος ἦν. *Miletus autem, unde & urbs Miletus, Euxantiae filius, Miconis nepos erat.*

CAP. XIII.

Moerocles, Plutarchus, Suidas, & Libanius, emendati.

NOn ignotum in Rep. Athenien-si nomen Moeroclis Salaminii. Harpocration. Μῴροκλῆς, ὄνομα κύριον, Σαλαμίνιος, τῶν παρ' Ἀθλωαίοις οὐκ ἀφανῶς πολιτευσαμένων. *Merocles, A nomen proprium, Salaminius, unus eorum, qui apud Athenienses non inglorie rempubli-cam administrarunt.* Meminit eius Demosthenes Epist. III. Περὶ τῶν Λυκόργου παίδων, & Orat. in Theocrinem. Aristoteles Rhet. lib. III cap. X. & Pausanias in Phocicis. Restituendum eius nomen apud Plutarchum in Demosthene. Οὐκ ἐν τῷ κατὰ Μοιροκλέα, οὐδ' ἐν Πολύευκτον, καὶ Ὑπερίδην ἀριθμῷ τῶν ῥητόρων. *Non in numero rhetorum secundum Moeroclen, & Polyeuctum, & Hyperiden.* Et mox iterum. Δημοσθένη, Πολύευκτον, Ἐφιάλην, Λυκοῦργον, Μοιροκλέα, Δάμωνα, Καλλισθένη, Χαρίδημον. *Demosthenem, Polyeuctum, Ephialten, Lycurgum, Moeroclea, Damona, Callisthenen, Charidemum.* Hodie utrobique editur, Μυροκλέα. Perperam quoque apud Suidam scribitur, Μυροκλῆς: & apud Libanium Declam. XIII.

CAP. XIV.

Munychus, rex Athenarum. Harpocration e-mendatus. Pantaclis filius, aut Demophoon-tis. Munychiae nomen dat. Eius conditae historia. Apostolius, & Suidas, correcti. Perfugium Trierarcharum, nautarum, & quicumque in Piraeeo iniuria adfecti. Mu-nychus rex Molossorum.

APud Harpocrationem in Μυνυχία corru-ptum est nomen Munychi regis. Re-stituo. Ὠνομάσθαι φησὶν ἀπὸ Μυνύχου τινὸς βασιλέως τοῦ Πανταχλέους. *Nominatam esse dicunt ab Munycho quodam rege Pantaclis filio.* Ho-die editur, ἀπὸ Μυνυχίου τινός, *ab Munychio quodam.* Nam Munychus dicebatur, non Munychius, a quo Munychia nomen ac-cepit. Recte apud Suidam est. Et confir-mat Stephanus. Μυνυχία, λιμήν, Ἀττικῆς, ἀπὸ Μυνύχου. *Munychia portus Atticae ab Mu-nycho.* Item Plutarchus in Theseo. Οἱ ᾧ καὶ τοῦτο τὸ ἔπος διαβάλλουσι, καὶ τὴν περὶ Μυνύχου μυθολογίαν, ὃν ἐκ Δημοφοῶντος Λαοδίκης κρύφα τεκούσης ἐν Ἰλίῳ συνεκθρέψαι τὴν Αἴθραν λέγουσι. *Alii autem & hoc poema vituperant, & fa-bulationem de Munycho, quem ex Demophoon-tis Laodice furtim pariente Ilii enutrivisse AEthram dicunt.* Vbi observa, filium dici Demophoontis, quem hic Pantaclis dicit Harpocration. Historiam denominati loci fuse tradit Vlpianus ad Orat. De Corona. Μυνύχιον, τόπος περὶ τὸν Πειραιᾶ, ἔνθα ἐστὶν ἱερὸν Μυνυχίας Ἀρτέμιδος, καὶ κακεῖ ἔφευγον, οἵ τινες τῶν τριηραρχῶν ἠδικοῦντο, ἢ ναῦται, ἢ τινες τῶν ἐξεταζομένων ἐν Πειραιεῖ. Ἐκλήθη δὲ Μυνύχιον, ὡς φησιν ὁ Διόδωρος παραφέρων τὰ Ἑλλανίκου λέγων ὡς ὅτι Θρᾷκές ποτε στρατεύσαντες καὶ τῶν οἰκούντων Ὀρχομενὸν τὸν Μινυαῖον τῆς Βοιωτίας, ἐξέβαλλον αὐτοὺς ἐκεῖθεν. οἱ δὲ ἐξαναστάντες, ἦλθον εἰς Ἀθήνας ἐπὶ Μυνύχου βασιλέως. ὁ δὲ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς οἰκῆσαι τὸν τόπον τὸν περὶ τὴν Μυνυχίαν, ὅσις ἐπωνομάσθη παρ' αὐτῶν εἰς τιμὴν τοῦ βασιλέως. *Munychium, locus circa Piraeeum, ubi & templum Munychiae Dianae; & illuc fugie-bant, quicumque ex trierarchis inique trac-tabantur, aut nautae, aut quidam de quibus inquirebatur Piraeei. Vocatum est vero Mu-ny-*

(a) Codex MS. Riccardianus non habet *Mycon*, sed *Micon*.

Digitized by Google

nychion, ut ait Diodorus, adferens verba Hellanici, dicens: quemadmodum aliquando Thraces bellum inferentes habitantibus Orchomenum Minyaeum Boeotiae, inde eos eiecerint. Illi autem emigrantes venerunt Athenas rege Munycho. Ille conceſſit eis habitare locum circa Munychiam, qui ab eis cognominatus eſt in honorem regis. Meminit huius Munychi etiam Suidas in Ε῎μβαρος. Η῞ν πρότερον ὁ Πειραιεὺς νῆσος, ὅθεν κ᾽ τοὔνομα εἴληφεν, ἀπὸ τῆ διαπερᾶν. ἔ τὰ ἄκρα Μουνυχος κατασχὼν, Μουνυχίας Α῾ρτέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο. *Erat antea Piraeeus inſula, unde & nomen cepit, ab transfretando: cuius promontoria obtinens Munychus, exſtruxit templum Munychiae Dianae.* Habes quoque totidem verbis apud Apoſtolium in Proverb. Ε῎μβαρός ἐμι. Vbi obiter corrige. Ε῎μβαρος ὃ μόνος ὑποσχόμενος. *Embarus autem ſolus promittens.* Hodie perperam editur, βάρος ὃ μόνος ὑ. *gravitatem autem ſolus p.* Dicit Munychum iſtum filium Pantaclis; eique adſentitur Etymologici Auctor. Μουνυχία, τόπος τῆ Πειραιῶς, ἀπὸ Μουνυχίας Α῾ρτέμιδος, ἢ ἀπὸ Μουνύχυ τῆ Πανταικλέους. *Munychia, locus Piraeei, ab Munychia Diana, vel ab Munycho filio Pantaclis.* Igitur corrigendus Suidas, apud quem Παντευκλέους ſcribitur; quam lectionem non recte praetulit Mauſſacus doctiſſimus, in Harpocrationis textum eam recipiens. Certe in Aldina editione erat, Παντακλέους. Confugiebant autem Munychiam Trierarchi, nautae, & Piraeei habitatores, iniuria adfecti. Ecce apud Vlpianum in verbis citatis. Κἀκεῖ ἔφευγον οἵ τινες τῶν τριηραρχῶν ἠδικοῦντο, ἢ ναῦται, ἢ τινες τῶν ἐξεταζομένων ἐν Πειραιεῖ. *Et illuc fugiebant, quicumque trierarchorum iniique tractabantur, vel nautae, aut aliqui, quorum cauſa inquirenda erat in Piraeeo.* Atque huc pertinet locus ille Demoſthenis Oratione citata. Οὐχ ἱκετηρίαν ἔθηκε τριήραρχος ἐδεὶς πώποτε, ὡς ἀδικούμενος παρ᾽ ὑμῖν, ἐκ ἐν Μουνυχίᾳ ἐκαθήζετο. *Non ſupplicationem poſuit trierarchus ullus unquam, velut iniuſte tractatus a vobis, non in Munychia conſedit* (a). Alius porro fuit Munychus, Molooſſorum rex, Dryantis filius; quem in buteonem transformatum commemorat Antoninus Liberalis Metamorph. XIV. Μόνυχος ὁ Δρύαντος ἐβασίλευσε Μολοσσῶν, κ᾽ ἐγένετο μάντις ἀγαθός. *Munychus Dryantis regnavit apud Molooſſos, & fuit bonus vates.* Et quae ſequuntur.

(a) De Munycho, & Munychia vide *Caput IX. Piraeei*, & *De Popul. Attic.*

(b) Hunc verſum ita diſtinguit *Heraldus*:
Η῾ δ᾽ ἐπὶ ᾧ μιδησι, θεὰ μιδησ᾽ ἐνὶ κόλπῳ.

(c) Haec carmina ita *Arnobius* interpretatur.
Sic effata, ſinus veſtem contraxit ab imo,
Obiecitque oculis formatas inguinibus res:
Quas cava ſuccutiens Baubo manu, nam puerilis
Ollis vultus erat, plaudit contrectat amice.

CAP. XV.

Verſus Orphei apud Clementem vindicati. Arnobius emendatus. Bacchus in comitatu Cereris, filiam quaerentis. Simulacra eorum in templo Cereris. Bacchi in ſacris Eleuſiniis memoria; item dies proprius. Ι῎ακχος. *Ille ipſe Cereris filius.*

NOti ſunt iſti verſus Orphei in hiſtoria Cereris, raptam Proſerpinam inquirentis, apud Clementem in Protreptico.

Ὡς εἰποῦσα πέπλους ἀνεσύρατο. δεῖξε δ᾽ πάνλα
Σώματος, οὐδὲ πρέποντα τύπον. παῖς δ᾽ ἦεν Ι῎ακχος.
Χειρί τε μιν βίπτεσκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλποις.
Η῾ δ᾽ ἐπεὶ οὖν μείδησε θεὰ, μείδησ᾽ ἐνὶ θυμῷ (b),
Δέξατο δ᾽ αἴολον ἄγγος, ἐν ᾧ κυκεὼν ἐνέκειτο.

Sic loquuta peplum attraxit: monſtravit vero omnia
Corporis, neque decentem figuram. puer vero aderat Iacchus,
Et ridens manu eam iecit ſub Baubus gremio.
Illa vero ut igitur riſit Dea, riſit in animo,
Accepit autem variegatum vas, in quo cyceon erat (c).

In horum verſuum ſecundo ſupra modum torquent ſeſe Viri docti, neque ferunt Bacchi nomen, tamquam alienum ab hiſtoria, ſive fabula; magis etiam, quia apud Arnobium interpretem nulla eius uſquam mentio. Ego vero ſecuros omnes eſſe iubeo, neque quidquam omnino mutare. Ita ſeſe fabula habet. Baubo, ut triſtem erepta filia Cererem recrearet, quum fruſtra alia omnia tentaſſet, eam partem, qua mulier erat, levigare inſtituit: deinde levigatam, reductis veſtibus, deae oſtendit. Bacchus (d), qui aderat in comitatu, ut erat adoleſcens, manum in ſinum Baubonis mox coniecit, & contrectavit; eoque ſpectaculo permota Ceres ridere incepit, & poculum propinatum bibere. Hoc eſt quod nobis Orpheus narrat. Arnobius, qui interpretatur iſtos verſus lib. v. nullam, inquiunt, Bacchi mentionem facit; atque inde concludunt, mendoſos eſſe. Ignoſcant mihi, ſi adſentiri minime poſſum. Ego vero meminiſſe Bacchi Arnobium dico; ſed corrupta hodie verba id efficere, ut videatur non feciſſe. Certe reſtituendum aio,

Quas cava ſuccutiens Bacchus manu (nam puerilis
Olli vultus erat) plaudit, contrectat amice.

Nauci non eſt, quod hodie editur.

Quas cava ſuccutiens Baubo manu. ——

Non enim Baubo iniecta manu contrectabat

Tum Dea defigens argati luminis orbes
Triſtitias animi paullum mollita reponit.
Inde manu poclum ſumit, riſuque ſequenti
Perducit totum Cyceonis laeta liquorem.

(c) *Deſid. Heraldus Animadverſ. in Arnobium*, cenſet Arnobium Orphei locum vel non intellexiſſe, vel aliter legiſſe, ait enim: *Neque enim hoc ait Orpheus, rebus illis vultum fuiſſe Fu, onis, ſed eas a puſione βαυβοῦς ὑπὸ κόλπους ploſas, & contrectatas.*

Digitized by Google

bat ſuam pubem, ſed Bacchus; quem, ut adoleſcentem, & laſcivum, magis illud ſpectaculum movebat. Origo mendi ex compendio ſcriptionis, Bacchꝙ. Inde librarii ſupiniores fecerunt, Baubo. Nam quod quis dicat, non conſtare proſodiae rationem, momenti nullius eſſe debet: nemo enim paulo doctior ignorat, quam ſecure metri leges migrent veteres illi Theologi Latini. Dico vero in comitatu Cereris, Proſerpinam filiam cum facibus accenſis quaerentis, fuiſſe Bacchum; idque ex eo ſatis manifeſtum, quod Athenienſes in templo Cereris ut ipſius ſimulacrum, Proſerpinaeque filiae, ita & Bacchi facem geſtantis poſuerint (a). Obſervo apud Pauſaniam in Atticis, cuius iſta ibi verba. Καὶ πλησίον ναὸς ἐστι Δήμητρος. ἀγαλματα ὴ αὐτή τε, καὶ ἡ παῖς, καὶ δᾷδα ἔχων Ἴακχος. *Et prope eſt aedes Cereris; & imagines tum ipſa, tum puella, & facem habens Iacchus.* Clemens in Protreptico. Ἤπου γ' ἂν ἔτι τὴν Πραξιτέλους Δήμητρα καὶ Κόρην καὶ τὸν Ἴακχον τὸν μυσικὸν, Θεὺς ὑπολαμβάνομεν. *Aut qui amplius Cererem Praxitelis & Proſerpinam & Iacchum myſticum exiſtimamus Deos?* Hinc in ſacris Eleuſiniis eius quoque memoria. Ecce apud Ciceronem De Leg. lib. II. *Quid ergo aget Iacchus, Eumolpidaeque noſtri, & antiqua illa myſteria, ſiquidem ſacra nocturna tollimus?* Et apud Clementem in Protreptico, ubi ſacra haec ipſa enarrat. Νυνὶ ὴ τοῖς μυουμένοις ἡ ἱερὰ τῆς ἀκρασίας νύξ ἐστι λαλουμένη. καὶ τὸ πῦρ ἐλέγχει τὰ πάθη δᾳδουχούμενον. ἀπόσβεσον, ὦ ἱεροφάντα, τὸ πῦρ· αἰδέσθητι, δᾳδοῦχε, τὰς λαμπάδας· ἐλέγχῃ σου τὸν Ἴακχον τὸ φῶς. *Nunc autem initiatis illa ſancta incontinentiae nox eſt loquens. & ipſe ignis in face lucens reprehendit nefarios impetus. Extingue, o hierophanta, ignem. Reverere cum pudore, o faciferens, lampadas. Arguit tuum Iacchum iſtud lumen.* Quin & quodam myſteriorum die ſimulacrum illius cum cantu produci ab initiatis ſolitum; iſque dies, ut & cantus, ex re Ἴακχος adpellatus. Heſychius docet. Ἴακχον, τὸν Διόνυσον. ἢ μίαν ἡμέραν τῶν μυστηρίων, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάγουσιν. καὶ ἡ ᾠδὴ, ἣν μεμυημένοι ᾄδουσι. *Iacchum, Bacchum; aut unum diem myſteriorum, in quo educunt Iacchum: & cantus, quem initiati canunt.* Erat autem Bacchus iſte Cereris ex Iove filius, qui hic intelligendus. Meminitque eius Diodorus Siculus lib. III. Φασὶ τ Θεὸν (τὸν Διόνυσον) ἐκ Διὸς καὶ Δήμητρος τεχνωθέντα, διαστασθῆναι. *Dicunt Deum (Bacchum) ex Iove & Cerere genitum diſcerptum eſſe.* Ergo una cum matre filius ſororem raptam quaeſitum ivit. Arbitror itaque ſupra verſibus iſtis Orphei, veraque eorum lectione, nullum deinceps dubium fore.

(a) Conſule quae habentur *Eleuſinior.* Cap. XXVII.

CAP. XVI.

Μόρα, *ſive* Μοῖρα, *Laconum. Quot in unaquaque milites. Etymologici Auctor emendatus. Quis earum numerus. Heſychius correctus, & Thucydides ſemel atque iterum: item Harpocration. Xenophon explicatus.* Σκιρίτης λόχος, *eiuſque militia. Etymologici Auctor iterum emendatus. Vnde nomen acceperit. Heſychius iterum correctus.* Κροτανοί. Πλαναῖων μοῖρα. Πιτανάτης λόχος. *Dionis Chryſoſtomi* ἁμάρτημα μνημονικόν.

IN Rep. Lacedaemoniorum Μόρα, vel Μοῖρα, dicebatur certa militum cohors. Schol. Demoſthenis in Orat. contra Ariſtocratem. Μόρα, φησὶν Ἀνδρόμαχος, τάγμα στρατιωτικὸν παρὰ Λακεδαιμονίοις, οὕτω λεγόμενον. *Mora, ait Andromachus, ordo militaris apud Lacedaemonios ita dictus.* Plutarchus De Gloria Athenienſium. Καὶ περὶ Λέχαιον Ἰφικράτης κατέκοψε τὴν Λακεδαιμονίων μοῖραν. *Et circa Lechaeum Iphicrates concidit Lacedaemoniorum moram.* Et in Pelopida. Τῇ γὰρ Ὀρχομενίων πόλει τὰ Σπαρτιατῶν ἑλομένῃ, καὶ δύο δεδεγμένῃ μόρας αὐτῶν ὑπὲρ ἀσφαλείας, ἐπεβούλευε μὲν ἀεί. *Nam urbi Orchemeniorum partes Spartiatarum ſequutae, & quae receperat praeſidii cauſa duas eorum moras, inſidiabatur quidem ſemper.* Dinarchus in Orat. κατὰ Δημοσθ. Ἐνίκησε τὴν ἐν Κνίδῳ ναυμαχίαν, ὅτε Ἰφικράτης ἀνεῖλε τὴν Λακεδαιμονίων μοῖραν. *Vicit proelio navali ad Cnidum, quando Iphicrates ſuſtulit moram Lacedaemoniorum.* Latini idem nomen retinuerunt. Ecce in Gloſſis Graeco-Latinis. Μόρα· *Mora.* AEmilius Probus in Iphicrate. *Hoc exercitu moram Lacedaemoniorum intercepit: quod maxime tota celebratum Graecia.* In unaquaque autem erant viri Io. Diodorus Siculus lib. XV. Τὴν ὴ μοῖραν ἀναπληροῦσιν ἄνδρες πεντακόσιοι. *Moram vero perficiunt viri quingenti.* Exacte ſi computes Ιοχιι. nam habebat Πεντηκοστύας quatuor; unaquaeque vero πεντηκοσὺς capiebat viros cxxviii. Schol. Thuc. lib v. Ἡ πενληκοσὺς συνίσαται ἀπὸ ἀνδρῶν ἑκατὸν εἰκοσιοκτώ. ὁ δὲ λόχος, τούτων τετραπλασίων γίνε ἀνδρῶν πενλακοσίων καὶ δυοκαιδεκα. *Pentecoſtys conſtituitur ab viris centum viginti octo: cohors vero ab quadruplice harum numero cenſetur quingentis viris ac duodecim.* Vel ccc. aut Ιοcc. Schol. Demoſthenis loco citato. Ἐστὶ δὲ ἡ μοῖρα τάξις ἀνδρῶν πεντακοσίων, ἢ ἑπτακοσίων, ἢ τριακοσίων. *Eſt autem mora ordo virorum quingentorum, aut ſeptingentorum, aut trecentorum.* Itaque Etymologici Auctor in hac ipſa voce, apud quem male hodie legitur, Πεντακοσίων, ἢ ἑπλακοσίων, ἢ τριάκοντα. *Quingentorum, aut ſeptingentorum, aut triginta.* Reſcribe ad hoc exemplum. Ἑπλακοσίων, ἢ τριακοσίων. *Septingentorum, aut trecentorum.* Nonnulli etiam Io. cccc. tradunt. Plutarchus e Polybio in Pelopida. Ἦσαν ὴ δύο μόραι Λακεδαιμονίων. τὴν ὴ μόραν Ἔφορος μὲν ἄνδρας εἶναι πεντακοσίους φησίν. Καλλισθένης δ' ἑπτακοσίους· ἄλλοι δέ τινες ἐννεακοσίους, ὧν Πολύβιός ἐστιν. *Erant autem duae morae Lacedaemoniorum.*

Mo-

Digitized by Google

Moram vero Ephorus quidem ait esse viros quingentos. Callisthenes vero septingentos: alii vero quidam nongentos, in quibus est Polybius. Erant vero μόραι istae nihil aliud quam cohortes ordinariae, quibus etiam extra bellum stipendia sua permanebant; habebanturque numero quinque. Diodorus Siculus loco citato. Ὁ δὲ Ἀγησίλαος προσαγαγὼν τὴν δύναμιν, ἦκεν εἰς τὴν Βοιωτίαν, ἔχων τοὺς σύμπαντας στρατιώτας πλείους ἢ μυρίων ὀκτακισχιλίων. ὧν ἦσαν αἱ Λακεδαιμονίων πέντε μοῖραι. *Agesilaus admotis copiis, venit in Boeotiam: habens omnes milites ultra octodecim millia, quorum erant quinque merae Lacedaemoniorum.* Semel autem hoc sciendum est, λόχον & μόραν eadem esse. Itaque fallitur Vir eruditissimus lib. IV. De Rep. Laced. cap. IV. qui distinguit, & τὸν λόχον putat esse quartam partem τῆς μόρας: quemadmodum etiam, quum τὴν πεντηκοστὴν dimidiam partem τοῦ λόχου statuit, quae quarta erat, ut iam diximus. Ac λόχον quidem & μόραν eadem esse, facile evincunt tot variorum Auctorum loca, qui promiscue ita adpellant. Et diserte Hesychius docet. Παρὰ γὰρ τοῖς Λακεδαιμονίοις οἱ πέντε λόχοι μόραι αὖθις ὀνομασθέντες. *Nam apud Lacedaemonios quinque lochi vel cohortes rursus morae nominatae.* Ita locum illum emendo, qui hodie perperam editur, περὶ γὰρ τ. Λ. οἱ πατρίλοχοι μόρα αὖθις, *nam circa τ. Λ. patrilochi mora rursus n.* Nam quinque erant, ut dicere coeperam. Corrigendus etiam Thucydides lib. V. Ἧπερ ὁ βασιλεὺς Ἄγις ἦν, καὶ περὶ αὐτὸν οἱ τριακόσιοι, ἱππεῖς καλούμενοι, προσπεσόντες τῶν Ἀργείων τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ πέντε λόχοις ὠνομασμένοις, καὶ Κλεωναίοις. *Qua parte rex Agis erat, & circa eum trecenti, equites vocati, adgressi Argivorum seniores, & quinque cohortes nominatas, & Cleonaeos.* Non recte editur coniunctim, καὶ πεντελόχοις ὡ. Erratque Scholiastes Graecus, qui ita legendum autumat. Sed magis depravatus alter eiusdem ibidem locus. Λόχοι μὲν γὰρ ἐμάχοντο ἑπτὰ, ἄνευ Σκιριτῶν. *Cohortes quidem enim pugnabant septem, absque Sciritis.* Idque vetus mendum video, quum Scholiastes lectionem illam agnoscat. Scripserat Thucydides. Λόχοι μὲν γὰρ ἐμάχοντο πέντε. *Cohortes quidem enim pugnabant quinque.* Harpocration in Μόρων. Διείλεκται ἡ περὶ τούτων Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Λακεδαιμονίων πολιτείᾳ. φησὶ δὲ ὡς εἰσὶ μόραι ὠνομασμέναι. *Disseruit autem de illis Aristoteles in Lacedaemoniorum republica: dicit vero esse nominatas moras.* Qui locus mutilus. In Vaticano Codice erat, Μόραι ς'. ὠνομασμέναι. *Morae sex nominatae.* Rescribo, Μόραι έ. *Morae quinque.* Nam ita scripsisse Aristotelem, fidem nobis Hesychius in λόχοι facit. Πέντε γάρ εἰσιν (οἱ λόχοι) ὡς φησιν Ἀριστοτέλης. *Quinque enim sunt (cohortes) ut ait Aristoteles.* At turbat hic nonnihil Xenophon, & VI. fuisse auctor est lib. De Laced. Rep. Οὕτω γε μὴν καλασκευασμένων, Μόρας μὲν διεῖλεν ἐξ καὶ ἱππέων καὶ ὁπλιτῶν. *Quum sic parati essent, moras quidem divisit sex & equitum & armatorum.* Eadem Harpocration ex Aristotele. Διείλεκται δὲ περὶ τούτων Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Λακεδαιμονίων πολιτείᾳ. φησὶ δὲ ὡς εἰσὶ μοῖραι ἐξ ὠνομασμέναι. *Disseruit autem de his Aristoteles in Lacedaemoniorum republica. Dicit autem esse moras sex nominatas.* Expediam nodum, & illustrabo locum obscurum. Verum est, cohortes istas ordinarias apud Lacedaemonios universim VI. fuisse; sed V. ex his proprie Μόραι, sexta Σκιρίτης λόχος dicebatur. Huius distincta omnino militia, & circa regem stabat, atque in proelio laborantibus succurrebat, eratque ex milite selecto. Diodorus clare loco citato. Ὁ δὲ Σκιρίτης καλούμενος λόχος παρὰ τοῖς Σπαρτιάταις οὐ συντάττεται μετὰ τῶν ἄλλων, ἀλλ' ἰδίαν ἔχων σύστασιν, μετὰ τοῦ βασιλέως ἵσταται, καὶ παραβοηθεῖ τοῖς ἀεὶ θλιβομένοις μέρεσι. συνεστὼς δ' ἐξ ἐπιλέκτων ἀνθρώπων, μεγάλας ποιεῖται ῥοπὰς ἐν ταῖς παρατάξεσι, καὶ κατὰ τὸ πλεῖστον αἴτιος γίνεται τῆς νίκης. *Sciritis autem vocata cohors apud Spartiatas non componitur cum aliis, sed peculiare habens corpus cum rege constituitur, & opitulatur semper partibus laborantibus. Collecta vero ex delectis hominibus, magna adfert momenta in pugnis, & ut plurimum causatur (a) victoriam.* Corrigendus de hac cohorte Etymologici Auctor. Σκιρίτης λόχος, ἀνδρῶν ἑξακοσίων, οἱ αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς ἐστρατεύοντο, καὶ οὐχ ἅμα τοῖς ἄλλοις Λακεδαιμονίοις. *Sciritis cohors, virorum sexcentorum, qui soli seorsum militabant, & non cum aliis Lacedaemoniis.* Male hodie editur, Σκίρτης λόχος. Vides etiam illic, seorsim militasse; tum ex loc. constitisse: quod observare item est apud Thucydidem lib. V. Λόχοι μὲν γὰρ ἐμάχοντο πέντε (ita enim legendum iam monui) ἄνευ Σκιριτῶν, ὄντων ἑξακοσίων. *Cohortes enim quidem pugnabant quinque sine Sciritis, qui erant, sexcenti.* Dicebatur Σκιρίτης, a Sciro Arcadiae; unde & Ἀρκαδικὸς Hesychio nuncupatur, cuius ista verba. Σκιρίτης λόχος, οὕτω καλούμενος, ὁ προκινδυνεύων. ἦν δὲ Ἀρκαδικός. *Sciritis cohors, sic vocata, quae antecedit in proelio. erat autem Arcadica.* Male illic vulgatur, Σκειρίτης Ex his quinque cohortibus autem, sive sex cum Xenophonte dicas, comprehensis ibi Sciritis, quatuor erant, quae ad regem pertinebant. Scholiastes Aristophanis ad Acharnenses. Παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις ὑπῆρχον τέσσαρες λόχοι, οἷς ἐκέχρητο ὁ βασιλεύς. *Apud Lacedaemonios autem erant quatuor cohortes, quibus usus fuerat rex.* Quae totidem verbis Suidas in Λόχος. Inde intelligendus idem Comicus alibi, quum ait.

Γνώσεσθ' ὅτι καὶ παρ' ἡμῖν εἰσι τέσσαρες,
Λόχοι ἀνδρῶν μαχίμων ἔνδον ἐξωπλισμένων.
Cognoscetis etium apud nos esse quatuor
Cohortes virorum pugnacium intus armatorum.

Quos versus respexisse censendus est Hesychius isto loco. Λόχοι Λακεδαιμονίων, φησὶν Ἀριστοφάνης, τέσσαρες. *Cohortes Lacedaemoniorum, dicit Aristophanes, quatuor.* Ac duae ex ephebis constabant. Ecce, Pausanias tibi in Laconicis ingerit. Ἐνταῦθα ἑκατέρα μοῖρα τῶν ἐφήβων σκύλακα κυνὸς τῷ Ἐνυαλίῳ θύουσι. *Ibi utraque mora ephebeorum catulum canis Marti im-*

(a) Observa interpretis barbariem paulo frequentius profecto occurrentem. Verteretur Latinius *parit*.

immolant. Et quaedam erat, quae Ἑδωλὸς λόχος dicebatur. Obſervo alibi apud eumdem Heſychium. Ἑδωλὸς, λόχος Λακεδαιμονίων οὕτως ἐκαλεῖτο. *Hedolos, cohors Lacedaemoniorum ita vocabatur*. Fuiſſe praeterea Κρόλανοὶ traduntur, qui etiam Πιτανατῶν μοῖρα, ſive, Πιτανάτης λόχος, dicebantur. Meminit eorum Pauſanias in Laconicis. Κατὰ τοῦτο τῆς πόλεως τάφοι τῶν Ἀγιαδῶν βασιλέων εἰσὶ, καὶ πλησίον ὀνομαζομένη λέσχη Κροτανῶν· εἰσὶ δὲ οἱ Κροτανοὶ Πιτανατῶν μοῖρα. *In hac urbis parte ſepulcra Agiadarum regum ſunt, & prope nominata ſtatio garrula Crotanorum, ſunt autem Crotani mora Pitanatarum*. Sed falſo hoc exiſtimatum, neque revera ulli umquam Pitanatae exſtiterunt. Thucydides lib. I. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἔτι καὶ νῦν ὄντα, καὶ ἃ χρόνῳ ἀμνησθέντα, καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες οὐκ ὀρθῶς οἴονται· ὥσπερ, τὰς τῶν Λακεδαιμονίων βασιλέας μὴ μιᾷ ψήφῳ προσίεσθαι ἑκάτερον, ἀλλὰ δυοῖν. καὶ τὸν Πιτανάτην λόχον αὐτοῖς εἶναι, ὃς οὐδὲ ἐγένετο πώποτε. *Multa vero & alia etiam nunc obſervata, nec tempore abolita, etiam alii Graeci non recte opinantur: quemadmodum reges Lacedaemoniorum non utrumque uno calculo ordinari, ſed duobus; & Pitanaten numerum* (a) *illis eſſe, qui fuit numquam*. Memoria labitur Dion Chryſoſtomus, qui Orat. XI. De Ilio non capto, Thucydidem ait haec dixiſſe de cohorte Scirite. Ὁπότε τὸν Σκιρίτην μὲν λόχον ὀνομάζουσι Λακεδαιμονίων, μηδεπώποτε γιγόμενον, ὡς Θουκυδίδης. *Quando Sciriten quidem cohortem vocant Lacedaemoniorum, quae numquam fuit, ut Thucydides*. De Pitanate, item Heſychius teſtatur. Ὁ Πιτανάτης λόχος αὐτοσχεδιάζεται, οὐκ ὢν ταῖς ἀληθείαις. *Pitanates numerus fruſtra confingitur, qui vere non fuit*. Multo poſt tempore inſtituit Romae Antoninus Caracalla. Herodianus lib. IV. Ἀπό τε Σπάρτης μεταπεμψάμενος νεανίας, Λακωνικὸν, καὶ Πιτανάτην, ἐκάλει λόχον. *Sparta vero accitos iuvenes, Laconicam, & Pitanaten vocabat cohortem*.

CAP. XVII.

Nannium meretrix, Προσκήνιον cognominata. Menandri Νανν ίον. Athenaei locus emendatus.

NAnnium meretrix olim Προσκήνιον adpellata fuit. Harpocration. Ἀντιφάνης δὲ ὁ νεώτερος, ἐν τῷ περὶ τῶν ἑταιρῶν, τὴν Νανν ίου φησὶ Προσκήνιον ἐπονομάζεσθαι, διὰ τὸ ἔξωθεν δοκεῖν εὐμορφοτέραν εἶναι. *Antiphanes autem iunior, in ſcripto de meretricibus, ait Nannium cognominari Proſcenium, quia extrinſecus videbatur eſſe formoſior*. Plautus Amphitryone.

Etiam hiſtriones Nannio in proſcenio hic Iovem invocarant. ——

Ita olim pene puer locum illum ex veteri quodam codice reſtitui; neque cauſam adhuc video, cur mutare ſententiam debeam. Vide Curas Plautinas noſtras ad eam Fabulam cap. I. Fuit & inter Menandri Comoedias una, Νανν ίου inſcripta, ab huius meretricis nomine, niſi me coniectura fallit. Eſt apud Athenaeum lib. XIII. Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ ὧν οἶδ..... δράματα ἀπὸ ἑταιρῶν ἔσχε τὰς ἐπιγραφὰς, Θάλατ ̃α Διοκλέους, Φερεκράτους Κορυανὼ, Εὐνίχου ἢ Φιλυλλίου Ἀντεία, Μενάνδρου δὲ Θαΐς, καὶ Φάννιον, Ἀλέξιδος Ὀπώρα. *Sed & alia multa quorum..... fabulae ab meretricibus habent inſcriptionem, Thalatta Dioclis, Pherecratis Corianno, Eunici vel Philyllii Antia, Menandri vero Thais & Fannium, Alexidis Opora, vel Vindemia*. Locus non parum corruptus, & qui valde exercuit magnum Caſaubonum. Vult enim legendum, vel πολλὰ τῶν ἀρχαίων δράματα, *multae veterum fabulae*; vel, πολλὰ, ὧν αἰδοῦμαι τὰ ὀνόματα λέγειν, δράματα, *multae, quorum erubeſco nomina dicere, fabulae*. Vtrumque abit a veſtigiis antiquae lectionis. Vide an non ſcripſerit Athenaeus. Πολλὰ ὧν οἶδα δράματα, *multae quos novi fabulae*. Et poſtea. Μενάνδρου δὲ Θαΐς καὶ Νανν ίον, Ἀλέξιδος Ο. *Menandri vero Thais & Nannium, Alexidis O.* Phannii meretricis, quod ſciam, meminit nemo: at vero Nannium ſcortum nobiliſſimum, quemadmodum Thais; unde utriuſque nomine Fabulam inſcriptam dedit Menander (b).

CAP. XVIII.

Hyperidis Oratio Κατὰ Πατροκλέους, an ſit genuina eius. Suidas bis emendatus.

HYperidis Oratio quaedam fertur, καλὰ Πατροκλέους. Ex ea fragmentum exſtat apud Pollucem lib. IV. cap. XIX. ſect. I. Ἔξεσι δὲ καὶ τὸ παραπέτασμα αὐλαίαν καλεῖν, Ὑπερίδου εἰπόντος ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους. Οἱ δὲ ἔννεα ἄρχοντες εἰσιῶντο ἐν τῇ στοᾷ, περιφραξάμενοί τι μέρος τῆς αὐλαίας. *Licet autem quoque praetenſum velum adpellare aulaeam, Hyperide dicente in oratione contra Patroclem: Novem vero magiſtratus epulabantur in porticu, circumſepti aliquam partem aulaeae*. Laudat Harpocration in Φορβαντεῖον, & Etymologici Auctor in eadem dictione. Suidas item in Αὐλαία. Αὐλαία, τὸ τῆς σκηνῆς παραπέτασμα. κέχρηται δὲ αὐτῷ Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους. *Aulaea, ſcenae praetenſum velum: Vſus eſt ea voce Hyperides in oratione contra Patroclem*. Reſpicit ſine dubio iſta verba, quae ex Polluce iam produximus. Video autem dubitatum, an genuina Rhetoris iſtius haec Oratio. Certe inter dubias ponit Athenaeus lib. XIII. Ὑπερίδης δὲ ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, τοὺς Ἀρεοπαγίτας φησὶν ἀριστήσαντά τινα ἐν καπηλείῳ κωλύσαι ἀνιέναι εἰς Ἄρειον πάγον. *Hyperides vero in oratione contra Patroclem, ſi genuina eſt, Areopagitas ait aliquem, qui pranſus fuerat in diverſorio, vetuiſſe adſcendere in Areopagum*. Et Harpocration in Νανν ίου. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος. *Hyperides in oratione contra Patroclem, ſi genuina*. Corruptus Suidas in Παράβυστον, & Φορβαντεῖον. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Προκλέους. *Hyperides in ora-*

(a) Melius *Cohortem*.

(b) Conſule *Bibliothecam Atticam* in Μενάνδρου.

Digitized by Google

oratione contra Proclen. Origo mendi ex compendio ſcriptionis (a).

CAP. XIX.

Piraeei murus, quam habuerit latitudinem; quam etiam altitudinem: item quantam Themiſtocles deſtinaverit. Quae ſtructura eius fuerit. Ἀγορανόμοι, Ἀστυνόμοι, Ἐπιμεληταὶ τοῦ ἐμπορίου, Μετρονόμοι, Σιτοφύλακες *quot ibi fuerint; quot in Vrbe. Lyſandri factum. Frumenti peregre advecti quotnam partes in urbem inferrentur, quot in Piraeeo retinerentur.*

PIraeei murus ea fuit latitudine, ut duo plauſtra ſibi obvia commeare in illo poſſent. Thucydides lib. 1. Καὶ ᾠκοδόμησαν τῇ ἐκείνῃ γνώμῃ τὸ πάχος τοῦ τείχους, ὅπερ νῦν ἔτι δῆλόν ἐστι περὶ τὸν Πειραιᾶ. δύο γὰρ ἅμαξαι ἐναντίαι ἀλλήλαις τοὺς λίθους ἐπῆγον. *Et ex ipſius ſententia extruxerunt craſſitudinem muri, quae nunc quoque manifeſta eſt circa Piraeeum. Duo enim plauſtra ſibi adverſa lapides advehebant.* Beda De Nom. locorum in Act. Apoſt. ſeptemplicem fuiſſe commemorat. *Athenae, civitas in Achaia, Philoſophiae dicata ſtudiis. Quae quum una ſit, plurali numero ſemper adpellari ſolet: cuius Piraeeus portus ſeptemplici quondam muro communitus fuiſſe deſcribitur.* Et ex eo, etſi diſſimulet Auctorem, iisdem verbis Smaragdus in eadem Acta capit. VIII. *Piraeeus portus ſeptemplici quondam muro communitus fuiſſe deſcribitur.* Altitudo XL. cubitorum erat. Appianus De Bell. Mithrid. Ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ κατῆλθεν, καταχεκλεισμένων ἐς τὰ τείχη τῶν πολεμίων. ὕψος δ' ἦν τὰ τείχη πήχεων τεσσαράκοντα μάλιστα. *Ad Piraeea deſcendit, boſtibus intra muros concluſis. Altitudine autem erant iſti muri cubitorum admodum quadraginta.* Idque dimidium eius erat, quam Themiſtocles deſtinaverat. Thucydides loco citato. Τὸ δὲ ὕψος ἥμισυ μάλιστα ἐτελέσθη ἃ διενοεῖτο. *Altitudo autem erat circiter dimidium eius quod deſtinaverat.* Iam ſtructuram videamus. Erat ex ingenti lapide caeſo quadrato. Appianus loco citato. Καὶ εἴργαστο ἐκ λίθου μεγάλου καὶ τετραγώνου. *Et ſtructum erat ex lapide magno & quadrato.* Et hunc non caementum ullum, aut lutum, ſed ferrum ac plumbum iungebant. Thucydides ibidem. Ἐντὸς δὲ ὅτε χαλιξ, ὅτε πηλὸς ἦν, ἀλλὰ ξυνῳκοδομημένοι μεγάλοι λίθοι, καὶ ἐν τομῷ ἐγγώνιοι, σιδήρῳ πρὸς ἀλλήλους τὰ ἔξωθεν καὶ μολύβδῳ δεδεμένοι. *Intus autem nec caementum nec lutum erat: ſed conſtructi magni lapides, & inciſura angulares, ferro inter ſe invicem & plumbo extrinſecus vincti.* Erant autem in Piraeeo (libet enim hoc dicere per occaſionem) Ἀγορανόμοι quinque. Harpocration. Ἀγορανόμοι, οἱ τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν ὤνια διοικοῦντες ἄρχοντες. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους. Ἀριστοτέλης δ' ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ, κληροῦσθαί φησι πέντε μὲν εἰς Πειραιᾶ, πέντε δὲ εἰς ἄστυ. *AEdiles, fori curatores, magiſtratus in foro venalia exigentes. Demoſthenes in oratione contra Timocratem. Ariſtoteles vero in Athenienſium republica ſortito eligi dicit quinque quidem in Piraeeum, quinque vero in urbem.* Ecce quinque in Piraeeo illi erant, quinque in Vrbe. Idem dicit de Aſtynomorum numero. Δέκα φησὶν εἶναι τοὺς Ἀστυνόμους Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ· πέντε μὲν ἐν Πειραιεῖ, πέντε δ' ἐν ἄστει. *Decem dicit eſſe urbis curatores Ariſtoteles in Athenienſium republica; quinque quidem in Piraeeo, quinque vero in urbe.* Sic οἱ ἐπιμεληταὶ τοῦ ἐμπορίου ibidem decem erant numero: nempe utrobique quinque. Ipſe alibi. Ἐμπορίου δ' Ἐπιμελητὰς δέκα κληροῦσι. *Emporii curatores ſorte eligunt decem.* Alia τῶν Μετρονόμων ratio erat: qui in Piraeeo decem, quinque in Vrbe habebantur. Idem, ubi de iis agit. Ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα. Εἰς μὲν τὸν Πειραια δέκα, πέντε δ' εἰς ἄστυ. *Erant vero numero quindecim. Ad Piraeeum quidem decem, quinque vero ad urbem.* Alius rurſum τῶν Σιτοφυλάκων numerus: qui in Vrbe erant quindecim, quinque autem in Piraeeo. Idem, de iisdem agens. Ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα μὲν ἐν ἄστει, πέντε δ' ἐν Πειραιεῖ. *Erant autem numero quindecim quidem in urbe, quinque vero in Piraeeo.* Eadem ratione Lyſander, captis Athenis, urbi praefectos triginta, Piraeeo decem, impoſuit. Plutarchus in eius Vita. Εὐθὺς δὲ τὰ περὶ τὴν πολιτείαν ἐκίνησε, τριάκοντα μὲν ἐν ἄστει, δέκα δ' ἐν Πειραιεῖ καταστήσας ἄρχοντας. *Statim vero & illa, quae ad rempublicam pertinebant, movit, triginta quidem in urbe, decem vero in Piraeeo conſtituens magiſtratus.* Frumenti vero, quod advehebatur peregre, duae partes in urbem importabantur, tertia in Piraeeo remanebat. Idem in Ἐπιμελητῆς ἐμπορίου. Τούτοις δὲ προστέτακται τῶν τε ἐμπορίων ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τοῦ σίτου, τοῦ καταπλέοντος εἰς τὸ Ἀττικὸν ἐμπόριον, τὰ δύο μέρη τοὺς ἐμπόρους ἀναγκάζειν εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν. *His autem iniuncta eſt cura emporii & frumenti, quod advehitur in Atticum emporium, ut mercatores cogantur duas partes in urbem vectare* (b).

CAP. XX.

Minerva Νίκη, *eiuſque templum, & ſimulacrum alatum. Vnde cognomen, & alas acceperit. Simulacrum eius alis ſpoliatum.*

MEgaris in arce inter alia fanum Minervae, quae Νίκη dicebatur. Pauſanias in Atticis, ubi de Megaris agit. Ὠκοδόμηται δὲ ἐπὶ τῇ κορυφῇ τῆς ἀκροπόλεως ναὸς Ἀθηνᾶς· ἄγαλμα δέ ἐστιν ἐπίχρυσον πλὴν χειρῶν καὶ ἀκρων ποδῶν. ταῦτα δὲ καὶ τὸ πρόσωπόν ἐστιν ἐλέφαντος. καὶ ἕτερον ἐνταῦθα ἱερὸν Ἀθηνᾶς πεποίηται, καλουμένης Νίκης. *Exſtructum vero eſt in vertice arcis templum Minervae: imago autem eſt inaurata praeter manus & extremos pedes. Haec atque etiam vultus eſt ex ebore. Et aliud illic templum Minervae factum eſt, adpellatae Victoriae.* Meminit Ariſtides Orat.

(a) Adi *Bibliothecam Atticam* in Γαζοφύλακες.

(b) De Piraeeo vide pluria in huius tituli libello *Tom. I.*

Digitized by Google

in Minervam. Η' μόνη τῶν ἁπάντων θεῶν, ὁμοίως ἢ πασῶν, οὐκ ἐπώνυμος τ῀ Νίκης, ἐστὶν, ἀλλ' ὁμώνυμος. *Haec ſola omnium Deorum, & ſimiliter Dearum, non cognomen habet Victoriae, ſed eodem nomine cenſetur.* Moſchopulus. Νικῶ, τὸ περιγίνομαι. ἀφ' ἧς νίκη, ἡ τροπαιοῦχία. καὶ ξόανον Ἀθηνᾶς παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις. *Vinco, ſupero: unde victoria, poſſeſſio tropaei; & ſimulacrum Minervae apud Athenienſes.* Cauſam huius cognomenti tradit Etymologici Auctor. Καὶ ἡ Ἀθηνᾶ Νίκη προσαγορεύεται. νομιζομένης γὰρ αὐτῆς πολεμικῆς καὶ φρονητικῆς, ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ τὸ τὴν νίκην αὐτῇ ξυνέπεσθαι. τὸ γὰρ ἐμφρόνως πολεμεῖν, νικητικόν. *Et Minerva cognominatur Victoria. Nam quum illa exiſtimetur bellica & prudens, conſequens ſimul erit quoque victoriam ad eam vergere. Nam bellare cum prudentia, cauſatur victoriam* (a). In eodem fano ſimulacrum quoque Deae erat ſine alis (b), manu una malum Punicum, altera galeam tenens. Suidas. Νίκης Ἀθηνᾶς ξόανον ἄπτερον, ἔχον ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ ῥοιὰν, ἐν δὲ τῇ εὐωνύμῳ κράνος, ἐτιμᾶτο παρ' Ἀθηναίοις. *Victoriae Minervae ſimulacrum ſine alis, habens quidem in dextra malum Punicum, in ſiniſtra vero galeam, colebatur apud Athenienſes.* Quae totidem verbis Harpocration in Νίκη Ἀθηνᾶ, unde Suidas accepit. Sed obſervandum ibi loci, ἄπτερον dici, id eſt, ſine alis; nam ſciendum alas olim, & quidem aureas, habuiſſe. Licet animadvertere in iſtis Euſtathii ad Iliad. λ. Καὶ ὁ μῦθος τὴν Νίκην οὐ μόνον χρυσαῖν πτερύγοιν ἐκόσμησε, διὰ τὸ κατ' αὐτὴν πολυτίμητον, καὶ ὡς εἰπεῖν μετεωροπόρον, ἀλλὰ καὶ τῇ Ἀθηνᾷ εἰς ταυτὸν ἤγαγεν. ὡς δηλοῖ καὶ ὁ γράψας τὸ, Ἀθηνᾶ ἡ Νίκη. *Et fabula Victoriam non modo aureis alis ornavit, propter eximium eius pretium, & ut ita dicam, excelſum iter, ſed & Minervae iniunxit & cum ea copulavit; ut declarat ille qui ſcripſit illud. Minerva Victoria.* Hinc eſt illud Ariſtophanis Avibus.

Αὐτίκα Νίκη πέταται πλερύγοιν χρυσαῖν.
Confeſtim Victoria volat alis aureis.

Veteres autem Athenienſes Minervae alas quoque Victoriae dederunt una cum cognomento; nam Victoriae alas dii dediſſe fingebantur, Amori ereptas. Ea de re exſtat fragmentum ex Ariſtophontis Pythagoriſta apud Athenaeum lib. XII.

Εἶτ' οὖν δικαίως ἐς' ἀπεψηφισμένος
Ὑπὸ τῶν θεῶν τῶν δώδεκ' εἰκότως Ἔρως.
Ἐτάρατλε κἀκείνους γὰρ ἐμβάλλων σάσεις,
Ὅτ' ἦν μετ' αὐτῶν, ὡς δὲ λίαν ἦν θρασὺς,
Καὶ σοβαρὸς, ἀποκόψαντες αὐτοῦ πτερὰ,
Ἵνα μὴ πέτηται πρὸς τὸν οὐρανὸν πάλιν,
Δεῦρ' αὐτὸν ἐφυγάδευσαν ὡς ἡμᾶς κάτω.
Τὰς δὲ πλέρυγας, ἃς εἶχε, τῇ Νίκῃ φορεῖν
Ἔδοσαν. ———
Ergo igitur iuſte eſt abrogatus
Ab diis duodecim fortaſſis Amor.
Conturbabat & illos enim iniiciens tumultus,
Quando erat cum eis, quam vero erat admodum audax,
Et adrogans, abſcindentes eius alas,
Vt ne volitaret ad coelum rurſus,
Huc illum extorrem egerunt ad nos deorſum;
Alas vero, quas habebat, Victoriae ferre
Dederunt (c). ———

Ea igitur ratione Minerva haec alas accepit, & ſimulacrum eius, auratas. Id autem ſimulacrum alii Aglaophontis opus, alii patris Bupali & Athenidis tradebant. Schol. Ariſtophanis loco citato. Ἀρχέννους γάρ φησι, καὶ τὸν Βυπάλου καὶ Ἀθηνίδος πατέρα, οἱ δὲ Ἀγλαοφῶντα τὸν Θάσιον ζωγράφον, ποιῆσαι ἐργάσασθαι τὴν Νίκην. ὡς οἱ περὶ Καρύστιον τὸν Περγαμηνὸν φασιν. *Archennus enim dicit etiam Bupali ſimul & Athenidis patrem, alii autem Aglaophontem Thaſium pictorem, alatam feciſſe Victoriam, prout Caryſtius Pergamenus inquit.* Sed poſtea homines quidam ſcelerati eas furto abſtulerunt. Narrat rem Vlpianus in Orat. contra Timocratem. Τινὲς δὲ ἐξηγοῦνται Νίκης Ἀθηνᾶς εἶναι ἄγαλμα ἐν τῇ ἀκροπόλει. ταύτης δὲ τὰς πτέρυγας, χρυσᾶς οὔσας, ἐπεχείρησάν τινες κακοῦργοι ἀφελέσθαι. *Nonnulli vero explicant Victoriae Minervae eſſe ſimulacrum in arce; eius vero alas, quae ſunt aureae, conati fuerunt quidam malefici tollere.* Atque ita manſit deinceps ἄπτερον ut deſcribunt Harpocration, & Suidas (d).

CAP. XXI.

Nothorum hereditas. Νοθεῖα. *Virginis imminutae multa. Ariſtophanis Scholiaſtes emendatus. Nothi quando cum legitimis ex aequo hereditatem creverint. Legitimorum in eo caſu praerogativa.*

SPuriis Athenis, mortuo patre, ex facultatibus eius mille drachmae ſolvebantur, eaque Νοθεῖα adpellabantur. Ariſtophanes Avibus.

Τί δ' ἦν ὁ πατὴρ ἐμοὶ διδῷ τὰ χρήματα
Τὰ νοθεῖ' ἀποθνήσκων, ὁ νόμος αὐτὸν οὐκ ἐᾷ.
Quid autem ſi pater mihi dederit pecunias
Illas ſpuriis ſolitas dari moriens, lex illum non ſinit.

Quem locum reſpexit Pollux lib. III. cap. II. Ἀριστοφάνης δὲ νοθεῖα τὰ χρήματα καλεῖ, τὰ τοῖς νόθοις διδόμενα. *Ariſtophanes notheia vocat nothis datas pecunias.* Eam pecuniam dixi fuiſſe mille drachmas. Harpocration. Νοθεῖα, τὰ τοῖς νόθοις ἐκ τῶν πατρώων διδόμενα οὕτω καλεῖται. ἦν δὲ μέχρι χιλίων δραχμῶν. *Notheia, ea quae nothis ex patriis bonis dantur, ita ſolent adpellari. Erant vero ad mille drachmas.* Eadem habes apud Suidam. Nimirum illa ſum-

(a) In Nummis Athenienſium Minerva Νικηφόρος ſaepe occurrit, ut in Theſauro Britannico videre eſt. Apud Gruterum *pag.* MLXXI.

PALLADI VICTRICI SACRVM

(b) Conſule ea quae habentur *Cecropiae Cap.* VIII ubi corrigendus Ovidii locus producetus.

Sic adſueta tuis ſemper victoria caſtris
Nunc quoque ſe praeſtet, notaque ſigna petat;
Auſoniumque ducem ſolitis circumvolet alis.

Ceterum ἄπτερος Victoria occurrit in egregio ſimulacro Gazae Mediceae, quod *Tom. III. Muſei Florentini* vulgatum eſt.

(c) Amor ſine alis occurrit in antiquis gemmis, & in una praecipue Gazae Mediceae.

(d) In aedibus Riccardianis Victoria marmorea exſtat ἄπτερος quidem, ſed ita ut intelligatur vel alias habuiſſe, vel ei addendas fuiſſe.

Digitized by Google

ſumma erat, qua multabatur, qui virginem imminuiſſet. Marcellinus (a) Comm. in Hermogenem. Νόμ@, τὸν βιασάμενον κόρην Ἀθήνησι χιλίας διδόναι. *Lex, eum qui vi contrectavit puellam Athenis, mille dare.* Et hinc intelligenda illa Syriani in eumdem alibi. Νόμ@, τὸν ἐξιόντα στρατηγὸν εἰς πόλεμον, εἰ ἔχοι θυγατέρα, παρατίθεσθαι τῷ συστρατηγῷ τὴν θυγατέρα. λαβὼν ἐκεῖν@, ἐβιάσατο. ἐπανελθὼν ὁ στρατηγὸς, κρίνει αὐτὸν δημοσίων ἀδικημάτων. ὁ δὲ, ὡς βιασάμεν@, τὰς χιλίας διδόναι. *Lex, ducem egreſſum ad bellum, ſi habeat filiam, deponere filiam apud collegam. Hic accipiens vim intulit. Reverſus dux poſtulat eum publicarum iniuriarum: ille autem, ut qui vim intulit, mille* (drachmas vult) *dare.* Sopater in Diviſ. Quaeſt. Νόμ@, τὸν βιασάμενον κόρην, διδόναι χιλίας. *Lex, eum qui puellae vim attulit, mille dare.* Corruptus eſt Schol. Ariſtophanis loco citato, ubi, quae fuerint τὰ νοθεῖα, exponit. Νόμ@ δὲ ἦν Ἀττικὸς, τοῖς νόθοις μέχρι πέντε μνῶν καταλιμπάνειν. *Lex autem erat Attica, nothis ad quinque minas relinquere.* Scribe, μέχρι δέκα μνῶν, *ad decem minas.* Nam mina una continebat drachmas centum; itaque ad conſtituendas drachmas mille opus eſt omnino minis decem. Origo mendi ex confuſione numerorum ε. & ι. Quod ſi ſtuprum in panegyri oblatum eſſet, poena decuplo maior erat; & decies mille drachmae a lege irrogatae. Sopater in Diviſ. Quaeſt. Ὁ νόμ@ διδοσθαι κελεύει τὰς μυρίας, ἐὰν βάσεται κόρην ἐν πανηγύρει. *Lex decem millia dare iubet, ſi violet puellam in publica feſtivitate.* Sed non ſemper iſta portione contenti eſſe cogebantur nothi. Nam ſi in domum eos pater introduxiſſet, ex aequo cum legitimis hereditatem cernebant. Marcellinus Νόμ@, τὸν γνήσιον καὶ τὸν νόθον ἰσοκληρονόμους εἶναι, ἐὰν τὸν νόθον ὁ πατὴρ εἰς τὴν οἰκίαν εἰσαγάγῃ. *Lex, naturalem & nothum ex aequa parte heredes eſſe, ſi nothum pater in domum induxerit.* Hac tantum praerogativa legitimi gaudebant, quod diſtribuendarum facultatem poteſtatem ipſi haberent, atque ſpuriis eligendi optionem darent (b). Obſervo apud Sopatrum. Ἔχων τις νόθον ἐκ δούλης, καὶ γνήσιον, ἔταξεν ἀμφοτέρους ἰσοκληρονόμους. ὁ νόμ@ δέδωκε τῷ γνησίῳ τῆς διανομῆς τὴν ἐξουσίαν. ὃς ἦ παροῦσαν οὐσίαν μερίδα θεὶς. ἀντέθηκε τῇ ἑτέρᾳ μερίδι τὴν τοῦ νόθου μητέρα, καὶ ἐπέτρεψεν ἐκλέξασθαι. *Habens aliquis nothum ex ancilla, & legitimum, conſtituit utrumque aequis partibus heredem. Lex dedit legitimo poteſtatem dividendi. Qui praeſentem ſubſtantiam ponens partem, oppoſuit in altera parte nothi matrem, & conceſſit electionem.* Vides clare rem totam.

(a) Notatur a quibusdam *Meurſius*, ut a *Fabricio* in *Bibliographia*, quod ad Leges Atticas veſtigandas etiam Declamatorum auctoritate ac teſtimoniis uſus ſit, quum illi fingant ad arbitrium leges, ut inde declamandi, ſeque exercendi, occaſionem adripiant. Huius Meurſiani vitii me quoque per Epiſtolam monuerat vir eruditiſſimus, & ſuae Germaniae decus, *Iac. Bruckerus*: quidque de hoc ſenſerim, alibi opportune pronuntiavi.

CAP. XXII.

Βουστροφηδὸν γράφειν. *Leges Solonis quonam modo ſcriptae. Ex arce in curiam, & forum, a quo deductae. Axones, & leges, numero ſuo diſtinctae. Quid ſit,* ὁ κάτωθεν νόμ@. *Harpocration emendatus. Sophonides, Ephialtae pater. Diodorus Siculus reſtitutus.*

INvenio Solonis leges βουστροφηδὸν ſcriptas fuiſſe. Didymi ea de re elegans fragmentum eſt apud Harpocrationem; ubi quid ſit Ὁ κάτωθεν νόμ@, *inferior lex* (c), varie explicat. Ἢ τοι τὴν Ἡλιαίαν λέγει ὁ ῥήτωρ, διὰ τὸ τῶν δικαστηρίων τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω ὀνομάζεσθαι· ἢ διὰ τὸ σχῆμα τῆς ἐν τοῖς ἄξοσι γραφῆς βουστροφηδὸν γεγραμμένης, ἢ ἀπὸ τῶν εἰωνύμων ἀρχόντων νόμον, κάτωθεν ὀνομάζει ὁ Δημοσθένης. ὅτι γὰρ βουστροφηδὸν ἦσαν οἱ ἄξονες καὶ οἱ κύρβεις γεγραμμένοι, δεδήλωκεν Εὐφορίων ἐν τῷ Ἀπολλοδώρῳ. ἢ ἐπεὶ τοὺς ἄξονας καὶ τοὺς κύρβεις ἄνωθεν τῆς ἀκροπόλεως εἰς τὸ βουλευτήριον καὶ τὴν ἀγορὰν μετέστησεν Ἐφιάλτης, ὥς φησιν Ἀναξιμένης ἐν Φιλιππικῷ. *Aut Heliaeam dicit orator, quia tribunalium alia quidem ſuperiora, alia inferiora nominantur: aut quoniam forma ſcripturae in Axibus ſulcatim procedentis, legem ab laevis partibus incipientem, nominat inferiorem Demoſthenes. Nam ſulcatim ſcriptos fuiſſe Axes & Cyrbes, declaravit Euphorion in Apollodoro: aut quoniam Axes & Cyrbes ſupra arcem in curiam & forum transtulit Ephialtes, ut ait Anaximenes in Philippico.* Dicebant autem Βουστροφηδὸν γράφειν, quum ita ſcribentes lineas ducerent, quemadmodum ſulcos arantes boves. Accipimus ex Heſychio. Βουστροφηδόν. οὕτως ἔλεγον, ἐπὰν ὁμοίως τοῖς ἀροτριῶσι βουσὶ τὰς ἀντιστροφὰς ποιῇ τις. ἔλεγον ἢ ἐπὶ τοῦ γράφειν τρόπῳ τοιούτῳ· *Sulcatim, vel bovina converſione. Ita dicebant, quando ſimiliter ac arantes boves converſiones aliquis facit: dicebant autem de tali ratione ſcribendi.* Clare quoque Pauſanias docet Eliac. 1. Τῶν δ' ἐπὶ τῇ λάρνακι ἐπιγραμμάτων ἔπεσι τοῖς πλείοσι γράμμασι τοῖς ἀρχαίοις γεγραμμένα. καὶ τὰ μὲν ἐς εὐθὺ αὐτῶν ἔχει, σχήματα δὲ ἄλλα τῶν γραμμάτων βουστροφηδὸν καλεῖσιν Ἕλληνες. τὸ δὲ ἐστι τοιόνδε. ἀπὸ τοῦ πέρατος τοῦ ἔπους ἐπιστρέφει τῶν ἐπῶν τὸ δεύτερον, ὥσπερ ἐν διαύλῳ δρόμῳ. *Epigrammata vero inſcripta arcae ſunt plurimis litteris antiquis ſcripta. Et nonnulla quidem eorum recta procedunt, alias autem formas litterarum Graeci vocant ſulcatim. Id vero eſt tale. Ab fine verſus convertitur verſus ſecundus, non aliter quam in curſu diauli* (d). Didymi fragmentum hoc exſtat quoque apud Suidam, ſed diſſimulato eius nomine, ut illic plurima. Porro in iſtis verbis circa finem hoc quoque obſervandum, quod dicat; axones & cyrbes Solonis ex arce in curiam atque fo-

(b) De his legibus conſule *Libros Legum Attic.*
(c) Ὁ κάτωθεν νόμ@ quomodo intelligi debeat vide in adnotatis *Cap.* XXIIII. *Solonis.*
(d) De hoc ſcriptionis genere vide quae adnotavi ad calcem Supplementi Legum Atticarum.

Digitized by Google

forum ab Ephialte translatos esse. Id ipsum tradit etiam Pollux lib. VIII. cap. X. Α'πέκειντο δὲ οἵ τε κύρβεις καὶ οἱ ἄξονες ἐν ἀκροπόλει πάλαι, αὖθις δ' ἵνα πᾶσιν ἐξῇ ἐντυγχάνειν, εἰς τὸ πρυτάνειον καὶ τὴν ἀγορὰν μετωκέχθησαν. *Custodiebantur autem Cyrbes & Axes olim in arce: postea vero ut omnibus liceret occurrere, in Prytaneum & forum translati sunt* (a). Iam ut hoc explicemus, quid sit ὁ κάτωθεν νόμος, in quo se frustra torquet Didymus, primum illud dicemus; distinctos numero axones fuisse. Sic nominatur primus apud Plutarchum in Solone. Καὶ πρῶτος ἄξων ἐστὶν, ὁ τῦτον περιέχων τὸν νόμον. *Et primus axis est, qui hanc continent legem.* Nec multo ante decimus tertius. Ο' δὲ τρισκαιδέκατος ἄξων τῦ Σόλωνος τὸν ὄγδοον ἔχει τὸν νόμον οὕτως, αὐτοῖς ὀνόμασι γεγραμμένον. *Sed tertius decimus axis Solonis habet octavam legem ita, ipsis vocibus scriptam.* Deinde etiam decimus sextus. Α"ς γὰρ ἐν τῷ ἑκκαιδεκάτῳ τῶν ἀξόνων ὁρίζει τιμὰς τ' ἐκκρίτων ἱερέων, εἰκὸς μὲν εἶναι πολλαπλασίας. *Quos enim in sextodecimo Axium definit honores eximiorum sacrificiorum, conjectu facile est multiplices esse.* Praeterea in illis singulae item leges numero notatae; quamobrem est in illis Plutarchi verbis iam citatis. Ο' δὲ τρισκαιδέκατος ἄξων τῦ Σόλωνος τὸν ὄγδοον ἔχει νόμον. *Tertius autem decimus Axis Solonis habet octavam legem.* Harpocration in Θ"τι οἱ ποιητοὶ παῖδες. Καὶ Σόλων ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ τῶν νόμων. *Et Solon in vicesimo primo legum.* Ac quae in parte inferiori scriptae essent, οἱ κάτω, sive κάτωθεν, νόμοι dicebantur. Ecce apud Demosthenem Orat. in Aristocratem. Καίτοι ταῦτα πάντα ἀπέρηκεν ἄντιπρυς καὶ σαφῶς ὁ κάτωθεν νόμος, μηδὲ τὺς ἑαλωκότας καὶ δεδογμένους ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ποιεῖν. *Quamvis illa omnia abrogavit ex contrario & manifesto inferior lex, neque convictos & decretos homicidas audere facere.* Et corrigendus in eamdem rem Harpocrationis locus in Σῖτος, ubi verba corrupta pariter & luxata. Σῖτος καλεῖται ἡ διδομένη πρόσοδος εἰς τροφὴν ταῖς γυναιξὶν, ἢ τοῖς ὀρφανοῖς, ὡς ἐξ ἄλλων μαθεῖν ἐστι, καὶ ἐν τῷ ἐκ τοῦ Σόλωνος πρώτῳ κατὰ τὸν ἄξονα. *Frumentum vocatur reditus, qui datur in alimentum coniugibus, aut pupillis, ut ex aliis discere est, & in eo ex Solonis primo de Axe.* Nam quid hoc quaeso est? καὶ ἐν τῷ ἐκ τῦ Σόλωνος πρώτῳ κατὰ τὸν ἄξονος. Quis mihi sensum aliquem commodum inde dabit? Restituo in pristinum suum ordinem, & emendo. Ω's ἐξ ἄλλων μαθεῖν ἐστι, καὶ ἐκ τῦ Σόλωνος πρώτῳ, ἐν τῷ κάτω τῦ ἄξονος. *Sicut ex aliis discere est, & ex Solonis primo, in inferiore parte Axis.* Hoc ex aliis, inquit, discere licet; & ex prima Solonis tabula, in inferiori eius parte. Nemo, opinor, rectam negabit emendationem meam. Non minus corrupta haec quoque apud Suidam, qui transcripsit. Ω"ς ἐστι μαθεῖν καὶ ἐν τῷ τῦ Σόλωνος πρώτῳ κατὰ τὸν ἄξονος. *Vti discere est & in eo Solonis nuper de Axe.* Rescribe itidem. Ἐν τῷ τοῦ Σόλωνος πρώτῳ, κάτω τοῦ ἄξονος. *In Solonis primo, inferiori parte Axis.* Porro, antequam caput hoc finiam, Ephialtis paulo ante mentio revocat mihi in memoriam corruptum Diodori Siculi locum de eius patre lib. XI. Α'μα δὲ τύτοις πραττομένοις, ἐν μὲν ταῖς Α'θήναις Ε'φιάλτης ὁ Σιμωνίδυ, δημαγωγὸς ὢν, καὶ τὸ πλῆθος παροξύνας. *Simul quum haec ficrent, Athenis quidem Ephialtes Simonidae filius, reipublicae administrandae particeps, & multitudinis concitor.* Rescribendum, Ε'φιάλτης ὁ Σοφωνίδυ. *Ephialtes Sophonidae filius.* Nam id Ephialtis patri nomen. AElianus Var. Hist. lib. II. cap. XLIII. Καὶ Λάμαχος ὁ Α'θηναῖος, καὶ Σωκράτης ὁ Σωφρονίσκυ, καὶ Ε'φιάλτης ὁ Σοφωνίδυ. *Et Lamachus Athenienſis, & Socrates Sophroniſci, & Ephialtes autem Sophonidae filius.* Iterum lib. XI. cap. IX. Ο"τι Ε'φιάλτης ὁ Σοφωνίδυ πενέστατος ἦν. *Quod Ephialtes Sophonidae filius pauperrimus esset.*

CAP. XXIII.

Τρίποδες *Athenis; & de iis liber Heliodori.*

ERat platea quaedam Athenis, Τρίποδες dicta (b), iuxta Prytaneum initium habens; in qua templum valde magnificum, atque in eo tripodes aenei, unde nomen. Observo apud Pausaniam in Atticis. Ε'στι δὲ ὁδὸς ἀπὸ τῦ πρυτανείυ καλυμένη Τρίποδες· ἀφ' ἧς ἣ καλῦσι τὸ χωρίον, ναοὶ θεῶν ἐς τῦτο μεγάλοι, καὶ σφίσιν ἐφεστήκασι τρίποδες, χαλκοῖ μὲν, μνήμης δὲ ἄξια μάλιστα περιέχοντες ἐργασμένα. *Est autem via ab Prytaneo, quae vocatur Tripodes. Vnde vero adpellant locum, aedes Deorum in eo magnae, iisque adsunt tripodes aenei quidem, sed memoria digna maxime continentes peracta.* Erant ibi plurima spectatu digna, quae commemorat illic Pausanias. Et singulare de iis Opus scripserat Heliodorus. Meminit Harpocration in Ο'νήτωρ. Ο"τι δὲ τῶν χωρηγησάντων ἦν εἷς, Η'λιόδωρος περὶ τ' ἐν Α'θηναις Τριπόδων. *Fuisse vero unum ex illis, qui comoedias instruxerunt, Heliodorus de Tripodibus, qui sunt Athenis.*

CAP. XXIV.

Βυλευτικόν. Ε'φηβικόν. *Loca in theatro. Hesychius bis emendatus.* Ε'φηβαῖον. Ε'φήβιον. *Pausanias, & Livius, correcti.* Δρόμος. *Livius iterum tentatus.*

IN theatro distincta erant, senatorum & epheborum (c) loca; atque ubi illi sederent Βυλευτικόν: ubi hi, Ε'φηβικὸν dicebatur. Licet observare apud Pollucem lib. IV. cap. XIX. Ε'καλεῖτο δέ τι καὶ βυλευτικὸν μέρος τῦ θεάτρυ, καὶ Ε'φηβικόν. *Vocabatur autem aliqua etiam senatoria pars theatri, & ephebis adsignata.* Emendandus Hesychii locus. Βυλευτικὸν, τόπος τις Α'θήνησιν ἐν τῷ θεάτρῳ, ὅπυ οἱ βυλευτι-

(a) Consule *Caput* XXIV. *Solonis.*
(b) Vide *Lib.* II. *Athen. Attic. Cap.* VI.
(c) De Ephebis, & eorum Curatoribus, ad *Cap.* IX. *Areopagi* quaedam adnotavimus, & de iis passim loquuntur veteres inscriptiones, quae ad *Librum De Popul. Attic.* & alibi etiam, productae sunt.

Digitized by Google

τικοὶ κειμήλιοι ἐθεῶντο· ᾗ δ' οἱ ἔφηβοι, ἐφηβικὸν ἐκαλεῖτο· *Senatorium, locus quidam Athenis in theatro, ubi ſenatores ſedentes ſpectabant; & ubi ephebi, vocabatur ephebicum.* Hodie peperam editur, Καὶ δ' οἱ εὔφημοι, εὐφημικὸν δ'. *& ubi homines bonae famae, euphemicum.* Simile mendum, ut hoc ἐν παρόδῳ dicam, apud eumdem in τριακάτιοι. Τριακάτιοι, οἱ εὔφημοι, ᾗ τὸ σύστημα αὐτῶν. *Triacatii, bonae famae homines, & collegium eorum.* Itidem reſcribe, οἱ ἔφηβοι, *ephebi.* Meminit τῆ Βουλευτικῆ Ariſtophanes Avibus.

Κᾆθ' ὁρᾷ ἄνδρα τῆς γυναικὸς ἐν τῷ βουλευτικῷ.
Et poſtea videt maritum mulieris in ſenatorio.

Vbi Scholiaſtes. Οὗτος τόπος τῆ θεάτρῳ, ὁ ἀνειμένος τοῖς Βουλευταῖς· ὡς ᾗ ὁ τοῖς Ἐφήβοις, Ἐφηβικόν. *Iſte locus theatri, deſtinatus Senatoribus; ſicut etiam Ephebis ſecretus, Ephebicus.* Sed Ephebici Athenienſis mentio revocat mihi in memoriam Ephebaeum Lacedaemoniorum, & corruptum de eo Pauſaniae locum in Laconicis. Θεράπνης δὲ οὐ πόρρω Φοιβαῖον καλούμενόν ἐστιν, ἐν δὲ αὐτῷ Διοσκούρων ναός· ᾗ οἱ ἔφηβοι τῷ Ἐνυαλίῳ ἐνταῦθα. *A Therapne non procul Phoebaeum vocatum eſt, & in eo aedes Dioſcurorum; & ephebi illic Marti ſacrificant.* Omnino reſcribendum, ἐ πόρρω Ἐφηβαῖον καλούμενον, *non procul Ephebaeum vocatum.* Quod Sylburgio quoque, & Amalaeo, obſervatum. Nominis ratio in propatulo. Et eſt locus antecedens, qui evincit. Θύουσι πρὸ τ' μάχης ἐν τῷ Ἐφηβαίῳ· τὸ δὲ Ἐφηβαῖόν ἐστι ᾗ ἐκ τῆς πόλεως Θεράπνης ἐ πολὺ ἀφεστηκός. ἐνταῦθα ἑκατέρα μοῖρα τῶν ἐφήβων σκύλακα κυνὸς τῷ Ἐνυαλίῳ θύουσι. *Sacrificant ante pugnam in Ephebaeo. Ephebaeum vero iſtud eſt etiam extra urbem Therapnen non multum diſtans. Illic utraque mora epheborum catulum canis ſacrificant Marti.* Et corruptum hoc nomen itidem apud Livium lib. xxxiv. ubi de Spartae obſidione agit. *Quod roboris in exercitu erat, trifariam diviſum, parte una a Phoebeo, altera a Dictynneo, tertia ab eo loco quem Heptagonias adpellant (omnia autem haec aperta ſine muro loca ſunt) adgredi iubet.* Reſtituo, *parte una ab Ephebeo, altera a D.* Aliud erat Ἐφήβειον in palaeſtra, cuius meminit Vitruvius lib. v. cap. xi. In eodem vero Livio, eodem libro, ut per occaſionem hanc id moneam, alter locus mendo vacare non videtur. Eſt in illa ipſa belli Spartani hiſtoria. *Quum ſuſpectos quosdam civium haberet, eductis in campum omnibus copiis, Dromon ipſi vocant, poſitis armis ad concionem vocari iuſſit Lacedaemonios.* Quid enim? an copias univerſas unica voce Δρόμον adpellabant Lacedaemonii? Nugae. Δρόμος erat extra urbem Spartanam campus, in quo ſe iuventus curſu exercebat. Pauſanias in Laconicis. Καλοῦσι ᾗ Λακεδαιμόνιοι Δρόμον, ἔνθα τοῖς νέοις ᾗ ἐφ' ἡμῶν ἔτι δρόμου μελέτη καθέστηκεν. *Vocant autem Lacedaemonii Dromon, ubi adoleſcentibus etiam noſtro tempore adhuc curſus exercitatio conſtituta eſt.* Et occurrit plurima illic eius mentio. Ergo verba illa Livii, luxata aliquantum, ita ordinare malim. *Eductis in campum, Dromon ipſi vocant, omnibus copiis.*

CAP. XXV.

Ὄρυγμα. *Locus Hippothoontidis tribus.* Ὁ ἐπὶ τῷ ὀρύγματι.

ERat Athenis locus alte effoſſus, qui Ὄρυγμα dicebatur; idem cum eo qui Βάραθρον etiam nuncupabatur. Stephanus. Βάραθρον, τόπος κοῖλος, καὶ ὄρυγμα καλούμενος. *Barathrum, locus cavus, & foſſa vocatus.* Heſychius. Βάραθρον, ὄρυγμα. *Barathrum, foſſa.* In eum facinoroſos morti damnatos praecipitabant. Harpocration. Ὄρυγμα, ἰδίως οὕτως ἐκαλεῖτο, ἐφ' ᾧ οἱ κακοῦργοι ἐκολάζοντο Ἀθήνησι. *Foſſa proprie ſic vocabatur, in qua malefici puniebantur Athenis.* Erat autem tribus Hippothoontidis. Suidas. Βάραθρον, ὄρυγμα ἐστὶν, εἰς ὃ τῆς Ἱπποθοωντίδος δήμου τοὺς ἐπὶ θανάτῳ κατακρίτους ἐνέβαλλον. *Barathrum, foſſa eſt, in quod Hippothoontidis populus damnatos ad mortem iniiciebat.* Totidem verbis Harpocration in illa voce. Hinc ὁ ἐπὶ τῷ ὀρύγματι, *ſuperpoſitus* (a) *foſſae*, dicebatur carnifex. Dinarchus Orat. in Demoſthenem. Καὶ τεθνᾶσι κατὰ τὸ σὸν ψήφισμα δύο πολιτῶν, πατὴρ καὶ υἱὸς, παραδοθέντες τῷ ἐπὶ τῷ ὀρύγματι. *Et mortui ſunt ex tuo decreto duo cives, pater & filius, traditi ſuperpoſito foſſae.* Lycurgus in Leocratem. Καὶ ἐψηφίσαντο, ἐάν τις ἐπανιὼν ἁλίσκηται, ἀπαγαγεῖν Ἀθηναίων τὸν βουλόμενον πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, παραλαβόντας ᾗ παραδοῦναι τῷ ἐπὶ τῷ ὀρύγματι. *Et decreverunt, ſi quis eorum reverſus capiatur, abducere Athenienſium quemcumque ad legumlatores, qui adepti tradant ſuperpoſito foſſae.* Polluci dicitur, ὁ πρὸς τῷ ὀρύγματι, *qui ad foſſam* lib. VIII. cap. VII. Ὁ δὲ παραλαμβάνων τοὺς ἀνῃρημένους, καλεῖται δήμιος, δημόχοινος, ὁ πρὸς τῷ ὀρύγματι. *Qui vero adprehendit ſublatos, vocatur demius, vel publicus, item demococnus vel communis populo, item ille ad foſſam.*

CAP. XXVI.

Plataeenſes in Poecile porticu picti. Harpocrationis error.

IN porticu Poecile inter ceteros picti quoque Plataeenſes fuerunt. Meminit Demoſthenes Orat. in Neaeram. Πλαταιεῖς γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μόνοι τῶν Ἑλλήνων ὑμῖν ἐβοήθησαν Μαραθῶνάδε, ὅτε Δάτις, ὁ βασιλέως Δαρείου στρατηγὸς, ἀναχωρῶν ἐξ Ἐρετρίας, Εὔβοιαν ἐφ' ἑαυτῷ ποιησάμενος, ἀπέβη εἰς τὴν χώραν πολλῇ δυνάμει, ᾗ ἐπόρθει. ᾗ ἔτι ᾗ νῦν τῆς ἀνδραγαθίας αὐτῶν ὑπόμνημα ἐν τῇ Ποικίλῃ στοᾷ γραφὴ δεδήλωκεν. *Plataeenſes enim, o viri Athenienſes, ſoli Graecorum vobis opitulati ſunt ad Marathona, quando Datis, regis Darii dux, recedens ex Eretria, Euboea ſub poteſtatem redacta, devenit in hanc regionem cum magnis copiis, & vaſtabat; atque adhuc etiam nunc virtutis eorum monumentum in Poecile porti-*

ris

(a) Vertendum erat *Praepoſitus.*

cu pictura significat. Eius rei nomine erroris Oratorem insimulat Harpocration; negatque quemquam hoc dixisse. Verba eius ecce ista. Ὅτι διαμαρτάνει Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας, λέγων Πλαταιέας γεγράφθαι ἐν τῇ Ποικίλῃ στοᾷ. οὐδεὶς γὰρ τοῦτο εἴρηκεν, ὥσπερ οὐδὲ Κρατερὸς ἐν τῇ τῶν ψηφισμάτων συναγωγῇ. *Aberrat Demosthenes in oratione contra Neaeram, dicens Plataeenses pictos esse in porticu Poecile. Nemo enim istud dixit, sicuti nec Craterus in decretorum collectione.* Sed ego erroris convinco Harpocrationem. Verum enim Orator dixit; & accipe testimonium a Pausania in Atticis, ubi picturas istius porticus pluribus commemorat. Τελευταῖαι δὲ τῆς γραφῆς εἰσιν οἱ μαχησάμενοι Μαραθῶνι. Βοιωτῶν δὲ οἱ Πλαταιᾶν ἔχοντες, καὶ ὅσον ἦν Ἀττικὸν, ἴασιν εἰς χεῖρας τοῖς Βαρβάροις. *Terminus vero picturae sunt qui pugnaverant Marathone. Boeotorum vero Plataeam incolentes, & quidquid erat Atticum, ad manus veniunt Barbaris.* Ergo frustra est doctissimus Grammaticus,

CAP. XXVII.

Γ'σοδαίτης. *Hesychius emendatus, item Pollux. Bacchus, & Pluto iidem.*

SCripsit Hyperides Orationem, Γ'πὲρ Φρύνης. In ea meminit, Γ'σοδαίτου. Narrat Harpocration; & qui Γ'σοδαίτης ille fuerit, explicat istis verbis. Γ'σοδαίτης, Γ'τερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ Φρύνης, ξενικός τις δαίμων· ᾧ τὰ δημόδη γύναικα, καὶ μὴ πάνυ σωφρονοῦσαι ἐτέλει. *Isodaetes, Hyperides in Oratione pro Phryne, peregrinus quidam genius, cui plebeiae, & non valde seriae mulierculae operabantur.* Ac totidem pene verbis Suidas Fuit autem inter cognomina Bacchi. Plutarchus de εἶ apud Delphos. Διόνυσον δὲ καὶ Ζαγρέα, καὶ Νυκτέλιον, καὶ Γ'σοδαίτην αὐτὸν ὀνομάζουσιν. *Dionysum vero & Zagrea, & Nyctelium, & Isodaeten eum nominant.* Corrigendus est Hesychius. Γ'σοδαίτης, ὑπ' ἐνίων ὁ Πλούτων· ὑπὸ δὲ ἄλλων, ὁ Πλούτωνος υἱός. *Isodaetes, ab nonnullis Pluto; sed ab aliis filius Plutonis.* Hodie editur, Γ'σοδέτης. Et observa; Plutonem, aut eius filium explicari; quum inter Bacchi cognomina recenseat Plutarchus. Sed haec etsi in speciem diversa, non sunt tamen. Nam Veteres Bacchum cum Plutone eumdem statuebant, ut docet Clemens in Protreptico. Sed quando Hyperidis facta mentio, in memoriam mihi se ingerit Pollucis locus, quem corruptum esse censeo. In ὀξυθύμια Harpocration citat itidem Hyperidem hunc ἐν τῷ κατὰ Δημάδου. Pollux simpliciter dicit lib. II. cap. IV. sect. XLVII. Καὶ ὀξυθυμία, ἣν οἱ φαῦλοι ῥήτορες φασι καθάρματα. *Et oxythymia, quam pravi oratores dicunt purgamenta.* Primo scribendum, ὀξυθύμια. Est enim neutrum plurale, non femininum singulare, ut loquuntur. Neque aliter invenies apud Etymolog. Auctorem, Hesychium, & Suidam. Sed qui sunt? Οἱ φαῦλοι ῥήτορες, *pravi oratores*. Vsus est hac voce Hyperides, ut videmus, aliique e decem; verum an illi τῶν φαύλων ῥητόρων censendi? Nemo dixerit, cui quidem sanum sinciput. Ergo restituo totum locum. Καὶ ὀξυθύμια ἦν, ἃ οἱ παλαιοὶ ῥήτορές φασι κ. *Et oxythymia erant, quae antiqui oratores dicunt p.*

ATTICARVM LECTIONVM

LIBER II.

CAPVT PRIMVM.

Sacra pro felici frugum proventu. Προηρόσια, Προηροσία. Πρηρότια. Προκτήρια. *Hesychius, Suidas, Plutarchus, & Aristoph. Schol. emendati. Origo horum sacrorum.* Ceres Προηροσία *unde. Dorienſium vota.* Πραταροσία, Πράτα. *Siculi vota in templum mittebant.* Δράξων. Δράξοντες. *Sacra pro messe.* Προχαριστήρια. *Pro pluvia, ac ventis. Iovis* Ὀμβρίου *ara ubi,* Βορεασμός. *Hesychii locus alter restitutus. Laconum ante fruges colligendas sacrificium.* Προλογία.

ATheniensis pro felici frugum proventu, antequam ararent, sacra faciebant, quae ex re Προηρόσια dicebantur. Hesychius. Προηρόσια, τὰ πρὸ τοῦ ἀρότου θύματα. *Proerosia, sacrificia ante arationem.* Ita corrigo. Hodie editur. πρὸ ἀρότου, *ante aratrum*. Idemque mendum est apud Suidam, ubi itidem corrigendum. Ac habemus antiqui huius moris vestigium apud Euripidem in Supplicibus, ubi sic AEthra.

Μόνον τὸ δ' ἔργον προσιθεὶς ἐμῷ τέκνῳ,
Πόλει τ' Ἀθηνῶν, τυγχάνω δ' ὑπὲρ χθονὸς
Ἀρότου προθύσ' ἐκ δόμων ἐλθοῦσ' ἐμῶν,
Πρὸς τόνδε σηκόν. ——
Solum hoc opus gratificans meo filio,
Et urbi Athenarum. Adsum vero pro terra
Ante arationem sacrificans ex aedibus egressa meis
Ad hoc templum. ——

Vel etiam dicebatur feminino genere singulariter Προηροσία. Harpocration. Προηροσία. Γ'περίδης Δηλιακῷ, ὄνομα θυσίας. *Proerosia, Hyperides in Deliaca, nomen sacrificii.* Etymologici Auct. Προηροσία, ὄνομα θυσίας ὑπὲρ τῶν καρπῶν γενομένης. *Proerosia, nomen sacri-*

Digitized by Google

crificii pro frugibus facti, per ſyncopen quoque dicebant, Πρηροσία. Obſervo apud Heſychium alibi. Πρηροσία, θυσία Α'θήνησιν. *Preroſia, ſacrificium Athenis*. Vulgus Προαχτήρια adpellabat. Heſychius loco iam citato. Προηροσία, τὰ πρὸ τῦ ἀρότυ (ita emendandum iam monui) θύματα· ᾗ ὁ δῆμος ἃ αὐτὰ προαχτήρια καλεῖ. *Proeroſia, ante arationem oblationes. Et populos autem vocat ea proacturia*. Excidit ſine dubio hoc ſacrificii nomen apud Plutarchum Adverſus Coloten. Τίνι γὰρ προτέλεια θύσωμεν; τίνι σωτήρια; πῶς δὲ φωσφόρια, βακχεῖα, προτέλεια γάμων ἄξωμεν, μὴ ἀπολιπόντες μηδὲ βακχέας, καὶ φωσφόρους, καὶ προηροσίους, καὶ σωτῆρας. *Cui enim proluſoria immolabimus? cui ſalutis ſacrificia? quomodo autem Phoſphoria, Bacchica, proluſoria nuptiarum celebrabimus, quum non ſint relicti, vel Bacchi, vel Phoſphori, vel Proeroſii, vel Servatores?* Neque ſimpliciter mutilus hic locus, ſed praeterea etiam corruptus. Primum enim, quaenam hic ſacra, quae diis τοῖς Προηροσίοις reſpondent? Deinde, ubi dii Γαμήλιοι, quibus τὰ προτέλεια γάμων; & cur bis Προτέλεια commemoret? Omnino cenſeo, priore loco reſcribendum. Τίνι γὰρ προηρόσια θύσομεν; τίνι σωτήρια. *Cui enim ſacra arationem praecedentia immolabimus? cui propter ſalutem?* in fine vero addendum eſſe. Καὶ προηροσίους ᾗ σωτῆρας, ᾗ γαμηλίους. *Et proeroſios, & ſervatores, & nuptiales*. Opus habebat tam inſignis locus curatione. Inſtituta vero haec ſacra ab Athenienſibus ſuaſu oraculi, quum fame gravi, ſive peſte, ut alii volunt, premerentur. Docet Scholiaſtes Ariſtophanes ad Equites. Οἱ μὲν γάρ φασιν, ὅτι λιμῷ, οἱ δὲ, ὅτι καὶ λοιμῷ τὴν πᾶσαν κατασχόντος οἰκυμένην, χρωμένων τίνα ἂν τρόπον παύσαιτο τὸ δεινὸν, τὴν λύσιν ταύτην ὁ Πύθιος ἐμαντεύσατο, ἐὰ, προηρόσιον ὑπὲρ ἁπάντων Α'θηναίων, τὸ δεινὸν ἐπαύσατο. *Alii enim quidem dicunt fame; alii vero, etiam peſte omnem terrarum orbem vaſtante, conſulentibus oracula quo modo haec miſeria finiretur, ſolutionem iſtam vaticinatum fuiſſe Pythium, ſi antearatorium pro omnibus Athenienſibus facerent. Quum igitur Athenienſes feciſſent, malum ceſſavit*. Sed ſcribendum illic, ὑπὲρ ἁπάντων Α'θηναῖοι θυσαν. *Pro omnibus Athenienſes immolarent*. Nam Athenienſes haec ſacra faciebant pro omnibus Graecis; ſiquidem univerſa terra laborabat, ut eſt videre in ipſius Scholiaſtae verbis, quum ait. Τὴν πᾶσαν κατασχόντος οἰκυμένην. *Omnem infeſtante orbem terrarum*. Et poſtrema verba evincunt. Θυσάντων ἂν τῶν Α'θηναίων, τὸ δεινὸν ἐπαύσατο. *Quum igitur immolaviſſent Athenienſes, malum ceſſavit*. Suidas confirmat. Προηροσίαι, αἱ πρὸ τῦ ἀρότυ (ita ſcribendum iam monui, non ἀρότρου.) γινόμεναι θυσίαι περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι καρπῶν, ὥστε τελεσφορεῖσθαι ἐγίνετο ὑπὸ Α'θηναίων ὑπὲρ πάντων Ε'λλήνων. *Proeroſiae, ante arationem fieri ſolitae immolationes de futuris frugibus, ut conſummarentur. Fiebant autem ab Athenienſibus pro omnibus Graecis*. Huc pertinet locus Lycurgi in Orat. Κατὰ Μενεσαίχμυ Καὶ γὰρ νῦν πολλὰς ὑμῖν τιμὰς ὀφείλω. ᾗ ζητῶ παρὰ πᾶσιν Ε''λλησι μαντευομένης τὸν Δία προηροσίας ποιήσασθαι. *Nam & nunc multas, & magnas vobis mercedes debeo; & quaero apud omnes Graecos, qui oraculum conſulerunt, antearatoria Iovem feciſſe*. Facta autem haec ſacra Cereri; atque ita oraculum iuſſerat, de quo ſtatim nobis dictum. Obſervo apud Suidam in ἐρεσιώνη. Λοιμῷ πᾶσαν τὴν γῆν κατασχόντος. ὁ Θεὸς εἶπε προηρόσια τῇ Δηοῖ ὑπὲρ πάντων θῦσαι θυσίαν Α'θηναίους. *Fame univerſam terram vexante, Deus reſpondit antearatoria Cereri pro omnibus immolaviſſe (a) ſacrificium Athenienſes*. Ita reſcribo; nam perperam hodie illic editur, Προηρόζια. Inde autem cognomen quoque deae, ut Προηροσία diceretur. Ecce apud Plutarchum in Convivio VII. Sapientum. Ὀμβρίῳ δὲ Διῖ, ᾗ Προηροσίᾳ Δημήτρι, ᾗ Φυταλμίῳ Ποσειδῶνι πῶς βωμὸς ἐστι πῶ δὲ θυσία; *Pluvio autem Iovi, & Antearatoriae Cereri, & foecundi Maris praeſidi Neptuno ubi ara eſt? ubi vero ſacrificium?* Vt autem apud Athenienſes ſacra, ita apud Dorienſes ſupplicatio pro hac ipſa re fieri ſolita: eaque Πραταροσία dicta. Heſychius. Πραταροσία, κατευχὴ ἀρχομένης ἀροτριώσεως. *Pratarosia, obſecratio incipiente aratione*. Nimirum, quia τᾷ πράτᾳ, ideſt, novilunio fieret: nam illis luna nova πράτα nuncupabatur, quaſi primam dicere vellent, πράτα enim pro πρώτη dicebant. Animadverto ecce apud eumdem Heſychium. Πράτα, ἡ νουμηνία. *Prata, noviluniam*. Siculorum ruſtici in templum Δράξων nuncupatum vota mittebant; unde & ipſi Δράξονλες dicti. Heſychius. Δράξων, ἐν Σικελίᾳ ἱερὸν, εἰς ὃ οἱ γεωργοὶ εὐχὰς ἔπεμπον, ὅθεν ᾗ Δράξοντες ἐκλήθησαν. *Draxon in Sicilia templum, in quod ruſtici vota mittebant, unde & Draxontes vocati ſunt*. Porro, ut ineunte hieme pro felici aratione ſacra facta, & vota nuncupata; ita quoque extrema hieme, adpetente vere, quum iam germinare fructus inciperent, iterum ſacra faciebant cum gaudio, ac luſu Cereri Χλόῃ (b). Phurnutus. Περὶ δὲ τὸ ἔαρ Δήμητρι Χλόῃ θύουσι μετὰ παιδιᾶς καὶ χαρᾶς, ἰδόντες χλοάζοντα, ᾗ ἀφθονίας αὐτοῖς ἐλπίδα ἐπιδεικνύντα. *Sed circa ver ſacrificant Cereri Floridae (c) cum luxu, & gaudio, cernentes florentia, & abundantiae illis ſpem oſtendentia*. Et quidem die ſexto menſis Thargelionis, qui eſt idem cum Aprili. Scholiaſtes Sophoclis ad Oedip. Colonenſem. Οὕτω δὲ τιμᾶται (Δημήτηρ ἡ Χλόη) ἐκ τῆς τῶν κήπων χλόης. θύουσι γὰρ αὐτῇ Θαργηλιῶνος ἕκτῃ ἤτοι Σεπτεμβρίου. *Sic autem colitur (Ceres Florida) ex hortorum flore (d). Nam ſacrificant illi Thargelionis die ſexto, vel Septembris*. Vbi fallitur vehementer, quod Thargelionem menſem cum Septembri eumdem putat. Immolabant vero arietem. Eupolis Μαρικᾷ.

Α'λλ' εὐθὺ πόλεως εἶμι. θῦσαι γάρ με δεῖ
Κριὸν Χλόῃ Δήμητρι.
Sed recta in urbem eo, ſacrificare enim me oportet
Arietem Floridae Cereri.

Etiam Minervae ſacra faciebant, eaque Προχαριστήρια nuncupata. Suidas. Προχαριστήρια. ἡμέρα,

(a) Vertendum videretur *immolare*.
[b] De Cereré Χλόῃ, vide *Lib.* II. *Athen. Attic. Cap.* VII.
[c] Verterem potius *Virenti*.
[d] Vertendum *Herba*.

Digitized by Google

ἡμέρα, ἐν ᾗ οἱ ἐν τῇ ἀρχῇ ὄντες, ἀρχομένων καρπῶν φύεσθαι, λήγοντ@ ἤδη τῷ χειμῶν@, ἔθυον τῇ Ἀθηνᾷ. τῇ δὲ θυσίᾳ ὄνομα προχαριστήρια. *Procharisteria, dies, in quo omnes, qui in Magistratu sunt, incipientibus nasci frugibus, cessante iam hieme, immolabant Minervae. Illi autem sacrificio nomen Procharisteria.* Meminit Lycurgus in Orat. Περὶ ἱερωσύνης. Τὴν τοίνυν ἀρχαιοτάτην θυσίαν, διὰ τὴν ἄνοδον τ῀ θεοῦ, ὀνομασθεῖσαν δὲ προχαριστήρια, διά τὴν βλάστησιν τῶν καρπῶν τῶν φυομένων. *Itaque vetustissimum sacrificium, propter adscensum Deae, adpellatum vero Procharisteria, propter germinationem nascentium frugum.* Supplicabant quoque pro pluvia, moderata scilicet, ac tempestiva, item ventis. Proclus in Timaeum lib. II. Καὶ μὲν δὴ καὶ εἰς τρόπους τῶν εὐχῶν ἀφοριζόμεθα πολυειδεῖς ὄντας, τοὺς μὲν κατὰ γένη καὶ εἴδη τῶν θεῶν· δημιουργικὴ γάρ ἐστιν εὐχὴ, καὶ καθαρτικὴ, καὶ ζωοποιός. δημιουργικὴ μέν, οἷον ὑπὲρ ὄμβρων καὶ ἀνέμων, οἱ γὰρ δημιουργοὶ, τ῀ τούτων αἴτιοι γενέσεως. καὶ αἱ τῶν εὐδιῶν ἀνέμων εὐχαὶ παρ' Ἀθηναίοις, πρὸς τούτους ἐγίνοντο τοὺς θεούς. *Quin etiam modos precum determinavimus alioquin multiplices; alios quidem pro generibus, & speciebus deorum; est enim precatio operatrix, & purgativa, & vivifica. Operatrix quidem, ut pro imbribus, & ventis; nam Dii operantes sunt causae, ut illi exsistant. Et serenorum ventorum preces apud Athenienses respiciunt bos Deos.* Ac pro pluvia quidem ecce istud votum erat. Ὑσον, ὗσον, ὦ φίλε Ζεῦ, κατὰ τῆς ἀρούρας τ῀ Ἀθηναίων, καὶ τῶν πεδίων. *Plue, plue, o amice Iupiter, per arvum Athenienſium, & campos.* Marcus Antoninus Imp. Τῶν εἰς ἑαυτὸν lib. v. Εὐχὴ Ἀθηναίων, ὗσον, ὦ φίλε Ζεῦ, κατὰ τῆς ἀρούρας τῆς Ἀθηναίων, καὶ τῶν πεδίων. ἤτοι ὑ δ῀ εὔχεσθαι, ἢ ὑτως ἁπλῶς καὶ ἐλευθέρως. *Precatio Athenienſium, plue, plue, o amice Iupiter, per Arvum Athenienſium, & campos. Aut non oportet precari, aut ita simpliciter, & ingenue* (a). Vota autem ista, ac sacra, facta Iovi Ὀμβρίῳ. Meminit Plutarchus loco paulo ante citato. Ὀμβρίῳ δὲ Διΐ, καὶ Προηροσίᾳ Δήμητρι, καὶ Φυταλμίῳ Ποσειδῶνι πᾶς βωμός ἐστι· πᾶσι δὲ θυσίαι· πῶς δὲ Χαριτοδότης ὁ Διόνυσ@, οἱ δεησόμεθα μηδένων ὧν δίδωσι. *Pluvio autem Iovi, & Antearatoriae Cereri, & foecundi Maris praesidi Neptuno ubi ara est? ubi sacrificium? ubi vero Bacchus venustatis dator, si indigebimus nullo eorum, quae dant.* Eratque ara eius in Hymetto, & Parnethe montibus. Pausanias Atticis. Ἀθηναίοις δὲ τὰ ὄρη καὶ θεῶν ἀγάλματα ἔχει. Πεντέλησι μὲν Ἀθηνᾶς, ἐν Ὑμηττῷ δὲ ἄγαλμά ἐστιν Ὑμηττίου Διός. βωμοὶ δὲ καὶ Ὀμβρίου Διὸς, καὶ Ἀπόλλωνός εἰσι Προοψίου. Καὶ ἐν Πάρνηθι Παρνήθιος Ζεὺς χαλκοῦς ἐστι, καὶ βωμός. θύουσι δὲ ἐπ' αὐτῷ, τότε μὲν Ὄμβριον, τότε δὲ Ἀπήμιον καλοῦντες Δία. *Apud Athenienses vero montes quoque habent Deorum simulacra; Pentelis quidem Minervae, in Hymetto autem est simulacrum Hymettii Iovis. Arae vero & Pluvii Iovis* (b), *& Apollinis sunt Prospicientis. Et in Parnethe Parnethius Iupiter aeneus est, & ara Semei Iovis. Est autem in Parnethe etiam alia ara, inque ea sacrificant, interdum quidem Pluvium, interdum vero Apemium vocantes Iovem.* Iam ad ventos, quod attinet, Boream deprecantes Notum orabant, idque festo, & epulo solenni, cui nomen ex re illa Βορεασμός. Hesychius. Βορεασμοί. Ἀθήνησιν αἷς ἤβοντο τῷ Βορέᾳ ἑορταὶ καὶ θοῖναι, ἵνα οἱ Νότοι πνέωσιν, ἐκαλοῦντο Βορεασμοί. *Boreasmi. Athenis haec colebantur Boreae festa, & epulae, ut Noti spirarent, vocabantur Boreasmi.* Ita locum, hodie corruptissimum restituo. Lacones, antequam fruges reconderent, sacra faciebant; idque sacrificium dicebatur Προλογία. Hesychius. Προλογία, θυσία πρὸ τῶν καρπῶν τελουμένη ὑπὸ Λακώνων. *Praecollectio, sacrificium ante fructus peractum ab Lacedaemoniis.*

(a) Huius precationis rationem repete ex *Lib. Leg. Attic.*

(b) Pluvii Iovis effigiem habes apud *Montemfalconium* in *Antiquitatibus explicatis.*

(c) Minus recte in editione Florentina ἐπὶ θαλάσσης.

CAP. II.

Cirrha quot stadiis Delphis abfuerit. Harpocration, Suidas, & Moschopulus emendati. Strabo, Pausanias, & Plinius conciliati. Diversa a Crissa. Leocrines defensus. Etymologici error. Plistus propter eam in Mare influens.

DE Cyrrha, Delphorum navali, locus est Harpocrationis corruptus in Κιρραῖον πεδίον· Κίρρα, inquit, πόλις ἐστὶν ἀπέχουσα Δελφῶν σταδίους τριάκοντα. *Cirrha urbs est distans ab Delphis stadia triginta.* Idem mendum habent Suidas, & Moschopulus. Restituo ubique, σταδίους ὀγδοήκοντα, *stadia octoginta.* Nam Cirrha distabat Delphis stadiis LXXX. Strabo lib. IX. Ὑποπέπλωκε δὲ τῇ Κίρρᾳ πόλις ἀρχαία Κίρρα, ἐπὶ τῇ θαλάττῃ (c) ἱδρυμένη. ἐφ' ἧς ἀνάβασις εἰς Δελφοὺς ὀγδοήκοντά πως σταδίων. *Sed subiacet Cirrhi urbs vetusta Cirrha, posita ad Mare; unde adscensus Delphos stadiorum circiter octoginta.* Et ex eo Eustathius ad Iliad. β'. Λέγει δ' ὁ αὐτὸς (ὁ γεώγραφ@) καὶ ὅτι πόλις ἀρχαῖα Κίρρα ἐπὶ θαλάσσῃ ἱδρυμένη, ἀφ' ἧς ἀνάβασις εἰς Δελφοὺς ὀγδοήκοντά πως σταδίων. *Dicit autem ille ipse (Geographus) etiam urbem vetustam Cirrham ad Mare sitam, unde adscensus ad Delphos octoginta circiter stadiorum.* Et observa, τὴν ἀναβασιν signate dici. Ergo Cirrha Delphis aberat intervallo stadiorum LXXX. nempe propter adversum flumen; contra quum Delphis Cirrham iretur, prono flumine, non tam longum erat iter, & stadiorum tantum LX. Pausanias Phocicis. Ἐς δὲ Κίρραν τὸ ἐπίνειον Δελφῶν ὁδὸς μὲν σταδίων ἑξήκοντά ἐστιν ἐκ Δελφῶν. *Ad Cirrham vero navale Delphorum via quidem stadiorum sexaginta est ex Delphis.* Ita duos illos scriptores conciliandos esse puto (d). Vel simpliciter etiam de terrestri itinere Pausaniae verba accipi possunt. Si per milliaria computes, erunt VII. cum dimidio. Plinius contentus fuit sola VII. dixisse. Locus est lib. IV. cap. III. *Vltra Cirrhaei Phocidis campi, oppidum Cirrha, portus Chalaeon, a quo* VII. M. *passuum introrsus liberum oppidum Delphi sub monte Parnasso, clarissimum in terris*

(d) Miranda conciliatio; quasi adversa flumina longiora essent, quam secunda. Recte *Casaubonus*, qui locum *Pausaniae* De terrestri itinere, *Strabonis* de fluvii alveo intelligit.

Digitized by Google

terris oraculo Apollinis (a). Olim Κρίσα dicta fuit, ut teſtis Pauſanias loco citato. Ὀ Ὅμηρος μέντοι Κρίσαν ἔν τε Ἰλιάδι ὁμοίως καὶ ὕμνῳ τῷ εἰς Ἀπόλλωνα ὀνόματι τῷ ἐξ ἀρχῆς καλεῖ τὴν πόλιν. *Attamen Homerus Criſſam & in Iliade ſimiliter, & hymno in Apollinem adpellatione primaeva vocat urbem.* Et inde ager ſubiectus, Κρισαῖον πεδίον, quod Κιρραῖον, AEſchini. Strabo lib. IX. Προκέιται δὲ τῆς Κίρρας (b) τὸ Κρισσαῖον πεδίον εὔδαιμον. *Ante Cirrham vero iacet Criſſaeus campus felix.* Hippocrates in Presbeutico Theſſali. Ἦν γὰρ ὁ χρόνος ὅτ' ἦν Κρισσαῖον ἔθνος. ἐάκεον μὲν περὶ τὸ Πυθικὸν ἱερόν. γῆν δ' εἶχον, ἥγε νῦν τῷ Ἀπόλλωνι καθιέρωται. καλέεται δὲ τὸ μὲν Κρισσαῖον πεδίον, ᾧ Λοκροὶ παροικέυζι. *Erat enim tempus, quando erat Criſſaea natio. Habitabant quidem circa Pythicum templum. Terram vero tenebant, quae nunc Apollini ſacrata eſt. Vocatur autem Criſſaeus campus, cui adpoſiti ſunt Locri.* Meminerunt quoque Heliodorus lib. II. Herodotus VIII. & Callimachus Hymno in Delum. Leocrines Cirrham & Criſſam diverſas fecit, eoque nomine reprehenſus ab Etymologici Auctore. Κρίσα πόλις τῆς Φωκίδος. ἀπὸ τούτου λέγυσι Κρισαῖον κόλπον. καὶ Ὅμηρος. Κρίσαν τε ζαθέην. ὑπερθέσις. γίνεται Κίρσα, ὡς Χερσόνησος. Χερρόνησος. Λεωκρίνης δ' ἡγεῖται δύο εἶναι πόλεις, ἄλλην τὴν Κρίσαν, καὶ ἄλλην τὴν Κίρραν. ἀντίκειται δὲ ὑπὸ πολλῶν. ἔστε γὰρ τῶν γεωγράφων εἶπέ τις πόλεις δύο διαφόρους, ἀλλ' οὐδὲ τῶν περιηγητῶν. *Criſa, urbs Phocidis; unde dicunt Criſaeum ſinum. Et Homerus. Criſamque divinam. Traiectione fit Cirſa, ut Cherſoneſus, Cherroneſus. Leocrines autem putat duas fuiſſe urbes, aliam Criſam, & aliam Cirrham. Sed occurritur a multis. Neque enim ullus Geographorum dixit urbes duas diverſas, ſed neque eorum, qui ſcripſerunt circuitus.* Qua in re deſidero peritiam Grammatici; nam hoc ipſum Strabo quoque facit lib. IX. & Ptolemaeus lib. III. ubi Achaiam nobis deſcribit.

CAP. III.

Mantinea in quinque pagos redacta. Xenophon emendatus, item Anonymus in Deſcript. Olymp.

MAntinea urbs olim e quinque pagis compoſita fuit. Strabo lib. VIII. Τῆς Ἀρκαδίας Μαντινέας μὲν ἓκ πέντε δήμων ὑπὸ Ἀργείων διῳκίθη (c). *Arcadiae Mantinea quidem ex quinque populis ab Argivis eſt condita.* Mox a Lacedaemoniis expugnata in eosdem redigitur. Harpocration in Μαντινέων διοικισμός, ex Ephoro. Καὶ Ἔφορος ἐν τῇ εἰκοστῇ φησιν. ὅτι εἰς πέντε κώμας τῶν Μαντινέων διῴκισαν πόλιν οἱ Λακεδαιμόνιοι. *Et Ephorus in vigeſima dicit, in quinque pagos diſtraxiſſe Lacedaemonios urbem Mantinenſium.* Ergo corrigendus Xenophon Hiſt. Graec. lib. V. Ἐκ δὲ τούτου καθῃρέθη μὲν τὸ τεῖχος, διῳκίσθη δὲ ἡ Μαντινέα πενταχῇ, καθάπερ τὸ ἀρχαῖον ᾤκουν. *Ab eo tempore everſus eſt murus, diſtracta vero eſt Mantinea in quinque partes, prout ab origine habitabant.* Hodie editur, τετραχῇ, *in quatuor partes*, proclivi lapſu. Narrat rem, ſed non expreſſo pagorum numero. Diodorus Siculus lib. XV. Καταπλαγέντες οἱ Μαντινεῖς ἠναγκάσθησαν τὴν πόλιν παραδοῦναι τοῖς Λακεδαιμονίοις. οἱ δὲ, παραλαβόντες, ἀλλὰ μὲν κακὸν οὐδὲν εἰργάσαντο τοὺς Μαντινεῖς, προσέταξαν δὲ εἰς τὰς ἀρχαίας κώμας μετοικισθῆναι. *Perculſi Mantinenſes fuere coacti urbem tradere Lacedaemoniis. Hi vero adepti, non aliud quid mali intulerunt Mantineuſibus, ſed iniunxerunt, ut migrarent in antiquos pagos.* Pauſanias in Arcadicis. Ὡς δὲ εἶλε τὴν Μαντίνειαν, ὀλίγον μέντοι κατέλιπεν οἰκεῖσθαι, τὸ πλεῖστον δὲ εἰς ἔδαφος καταβαλὼν αὐτῆς, κατὰ κώμας τοὺς ἀνθρώπους διῴκισε. *Poſtquam vero occupavit Mantineam, parum nihilominus permiſit habitari; maximam autem partem eius ſolo adaequans, diviſit homines per pagos.* Emendandus eſt Anonymus in Deſcript. Olymp. Οἱ Μαντινεῖς ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἐκπολιορκηθέντες ἠναγκάσθησαν τὴν ἰδίαν πατρίδα κατασκάψαι, εἰς δὲ τὰς κώμας μετοικῆσαι. *Mantinenſes ab Lacedaemoniis expugnati, propriam patriam coacti fuerunt evertere, & in pagos migrare.* Hodie editur, Ὑπὸ τῶν Μακεδόνων ἐκπολιορκηθέντες, *ab Macedonibus expugnati.* Neque enim a Macedonibus id factum, ſed a Lacedaemoniis, Hiſtoria loquitur.

CAP. IV.

Lex Athenienſium una, atque altera. Iſaeus illuſtratus. Harpocration emendatus, & Iſaeus.

ADoptivos in domum paternam redire lex vetabat, niſi liberos ipſi legitimos reliquiſſent ei, qui adoptaſſet. Harpocration. Ὅτι οἱ ποιητοὶ παῖδες ἐπανελθεῖν εἰς τὸν πατρῷον οἶκον οὐκ ἦσαν κύριοι, μὴ παῖδας γνησίους καταλίποιεν ἐν τῷ οἴκῳ τῷ ποιησαμένῳ, Ἀντιφῶν Ἐπιτροπικῷ Καλλισράτους, καὶ Σόλων ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ τῶν νόμων. *Adoptivos liberos reverti in paternam domum ius non habuiſſe, niſi naturales liberos relinquerent in domo eius, qui adoptaverat,* (dicunt) *Antiphon in tutoria oratione Calliſtrati, & Solon in vigeſimo primo legum.* Eadem quoque, & iisdem verbis, tradit Suidas. Eſt etiam obſervare apud Iſaeum in Orat. Περὶ τοῦ Ἀριστάρχου κλήρου. Ἀλλ' αὐτῷ μὲν ἐπανελθεῖν εἰς τὸν πατρῷον οἶκον ἐγκαταλιπόντα ἐν τῷ Ξεναινέτου οἴκῳ ἐξὸν υἱὸν αὐτοῦ. *At illi quidem reverti in patriam domum relinquenti illic in domo Xenaeneti filium ſuum licebat.* Atque hoc eſt, quod ἐπανελθεῖν κατὰ τὸν νόμον, *reverti ſecundum legem.* Dicit idem in Orat. Περὶ τοῦ Ἀσυφίλου κλήρου. Locus iſte eſt. Οὐδεὶς γὰρ πώποτε ἐκποίητος γενόμενος ἐκληρονόμησε τοῦ οἴκου ὅθεν ἐξεποιήθη, ἐὰν μὴ ἐπα-

(a) MS. Codex Riccardianus ita habet: *Ultra Chirrei Phocidis campi, oppidum circa, portus Chaleon, a quo* IIII. *p. introrſus in liberum oppidum* Delphi, *ſub monte Parnaſi, clariſſimi interris oraculi Apollinis.*

(b) *Euſtathius* in Iliad. β'. aliter hunc *Strabonis* locum legit, hoc eſt: Προσκεῖται δὲ τῇ Κιρρᾳ. Quam veram eſſe lectionem cenſet eruditiſſimus *Politus*.

(c) Editio Amſtelaedamenſis 1707. habet συνῳκίσθη.

Digitized by Google

ἐπανέλθῃ κατὰ τὸν νόμον. *Nullus enim umquam emancipatus hereditatem accepit in domo unde mancipatus fuit, niſi reverteretur ſecundum legem.* Vbi etiam hoc obſerva, quod ſi aliter rediiſſent, nullum hereditatis cernendae ius habuiſſe in illa domo, e qua exiiſſent. Apud eumdem Harpocrationem mentio fit alterius legis. Ὅτι παιδὶ καὶ γυναικὶ οὐκ ἐξῆν συμβάλλειν πέρα μεδίμνου κριθῶν, Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀλεξάνδρου κλήρου φησίν. *Puero, aut feminae non licuiſſe coniicere (a) ultra medimnum hordei, Iſaeus in ſcripto de Alexandri hereditate dicit.* Sed mendoſus ille locus. Reſtituo, Ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀριστάρχου κλήρου, *in ſcripto (b) de Ariſtarchi hereditate.* Exſtat hodie illa Oratio, & in ea iſte locus, quem reſpexit Grammaticus. Ὁ γὰρ νόμος διαῤῥήδην κωλύει, παιδὶ μὴ ἐξεῖναι συμβάλλειν μηδὲ γυναικὶ πέρα μεδίμνου κριθῶν. *Lex enim diſerte vetat, puero non licere coniicere, neque feminae, ultra medimnum hordei.* Ita quoque ex Harpocratione Iſaeum emendo. Perperam editur, Πέρα μεδίμνων κριθῶν, *ultra medimnos hordei.* Habes quoque apud Suidam. Quod ad legem autem attinet, de qua agitur, eſt & apud Ariſtophanem Concion.

——— ὦ κύριος
Ὑπὲρ μέδιμνόν ἐσ' ἀνὴρ οὐδεὶς ἔτι.
——— *non dominus*
Super medimnum eſt vir ullus amplius.

Ad quem locum Scholiaſtes. Νόμος ἦν ταῖς γυναιξὶν, ὑπὲρ μέδιμνόν τι μὴ συναλλάσσειν. *Lex erat mulieribus, de medimno aliquo non commutando (c).*

CAP. V.

Mulieres inornatius in publicum prodeuntes mulctatae. Eius mulctae quantitas. Quis inſtituerit. Harpocration emendatus. Vbi proponi ſolita. Γυναικόκοσμοι, *iique quot, & quales. Idem* Γυναικονόμοι, *& eorum alia munera. Apud Lacedaemonios* Ἁρμόσυνοι, Τεμτῦροι. *Philippides qualis.* Πεφιλιππιδῶν. *Suidas correctus, & Alexis apud Athenaeum. Ephebornm quoque* εὐταξία *curata.* Κοσμηταί. Κοσμητεύειν. Παιδονίκται.

AThenienſes mulieres inornatius in publicum prodeuntes mulctabant, & quidem mille drachmis; idque inſtitutum a Philippide. Docet hoc nos Harpocration. Ὅτι χιλίαι ἐζημιοῦντο αἱ κατὰ τὰς ὁδοὺς ἀκοσμοῦσαι γυναῖκες, Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀριστογόρας δευτέρῳ (ita emendo, pro κατ' Ἀριεαγόρου.) εἴρηκεν. Κράβυλος δὲ ὁ Κωμικὸς φησι τοῦ Φιλιππίδου τὸν νόμον εἶναι τὸν περὶ τούτων κείμενον. *Mille (drachmis) mulctatas fuiſſe feminas in viis indecenter ſe gerentes, Hyperides in ſecundo contra Ariſtagoram dixit. Crobylus vero Comicus ait Philippidae legem eſſe de his poſitam.* Ac ſi quae mulctata eſſet, eius nomen, & mulcta, in tabella perſcripta proponebatur publice ad platanum. Accipio ex Heſychio. Πλάτανος· δένδρον, πρὸς ὃ οἱ γυναικονόμοι τὰς ζημίας ἐν λευκώματι ἐξετίθεσαν. *Platanus, arbor, ad quam mulierum diſciplinae exactores exponebant mulctas in albo (d).* Erat autem haec Platanus (e) in Ceramico; ac conſtituti in hanc rem, qui Γυναικόκοσμοι appellabantur; eoſque Viginti-viri cum Triginta viris eligebant ex probatiſſimis quibuſque. Haec omnia nos unus Pollucis locus docet lib. VIII. cap. IX. ſect. XXXII. Γυναικόκοσμοι δ' ἀρχοὶ, ἐπὶ τοῦ κόσμου τῶν γυναικῶν. τὰς δ' ἀκοσμούσας ἐζημίουν, καὶ τὰς ζημίας αὐτῶν γράφοντες, ἐξετίθεσαν ἐπὶ τῆς πλατάνου τῆς ἐν Κεραμεικῷ· οἱ εἴκοσι τοῦτοι εἴλοντο, μετὰ τ' τριάκοντα τῆς πολιτείας, καὶ τῶν νόμων ἐπιμελητῶν, ἀριστίνδην ἐκλεξάμενοι. *Mulierum ornatores autem Magiſtratus Praepoſiti decori feminarum. Indecenter autem agentes mulctabant, & mulctas earum ſcribentes expoſuerunt ad Platanum in Ceramico. Viginti legebant eos cum triginta civitatis rectoribus, & legum curatoribus, eligentes ex probatione.* Fruſtra ſunt magni in his literis viri, Gulielmus Poſtellus, & Carolus Sigonius, qui viginti fuiſſe ipſos arbitrantur: ortaque eorum hallucinatio ex non recte intellecto hoc Pollucis loco. Neque recte eos eruditiſſimus Mauſſacus ſequitur; cui hoc elogium vere dederim, neminem me hodie exiſtimare, qui Atticae antiquitatis peritia ipſum ſuperet. Atque hic ipſe Magiſtratus etiam Γυναικονόμοι dicebatur, ut ex citato Heſychii loco ſatis clarum. Neque Athenis tantum erant, ſed in multis etiam urbibus. Menander Rhetor cap. Πῶς δεῖ ἀπὸ ἐπιτηδεύσεως τὰς πόλεις ἐγκωμιάζειν· Καὶ γὰρ γυναικονόμους πολλαὶ τῶν πόλεων εἰσὶν αἱ χρηστοτοῦσαι. ἐν αὐταῖς δὲ τῶν πόλεων ἔστε πρὸ πλήθους ἀγορᾶς νέον φαινέσθω, οὔτε μετὰ δείλην ὀψίαν, καλόν· οὐδὲ γυναῖκα καπηλεύειν, ἢ ἄλλο τι ποιεῖν τῶν κατὰ τὴν ἀγοράν. Ἐν ἐνίαις δὲ παρηγύρεσιν οὐδὲ γυναῖκες φαίνονται, ὥσπερ ἐν Ὀλυνθίᾳ. *Quomodo oportet ab opificiis urbes laudare. Quippe etiam feminarum curatores multae urbes ſunt, quae creant. In illis autem urbibus neque ante forum frequens, neque poſt ſeram veſperam obverſari publico adoleſcentem pro decoro habetur; neque feminam cauponam eſſe, aut aliud quid facere in foro. In quibusdam vero feſtivitatibus, neque feminae adparent, prout in Olynthia.* Mentio huius Magiſtratus apud Ariſtotelem Politic. lib. IV. cap. XV. Παιδονόμος δὲ, καὶ γυναικονόμος, καὶ εἴ τις ἄλλος ἀρχῶν κύριός ἐστι τοιαύτης ἐπιμελείας, ἀριστοκρατικόν. *Puerorum vero curator, ac feminarum, & ſi quis alius Magiſtratus ſummam huius curae habeat adminiſtrationem, civitati liberae, & ab bonis gubernatae conveniens eſt.* Praeterea illorum cura erat, convivia inſpicere, & convivarum numerum coercere. Athenaeus lib. VI. Ἦν, ἔθος τὸς γυναικονόμους εἰσορᾶν τὰ συμπόσια, καὶ ἐξετάζειν τῶν κεκλημένων τῶν ἀριθμὸν, εἰ ὁ κατὰ νόμον ἐστί. *Mos erat feminarum curatores inſpicere convivia, & examinare numerum eorum, qui vocati ſunt, an ex lege ſit.* Neque convivia tantum inſpiciebant, ſed

(a) Verterem *Contractum facere.*
(b) Verterem *Oratione.*
(c) Interpretatus eſſem, *Contractum faciendo.* Ceterum de his legibus vide quae diſſeruntur *Libris Legum Attic.*
(d) Vide de hac lege *Libros Leg. Attic.*
(e) Conſule *Ceramicum.*

Digitized by Google

ſed quoſcumque in privatis aedibus, in nuptiis, & in ſacrificiis, conventus. Idem Athenaeus ibidem. Καὶ Φιλόχορ@ δὲ ἐν ἑβδόμῳ Ἀτθίδ@, οἱ γυναικονόμοι φησὶ μετὰ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν ἐσκόπουν τὰς ἐν ταῖς οἰκίαις συνόδους, ἔν τε τοῖς γάμοις, καὶ ταῖς ἄλλαις θυσίαις. *Et Philochorus autem in ſeptimo libro Atthidis ait, curatores feminarum cum Areopagitis inſpiciebant conventus in domibus tum per nuptias, tum per alia ſacrificia.* Ad mulierum curam, quod attinet, eamdem apud Lacedaemonios ſuſtinuiſſe animadverto, qui Ἁρμόσυνοι adpellati. Heſychius. Ἁρμόσυνοι, ἀρχή τις ἐν Λακεδαίμονι, ἐπὶ τῆς εὐκοσμίας τῶν γυναικῶν. *Harmoſyni, Magiſtratus quidam Lacedaemone, ſuper decore feminarum.* Alibi in eamdem rem erant, οἱ Τεμπῦροι. Idem Heſychius alio loco, Τεμπῦροι, ἀρχὴ ἐπιμελουμένη τῆς τῶν γυναικῶν εὐκοσμίας. *Tempuri, Magiſtratus curans decorem feminarum.* Dixi autem, a Philippide eam legem inſtitutam. Eſtque is ipſe, quem Suidas ait tam gracili corpore exſtitiſſe, ut Alexis in eum ludens Πεφιλιππιδῶσθ dixerit: pro, gracilem eſſe. Φιλιππίδης. τῶν πολιτευομένων παρ' Ἀθηναίοις εἷς ἦν, ἐδόκει δὲ ἰσχνὸς εἶναι τὸ σῶμα· διὸ καὶ Ἄλεξις πεφιλιππῶσθαι ἔφη, ἀντὶ τοῦ, λελεπτύσθαι. *Philippides. Erat unus eorum, qui Athenis Rempublicam gerebant. Videbatur autem tenuis eſſe corpore; idcirco etiam Alexis dixit Philippo ſimilem factum eſſe, pro attenuatum eſſe.* Sed mendoſus locus; ipſaque analogia evincit legendum eſſe. Ἄλεξις πεφιλιππιδῶσθαι ἔφη. *Alexis Philippidae ſimilem factum eſſe dixit.* Locus Alexidis erat in Fabula, quae inſcripta, Μανδραγοριζομένη. Exſtat apud Athenaeum lib. XIII.

Κακῶς ἔχεις, στρυθὸς ἀκαρὴς νὴ τὸν Δί' εἶ,
Πεφιλιππίδωται. μή συ κακῶς μοι λάλει.
Ὤμοι, τέθνηκα, τῷ ταλαιπώρῳ πάθος.
Male habes, paſſer ſine capite per Iovem es, Philippidae ſimilis factus es. Ne tu male mihi dicas.
Ebeu, nullus ſum! o miſerabilem adfectum!

Ita poſtremum verſum lego, qui antea ſic conceptus erat.

Οἴῳ μοι τέθνηκε!
Quanto mei mortuus eſt!

Reliqua ſunt ex emendatione magni Caſauboni. Erat certe tenui corpore hic Philippides; exſtititque in eum Oratio Hyperidis. Memorat Athenaeus loco citato. Λεπτὸς δ' ἦν καὶ Φιλιππίδης, καθ' ὃ λόγ@ ἐστὶν Ὑπερίδη τῶ ῥήτορι, λέγων αὐτὸν ἕνα τῶν πολιτευομένων εἶναι. *Tenuis vero erat etiam Philippides, contra quem oratio eſt Hyperidi Oratoris dicens eum eſſe unum ex illis, qui Rempublicam tractabant.* Porro, ut concludam hoc caput, quemadmodum Athenis mulierum εὐταξία curata, ita quoque adoleſcentum; quique ei praefecti, Κοσμηταὶ adpellabantur. Erotianus in Lex. Hippocr. Κόσμια, τάξεως. Ἀττικὴ δὲ ἡ λέξις· οὐ γὰρ κοσμίους λέγομεν, τοὺς εὐτάκτους· καὶ Κοσμητὰς, τὰς τῶν ἐφήβων εὐταξίας προνοοῦντας. *Ornatus, ordinis. Attica autem eſt dictio. Nam & ornatos dicimus modeſtos, & Ornatores, qui epheborum modeſtiam curabant.*

(a) Adeundum *Solonis*.

Teles. Περὶ βίου. Ἔφηβ@ γέγονεν· ἔμπαλιν τὸν κοσμητὴν φοβεῖται. *Ephebus factus eſt; rurſus ornatorem metuit.* Meminit Inſcriptio vetus iſta;

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΕΠΙ ΚΛ. ΑΤΤΑΛΟΥ ΑΡ
ΧΟΝΤΟΣ ΚΟΣΜΗΤΗΣ
ΕΦΗΒΩΝ ΙΕΡΕΥΣ ΘΕΟΥ
ΚΑΙ ΘΕΑΣ ΕΙΡΕΝΑΙ
ΟΣ ΠΑΙΑΝΙΕΥΣ.

Quod bene vertat, Claudio Attalo Archonte, ornator Epheborum ſacerdos Dei, & Deae Irenaeus Paeanienſis. Et altera:

ΕΠΙ ΘΕΩΝΟΣ
ΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΚΟΣΜΗΤΟΥ ΔΙΟΝ
ΥΣΙΟΥ ΜΑΡΚΟΣ
ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΟΣ.

Theone Archonte, ornatore Dionyſio, Marcus Anaphlyſtius.

Quique eo munere fungeretur, Κοσμετεύειν dicebatur. Ecce in alia quadam Inſcriptione.

ΚΟΣΜΗΤΕΥΟΝΤΟΣ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ
ΑΧΑΡΝΕΩΣ.

Ornatoris munus gerente Plutarcho Acharnenſi. Nec adoleſcentum tantum habita ratio, ſed puerorum; ac qui his praepoſiti erant, dicebantur Παιδονίκται. Heſychius. Παιδονίκται, οἱ προῖσάμενοι τῆς τῶν παίδων εὐκοσμίας. *Paedonictae, praepoſiti puerorum modeſtiae* (a).

CAP. VI.

Menandri Ψοφοδεής. *Harpocration, Quinctilianus, & Heſychius emendati. Iſocratis* Παραινέσεις.

INter Comoedias Menandri una fuit, quae inſcripta, Ψοφοδεὴς, *ſtrepitum timens* (b). In ea perſtringebat hominem quemdam meticuloſum, & qui vel foliorum ſtrepitum extimeſceret. Citat Suida. Ὄν@ λύρας. Μενανδρ@ Ψοφοδεῖ. παροιμία. *Aſinus lyrae. Menander Pſophodeei, proverbium.* Corruptum hoc nomen apud Harpocrationem in Πανάκι@. Θουκυδίδης μὲν οὖν εὐθετέρως καλεῖ τὸ χωρίον, ἔνθα ἄλλοις κἀν τῇ πέμπτῃ. ἀρρενικῶς δὲ Μένανδρ@ ἐν Φηφοφόροις. *Thucydides quidem igitur neutro modo adpellat regiunculam & in aliis, & in quinta, maſculine autem Menander in Phephodeſi.* Reſtituo, Μένανδρ@ ἐν Ψοφοδεῖ. *Menander in Pſophodeei.* Etiam laborat locus Quinctiliani lib. X. capit. I. *Aut Meditationes in Pſophoda, & Nomotheta, & Hypobolimaeo, non omnibus oratoriis numeris ſunt abſolutae.* Reſcribe in Pſophodei. Recenſet illic Comoedias aliquot Menandreas. Sed per vocis huius mentionem Heſychium quoque obiter emendemus. Ψοφοειδῶς, ταραχωδῶς. *Strepidus modo, tumultuoſe.* Reſtitue, Ψοφο-

[b] Conſule *Bibliothecam Atticam* in Μένανδρος.

Digitized by Google

φοδεῶς, τ. *meticuloſe*, *t.* Et mox ſtatim contrarium peccatum. Ψοφοδεῆ, τὸν ὅμοιον αὐτῷ. *Meticuloſum ſimilem illi*. Reſcribendum ſine dubio, Ψοφοειδῆ, τὸν ὅ. ἀ. *Strepitum ſimilem*, *ſ. i.* A Comico vero primario tranſeamus ad Oratorem eiusdem commatis. Iſocratem dico, cuius hodie Oratio exſtat ad Demonicum, Παραίνεσις inſcripta, Sed is titulus plurali numero apud Veteres habitus fuit: eratque inſcriptio, Παραινέσεις. Ecce apud Harpocrationem. Παράκλησις, ἀντὶ τοῦ προτροπή. Ἰσοκράτης Παραινέσεσι. *Advocatio*, *ideſt*, *cohortatio*. *Iſocrates in Advocationibus*. Priſcianus lib. XVIII. Ἰσοκράτης Παραινέσεσιν. Οὕτω γὰρ τὴν ἐκείνων τε διάνοιαν αἰσθήσῃ, καὶ σεαυτὸν ὑ καταφανῆ ποιήσεις. *Iſocrates in Advocationibus* (a), *Sic enim, & illorum ſententiam comperies, & te ipſum manifeſtum non reddes*. Et mox iterum. Ἰσοκράτης Παραινέσεσιν. Εἰ μὲν ἦ φιλοπροσηγορίας μὲν τὸ προσφωνεῖν τοὺς ἀπαντῶντας. *Iſocrates in Advocationibus*. *Eſt vero amicae adloquutionis quidem adloqui obvios*. Ioannes Tzetzes Chil. XI. capitul. CCCLXXXII. ubi de Iſocrate.

Θανόντος Εὐαγόρου δὲ, γράφει πρὸς παῖδα τούτου,

Ὠνομάκλῆσις ἦν Δημόνικος, πολλὰς τὰς Παραινέσεις.

Mortuo autem Evagora, *ſcribit ad eius filium*,

Cui nomen erat Demonicus, *multas has Advocationes*.

CAP. VII.

Πάραλος, *Triremis*. *Paralus heros*, *& Periclis filius*. Πάραλοι. Παραλῖται. *Eorum ſtipendium*. Τὰ Παράλια, *Feſtum*.

NON ignota eſt Πάραλος triremis Athenienſium, Mentio eius occurrit apud Demoſthenem, Oratoreſque alios non ſemel; item Thucydidem, Xenophontem, Plutarchum. Nominis origo diverſe traditur. Heſychius a Παραλία deducit. Παραλία, ἡ Ἀττική. ἔνθεν, καὶ ἡ ναῦς Πάραλος. *Paralia*, *hoc eſt*, *litoralis*, *Attica*; *unde & navis Paralus*. Alii a Paralo heroe. Harpocration. Πάραλος. μία τῶν πρὸ Ἀθηναίων πρὸς τὰς δημοσίας χρείας διαπεμπομένων τριήρων, ἀπό τινος ἥρωος τὄνομα λαβοῦσα Παράλου. *Paralus*, *una apud Athenienſes ad publicas neceſſitates dimitti ſolitarum navium*, *ab heroe quodam adpellationem nacta Paralo*. Eadem habes apud Suidam. Etymol. Auctor. Πάραλος, ἱερὰ τριήρης, ὥσπερ ἡ Σαλαμινία καὶ Ἀντιγονὶς, καὶ Δημητριάς. ἀπὸ Παράλου τινὸς ἥρωος. *Paralus*, *ſacra triremis*, *ſicut etiam Salaminia*, *& Antigonis*, *& Demetrias*; *ab Paralo quodam heroe*. Sunt, qui a Paralo, Periclis filio. Vlpianus in Midianam. Πάραλος ἐκλήθη, ἀπὸ τοῦ Παράλου, παιδὸς τοῦ Περικλέους. οἱ δὲ, ἀπὸ Παράλου τινὸς ἥρωος· ἦ καὶ ὁ παῖς ἦν Περικλέους ὁμώνυμος. *Paralus vocata eſt ab Paralo*, *filio Periclis*; *alii autem ab Paralo quodam heroe*; *cui etiam filius Periclis habebat idem nomen*. Meminit eius Parali etiam Athenaeus lib. XI. Ἀλλὰ μὴν ὑ ἀλύναν Πάραλος καὶ Ξάνθιππος οἱ Περικλέους υἱοὶ τελευτήσαντες τῷ λοιμῷ Πρωταγόρᾳ ἀλαλέγεσθαι. *Attamen nequeunt Paralus*, *& Xantippus filii Periclis*, *qui enecti fuerunt fame*, *cum Protagora colloqui*. Huius autem triremis vectores Πάραλοι dicebantur. Harpocration. Οἱ δὲ ἐπιβεβηκότες αὐτῆς, πάραλοι ἐκαλοῦντο. *Qui autem eam conſcendebant*, *vocabantur Parali*. Scholiaſtes Demoſthenis Orat. De Cherſoneſo. Καὶ πάραλοι, οἵ τε ἐν τῇ νηὶ τῇ παράλῳ πλέοντες, καὶ οἱ τὴν παράλιον τῆς Ἀττικῆς κατοικοῦντες. *Et Parali*, *& qui in nave Paralo navigant*, *& qui litoralem Atticae regionem inhabitant*. Eadem tradunt Harpocration, & Suidas. Scholiaſtes Ariſtophanis Ranis. Κοινῶς δὲ πάραλος, τὸς ἐκ τῶν τριήρων ναύτας. *Communiter vero Paralos*, *nautae ex triremibus*. Thucydides lib. VIII. Οἱ δὲ, ἀκούσαντες, τῶν στρατιωτῶν ἕνα ἕκαστον μετήεσαν μὴ ἐπιτρέπειν, καὶ οὐχ ἥκιστα τὸς πάραλος ἄνδρας Ἀθηναίους τε καὶ ἐλευθέρους πάντας ἐν τῇ νηὶ πλέοντας. *Illi vero quum audiviſſent*, *militum unumquemque ambierunt non concedere*, *& non minimum Paralos viros Athenienſes*, *& liberos omnes in nave navigantes*. Vbi Scholiaſtes. Τὸς πάραλος ἄνδρας, ἤγουν τὸς ἐκ τῆς νεὼς τῆς Παράλου. *Maritimos viros*, *vel qui ex nave Paralo*. Vel etiam Παραλῖται nuncupabantur. Heſychius. Παραλίτης, ὁ ἀπὸ τῆς Παράλου. ἡ δὲ ἐστιν ἱερὰ ναῦς· *Paralites*, *qui ab Paralo*; *ea vero eſt ſacra navis*. Pollux lib. VIII. capit. IX. ſect. XXXII. Ἐκαλοῦντο δὲ οἱ ναῦται. οἱ μὲν Πάραλοι μόνον, καὶ Παραλῖται. οἱ δὲ, Σαλαμίνιοι. *Vocabantur autem nautae*, *illi quidem ſolum Parali*, *& Paralitae*, *alii vero Salaminii*. Ac ſtipendium eorum erat, oboli quatuor in dies ſingulos. Harpocration. Οἱ διὰ ταύτην τὴν ὑπηρεσίαν τέτταράς τε ὀβολὸς ἐλάμβανον. καὶ τὸ πλεῖον μέρος τῶν ἐνιαυτῷ οἴκοι ἔμενον. *Qui vero conſcenderant eam*, *Parali vocabantur*, *qui propter hoc miniſterium & quatuor obolos accipiebant*, *& maximam anni partem manebant domi*. Et haec totidem verbis Suidas. Invenio item Feſtum, τὰ Παράλια. Meminit Euſtathius ad Odyſſ. δ'. ἐκεῖθεν γίνεται, καὶ Πάραλος ναῦς Ἀττική, καὶ τὸ ἐκ τῆς τοιαύτης λέξεως παραγωγὸν, παράλιον· ὅπερ ὁμώνυμος ἑορτὴ παλαιὰ, τὰ Παράλια. *Hinc fit etiam Paralus navis Attica*; *& quod ex illa dictione deducitur*, *Paralium*, *vel litorale*; *cui par nomen habet vetus feſtum*, *Paralia*.

CAP. VIII.

Stipendia militum. Τετρωβόλου βίος. Τετρωβολίζειν. *Theopompi verſus reſtituti*. *Thucydides*, *& Vlpianus*, *emendati*. *Libanius illuſtratus*.

DIxi capite praecedenti, paralorum ſtipendium fuiſſe obolos diurnos quatuor; idque verum. Ceteri vero milites navales tres tantum habebant. Ecce clare apud Thucydidem lib. VIII. Λέγειν κελεύων Τισσαφέρνει πρὸς αὐτὸς, ὡς Ἀθηναῖοι ἐκ πλέονος χρόνου ἐπιστήμονες ὄντες τοῦ ναυτικοῦ, τριώβολον τοῖς

[a] Vertendum *Adhortationibus*.

Digitized by Google

ἑαυτῷ διδόασιν. *Iubens Tiſſaphernem illis dicere, Athenienſes ex longo tempore peritos nauticae rei, tres obolos dare ſuis.* At qui terra militabant, iis ſtipendium, quod τοῖς πεζοῖς, ideſt, oboli IV. Vnde proverbium τετρωβόλου βίος. Euſtathius ad Odyſſ. α. Καὶ τετρωβόλου βίος, παρὰ Παυσανίᾳ, ἀντὶ τοῦ, στρατιώτου μισθός. *Et quatuor obolorum vita, apud Pauſaniam, hoc eſt, militis ſtipendium.* Et ſtipendio hoc merere, Τετρωβολίζειν dicitur Theopompo Comico in Comoedia, cui titulus Στρατιῶτιδες. Iulius Pollux lib. IX. c. VI. Παρὰ μέντοι Θεοπόμπῳ ἐν Στρατιώτισι τὸ τετρώβολον λαμβάνειν τετρωβολίζειν λέγεται·

——— Καί τοι τίς ἂν εἰκὸς εὖ
Πράττῃ τετρωβολίζων, εἰ νῦν γε δίωβολον
Φέρει ἀνὴρ τρέφειν γυναῖκα. ———

Apud Theopompum tamen in Militum Mulieribus accipere quatuor obolos dicitur tetrobolizein.

——— *Quamvis quis non merito bene*
Vivat quatuor obolos nanciſcens, ſi nunc duos obolos
Auferat vir ad nutriendam coniugem. ———

Ita enim in ordinem priſtinum reſtituo verſus illic confuſos. Initio vero apud Athenienſes duo tantum oboli diurnum militis. Demoſthenes Περὶ συντάξεως, ubi de ſtipendio militum. Τῶν μὲν ἄλλων ὐδενὸς ὐδεὶς μέμνηται τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν ἅπαντες. καίτοι τὼς μὲν ὐκ ἔστι πλείονος ἢ δυοῖν ὀβολοῖν ἀξίους εἶναι. *Reliquorum quidem ullius meminit nullus, duorum vero obolorum omnes; quamvis illi quidem non poſſunt aeſtimari maiori pretio digni, quam duorum obolorum.* Hi autem duo oboli in menſem efficiebant drachmas decem. Demoſthenes Philipp. I. Ἵνα δέκα ἕκαστος τοῦ μίσθου ὁ στρατιώτης δραχμὰς σιτηρέσιον λαμβάνῃ. *Vt decem quiſque miles drachmas in menſem accipiat ſtipendium.* Extra ordinem factum bello Peloponneſiaco, ut militibus Potidae praeſidiariis drachma una, ideſt, oboli ſex; & altera ipſorum calonibus penderetur. Thucydides narrat lib. III. Τήν τε γὰρ Ποτίδαιαν δίδραχμοι ὁπλῖται ἐφρούρουν. αὐτῷ γὰρ καὶ ὑπηρέτῃ δραχμὴν ἐλάμβανε τῆς ἡμέρας. *Nam & Potidaeam praeſidio tenebant milites didrachmam merentes; ſibi enim & famulo drachmam accipiebat diurnam.* Verum illic verbum unum fugitivum reſtituo. Καὶ ὑπηρέτῃ μισθὸν δραχμὴν ἐλάμβανε. *Et famulo mercedem drachmam accipiebat.* Meminit ecce iſtius loci Vlpianus in Orat. contra Leptinem, ſed corruptis paulum verbis. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ σοφιστικῶς εἰρῆσθαι, σχήματι Θουκυδιδείῳ. εἶπε γὰρ ἐκεῖνος ἐν τῇ τρίτῃ τῶν ἱστοριῶν. Τήν τε γὰρ Ποτίδαιαν δίδραχμοι ὁπλῖται ἐφρούρουν. ἑαυτῷ γὰρ καὶ τῷ ὑπηρέτῃ μισθὸν δραχμὴν ἐλάμβανε. καὶ λείπει ἡ πρὸς πρόθεσις, ἵνα ᾖ, πρὸς δραχμὴν ἐλάμβανε. *Mihi autem videtur fallaciter dictum eſſe, figura Thucydidea. Dixit enim ille in tertia* (a) *hiſtoriarum; nam Potidaeam didrachmi milites praeſidio tenebant. Sibi enim & famulo mercedem drachmam accipiebat. Et deeſt praepoſitio ad, ut ſit, ad drachmam accipiebat.* Ita enim corrigo; nam minus recte hodie editur. Ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν, *in ſecunda hiſtoriarum.* Atque haec quidem de pedeſtris, & navalis militiae ſtipendio; equites vero drachmas in menſem triginta accipiebant; ideſt, unam in dies ſingulos. Demoſthenes loco citato. Τοῖς δ' ἱππεῦσι, διακοσίοις οὖσιν, ἐὰν τριάκοντα δραχμὰς ἕκαστος λαμβάνῃ τοῦ μηνός. *Equitibus autem, ducentis numero, ſi triginta drachmas quilibet accipiat per menſem.* Hinc illuſtro Libanium Declamat. XXXVII. Μᾶλλον ὑπόμενον πληθος τραυμάτων, ἢ δραχμῆς ἀποζῆναι. τὰ μὲν ἴασιν δέχεται μικρῷ φαρμάκῳ. *Magis ſuſtine multitudinem vulnerum, quam drachmam omittere; illa quidem curationem accipiunt parvo remedio.* Lyſias quoque Orat. pro Mantitheo, ubi de equitibus duobus agit, ſe triginta drachmas ſingulis, in menſem nempe, perſolviſſe. Καὶ ὐ μόνον τοῦτο συνεβούλευον τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἔδωκα δυοῖν ἀνδροῖν τριάκοντα δραχμὰς ἑκατέρῳ. *Et non modo id ipſum auctor fui alii, ſed & ipſe dedi duorum Virorum triginta drachmas unicuique.*

CAP. IX.

Παράβυστον, forum. Pollux emendatus. Metichi forum. Lecti in domo nuptiali duo ſterni ſoliti. Παράβυστος κλίνη.

FOrum Athenis erat Παράβυστον adpellatum. Harpocration. Παράβυστον, οὕτως ἐκαλεῖτό τι τῶν παρ' Ἀθηναίοις δικαστηρίων, ἐν ᾧ ἐδίκαζον οἱ ἕνδεκα. *Parabyſtum, ideſt, obſeptum, ita vocabatur aliquod ex tribunalibus apud Athenienſes, in quo iudicabant Vndecim-viri.* Meminit etiam Pauſanias Atticis. Ἐστι δὲ Ἀθηναίοις καὶ ἄλλα δικαστήρια οὐκ ἐς τοσοῦτο δόξης ἥκοντα. τῶν μὲν οὖν καλουμένων Παράβυστον καὶ Τρίγωνον, τὸ μὲν ἐν ἀφανεῖ πόλεως ὂν, καὶ ἐπ' ἐλαχίστοις συνιόντων ἐς αὐτό. τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος ἔχει τὰ ὀνόματα. *Sunt vero Athenienſibus, & alia tribunalia non tam glorioſa. Certe quidem, quod ex iis adpellatur Parabyſtum, & Trigonum, alterum quidem in obſcuro urbis loco, & ob infimas cauſas in eo litigantium; alterum vero ab forma habebat adpellationes.* Obſerva. Iudicabant illic Vndecim-viri, & quidem res viliores. Et hoc veriſimile; quia ipſum etiam forum in obſcura Vrbis parte. Tamen contrarium eſt, quod apud Pollucem legitur lib. VIII. cap. X. Ἐν μέν τοι τῷ Παραβύστῳ οἱ ἕνδεκα ἐδίκαζον τὰ Μητίχου καλλίω. *In Parabyſto quidem Vndecim-viri iudicabant ea, quae Metichi erant meliora.* Metichi forum magnum erat, ita dictum ab Architecto Metticho, ubi iudicium exercebant viri trigeſimum annum egreſſi, integra fama, opibuſque; quique nihil aerario deberent. Pollux ibidem. Τὸ δὲ Μητίχου δικαστήριον μέγα, οὕτω κληθὲν ἀπ' ἀρχιτέκτονος Μητίχου. ἐδίκαζον δὲ οἱ ὑπὲρ τριάκοντα ἔτη, ἐκ τῶν ἐπιτίμων, καὶ μὴ ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ. *Metichi vero tribunal magnum, ita vocatum ab fabro Metticho; iudicabant autem egreſſi annos triginta ex honoratis, & non debentibus aerario.* Meminit eius etiam Heſychius in Μητίχου τέμενος. Atqui res, quae in Parabyſto iudicabantur, foro

(a) Vertendum *tertio*; nam *liber* Latine maſculini generis eſt, Graece feminei.

Digitized by Google

foro ignobili, meliores multo fuisse iis; quae in Meticho disceptarentur, quis crediderit? Rescribendum itaque in Polluce opinor, Τὰ Μητίχυ κακίω, *Metico inferiora*. Iudicabant, inquit, in Parabysto ea, quae Metichi foro peiora, ac viliora essent. Et Παράβυστα quidem duo fuerunt; unum μέσον, alterum μεῖζον nuncupatum. Pollux loco citato. Γνώριμα δικαστήρια ἡ Ἡλιαία, τὸ Τρίγωνον, ὃ μέμνηται Δείναρχος. μέσον Παράβυστον, μεῖζον Παράβυστον. καὶ μείζονος ἣ μέμνηται Λυσίας. *Celebria tribunalia Heliaea, Trigonum, cuius meminit Dinarchus; medium Parabystum, maius Parabystum, & maioris autem meminit Lysias*. Aliis placet, quatuor in foro loca fuisse, quorum unus, Παράβυστος, alter Καινὸς, tertius Τρίγωνος, quartus Μέσος diceretur. Scholiastes Aristophanis Vespis. Εἰς τὸν Καινὸν ἐμπεσών. τόπος ἐν τῷ δικαστηρίῳ οὕτω λεγόμενος· εἰσὶ δὲ τέσσαρες. Παράβυστος, Καινὸς, Τρίγωνος, Μέσος. *In Novum illapsus; locus in tribunali sic dictus. Sunt autem quatuor: Parabystus, Novus, Trigonus, Medius*. Erat porro etiam lectus quidam, Παράβυστος κλίνη adpellatus. Suidas. Ἐκαλεῖτο δέ τις ἐν τοῖς νυμφικοῖς δωματίοις καὶ κλίνη παράβυστος. *Vocabatur vero aliquis in nuptialibus conclavibus etiam lectus Parabystus*. Quae accepit ille ab Harpocratione, qui totidem verbis prior haec scripserat. Hesychius. Παράβυστον, λάθρα γινόμενον, ἀπόκρυφον, ἀποκεκρυμμένον. ἢ μικρὸν κλινίδιον παρατιθέμενον τῷ μεγάλῳ. *Parabystum, clam factum, occultum, absconditum, aut parvus lectulus adpositus maiori*. Nempe in domo nuptiali duo lecti sternebantur; maior unus, alter minor. Vides in verbis Hesychii citatis. Et ex his ille, Κλίνη γαμικὴ, iste Κλίνη παράβυστος dicebatur. Pollux nos docet lib. III. cap. III. sect. IV. Καὶ κλίνη τις ἐκαλεῖτο γαμικὴ, καὶ ἑτέρα παράβυστος, ἣ καὶ αὐτὴ στρώννυται ἐν τῷ δωματίῳ, ὑπὲρ τῆ ἡ παῖδα μὴ ἀθυμῆται. *Et lectus quidam vocabatur nuptialis, & alius Parabystus, qui & ipse sternebatur in conclavi, ut ne puella deficeret animo*. Vbi habes etiam causam τῆς Παραβύστου κλίνης (a).

CAP. X.

Pasinus. Isocrates emendatus.

APud Suidam Pasinus quidam nominatur. Πασῖνος, ὄνομα κύριον. *Pasinus, nomen proprium*. Harpocration inquit mentionem eius exstare apud Isocratem in AEginetica. Πασῖνος, Ἰσοκράτης Αἰγινητικῷ, ὄνομα κύριον. *Pasinus, Isocrates AEginetico, nomen proprium*. Sed id nomen hodie in ea Oratione nusquam adparet. Corruptus de eo iste locus, & valde se torquent in emendatione viri eruditi. Ecce iste est. Καὶ περὶ μὲν τῶν παλαιῶν, πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν, ὅτε δὲ πᾶσιν ὡς παρὼν κατέλαβεν, ἔξυχεν αὐτοῖς ὑπεκκέιμενα τὰ πλεῖστα τῆς οὐσίας παρὰ τοῖς ξένοις τοῖς ἐμοῖς. *Et de antiquis quidem magnus labor sit loqui. Quum vero omnibus quos praesens comprehendit, essent collocata plurima patrimonii apud hospites meos*. Certissima emendatio, auctore Harpocratione. Ὅτε δὲ Πασῖνος παρών. *Quum vero Pasinus praesens*.

(a) De Parabysto vide *Areopagum*.

CAP. XI.

Πεζέταιροι, qui. Varia eius dictionis scriptura examinata, ac vera ostensa.

QVI Πεζέταιροι fuerint exponam; atque initio descriptionis varietate omnino mihi differendum. Certe tripliciter scribi apud Auctores animadverto, Πεζαίτερος, Πεζέτερος, & Πεζέταιρος. Apud Demosthenem Olynth. II. item Harpocrationem, & Suidam, Πεζαίτεροι exaratum est; apud Plutarchum in Flaminio, Pollucem lib. I. cap. IX. sect. XXXIII. & Hesychium, Πεζέτεροι legitur. Disputat pluribus de scriptione Vlpianus ad citatam Demosthenis Orationem. Πεζαίτεροι, πολλαὶ περὶ τούτυ φέρονται ἐξηγήσεις· οἱ μὲν γὰρ αὐτὸ λέγεσιν ὄνομα στρατεύματος οὕτω λεγομένυ· οἱ δὲ, ὅτι τινὲς ἦσαν παρ' αὐτοῖς στρατιῶται, τὸν ἕτερον πόδα γυμνὸν ἔχοντες, τὸν δὲ ἕτερον ὡπλισμένον. διό φασι καὶ πεζετέρυς αὐτὺς καλεῖσθαι, παρὰ τὸ τὸν ἕτερον πόδα γυμνὸν ἔχειν· πέζα γὰρ τὸ κάτωθεν τῆ ποδός. ὅθεν καὶ τὸ πεζεύειν, τὸ χαμαὶ περιπατεῖν. οἱ δέ φασι, τὲς ἀπὸ τῆ πλήθυς τῶν πεζῶν ὧν εἶχε ξένων, ἑταίρυς καὶ φίλυς γενομένυς αὐτῷ, οἱονεί τινας ἐκλελεγμένυς διὰ τὸ ἀνδρεῖον, ἵνα φυλάττωσιν αὐτόν. ἡ δὲ γραφὴ διάφορος, πρὸς ἣ διάφορον ἐξήγησιν. *Pezaeteri, multae de hoc feruntur explicationes. Alii enim dicunt eam esse adpellationem exercitus ita dicti. Alii autem fuisse apud illos quoddam genus militum, qui alterum pedem haberent nudum, alterum vero armatum. Propterea dicunt etiam pezaeteros illos vocari ab eo, quod haberent nudum alterum pedem. Pza enim dicitur planta pedis; unde & verbum pezeuein, humi ambulare. Alii autem dicunt eos ex peditum quos habebat multitudine mercenariorum, socios, & amicos illi factos, velut quosdam electos propter virilitatem, ut custodirent eum. Scriptura autem diversa ad diversam explicationem*. Quae totidem verbis transcripsit Auctor Etymologici. Eustathius ad Iliad. δ'. Οἱ πεζέτεροι τάγμα καὶ αὐτοὶ στρατιωτικὸν, ὧν ἡ γραφὴ διάφορος. οἱ μὲν γὰρ ἐν τρισὶ ψιλοῖς ἑ γράφονται κατὰ τὰς παλαιὰς, στρατιῶται ὄντες τὴν μὲν μίαν πέζαν ὡπλισμένοι, τὴν δὲ ἑτέραν γυμνοί. ἄλλοι δὲ τὴν παραλήγυσαν διὰ διφθόγγυ ἔχυσιν, ὡς ἐν πεζοῖς ἑταίροις ὄντες τῷ ἄρχοντι, διὰ τὸ ἐν μάχῃ ἀπόλεκτον κατ' ἀνδρίαν. ὁποίων φασὶ καὶ Δημοσθένης μέμνηται ἐν Φιλιππικοῖς. ἡ μέν τοι ἀναλογία γράφει τὴν προπαραλήγυσαν καὶ διὰ διφθόγγυ τῷ λόγῳ τῆ προπαραίτερος, καὶ τῶν ὁμοίων. *Pezeteri corpus & ipsi militare; quorum scriptura diversa. Alii enim quidem in tribus tenuibus scribuntur iuxta antiquos, quasi milites unam quidem plantam armati, alteram vero nudi. Alii vero penultimam habent per diphthongum, tamquam in peditibus socii conciliati Duci, propter eximium, quod in proelio respectu virtutis; qualium dicunt etiam Demosthenes meminit in Philippicis. Attamen proportio scribit etiam syllabam penultima priorem per diph-*

Digitized by Google

diphthongum ex ratione vocabuli proſaeteros, & ſimilium. Expediam paucis univerſum hoc negotium. Diverſitas lectionis diverſam etymologiam Grammaticos excogitare coegit. Ac primum Πεσαίτερος omnino nauci non eſt, natum ex confuſione diphthongi, Πεζέτερος aliquam ſpeciem habet, ſed tamen falſa eſt etymologia. Nam, ſodes, quae eſt ratio, ut ab armatura tali Πεζέτεροι dici milites debeant? Certe Πεζέτερος ſecundum etymologiam eſt, ὁ ἑτέραν μόνον τὴν πέζαν ἔχων, *qui alteram modo habet plantam*. Vera extra controverſiam omnem ſcriptura eſt, Πεζέταιρος. Habes rationem nominis manifeſtam. Alexander, qui in exercitu ſuo illuſtriores eſſent, equitare adſuefecit, ac Ἀσταιρους adpellavit; ignobiliores, pedeſtri militiae adſignatos, & in cohortes, decuriaſque diſtributos, Πεζεταίρους nominavit; ut nominis honore, quo ſocios eos indigetabat, quemadmodum Imperatores Romani Commilitones, alacriores, promtioreſque ad capeſſenda militiae munia efficeret. Anaximenes Φιλιππικῶν lib. I. ubi de Alexandro loquitur. Ἐπεῖτα τοὺς μὲν ἐνδοξοτάτους, ἱππεύειν συνεθίσας, ἑταίρους προσηγόρευσε. τοὺς δὲ πολίτας, καὶ τοὺς πεζοὺς, εἰς λόχους, καὶ δεκάδας, καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς διελών, πεζεταίρους ὠνόμασεν. ὅπως ἑκάτεροι, μετέχοντες τῆς βασιλικῆς ἑταιρίας, προθυμότατοι διατελῶσιν ὄντες. *Deinde praeſtantiſſimos adſuefaciens equitando adpellavit hetaeros, vel ſocios; plurimos vero & pedites in cohortes, & decurias, & alia imperia dividens, nominavit Pezetaeros, pedites ſocios; ut utrique, participes amicitiae, vel ſocietatis regiae, promtiſſimi perſeverarent eſſe*. Praeclarum optimi Scriptoris fragmentum, quod Harpocration nobis repraeſentat in Πεζαίτερος: & ex eo, ut ſolet, Suidas. Sed corrupte quoque illic hodie editur Πεζαιτέρους, pro Πεζεταίρους. Non dubito, quin meam de huius dictionis ſcriptura ſententiam facile viris doctis ſim probaturus.

CAP. XII.

Peplus Minervae Athenis quis, & qualis. Quid eo factum. Lutatii error. A quibus texi ſolitus, & quando. Scholiaſtae Euripidis error. Ἐργαστῖναι. Κατανίπτης. *Peplus Iunonis apud Eleos. A quot mulieribus texi ſolitus; & earum in foro habitatio.*

CEleberrimus Minervae Peplus apud Athenienſes. Dicebatur autem ita peculiari vocabulo velum navis Panathenaicae, quam Athenienſes ſingulis quinquenniis adparabant Panathenaeis maioribus. Pictus autem in eo erat Enceladus gigas a Minerva interfectus, & quicumque bello praeclare ſe geſſiſſent; deferebantque magna cum pompa per Ceramicum uſque ad Cereris Eleuſiniae templum. Suidas. Ἰδίως παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις πέπλος τὸ ἄρμυον τῆς Ἀθηναϊκῆς νεὼς, ἣν οἱ Ἀθηναῖοι κατεσκεύαζον τῇ Ἀθηνᾷ διὰ τετραετηρίας, ἧς καὶ τὴν πομπὴν διὰ τοῦ Κεραμικοῦ ἐποίουν μέχρι τοῦ Ἐλευσινίου. πέπλον δ' τοῦτο ἐκάλουν, διὰ τὸ ἐριοῦν αὐτὸ εἶναι. ἐνεγέγραπτο δὲ ἐν αὐτῷ ὁ Ἐγκέλαδος, ὃν ἀνεῖλεν ἡ Ἀθηνᾶ. ἦν δὲ τῶν γιγάντων εἷς. ἢ ὅτι νικήσαντες οἱ Ἀθηναῖοι, πέπλον ἐποίησαν τῇ Ἀθηνᾷ· καὶ ἐνέγραψαν τοὺς ἀρίστους ἐν αὐτῷ. *Proprie apud Athenienſes peplus, velum Palladiae navis, quod Athenienſes Minervae per ſingula quadriennia conficiebant, cuius quoque pompam per Ceramicum ducebant uſque ad Eleuſinium. Id vero vocabant peplum, quia erat laneum. In eo autem pictus erat Enceladus, quem ſuſtulit Minerva. Erat is gigantum unus. Aut quod victores Athenienſes peplum fecerint Minervae; & inſcripſerunt optimos in eo*. Habes haec totidem verbis apud Scholiaſten Ariſtophanis Equitibus. Breviter Moſchopulus. Πέπλος, ἐξαιρέτως ἔνδυμά τι, ὃ ἀνῆγον τῇ Ἀθηνᾷ ἐν τοῖς μεγάλοις Παναθηναίοις. *Peplus, eximie indumentum aliquod, quod adducebant Palladi in magnis Panathenaeis*. Errat Statii Interpres vetus Lutatius ad Theb. lib. XI. ubi de triennio agit. *Peplum eſt veſtis candida, aureis clavis picta, ſive manicis, quod ſimulacris fiebat; ſed hoc peplum primum eſt ab Athenienſibus inſtitutum, quod matronae ſuis manibus faciebant, & inter triennium numinibus offerebant*. Verum non ſimplicem errorem errat; nam neque matronae texebant, ſed virgines ἀρρηφόροι, ut ſtatim dicemus; deinde non diis offerebatur indiſtincte, ſed Minervae tantum uni. Texebant autem virgines aliquot, quibus praefectae duae ex illis, quae ἀρρηφόροι nuncupatae. Etymologici Auctor. Ἀρρηφόροι, ἀπὸ ἑπτῶν ἕπτὰ μέχρις ἕνδεκα. τούτων δὲ δύο διακρίνουσι, αἱ διὰ τῆς ὑφῆς τοῦ ἱεροῦ πέπλου ἄρχουσι καὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ αὐτόν. *Arrhephori, ab ſeptem annis ad undecim. Harum vero duae deſtinabantur, quae per texturam ſacri pepli inchoabant, & alia circa eum*. Eadem Harpocration tradit in ἀρρηφορεῖν. Virgines vero illae, quae texebant, Ἐργαστῖναι adpellatae. Heſychius. Ἐργαστῖναι αἱ τὸν πέπλον ὑφαίνουσαι. *Ergaſtinae, textrices pepli*. Ordiebantur vero texere die menſis Pyanepſionis trigeſimo, quo τὰ χαλκεῖα celebrabantur. Ergo errat Scholiaſtes Euripidis Hecuba, ubi texi ſolitum Panathenaeis nobis tradit. Τὸ φαῖνον δὲ (τὸ πέπλον) ἐν τοῖς Παναθηναίοις. *Texebant vero (peplum) in Panathenaeis*. Etymologici Auctor in χαλκεῖα. Ἔστι δὲ ἕνη καὶ νέα Πυανεψιῶνος, ἐν ᾗ καὶ ἱᾶσαι μετὰ τῶν ἀρρηφόρων τὸν πέπλον διάζουσαι. *Eſt autem dies ultima Pyanepſionis, in qua etiam ſacerdotes cum arrhephoris peplum inchoant*. Poſtquam ita circumlatus in pompa peplus; ſi partes inferiores luto, aut quocumque alio modo, inquinari contigiſſet, erat conſtitutus aliquis, qui purgaret, atque elueret, iſque Κατανίπτης dictus: & munus illud inter ſacra numeratum. Etymolog. Auctor. Καταπίπτης, ἢ ἐπώνυμόν τινος, ἢ ἱερωσύνη Ἀθήνησιν, ὁ τὰ κάτω τοῦ πέπλου τῆς Ἀθηνᾶς ὑπαινόμενα ἀποπλύνων. *Cataniptes, aut cognomen alicuius, aut ſacerdotium Athenis, inferiora pepli Minervae ſordidata abluens*. Porro etiam apud Eleos Iunoni peplum quinto quoque anno matronae ſedecim pertexebant. Pauſanias Eliac. I. Διὰ πέμπτου δὲ ὑφαίνουσιν ἔτους τῇ Ἥρᾳ πέπλον αἱ δέκα ἐξ γυναῖκες.

Quinto anno autem texebant Iunoni peplum sedecim feminae. Ac proprium illis in foro domicilium. Obſervo alibi apud eumdem Pauſaniam Eliac. II. Πεποίηϛ δὲ κ᾽ ταῖς γυναιξὶν ἐν τῇ ἀγορᾷ οἴκημα ταῖς ἑκκαίδεκα καλουμέναις, ἔνθα τὸν πέπλον ὑφαίνουσι τῇ Ἥρᾳ. *Sed & foeminis conſtituta eſt in foro aedicula illis ſexdecim, ut vocantur, ubi peplum texunt Iunoni* [a].

CAP. XIII.

Πλυντήρια. *Cui deae ſacra. Minerva* Ἄγλαυρος. *Heſychii error indicatus. Quando & quomodo celebrari ſolita; a quibus.* Πραξιεργίδαι. Ἡγητηρία, *aut* Ἡγέτορία. *Heſychius emendatus, & Euſtathius.*

FEſtum apud Athenienſes erat, Πλυντήρια dictum. Harpocration. Πλυντήρια. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ ἱερείας, ἑορτὴ παρ᾽ Ἀθηναίοις. *Plynteria, Lycurgus in oratione de ſacerdote, feſtum apud Athenienſes*. Idem Suidas dicit in Πλυντήρια. Ac meminit Etymolog. Auctor in Καλλυντήρια. Erat autem inſtitutum feſtum illud in honorem Agrauli, Cecropis filiae. Heſychius. Πλυντήρια, ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἣν ἐπὶ τῇ Ἀγλαύρῳ τῇ Κέκροπος θυγατρὶ τιμὴν ἄγουσιν. *Plynteria, feſtum Athenis, quod in memoriam Aglauri Cecropis filiae honoris cauſa celebrant*. Plutarchus vero in Alcibiade Minervae tribuit. Οὕτω δὲ τῷ Ἀλκιβιάδῃ λαμπρῶς εὐημεροῦντι, ὑπέθρατλεν ἐνίους ὅμως ὁ τῆς καθόδου καιρός· ᾗ γὰρ ἡμέρᾳ κατέπλευσεν, ἐδρᾶτο τὰ Πλυντήρια τῇ θεῷ. *Ita enim ſplendide Alcibiade triumphante, ſubmomordit nonnullos tamen ipſum reditus tempus. Nam quo die in portum navigavit, agebantur Plynteria deae*. Et ita Auctores quoque alii. Sed concilio. Colebatur Minerva, cognomento Ἄγλαυρος, ſive Ἄγραυλος; ut oſtendo infra lib. IV. cap. III. Atque huic ſacrum illud feſtum. Erravit doctiſſimus Grammaticus, & quos ille ſequutus Auctores; qui Agraulum, Cecropis filiam, acceperunt pro Minerva, ita ab eo cognominata. In hoc feſto detracta deae ornamenta lavabant, unde nomen etiam datum; tum ſimulacrum eius velabant; quique id facerent Πραξιεργίδαι dicebantur. Erat autem dies Thargelionis XXVI. & veluti inter maxime nefaſtos ſumma religione colebatur. Plutarchus ibidem. Δρῶσι δὲ τὰ ὄργια Πραξιεργίδαι Θαργηλιῶνος ἕκτῃ φθίνοντος ἀπόῤῥητα· τόν τε κόσμον καθελόντες, καὶ τὸ ἕδος κατακαλύψαντες. ὅθεν ἐν ταῖς μάλιϛα τῶν ἀποφράδων τὴν ἡμέραν ταύτην ἄπρακτον Ἀθηναῖοι νομίζουσιν. *Adminiſtrant autem iſta arcana ſacra Praxiergidae ſexta die Thargelionis pereuntis; ornatumque auferentes, ac ſtatuam obvelantes; unde in maxime nefaſtis iſtam diem religioſam, ac feriatam Athenienſes ſtatuunt*. Ad ſimulacri velationem fieri ſolitam, quod attinet, de ea quoque clare Xenophon Hiſt. Graec. lib. I. Κατέπλευσεν εἰς τὸν Πειραιᾶ ἡμέρᾳ ᾗ πλυντήρια ἦγεν ἡ πόλις, τοῦ ἕδους κατακεκαλυμμένου τῆς Ἀθηνᾶς. *Navigavit in Piraeea die, quo Plynteria celebrabat urbs, ſimulacro Palladis obvelato*. Et hanc ipſam deſignat quoque Heſychius. Πραξιεργάδαι, οἱ τὸ ἕδος τὸ ἀρχαῖον τῆϛ Ἀθηνᾶς ἀμφιεννύντες. *Praxiergidae, qui ſimulacrum veterus Palladis circumveſtiunt*. Ferebant etiam in pompa maſſam caricarum, quia nimirum indigenae poſt glandes hunc primum fructum comediſſent, quodque ille eos in rationem victus puriorem, meliorem-que quaſi introduxiſſet; eaque maſſa Ἡγητηρία, ſive Ἡγητορία, nam utroque modo ſcribi video, nuncupabatur. Etymol. Auctor. Ἡγητορία, παλάθη σύκων, ἣν ἐπὶ τῇ πομπῇ τῶν πλυντηρίων φέρουσιν, ὅτι ἡμέρᾳ πρώτῃϛ ταύτης τροφῆς ἐδέξαντο. *Hegetoria, maſſa ficum, quam in pompa Plynteriorum ferunt, quia hunc primum mitem cibum acceperunt*. Heſychius. Ἡγητηρία, παλάθη σύκων. Ἐν γὰρ τῇ ἑορτῇ πλυντηρίων φέρουσι παλάθῃ συγκειμένῃ ἐξ ἰσχάδων, διὰ τὸ τοὺς αὐτόχθονας ἥμερον καρπὸν πρῶτον φαγεῖν τῶν σύκων. *Hegeteria, maſſa ficuum. Nam feſto Plynteriorum ferunt maſſam confectam ex ficubus, quia indigenae primum mitem cibum ficuum ederunt*. Ita enim illic legendum, non, Ἐν γὰρ τῇ ἑορτῇ παραπλυνηρίων. *Nam in feſto Paraplynteriorum*. Nam Πλυντήρια, non πλυντήρια, feſtum iſtud indigetabatur. Sed ἡγητορίας nomen reſtituendum apud Euſtathium ad Odyſſ. ά. Ἐλέγετο δέ φασι κ᾽ ἡγητορία παλάθη τις, ἡ πρώτη πεμπομένη ἐν ταῖς πομπαῖς. *Dicebatur vero etiam Hegetoria maſſa quaedam, quae prima mittebatur in pompis*. Hodie editur, καὶ ἡγήτρια παλάθη. Obſerva item, recedere eum ab aliis Auctoribus. Neque enim in quibuslibet feſtis ἡγητορία mittebatur, ut hic videtur velle tradere; neque dicebatur παρὰ τὸ ἡγεῖσθαι τ᾽ πομπῆϛ, *quia praeibat in pompa*, ſed παρὰ τὸ ἡγνικόνα γεγονέναι τοῦ καθαρίου βίου, *quia princeps fuerat purae vitae*, ut loquuntur alii Auctores. Rectam etymologiam ſequitur poſtea ad Odyſſ. ώ. Vbi tamen iterum emendandus. Ἡγεμὼν δέ φησι, καθαρίου βίου τοῖς ἀνθρώποις ἡ συκῆ, δι᾽ ὃ Ἀθήνησιν ὁ τόπος, ἐν ᾧ πρῶτον εὑρέθη, κ᾽ ὁ καρπὸς αὐτῆϛ, ἡγητορία. διὰ τὸ πρωτευρεθῆναι τῆϛ ἡμέρου τροφῆϛ. *Dux autem dicit purae vitae hominibus ficus, unde locus Athenis, in quo primum eſt inventa, ſacra ficus vocatus fuit, & fructus eius Hegetoria, quia ante mite alimentum fuit reperta*. Hodie editur, Ὁ καρπὸς αὐτῆϛ ἡγυτορίας, *fructus eius hegetoriae*. Reſpexit Athenaei locum, qui exſtat lib. III. Ἡ συκῆ, ἄνδρες φίλοι, ἡγεμὼν τοῦ καθαρίου βίου τοῖς ἀνθρώποις ἐγένετο. δῆλον δὲ τοῦτο ἐκ τοῦ καλεῖν τοὺς Ἀθηναίους ἱερὰν συκῆν τὸν τόπον ἐν ᾧ τὸ πρῶτον εὑρέθη. τὸν δ᾽ ἀπ᾽ αὐτῆϛ καρπὸν, ἡγητηρίαν. διὰ τὸ πρῶτον εὑρεθῆναι τῆϛ ἡμέρου τροφῆϛ. *Ficus, Viri amici, dux purae vitae hominibus fuit. Id munifeſtum ex eo, quod Athenienſes vocant ficum ſacram locum, in quo primum inventa eſt; fructum vero eius hegeterian, quia inventa eſt ante cibum mitem*. Meminit τ᾽ ἡγητορίας etiam Porphyrius περὶ ἀποχῆϛ ἐμψύχων lib. II. Κράθαι πυροὶ, παλάθη ἡγητηρία ἀλεύρων πυρίνων καὶ κριθίνων. Hor-

(a) Haec eadem habes *Panathenaeor. Cap.* XVII. & ſeqq.

Digitized by Google

Hordeum, frumentum, maſſa begeteria farinae triticeae & hordeaceae. Et apud Suidam in ἡγήτορες Pſellus.

Ἡγητορία πέφυκε ἡ σύκων ἢ παλάθη.
Hegetoria fuit ficuum maſſa.

CAP. XIV.

Polemarchi munus. Harpocration bis emendatus. Eius πάρεδροι. Lyſiae locus reſtitutus. Ἐπιλύκιον. *Lycambis ἀρχή. Quis primus id munus geſſerit. Qualis apud AEtolos fuerit. Scholiaſtes Ariſtophanis correctus. Polemarchus, Lyſiae frater.*

POlemarchi Athenis munus fuſe nobis deſcribit Pollux lib. VIII. cap. VIII. Ὁ δὲ πολέμαρχος θύει μὲν Ἀρτέμιδι τῇ Ἀγροτέρᾳ, καὶ τῷ Ἐνυαλίῳ. διατίθησι δὲ τὸν ἐπιτάφιον ἀγῶνα τῶν ἐν πολέμῳ ἀποθανόντων, καὶ τοῖς περὶ Ἁρμόδιον ἐναγίζει. δίκαι δὲ πρὸς αὐτὸν λαγχάνονται μετοίκων, ἰσοτελῶν, προξένων. καὶ διανέμει τὸ λαχὸν, ἑκάστῃ φυλῇ τι μέρος. τὸ μὲν, διατηταῖς παραδιδοὺς. ἀσάγων δὲ δίκας ἀποστασίου, ἀπροστασίου κλήρων μετοίκου. *Polemarchus vero ſacrificat quidem Dianae Agroterae & Marti. Diſponit autem ludum funebrem eorum, qui in bello ceciderunt. & Harmodio ſociiſque inferias facit. Et iudicia apud eum ſortiuntur inquilinorum, & eorum, qui par vectigal praeſtant, & publicorum hoſpitum; & quod ſorte cecidit, diſtribuit cuique tribui partem; aliud quidem arbitris tradens; ſed inducens iudicia deſertionis patrocinii, aut non electi, hereditatem inquilini.* Et Ariſtophanis Scholiaſtes Veſpis. Ὡς τὸν πολέμαρχον. ὄνομα ἀρχῆς. οὐ τοῖς πολίταις τοῦτο προσῆψεν, ἀλλὰ τοῖς ξένοις. αἱ γὰρ ξέναι δίκαι ἐπὶ τὸ πολεμάρχου εἰσήγοντο. οἱ δὲ καὶ βοηθείας δεόμενοι, ἐπὶ τὴν ἀρχὴν κατέφευγον τοῦ πολεμάρχου. ἀλλὰ καὶ οἱ κατηγορῶντες γονέων κακώσεως, πρὸς τὸν πολέμαρχον ἐδικάζοντο, κἀκεῖνος ἔκρινον. *Ad Polemarchum. Nomen magiſtratus. Non civibus ille competebat, ſed peregrinis. Peregrina enim iudicia ad Polemarchum inducebantur: qui etiam auxilio indigentes, ad Polemarchi auctoritatem decurrebant. Sed & qui accuſabant parentes malae tractationis, coram Polemarcho ſiſtebantur, & ille iudicabat.* Et mox. Ἀρχή τις ἐστὶ παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλουμένη ἐστὶ δὲ ἕτος εἷς τῶν ἀρχόντων. διοικεῖ δὲ οὕτως ἄλλα τε, καὶ εἰσάγει δίκας τάς τε τῶν ἀποστασίου καὶ κλήρων τοῖς μετοίκοις. καὶ τἄλλα ὅσα τοῖς πολίταις ὁ ἄρχων ἐστὶ, ταῦτα τοῖς μετοίκοις ὁ πολέμαρχος. *Eſt magiſtratus quidam apud Athenienſes ita vocatus. Ille autem unus eſt ex archontibus. Adminiſtrat vero tum alia, tum inducit controverſias deſertionis patrocinii, & hereditatum peregrinis; & reliqua quae civibus eſt archon; ea inquilinis eſt polemarchus.* Totidem pene verbis Harpocration in Πολέμαρχος, qui corrigendus. Οὗτός τε εἰσάγει δίκας τάς τε τῶν ἀποστασίου. *Ille etiam inducit controverſias tum illas deſertionis patrocinii.* Hodie editur. Εἰσάγει δικαστάς τε τῶν ἀ. *Inducit iudices tum.* Et obſerva inter cetera, idem inquilinis fuiſſe τὸν Πολέμαρχον, quod civibus ὁ Ἄρχων. Et exſtat elegantiſſimus locus Lyſiae in Orat. Κατὰ Ἀλκιβιάδου, qui huc pertinet. Τί δ' ἂν αἴσχριον ἦθος, ἢ δεινότερον πρᾶγμα τούτου τῇ πόλει γένοιτο, εἰ τολμήσειε μὲν ἄρχων, ἐμβὰς τῶν ἐπικλήρων δίκαις, ἀντιβολεῖν καὶ ἱκετεύειν τοὺς δικαστὰς ὅ, τι βέλτιστα πραχθῆναι, ὁ δὲ πολέμαρχος, καὶ οἱ τὰ .... δεήσονται ἐν ταῖς δίκαις ταῖς ὑφ' ἑαυτῶν εἰσαγομέναις, ὥσπερ καὶ νῦν. *Qui vero turpior mos, aut tetrius illo factum civitati eveniat; ſi auſit quidem archon, inſultans iudiciis earum, ad quas tota pertinet hereditas, obſecrare & ſupplicare iudices id quod peragi cupit? polemarchus vero & illi.... debebunt in iudiciis, quae per illos inducta ſunt, ſicut etiam nunc.* Sed verba mutila, & puto ſuppleri recte poſſe. Καὶ οἱ πάρεδροι δεήσονται τ. δ. *& adſeſſores debebunt in i.* Nam Polemarcho erant duo πάρεδροι, plane, ut archonti, & regi. Pollux docet loco citato. Πάρεδροι δ' ὀνομάζονται, οὓς αἱρεῖται ἄρχων, καὶ βασιλεὺς, καὶ πολέμαρχος δύο ἕκαστος, οὓς βούλεται. *Adſeſſores autem nominantur, quos eligit Archon, & rex, & Polemarchus, duo unuſquiſque quos vult.* Harpocration iterum corrigendus in Παρέδρους, ubi hoc ipſum tradit. Λαμβάνουσι δὲ παρέδρους ὅ τε ἄρχων καὶ ὁ πολέμαρχος, δύο ἑκατέρους οὓς ἂν βούληται. *Accipiunt vero adſeſſores Archon & Polemarchus, duo utroſque, quos vult.* Reſcribe, δύο ἑκάτερος, οὓς ἂν β. *duo uterque, quos vult.* Eius curia Ἐπιλύκιον dicebatur. Heſychius. Ἐπιλύκιον, ἀρχεῖον τοῦ πολεμάρχου Ἀθήνησιν. *Epilycium, archivum Polemarchi Athenis.* Et hinc Λυκαμβὶς ἀρχὴ ille dicitur Cratino in Comoedia quae Νόμοι inſcripta. Invenio apud eumdem alibi. Λυκαμβὶς ἀρχή. ὁ Κρατῖνος ἐν Νόμοις, τὸν πολέμαρχον δηλῶν. *Lycambis magiſtratus. Cratinus in Legibus, Polemarchum ſignificans.* Primus illud munus obiit Callimachus. Obſervo apud Pauſaniam in Atticis. Τῶν μαχομένων δὲ δῆλοι μάλιστά εἰσιν ἐν τῇ γραφῇ, Καλλίμαχός τε, ὃς Ἀθηναίοις πολεμαρχεῖν ἤρξατο. καὶ Μιλτιάδης τ' στρατηγούντων. *Pugnantium vero maxime conſpicui in pictura ſunt Callimachus, qui apud Athenienſes eſſe Polemarchus incepit, & Miltiades ex ducibus.* Apud AEtolos ὁ Πολέμαρχος claves urbis adſervabat, & interdiu ad portam in ſtatione erat. Polybius Hiſt. lib. IV. Πολέμαρχοι τῶν κατεληλυθότων τινὲς ἐγεγόνεισαν. ταύτῃ δὴ συμβαίνει τὴν ἀρχὴν κλείειν τὰς πύλας, καὶ τὸν μεταξὺ χρόνον κυριεύειν τῶν κλειδῶν. ποιεῖσθαι δὴ καὶ τὸ κατ' ἡμέραν δίαιταν ἐπὶ τῶν πυλώνων. *Polemarchi fuerant quidam ex illis qui redierant. Ab hoc autem magiſtratu oportet claudi portas, & medio tempore obtinere claves; ſed & interdiu commorari in loco portarum.* Quem locum, diſſimulato Auctoris nomine, tranſcripſit Scholiaſtes Ariſtophanis ad citatas ſtatim Veſpas. Παρὰ δ' Αἰτωλοῖς πολέμαρχον συνέβαινε κλείειν τὰς πύλας, καὶ τὸν μεταξὺ χρόνον κυρεύειν τῶν κλειδῶν. ποιεῖσθαι δὲ τὸ καθ' ἡμέραν τὴν δίαιταν ἐπὶ τῶν πυλώνων. *Sed apud AEtolos Polemarchum oportet claudere portas, & medio tempore obtinere claves; interdiu vero commorari in portarum loco.* Vtrobique vero reſcribendum, Ἐπὶ τῶν πυλῶν. Temere geminata ultima vocis iſtius ſyllaba haſce nobis turbas concitat. Fuit & Polemarchus nomen proprium

prium Lysiae fratris. Harpocration. Καὶ κύριον ὄνομα ὁ Πολέμαρχος τοῦ Λυσίου ἀδελφοῦ. *Et proprium nomen Polemarchus fratris Lysiae.* Et Schol. Aristophanis. Ἔστι δὲ καὶ κύριον ὄνομα, ὁ τοῦ Λυσίου ἀδελφός. *Est vero & proprium nomen, frater Lysiae.* Meminit quoque Plutarchus in Lysia. Τῆς δ' ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίας γενομένης, καὶ τῶν τριάκοντα παραλαβόντων τὴν πόλιν, ἐξέπεσεν ἑπτὰ ἔτη μείνας, ἀφαιρεθεὶς τὴν οὐσίαν, καὶ τὸν ἀδελφὸν Πολέμαρχον. *Pugna autem navali ad AEgos potamos facta, & triginta invadentibus urbem, excidit quum mansisset septem annis patrimonio spoliatus, & fratre Polemarcho.* Non semel hunc fratrem suum nominat Lysias in Orat. Καλὰ Ἐρατοσθένης. Occurritque locis pluribus apud Platonem De Rep. lib. 1. statim in ipso initio. Et rursum in Phaedro. Ἐν τῷ πρόσθεν δ' εἴ τι λόγῳ σοι ἀπανὲς εἴπομεν Φαῖδρός τε καὶ ἐγὼ, Λυσίαν τὸν τοῦ λόγου πατέρα αἰτιώμενος, παῦε τῶν τοιούτων λόγων· ἐπὶ φιλοσοφίαν δὲ, ὥσπερ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Πολέμαρχος τέτραπται, τρέψον. *In praecedente autem si quid sermone tibi ingratum diximus Phaedrus & ego, Lysiam patrem huius sermonis accusans, omitte talia verba: ad philosophiam vero, sicut frater eius Polemarchus conversus est, verte.*

CAP. XV.

Πομπεῖον. *E triginta Tyrannorum bonis facta. Alia mox ab Androtione. Thomas magister emendatus. Lycurgus aurea, & argentea, fecit. A quibus adservari solita, & ubi.* Πομπεῖον. *Statuae illic, & imagines, clarorum virorum.*

VAsa in pompam solemnia adparata, Πομπεῖα dicebantur. Eustathius ad Iliad. ξ. Καὶ τὰ παρ' Ἀττικοῖς πομπεῖα. σκεύη ἐκεῖνα χρήσιμα ἐν δημοσίαις πομπαῖς. *Et quae apud Athenienses pompia: vasa illa commoda in publicis pompis.* Harpocration. Πομπεῖα δ λέγεται, τὰ εἰς τὰς πομπὰς κατασκευαζόμενα σκεύη. *Pompia autem dicuntur vasa ad pompas comparata.* Primitus utebantur iis e bonis triginta Tyrannorum factis; ac mox alia Androtion fecit. Harpocration ibidem ex Philochoro. Πομπείοις δέ φησι Φιλόχορος πρότερον ἐχρῶντο οἱ Ἀθηναῖοι ἐκ τῆς οὐσίας τῶν τριάκοντα κατασκευασθεῖσιν. *Vasibus ad pompas primo utebantur, dicit Philochorus, Athenienses ex patrimoniis triginta Tyrannorum factis.* Quae totidem verbis Suidas refert. Adnotat autem, alia ab Androtione postea facta. Ὀψὲ δέ, φησι, καὶ Ἀνδροτίων ἄλλα κατεσκεύασεν. *Sero autem, ait, etiam Androtion alia fabricavit.* Atque hoc Demosthenes testatur in Oratione adversus ipsum. Ἀλλ' Ἀνδροτίων ὑμῖν πομπείων ἐπισκευαστής. *At Androtion vobis vasum ad pompas fabricator.* Corrigendus Thomas Magister in Eclog. Dict. Attic. Ὡς ὁ Δημοσθένης. ἀλλ' Ἀνδρωνίων πομπείων ἐπισκευαστής. *Sicut Demosthenes: sed Androtion vasum fabricatur.* Hodie editur truncata voce. Ἀνδροτίων πομπεῖ ἐπισκευαστής. *Androtion gloriatur fabricator.* Lycurgus Orator ea aurea, & argentea, fecit. Plutarchus in eius Vita. Πομπεῖά τε χρυσᾶ καὶ ἀργύρεα τῇ πόλει κατεσκεύασεν. *Vasa etiam ad pompas aurea & argentea urbi fecit.* Illisque quod abuteretur, reprehensus est Alcibiades. Item Plutarchus in eius Vita commemorat. Ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἄλλων γέγραπται καὶ ὅτι τῆς πόλεως πολλὰ πομπεῖα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ κεκτημένης Ἀλκιβιάδης ἐχρῆτο πᾶσιν αὐτοῖς ὥσπερ ἰδίοις πρὸς τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν. *In quo cum reliquis scriptum est, Alcibiadem quum teneret multa urbis aurea & argentea vasa pompis destinata, usum fuisse omnibus illis ut propriis ad quotidianam vitam.* Moris autem adservari illa per architheoros. Observo apud Andocidem in Orat. Καὶ Ἀλκιβιάδης. Ἵνα δὴ μὴ μόνον Διομήδην, ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν ὑβρίζων ἐπιδόξειε, τὰ πομπεῖα παρὰ τῶν ἀρχιθεωρῶν αἰτησάμενος, ὡς εἰς τὰ πινάκια τῇ προτέρᾳ τῆς οὐσίας χρησόμενος, ἐξηπάτησε, καὶ ἀποδοῦναι οὐκ ἤθελε. *Ut vero non modo Diomeden, sed etiam urbem contumeliose tractasse insuper videatur, vasa ad pompas flagitans ab sacrae legationis principibus, tamquam ad abacos praecedente usum die usurus, decepit & reddere noluit.* Locus autem, in quo adservabantur, Πομπεῖον nuncupatus. Meminit Demosthenes Orat. in Phormionem. Καὶ ταύταις δὴ ἐν τῷ Πομπείῳ διαμεμέτρηται. *Et his vero in Pompio mensurata.* Quem locum laudat quoque Pollux lib. x. capit. v. Meminit quoque Plutarchus in Isocrate. Ἦν δὲ αὐτοῦ καὶ γραπτὴ εἰκὼν ἐν τῷ Πομπείῳ. *Erat quoque eius picta imago in Pompio.* Diogenes Laertius in Socrate lib. II. Σωκράτη δὲ χαλκῆς εἰκόνος ἐτιμήσαντο, ἣν ἔθεσαν ἐν τῷ Πομπείῳ, Λυσίππου ταύτην ἐργασαμένου. *Socratem vero aerea statua honorarunt, quam posuerunt in Pompio, Lysippo eius auctore.* Iterum in Diogene Cynico lib. VI. Καὶ τὸν Ἀθηναίους ἔφασκε (δεικνὺς τὴν τοῦ Διὸς στοὰν) καὶ Πομπεῖον αὐτῷ ἐσκευακέναι ἐνδιατᾶσθαι. *Et Athenienses dixit, ostendens porticum Iovis, etiam Pompium sibi fabricavisse ad inhabitandum.* Et Plinius lib. XXXV. cap. XI. *Craterus comoedus Athenis in Pompeo pinxit.* Et observa simul ex Plutarchi, Diogenis, Pliniique locis iam citatis clarorum virorum illic imagines etiam, & statuas, fuisse.

CAP. XVI.

Πυρομέτραι. Πυρομετρηταί. *Harpocration emendatus, & apud eum Dinarchus.*

LOcus est Harpocrationis in Προμετρητής. Ὁ τοὺς πιπρασκομένους πυροὺς ἐν τῇ ἀγορᾷ, καὶ τῶν ἄλλων σπερμάτων ἕκαστον διαμετρῶν, καὶ ὁ τούτου τοῦ ἔργου μισθὸν λαμβάνων, Προμετρητὴς ἐκαλεῖτο. *Qui venditas fruges in foro & aliorum seminum quodcumque mensuraret, & pro eo opere mercedem acciperet, vocabatur Antemensor.* Vetus mendum est, & quod etiam Suidas transcripsit. Sed tamen πυρομετρητὴς, *frumenti mensor*, legendum censeo. Et satis clare evincunt ista sequentia. Ὁ τοὺς πιπρασκομένους πυροὺς ἐν τῇ ἀγορᾷ διαμετρῶν. *Qui venditas fruges in foro mensuraret.* Habes

Digitized by Google

bes ecce etymon vocis. Ergo Πυρομέλρητὴς est, παρὰ τὸ τὺς πυρὺς μετρεῖν, *ab metiendis frugibus*. Itaque mox quoque in Dinarchi illic verbis. Σκύθης τοίνυν ὁ προμέλρητῦ υἱὸς ἐν δημόταις γέγονε, καὶ ἔτ@ ἐν τῇ ἀγορᾷ προμέλρων διαλέλεληκεν, καὶ ὑμεῖς ἐκλαμβανόμενοι παρ' αὐτῦ τὺς πυρὺς διαλελεῖτε. *Scythae igitur antemensoris filius in popularibus fuit, & is in foro antemensor perseveravit, & vos excipere ab illo frumentum perseveratis*. Restituo, ὁ πυρομέλρητῦ υἱὸς, *frumenti mensoris filius*. Et mox. Ἐν τῇ ἀγορᾷ πυρομετρῶν, *in foro frumentum metiens*. Certe qui frumento in foro metiendo operam locabant, Πυρομέτραι, & Πυρομέλρηται dicebantur; ipsumque opus, Πυρομέλρεῖν. Pollux lib. VII. cap. IV. Καὶ σίλομέλρεῖν, καὶ πυρομέλρεῖν, καὶ πυρομέτραι, ἢ πυρομέλρεται. *Et frumentum metiri, & triticum metiri, & tritici mensores, & tritici mensuratores*.

CAP. XVII.

Minerva Προναΐα, *&* Πρόνοια. *Harpocrationis error. Diodorus Siculus, Pausanias, & Herodotus, restituti.*

AIt Harpocration in Πρόνοια. Ὠνομάζετό τις παρὰ Δελφοῖς Ἀθηνᾶ Πρόνοια, διὰ τὸ πρὸ τῦ ναῦ ἱδρύσθαι, ἢ ὅτι πρὐνόησεν ὅπως τέκοι ἡ Λητώ. ταύτην δ' Ἡρόδοτ@ ἐν τῇ ὀγδόῃ Προνοίην ὀνομάζῃ. *Nominabatur quaedam apud Delphos Pronoea, quia ante templum sita erat, aut quod praecogitavit, quemadmodum pareret Latona. Hanc vero Herodotus in octavo nominat Pronaeam*. Vbi profecto errat vehementer, quod duo Minervae cognomina confundat. Ventilandus est hic locus. Minerva Πρόνοια, Athenis culta; Προναΐα, Delphis. Haec, παρὰ τὸ πρὸ τῦ ναῦ ἱδρύσθαι, *quia sita erat ante templum*, dicta: illa, παρὰ τὸ προνοεῖν ὅπως τέκοι ἡ Λητώ, *quia praecogitarat, quomodo pareret Latona*. Falso unius utramque etymologiam ponit Grammaticus, cetera doctissimus. Ac τ῀ Προναίας, quae Delphis colebatur, meminit Hesychius. Προναίας, Ἀθηνᾶς τέμπλ@ ἐν Δελφοῖς. *Pronaeae Minervae delubrum Delphis*. Et corrigendus Diodorus Siculus lib. XI. ubi de destinata Delphorum direptione. Οἱ δὲ ἐπὶ τὴν σύλησιν τῦ μαντείυ πεμφθέντες, προῆλθον μέχρι τῦ ναῦ τῆς Προναίας Ἀθηνᾶς. *Missi vero ad spoliationem oraculi, processerunt quidem usque ad aedem Minervae Pronaeae*. Et mox iterum, Οἱ δ' Δελφοὶ τῆς τῶν θεῶν ἐπιφανείας ἀθάνατον ὑπόμνημα τοῖς μεταγενεστέροις καταλιπεῖν βυλόμενοι. τρόπαιον ἔστησαν παρὰ τὸ τῆς Προναίας Ἀθηνᾶς ἱερόν. *Delphi autem praesentiae numinum immortale documentum posteris relinquere volentes, tropaeum erexerunt ad Pronaeae Minervae templum*. Vtrobique minus recte hodie editur, τῆς Προνοίας Ἀθηνᾶς, *Providentiae Minervae*. Item Pausanias Phocicis, ubi de Delphis, & eorum templis. Ὁ τέταρτ@ δὲ (ναὸς) Ἀθηνᾶς καλεῖται Προναίας. *Quartum vero (templum) Minervae vocatur Pronaeae*. Neque illic recte editur Προνοίας. Pythias vates apud AEschylum Eumenidibus.

Παλλὰς Προναΐα δ' ἐν λόγοις πρεσβεύεται. *Pallas autem Pronaea in sermonibus excellit*.

Vbi Scholiastes profert illud Callimachi fragmentum.

Χ' ἡ Παλλὰς Δελφοί νιν ὅθ' ἱδρύσαλο Προνοίην. *Et Pallas, quando Delphi eam collocarunt Pronoean*.

Herodoto Προνηίη dicitur, secundum dialectum Ionicam lib. VIII. Ἐπὲι γὰρ δὴ ἔσαν ἐπιόνλες οἱ Βάρβαροι κατὰ τὸ ἱερὸν τῆς Προνηίης Ἀθηναίης, ἐν τύτῳ ἐκ μὲν τῦ ὐρανοῦ κεραυνοὶ αὐτοῖσιν ἐνέπιπλον. *Quum enim Barbari ingressi essent circa templum Minervae Pronaeae, tunc quidem ex coelo fulmina illis evenerunt*. Et non multo post. Οἱ δὲ πεσόνλες ἀπὸ τοῦ Παρνησσῦ λίθοι, ἔτι καὶ ἐς ἡμέας ἔσαν σῶοι, ἐν τῷ λεμένει τῆς Προνηίης Ἀθηναίης κείμενοι. *Qui vero ex Parnasso ceciderunt lapides, etiam nostra adhuc aetate salvi sunt, positi in delubro Minervae Pronaeae*. Henricus Stephanus utrobique τ῀ Προνοίης edidit. Sed ego omnino sequendum censeo Laurentium Vallam, virum, ut tunc tempora erant, & doctum valde, & praeclare de Rep. litteraria meritum; cuius exemplar, plane uti nos restituimus, habuisse videtur. Itaque recte vertit, *Protemplaris*. Respexit sine dubio haec loca Harpocration, quum inquit. Ταύτην δὲ Ἡρόδοτ@ ἐν τῇ ὀγδόῃ Προνηίην ὀνομάζῃ. *Hanc vero Herodotus nominat in octava Pronaeam*. Perperam hodie etiam illic Προνοίην editur. Certe Codex Vaticanus, cuius Excerpta benignissime nobiscum communicavit Andreas Schottus, vir eruditione & humanitate pariter insignis, & ad Remp. litterariam adiuvandam propensissimus, expresse nobis veram lectionem repraesentat. Atque haec satis de Minervae Προναίας cognomento. Quod ad τῆς Προνοίας attinet, res est extra controversiam, & passim obvia. Originem nominis tradit Harpocration. Ὅ"τι πρὐνόησεν ὅπως τέκοι ἡ Λητώ. *Quod praecogitavit, quomodo pareret Latona*. Et huc pertinet iste Aristidis locus Oratione in Minervam. Φαίνεται τοίνυν Ἀπόλλων@ μὲν ἢ Ἀρτέμιδ@ προνοηθεῖσα ὅπως ἔσονται. *Videtur igitur de Apolline quidem & Minerva praecogitavisse, quomodo futuri essent*. Item in Panathenaica. Λητώ τε γὰρ, εἰ καὶ μικρὸν ὕσερον ἁρμόσῃ περὶ τῶν θείων διηγεῖσθαι, λυσαμένη τ῀ ζώνην ἐν Ζωστῆρι τῆς Ἀτλικῆς, καὶ λιποῦσα τ῀ ἐπωνυμίαν τῷ τόπῳ, βαδίζυσα ἀεὶ εἰς τὸ πρὸς ἕω τ῀ Προνοίας Ἀθηνᾶς ἡγεμένης, ἀπ' ἄκρων τ῀ Ἀτλικῆς ἐπιγιᾶσα τῶν νήσων, εἰς Δῆλον καταίρει, ἢ τίκλει δὴ τὺς θεὺς τήνπε Ἄρτεμιν, ἢ τὸν Πατρῶον Ἀπόλλω τῇ πόλῃ. *Latona enim (etsi paulo post sit futurum opportunum de divinis narrare) quum solvisset zonam in Zostere Atticae, & reliquisset adpellationem loco, ultra progrediens versus ortum, ducente Minerva Pronoea, ab extremis Atticae deveniens ad insulas, Delum petit, & parit Deos, tum Dianam, tum Patroum Apollinem urbi*. Aliter Phurnutus. Ἡ δὲ Ἀθηνᾶ ἐστιν ἡ τοῦ Διὸς σύνεσις, ἡ αὐτὴ ὖσα τῇ ἐν αὐτῷ προνοίᾳ, καθὼ καὶ Προνοίας Ἀθηνᾶς ἱδρύονται ναοί. *Minerva autem est Iovis sapientia, quae eadem est sapientiae in ipso, prout*

prout etiam Providentiae Minervae ſtatuuntur templa.

CAP. XVIII.

Κεντρίναι. *Heſychius emendatus.* Κεσρῖνοι, & Κεσρινικοὶ *boves. Chaonia prius* Κεσρίνη. Κεσρῖν& *piſcis, &* Κετρεὺς, *an iidem.* Κεσρῖνοι, & Κεσρεᾶς, *qui dicti.* Νῆσις, Κεσρεύειν.

HYperides voce Κεσρῖνοι uſus fuit in Orat. περὶ τῦ ταρίχυς. Obſervare eſt apud Harpocrationem, cuius iſti verba. Κεσρῖνοι, Τ῾περίδης ἐν τῷ περὶ τῦ ταρίχυς. Κεσρῖν& ἰχθῦς. ἐπισκεπτέον ἢ, εἰ διαφέρει τί κεσρέως. *Ceſtrini, Hyperides in oratione de ſalſamento. Ceſtrinus piſcis. Conſiderandum vero, ſi quid differat a mugile.* Ita edidit doctiſſimus Mauſſacus. In Aldina editione utraque eſt, Κενσρόναι. Non dubito tamen corruptum eſſe locum. Annon rectius? Κεντρίναι. Heſychius. Κεντρίνα. φωνήν. γέν& τι ζῴυ. *Centrina, vocem, genus quoddam animalis.* Sed & illic mendum. Reſcripſerim. Κεντρίναν. φώκλω. γέν& τι ζῴυ. *Centrinam, phocam, genus quoddam animalis.* Si placeat, Κεσρῖνοι, accipiendus erit locus de bobus Chaoniis. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Pacem. Ἐν δὲ τῇ Χαονίᾳ φασὶ τοιύτυς εἶναι βῦς, ὃς καὶ Κεσρίνυς καλῦσι. *Sed in Chaonia dicunt tales eſſe boves, quos & Ceſtrinos vocant.* Dicebantur autem Κεσρῖνοι, & Κεσρινικοὶ, quia Chaonia prius Κεσρίνη adpellabatur. Heſychius. Κεσρινικοὶ βόες, οἱ ἐν Χαονίᾳ. ἡ γὰρ Χαονία πρότερον Κεσρίνη προσηγορεύετο. ἐσὶ δὲ μοῖρα τῆς Ἠπείρυ διαφόρυς ἔχυσα βῦς. *Ceſtrinici boves, qui in Chaonia. Chaonia enim prius Ceſtrine adpellabatur. Eſt autem portio Epiri habens eximios boves.* Videndus quoque Pauſanias in Corinthiacis, & Stephanus in Καμμανίᾳ. Si exſtaret illa Hyperidis Oratio, minus in explicando iſto loco laboraremus. Harpocration interpretatur piſcem, & diſpiciendum eſſe ait, an ſit idem cum eo qui Κεσρεὺς adpellatur. Ego adfirmo. Exſtat locus elegantiſſimus Auctoris incerti apud Euſtathium ad Odyſſ. *ι.* unde illud manifeſtum. Φησὶ γῦν τις πρὸς Ἀθηναίυς. ὡς ὑμεῖς ἀλλήλυς ἀεὶ χλευάζελε; ἂν μὲν γὰρ ἢ τι σμικρὸν παντελῶς ἀνθρώπιον, καλεῖτε αὐτὸν σαλαγμόν. λιπαρὸς περιπατεῖ; ζωμὸς κατωνόμασαι. χαίρει τις αὐχμῶν, ἢ ῥυπῶν; κονιορτὸς ἀναπέφηνεν, ὄπισθεν ἀκολυθεῖ κόλαξ τῷ; λέμβ& ἐπικέκληται τὰ πολλὰ ἄδειπνος περιπατεῖ; Κεσρινός ἐσι νῆσις. *Dicit igitur aliquis ad Athenienſes: Quemadmodum vos ſemper invicem deridetis? Siquidem enim ſit parvus quidam homuncio; vocatis illum guttam. Pinguis incedit; cognominatus eſt iuſculum. Gaudet aliquis ſqualleus aut ſordidus; pulvis in alto patuit. A tergo ſequitur aliquem adulator; lembus cognominatus eſt. Diu ieiunus inambulat; Ceſtrinus eſt piſcis.* Et mox ſubiungit ipſe Euſtathius. Ἐν τύτοις δὲ ὅρα, ὅτι τε λέμβ& φαίνεται εἶναι τὸ μεγάλῃ νηῒ ἐφελκόμενον ἀκάτιον, καὶ ὅτι Κεσρῖν& ὁ κεσρεὺς ἐῤῥήθη. *In illis autem vide, lembum quoque videri eſſe acatium ab maiore nave attractum, & ceſtrinum dictum eſſe ceſtrea.* Id inde adparet, quod νῆσις ſpecies eſſe τῦ κεσρέως exiſtimabatur. Athenaeus lib. VII. ubi de ceſtreo piſce agit. Ὅτι ἤ εἶδ& κεσρέων οἱ νῆσαι, Ἀρχίππ& Ἡρακλεῖ γαμῦντί φησι. *Et eſſe genus ceſtreorum illos, qui neſtis vocantur, ait Archippus in Hercule nuptias faciente.* Dicebatur autem νῆσις propter abſtinentiam. Vnde etiam Κεσρῖνοι nuncupabantur homines famelici, & qui ſaepe incaenati obambularent. Vidimus in citatis Auctoris innominati verbis. Τὰ πολλὰ ἄδειπν& περιπατεῖ, κεσρῖνός ἐσι νῆσις. *Plurimum incaenatus obambulat? eſt ceſtrinus neſtis.* Eadem ratione, Κεσρεᾶς. Heſychius. Κεσρεᾶς τὺς κεχλωύτας, καὶ πεινῶντας, κεσρεᾶς λέγυσι· καὶ τὺς Ἀθηναίυς ὕτως ἔλεγον καὶ προσηγόρευον. *Ceſtreos; hiantes & ieiunos dicunt ceſtreos; & Athenienſes ita dicebant & adpellabant.* Et obſerva in Athenienſes dictum convitium hoc. Ab eadem origine Κεσρεύειν pro *Eſurire* ponebatur. Apud eumdem Heſychium. Κεσρεύειν. κεχηνέναι πεινῶντα. *Ceſtrevein, hiare famelicum.* Et proverbium. Κεσρεὺς νησεύῃ· *Ceſtreus ieiunat;* quod de iis uſurpabatur, qui vitam innocentem degebant.

CAP. XIX.

Muſaei plures, eorumque Opera. Λυκομίδαι, *familia Athenienſis. Pauſanias, & Plutarchus emendati; item Suidas.*

MVſaei apud Veteres plures; de quibus diſtincte dicere inſtitui. Antiquiſſimus omnium Eleuſinius, ſive Athenienſis, Antiphemi filius; cuius Opera Τ῾ποθῆκαι, & alia. Suidas. Μυσαῖ&, Ἐλευσίνι&, ἐξ Ἀθηνῶν, υἱὸς Ἀντιφήμυ, τῦ Εὐφήμυ, τῦ Ἐκφάντυ, τῦ Κερκύων&, ὃν κατεπολέμησεν ὁ Θησεὺς, καὶ Ἐλένης γυναικός· μαθητὴς Ὀρφέως, ἐποποιὸς, μᾶλλον δὲ πρεσβύτερ&. ἤκμασε δὲ κατὰ τὸν δεύτερον Κέκροπα. ἔγραψεν Τ῾ποθήκας Εὐμόλπῳ τῷ υἱῷ. ἔπη ,ϡ, καὶ ἄλλα πλεῖσα. *Muſaeus, Eleuſinius, ex Athenis, filius Antiphemi, nepos Euphemi: pronepos Ecphanti, abnepos Cercyonis, quem debelluvit Theſeus, & uxoris Helenes: diſcipulus Orphei, epicorum auctor, magis vero ſenior. Floruit autem tempore ſecundi Cecropis. Scripſit monita Eumolpo filio; carmina quatuor, & alia plurima.* Quae Suidae Τ῾ποθῆκαι dicuntur, ea Εὐμόλπια Pauſaniae in Phocicis. Εἰσὶ δὲ ἐν Ἕλλησι ποιησις. ὄνομα μὲν τοῖς ἔπεσίν ἐσιν Εὐμόλπια. Μυσαίῳ δ῾ τῷ Ἀντιφήμυ προσποιῦσι τὰ ἔπη. *Eſt vero apud Graecos poeſis: nomen quidem verſibus eſt Eumolpia: Muſaeo autem Antiphemi filio attribuunt eos verſus.* At vero an ἔπη illa recte ipſi tribuantur, ambigit in Atticis. Ἔπη δ῾ ᾄδεται Μυσαίυ καὶ ταῦτα, Τριπτόλεμον παῖδα Ὠκεανῦ καὶ Γῆς εἶναι. *Carmina autem canuntur Muſaei quidem, vero Muſaei etiam iſta, Triptolemum filium Oceani & Terrae eſſe.* Poſtea alio quodam loco adfirmat, nihil certo Muſaei adfirmari poſſe; ſed quae ſub nomine eius circumferantur, Onomacriti omnia eſſe, praeter Hymnum in Cererem, Lycomidis ſcriptum. Ἐγὼ δὲ ἔπη μὲν ἐξελεξάμλν, ἐν οἷς ἐσι πέτεσθαι Μυσαῖον ὑπὸ Βορέᾳ ὠμον. δοκεῖν

κεῖν δέ μοι πεποίηκεν αὐτὰ Ὀνομάκριτος, καί | ἐστιν ὠδὲν Μουσαίου, ὅτι μὴ μόνον ὕμνος εἰς Δήμητρα Λυκομήδους. *Ego autem carmina quidem percensui, in quibus exstat volare Musaeum, donum ab Borea: prout autem mihi videtur, fecit ea Onomacritus, & est nihil Musaei certe, nisi tantummodo hymnus in Cererem Lycomidi.* Vbi legendum, εἰς Δήμητρα Λυκομίδαις, *in Cererem Lycomidis.* Incorruptum nomen occurrit initio Messeniacorum. Ὁμολογεῖ δέ σφισι καὶ ὕμνος Μουσαίου Λυκομίδαις ποιηθεὶς εἰς Δήμητρα. *Consentit vero illis etiam hymnus Musaei Lycomidis compositus in Cererem.* Nam familia Athenis erat, Λυκομίδαι appellata. Hesychius. Λυκομίδαις γένος ἰθαγενῶν, *Lycomidae, genus indigenarum.* Meminitque Plutarchus in Themistocle. Ὅτι μέντοι τῶν Λυκομιδῶν γένους μετεῖχε, δῆλόν ἐστι. τὸ γὰρ Φλυῆσι τελεστήριον, ὅπερ ἦν Λυκομιδῶν κοινὸν, ἐμπρησθὲν ὑπὸ τῶν Βαρβάρων, αὐτὸς ἐπεσκεύασε. *Lycomidarum quidem generis participem fuisse, manifestum est. Quippe Phlyis initiatorium, quod erat commune Lycomidarum, incensum ab barbaris, ipse instauravit.* Non recte scribunt ibi Λυκομηδῶν, *Lycomedarum.* Pausanias iterum in iisdem Messeniacis. Ἀνέθηκε δὲ καὶ εἰς τὸ πλέσιον τὸ Λυκομιδῶν εἰκόνα. *Dedicavit autem quoque in Lycomidarum septo imaginem.* Tamen apud eumdem, eo ipso quo apud Plutarchum modo, peccatum est in Boeoticis. Ὅστις δὲ περὶ ποιήσεως ἐπολυπραγμόνησεν, ἤδη τοὺς Ὀρφέως ὕμνους οἶδεν ὄντας, ἑκασόν τε αὐτῶν ἐπὶ βραχύτατον, καὶ τὸ σύμπαν οὐκ ἐς ἀριθμὸν πολὺν πεποιημένους. Λυκομῆδαι δὲ ἴασί τε καὶ ἐπάδουσι τοῖς δρωμένοις. *Quisquis vero de poesi curiose inquisivit, iam novi Orphei hymnos esse, & quemlibet eorum brevissimum, & totum opus non constare magno numero. Lycomedae autem & sciunt & canunt ad sacra dum peraguntur.* Rescribe itidem, Λυκομιδαι δὲ, *Lycomidae vero.* Sed gravius mendum paulo ante ibidem. Πάμφως τε ἔπη καὶ Ὀρφεὺς ἐποίησαν. καί σφισι καὶ ἀμφοτέροις πεποιημένα ἐστὶν ἐς ἔρωτα, ἵνα ἐπὶ τοῖς δρωμένοις Λυκομήδης καὶ ταῦτα ᾄδωσιν. *Pamphos item & Orpheus fecerunt carmina; atque etiam illis utrisque composita sunt in Amorem, ut quum sacrificaretur Lycomedii & ista canerem.* Corrige, ἐ. τ. δρωμένοις Λυκομίδαι καὶ τ. ᾄ. *dum sacrificaretur Lycomidae etiam i. c.* Erat per occasionem eruenda e tenebris illustris haec familia Athenensis; neque recte sentit doctissimus Sylburgius, qui nomen eius Λυκοδρομίδαι fuisse existimat. Nunc ad Musaeum redeamus. Ex huius Carminibus esse puto illud apud Plutarchum in C. Mario. Ἀλλὰ καὶ Μουσαῖον ἐψεῦσθαι λέγουσιν ἐπόντα περὶ τοῦ ἀετοῦ·

Ὡς τρία μὲν τίκτει, δύο δ' ἐκλεπεῖ, ἓν δ' ἀναβάζει.

Sed & Musaeum dicunt mentitum esse, dum dixit de aquila;

Quemadmodum tria quidem parit, duo autem excludit, unum vero nutrit.

Eiusdem fuerunt Χρησμοί, sed & hi Onomacrito adscripti: Clemens Strom. I. Καὶ τοὺς μὲν ἀναφερομένους εἰς Μουσεῖον Χρησμοὺς εἶναι λέγουσι. *Et oracula quidem illa ad Musaeum relata dicunt esse Onomacriti.* Meminit Pausanias Phocicis. Τὰ δὲ ἕτερα ἐκ Μουσαίου Χρησμῷ μνημονεύουσι. *Reliqua autem ex Musaei Oraculis commemorant.* Et Aristophanes Ranis.

Ὀρφεὺς μὲν γὰρ Τελετὰς θ' ἡμῖν κατέδειξε, φόνων γ' ἀπέχεσθαι,

Μουσαῖος δ' Ἐξακέσεις τε νόσων, καὶ Χρησμούς.

Vbi observa etiam, Ἐξακέσεις νόσων, *Curationes morborum.* Commemorat idem Opus Eustathius in Prooemio Commentariorum ad Iliada. Ὅτι δὲ καὶ ἕτεροι πρὸ αὐτῶν ἦσαν ποιηταὶ, ὧν καὶ Μουσαῖος, Ἀκέσεις νόσων συγγραψάμενος. *Etiam alios fuisse poetas ante illos, in quibus & Musaeus, qui medicinas morborum conscripsit.* Meminit porro τῶν Χρησμῶν etiam Philostratus Heroicis in Protesilao. Ὀρφέα δὲ ἐν πολλοῖς τῶν κατὰ τὴν θεολογίαν ὑπερῆρε, Μουσαῖον δὲ ἐν ᾠδαῖς Χρησμῶν. *Orphea vero in multis ad theologiam pertinentibus superavit, Musaeum quoque in cantibus oraculorum.* Alii Orpheo etiam imputarunt. Suidas in Ὀρφεύς. Χρησμοὺς (ἔγραψε) οἱ ἀναφέρονται εἰς Ὀνομάκριτον. *Oracula (scripsit) quae referuntur ad Onomacritum.* Sed quid huius rei sit, planum nobis Herodotus facit lib. VII. Καὶ δή τι πρὸς τούτοισι ἔτι πλέον προσωρέγοντο οἱ ἔχοντες Ὀνομάκριτον, ἄνδρα Ἀθηναῖον, χρησμολόγον τε καὶ διαθέτην Χρησμῶν τοῦ Μουσαίου. ἀναβεμήκεσαι γὰρ τὴν ἔχθρην προκαταλυσόμενοι, ἐξηλάθη γὰρ ὑπὸ Ἱππάρχου τοῦ Πεισιστράτου ὁ Ὀνομάκριτος ἐξ Ἀθηναίων, ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλοὺς ὑπὸ Λάσου τοῦ Ἑρμιονέος ἐμποιέοντα εἰς τὰ Μουσαίου Χρησμοὺς, ὡς ἐπὶ Λήμνῳ ἐπικείμεναι νῆσοι ἀφανιζοίατο ἐκ τῆς θαλάσσης. *Et sane praeter haec adhuc amplius offerebant ei habentes Onomacritum, virum Atheniensem, sortilegum ac Oraculorum Musaei digestorem. Adscenderant enim inimicitias ante dissoluturi. Expulsus quippe fuit ab Hipparcho Pisistrati Onomacritus ex Atheniensibus, in facinore deprehensus ab Laso Hermionensi interponens oraculum in carmina Musaei; quasi insulae Lemno adiacentes exstirpandae essent ex mari.* Hinc Pausanias in Phocicis eum Χρησμολόγον adpellat. Χρησμολόγους δὲ ἄνδρας Κύπριόν τε Εὔκλεον, καὶ Ἀθηναῖον Μουσαῖον τὸν Ἀντιφήμου, καὶ Λύκον τὸν Πανδιόνος. *Sortilegos autem viros & Cyprium Eucleum, & Atheniensem Musaeum Antiphemi filium, & Lycum Pandionis.* Etiam Sophocles, ut discimus ex Scholiaste Aristophanis loco citato. Σοφοκλῆς Χρησμολόγον αὐτὸν (τὸν Μουσαῖον) φησι. *Sophocles sortilegum eum (Musaeum) dicit.* Respexit quoque τοὺς Χρησμοὺς Chalcidius in Tim. Plat. *Simul exponit ea, quae Orpheus, & Linus, & Musaeus, de divinis potestatibus vaticinati sunt; non quod delectaretur, aut crederet; sed quod tanta esset auctoritas Vaticinantium, ut iis adseverantibus parcius credi non oporteret.* Atque haec de Musaeo Atheniensi, sive Eleusinio. Alter ab illo, eius ex Eumolpo filio, & Selene, nepos. Cuius Opera, Θεογονία, & Σφαῖρα. Diogenes Laertius in Prooemio. Παρὰ μὲν Ἀθηναίοις γέγονε Μουσαῖος, παρὰ δὲ Θηβαίοις Λῖνος. καὶ τὸν μὲν Εὐμόλπου παῖδά φασι, ποιῆσαι δὲ Θεογονίαν καὶ Σφαῖραν πρῶτον. *Apud Atheniensis quidem fuit Musaeus, at apud Thebano*

Li-

Linus: & illum quidem dicunt Eumolpi filium, feciſſe autem Theogoniam & Sphaeram primum. Atque ex Theogonia eſſe arbitror, quod profert Harpocration in Μελίτη. Κεκλῆσθαι δέ φησι ἡ δῆμον Φιλόχορος ἐν τρίτῃ, ἀπὸ Μελίτης θυγατρὸς καὶ μὲν Ἡσίοδον Μύρμηκος, κατὰ δὲ Μουσαῖον Δίου τοῦ Ἀπόλλωνος. *Vocatum vero fuiſſe populum ait Philochorus in tertia, ab Melite filia iuxta Heſiodum Myrmecis, iuxta Muſaeum vero Dii Apollinis filii.* Item Καλαλύσεις (a), Τελεταὶ, & Καθαρμοί. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Ranas. Τὸν Μουσαῖον παῖδα Σελήνης καὶ Εὐμόλπου Φιλόχορός φησιν. ἔστι δὲ Παραλύσεις, καὶ Τελεῖας, καὶ Καθαρμοὺς συντέθηκεν. *Muſaeum filium Selenae, & Eumolpi Philochorus dicit. Ille autem compoſuit Reſolutiones, Initiationes, & Luſtrationes.* Et obſerva illic, e Philochoro matrem huic Selenem dici. Inde nimirum eſt, quod Σεληνιακὸς vocatur a Proclo in Timaeum lib. I. Εἰ πέπερ καὶ ἀπὸ Μουσαίου τοῦ Σεληνιακοῦ τὸ γένος τοῖς ἐν Ἐλευσῖνι τῶν μυστηρίων ἡγεμένοις εἶναί φησι. *Quandoquidem & ab Muſaeo Lunatico (b) originem illis, qui Eleuſine praeſunt myſteriis, eſſe dicit.* Ad Τελεῖας illius quod attinet, eas nominat etiam Lucianus De Saltat. Ἐῶ λέγειν, ὅτι Τελετὴν ἀρχαίαν ἀθλεμίαν ἐστὶν εὑρεῖν, ἄνευ ὀρχήσεως, Ὀρφέως δηλαδὴ καὶ Μουσαίου. *Omitto dicere nullam veterem initiationem inveniri poſſe, ſine ſaltatione, videlicet Orphei, & Muſaei.* Eiusdem puto fuiſſe τὴν Τιτανογραφίαν quam laudat Apollonii Schol. lib. III. Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τῆς Μουσαίου Τιτανογραφίας λέγεται, ὡς Κάδμος ἐκ τοῦ Δελφικοῦ ἐπορεύετο, προκαθηγουμένης αὐτῷ τῆς βοός. *In tertio autem Muſaei libro, quo Titanas deſcribit, dicitur Cadmum ex agro Delphico profectum fuiſſe ducente eum bove.* Et an ille ipſe, quem deſciviſſe a Titanibus, adfectumque certis honoribus tradit Diodorus Siculus lib. V. Tertius Thebanus fuit, Thamirae filius, ſcripſitque Μέλη, & Ἄσματα. Suidas. Μουσαῖος, Θηβαῖος Θαμύρα υἱὸς τοῦ Φιλάμμωνος, Μελοποιὸς, γεγονὼς πρὸ τῶν Τροϊκῶν πολλῷ. ἔγραψε Μέλη, καὶ Ἄσματα. *Muſaeus, Thebanus, Thamyrae filius, Philammonis nepos, cantilenarum auctor, diu ante Troica natus; ſcripſit Cantilenas & Hymnos.* Puto ſcribendum πρὸ τῶν Τροϊκῶν ὀλίγῳ πολλῷ, *non diu ante Troica.* Nam circa tempora Troiana vixit. Theodor. De Adfect. Graec. lib. II. Λῖνος δὲ, καὶ Μουσαῖος, ἀμφὶ τὰ Τρωϊκὰ, ἐγενέσθην. *Linus autem, & Muſaeus circa Troiana exſtiterunt.* Quartus fuit, Orphei filius, Cereris Eleuſiniae antiſtes. Diodorus Siculus lib. IV. Πρὸς δὲ τοῦτο τὸ ἆθλον, ὑπολαβὼν συνθήσειν αὐτῷ, παρῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ μετέσχε τῶν ἐν Ἐλευσῖνι μυστηρίων, Μουσαίου τοῦ Ὀρφέως υἱοῦ τότε προεστηκότος τῆς τελετῆς. *Ad hoc autem certamen ſpondens ſe adfuturum illi, tranſiit Athenas, & particeps fuit myſteriorum Eleuſine, Muſaeo Orphei filio tunc ſacris praefecto.* Meminit eius Iuſtinus Martyr Exhort. ad Gentes. Ὀρφεὺς γ' ἦν, ὁ τῆς πολυθεότητος ὑμῶν, ὡς ἂν οἵποι τις, πρῶτος διδάσκαλος γεγονὼς, οἷα πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μουσαῖον, καὶ τοὺς λοιποὺς γνησίους ἀκροατὰς ὕστερον περὶ ἑνὸς καὶ μόνου θεοῦ κηρύττει λέγων, ἀναγκαῖον ὑπομνῆσαι ὑμᾶς. *Orpheus igitur, ille qui Deorum multitudinis veſtrae, ut quis dixerit, primus doctor fuit, qualia filio ſuo Muſaeo, & reliquis poſtmodum legitimis auditoribus de uno, & ſolo Deo adnunciet dicens, neceſſarium eſt commemorare apud vos.* Quintus, Epheſius, Epicus; eiuſque Scripta, Κύκλοι εἰς τοὺς Περγαμηνοὺς, Περσηίς. εἰς Εὐμένη καὶ Ἄτταλον. Suidas. Μουσαῖος, Ἐφέσιος, ἐποποιός. τῶν εἰς τοὺς Περγαμηνοὺς αὐτὸς Κύκλους ἔγραψε. Περσηίδος βιβλία δέκα καὶ εἰς Εὐμένη καὶ Ἄτταλον. *Muſaeus, Epheſius, verſuum auctor, eorum, qui ad Pergamenos pertinent, ipſe circulos ſcripſit, Perſeidis libros decem, & in Eumenem & Attalum.* Ab his omnibus alius, ut puto, ſextus fuit, Grammaticus, qui ſcripſit, Περὶ Θεσπρώτων, quod Opus totum ab Eugamone Cyrenaeo tranſcriptum. Clemens Strom. VI. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ φωρία ἄντικρυς ὁλόκληρα ἔχοντες διελεγχθήσονται. αὐτολεξεὶ γὰρ τὰ ἑτέρων ὑφελόμενοι, ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν, καθάπερ Εὐγάμων ὁ Κυρηναῖος ἐκ Μουσαίου τὸ περὶ Θεσπρωτῶν βιβλίον ὁλόκληρον. *Enim vero etiam qui furta integra habent, reprehendentur. Revera enim ſubfurati ſcripta aliorum, tamquam propria extulerunt; ſicut Eugamon Cyrenaeus ex Muſaeo integrum librum de Theſprotis.* Eiusdem forte eſt, περὶ Ἰσθμίων. Laudat Apollonii Scholiaſtes lib. III. Μουσαῖος δὲ ἐν τῷ περὶ Ἰσθμίων δύο φησὶ γίνεσθαι ἀγῶνας ἐν τῷ Ἰσθμῷ· καὶ τὸν μὲν Ποσειδῶνος εἶναι, τὸν δὲ Μελικέρτου. *Muſaeus autem in ſcripto de Iſthmiis, duos ſcribit fieri agonas in Iſthmo; & alterum quidem eſſe Neptuni, alterum vero Melicertae.* Et Euripidis ad Medeam. Ὅτι δὲ καὶ ἀθάνατος ἦν ἡ Μηδεία, Μουσαῖος ἐν τῷ περὶ Ἰσθμίων ἱστορεῖ, ἅμα καὶ περὶ τῶν τῆς Ἀκραίας Ἥρας ἑορτῶν ἐκτιθείς. *Fuiſſe vero etiam immortalem Medeam refert Muſaeus in ſcripto de Iſthmiis, pariter quoque de Acraeae Iunonis feſtis exponens.* Septimus, itidem Grammaticus, cuius Poema obſcoenum commemorat Martialis lib. XII. epigr. XCVII.

Muſaei pathiciſſimos libellos,
Qui certant Sybariticis libellis,
Et tinctas ſale pruriente chartas,
Inſtanti lege Rufe. ——

Non puto autem Latinum poetam fuiſſe, quoad praeclariſſime doctrinae vir, Lilius Gyraldus, exiſtimavit. Ac forte illius Poemation, quod hodie exſtat, καθ' Ἡρὼ, καὶ Λέανδρον, *de Hero & Leandro* (c).

CAP. XX.

Heſiodi Poemata, Εἰς γυναῖκας, *ſive* Γυναικῶν κατάλογος. Ἠοῖαι. Μεγάλαι Ἠοῖαι. Ἡρωϊκὴ χρυσαλογία. *Stephanus bis emendatus.*

CElebre Heſiodi Poema, Εἰς γυναῖκα, ſive, Γυναικῶν κατάλογος. Meminit eius Dion Chryſoſtomus Orat. De regno, ubi de Heſiodo agit. Αὐτὸς ἐποίησε γυναικῶν κατάλογον, καὶ τῷ ὄντι τὴν γυναικωνῖτιν ὕμνησε, παραχωρήσας Ὁμήρῳ τοὺς ἄνδρας ἐπαινέσαι. *Ipſe fecit catalogum mulierum, & omnino celebravit feminarum*

(a) Lapſu calami, nam verum poſterius Παραλώσεις. *Iac. Gronou.*
(b) Hic ſatius eſſet vertere *Seleniaco.*
(c) Conſule *Cap.* II. *Eleuſiniorum*, & *Bibliothecam Atticam.*

Digitized by Google

rum vitam, concedens Homero laudare viros. Et Pausanias in Atticis. Ταῦτα ἄλλοι τε καὶ Ἡσίοδος εἰρήκεν ἐν ἔπεσι τοῖς εἰς τὰς γυναῖκας. *Ista & alii & Hesiodus dixit in carminibus in feminas.* Et rursum alibi. Οἶδα δὲ Ἡσίοδον ποιήσαντα ἐν καταλόγῳ γυναικῶν, Ἰφιγένειαν μὴ ἀποθανεῖν, γνώμῃ δὲ Ἀρτέμιδος Ἑκάτην εἶναι. *Novi autem Hesiodum, fingentem in catalogo feminarum, Iphigeniam non fuisse mortuam, sed voluntate Dianae esse Hecaten.* Iterum in Boeoticis. Ἐστὶ δὲ ἑτέρα κεχωρισμένη τῆς πρότερας, ὡς πολύν τινα ἐπῶν ὁ Ἡσίοδος ἀριθμὸν ποιήσειν· εἰς γυναῖκάς τε ἀδόμενα, καὶ ἃς μεγάλας ἐπονομάζουσιν Ἠοίας, καὶ Θεογονίαν τε. *Est vero alia distincta ab priore, quasi multum quemdam carminum numerum Hesiodus fecerit; tum cantata in feminas, & quas adpellant magnas Eoeas, & Theogoniam.* Strabo lib. 1. simpliciter Κατάλογον nominat, Ἡσίοδος δή φησιν ἐν καταλόγῳ φησί. *Hesiodus autem in catalogo dicit.* Servius ad AEneid. VII. *Hesiodus etiam* περὶ γυναικῶν *inducit multas heroidas optasse nuptias virorum fortium.* Video autem confundi a viris magnis Poemata Εἰς γυναῖκας, sive Γυναικῶν κατάλογον, Ἠοίας, & Ἡρωϊκὴν γενεαλογίαν; quae tamen tria diversa Hesiodi Opera fuerunt (a). Ac primum Ἠοίας simpliciter laudat Athenaeus lib. x. Διὸ καὶ Ἡσίοδος ἐν ταῖς Ἠοίαις εἶπεν. *Propterea etiam Hesiodus in Eoeis dixit.* Eunapius in AEdesio. Οὐ γὰρ τὰς Ἡσιόδου καλουμένας Ἠοίας ἔσπευδον γράφειν. *Non enim Hesiodi quae vocantur Eoeas festinavi inscribere.* Plena autem inscriptio erat, αἱ Μεγάλαι Ἠοίαι. *Magnae Eoeae.* Athenaeus extremo VIII. Ἅπερ πάντα ἐκ τῶν εἰς Ἡσίοδον ἀναφερομένων Μεγάλων Ἠοίων καὶ Μεγάλων Ἔργων πεπαράφθηται. *Quae omnia ex illis, quae attribuuntur Hesiodo Magnis Eoeis & Magnis Operibus translata sunt.* Apollonii Scholiastes lib. 1. Ἐν δὲ ταῖς λεγομέναις Μεγάλαις Ἠοίαις λέγεται, ὡς ἄρα Μελάμπους ἀποδημῶν κατέλυσε παρὰ Πολυφάτῃ. *In Magnis autem quae dicuntur Eoeis dicitur, quasi Melampus peregrinans diversatus fuerit apud Polyphuten.* Iterum lib. II. Πεπηρῶσθαι δὲ Φινέα φησὶν Ἡσίοδος ἐν Μεγάλαις Ἠοίαις. *Mutilatum vero fuisse Phineum ait Hesiodus in Magnis Eoeis.* Et apud Pausaniam in Boeoticis loco iam citato. Εἰς γυναῖκάς τε ἃ ἀδόμενα, καὶ ἃς Μεγάλας ἐπονομάζουσιν Ἠοίας. *Et quae cantantur in feminas, & quas Magnas adpellant Eoeas.* Schol. Pindari Pythionic. Od. IV. Οἱ δὲ Ἀσκληπιάδης τὰ ἐν ταῖς Μεγάλαις Ἠοίαις παρατίθεται. *Asclepiades vero adponit illa in Magnis Eoeis.* Iam Ἡρωϊκὴ γενεαλογία nominatur ab Isaacio Tzetze ad Lycophron.

Καθὰ καὶ Ἡσίοδος ἐν τῇ Ἡρωϊκῇ Γενεαλογίᾳ φησί. *Sicut etiam Hesiodus in Heroica Genealogia dicit.* Idque ipsum Opus innuit Maximus Tyrius, testaturque scriptum post illud, quod diximus, Εἰς γυναῖκας. Locus exstat Dissert. XVI. Καθάπερ ὁ Ἡσίοδος, χωρὶς μὲν, τῶν ἡρώων ἀπὸ γυναικῶν ἀρχόμενος, καταλέγων τὰ γένη. ὅσις ἐξ ἧς ἔφυ. *Sicut Hesiodus, separatim quidem, heroum, ab mulieribus incipiens, recensens familias quisnam ex quanam natus fuerit.* Et haec singula Κατάλογοι vocabantur generaliter. Scholiastes Homeri Iliad. β'. Διὸ καὶ Γερήνιος (ὁ Νέστωρ) ὠνομάσθη. ἱστορεῖ Ἡσίοδος ἐν Καταλόγοις. *Propterea etiam Gerenius (Nestor) nominatus fuit. Refert Hesiodus in Catalogis.* Atque ita Hesychius τὰς Ἠοίας simpliciter Κατάλογον indigetat. Verba ecce ista. Ἠοῖαι, ὁ Κατάλογος Ἡσιόδου. *Eoeae, Catalogus Hesiodi.* Sed quod Εἰς γυναῖκας scripsit, in tres Καταλόγους tributum observo. Ac primum quidem citari video apud Apollonii Scholiast. lib III. Ὅτι Προμηθέως καὶ Πανδώρας υἱὸς Δευκαλίων, Ἡσίοδος ἐν πρώτῳ Καταλόγων φησί. *Promethei & Pandorae filium fuisse Deucalionem, ait Hesiodus in primo Catalogorum.* Secundum apud Stephanum in Ἄβαντις, sed loco corruptissimo. Ἄβαντις, ἡ Εὔβοια. ὡς Ἡσίοδος ἐν αἰγι... δευτέρῳ περὶ Ἰοῦς. *Abantis Euboea, prout Hesiodus in Aegi... secundo de Io.* Restituo, Ὡς Ἡσίοδος γυναικῶν δευτέρῳ. *Prout Hesiodus feminarum secundo* (b). Tertium, apud Harpocrationem in Μακροκέφαλοι. Ἔθνος ἐστὶν οὕτω καλούμενον, ὃ καὶ Ἡσίοδος ἐν τρίτῳ Γυναικῶν Καταλόγῳ μέμνηται. *Populus est ita vocatus, cuius etiam Hesiodus in tertio feminarum Catalogo meminit.* Iterum alibi. Τὸ γῆν οἰκοῦντες, λέγοι ἂν τοὺς ὑπὸ Σκύλακος ἐν τῷ Περίπλῳ λεγομένους Τρωγλοδύτας, καὶ τοὺς ὑπὸ Ἡσιόδου ἐν τρίτῳ Καταλόγῳ Κατωδαίους ὀνομαζομένους. *Sub terra habitantes; dixerit forsan illos qui ab Scylace in Periplo dicuntur Troglodytae, & qui ab Hesiodo in tertio Catalogo nominantur Infra pavimentum.* Et apud Apollonii Schol. lib. II. Πεπηρῶσθαι δὲ Φινέα φησὶν Ἡσίοδος ἐν Μεγάλαις Ἠοίαις, ὅθι Φρίξῳ τὴν ὁδὸν ἐμήνυσεν. ἐν δὲ τῷ τρίτῳ Καταλόγῳ, ἐπιδὴ τὴν μικρὸν χρόνον τῆς ὄψεως προέκρινε. *Mutilatum vero Phinea fuisse dicit in Magnis Eoeis, quia Phrixo monstraverit viam. Sed in tertio Catalogo, quia exiguum tempus praetulit visui.* Stephanus in Γερηνία hodie corruptus. Γερηνία, πόλις τῆς Μεσσηνίας, ἔνθα Νέστωρ ὁ Πύλιος ἐτράφη, ἢ φυγὰς ἦλθε. Ἡσίοδος Καταλόγων. *Gerenia, urbs Messeniae, ubi Nestor Pylius educatus fuit, aut exsul ductus fuit. Hesiodus Catalogis.* Re-

(a) *Casaubonus* ad Strabonem Lib. I. *Certum est tamen Eoeas quoque Hesiodi aliud fuisse nihil, quam mulierum praestantissimarum Catalogum. Nam hoc recte a doctissimo viro Io: Aurato est animadversum.*

(b) *Abrah. Berckelius* ad hunc Stephani locum: Ὡς Ἡσίοδος ἐν Αἰγιμίῳ δευτέρῳ. *Ita ex codice Vossiano reposuimus,* pro ὡς Ἡσίοδος Αἰγι * * δευτέρῳ, *uti constanter habent editiones omnes. Henr. Stephanus* Αἰγίδος *voluisse viaetur, scribens sequentes Hesiodi versus ab Auctore nostro ex AEgide auferri. Magnus Salmasius non tantum hic ad oram, sed etiam alio loco sui Codicis contendit esse legendum,* ὡς Ἡσίοδος ἐν καταλόγῳ δευτέρῳ, *quam in rem & alia ex Stephano, & Apollonii Rhodii Scholiaste loca producit, quae, vix video, quod ad rem faciant. Nec praetereunda non minus illustris Danielis Heinsii etiam speciosior coniectura* ἐν Αἰγίνῃ δευτέρῳ: *cuique nuper & doctissimum virum in editione Hesiodea subscriptorem invenio. Mihi tamen & sic haerebat aqua donec amicissimus noster Iacobus Gronovius, iuvenis eruditione, & iudicio praestans, quum in familiari sermone scriptam huius loci lectionem cum eo communicassem, brevi post significavit corrigendum:* ὡς Ἡσίοδος ἐν Αἰγιμιῷ δευτέρῳ. *Versatum enim olim in antiquorum manibus Poema inscriptum* Αἰγιμιος, *incerti auctoris, quem tamen Hesiodum esse nonnulli existimaverunt. Athenaeus lib.* XI. *pag.* 503. Καὶ ὁ τὸ Αἰγιμιον ποιησας, εἴτ' Ἡσίοδος ἐστιν, ἢ Κίρκωψ ὁ Μιλήσιος. Auctor AEgimii, sive est Hesiodus, sive Cercops Milesius. *Vbi Casaubonus alium insuper locum ex Apollonii Scholiasta. Cui sententiae cari capitis adstipulari prae omnibus aliis necesse habeo, praesertim quum animadverterim ex Diogene Laertio Cercopem hunc Hesiodo aequalem & obtrectatorem fuisse.*

Digitized by Google

ſcribendum arbitror, Ἡσίοδ@ Καταλόγῳ γ'. *Heſiodus Catalogo tertio* (a).

CAP. XXI.

Periander quando principatum adierit, & quando mortuus. Diogenis Laertii locus reſtitutus.

DE morte Periandri ita tradit ex Soſicrate Diogenes Laertius in eius Vita lib. I. Σωσικράτης δέ φησι πρότερον Κροίσου τελευτῆσαι αὐτὸν ἔτεσι τετταράκοντα καὶ ἐνὶ πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς ἐννάτης Ὀλυμπιάδ@. *Soſicrates vero ait eum mortuum fuiſſe ante Croeſum annis quadraginta & uno ante Olympiadem quadrageſimam nonam.* Ecce, obiiſſe ante Croeſum dicit, annis CLI. ante Olympiadem XLIX. id eſt, anno IV. Olymp. XXXVIII. Quod profecto eſt falſiſſimum. Nam anno poſt, id eſt, primo Olymp. XXXIX. mortuo patri in Corinthiorum principatu ſucceſſit. Anonymus in Olymp. Deſcript. ad iſtum annum diſerte notat. Περίανδρ@, Κυψέλου πατρὸς ἀποθανόντ@, τὴν Κορινθίων ἀρχὴν διεδέξατο. *Periander, Cypſelo patre mortuo, excepit imperium Corinthi.* Et tenuit principatum annos totos XL. Ipſe Diogenes poſtea teſtatur. Ἤκμασε δὲ περὶ τὴν τριακοστὴν ὀγδόην Ὀλυμπιάδα, καὶ ἐτυράννησεν ἔτη τεσσαράκοντα. *Floruit vero circa trigeſimam octavam Olympiadem, & obtinuit imperium annis quadraginta.* Iam ſi ab anno primo Olympiadis XXXIX. quo principatum adiit Periander annos XL. computes, mortuus erit anno IV. Olymp. XLVIII. id eſt, uno ante XLIX. Et in iſtum clare refert Anonymus, quem iam citavi in Deſcript. Olymp. Περίανδρ@ ὁ Κυψέλου, Κορινθίων τύραννο@ ἐτελεύτησε. *Periander Cypſeli Corinthiorum tyrannus, obiit.* Igitur, ut rem totam reſtituam, Diogenis locus ſola interpunctione iuvandus eſt. Nam aut ego longe fallor, aut voluit ille tantum dicere, mortuum Periandrum eſſe annis XL. ante Croeſum, & uno ante Olympiadem XLIX. Quocirca reſcribendum cenſeo. Πρότερον Κροίσου τελευτῆσαι αὐτὸν ἔτεσι τετταράκοντα καὶ ἐνὶ πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς ἐννάτης Ὀλυμπιάδ@. *Ante Croeſum fuiſſe mortuum eum annis quadraginta, & uno ante quadrageſimam nonam Olympiadem.* Atque ita clara omnia, & vera; atque ad Hiſtoriae normam (b).

(a) *Abrah. Berckelius* ad Stephanum in Τηρμία. Ἡσίοδος ἐν πρώτῳ καταλόγων. Codices MSS. *illud* ἐν πρώτῳ *inſerunt, quod in omnibus editis non conſpicitur. Quod ſi Meurſius ita hunc locum emendatum conſpexiſſet, medicas ei manus in Lectionibus Atticis non attuliſſet legendo,* ὡς Ἡσίοδος ἐν καταλόγῳ γ'. *Optime tamen obſervat, ab Heſiodo illud opus, quod* εἰς γυναῖκας *ſcripſit, in tres* καταλόγους *diſtributum fuiſſe, atque primum citari a Scholiaſta in Apollonium ad librum* III. Ὅτι Προμηθέως, καὶ Πανδώρας υἱὸς Δευκαλίων, Ἡσίοδος ἐν πρώτῳ καταλόγων φησί. *Verum hoc longiſſime a veritate remotum iudico, apud Stephanum in* Ἀβαντίς [*ubi in praecedentibus editionibus locus mutilatus circumfertur,* ὡς Ἡσίοδος ἐν Αἰγι . . . δευτέρῳ] *ſecundum adlegari, ibique reſcribendum ſupplendumque eſſe,* ὡς Ἡσίοδος ἐν γυναικῶν δευτέρῳ. *Tu lector inſpice locum, & quid ad eum obſervatum ſit. Certus ſum te aliter iudicaturum. Tertius Catalogi liber reperitur apud eumdem Scholiaſten ad librum* III. *Euſtathius ſua Aetate hoc Stephani ex Heſiodo loco uſus eſt, tecto licet nomine. Ita enim ille ad Iliad.* B. *pag.* 231. Λέγεται δὲ ἡ πόλις αὕτη, καὶ ἑνικῶς Γέρηνος ὡς Ἡσίοδος. Νέσωρ εἷος ἄλτο ἐν ἀντεμόεντι Γερήνῳ· καὶ πλατυντικῶς ὡς ὁ αὐτός. Κτεῖνε δ' Νηλῆος ταλασίφρονος υἷας ἑβδόμους, Ἐνδεκα.

(b) Hanc Meurſii emendationem confirmat ſuo calculo *Menagius.*

CAP. XXII.

Alexander, & Diogenes, eodem die mortui; ac quando. Evaenetus, & Hegeſias, archontes Athenis, Diogenes Laertius emendatus, item Suidas. Clementis Alexandrini ἀμάρτημα μνημονικὸν indicatum. Ariſtotelis obitus. Cephiſodorus, & Philocles, archontes. Dionyſii Halicarnaſſei locus reſtitutus, & memoriae quoque lapſus oſtenſus.

OBſervatum eſt a Veteribus, eodem die Alexandrum Babylone, Diogenem Cynicum Corinthi obiiſſe. Plutarchus Sympoſ. lib. VIII. Probl. I. Ἐμνήσθησαν δὲ καὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως τελευτῆς, καὶ τῆς Διογένους τοῦ Κυνὸς, ἡμέρᾳ μιᾷ χρωμένης· *Meminerunt vero etiam Alexandri regis mortis & Diogenis Canis, uno die peractae.* Id autem accidiſſe, archonte Athenis Hegeſia, Olym. CXIV. anno I. teſtis eſt Anonymus in Deſcript. Olymp. ad iſtum annum. Ἀλέξανδρ@ ἐν Βαβυλῶνι ἐτελεύτησε, βασιλεύσας ἔτη ιβ', καὶ μῆνας ζ'. Διογένης ὁ Κύων τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐτελεύτησε. *Alexander Babylone obiit, quum regnaviſſet annos duodecim, & menſes ſeptem. Diogenes Canis eodem die obiit.* Corruptus eſt Diogenis Laertii hac de re locus in Vita eius lib. VI. Δημήτρι@ δ' ἐν τοῖς Ὁμωνύμοις φησὶ, τ῀ αὐτῆς ἡμέρας Ἀλέξανδρον μὲν ἐν Βαβυλῶνι, Διογένη δ' ἐν Κορίνθῳ τελευτῆσαι (ἦν δὲ Γερῶν) κατὰ τὴν τρίτην καὶ δεκάτην καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Demetrius vero in Homonymis dicit eodem die Alexandrum quidem Babylonem, Diogenem vero Corinthi obiiſſe (erat autem ſenex) tertia & decima ſupra centeſimam Olympiade.* Reſcribe, Κατὰ τὴν τετάρτην καὶ δεκάτην, *quarta & decima.* Idem mendum eſt apud Suidam in Διογένης. Ἐπὶ δὲ τῆς ριγ'. Ὀλυμπιάδ@ κατέκρεψε τὸν βίον. *Sed Olympiade centeſima decima tertia finivit vitam.* Corrige ad eumdem modum, Ἐπὶ δὲ τῆς ριδ'. Ο'. *Sed centeſima decima quarta O.* Proclivis lapſus eſt. Sed de Alexandri obitu inſignis eſt locus apud Clementem Strom. I. Ἀπὸ τούτου ἐπὶ Εὐαίνετον ἄρχοντα, ἐφ' ὃ φασιν Ἀλέξανδρον εἰς τὴν Ἀσίαν διαβῆναι, ὡς μὲν Φανείας, ἔτη ἑπτακόσια δεκαπέντε. ὡς δὲ Τιμαῖ@ καὶ Κλείταρχ@, ὀκτακόσια εἴκοσι. ὡς δὲ Ἐρατοσθένης, ἑπτακόσια ἑβδομήκοντα τέσσαρα. ὡς δὲ Δῶρις, ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου εἰς Ἀσίαν διάβασιν, ἔτη χίλια. ἐντεῦθεν ἐπὶ Εὐαίνετον τὸν Ἀθήνησιν ἄρχοντα, ἐφ' ὃ θνήσκει Ἀλέξανδρ@, ἔτη ἕνδεκα. *Ab hoc ad Evaenetum archontem; cuius tempore narrant Alexandrum tranſiiſſe in Aſiam, ut quidem Phanias, anni ſeptingenti quindecim; ut vero Timaeus & Clitarchus, octingenti viginti; ſed ut Eratoſ-*

Digitized by Google

tosthenes, septingenti septuaginta quatuor; ut vero Duris, ab Troiae expugnatione ad Alexandri in Asiam transitum, anni mille; inde ad Evaenetum Athenis archontem, cuius tempore moritur Alexander, anni undecim. Ecce bis Evaenetum archontem facit, qui semel tantum magistratum illum gessit Olymp. anno II. Vndecimo post, id est, Olymp. CXIV. anno I. archon fuit Hegesias, sive Agesias, ut Diodoro Siculo nominatur libro extremo XVII. (a) Sub priore regnum paternum accepit Alexander, & in Asiam copias duxit; sub posteriore diem obiit. Ita clare nobis tradunt is, quem dixi, Anonymus in Descript. Olymp. & Diodorus lib. XVII. Ergo memoria destituit Clementem, quum pro Hegesia Evaenetum iterum nominavit. Est quoque locus Dionysii Halicarnassaei in Epistola ad Ammaeum, ubi de Aristotele agit. Μετὰ δὲ τὴν Φιλίππου τελευτὴν ἐπ' Εὐαινέτου ἄρχοντος ἀφικόμενος εἰς Ἀθήνας ἐσχόλαζεν ἐν Λυκείῳ χρόνον ἐτῶν δώδεκα. τῷ δὲ τρισκαιδεκάτῳ μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν ἐπὶ Κηφισοδώρου ἄρχοντος, ἀπάρας εἰς Χαλκίδα, νόσῳ τελευτᾷ, τρία πρὸς τοῖς ἑξήκοντα βιώσας ἔτη. *Sed post Philippi mortem Evaeneto archonte veniens Athenas, studuit in Lyceo tempus annorum duodecim: verum tertio decimo post Alexandri mortem Cephisodoro archonte discedens versus Chalcidem morbo obiit, quum vixisset annos tres & sexaginta.* Magnae hic turbae. Vt quid enim? non anno decimo tertio post Alexandri Magni obitum archon fuit Cephisodorus, & sub eo diem obiit Aristoteles, sed sub Philocle, sive Diocle, ut alii adpellant, qui anno post archon fuit Olymp. CXIV. anno III. neque tredecim post Alexandri mortem annis, quum Simonides magistratum archontis gessit, sed duobus. Anonymus clare in isto anno, isto archonte. Ἀριστοτέλης ἀπάρας εἰς Χαλκίδα ἐτελεύτησεν ἐτῶν τριῶν πρὸς ἑξήκοντα. *Aristoteles digressus Chalcidem mortuus est annorum trium fere & sexaginta.* Iuvo in partem, & interpunctione restituo. Τῷ δὲ τρισκαιδεκάτῳ, μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τ. *verum tertiodecimo, post Alexandri m.* Haec enim mens Dionysii est; Post Philippi obitum, archonte Evaeneto, Athenas venisse Aristotelem, exactisque in Lyceo annis duodecim, decimo tertio, mortuo iam Alexandro, Chalcidem profectum illic obiisse. Sed in Cephisodoro, quem pro Philocle nominat, anni unius error est; & memoriae potius lapsus, quam historiae imperitia. Certe Olympiad. CXIV. anno III. non II. id est, sub Philocle, non sub Cephisodoro archonte, mortuum esse Aristotelem tradit etiam Diogenes Laertius, iam citatus in Vita eius lib. v. Ἐπὶ Πυθοδότου δ' ἐλθεῖν πρὸς Φίλιππον, τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἐνενήκοστης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, Ἀλεξάνδρου πεντεκαίδεκα ἔτη ἤδη γεγονότος· εἰς δ' Ἀθήνας ἀφικέσθαι τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἐνδεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος· καὶ ἐν Λυκείῳ σχολάσαι ἔτη τρία πρὸς τοῖς δέκα. εἶτα ἀπᾶραι εἰς Χαλκίδα τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς τετάρτης καὶ δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, καὶ τελευτῆσαι ἐτῶν τριῶν πρὸς καὶ ἑξήκοντα. *Tempore Pythodoti autem venisse ad Philippum, anno secundo Olympiadis nonae & centesimae, quum Alexander iam ageret annos quindecim: Athenas autem venisse secundo anno undecimae ac centesimae Olympiadis: & in Lyceo studuisse annos tres supra decem, deinde profectum esse Chalcidem tertio anno quartae & decimae Olympiadis, & obiisse annorum trium fere & sexaginta.*

CAP. XXIII.

Zancle quando a Messeniis subacta, & Messene adpellata. Archimedes, & Miltiades, archontes. Pausaniae locus restitutus. Chionis quater stadio victor. Anonymus in Descript. Olymp. emendatus. Hellanodicae primum bini, deinde novem. Quando instituti. Pausanias iterum correctus.

COrruptus est Pausaniae locus Messeniacis. Ταῦτα δὴ ἐπὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ἐπράχθη τῆς ἐνάτης καὶ εἰκοστῆς, ἣν Χίονις Λακων τὸ δεύτερον ἐνίκα, Μιλτιάδου παρ' Ἀθηναίοις ἄρχοντος. *Illa vero gesta sunt nona & vigesima Olympiade, quam Chionis Laco secundum vicit, Miltiade apud Athenienses archonte.* Loquitur autem de Zanclaeis subiugatis a Messeniis, urbeque eorum, quam pro Zancle adpellarunt victores Messenen. Atqui id non accidit Olympiade XXIX. sed XXX. ut videre est apud Anonymum in Descript. Olymp. Nec Miltiades tunc supremum magistratum gessit, sed Archimedes. Videre est apud eumdem Anonymum, & ipsum Pausaniam, in verbis paulo post sequentibus. Μεσσηνίων δὲ τοὺς ἐγκαταλαφθέντας ἐν τῇ γῇ, συντελεῖντας κατὰ ἀνάγκην εἰς τοὺς εἵλωτας, ἐπέλαβεν ἀπὸ τῶν Λακεδαιμονίων ὕστερον ἀποστῆναι κατὰ τὴν ἑνάτην Ὀλυμπιάδα καὶ εἰκοστὴν, ἣν Κορίνθιος ἐνίκα Ξενοφῶν, Ἀρχιμήδους Ἀθήνησιν ἄρχοντος. *Messeniorum vero illos, qui in regione relinquebantur, contributos per necessitatem helotis, incessit ab Lacedaemoniis postea desciscere nona & vigesima Olympiade, quam vicit Corinthius Xenophon, Archimede Athenis archonte.* Miltiades vero archon fuit Olymp. XXX. anno II. Ostendit Anonymus, iam laudatus, & ipse Pausanias etiam Arcadicis. Ἐγένετο δὲ τῆς Φιγαλείας ἅλωσις, καὶ Φιγαλέων ἡ ἐξ αὐτῆς φυγὴ, Μιλτιάδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, δευτέρῳ δὲ ἔτει τῆς τριακοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν Χίονις Λάκων ἐνίκα τὸ τρίτον. *Contigit autem expugnatio Phigaleae, & Phigalensium ex ea exsilium, Miltiade quidem Athenis archonte, secundo autem anno trigesimae Olympiadis; quam Chionis Lacon vicit tertia vice.* Ergo in loco isto priore sic rescribe. Ταῦτα δὴ ἐπὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ἐπράχθη τῆς τριακοστῆς, ἣν Χίονις Λ. τ. δ. ἐ. *Illa vero gesta sunt Olympiade trigesima, quam Chionis L. s. v.* Origo mendi ex confusione numerorum. Sed de Chionide illo Lacone per occasionem hanc corrigendus idem Anonymus Olymp. XXX. ubi perperam est, Χίονις Λάκων στάδιον τὸ δεύτερον. *Chionis Lacon stadium secunda vice.* Iterum XXXI. ubi, Χίονις Λάκων στάδιον τὸ τρίτον. *Chionis Lacon stadium tertia vice.* Rescribe illic, τὸ τρίτον, *tertia vice.* Hic τὸ τέταρτον, *quar-*

(a) Consule *Libros De Archontibus Atheniensium Tom. I.*

Digitized by Google

quarta vice. Quater enim ſtadio Chionis iſte vicit; ſemel Olymp. xxviii. iterum xxix. tertium xxx. ac quartum denique xxxi. Obſervare licet in ſerie Olympionicarum, apud eumdem illum Anonymum. Certe Olympiade xxx. tertiam victoriam reportaſſe, non ſecundam, diſerte idem Pauſanias dicit in verbis citatis. Hic vero iterum mihi emendandus in Eliac. II. Πέμπτῃ δ' Ὀλυμπιάδι καὶ εἰκοστῇ ἐννέα Ἑλλανοδίκας κατέστησαν. *Quinta vero Olympiade & vigeſima novem Hellanodicas vel Graecorum iudices conſtituerunt*. Attendamus, ſodes. Quinquageſima Olympiade inſtituti primum Hellanodicae, iique numero duo. Teſtatur Anonymus in illa. Ἀγωνοθέται δύο ὑπὸ Ἠλείοις κατεστάθησαν κληρωτοί. *Agonothetae vel certaminum praeſides duo ab Eleis ſortito conſtituti ſunt*. Et ipſe Pauſanias libro citato, Πεντηκοστῇ δὲ Ὀλυμπιάδι ἀνδράσι δύο ἐξ ἁπάντων λαχοῦσιν Ἠλείων ἐπετράπη ποιῆσαν τὰ Ὀλύμπια, καὶ ἐπὶ πλεῖον ἀπὸ ἐκείνου διέμεινε τῶν ἀγωνοθετῶν ὁ ἀριθμὸς τῶν δύο. *Quinquageſima autem Olympiade viris duobus ex omni Eleorum numero ſorte ductis conceſſum eſt facere Olympia; & plurimo tempore permanſit numerus iſte, duorum agonothetarum*, Ecce, & manſit is numerus longo poſt tempore. Quomodo ergo inſtituti novem Olymp. xxv? Reſtituo. Πέμπτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι καὶ ἑκατοστῇ ἐννέα Ε', κ. *Quinta autem Olympiade & centeſima novem H. c.* Atque hoc verum eſt. Novem Hellanodicae inſtituti ſunt Olympiade cv. Diſtincte illud Anonymus notat. ΟΛ. ΡΕ. Πῶρος Κυρηναῖος στάδιον. Ἐννέα Ἑλλανοδίκαι κατεστάθησαν. *Olympias centeſima quinta. Porus Cyrenaeus ſtadium. Novem Hellanodicae conſtituti ſunt*.

ATTICARVM LECTIONVM

LIBER III.

CAPVT PRIMVM.

Mos Athenienſium non unus. Hoſtia oblata pro referendis in tribules liberis. Μᾶον. Μεαλαῖοι. *Eratoſthenes apud Harpocrationem, & Pollux, emendati non ſemel. Eupolidis verſus reſtituti.* Οἰνιστρία, *Vinum Herculi oblatum, & Dianae hoſtia: quae ovis, aut capra: illa* Φρατὴρ, *iſta* Φράτριος, *adpellata. Et coma tonſa.* Κυρεῖον. Γαμηλία. *Scholiaſtes Ariſtophanis, & Heſychius, correcti.* Γαμηλία *duplex; & quibus diis unaquaeque facta.* Κοινὸν γραμματεῖον.

ATheniſ quum in tribules liberos ſuos referri vellent parentes, hoſtiam ad pondus certum offerre tenebantur. Quia autem tribules, quibus ea offerebatur, per ludum clamabant Μᾶον Μᾶον, *Minus Minus*, infra iuſtum pondus eam eſſe ſignificare cupientes, Μᾶον illa; &, qui offerrent, Μειαγωγοὶ dicebantur. Harpocration. Μᾶον, Θῦμά ἐστιν ὁ τοῖς φράτορσιν παρεῖχον οἱ τοὺς παῖδας εἰσάγοντες εἰς τούτους. Ἐρατοσθένης δ' ἐν τοῖς περὶ τῆς κωμῳδίας φησὶν οὕτως νόμος ὅλος, μὴ μᾶον εἰσάγειν ὡρισμένου τινὸς, ἐπισκώπτοντα μετὰ παιδιᾶς πάντα τὸν εἰσάγοντα μᾶον ἔφασαν εἰσάγειν. ὅθεν τὰ μὲν ἱερεῖα, Μᾶον προσηγορεύθη· Μειαγωγὸς δὲ, ὁ εἰσάγων. *Minus, ſacrificium eſt quod tribulibus praebebant illi, qui filios introducebant in eos, Eratoſthenes autem in libris de comoedia dicit ita: Quum lex eſſet, ne minus inferrent definito quodam modo, deridentem cum luſu quemlibet inferentem minus dicebant inferre. Vnde ſacrificia Minus adpellata ſunt: Minus ductor autem ipſe inferens*. Sed corrupta ibi Harpocrationis verba. Reſcribo, Ἐπισκώπτοντες μετὰ παιδιᾶς πάντα, τὸν εἰσάγοντα μ. ἐ ἐ. *Deridentes cum luſu omnia* (a), *inferentem m. d. i.* Corruptus in hac ipſa re etiam Pollux lib. III. cap. IV. Κέκληται δὲ, ἢ ὅτι ἔσκωπτον ὡς μεῖον τοῦ δέοντος, ἢ ὅτι κεκωλυμένον ἦν, εἰσάγειν· ὡς μὴ ἀμιλλῶντο, μηδ' ἐμπίπτοιεν εἰς ἔριν καὶ ταραχήν. οἱ μὲν γὰρ οὐδὲ ἥττον ἐφιλοτιμοῦντο, οἱ δὲ ἐπεβόων, μείονος, οὐχ ὑπερβαινόντων αὐτῶν τὸ μέτρον τοῦ νόμου. *Vocatus autem eſt, vel quod deridebam quaſi minus quam oporteret, aut quod vetitum eſſet, inferentem. Vt ne certarent, neque incide-*

(a) Sed vix opinor hanc commatis diſtinctionem ab Meurſio veniſſe, ut vox πάντα abrumperetur ab ſequentibus τὸν εἰσάγοντα: neque omnia deridebantur ab Atticis: erant & in quibusdam ſerii: ſed in hac ſolemnitate plerumque ſic cavillabantur ſodalem. *Iac. Gronovius*.

Digitized by Google

ciderent in controverſiam & tumultum. Alii enim nihilominus contendebant: alii autem inclamabant Minoris, quum non egrederentur modum legis. Poſtrema verba ita emendo, Οἱ δὲ ἐπεβόων, Μᾶον· ὡς οὐχ ὑπερβαινόντων αὐ. *Alii autem inclamabant Minus, ut qui non ſuperaviſſent.* Clamabant enim tribules, cum hoſtia adpenderetur, Μᾶον, Μᾶον. Schol. Ariſtophanis ad Ranas. Μᾶον λέγουσι τὰς ὑπὲρ τῶν υἱῶν εἰς τὰ ἀπατούρια ὄις ὑπὸ τῶν πατέρων εἰσαγομένας, διὰ τὸ ἐπιφωνεῖν τὸς φράτορας ἐπὶ τῷ σφαγῷ τῷ ἱερείῳ, Μᾶον, Μᾶον. *Minus dicunt oves quae inferebantur pro filiis ad Apaturia ab parentibus, quia adclamabant tribules ad librationem hoſtiae, Minus, Minus.* Tradunt rem etiam Etymologici Auctor, Heſychius, & Suidas. Apud Harpocrationem exſtant etiam Eupolidis verſus. Ita enim inquit. Περὶ δὲ τῆ Μειαγωγῆ, Εὔπολις ἐν Δήμοις·

Ταγαρῆν στρατηγὸς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου
Οὐδεὶς δύναται ὥσπερ Μειαγωγὸς ἐσιῶν
Τῆς τῆδε νίκης πλείονα ἑλκύσαι σφαγόν.

De eo qui minus inferebat, Eupolis in Populis;

Propterea dux ex illo tempore
Nullus poteſt tamquam minus inferens epulans
Huius victoria ponderoſiorem ducere libram.

Quos non bene hodie conceptos ſic reſtituo.

——— Τοιγαρῆν
Οὐδεὶς στρατηγὸς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου
Δύναται μὲν, ὥσπερ Μειλαγωγὸς ἐσιῶν,
Τῆς τῆδε νίκης πλείον' ἑλκυσαι σφαγόν.

Duo autem tunc fiebant; & hoſtia offerebatur, & vinum: atque ab eo οἰνιστηρία res illa dicebatur. Pollux lib. III. cap. IV. Ἡ δ' ὑπὲρ τῶν εἰς τὸς φράτορας εἰσαγομένων παίδων οἴνου ἐπίδοσις, οἰνιστηρία ἐκαλεῖτο. τὸ δὲ ἱερὸν, τὸ ὑπὲρ αὐτῶν, Μᾶον. καὶ Μειαγωγεῖν, τὸ εἰσάγειν ἱερεῖον. *Ceterum erogatio vini de liberis qui in tribules inducebantur, vocabatur Oeniſteria: Hoſtia autem pro illis, Minus: & Minusducere, inferre hoſtiam.* Dabant autem menſuram vini, eamque Herculi offerebant. Heſychius nos docet. Οἰνιστηρία. Ἀθήνησιν οἱ μέλλοντες ἐφηβεύειν, πρὶν ἀποκείρασθαι τὸν μαλλὸν, εἰσέφερον Ἡρακλεῖ μέτρον οἴνου· καὶ σπείσαντες, τοῖς συνελθοῦσιν ἐπεδίδουν πίνειν. ἡ δὲ σπονδὴ ἐκαλεῖτο οἰνιστηρία. Οἰνιστηρία. *Athenis futuri ephebi, priuſquam detonderetur lanugo, inferebant Herculi menſuram vini; & quum libaviſſent, illis qui convenerant dabant etiam bibere. Libatio autem dicebatur Oeniſteria.* Vini oblati meminit Athenaeus etiam lib. XI. Οἱ μέλλοντες ἀποκείρειν τὸν σκόλλυν, φησὶ Πάμφιλος, εἰσφέρουσι τῷ Ἡρακλεῖ μέγα ποτήριον, πληρώσαντες οἴνου, ὃ καλοῦσιν οἰνιστηρίαν. καὶ σπείσαντες, τοῖς συνελθοῦσι διδόασι πιεῖν. *Qui detondendi erant lanuginem, dicit Pamphilus, inferunt Herculi grande poculum, repletum vino, idque vocant oeniſteriam: & quum libaverunt, illis qui convenerunt, dant bibere.* Vt autem vinum Herculi offerebatur, ita hoſtia illa Dianae. Accipio ex Heſychii verbis. Κυρεῶτις, μλωὸς τῆ Πυανεψιῶνος ἡμέρα, ἐν ᾗ τὰς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τῶν παίδων ἀποκείροντες τρίχας Ἀρτέμιδι θύουσιν. *Cureotis, dies menſis Pyanepſionis, in qua detondentes ex capite liberorum crines Dianae ſacrificant.* Sed quaenam haec oſtia? Ovis erat. Ecce apud Suidam in Μειαγωγέν. Καὶ ὁ τὸ πρόβατον εἰσάγων, Μειαγωγὸς ἐκαλεῖτο. *Minusducere: Et qui ovem inferebat, vocabatur Minusductor.* Scholiaſtes Ariſtophanis loco citato. Μᾶον λέγουσι, τὰς ὑπὲρ τῶν υἱῶν εἰς τὰ ἀπατούρια ὄις ὑπὸ τῶν πατέρων εἰσαγομένας. *Minus dicunt oves pro filiis ad Apaturia ab patribus illatas.* Vel etiam capra. Et ut ovis φρατὴρ, ita haec φράτρι@ nominabatur. Pollux loco citato. Τὸ δὲ ἱερὸν, εἰς ὃ συνήεσαν, φράτριον ἐκαλεῖτο. καὶ τὸ σύσημα, φρατρία. οἱ δὲ καθ' ἕκαστον, φράτορες. καὶ ὄις φρατὴρ, καὶ αἶξ φράτρι@, ἡ θυομένη τοῖς φράτορσιν. *Templum vero in quod convenerant, dicebatur fratrium: & officium, fratria; ſinguli vero, fratores: & ovis frater, & capra fratrius, quae mactabatur fratoribus.* Moris autem erat, ut coma illic tonderetur; idque fieri minime poterat, niſi oblato prius vino. Obſervare eſt ex citatis Heſychii, & Athenaei verbis. Atque inde κυρεῶον quoque dictum illud ſacrificium exiſtimo; etſi alii nuncupatum ita velint. Ἡνίκα ἐγράφοντο οἱ κοῦροι εἰς τὸς φράτορας. *Quando notabantur adoleſcentes in fratoras vel tribules.* Vt inquit Etymologici Auctor in Κυρεῶον. Et Scholiaſtes Ariſtophanis ad Ranas. Τοῦτο ἤ κέκληται κυρεῶον, ἀπὸ τῶν κόρων, ὑπὲρ ὧν ἐθύετο. *Id autem vocabatur Curium, ab adoleſcentibus, pro quibus mactabatur.* Ita ſcribo, non ut editur, ὑ. ὧν ἐδύντο, *pro quibus ſubibat.* Et apud Pollucem lib. VIII. cap. IX. ſect. XXVIII. Κυρεῶον quoque ſcribendum, pro Κόριον; ut ſtatim dicam. Apud Suidam hic locus peſſime tractatus. Vide eum in Μειαγωγέν. Et hinc dies, quo haec fierent, Κυρεῶτις adpellabatur: ut teſtantur Grammatici, quos iam laudavi. Erat autem tertius dies τ' ἀπατουρίων quae celebrabantur menſe Pyanepſione. Referebant autem in tribules quemadmodum filios, ita quoque filias; utque illorum cauſa inſtitutum ſacrificium, Κυρεῶον; ita harum, Γαμηλία dicebatur. Pollux loco ſtatim citato, ubi agit de tribulibus. Εἰς τούτους τός τε κόρους, καὶ τὰς κόρας εἰσῆγον. καὶ εἰς ἡλικίαν προελθόντων ἐν τῇ καλουμένῃ κυρεώτιδι ἡμέρᾳ, ὑπὲρ μὲν τῶν ἀρρένων, τὸ κυρεῖον ἔθυον. ὑπὲρ δὲ τῶν θηλειῶν, τὴν γαμηλίαν. *In hoc inducebant & adoleſcentes & puellas, & qui ad aetatem progreſſi erant, in die, quae vocabatur Cureotis vel Iuvenalis, pro maſculis quidem mactabant Curium. pro femellis vero nuptiale debitum.* Ita emendo. Hodie editur, Τὸ κόριον ἔθυον. Vbi valde errat Interpres eruditus, quum vertit. *Coriandrum offerebant.* Atque ad τὴν Γαμηλίαν quod attinet, de ea ita Harpocration ex Didymo. Καὶ Δίδυμ@ ὁ γραμματικὸς, ἐν μὲν τοῖς Ισαίου ὑπομνήμασί φησιν εἶναι τὴν γαμηλίαν τοῖς φράτορσιν ἐπιγαμοις διδομένην, παρατιθέμεν@ λέξιν Φανοδήμου, ἐν ᾗ οὐδὲν τοιοῦτον γέγραπται. ἐν ᾧ τοῖς εἰς Δημοσθένην, τὴν εἰς τὸς φράτορας εἰσαγωγὴν τῶν γυναικῶν, ὑδεμίαν ἀπόδειξιν τῆς ἐξηγήσεως περιθέμεν@. *Et Didymus grammaticus in commentariis Iſaei dicit nuptiale illud eſſe, quod tribulibus ad nuptias paratis dabatur, adponens ſententiam Pha-*

Digitized by Google

Phanodemi, in qua nihil tale ſcriptum eſt: In illis vero ad Demoſthenem, inductionem femellarum in tribules, nullam explicationis demonſtrationem circumdans. Sed corrupta initio verba ita reſcribo. Τὴν γαμηλίαν τοῖς Φράτορσιν ἐπὶ γάμοις διδομένην. *Nuptiale tribulibus propter nuptias datum.* Mendum item eſt apud Heſychium. Γαμηλία, Φέρνη εἰς γάμον, παρασκευὴν, καὶ δεῖπνον, ὁ τοῖς Φράτορσιν ἑποίᾳ ὁ γαμῶν. *Nuptiale, collatio ad nuptias, adparatum & coenam, quam tribulibus praebebat ducens uxorem.* Corrige, εἰς γάμου παρασκευὴν, *ad nuptiarum adparatum.* Fiebat enim tum, quum nupturae eſſent, Pollux lib. III. cap. III. Ἡ δὲ ἐπὶ γάμῳ θυσία ἐν τοῖς Φράτορσι, γαμηλία· καὶ τὸ ἔργον, γαμηλίαν εἰσενεγκεῖν. *Sacrificium vero ad nuptias in tribulibus, nuptiale; & ipſum opus, inferre nuptiale.* Mentio eius apud Demoſthenem in Orat. Πρὸς Εὐβουλίδην. Καὶ γὰρ ὁ πατήρ μου κατὰ τοὺς νόμους ἔγημε, καὶ γαμηλίαν τοῖς Φράτορσιν εἰσενήνοχε. *Quippe & pater meus iuxta leges duxit uxorem & nuptiale tribulibus intulit.* Et apud Iſaeum ὑπὲρ τοῦ πύρρου Κλήρου. Ἀλλὰ μὴν ὡς γε ἔστε γαμηλίαν εἰσήνεγκεν ὁ θεῖος ὑμῶν, ἔστε τὴν θυγατέρα, ἣν φασι γνησίαν αὐτῷ εἶναι ἔτοι, εἰσαγεῖν εἰς τοὺς Φράτορας ἠξίωσε. *Verumtamen ſic neque nuptiale intulit patruus veſter, neque filiam, quam dicunt iſti legitimam illi eſſe, inducere in tribules dignatus fuit.* Et mox iterum. Καὶ περὶ τῆς τοῖς Φράτορσι γαμηλίας μὴ ἀμνημονεῖτε. *Et ne obliviſcimini de nuptiali tribulibus debito.* Deinde, Ἐπείσθη ἂν καὶ γαμηλίαν ὑπὲρ αὐτῆς τοῖς Φράτορσιν εἰσενεγκεῖν. *Perſuaſus fuiſſet nuptiale pro tribulibus inferre.* Occurrit quoque ſemel iterumque in eiusdem Orat. Περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου. Libanius Declam. XXXVII. Ἑστιῶντα τοὺς οἰκείους, τοῖς Φράτορσι τὴν γαμηλίαν εἰσάγοντα. *Invitantem epulo domeſticos, tribulibus nuptiale inferentem.* Sed ſciendum, τὴν γαμηλίαν duplicem fuiſſe. Vna enim erat, de qua iam dixi; quae a parentibus fiebat, quum filias elocarent, nempe ut felices nuptias haberent: altera, quae ab ipſis ſponſis, pro liberorum ſuſceptione. Prior fiebat Iunoni, Veneri, ac Gratiis: altera Cotto, Gygi, ac Briareo, vel ut alii, Amalcidae, Protocli, & Protocleonti, qui Τριτοπάτορες indigetabantur. Etymologici Auctor confundit. Οἱ δέ φασι γαμηλίαν θυσίαν, ἣν ἔθυον τοῖς δημόταις οἱ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφόμενοι, καὶ μέλλοντες γαμεῖν. ἐγίνετο δὲ ἡ θυσία Ἥρᾳ, καὶ Ἀφροδίτῃ, καὶ Χάρισι. *Alii vero dicunt nuptiale eſſe ſacrificium, quod immolabant popularibus qui in ephebis ſcribebantur, & ducturi erant uxorem. Sacrificium vero fiebat Iunoni, & Veneri, & Gratiis.* Nam hoc ſacrificium non faciebant matrimonium inituri; ſed parentes, qui filias ſuas nuptum dabant: & faciebant, ut iam dixi, τοῖς Τριτοπάτορσι. Suidas in Τριτοπάτορες, ex Phanodemi lib. VI. Φανόδημος δὲ ἐν ἕκτῳ φησὶν, ὅτι μόνον οἱ Ἀθηναῖοι θύουσί τε καὶ εὔχονται αὐτοῖς ὑπὲρ γυναικῶν παίδων, ὅταν μέλλωσι γαμεῖν, ἐν δὲ τῷ Ὀρφέως φυσικῷ ὀνομάζεσθαι τοὺς Τριτοπάτορας, Ἀμαλκείδην, καὶ Πρωτοκλέα, καὶ Πρωτοκλέοντα, φυτωροὺς καὶ φύλακας ὄντας τῶν ἀνέμων. ὁ δὲ τὸ Ἐξηγητικὸν ποιησας, Οὐρανοῦ καὶ Γῆς φησιν αὐτοὺς εἶναι παῖδας. ἐνόμισε δ' αὐτοῖς Κόττον, Βριάρεων, καὶ Γύγλω. *Phanodemus in ſexto ait, ſolos Athenienſes ſacrificare illis & vota facere pro ſobole liberorum, quum nuptias facturi ſunt. Verum in Orphei Phyſico nominare Tritopatoras, Amalcidem, & Protoclen, & Protocleonta, ianitores & cuſtodes ventorum. Ille vero, cuius eſt Exegeticum, Coeli, & Terrae dicit eos eſſe filios: nomina autem eorum, Cottum, Briareum, & Gygen.* Quae totidem pene verbis Etymologici Auctor in eadem voce. Haec ſacrificia Lycophron vocat γαμηλίους θυηλάς. Ad quem locum vide quae notavimus ante hos viginti annos. Vt autem finiam. Qui ita in tribules relati eſſent, albo inſcribebantur, quod κοινὸν γραμματεῖον dictum. Harpocration. Κοινὸν Γραμματεῖόν ἐστιν, εἰς ὃ ἐνεγράφοντο οἱ εἰσαγόμενοι εἰς τοὺς Φράτορας καὶ γενήτας. *Commune album eſt, in quo inſcribebantur illi, qui inducebantur in tribules & gentiles.*

CAP. II.

Δεκάτη. Δεκάτῳ πράττειν. Δεκατεύειν. Ἐνδεκατεύειν. Δεκατευτήρια. Heſychius, & Pollux, correcti. Demoſthenis Oratio Περὶ τῶν ἀτελειῶν. *Harpocration emendatus.*

APud Athenienſes inter cetera tributa Δεκάτη erat; quam qui exigerent, Δεκάτῳ πράττειν, vel εἰσπράττειν; atque uno verbo, Δεκατεύειν, & Ἐνδεκατεύειν dicebantur. Res non ignota. Sed corruptus de ea eſt Heſychii locus. Ἐνδεκαδίκορ, εἶδός τι φασκωλίου. Ἐνδεκάτευσα τὴν δὲ κώπην ἐπαρξάμην. *Endecadicor, genus cruſmaenae; indecimavi hanc remum inchoavi.* Interpungo, & reſtituo. Ἐνδεκαδίκορ, εἶδός τι φασκωλίου. Ἐνδεκάτευσα, ἢ δεκάτην ἐπαρξάμην. *Endecadicor, genus crumaenae. Indecimavi, decimam exegi.* Loca, ubi exigi ſolita, Δεκατευτήρια nuncupata. Itaque emendandus Pollux lib. VIII. cap. V. Καὶ Δεκατευτήριά ποτε κατέσησαν, καὶ Δεκάτη τὸ τέλος ἦν. *Et loca ad decimam exigendam quandoque conſtituerunt, & decima erat vectigal.* Perperam editur, Καὶ Δεκατήρια. Et per hanc occaſionem Harpocration in Δεκατευτάς. Ὅτι δὲ ἦν τελώνιον ἡ Δεκάτη, σεσήλωκε Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν τελῶν. *Fuiſſe autem vectigal decimam, Demoſthenes in ſcripto de vectigalibus.* Demoſthenis Orationem Περὶ τῶν τελῶν adhuc quaero. Reſcribo, Ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελῶν, *in ſermone de immunitatibus.* Deſignat autem eam, quae vulgo inſcribitur, πρὸς Λεπτίνην, quae περὶ τῶν ἀτελῶν ob argumentum ab Auctoribus indigetatur. Dionyſius Halicarnaſſeus in Epiſtola ad Ammaeum, ubi de Demoſthenis Orationibus iudicium fert. Καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἕτερος ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος, ὁ περὶ τῶν ἀτελῶν, ὃν αὐτὸς διέθετο, χαριέστατος ἁπάντων τῶν λόγων καὶ γραφικώτατος. *Et eodem tempore alius (ſermo) Calliſtrato archonte, qui eſt de immunitatibus, quem ipſe digeſſit, venuſtiſſimus omnium ſermone & diſertiſſimus.* Plutarchus in eius Vita. Παναίτιος δὲ ὁ φιλόσοφος καὶ

τῶν

τῶν λόγων αὐτῦ φησιν οὕτω γεγράφθαι τὰς πλείους, ὡς μόνον τῦ καλῦ δι' αὐτὸ αἱρετὸν ὄντος, ἢ περὶ τῦ στεφάνου, τὸν κατὰ Ἀριστοκράτους, ἢ ὑπὲρ τῶν ἀτελῶν. *Panaetius autem Philosophus etiam sermonum eius plurimos ita scriptos esse dicit, quasi bono tantum propter ipsum eligendo, ut illum de corona, contra Aristocraten, de immunitatibus.* Athenaeus lib. IV. Τὄνομα αὐτῦ παρέλιπε Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ ἀτελειῶν. *Nomen igitur reliquit Demosthenes in sermone de immunitatibus.* Priscianus lib. XVIII. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν. Ἔστι γὰρ γένει μὲν ὁ Λεύκων δή που ξένος. *Demosthenes in sermone de immunitatibus: Est enim genere quidem Leucon alicunde peregrinus.*

CAP. III.

Lycurgi Orationes quot, quaeque earum inscriptiones. Suidas pluries, Pollux, Plutarchus, & Harpocration, semel emendati.

LYcurgi Rhetoris Orationes feruntur quindecim. Plutarchus testis lib. De X. Rhethor. in eius Vita. Φέρονται δὲ τῦ ῥήτορος (Λυκούργου) λόγοι δεκαπέντε. *Feruntur autem Oratoris Lycurgi orationes quindecim.* Et Photius in Bibliotheca. Λυκούργου δὲ, οὐδενὸς τῶν ἄλλων, ὅσοι τελεῖν εἰς ῥήτορας καὶ δεμαγωγοὺς, τὸ ἔλαττον φερομένου, ὅπως παρέσχεν ἡμῖν ὁ χρόνος λόγους ἀναγνῶναι. φέρεσθαι δὲ αὐτῦ ἐξ ἱστορίας πεντεκαίδεκα μεμαθήκαμεν. *Lycurgi vero, in nulla parte eorum, quae ad Oratores, & Magistratus pertinent, inferioris nondum concessit nobis tempus legere orationes. Ceterum didicimus inquirendo quindecim eius ferri.* Atque ex illis quatuordecim memorat Suidas in Λυκούργος. Λόγοι δ' αὐτοῦ εἰσιν οἱ σωζόμενοι γνήσιοι. κατὰ Ἀριστογείτονος. κατὰ Αὐτολύκου. κατὰ Λεωκράτους· κατὰ Λυκόφρονος β'. κατὰ Πασικλέους. κατὰ Δημάδου. ἀπολογία πρὸς τὸν αὐτὸν, ὑπὲρ τῶν εὐθυνῶν. πρὸς Ἰσχυρίαν πρὸς τὰς μαντείας. περὶ τῆς διοικήσεως. περὶ τῆς ἱερατείας. περὶ τῆς ἱεροσύνης. *Orationes autem eius sunt superstites certae; contra Aristogitonem, contra Autolycum, contra Leocratem, contra Lycophronem duae, contra Pasiclen, contra Menaechmum, contra Demadem, Defensio contra eumdem, de rationibus, adversus Ischyrian, adversus vaticinia, de administratione, de sacerdotali munere, de sacerdotio.* Verum luxatum initio locum, & corruptum, existimo; restituendumque, Κατὰ Πασικλέους, κατὰ Δημάδου, κατὰ Μενεσαίχμου. ἀπολογία πρὸς τὸν αὐτὸν, ὑπὲρ τῶν εὐθυνῶν. *Contra Pasiclen, contra Menesaechmum, Defensio contra eumdem, de rationibus.* Nam Lycurgus Reipub. male administratae accusatus fuit a Menesaechmo, non a Demade; cuius calumnias luculenta oratione refutavit, quae Ἀπολογία ὑπὲρ τῶν εὐθυνῶν, *Defensio de rationibus*, hoc loco Suidae. Ἀπολογισμὸς ὧν πεπολίτευται, *Defensio eorum, quae gessit in administranda Republica.* Harpocrationi in Δερματικὸς, & Ἐδωλιᾶσαι, nominatus. Restitui autem Μενεσαίχμου apud Suidam pro Μεναίχμου, ex historia, quae talis. Lycurgus moriturus in Metroum, & curiam deferri se iussit; cupiens Reipubl. administratae rationem illic reddere; quum autem nemo praeter Menesaechmum accusare auderet, dilutis calumniis, domum relatus est. Plutarchus loco citato. Μέλλων δὲ τελευτήσειν (ὁ Λυκοῦργος) εἰς τὸ Μητρῷον, καὶ τὸ βουλευτήριον, ἐκέλευσεν αὐτὸν κομισθῆναι, βουλόμενος εὐθύνας δοῦναι τῶν πεπολιτευμένων. οὐδενὸς δὲ κατηγορῆσαι τολμήσαντος πλὴν Μενεσαίχμου, τὰς διαβολὰς ἀπολυσάμενος, εἰς τὴν οἰκίαν ἀπεκομίσθη. *Moriturus vero (Lycurgus) in Metroum, & Curiam iussit se deferri, volens rationes reddere eorum, quae gessisset in Magistratu. Sed nullo accusare eum auso praeter Menesaechmum, calumnias dissipans, relatus domum fuit.* Commemorat eadem Photius in Bibliotheca. Neque aliter Harpocration citat in Ἀρκύων, & Δηλιασαί. Ipse etiam Suidas in Προηροσίαι· Corrigendus vero etiam Pollux lib. VII. cap. XXVI. Καὶ σπογγοκολυμβηταὶ δὲ Λυκοῦργος εἴρηκεν ἐν τῷ κατὰ Μενεσαίχμου. *Et spongiurinatores vero dixit Lycurgus in oratione contra Menesaechmum.* Editur hodie, Ἐν τῷ κατὰ Μενεσέμνου. Porro in istis Suidae verbis mendosa inscriptio, Κατὰ Πασικλέους. Rescribe, Κατὰ Λυσικλέους, *Contra Lysiclem.* Nam praetorem Lysiclem accusavit, & contra eum illa Oratio est. Plutarchus ibidem. Εἶπε δὲ καὶ περὶ ἱερῶν πολλάκις γραψάμενος Αὐτόλυκον τὸν Ἀρεοπαγίτην, καὶ Λυσικλέα τὸν στρατηγόν, καὶ Δημάδην τὸν Δημίου. *Dixit vero etiam saepe de sacris, postulans Autolycum Areopagitam, & ducem Lysiclen, & Demaden Demiae.* Et ita diserte laudat Harpocration in Ἐπὶ Δημίῳ μάχῃ. Iam pro περὶ Ἱερατείας, citant περὶ Ἱρείας ipse Suidas in συσσημαίνεσθαι, Priscianus lib. XVIII. & Harpocration in Ἀλόσῃ, Διήλλαξιν, Νίκῃ Ἀθηνᾶ, & Τραπεζοφόρος. Habemus ergo Lycurgi Orationes omnes, praeter unam, quam ut quaeramus est necesse. Ac fuerit ea, Κατὰ Διφίλου, *Contra Diphilum*, Nam & Diphilum accusavit, qui, subductis e metallis argentariis columnis, magnas sibi divitias paraverat. Plutarchus. Ἔκρινε δὲ καὶ Δίφιλον ἐκ τῶν ἀργυρίων μετάλλων τὰς μεσοκρανεῖς, οἳ ἐβάσταζον τὰ ὑπερκείμενα βάρη, ὑφελόντα. καὶ ἐξ αὐτῶν πεπλουτηκότα παρὰ τοὺς νόμους. *Sed etiam in iudicium vocavit Diphilum, qui ex argenti metallis medias columnas, quae sustinebant superimposita pondera, sustulerat, & inde praeter leges dives factus erat.* Sed ut e Plutarcho Suidam semel, iterumque correximus, ita e Suida etiam Plutarchum corrigamus. Vides titulum Orationis, Κατὰ Λεωκράτους, *Contra Leocratem.* Rescribendum ad id exemplum in Plutarcho, Εὐθυνὰς Ἀρεογείτονα, καὶ Λεωκράτη, καὶ Αὐτόλυκον δουλείας. *Rationes Aristogitonem, & Leocratem, & Autolycum servitutis.* Non recte in vulgatis editur, καὶ Κλεωκράτη. Etiam Harpocrationem in Στρωτῆρ, ubi parum recte, κατὰ Ἀσχυρίου, *contra Aschyriam*, inscribitur illa Oratio, quae apud Suidam, πρὸς Ἰσχυρίαν, *contra Ischyriam* [a].

CAP.

[a] De his consule *Bibliothecam Atticam*.

Digitized by Google

CAP. IV.

De tribus Athenarum muris. Μακρὸν τεῖχος. Διὰ μέσου τεῖχος. Μακρὰ τείχη. ***Quis aedificandi auctor; ac quis fecerit. Quae longitudo.*** Τὰ σκέλη. Τεῖχος Φαληρικὸν, ***eiusque item longitudo.***

TRes Athenarum muri commemorantur; unus, Μακρὸν τεῖχος, *longus murus*; alter, διὰ μέσου τεῖχος, *in medio murus*; tertius, Φαληρικὸν τεῖχος, *Phalericus murus*, nuncupatus. Μακρὸν τεῖχος, laudatur ab Andocide in Orat. Περὶ τῶν μυστηρίων. Ἀναχαλέσαντες δὲ τοὺς στρατηγοὺς, ἀνειπεῖν ἐκέλευσαν, Ἀθηναίων τοὺς μὲν ἐν ἄστει οἰκοῦντας, ἰέναι εἰς τὴν ἀγορὰν, τὰ ὅπλα λαβόντας· τοὺς δ' ἐν μακρῷ τείχει, εἴς γε Θησεῖον. *Revocatis autem ducibus, pronunciare iusserunt, Athenienses illos, qui in urbe habitabant, ire in forum, sumtis armis; illos vero, qui in longo muro, ad Thesei templum.* Thucydides lib. II. Ἔστι δὲ αὐτοῦ, ὃ καὶ ἀφύλακτον ἦν, τὸ μεταξὺ τοῦ τε μακροῦ καὶ τοῦ Φαληρικοῦ. *Est autem eius, quod etiam incustoditum erat, istud inter longum, & Phalericum.* Alterum, ut dixi, Διὰ μέσου τεῖχος dicebatur. Eius meminit Plato in Gorgia. Περικλέης δὲ καὶ αὐτὸς ἦκουον, ὅστε συνεβούλευε ἡμῖν περὶ τοῦ διὰ μέσου τείχους. *Periclem vero, & ipse audivi, quum consilium nobis daret de muro in medio.* Plutarchus De Gloria Athen. Καίτοι καὶ τοῦτον ὡς βραδέως ἀνύοντα τοῖς ἔργοις ἐπισκώπτων Κρατῖνος, οὕτω πως λέγει περὶ τοῦ διὰ μέσου τέχους. *Quamvis etiam hunc tamquam tarde peragentem rebus deridens Cratinus, ita fere dicit de muro in medio.* Dion Chrysostomus Orat. VI. Καίτοι διακοσίων σταδίων εἶναι τὴν περίμετρον τῶν Ἀθηνῶν, τοῦ Πειραιέως συντιθεμένου, καὶ τῶν διὰ μέσου τειχῶν. *Quamvis ducentorum stadiorum esse circuitum Athenarum, computato Piraeeo, & muris in medio.* Sed sciendum longum murum duplicem fuisse; unum Βόρειον, alterum Νότιον, & Διὰ μέσου nominatum. Vides distincte apud Harpocrationem. Τριῶν ὄντων τειχῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Τριφάλητι, τοῦ τε Βορείου, καὶ τοῦ Νοτίου, καὶ τοῦ Φαληρικοῦ, διὰ μέσου τούτων ἐλέγετο τὸ Νότιον. *Quum tres sint muri in Attica, ut etiam Aristophanes ait in Triphalete, Septentrionali, Australi, & Phalerico, in medio illorum dicebatur Australis.* Meminit τοῦ Βορείου Andocides Orat. Περὶ τῆς πρὸς Λακεδ. εἰρ. Πρῶτον μὲν τὸν Πειραιᾶ ἐτειχίσαμεν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, εἶτα τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ Βόρειον. *Primo quidem Piraeeum munivimus in illo tempore, deinde longum murum Septentrionalem.* Item AEschines Περὶ παραπρεσβ. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐτειχίσαμεν τὸν Πειραιᾶ. καὶ τὸ Βόρειον τεῖχος ᾠκοδομήσαμεν. *In illo tempore munivimus Piraeeum, & Borealem murum aedificavimus.* Iam τοῦ Νοτίου iterum Andocides mox in eadem Orat. Καὶ τὸ τεῖχος τὸ Μακρὸν τὸ Νότιον ἐτειχίσθη. *Et murum longum Australis munitus fuit.* Laudat quoque Pausanias Atticis. Ἐπὶ δὲ τοῦ Νοτίου καλουμένου τείχους, ὃ τῆς ἀκροπόλεως ἐς τὸ θέατρόν ἐστι τετραμμένον, ἐπὶ τούτου Μεδούσης τῆς Γοργόνος ἐπίχρυσος ἀνάκειται κεφαλή. *In muro autem, qui vocatur Australis, qui in arcis parte versus theatrum est conversus, in eo Medusae Gorgonis aureum dedicatum est caput.* Vtrumque murum simul numero plurali Μακρὰ τείχη vocabant. Arrianus in Epictetum lib. III. cap. XXIV. Ἵν' ἴδῃ ποτὲ τὸν Πειραιᾶ τὸν καλὸν, καὶ τὰ Μακρὰ τείχη, καὶ τὴν ἀκρόπολιν. *Vt videat aliquando Piraeeum pulcrum, & longos muros, & arcem.* Connectebant vero Vrbi portum Piraeeum. Scholiastes Aristophanis ad Equites. Αἰνίττεται δὲ διὰ τούτων τὰ Μακρὰ τείχη παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις καλούμενα. Μακρὰ δὲ ἐλέγοντο, διὰ τὸ ἀπὸ τῆς πόλεως διήκειν μέχρι τοῦ Πειραιᾶ. *Significat vero per haec longos muros ab Athenienſibus vocatos. Longi autem dicebantur, quia ab urbe pertinebant, usque ad Piraeeum.* Fieri consuluit Pericles, redimente opus Callicrate. Plutarchus in Vita eius. Τὸ δὲ Μακρὸν τεῖχος, περὶ οὗ Σωκράτης ἀκοῦσαί φησιν αὐτὸς εἰσηγουμένου γνώμην Περικλέους, ἠρξολάβησε Καλλικράτης. *Longus autem murus, de quo Socrates audivisse ait ipse Periclem dicentem sententiam, suscepit exstruendum Callicrates.* De Periclis consilio est etiam videre in citatis Platonis verbis, ut & in illis eiusdem Plutarchi, libro De Gloria Athen. Erat autem longitudo stadiorum quadraginta. Strabo lib. IX. Ταῦτα δὲ ἦν Μακρὰ τείχη, τετταράκοντα σταδίων τὸ μῆκος, συνάπτοντα τὸ ἄστυ τῷ Πειραιεῖ. *Hi vero longi muri erant longitudine stadiorum quadraginta, connectentes Vrbem Piraeeo.* Thucydides lib. II. Τὰ δὲ Μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ, τεσσαράκοντα σταδίων. *Longi vero muri usque ad Piraeeum quadraginta stadiorum.* Huc pertinet illud Diogenis Laertii in Antisthene lib. VI. Οἰκῶν τε ἐν Πειραιεῖ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοὺς τετταράκοντα σταδίους ἀνιὼν, ἤκουσε Σωκράτους. *Habitansque in Piraeeo, quotidie quadraginta stadia adscendens, audiebat Socratem.* Errat itaque Scholiastes Aristophanis ad Equites, qui triginta quinque tantum commemorat. Καὶ τὸν Πειραιᾶ γὰρ ἐτείχισε, ὃς ἀπεῖχε τῆς πόλεως σταδίους τριάκοντα πέντε, παρὰ θάλατταν ὤν. *Nam & Piraeeum munivit, qui aberat ab Vrbe stadia triginta quinque, Mari propinquum.* Altitudo eorum tot habebat cubitus, quot longitudo stadia, ideſt, XL. Observo apud Appianum De Bell. Mithrid. Ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ κατῆλθε, καταχεκλιμένων εἰς τὰ τείχη τῶν πολεμίων. ὕψος δ' ἦν τὰ τείχη πήχεων τεσσαράκοντα μάλιστα. *Ad Piraeeum descendit, hostibus intra muros conclusis. Altitudo autem murorum erat admodum quadraginta cubitorum.* Atque hi muri τὰ Σκέλη dicebantur. Plutarchus in Cimone. Λέγεται δὲ καὶ τῶν Μακρῶν τειχῶν, ἃ Σκέλη καλοῦσι, συντελεσθῆναι μὲν ὕστερον τὴν οἰκοδομίαν. *Dicitur vero etiam longorum murorum, quae Crura, vel Brachia vocant, consummavisse postea exstructionem.* Strabo loco citato. Τῷ δὲ τείχει τούτῳ συνῆπται τὰ καθειλκυσμένα ἐκ τοῦ ἄστεος Σκέλη· ταῦτα δ' ἦν τὰ Μακρὰ τείχη. *Huic muro iniuncta sunt deducta ex urbe Crura, vel Brachia. Haec autem erant illi Longi muri.* Scylax in Periplo, ubi Atticam de-

describit. Κατὰ τοῦτό ἐστι Σαλαμὶς νῆσος, καὶ πόλις, καὶ λιμήν. ἔπειτα ὁ Πειραιεὺς, καὶ τὰ Σκέλη, καὶ Ἀθῆναι. *Illis est Salamis Insula, & Vrbs, & Portus, deinde Piraeeus, & Crura, vel Brachia, & Athenae.* Appianus De Bello Mithrid. Τά τε Μακρὰ Σκέλη καθῆρει, λίθους, καὶ ξύλα, καὶ γῆν ἐς τὸ χῶμα μεταβάλλων. *Et Longa Crura, vel Brachia deiecit, lapides & ligna, & terram in aggerem transmutans.* Restat iam murus tertius, Phalericus; cuius meminerunt Thucydides, & Harpocration loco citato. Eius longitudo stadiorum triginta quinque. Thucydides libro citato. Τοῦτε γὰρ Φαληρικοῦ τείχους σταδίοι ἦσαν πέντε, καὶ τριάκοντα πρὸς τὸν κύκλον τῆ ἄκρᾳ. *Nam Phalerici muri stadia erant quinque, & triginta ad circuitum Vrbis.* Sed Pausanias valide hic turbat, qui ait Phalerum Athenis tantum viginti stadiis abfuisse. Ita enim ait in Arcad. Ἀθηναίοις μὲν δὴ σταδίους μάλιστα εἴκοσιν ἀφέστηκε τοῦ πόλεως ὁ πρὸς Φαληρῷ θάλασσα. *Athenienſibus quidem ſtadia admodum viginti abeſt ab Vrbe Mare ad Phalerum.* Vides diſerte. Quomodo igitur murus, qui Phalero Athenas ducebat, ſtadiorum triginta quinque? Inquirendum in utro Auctore corrupti numeri [a].

CAP. V.

Dinarchus Κατὰ Πιστίου. *Plutarchus correctus. Idem*, Κατὰ Ἀρχεστράτου. *Harpocration emendatus.* Κατὰ Πυθέου. *Stephanus reſtitutus.* Κατὰ Κλεομέδοντος. *Ammonius emendatus. Hyperides* Δηλιακός. *Scholiaſtes Ariſtophanis emaculatus.*

INter Dinarchi (b) Orationes publicas recenſetur una a Dionyſio Halicarnaſſeo, Κατὰ Πιστίου. Meminit eius Harpocration in Βουλεύσεως. Τῶ μὲν οὖν προτέρου μάρτυς Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Εὐκλείδου, ἐπὶ Παλλαδίῳ λέγων εἶναι τὰς δίκας. Δείναρχος δὲ ἐν τῷ κατὰ Πιστίου, ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. *Prioris quidem igitur teſtis Iſaeus in ſermone contra Eucliden, ad Palladium dicens eſſe iudicia; Dinarchus vero in oratione contra Piſtian in Areopago.* Itaque emendandus Plutarchus lib. De X. Rhetor in Lycurgo. Περὶ δὲ τῆς κηδείας ταύτης λέγει ὁ Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πιστίου. *De exſequiis autem illis dicit Dinarchus in oratione contra Piſtian.* Non recte est in hodie editis, Ἐν τῷ κατὰ Παστίου, *in oratione contra Paſtian.* Eiusdem erat, Κατὰ Ἀρχεστράτου. Harpocration in Ἀποψηφίζεσθαι. Δείναρχος ἐν τῷ κατ' Ἀρχεστράτου. *Condemnare. Dinarchus in oratione contra Archeſtratum.* Ita recte est in Codice manuscripto Vaticano. Neque aliter Suidas habet in eadem voce. Est autem illa ipsa Oratio, quae a Dionyſio Halicarnaſſeo inscribitur, Πρὸς Ἀρχέστρατον. Fuerunt etiam binae, Κατὰ Πυθέου, ut est videre apud Dionyſium; meminitque Harpocration in Ἀρρηφορεῖν. Itaque corrigendus Stephanus in Αἴγινα. Ὡς Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πυθέου ξενίας. *AEgina. Sicut Dinarchus in*

Meurſii Tom. II.

oratione contra Pythean de peregrinitate. Editur hodie, Ἐν τῇ κατὰ Ποθέου, Erat quoque, Κατὰ Κλεομέδοντος, quae inter genuinas privatas a Dionyſio numeratur. Laudaturque ab Harpocratione in Αὐτοδοκεῖν. Memineratque Ammonius De Diff. Voc. ſed corruptus hodie locus, Μέναρχος ἐν τῷ κατὰ Κλεομέδοντος. *Menarchus in oratione contra Cleomedontem.* Reſcribo, Δέναρχος ἐν τῷ κ. κ. Inter Hyperidis Orationes est Δηλιακός. Sopater in Hermogenem. Ἔχεις δὲ διπλοῦν σοχασμὸν παρὰ Ὑπερίδῃ ἐν τῷ Δηλιακῷ. *Habes vero duplicem coniecturam apud Hyperiden in Deliaca.* Et Anonymus περὶ Ἰδεῶν, Sect. 1. Διότερ τὰς ἐν Δηλιακῷ Ὑπερίδου πόρρω τούτων ἐξάναι φησί. *Propterea illas in Deliaca Hyperidae procul ab his diſtare ait.* Priſcianus lib. XVIII. Hyperides Δηλιακῷ. Εὐταυθὶ θύεται τῷ Ἀπόλλωνι δσημέραι, καὶ μερὶς αὐτῷ, καὶ δεῖπνον παρατίθεναι. *Illic ſacrificatur Apollini quotidie, parſque illi, & coena adponitur.* De eius scribendae occasione videndus Plutarchus De X. Rhet. in Hyperide. Corruptum autem nomen arbitror apud Scholiasten Comici Avibus; restituendumque, Οἱ δὲ Ὑπερίδης ἐν τῷ Δηλιακῷ, καὶ ὅτι Χῖοι ἠύχοντο Ἀθηναίοις, δεδήλωκε. *Hyperides vero in Deliaca etiam Chios oraviſſe Athenienſes, aperuit.* Certe rectum esse non potest, quod hodie vulgatur, Ὑπερίδης ἐν τῷ χαλκῷ, *Hyperides in ære.* Meminit vero Hyperideae huius Orationis etiam Harpocration. Ἀγοράσαι, ἀντὶ τοῦ ὠνήσασθαι. Ὑπερίδης ἐν τῷ Δελιακῷ. *In foro verſari, pro emere. Hyperides in Deliaco* (c).

CAP. VI.

Demoſthenis Philippicae quot. Oratio Περὶ τῆς Ἀλονήσου *a quibusdam Philippica ſecunda. Quis verus eius Auctor. Heſychius, Suidas, & Plutarchus, emendati.*

VEteres Demosthenis Orationes Φιλιππικὰς vocabant, non quae ita hodie inscribuntur, quinque numero; sed priores decem omnes, & duodecimam; nam quae undecima, ea Philippi ad Athenienses Epistola est, non Demosthenis Oratio. Neque alio nomine laudarunt antiqui; & in primis apud Harpocrationem observare est, locis pluribus. Inter illas septima ordine, quae Περὶ τῆς Ἀλονήσου inscribitur, video controversum esse, an sit genuina ipsius. Harpocration in Ἀλέξανδρος. Ἄλλος δὲ Ἀλέξανδρος Μολοττὸς, ἀδελφὸς Ὀλυμπιάδος τῆς Φιλίππου γυναικὸς, ὃν πάλιν Δημοσθένης μνημονεύει, ἐν ἑβδόμῳ Φιλιππικῶν, ἐὰ γνήσιος ὁ λόγος. *Alius Alexander Molottus, frater Olympiadis Philippi uxoris, cuius iterum meminit Demoſthenes in ſeptimo Philippicorum, ſi genuina eſt oratio.* In ea Oratione locus, quem respexit, iste est. Καὶ τὰς πόλεις βιασάμενος, παρέδωκεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ κηδεστῇ τῷ ἑαυτοῦ δυλεύειν. *Et Vrbes violente opprimens, tradidit Alexandro*

 affi-

(a) De his muris consule *Lib.* III. *Athen. Attic.*
(b) Vide quae habet de Dinarcho in *Bibliotheca Attica.*
(c) Consule *Bibliothecam Atticam.*

Digitized by Google

adſini ſuo, cui ſervirent. Sed haec a quibusdam Philippica ſecunda adpellata. Photius in Bibliotheca. Τινὲς μὲν ἓν τὸν περὶ Ἁλονήσου λόγον, ὃς καὶ κατὰ Φιλίππου ἐπιγράφεται δεύτερος, καὶ γὰρ πρὸς τὴν ἐπιστολὴν ὁ ῥήτωρ ἀνταγωνίζεται τῷ Φιλίππῳ, ὃ φασιν εἶναι γνήσιον Δημοσθένους. *Nonnulli igitur quidem orationem de Haloneſo, quae etiam inſcribitur contra Philippum ſecunda, nam & contra epiſtolam Philippi inſurgit Orator, negant eſſe genuinam Demoſthenis*. Vbi vides itidem controverſiam de Auctoris veritate. Libanius Hegeſippo a quibusdam adſcriptam tradit in Argumento. Οὐ λόγος ἔμοι δοκεῖ Δημοσθένους εἶναι, δηλοῖ δὴ ἡ φράσις, καὶ ἡ τῆς συνθέσεως ἁρμονία. *Oratio mihi non videtur eſſe Demoſthenis. Indicat autem loquutio, & ſtructurae convenientia*. Et mox. Ὑπώπτευσαν δὴ καὶ οἱ πρεσβύτεροι τὸν λόγον, ὡς ὁ τοῦ ῥήτορος, καί πε φωράκασί γε τινὲς ὄντα Ἡγησίππου. *Sed & vetuſtiores ſubſpectam habuerunt orationem, quaſi non eſſet oratoris; & deprehenderunt quidam eſſe Hegeſippi*. Item Suidas. Ἡγήσιππος, οὗτός ἐστιν ὁ Κρώβυλος ἐπικαλούμενος, ὃ δοκεῖ εἶναι ὁ ἕβδομος Φιλιππικός. *Hegeſippus, ille eſt cognominatus Crobylus, cuius videtur eſſe ſeptima Philippica*. Emendandus per occaſionem in huius Hegeſippi nomine inſignis admodum Heſychii locus, qui hodie in Κρώβυλος ita habet. Κρώβυλος, ὁ ὁμαλὸς τῶν παίδων, ἢ ὁ κόρυμβος τῆς ἐκπλοκῆς, ἢ ἐστιν ἀνλωσεγμένη ἀπὸ μέσου τοῦ μετώπου ἐπὶ τὴν κορυφήν. οὕτω δὴ καὶ ὁ ῥήτωρ Ἡγήσιππος καὶ δῆγλος ἐκαλεῖτο. *Crobylus, ſimilis puerorum, aut galericulum flexionis capillorum, quae eſt ſubducta ab media fronte ad verticem. Sic autem & orator Hegeſippus, & deggus vocabatur*. Scribe primum, Κρωβύλος, ὁ μαλλὸς τῶν παίδων *Crobylus lanugo puerorum*. Idem mendum quoque eſt apud Suidam in eadem voce. Deinde in fine reſtitue, Ὁ ῥήτωρ Ἡγήσιππος, καὶ δημαγωγὸς, ἐκαλεῖτο. *Orator Hegeſippus, & populi ductor, vocabatur*. Sed quia de Demoſthene agimus, corrigamus per occaſionem Plutarchi locum, lib. De Gloria Athen. Nota eſt eius Oratio Κατὰ Κόνωνος αἰκίας. Eius meminit, ut dixi, Plutarchus libro citato; ſed corruptis hodie verbis. Ἀλλὰ δὴ καὶ μετὰ τοὺς Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος λόγους, ἄξιόν ἐστι τοῖς στρατηγοῖς παραβάλλειν τὸν κατὰ Κόνωνος ἀνοίας, τοῖς περὶ Πύλον τροπαίοις ἐκείνου. *Attamen etiam poſt ſermones Demoſthenis oratoris, operae pretium eſt ducibus, obiicere orationem contra Cononem ſtultitiae, eius circa Pylum tropaeis*. Reſtituo, Κατὰ Κόνωνος αἰκίας, *contra Cononem crudelitatis* (a).

CAP. VII.

Θριασίαι πύλαι. Δίπυλον. *Harpocration emendatus.*

INter portas Athenarum erant Πύλαι Θριασίαι. Heſychius. Θριασίαι, πύλαι οὕτω καλοῦνται Ἀθήνησιν. *Thriaſiae portae ſic vocantur Athenis*. Corruptus in hoc nomine Harpocrationis locus in Ἀνχεμόκριτος, ex Iſaei Oratione Πρὸς Καλυδῶνα. Τότε βαλανεῖον τὸ παρ' Ἀνθεμοκρίτου ἀνδριάντα. τουτέστι, πρὸς ταῖς Θρασείαις πύλαις. *Et balneum apud ſtatuam Anthemocriti; hoc eſt, ad Thracias portas*. Ita in Aldina editione, utraque legitur. Philippus Mauſſacus, egregia doctrina iuvenis, & non vulgariter de Harpocratione meritus reſtituit, Πρὸς ταῖς Θρακίαις πύλαις, *ad Thracias portas*. Et ad loci illuſtrationem plura pollicitus in voce Πύλαι, nihil dicit. Ego veram lectionem eſſe cenſeam, Θριασίαις πύλαις, *Thriaſias portas*. Ea porta poſtea, Δίπυλον adpellata. Plutarchus in Pericle, & hoc docet, & valide meam emendationem firmat. Ταφῆναι δ' Ἀνθεμόκριτον παρὰ τὰς Θριασίας πύλας, αἳ νῦν Δίπυλον ὀνομάζονται. *Sepultum vero eſſe Anthemocritum ad Thriaſias portas, quae nunc Dipylum nominantur* (b). Erat autem haec maxima omnium, quae Athenis. Livius ab V. C. lib. XXXI. *Ad Dipylon acceſſit. Porta ea velut in ore urbis poſita, maior aliquanto patentiorque, quam ceterae eſt; & intra eam, extraque latae ſunt viae*. Meminit eius iterum Plutarchus in Sylla. Οὐ περὶ τὴν ἀγορὰν φόνος ἐπέσχε πάντα τὸν ἐντὸς τοῦ Διπύλου Κεραμεικόν. *Caedes circa forum obtinuit omnem intra Dipylum Ceramicum*. Et Polybius Legat. Eclog. III. Ἐπὶ δ' εἰσῆλθε κατὰ τὸ Δίπυλον, ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους παρέσησαν τὰς ἱερείας, καὶ τοὺς ἱερεῖς. *Poſtquam vero intravit ad Dipylum, ab utroque latere conſtituerunt ſacerdotes, feminas, & viros*.

CAP. VIII.

Hyperidis Oratio, κατ' Ἀριſταγόρα. Theon emendatus, Lyſiae Orationes quot, & genuinae. Suidas correctus. Eius una, κατὰ Νικίου. Harpocration bis correptus.

INter Hyperidis Orationes una fuit, Κατ' Ἀριſταγόρα. Laudat Harpocration in Ἀφύκε, rectiſſime emendante illic eruditiſſimo Mauſſaco. Sed corrigendus etiam Theon in Progymn. cap. Περὶ τῆς τῶν νέων ἀγωγῆς. Ἔτι δὲ καὶ Λυκοῦργος κατὰ Μόσχου, ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονος. καὶ Ὑπερίδης κατὰ τῶν ἑταιρῶν, ἐν τῇ κατ' Ἀριſταγόρα. *Praeterea vero, & Lycurgi contra Moſchum in oratione contra Lycophronem, & Hyperide contra meretrices, in ea contra Ariſtagoram*. Hodie editur, Κατὰ τῶν ἑταίρων, ἐν τῇ κατ' Ἀριſταγόρου. Neque audiendus vir praeſtantiſſimus Ioachimus Camerarius, qui cupiebat, κατά τινων ἑτέρων, καὶ ἐν τῷ κατ' Ἀ. *Contra aliquos alios, & in ea contra A*. Lyſias ſcripſiſſe fertur Orationes ccccxxv. e quibus tantum ccxxxiii. genuinae ipſius exiſtimatae. Accipio ex Photio in Bibliotheca. Ἀνεγνώσθησαν Λυσίου λόγοι διάφοροι, φέρονται δὲ αὐτοῦ εἰκοσιπέντε, καὶ τετρακόσιοι, ὧν τοῖς γνησίοις τρεῖς, καὶ τριάκοντα, καὶ διακόσιοι ἐγκρίνουσιν. *Lectae ſunt Lyſiae orationes diverſae. Feruntur autem eius viginti quinque & quadringentae, quarum genuinis tres & triginta & ducentas inſerunt*. Ergo corri-

(a) Conſule *Bibliothecam Atticam*.

(b) Adi *Lib.* III. *Athenar. Atticar. Cap.* XII.

Digitized by Google

corrigendus de eo Suidas. Λόγοι δ' αὐτῦ (τῦ Λυσίυ) λέγονται εἶναι γνήσιοι ὑπὲρ τὺς σ'. καὶ ἕτεροι πρὸς τύτοις ἀμφισβητύμενοι. *Orationes autem eius (Lysiae) dicuntur esse genuinae ultra ducentas; & aliae praeter has, de quibus dubitatur.* Non rectum est, quod hodie editur, ὑπὲρ τὺς τ'. *super trecentas.* Inter controversias una fuit, κατὰ Νικίυ. Harpocration. Κητλοὶ. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Νικίυ ἀργίας. *Cetti. Lysias in oratione contra Nician socordiae.* Corrigendus idem in Διαγράψαιτο, ubi male, Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Νικίδυ. *Lysias in oratione contra Nicidan*, Rescribe utrobique, Λ. ἐν τῷ κατὰ Νικίυ. *L. in oratione contra Nician.* Confirmat emendationem nostram Diogenes Laertius in Solone libro I. Καὶ ὁ ἀργὸς ὑπεύθυνος ἔσω παντὶ τῷ βυλομένῳ γράφεσθαι. Λυσίας δ' ἐν τῷ κατὰ Νικίυ Δράκοντά φησι γεγραφέναι τὸν νόμον, Σόλωνα δὲ τεθεικέναι. *Et ignavus obnoxius esto unicuique volenti accusare. Lysias autem in oratione contra Nician ait Draconem scripsisse istam legem, Solonem vero introduxisse* (a).

CAP. IX.

Lycus heros, & ab eo denominatum Athenis forum; ubi ipse lupi forma constitutus. Pollux emendatus. Λύκυ δεκάς. *Diogenianus correctus.* Γυλιαύχλω. *Pollux iterum restitutus.*

IN antiqua Historia Attica notus satis Lycus heros Pandionis filius. Meminerunt-que eius Herodotus lib. I. Aristophanes Vespis, Pausanias Atticis, Messeniacis, & Phocicis, Etymologici Auctor, Hesychius, Suidas, aliique. Et ab eo Athenis forum (b), Τὸ ἐπὶ Λύκῳ cognominatum; ibidemque eius statua, lupi forma. Ea de re emendandus Pollux lib. VIII. cap. X. quum de foris Athenien-sium agit. Τὸ ἐπὶ Λύκῳ (δικαστήριον) ἀφ' ᾧ καὶ ἡ Λύκυ δεκάς. καὶ ἥρως δὲ ἵδρυται αὐτόθι, ἔχων τῦ θηρίυ μορφήν. *Tribunal ad Lycum (Lupum) unde etiam Lyci decuria. Et heros autem collocatus est ibidem, habens animalis formam.* Hodie editur, καὶ Ἥρας δὲ ἵδρυται, *& Iunonis autem collocatum est.* Vertitque minus recte Interpres eruditus, *Et Iunonis illic templum constitutum erat, habens ferae formam* (c). Harpocration in Δεκάζων. Λύκῳ ἐστὶν Ἥρως πρὸς τοῖς ἐν Ἀθήναις δικαστηρίοις, τῦ θηρίυ μορφὴν ἔχων· πρὸς ὃν οἱ δωροδοκῦντες κατὰ δέκα γιγνόμενοι συνεστέφοντο, ὅθεν εἴρηται, Λύκυ δεκάς. *Lycus est heros ad tribunalia Athenis, habens animalis formam; ad quem donis captantes deni obversabantur, unde dici fuevit Lyci decuria.* Et in postremis verbis, Ὅθεν εἴρηται, Λύκυ δεκάς. Qua de re emendandus Diogenianus Cent. I. Prov. III. Ὁμοία τῇ, Λύκυ δεκάς· καὶ, Κρωβύλυ ζεῦγος, *Meursii Tom. II.* *similis illi, Lyci decuria; & , Crobyli iugum.* Perperam editur. Λύκων δεκάς. Non enim erat, *luporum decas;* sed *Lyci.* Sed quia in Polluce sumus, restituamus alterum quoque eius locum lib. X. cap. XXXI. ubi instrumentum militare percenset. Τύτοις δ' ἐπακτέον σφενδόνας, λίθυς, μολύβδια (d), πελέκεις, σαγάρεις, πυρεῖα, δέρρεις (e), σκιωὰς, μαχέλλας, κάμυς, ἱμάντας, ἀλύσεις, γελοίυς (f), σφωματόδεσμα (g), τελαμῶνας (h), καὶ ζωστῆρα, καὶ ὄχανον. *His vero adponi oportet fundas, lapides, glandes plumbeas, secures, sagares, ignitabula, pelles, tentoria, ligones, funes, lora, catenas, boias, segestrium vincula, cingula, & baltheum, & ansam clypeorum* (i). Vbi loci quid est illud? γελοίυς. Verbum sane nihili. Neque frustra se torquet, vir eruditus, VVolfgangus Seberus. Restituo, Ἀλύσεις, γυλίυς, σφωματόδεσμα. *Catenas, peras, stragularum vincula.* Nam inter instrumenta militum Γύλιος erat, in quo cibum portabant. Scholiastes Aristophanis ad Vespas. Γύλιος, σπυριδῶδες πλέγμα, ἐν ᾧ τὰς τροφὰς ἔχοντες οἱ στρατιῶται ἐβάδιζον ἐπὶ πολέμυ. *Gylius, vel pera, ex vimine nexum vas, in quo cibos ferentes milites ibant ad bellum.* Eadem iterat ad Pacem. Harpocration. Γύλιος, σκεῦος, στρατιωτικὸν πλεκτὸν, εἰς ὃ ἐνετίθετο τὰ ἐπιτήδεια. *Gylius, vas militare nexum, in quo ponebantur utensilia.* Libanius Declam. XXXVII. Ἀλλ' αὐτὰ τὰ ὅπλα, δι' ὧν κεκράτηκας, τίνος; ὁ μὲν Γύλιος, ὁ δὲ σκευοφόρος, ὃ πάντα ἐμά; *Sed ipsa arma, per quae obtinuisti, cuius? ipsa pera, & iumentum sagmarium, nonne omnia mea?* Vbi Scholiastes. Γύλιος, ἀγγεῖον, ὁδοιπορικὸν, εἰς ἀπόθεσιν τῶν ἀναγκαίων. *Gylius, vas ad iter, & custodiam necessariarum.* Videndi item Etymologici Auctor, & Suidas. Erat autem vas oblongum; unde Γυλιαύχλω, qui collum τῷ γυλίῳ instar longum haberet. Sic a Comico quoque Carcini Poetae filii irridebantur, ut Γυλιαύχενες. Locus est in Pace.

Ἀλλὰ νόμιζε πάντας,
Ὀρτυγας οἰκογενεῖς,
Γυλιαύχενας ὀρχηστὰς,
Ναννοφυεῖς, ἀφυράδων
Ἀποκίσματα.
Sed existima omnes,
Coturnices vernas,
Longicervices saltatores,
Nannorum similes, caprarum fimi
Intertrimenta.

Vide Suidam in Καρκῖνος, & Σφυράδες.

(a) Consule *Bibliothecam Atticam.*
(b) Consule *Areopagi Cap.* XI.
(c) *Meursii* correctionem ex fide MSS. Codicum confirmat eruditus G. *Iungermannus* ad hunc Pollucis locum.
(d) Μολυδίνας habet editio Amstelaedamensis anni 1706.
(e) Deest Διφθέρας.
(f) Lege γυλίους, ut habet supra laudata editio, & *Meursius* legendum contendit, quod MS. codex *Iungermanni* confirmat.
(g) Adde καί.
(h) Reliquum ita legendum ex laudata editione, & MS. fide: δ' ἄν καὶ ζωστῆρα εἶπους, καὶ ὄχανα.
(i) Verti autem potest: *His porro addere oportet fundas, lapides, plumbeos globos, secures, sagares, foros, pelles, diphtheras, tabernacula, ligones, funes, lora, catenas, culcitras, cingula, baltheum, clipei ansam.*

Digitized by Google

CAP. X.

Διαψήφισις quid, cur instituta, & quando, Archias Archon.

QVid Athenis Διαψήφισις, docet Iulius Pollux lib. VIII. cap. v. Αἱ ἐν τοῖς δήμοις κρίσεις (a), ἐκαλοῦντο διαψηφίσεις. *Iudicia per populos dicebantur diapsephiseis.* Ea ideo instituta, ne quis, qui Athenienſis non eſſet, in civitatem falſo adſcriptus obreperet. Vlpianus in Orat. De Corona. Γιγνομένων δὲ τῶν καλουμένων διαψηφίσεων, ὅ ἐστιν ἐξετάσεων, ἐν τοῖς δήμοις, ὡς ἔθος, εἰ ἄρα φύσει Ἀθηναῖος ὢν, ἐνέγραφεν ἑαυτόν, ἢ σωμάτων τινῶν, εἰς τὰς ἀσούς. *Quum vero fierent illae, quae vocabantur diapsephiseis, hoc eſt, iudicia, & examina in populis, ut mos, an quis ortu Atheniensis quum non eſſet, ſeipſum inſcripſerit, favore, & auxilio quorumdam in cives.* Idem etiam tradit nobis Harpocration. Διαψήφισις ἰδίως λέγεται ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς δήμοις ἐξετάσεων, αἳ γίνονται περὶ ἑκάστου τῶν δημοτευομένων, εἰ τῷ ὄντι πολίτης, καὶ δημότης ἐστὶν, ἢ παρεγγέγραπται, ξένος ὤν. *Diapsephisis proprie dicitur de disquisitionibus in populis, quae fiunt de unoquoque, qui adſciti ſunt in civitatem, utrum revera civis, ac popularis ſit, an fraude adſcriptus, quum ſit peregrinus.* Inſtituta autem Archonte Archia. Harpocration loco citato, Ἐντελέστατα δὲ διείληπται περὶ τῶν διαψηφίσεων, ὡς γεγόνασιν ἐπὶ Ἀρχίου ἄρχοντος. *Perfectiſsime autem diſſertatum eſt de iſtis examinibus, quae dicebantur diapsephiseis, quemadmodum exercitae fuerint Archia Archonte.* Ideſt, anno ſecundo Olympiadis nonageſimae; nam tunc Archon ille fuit. Anonymus in Deſcript. Olympiad. ad iſtud tempus, Αἱ διαψηφίσεις, ἤτοι αἱ τῶν ἐν δήμοις ἐξετάσεις, εἰσήχθησαν, ὡς Ἀνδροτίων ἐν τῇ Ἀτθίδος, καὶ Φιλόχορος ἐν ἕκτῳ τῆς Ἀτθίδος. *Diapsephiseis, vel diſquiſitiones eorum, qui in populis introductae ſunt; ut Androtion in Atthide, & Philochorus in ſexto Atthidos.*

CAP. XI.

Dinarchus Κατὰ Καλλισθένους. *Idem* Κατὰ Ἡδύλης, *&* Κατὰ Πολυεύκτου, περὶ τοῦ Τεωφανίου. *Dionyſius Halicarnaſſeus ter emendatus, Sulphur in Syro. Pollux correctus.*

DInarchi Oratio fuit, Κατὰ Καλλισθένους. Laudat Harpocration. Διάμετρον, τὸ ἐλλεῖπον ἀπὸ τοῦ δικαίως μετρηθέντος. *Diametron, id, quod abeſt ab eo, quod iuſte menſuratum eſt. Dinarchus in denunciatione litis contra Calliſthenen.* Et alibi iterum. Μετρονόμοι, ἀρχή τις Ἀθήνησίν ἐστιν ἡ τῶν Μετρονόμων, ὡς Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Καλλισθένους. *Menſurarum exactores, Magiſtratus quidam eſt Athenis horum Metronomorum, ut Dinarchus in oratione contra Calliſthenen.* Itaque emendandus Dionyſius Halicarnaſſeus in Dinarcho, ubi perperam inſcribitur, Κατὰ Κλεισθένους, *contra Cliſthenen.* Eiusdem fuit, Κατὰ Ἡδύλης, *contra Hedylen.* Meminit Harpocration. Δείναρχος μέντοι διαμαρτυρῆσαι τεθεώρηκεν, οὐκ ἐπὶ τοῦ μαρτυρήσαντος αὐτῷ, ἀλλ' ἐπὶ τῷ παρασχόντος τινὰ διαμαρτυρήσαντα ἐν τῇ διαμαρτυρίᾳ περὶ τοῦ μὴ ἐπίδικον εἶναι τὴν Ἀριστοφῶντος θυγατέρα. ὅστις δὲ ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Ἡδύλης, καὶ τὸν τρόπον διαγράφει τῆς διαμαρτυρίας. *Dinarchus tamen verbum* διαμαρτυρῆσαι *decrevit, non de illo ipſo, qui pro teſtimonio dixit, ſed de eo, qui praebuit aliquem teſtificantem in oratione, quam vocat Diamartyrian, vel obteſtationem, quaſi filia Ariſtophontis non eſſet controverſa. Ille autem Orator in ſermone contra Hedylen etiam modum perſcribit huius teſtificationis.* Corrigendus idem Dionyſius, apud quem male legitur, Κατὰ Ἡδύκης, *contra Hedycen.* Vide de Hedyle Athenaeum lib. VII. Apud eumdem Dionyſium in Indice Orationum publicarum genuinarum huius Dinarchi iſta legitur, Κατὰ Πολυεύκτου, περὶ τοῦ Τεωφανίου, *contra Polyeuctum, de Teophania.* Et mox, Περὶ τοῦ Τεωφάνου ἐπίλογος, *de Teophana peroratio.* Reſcribendum cenſeo utrobique, Περὶ τοῦ Γεωφανίου, *de terraefodina.* Erat enim Γεωφάνιον locus, in quo metallum. Heſychius. Γεωφάνιον, μέταλλον τῆς κεραμίτιδος, ἢ ἄλλης ἐργασίας. *Geophanium, metallum figulinae, aut alterius materiae.* Etymologici Auctor. Γεωφάνιον, χωρίον ἐστὶν, ἐν ᾧ γῆς εἶναι μέταλλον. ἡ δὲ γῆ ἦν ξανθοτέρα, πεποιημένη τοῖς ζωγράφοις εἰς τὰς γραφάς· τάχα δὲ ἡ μίλτος ἐστὶν, ἢ μέταλλον τῆς κεραμίτιδος, ἢ τινος ἄλλης ἐργασίας. *Geophanium, regiuncula eſt, in qua terrae eſſe metallum (ſcribunt.) Terra autem erat magis flava, commoda pictoribus ad picturas. Forſan autem eſt miltus, aut fodina figulinae terrae, aut cuiusdam alterius materiae.* Videndi etiam Harpocration, & Suidas. Sed validiſſime emendationem meam firmat Pollux lib. VII. cap. XXIII. Πολλὰ δ' ἂν καὶ ἄλλα εἴη μέταλλα, ὥσπερ τὰ ἐν Σάμῳ, τὰ καλούμενα Γεωφάνια, ὑπὲρ ὧν ὁ Δείναρχος λέγει. καὶ τὰ ἐν Ἰσύρῳ τοῦ θείου. *Multa vero, & alia forſan ſint metalla, ut illa in Samo, quae vocantur Geophania, de quibus loquitur Dinarchus, & illa in Iſyro ſulphuris.* Quid poteſt clarius? Sed age, ut Polluci gratiam reddamus, corrupta eius in fine ibi verba per occaſionem hanc reſtituamus. Quid enim eſt illud? Καὶ τὰ ἐν Ἰσύρῳ τοῦ θείου. Corrige omnino, Καὶ τὰ ἐν Σύρῳ τοῦ θείου, *& illa in Syro ſulphuris.* Dicit in Samo metalla terrae eſſe, quemadmodum in Syro ſulphuris. Non recte vertit eruditus Interpres, *Et ea, quae in Iſyro Deo ſacra ſunt.* De ſulphure, & quibus id locis habeatur, vide Plinium libro XXXV. cap. XV. (b)

(a) Editio Batava anni 1706. αἱ δὲ ἐν τοῖς δήμοις αὗται κρίσεις &c.

(b) Aliter hic locus a *Iungermanno* reſtituitur, & quidem melius ex MS. codicis fide: καὶ τὰ ἐν μίλτῳ καὶ Νισύρῳ τοῦ θείου.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XII.

Διοπ⊙. Διοπτεύειν. Harpocration, Demosthenes, Etymologici Auctor, Galenus, & Erotianus restituti. Δρομοκήρυκες. AEschines emendatus.

LOcus est Harpocrationis. Διοπτεύων. Δημοσθένης ἐν τῷ ἐις τὴν Λακρίτου. *Perspiciens. Demosthenes in scripto ad Lacritae (exceptionem.)* Occurrit autem vox illa in ea Oratione locis duobus. Ecce. Γ'πωίας Α'θηναίπτου Α'λικαρνασσεὺς μαρτυρεῖ συμπλεῖν ἐν τῇ Γ'βλησίᾳ νηῒ διοπτεύων τὴν ναῦν. *Hippias Athenippi Halicarnassensis testatur simul navigare in navi Hyblesii perspiciens navem.* Et postea. Μαρτυρεῖ συμπλεῖν Γ'βλησίῳ διοπτεύων τὴν ναῦν. *Testatur simul navigare Hyblesio perspiciens navem.* Sed censeo Διοπτεύων legendum apud Harpocrationem; & ita ipsum quoque apud Demosthenem legisse, qui ad id exemplum itidem corrigendus. Nam Διοπλεύειν, verbum omnino generale est; Διοπτεύειν proprie de navi dicitur. Confirmat sententiam meam, quod de voce Δίοπ⊙ subnectit Harpocration, unde Διοπεύφν dictum. Ecce tibi apud Hesychium. Διοπεύφν, ἐπιμελεῖσθαι νεώς. *Diopeuein, procuratorem esse navis.* Male vero apud Etymologici Auctorem. Διοπεύω, κατασκοπῶ, ἀπὸ τῦ ὄπλω, κ᾽ Διοπλῆρα, τὴν σκοπόν, καὶ Διοπλεύων, ἐποπλεύων, ἐπισκοπῶν. *Diopeuo, dispicio, ab verbo, quod notat video; & Dioptera, scopum; & Diopteuon, adspectans, inspiciens.* Emendo, Διοπλεύω, κατασκοπῶ. Confirmat, quod participium subiungit. Καὶ διοπλεύων, ἐποπλεύων. Simile mendum apud Galenum in Lexico Hippocratis. Δίοπλ⊙, νεὼς ἐπιμελητὴς, παρὰ τὸ διοπλεύφν, κ᾽ διέπφν τὰ ἐν αὐτῇ. *Dioptos, curator navis, ab eo, quod inspectat, & administrat res in ea.* Scribendum, Δίοπ⊙, νεὼς ἐ. Nam Δίοπ⊙ is, non Δίοπλ⊙ dicebatur; & ab eo Διοπεύφν, ut iam dixi. Erotianus. Διοπῷ, τῷ τῆς νεὼς ἐπιμελητῇ· παρὰ τὸ διοπλεύφν. Α'τλικῇ ᾗ ἡ λεξις, κἀμένη, καὶ παρ᾽ Α'ριστοφάνῃ ἐν Α'τλικαῖς λέξεσι, καὶ παρ᾽ Αἰσχύλῳ ἐν Σισύφῳ, καὶ Εὐριπίδῃ ἐν Γ'πολύτῳ. *Diopo, navis curatori, ab verbo diopteuein. Est autem vox Attica usurpata, & ab Aristophane in Atticis dictionibus, & ab AEschylo in Sisypho, & Euripide in Hippolyto.* Sed scribendum, Παρὰ τὸ διοπεύφν. Quamquam errat in narrando etymo dictionis; non enim Δίοπ⊙ dicebatur ἀπὸ τοῦ Διοπεύειν, sed contra Διοπεύειν a verbo Δίοπ⊙. Manifesta analogia est. Porro etiam generaliter Δίοπ⊙ pro Rege, Principe, aut quovis inspectore ponitur. Hesychius. Δίοπ⊙, ἐπίσκοπ⊙, ἄρχων, ναύαρχ⊙, ἐπισάτης, διόπλης. *Diopus, inspector, praepositus, navarchus, magister, perspector.* Suidas. Δίοπ⊙, ὁ διέπων, κ᾽ ἐποπλεύων. ὁ τῆς νεὼς ἐπιμελητής. κ᾽ Δῖοπος, οἱ βασιλεῖς. *Diopus, administrans, & inspiciens, navis curator, & Diopi, reges.* Elegans locus est apud Eustathium Iliad. β'. Ε'κ ᾗ τύτυ ὁ μόνον Δίοποι οἱ ἄρχοντες, ὡς καὶ Αἰσχύλ⊙ δηλοῖ, ἀλλὰ κ᾽ Α'δίοπα, οἱ μὴ ἀρχόμφοι. Α'δίοπ⊙ γάρ, φασιν, ὁ ἄναρχ⊙, καὶ ἀφύλακτ⊙. ἐπὶ Δίοποι οἱ βασιλεῖς, καὶ οἱ διέποντες. Α'ίλι⊙ ᾗ Διονύσιός φησι, κ᾽ ὅτι Δίοπ⊙ ὁ ναυφύλαξ, ὡς ἐπισκοπῶν αὐτὴν, καὶ ἐφορῶν. *Ab hoc autem non solum Diopi (dicuntur) Magistratus, prout etiam AEschylus significat, sed & Adiopi, qui sunt sine Magistratu. Adiopus enim dicunt, qui sine imperio est, & custodia, quoniam Diopi sunt Reges, & qui administrant. AElius autem Dionysius ait, quasi Diopus etiam sit custos navis, utpote inspiciens eum, & respectans.* Hinc est, quod Etymologici Auctor Διοπεύφν simpliciter interpretatur, Ε'πιμελεῖσθαι. Vt autem Demosthenem nunc correximus, ita AEschini manum quoque admoveamus. Locus est in Orat. Περὶ παραπρεσβ. Ε'γὼ μὲν ἀπήγγειλον τὴν πρέσβφαν. οἱ ᾗ Φαλαίκυ τῦ Φωκέων τυράννυ δημοκήρυκες, τἀνθένδε ἐκεῖσε διήγγειλον. *Ego quidem renunciavi legationem. Sed Phalaeci Phocensium tyranni praecones publici hinc illuc nunciarunt.* Restituendum censeo, τ. Φ. τυράννυ δρομοκήρυκες (a). *Phoc. tyranni cursores nuncii.* Auctor mihi Harpocration, qui hunc locum respexit. Δρομοκήρυκες, Αἰσχίνης· οἱ λεγόμφοι ἡμεροδρόμοι ἡμεροδρόμοι. *Cursores nuncii, AEschines, iidem qui dicuntur hemerodromi, vel diurni cursores.* Et Pollux lib. III. capit. XXX. sect. III. Παρὰ ᾗ Αἰσχίνῃ τῇ ῥήτορι, δρομοκήρυκες. *Sed apud AEschinem oratorem dromoceryces, vel cursores nuncii.*

CAP. XIII.

Dorieus Rhodius, Diagorae F. tribus continuis Olympiadibus pancratio victor. Thucydides, & Pausanias illustrati. Schol. Pindari emendatus. Dorieus Damageti Filius, & Anaxandridae.

AIt Thucydides lib. III. Η'ν δὲ Ο'λυμπιὰς, ᾗ Δωριεὺς Ρ'όδι⊙ τὸ δεύτερον ἐνίκα. *Erat autem Olympias, qua Dorieus Rhodius secunda vice fuit victor.* Quis hic Dorieus? & qua Olympiade secundum vicit? Inquiramus. Commemoratur Dorieus pancratiasta. Harpocration. Δωριεὺς, ὄνομα παγκρατίυ. *Dorieus, nomen viri nobilis pancratio.* Et sciendum, tribus eum continuis Olympiadibus pancratio vicisse. Paulanias Eliac. II. Α'κυσίλα⊙ μὲν λαβὼν πυγμῆς ἐν ἀνδράσι στέφανον, Δωριεὺς δὲ ὁ νεώτατ⊙ παγκρατίῳ νικήσας Ο'λυμπιάσιν ἐφεξῆς τρισί. *Acusilaus quidem adeptus coronam pugilatus in viris, Dorieus vero iunior pancratio victor per Olympiadas deinceps tres.* Erat autem Diagorae F. Rhodius; inciderunt que hae tres eius victoriae in Olympiades LXXXVII. LXXXVIII. LXXXIX. Et Anonymus in Descript. Olympiad. distincte adnotat in Olympiade istarum prima. Σώφρων Α'μβρακιώτης στάδιον. Δωριεὺς Διαγόρου Ρ'όδι⊙ παγκράτιον. *Sophron Ambraciota Stadium. Dorieus Diagorae Rhodius pancratium.* Deinde in altera. Σύμμαχ⊙ Μεσσήνι⊙ ἀπὸ Σικελίας στάδιον. Μεγακλῆς Α'θηναῖ⊙ τεθρίππῳ'. Δωριεὺς Διαγόρυ Ρ'όδι⊙ παγκράτιον τὸ δεύτερον. *Sym-*

(a) Id *Iungermannus* ad *Pollucem* confirmat.

Symmachus Messenius ab Sicilia stadium, Megacles Athenienſis quadriga, Dorieus Diagorae Rhodius pancratium ſecundum. Et mox in tertia. Σύμμαχος Μεσσήνιος τὸ δεύτερον. Δωριεὺς Διαγόρου Ῥόδιος παγκράτιον τὸ τρίτον. *Symmachus Messenius ſecundum. Dorieus Diagorae Rhodius pancratium tertium*. Ergo iam clarum, quam Olympiadem deſignet Thucydides in verbis citatis. Meminit huius Doriei Ariſtoteles Rhet. lib. 1. cap. 11. Οἷον, ὅτι Δωριεὺς στεφανίτην ἀγῶνα νενίκηκε, ἱκανὸν εἰπεῖν, ὅτι Ὀλύμπια. *Quale, quod Dorieus coronarium certamen vicit, ſufficit dicere, quod Olympia*. Et Ariſtides Orat. Κατὰ τῶν ἐξορχουμένων. Φέρε δὴ καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν στεφανιτῶν ἀγώνων σκεψώμεθα, οἷον τὸν Δωριέα τὸν Ῥόδιον, καὶ Γλαῦκον τὸν Καρύστιον, καὶ Μίδωνα δὴ, καὶ Πολυδάμαντα, καὶ πάντας ὧν εἰκόνες χαλκαῖ. *Age ſane etiam illos in coronariis certaminibus videamus; qualem Dorieum Rhodium, & Glaucum Caryſtium, & Milonem ſcilicet, ac Polydamantem, & cunctos, quorum aeneae imagines*. Xenophon Hiſt. Graec. lib. 1. Μετ' ὀλίγον δὲ τούτων, Δωριεὺς ὁ Διαγόρου ἐκ Ῥόδου ἐς Ἑλλήσποντον εἰσέπλει, ἀρχομένου χειμῶνος, τέτταρσι καὶ δέκα ναυσὶν, ἅμα ἡμέρᾳ. *Paulo autem poſt haec, Dorieus Diagorae ex Rhodo in Helleſpontum navigabat, incipiente hyeme, quatuordecim navibus, principio diei*. Corrigendus eſt Pindari Scholiaſtes Olymp. Od. VII. Ἐχόμενοι δὲ τούτων ἔσχηκε Δωριεὺς ἀδελφὸς πύκτης, καὶ αὐτὸς προβεβλημένος. *Proximus illis ſtat Dorieus frater, pugil, & ipſe proiectus in gradu*. Hodie editur, Ἔσχηκε Διώρευς ἀδελφὸς, *ſtat Dioreus frater*. Habes item mentionem apud Diod. Sicul. lib. XIII. & apud Thucyd. praeterea ſemel, atque iterum lib. VIII. Obſervandum vero porro in verbis Pauſaniae, quod tamquam diſcriminis cauſa, iuniorem eum vocet. Ita enim verba habent. Δωριεὺς δὲ ὁ νεώτατος παγκρατίῳ νικήσας Ὀλυμπιάσιν ἐφεξῆς τρισί. *Dorieus autem ianior pancratio victor per Olympiadas deinceps tres*. Nimirum alter adhuc fuit, Damageti F. huius proavus. Obſervo apud eumdem Pauſaniam in Meſſeniacis, iſto loco. Τὰ μὲν δὴ λεγόμενα ἐς τοὺς Διαγορίδας καλουμένους ἐν Ῥόδῳ, γεγονότας δὲ ἀπὸ Διαγόρου τοῦ Δαμαγήτου τοῦ Δωριέως (a). *Ea quidem ſane, quae dicuntur in Diagoridas, ut vocantur, in Rhodo, prognatos autem ab Diagora, Damagetae filio, Doriei nepote*. Sed & tertius fuit Rhodius Anaxandridae F. de quo Pauſanias in Laconicis, & Herodotus libris V. ac VII.

[a] Editio Lipſienſis habet, Δωρέως.

(b) Editio Amſtelaedamenſis anni 1706. habet Αὐτοκλέους, quod quidem Codex MS. confirmat. Quare *Ingermannus* veretur, ne forte Harpocrationis locus potius reſtituendus ſit, ibique legendum, πρὸς Αὐτοκλέα.

CAP. XIV.

Lyſias Πρὸς τὴν Μιξιδήμου γραφήν. *Ea Oratio an genuina. Suidas emendatus. Eiuſdem*, Πρὸς Ἐτεοκλέα. *Pollux correctus. Dinarchus* Περὶ τῆς ἱερείας. *Pollux iterum correctus*.

LYſiae quaedam Oratio fuit, Πρὸς τὴν Μιξιδήμου γραφὴν ἀπολογία, *defenſio contra Mixidemi criminationem*. Laudatur ab Harpocratione. Διῆρξα, ἀντὶ τοῦ διὰ τέλους ἦρξα. Λυσίας ἐν τῇ πρὸς τὴ Μιξιδήμου γραφὴν ἀπολογίᾳ. *Dierxa, hoc eſt, uſque ad finem manſi in Magiſtratu. Lyſias in defenſione contra Mixidemi accuſationem*. Iterum alibi. Ἐλέγετο δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ἐπίθετά τινα, ὁπόσα μὴ πάτρια ὄντα ὁ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ἐδίκαζεν, ὡς σαφὲς ποιεῖ Λυσίας ἐν τῇ πρὸς τὴν Μιξιδήμου γραφὴν ἀπολογίᾳ. *Dicebantur autem apud eos etiam quaedam adiectiva, quae non patrii moris eſſe iudicavit conſilium Areopagi, ut clarum facit Lyſias in defenſione contra Mixidemi criminationem*. Sed dubitatum animadverto, an genuina ea fuerit; corruptuſque hac de re locus Suidae in Μυσαῖος. Μυσαῖος, παρ' Ἕλλησι φιλόσοφος. Λυσίας πρὸς τὴν Μιξιδήμου γραφὴν γνήσιος. *Muſaeus, apud Graecos Philoſophus. Lyſias contra Mixidemi accuſationem genuinus*. Excidit ſine dubio unica vocula. Itaque interpungo, & reſtituo, Λ. Πρὸς τὴν Μιξιδήμου γραφὴν, εἰ γνήσιος. *L. contra Mixidemi accuſationem, ſi genuinus*. Eiusdem ferebatur, ſed minime item genuina, Πρὸς Ἐτεοκλέα περὶ χρημάτων. Harpocration in Ἐξομευομένου. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ἐτεοκλέα περὶ χρημάτων, εἰ γνήσιος. *Lyſias in ſermone contra Eteoclen de pecuniis, ſi genuinus*. Reſtituendus Pollux lib. VII. cap. XXXIII. Εἰ δὲ Λυσίου ὁ κατ' Ἐτεοκλέους (b) λόγος, ἐν ᾧ γέγραπται, ψηφοπαικτῆσι τὸ δίκαιον, εἴη ἂν καὶ ὁ ψηφοπαίκτης ἐν τέχνῃ. *Si vero Lyſiae oratio contra Eteoclen, in qua ſcriptum eſt calculo ludentibus ius, utique etiam calculo ludens ſit in arte*. Hodie editur, Ο' κατ' Ἀντοκλέους λόγους. *oratio contra Antoclis ſermones*. Erat quoque inter Dinarchi Orationes, quae ferebantur, Περὶ τῆς ἱερείας τῆς Δήμητρος διαδικασία. Recenſet Dionyſius Halicarnaſſeus inter publicas, quae falſo ipſi inſcriptae. Διαδικασία τῆς ἱερείας τῆς Δήμητρος πρὸς ἱεροφάντην. Πολλῶν καὶ παραδόξων, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἔστως ὁ λόγος ἦν πεφευγότος αὐτοῦ εἴρηται, ὡς ἐξ αὐτοῦ γίγνεται φανερόν. *Controverſia ſacerdotis Cereris contra hierophantam. Multorum, & mirabilium, o viri iudices. Iſta Oratio iam exſulante ipſo dicta eſt, prout ex ipſa fit manifeſtum*. Harpocration in Δυσαύλης. Δείναρχος ἐν τῇ περὶ τῆς ἱερείας διαδικασίᾳ, εἰ γνήσιος. *Dinarchus in controverſia de ſacerdote, ſi genuina*. Emendandus Pollux lib. VII. cap. XIV. Ὀρθά-

Ὀρθάτῳ (*a*) δὲ μέμνηται Δείναρχος ἐν τῇ τῆς ἱερέας διαδικασίᾳ. *Ortaphi autem meminit Dinarchus in ſacerdotis controverſia.* Perperam hodie editur, Ἐν τῇ τῆς ἱερᾶς δοκιμασίᾳ.

CAP. XV.

Mutilus Harpocrationis locus reſtitutus.

LOcus eſt Harpocrationis, ubi de voce Ἔθνος agit. Ἔθνος, ὃ μόνον, τὸ μέγα τὸ πολυάνθρωπον γένος, ἀλλὰ καὶ ἰδίως μέρος τι πονηρότατον νομίζεται τῶν ἐν τῇ πόλει πάντων ἐθνῶν, ὅτε τοὺς γεωργοὺς, ὅτε τοὺς ἐμπόρους. Ἐν δὲ τῷ ἐννάτῳ Φιλιππικῶν φησιν. Ἀλλὰ Θετταλία πῶς ἔχει; ἵνα μὴ μόνον κατὰ πόλεις, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἔθνη δουλεύωσιν. *Ethnos, gens, non modo magna multorum hominum turba, ſed & proprie pars quaedam peſſima exiſtimatur omnium in urbe gentium, neque ruſticos, neque mercatores. Sed in nono Philippicorum dicit. Verum Theſſalia quomodo ſe habet? ut non tantum per urbes, ſed etiam per gentes ſerviant.* Mutilum hunc eſſe, facile adparet attento, & emunctae naris, Lectori. Nam quomodo cohaerent iſta cum antecedentibus? Οὔτε τοὺς γεωργοὺς, οὔτε τοὺς ἐμπόρους. Deinde dicit, Ἐν δὲ ἐννάτῳ Φιλιππικῶν φησιν, tamquam iam ante Orationem aliam Demoſthenis citaſſet, quod tamen hic non fit. Dicam quod res eſt. Per ſupinitatem librarii nimium feſtinantis, aut aliud agentis, in unum conflata verba Harpocrationis, & Demoſthenis. Ecce uberius, rectiuſque apud Suidam, qui Harpocrationem tranſcripſit. Ἔθνος, ὃ μόνον τὸ μέγα καὶ πολυάνθρωπον γένος, ἀλλὰ καὶ ἰδίως μέρος τι τῆς πόλεως. οὕτω Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους, καὶ ἐν τῷ ἐννάτῳ τῶν Φιλιππικῶν. *Ethnos, gens, non modo magna, & multorum hominum turba, ſed & proprie pars quaedam urbis. Sic Demoſthenes in Oratione contra Ariſtocratem, & in nono Philippicorum.* Itaque totum hunc locum Harpocrationis ſic reſtituo, Ἔθνος, ὃ μόνον τὸ μέγα καὶ πολυάνθρωπον γένος, ἀλλὰ καὶ ἰδίως μέρος τι τῆς πόλεως. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους. Εἴ τις ὑμᾶς ἔροιτο, τί πονηρότατον νομίζετε τῶν ἐν τῇ πόλει πάντων ἐθνῶν; ὅτε τοὺς γεωργοὺς, οὔτε τοὺς ἐμπόρους, οὔτε τοὺς ἐκ τῶν ἀργυρείων, οὔτε τῶν τοιούτων ἂν εἴποιτε. *Ethnos, gens, non modo magna, & multorum hominum turba, & proprie pars quaedam urbis. Demoſthenes in Oratione contra Ariſtocratem. Si quis vos roget, quamnam praviſſimam exiſtimetis in urbe omnium gentium? neque agricolas, neque negotiatores, neque illos ex argentifodinis, neque harum ullam dixeritis.* Ita enim habent Demoſthenis verba, quae hic adlegaverat Harpocration. Deinde in fine mutila quoque illa Demoſthenis verba e Philippica nona. Ἀλλὰ Θετταλία πῶς ἔχει; ἵνα μὴ μόνον κατὰ πόλεις, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἔθνη δουλεύωσιν; ita ex ipſo Oratore reſcribo, Ἀλλὰ Θετταλία πῶς ἔχει; οὐχὶ τὰς πόλεις, καὶ τὰς πολιτείας αὐτῶν, ἀφῄρηται, καὶ τετραδαρχίας κατέστησε παρ' αὐτοῖς, ἵνα μὴ μόνον κατὰ πόλεις, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἔθνη δουλεύωσιν; *Sed Theſſalia quomodo habet? nonne urbes, & regimina earum ablata ſunt, & tetradarchias conſtituit apud illos, ut non modo per urbes, ſed etiam per gentes ſerviant?*

CAP. XVI.

Ἑκατόμπεδον, & Παρθενὼν, Athenis. Vnde nomen acceperint. Minervae Παρθένου ſimulacrum. Quis aedificaverit. Quae magnitudo. Mulae, dum aedificatur, factum. Pictura in veſtibulo eius.

ERat Athenis templum in arce, Ἑκατόμπεδον adpellatum, quod centum undique pedes magnum eſſet. Etymolog. Auct. Ἑκατόμπεδον. νεώς ἐστι τῆς Ἀθηνᾶς, ποδῶν ἑκατὸν ἐκ πάσης πλευρᾶς. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὠνόμασται. *Hecatompedon, Centipedum, templum eſt Minervae, pedum centum ex omni latere. Propter hoc enim, & adpellatum eſt.* Etiam παρθενὼν dicebatur, quia virginibus praeparatum eſſet. Heſychius. Ἑκατόμπεδον, νεὼς ἐν τῇ ἀκροπόλει, παρθένοις κατασκευασθεὶς ὑπὸ Ἀθηναίων. *Hecatompedon, templum in arce, virginibus extructum ab Athenienſibus*, Harpocration. Ὁ Παρθενὼν ὑπό τινων Ἑκατόμπεδον ἐκαλεῖτο, διὰ κάλλος καὶ εὐρυθμίαν, ὁ διὰ μέγεθος. *Virginis aedes ab quibusdam vocabatur Centipedum, propter pulcritudinem, & convenientiam, non propter magnitudinem.* Erat ibi ſimulacrum Minervae Παρθένου, ex auro, & ebore. Scholiaſtes Demoſthenis ad Orat. in Androtionem. Παρθενὼν ναὸν ἦν ἐν τῇ ἀκροπόλει, Παρθένου Ἀθηνᾶς, περιέχων τὸ ἄγαλμα τῆς θεοῦ, ὅπερ ἐποίησεν ὁ Φειδίας ὁ ἀνδριαντοπλάστης ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος. *Virginis aedes erat in arce Minervae virginis, complectens ſtatuam Deae, quam fecit Phidias ſtatuarum fictor ex auro, & ebore.* AEdificatum autem hoc templum a Callicrate, & Ictino, curante Pericle. Plutarchus in Pericle. Τὸν μὲν γὰρ Ἑκατόμπεδον Παρθενῶνα Καλλικράτης εἰργάζετο καὶ Ἰκτῖνος. *Nam Centipedum quidem virginis templum Callicrates exſtruxit, & Ictinus.* Pauſanias in Arcadicis ſolum Ictinum commemorat, neque ullam Callicratis mentionem facit. Καὶ Ἰκτῖνος ὁ ἀρχιτέκτων τοῦ ἐν Φιγαλίᾳ νεοῦ, γεγονὼς τῇ ἡλικίᾳ κατὰ Περικλέα, καὶ Ἀθηναίοις τὸν Παρθενῶνα καλούμενον κατασκευάσας. *Et Ictinus architectus templi in Phigalia, aetate conveniens cum Pericle, etiam Athenienſibus templum, quod vocatur virginis, exſtruens.* Item Strabo lib. IX. Καὶ ὁ μυστικὸς σηκὸς, ὃν κατεσκεύασεν Ἰκτῖνος, ὄχλον θεάτρου δέξασθαι δυνάμενον, ὃς καὶ τὸν Παρθενῶνα ἐποίησε τὸν ἐν ἀκροπόλει. *Et myſticum penetrale, quod Ictinus exſtruxit, capax turbae theatri, qui etiam virginis aedem fecit in arce.* Vincebat

(*a*) Ὀρθάτου habet editio Amſtelaedamenſis, & id ex fide Codicis MS. & nota marginali; *Iungermannus* ſubdit: *Dinarchi Orationis vero ἐν τῇ τῆς ἱερᾶς δοκιμασίᾳ; idem titulus in MS. Apud Harpocrationem, quae in Δυσαύλῳ legitur eiusdem Orationis περὶ τῆς ἱερείας διαδικασίας credo alia eſt, quae a Dionyſio Halicarnaſſeo inter ψευδεπιγράφους refertur. Nec invenio apud Dionyſium titulum, quem hic legimus, adeo ut de mendo ſubſpicari fere incipiam.*

Digitized by Google

bat autem magnitudinem prioris, a Perſis incenſi, pedibus quinquaginta. Heſychius in Ἑκατόμπεδον. Μείζων τὸν ἐμπρησθέντα ὑπὸ τῶν Περσῶν ποσὶ πενθήκοντα. *Maior eo, quod incenſum fuit ab Perſis, pedibus quinquaginta.* Dum vero aedificatur, egregium mulae cuiusdam factum commemoratur. Athenienſes mulas vetulas ab opere liberas eſſe iuſſerant; e quibus tamen una, ut ferunt, ultro ad opus recurrit; aliis praecedens, & ad laborem quaſi gnaviter capeſſendum exhortans; ideoque ab Athenienſibus uſque ad mortem de publico illi alimenta tributa. Plutarchus in Catone maiore. Ὁ δὲ τῶν Ἀθηναίων δῆμος οἰκοδομῶν τὸν Ἑκατόμπεδον, ὅσας κατενόησεν ἡμιόνους μάλιστα τοῖς πόνοις ἐγκαρτερούσας, ἀπέλυσεν ἐλευθέρας νέμεσθαι, καὶ ἀφέτους. ὧν μίαν φασὶ καταβαίνουσαν ἀφ' ἑαυτῆς πρὸς τὰ ἔργα, τοῖς ἀνάγουσι τὰς ἁμάξας ὑποζυγίοις εἰς ἀκρόπολιν συμπαραπρέχθην, καὶ προηγεῖσθαι, καθάπερ ἐγκελευομένους καὶ συνεξορμῶσαν. ἣν καὶ τρέφεσθαι δημοσίᾳ μέχρι τελευτῆς ἐψηφίσαντο. *Sed populus Athenienſium exſtruens Centipedum, quotquot exiſtimavit mulas maxime laboribus indurantes, dimiſit liberas paſcere, & ſolutas; quarum unam dicunt deſcendentem ultro ad opera cum ſubducentibus currus iumentis in arcem ſimul cucurriſſe, & praeiviſſe, velut adhortantem, & pariter laborare cupientem; quam publice quoque uſque ad mortem ali decreverunt.* Eadem commemorat lib. De Sol. Animal. item AElianus Hiſt. Animal. lib. VI. cap. XLIX. & Hierocles in Prooemio Hippiatricorum. In eo tabula erat, in qua depictus Themiſtocles; a filiis eius ibi dedicata. Pauſanias in Atticis. Φαίνονται δὲ οἱ παῖδες οἱ Θεμιστοκλέους, καὶ κατελθόντες, καὶ γραφὴν ἐς τὸν Παρθενῶνα ἀναθέντες, ἐν ᾗ Θημιστοκλῆς ἐστὶ γεγραμμένος. *Spectantur autem filii Themiſtoclis, & degreſſi, & picturam in virginis templo, in qua pictus eſt Themiſtocles, dedicantes.* In veſtibulo eius picta erat Aornus rupes, in qua ſciſſura, quae aves ſupervolantes attraheret. Philoſtratus De Vita Apollonii libro II. cap. V. Ἐν κορυφῇ τῆς πέτρας (Ἀόρνου) ῥῆγμα εἶναί φησι, τὰς ὑπερπετομένας τῶν ὀρνίθων ἐπισπώμενον, ὡς Ἀθήνησί τι ἰδεῖν ἐστιν ἐν προδόμῳ τοῦ Παρθενῶνος. *In vertice petrae (Aorni) rupturam eſſe dicunt, adtrahentem ſupervolantes volucres, prout Athenis videre eſt in antedomo virginis templi* (a).

CAP. XVII.

Empuſa. Ὀνοκώλη. Ὀνόκωλος. *Etymolog. Auctor emendatus. Item Harpocration, & Heſychius. Poematii, cui titulus* Βωμός, *qui Auctor, inquiſitum.*

DE Empuſa elegans eſt locus Demoſthenis Orat. Ὑπὲρ Κτησιφῶντος. τὴν δὴ μητέρα σεμνῶς πάνυ Γλαυκοθέαν ὠνόμασεν, ἣν Ἔμπουσαν ἅπαντες ἴσασι καλουμένην, ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν δηλονότι ταύτης τῆς ἐπωνυμίας τυχοῦσαν. *Matrem vero magnifice prorſus Glaucotheam nominavit, quam ſciunt omnes vocatam Empuſam, inde videlicet id nomen adeptam, quod omnia faceret patereturque.* Vbi Scholiaſtes. Τοιαύτη γὰρ ἡ πάλαι Ἔμπουσα. *Talis enim quondam Empuſa.* Videndus praeter Grammaticos alios Euſtathius in Dionyſium. Elegantiſſimus autem locus apud Ariſtophanem Ranis Act. I. Sc. VI.

ΞΛ. Καὶ μὴν ὁρῶ νὴ τὸν Δία θηρίον μέγα,
ΔΙ. Ποῖόν τι. ΞΑ. Δεινόν. παντοδαπὸν γοῦν γίγνεται.
Τότε μὲν βοῦς, νυνὶ δορκὰς, τότε δ' ἄυ γυνὴ
Ὡραιοτάτη τις. ΔΙ. Πῦ ἔστι; φέρ' ἐπ' αὐτὴν ἴω.
ΞΛ. Ἀλλ' οὐκέτ' αὖ γυνή ἐστιν, ἀλλ' ἤδη κύων.
ΔΙ. Ἔμπουσα τοίνυν γ' ἐστὶν. ΞΑ. πυρὶ γοῦν λάμπεται
Ἅπαν τὸ πρόσωπον, καὶ σκέλος χαλκοῦν ἔχει.
ΔΙ. Ναὶ τὸν Ποσειδῶ, καὶ βολίτινον θάτερον.
XA. *Et ſane video per Iovem animal magnum.*
DI. *Quale iſtud?* XA. *Horridum omnigenum igitur exſiſtit.*
Modo quidem bos, nunc vero aſinus agreſtis, rurſus fmina
Pulcerrima aliqua. DI. *Vbi eſt? age, ad illam eo.*
XA. *Sed non amplius femina eſt, verum iam canis.*
DI. *Empuſa igitur eſt.* XA. *Igne igitur ſplendet.*
Omnis eius facies, & crus habet aeneum.
DI. *Per Neptunum, & ſtercoreum alterum.*

Vbi vide Scholiaſten. Et ecce e duobus pedibus, unus erat aeneus, alter ſtercoreus, vel, ut alii volunt, aſininus. Vnde Ὀνοκώλη & Ὀνόκωλος dicebatur. Suidas, ubi de ea agit. Ἐκαλεῖτο δ' αὕτη καὶ Ὀνοκώλη. *Vocabatur autem haec etiam Onocole, vel aſini membrum.* Et poſtea. Ὀνοκώλη δὲ, ὅτι ὄνου πόδα ἔχει. *Onocole autem, quia habet aſini pedem.* Scholiaſt. Ariſtophanis loco citato. Ἔνιοι δὲ ὄνου σκέλος λέγουσι, διὸ παρά τισι καλεῖσθαι Ὀνόκωλον. *Nonnulli igitur aſini crus dicunt; idcirco ab aliis vocari Onocolon.* Corrigendus Auctor Etymologici. Ἐκαλεῖτο δὲ αὕτη καὶ Ὀνοκώλη. *Vocabatur autem haec etiam Onocole.* Perperam hodie editur, Καὶ Ὀνομόλη. Dicebatur in varias formas ſe mutare. Habes in citatis Ariſtophanis verbis, & apud Lucianum De Saltat. Εἰκάζειν δὲ χρὴ καὶ Ἔμπουσαν τὴν ἐς μυρίας μορφὰς μεταβαλλομένην. *Subſpicari vero oportet quoque Empuſam illam in mille formas mutari ſolitam.* Credebatur porro eius ſpectrum ab Hecate immitti hominibus infelicibus. Harpocration. Ἔμπουσαν, Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος. φάσμα τί φασιν εἶναι τῆς Ἑκάτης, ὅπερ ποιχόσιν ἐφαίνετο. *Empuſam, Demoſthenes pro Cteſiphonte; ſpectrum quoddam dicunt eſſe Hecatae, quod ambulantibus adparebat.* Sed corruptus ſine dubio ille locus, ac duo verba in unum coaluerunt. Reſcribendum omnino cenſeo, Ὅπερ τοῖς δυστυχοῦσιν ἐφαίνετο, *quod infelicibus adparebat,*

(a) Parthenonis quidem Orthographiam, ſiquidem Templum hoc Athenis adhuc exſtat, ex *Sponio*, & *VVhelero*, primo Tomo exhibuimus. De eo autem laudatus *Sponius* in ſuo *Itinerario* nulla habet, quae vide in *Praefat. Tom.* I.

Digitized by Google

rebat. Vide totidem verbis apud Suidam, Ἔμπουσα, φάντασμα δαιμονιῶδες, ὑπὸ τῆς Ἑκάτης ἐπιπεμπόμενον, καὶ φαινόμενον τοῖς δυσχεῶσιν. *Empusa, ſpectrum divinum, ab Hecate immiſſum, & adparens infelicibus*. Et Etymolog. Ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὅτι φάντασμα ἦν τῆς Ἑκάτης, τοῖς δυσχεῶσι φαινόμενον. *Alii vero dicunt, phantaſma eſſe Hecatae, infelicibus adparens*. Etiam virgines immaturas territare putabatur. Heſychius. Γελὼ, εἴδωλον Ἐμπούσης τὸ τῶν ὡρῶν τῶν παρθένων. *Gello, imago Empuſae, quae pertinet ad munera virginum*. Sed corrupta iſta verba ſic emendo, Γελλὼ, εἴδωλον Ἐμπέσης, τὸ τῶν ἀώρων τῶν π. *Gello, imago Empuſae, immaturarum virginum*. De Gellone vide quae olim adnotavimus in Auctario Libri De Gloria cap. XXXIV. Accipiebatur etiam pro quolibet terriculamento. Apud Gregorium Nazianzenum in Carmine.

Ἔμπουσα, μαινὰς, ὦ τάλαινα καρδία.
Ἔμπουσα, μαινὰς, ποῖ φέρου ταῖς ἡδοναῖς.
Empuſa, Maenas, miſerum cor.
Empuſa, Maenas, quo vergat voluptatibus (a).

Et apud Simmiam in Poematio, cui titulus Βωμός

Στοδεύνας ἶνις Ἐμπούσας κόρα.
Cinerico lecto proles Empuſae ſatietas.

Sed, ut per occaſionem dicam, illud Poemation anne Simmiae Rhodii? Res ambigua eſt; & alii Theocrito id adſcribunt. Nec ſcio an recte. Certe Suidas, qui de utriuſque ſcriptis agit, in neutro agnoſcit. Vis verum tibi Auctorem ut dicam? Invenio eum, ſed corrupto valde loco apud Scholiaſten Theocriti ad illud ipſum Poemation, de quo diſputamus. Is reperitur in editione Veneta, quae prodiit ex officina Farrea anni MDXLIII. Nam, ut ſcias, in Romana, & nupera Lugduno-Batava, non comparet. In eo igitur Scholiaſte in ipſo principio ita legitur. Οἱ διὰ τῶν μέτρων οὕτοι βωμὸς Ἰ'διάδου τινὸς εὕρημα. *Illa per verſiculos ara Odiadae alicuius inventum*. Inde ego verum nomen eruo. Οὗτοι βωμὸς Δωσιάδου τινὸς εὕρημα. *Illa ara Doſiadae alicuius inventum*. Et profecto nemo eſt alius, quam Doſiades. Habe vadem Lucianum in extremo Lexiphane. Ἡμεῖς δὲ οὐδὲ ποιητὰς ἐπαινοῦμεν, τοὺς κατὰ γλῶτταν γράφοντας ποιήματα. τὰ δὲ σὰ, ὡς πεζὰ μέτροις παραβάλλειν, καθάπερ ὁ Δωσιάδου βωμὸς ἂν εἴη, καὶ ἡ τοῦ Λυκόφρονος Ἀλεξάνδρα, κἤ εἴ τις ἔτι τούτων τὴν φωνὴν κακοδαιμονέστερος. *Nos autem neque Poetas laudamus, qui ſecundum voces abſconditas ſcribunt carmina; tua vero, ut pedeſtria metris comparentur, tamquam Doſiadae ara ſit, & Lycophronis Alexandra, & ſi quis illis etiam, quod ad loquutionem infauſtior*. Ecce comparat propter obſcuritatem cum Lycophronis Alexandra, quae a Veteribus ideo etiam Σκοτεινὸν ποίημα, *obſcurum poema* dicebatur. Ac ſane Aram nihil Alexandrae concedere verborum obſcuritate, facile concedet, qui utramque legit. Ergo vere de Auctore eius arbitratum me cenſeo.

Meurſii Tom. II.

(a) De Gellone, vide quae habet *Allatius* De quorumdam Graecorum Opinionibus.

CAP. XVIII.

Ἐξαίρεσις. *locus Athenis.* Ἐξαιρέσεως δίκη. *Suidas emendatus ſemel, atque iterum. Harpocrationis locus reſtitutus.*

LOcus Athenis erat, Ἐξαίρεσις, *Exemtio* dictus, quod illic exemtas navibus, aut curribus, ſarcinas ſeponerent. Etymologici Auctor. Ἐξαίρεσις, τόπος τις Ἀθήνησιν, ἔνθα ὑπεξαιρούμενοι τὰ φορτία, ἀπετίθεντο. *Exemtio, locus quidam Athenis, ubi ſarcinas, quas exoneraverant, deponebant*. Alia erat Ἐξαίρεσις in re forenſi, unde Ἐξαιρέσεως δίκη. *Exemtionis iudicium*. Res nota ex Grammaticis, & obvia apud Oratores. Tantum corrigendus Suidae corruptus locus. Ἐξαιρέσεως. δοτικῇ. ὁπότε τις ἄγοι μέν τινα ὡς δοῦλον. ἄλλος δέ τις αὐτὸν ὡς ἐλεύθερον ἐξαιροῖτο. *Exemtionis. dativo, quando quis ducat aliquem quidem ut ſervum; alius vero quis eum ut liberum eximat*. Reſcribo. Ἐξαιρέσεως δίκη. ὁπότε τις ἄ. *Exemtionis iudicium; quando quis d.* Apud eumdem mendum quoque in Ἐξεγγύησις. Ἐξεγγύησις, τὸ ἐκτελέσαι τινὰ διὰ τῶν ἐγγυητῶν καταστάσεως. *Exengyeſis, conſummare aliquem per fideiuſſorum conſtitutionem*. Nunc ad Harpocrationem tranſeamus. Apud illum in Ἐπαιρόμενος locus mutilus eſt. Ἐπαιρόμενος, ἀντὶ τοῦ, ἐπαναθεινόμενος. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. ἐν δὲ τῷ πρὸ . . . . ἐπὶ ἄλλου σημαινομένου φησὶν, ἢ κερδέσει δι' ἀπειρίαν ἐπαιρομένους. *Attollens, hoc eſt, intentans. Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte. Sed in oratione pro . . . . in alio ſignificatu ait, aut lucrari per imperitiam ſublatos*. In Vaticano Codice erat, Ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ. Inde Mauſſacus coniiciebat, Ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ, *ſed in alia*. Itaque edit, tamquam ſine lacuna ulla locus eſſet. Ego vero ita reſtituendum, ac ſupplendum cenſeo. Ἐν δὲ τῷ πρὸς Ἄφοβον ἐπ' ἄλλου σημαινομένου φησὶν, ἢ κέρδεσι δι' ἀπορίαν ἐπαιρομένους. *Sed illa contra Aphobum in alio ſignificatu ait, aut lucris per inopiam ſublatos*. Locus, quem deſignat in Oratione contra Aphobum III. iſte eſt. Οἶδ' ὅτι πάντες ἂν ὁμολογήσατε, τοὺς ψευδομαρτυροῦντας, ἢ κέρδεσι δι' ἀπορίαν ἐπαιρομένους. ἢ καὶ δι' ἑταιρίαν, ἢ κῆ δι' ἔχθραν τῶν ἀντιδίκων, ἐθέλειν ἄν τι τοιοῦτον ποιῆσαι. *Scio igitur vos omnes confeſſuros, falſos teſtes aut lucris per inopiam ſublatos, aut etiam per ſocietatem, aut etiam per inimicitiam adverſariorum, velle aliquid tale facere*.

CAP. XIX.

Ἐκφυλλοφορεῖν. *Mos Athenienſium. Ioannis Tzetzae error. Xenotimi fraus. Polyeuctus* ἐκφυλλοφορηθεὶς, *& Dinarchi in eum Oratio.*

AThenis qui ſenatu movendi eſſent, latis per folia, calculorum vice, ſententiis eo movebantur; idque Ἐκφυλλοφορεῖν vocabant. Harpocration in Ἐκφυλλοφορῆσαι. ἐδόκει τις τῶν βουλευτῶν ἀδικεῖν, διεψηφίζετο ἡ βου-

λὴ περὶ αὐτῦ, εἰ χρὴ αὐτὸν μηκέτι βυλεύειν. ἀντὶ δὲ ψήφων, φύλλοις ἐχρῶντο, δι' ὧν ἕκαστος ἐπεσημάνατο τὴν ἑαυτῦ γνώμλιν. *Si quis senatorum videbatur inique agere, suffragia de eo ferebat senatus, an oporteret eum non amplius fungi officio senatoris. Sed pro calculis utebantur foliis, per quae unusquisque significabat suam sententiam.* Mentio eius moris apud AEschinem κατὰ Τιμάρχυ. Ἐὰν μὲν ἡ βυλὴ καταγνῦσα τυτονὶ ἀδικεῖν, κ᾽ ἐκφυλλοφορήσασα δικαστηρίῳ παραδῷ, δότε τὴν δορεὰν αὐτοῖς. *Siquidem senatus condemnans eum iniuste agere, & foliis sententias ferens iudicio tradat, date hoc donum illis.* Et mox. Μετὰ ταῦτα, ὡς ἐπανῆλθεν ἡ βυλὴ εἰς τὸ βυλευτήριον, ἐξεφυλλοφόρησεν αὐτόν. *Post haec, ubi rediit senatus in curiam, foliis sententia lata eum eiecit.* Meminit etiam Demosthenes κατὰ Νεκίρας. Errat Ioannes Tzetzes Chil. XIII. cap. CCCCLXXXIX.

Ἐκφυλλοφόρησιν δ᾽ αὐτὴν οὕτω καλῦμλυ πάλιν.
Ἐν τόποις, οἷς ὀχὶ παρῆν ἐφεύρεσις ὀστράκων,
Εἰς φύλλα παρενέγραφον, ὥσπερ ἐν τοῖς ὀστράκοις,
Καὶ τὰ λοιπὰ ἐτέλυν δὲ, ὡς ἐν ὀστράκοις ἔφλυ.
Μόνον ἐς τὸ Κυνόσαργες τὰ φύλλα ὐκ ἐῤῥίπτυν,
Εἰς τόπον σέγεν φύλλα δὲ δυνάμλιον, κ᾽ κρύπτειν.

Expulsionem per folia hanc ita vocamus rursum;
In locis, quibus nondum aderat adinventio testarum,
In foliis conscribebant, tamquam in testis.
Et vero reliqua peragebant, ut in testis dixi.
Tantum in Cynosarges folia non coniiciebant,
Sed in locum qui tegere folia poterat, & abscondere,

Neque enim per defectum testarum adhibita folia, ut tradit; verum calculorum vicem. Adparet in citatis Harpocrationis verbis; quibus respondent illa Suidae. Ἀντὶ ἧς ψήφυ φύλλοις ἐπεσήμαινε τὴν ἑαυτῦ γνώμλιν ἕκαστος, ὥσπερ ὀστράκῳ ἐπὶ τῦ ὀστρακισμοῦ. *Sed pro calculo foliis significabat suam sententiam quisque, prout testa in ostraciſmo.* Vbi observa. Quemadmodum testularum usus in ostraciſmo erat, ita foliorum in ecphyllophoresi. Iam Ὀστρακισμὸς erat populi, & ἐκφυλλοφόρησις senatus. Observare est etiam apud Pollucem lib. VIII. cap. v. Καὶ ἡ βυλὴ δὲ (a) τῶν πενταχοσίων φύλλοις ἀντὶ ψήφων ἐχρῶντο. κοινῇ μέντοι πᾶς ὁ δῆμος ὀστράκοις ἐψηφίζετο. *Et senatus autem quingentorum foliis pro calculis utebatur; communiter tamen omnis populus suffragia ferebat per testas.* Primitus quidem fabis utebantur, sed, postquam fraudem Xenotimus feciſſe deprehentus esset, coepta folia earum loco adhiberi. Commemorat rem omnem Etymologici Auctor. Εἴ ποτέ τις τῶν πολιτῶν ἀδικεῖν εδόκει, κ᾽ ἀνάξιος εἶναι τῦ συνεδρίυ τῶν πενταχοσίων ἐσκόπει περὶ αὐτῦ ἡ βυλὴ, εἰ χρὴ αὐτὸν μηκέτι βυλεύειν, ἀλλ᾽ ἐλασθῆναι κ᾽ τῦ συνεδρίυ· ἀντὶ δὲ τῆς ψήφυ, φύλλοις ἐχρῶντο, ἐν οἷς ἐπεσήμαινε ἕ αὐτῦ γνώμλιν ἕκαστος, ὥσπερ ὀστράκῳ ἐπὶ τῦ ὀστρακισμῦ. Καὶ ἐλέγετο ἐπὶ τύτυ ἐκφυλλοφορῆσαι. Μετὰ δὲ τὸ ἁλῶναι Ξενότιμον ὑπηρέτην ἐν τοῖς κυάμοις, ὕτως ἡ τῶν φύλλων ἐπενοήθη. *Si quando civis aliquis iniuste agere videbatur, & indignus esse coetu quingentorum, consultabat de eo senatus, si oporteret eum non amplius senatui interesse, sed pelli etiam coetu. Sed pro calculo foliis utebantur, in quibus significabat suam quisque sententiam, prout testa in ostraciſmo; & in ea re dicebatur expellere per folia. Sed postquam Xenotimus minister deprehensus est in fabis, ita foliorum usus fuit excogitatus.* Damnatus fuit, lata per folia in hunc modum sententia, Polyeuctus. Itaque inter Dinarchi Orationes una inscripta fuisse legitur, Κατὰ Πολυεύκτυ ἐκφυλλοφορηθέντος. Observo apud Dionysium Halicarnasseum, qui in Dinarcho enumerat eam secundo loco inter Orationes illius genuinas publicas. Meminit quoque Harpocration in Ἐκφυλλοφορῆσαι.

(a) Adde ἡ.

CAP. XX.

Eleusis heros, Eleusini populo nomen dedit. Eius uxor. Hesychii locus restitutus.

INter nobiliſſimos Atticae populos Eleusis erat. Huic nomen ab Eleusine Mercurii filio datum volunt. Pausanias in Atticis. Ἐλευσῖνα ᾧ ἥρωα, ἀφ᾽ ἧ τὴν πόλιν ὀνομάζυσιν, οἱ μὲν Ἑρμῦ παῖδα καὶ Δαείρας Ὠκεανῦ θυγατρὸς λέγυσι· τοῖς δέ ἐσι πεποιημένα Ὤγυγον εἶναι πατέρα. *Eleusina vero heroem, a quo urbem nominant, alii quidem Mercurii filium & Dairae Oceani filiae dicunt: ab aliis vero compositum est, patrem esse Ogygum.* Harpocration in Ἐλευσίνια. Ὠνομάσθη ᾧ ἡ πόλις Ἐλευσὶς, ἀπὸ Ἐλευσῖνος τῦ Ἑρμῦ. *Nominata vero est urbs Eleusis ab Eleusine Mercurii filio.* Hyginus Fab. CCLXXV. *Eleusinus Mercurii filius (condidit) Eleusinem.* Et observa in Hygini verbis, Eleusinem condidisse urbem cognominem; quod tamen Pausanias & Harpocration non dicunt. Alii tradunt, condidisse Triptolemum, Eleusinis filium, & a patre nomen dedisse. In his Servius ad Georgic. I. *Triptolemo regnum (Cephalus) tradidit, qui accepto regno oppidum constituit. & ex patris nomine Eleusinem adpellavit.* Vxor vero Eleusino huic Cyntinia. Apud eumdem Servium loco citato. *Ceres quum Proserpinam filiam quaereret, ad Eleusinum regem devenit, cuius uxor Cyntinia puerum Triptolemum pepererat.* Hygino Cothonea nuncupatur Fab. CXLVII. ubi totidem pene verbis eadem habes. Corrigendus per occasionem locus Hesychii, hactenus mutilus, & turbatus. Ita editur. Ἐλεύθω, ἔρχομαι. Εἰλέθυια. Ἐλευσίνια, ἀγὼν θυμελικός. *Eo, venio, Ilithyia. Eleusinia, certamen scenicum.* Restituo. Ἐλεύθω, ἔρχομαι. Ἐλευθὼ, Εἰλέθυια. Ἐλευσίνια, ἀγὼν θ. *Eo, venio. Eleutho, Ilithyia. Eleusinia certamen sc.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXI.

Aristophanis Βαβυλώνιοι. *Ea Comoedia quando acta, & per quem, quoque archonte. Apostolius correctus. Pedieus archon. Lysiae Oratio* κατὰ Μικίνου, φόνου. *Harpocration, Athenaeus, & Priscianus emendati.* Ἀφύαι *meretrices.*

INter Aristophanis Comoedias una est, Βαβυλώνιοι inscripta. Eam docuit per Callistratum. Exstat ea de re locus apud Apostolium in Σαμίων ὁ δῆμος, *Samiorum populus*, sed corruptissimus. Τὸν δὲ Ἀθηναίους ἔπεισε χρῆσθαι τῶν Ἰώνων γράμμασιν Ἀρχῖνος ὁ Ἀθηναίου ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκλείδου. τὸν δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδου καὶ Ἐπικλέους. *Athenienſibus autem perſuaſit Archinus Athenaei filius uti litteris Ionum archonte Euclide. Babylonios vero docuit per Calliſtratum Ariſtophanes annis ante Euclidem & Epiclem.* Nam quot annis ante Euclidem archontem acta ea Fabula? Excidit numerus. Deinde ſub quo archonte? Corruptum hic nomen eius. Reſtituo. Ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδου κά, ἐπὶ Εὐκλέους. *Annis ante Euclidem viginti uno ſub Eucle.* Ita diſerte apud Suidam eſt, ubi illud ipſum proverbium explicatur. Sed de archonte an rectum putabimus? Plane nego. Fuit Euclides hic archon Athenis Olymp. LXXXVIII. anno II. quem XXI. annis, id eſt, IV. Olymp. LXXXII. in eodem magiſtratu praeceſſit Pedieus; ut videre eſt apud Anonymum in Deſcript. Olymp. & Diodorus Siculus lib. XII. Ergo clarus error utriuſque. A Comico Athenienſi ad Oratorem Lyſiam tranſeamus. Inter eius Orationes quaedam fuit, Κατὰ Μικίνου, φόνου. *Contra Micinam, caedis.* Is titulus apud Harpocrationem in Ἐπικλῆτας. Corrigo. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Μικίνου, φόνου· εἰ γνήσιος. *Lyſias in oratione contra Micinam caedis; ſi genuina.* Hodie editur. Ἐν τῷ κατὰ Νικίου φ. *in oratione contra Niciam cae.* Leve item mendum apud Athenaeum lib. VIII. Σύνδειπνον εἴρηκεν ἐπὶ συμποσίου Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Μικίνου φόνῳ. *Concaenium dixit de convivio Lyſias in caede contra Micinam.* Reſcribe. Κατὰ Μικίνου, φόνου. *Contra Micinam, caedis.* Aliquanto gravius corruptus Priſcianus lib. XVIII. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Μικίνου· φόνον δὲ πρὸς ἑταίρας ἀπίας ἀνήκειν δοκοῦντα παραλείψεται. *Lyſias in oratione contra Micinam. caedem non ad meretrices Apias pertinere creditam praetermittet.* Ac primo reſcribendum, Ἐν τῷ κατὰ Μικίνου, φόνου· δὲ πρὸς ἑ. *in oratione contra Micinam, caedis; non adm.* Deinde quid eſt illud? Πρὸς ἑταίρας ἀπίας ἀνήκειν δοκοῦντα. *Ad meretrices Apias pertinere creditam.* Reſtituo, Πρὸς ἑταίρας Ἀφύας ἀνήκειν δ. *ad meretrices Aphyas pertinere c.* Erant Athenis meretrices quaedam, Ἀφύαι cognominatae. Hyperides in Orat. Κατὰ Ἀριστογόρα, apud Athenaeum lib. XIII. Καὶ πάλιν τὰς Ἀφύας καλουμένας τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκάλεσατο. *Et rurſus Aphyas vocatas eodem modo vocavit.* Fuerunt autem duae ſorores; quarum nomina, Anthis & Stagonium. Apollodorus ibidem apud eumdem Athenaeum. Στα γόνιον, καὶ Ἄνθις, ἀδελφαί. αὗται Ἀφύαι ἐκαλοῦντο, ὅτι καὶ λευκαὶ καὶ λεπταὶ οὖσαι, τοὺς ὀφθαλμοὺς μεγάλους εἶχον. *Stagonium & Anthis, ſorores. Hae Aphyae vocabantur, quo & candidae, & graciles quum eſſent, haberent oculos magnos.* Meminit Suidas. Ἀφύαι, ὀνόματα ἑταιρῶν ἀδελφῶν δύο παρὰ Ὑπερίδῃ. *Aphyae, nomina meretricum ſororum duarum apud Hyperiden.* Et Harpocration. Ἀφύαι. Ὑπερίδης κατ' Ἀριστογόρα, ἔστι δὲ καὶ ὀνόματα ἑταιρῶν γυναικῶν ἀδελφῶν δύο. *Aphyae. Hyperides contra Ariſtagoram. Sunt autem nomina meretricum mulierum duarum ſororum.* Ita rectiſſime locum illum emendandum cenſet Mauſſacus, novum Galliae ſuae ornamentum.

CAP. XXII.

Minervae, & Pandroſi, coniuncta templa; item ſacra. Philochori locus apud Harpocrationem emendatus. Olea in Pandroſi templo, a Minerva plantata. Ἐπίβοιον. *Suidas correctus. Iuramentum per Pandroſum*

LOcus Philochori eſt e ſecundo, ſcilicet τῆς Ἀτθίδος, apud Harpocrationem in Ἐπίβοιον. Ita habet. Ἐὰν δέ τις τῇ Ἀθηνᾷ θύῃ βοῦν, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τῇ Πανδώρᾳ θύειν οἶν μετὰ βοός, καὶ ἐκαλεῖτο τὸ θῦμα ἐπίβοιον. *Si quis vero Minervae immolet bovem, neceſſe eſt etiam Pandorae immolare ovem cum bove, & vocabatur iſtud ſacrificium Epiboeum.* Totidem verbis, ſed omiſſo Philochori nomine, tranſcripſerunt Etymologici Auctor, & Suidas. Sed in mendo Philochori locum eſſe; adfirmare audeam. Nam Pandoram quidem inter Erechthei filias unam fuiſſe non ignoro, quae pro ſalute publica a patre mactata cum ſorore Protogenia. Qua de re Suidas in Παρθένοι. Sed an huic divini honores habiti fuerint pariter cum Minerva? Non memini legere. Si quid iudico, legendum potius. Καὶ τῇ Πανδρόσῳ θύειν. *Etiam Pandroſo immolare.* Pandroſus, ut notum, filia fuit Cecropis, cui Athenienſes divinos poſt mortem honores habuerunt; ac templum Minervae coniunctum dedicarunt. Obſervo apud Pauſaniam in Atticis. Τῷ ναῷ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς Πανδρόσου ναὸς συνεχής ἐστι. *Templo autem Minervae vicinum eſt Pandroſi templum.* Et adparet in iſtis quoque verbis Philochori Ἀτθίδος lib. IX. Κύων εἰς τὸν τῆς Πολιάδος νεὼν εἰσελθοῦσα, καὶ δῦσα εἰς τὸ Πανδρόσιον, ἐπὶ τὸν βωμὸν ἀναβᾶσα τοῦ Ἑρκείου Διός, ἐν ὑπὸ τῇ ἐλαίᾳ, κατέκειτο. *Canis in Poliadis templum ingreſſa, & procedens in Pandroſium, aſcendens in aram Hercei Iovis, quae eſt ſub quercu, iacebat.* Exſtat praeclarum hoc fragmentum apud Anonymum in Deſcript. Olymp. Et obſerva ibidem in Pandroſi templo oleam. Eam illic a Minerva plantatam ferebant. Docet id nos Apollodorus lib. III. Μετὰ δὴ τοῦτον ἦλθεν Ἀθηνᾶ. καὶ ποιησαμένης τῆς καταλήψεως Κέκροπα μάρτυρα, ἐφύτευσεν ἐλαίαν, ἣ νῦν ἐν τῷ Πανδροσίῳ δέικνυται. *Poſt hunc vero venit Minerva; & quum feciſſet adprehenſio-*

Digitized by Google

sionis teslem Cecropem, plantavit olivam, quae nunc in Pandrosio ostenditur. Atqui ut templa, ita sacra quoque coniuncta habebant Minerva & Pandrosus; quumque Minervae bove fieret, Pandroso quoque ove factum. Id autem sacrum Ἐπίβοιον, sive Ἐπίβοον, nuncupatum; quod post bovem, Minervae immolatum, fieri soleret. Apud Suidam est. Ἐπίβοον, ἐκ τῦ βοὸς θυσία. *Epiboum, ex bove sacrificium*, Scribe. Ἐπίβοον, ἐπὶ τῦ β. θ. *Epiboum, supra bovem s.* Certe Pandrosi sacrorum meminit etiam Athenagoras Orat. pro Christ. Καὶ Ἀγραύλῳ Ἀθηναῖοι καὶ τελετὰς καὶ μυςήρια ἄγυσι, καὶ Πανδρόσῳ, αἱ ἐνομίθησαν ἀσεβεῖν, ἀνοίξασαι τὴν λάρνακα. *Et Agraulo Athenienses & initiationes & mysteria celebrant, & Pandroso, quae existimatae fuerunt impie agere aperienda cista*. Iuratum item per eam video. Ecce Stratyllus apud Aristophanem. Lysistrata.

Εἶτ' ἄρα, νὴ τὴν Πάνδροσον, ταύτῃ μόνον
Τὴν χεῖρ' ἐπιβαλεῖς, ἐπιχεσεῖ πατέμενον.
Dein utique, per Pandrosum, huic solum
Manum iniicies, oppedet calcatus (a).

CAP. XXIII.

Hippocrates, dux exercitus Athenienſium in proelio ad Delium. Andocides emendatus. Pagondas Boeotarcha; & quidam eius nominis alius. Diodorus Siculus restitutus, item Cicero, & Harpocration.

NOtum ex Historia Graeca proelium Athenienſium apud Delium, Boeotiae urbem. In eo dux exercitus Hippocrates mortem oppetiit. Corruptus ea de re Andocidis locus Orat. Κατὰ Ἀλκιβιάδες. Τελευτήσαντ@ Ἱππονίκυ, ςρατηγῦντ@ ἐπὶ Δηλίῳ. *Mortuo Hipponico, qui dux militum fuerat ad Delium*. Item aliter ibidem. Ἵνα τ οἶκον τὸν Ἱππονίκυ κατάσχῃ. *Vt domum Hipponici obtineret*. Vtrobique rescribendum, Ἱπποκράτυς. Ecce apud Pausaniam in Boeoticis. Τ'ςερον μέντοι καὶ Θηβαίοις νίκη κατ' Ἀθηναίων ἐπὶ Δηλίῳ τῷ Ταναγραίων ἐγένετο. καὶ Ἱπποκράτης τε ὁ Ἀρίφρον@. ὃς ςρατηγὸς ἦν Ἀθηναίοις, καὶ τῆς ἄλλης ςρατιᾶς τὸ πολὺ ἔπεσε. *Postea tamen & Thebanis victoria contra Athenienſes ad Delium Tanagraeorum contigit: & Hippocrates Ariphronis filius, qui dux erat Athenienſibus, & reliquae militiae magna pars cecidit*. Plutarchus in Nicia. Ἐν δὲ Δηλίῳ χιλίυς αὐτῶν ἀπέβαλον, Ἱπποκράτυς ἡγεμένυ. *In Delio autem mille ſuorum amiſerunt Hippocrate duce*. Xenophon Memorab. lib. III. Ἀλλ' ὁρᾶς, ὅτι ἀφ' ἧ ἡ τε σὺν Τολμίδῃ τ χιλίων ἐν Λεβαδείᾳ συμφορὰ ἐγένετο, καὶ ἡ μεθ' Ἱπποκράτυς ἐπὶ Δηλίῳ, ἐκ τύτυ τεταπείνωται μὲν ἡ τῶν Ἀθηναίων δόξα πρὸς τὺς Βοιωτύς. *Sed vides ab eo tempore, quo cum Tolmida calamitas illorum mille in Lebadia contigit, atque illa cum Hippocrate ad Delium, imminutam esse gloriam Athenienſium contra Boeotos*. Videndi quoque Thucydides lib. IV. Diodorus Siculus lib. XII. & Hesychius in Δηλιον.

(a) Vide *Cecropiae Cap.* XXVIII.

Sed ut ducis Athenienſium in illa pugna corruptum nomen apud Andocidem, ita Boeotarchae etiam apud Diod. loco citato. Παντοιάδας δὲ, ὁ τῶν Βοιωτῶν ἔχων τὴν ςρατηγίαν, ἐξ ἁπασῶν τῶν κατὰ τὴν Βοιωτίαν πόλεων μεταπεμψάμυ@ ςρατιώτας, ἦκε πρὸς τὸ Δήλιον μετὰ πολλῆς δυνάμεως. *Sed Pantoeadas, Boeotorum praeturam gerens, ex omnibus Boeotiae urbibus concito milite, venit ad Delium cum magno exercitu*. In aliis codicibus scribitur, Παντώδας δὲ, *Pantodas autem*. Quae lectio propius a vera abest. Restituo, Παγώνδας ὄ, *Pagondas autem*. Thucydides libro citato. Παγώνδας ὁ Αἰολάδου Βοιωτάρχων ἐκ Θηβῶν. *Pagondas AEoladae Praetor Boeotorum ex Thebis*. Et occurrit illic pluries. Athenaeus lib. V. Εἰ γὰρ καὶ τὸ Δήλιον ἥρηκε Σωκράτης, ὡς ἱςορεῖ Ἡρόδικ@ ὁ Κρατήττι@, ἐν τοῖς πρὸς τὸν Φιλοσωκράτην. ἅμα τοῖς πολλοῖς ἀσχημόνως ἂν ἔφευγε, Παγώνδα δύο τέλη περιπέμψαντ@ τῶν ἱππέων ἐκ τῦ ἀφανῦς περὶ τὸν λόφον. *Etsi enim Delium quoque ceperit Socrates, ut narrat Herodicus Cratettius in scriptis ad Socratis amicum, simul cum vulgo indecenter aufugit, Pagonda duas alas equitum clanculum circummittente circa collem*. Restituendum quoque hoc nomen apud Ciceronem De Leg. lib. II. *Atqui omnia nocturna, ne nos duriores forte videamur, in media Graecia Pagondas Thebanus lege perpetua sustulit*. Hodie editur, *Diagondas Thebanus*. Alius est Pagondas, etiam Thebanus, quem curru vicisse Olympiade XXV. narrat Pausanias Eliac. I. Πέμπτῃ δὲ (Ὀλυμπιάδι) ἐπὶ ταῖς εἴκοσι κατεδέξατο ἵππων τελείων δρόμων. καὶ ἀνηγορεύθη Θηβαῖ@ Παγώνδας κρατῶν ἅρματι. *Quinta vero (Olympiade) ſupra viginti ſuſcepit equorum integrorum curſum, & renuntiatus fuit Thebanus Pagondas victor curru*. Et Anonymus in Descriptione Olymp. ista Olympiade. Παγώνδας Θηβαῖ@ ἅρματι τελείᾳ πρῶτ@. *Pagondas Thebanus curru integro primus*. Adparet ergo, nomen Thebanum esse Παγώνδας. Sed in proelii eius mentione corruptus hodie Harpocrationis locus. Δήλιον, χωρίον ἐςὶ τῆς Βοιωτίας. ἐνταῦθα Ἀθηναῖοι μαχόμενοι ἐνικήθησαν ὑπὸ Βοιωτῶν καθά φησι Θυκυδίδης ἐν πράτῃ. *Delium, regiuncula est Boeotiae. Illic Athenienſes pugnantes victi ſunt ab Boeotis, ſicut ait Thucydides in prima*. Rescribendum aio, κ φ Θ. ἐν τετάρτῃ. *ſ. a. T. in quarta*. Nam hoc proelium commemoratur a Thucydide lib. IV. Ortum mendum ex confusione numerorum ά. & δ.

CAP. XXIV.

Ἐπιδίετες ἠβῆσαι. Ἐπιδιέτης. *Harpocration, Suidas, & Iſaeus, correcti.*

APud Athenienses, quid esset, Ἐπιδίετες ἠβῆσαι, video controversum. Alii, annum secundum post pubertatem agere, id est, decimum sextum, interpretantur: alii, illud biennium statuunt, quod in praesidio exigebant, postquam ephebos, id est, annum decimum octavum, excessissent. Etymologici Auctor. Ἐπιδίετες ἠβῆσαι, τετέσιν ἐτῶν

Digitized by Google

ἐτῶν ἑκκαίδεκα γλυέσθαι. τὸ γὰρ ἡβῆσαι, μέχρι δεκατεσσάρων ἐστίν. ἄλλοι, ἔφηβοι παρὰ Α'θηναίοις ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν γλυόμενοι ἐλέγοντο· καὶ ἔμενον μὲν ἐν τοῖς ἐφήβοις ἔτη δύο. ἔπειτα εἰς τὸ λεξιαρχικὸν ἐγράφοντο γραμματεῖον. *Post biennale pubescere, hoc est fieri annorum sedecim. Nam pubescere est usque ad quatuordecim; alii, ephebi apud Athenienses annorum octodecim facti dicebantur, & manebant quidem in ephebis per annos duos: deinde in album Lexiarchicum* (quo sortiri poterant magistratum) *referebantur*. Harpocrationis hac de re locus gemino mendo infestus. Ἐπιδίετες ἡβῆσαι, Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου. Δίδυμός φησιν, ἀντὶ τοῦ, ἐὰν ἑκκαίδεκα ἐτῶν γλυόμενοι, τὸ γὰρ ἡβῆσαι μέχρι τεσσαρεσκαίδεκά ἐστιν. ἀλλ' οἱ ἔφηβοι παρ' Α'θηναίοις ὀκτωκαιδεκαετεῖς γίνονται, καὶ μένουσιν ἐν τοῖς ἐφήβοις ἔτη δύο. ἔπειτα τῷ ληξιαρχικῷ ἐγγράφονται γραμματείῳ, καθά φησιν Τ'ιμαῖος ἐν τῷ πρὸς Χάρητα ἐπιτροπικῷ. Ἐπειδὴ δὲ ἐνεγράφην ἐγὼ, καὶ ὁ νόμος ἀπεδέδωκε τὴν κομιδὴν τῶν καταλειφθέντων τῇ μητρὶ, ὃς κελεύει κυρίους εἶναι τῆς ἐπικλήρου, καὶ τῆς οὐσίας ἀπάσης, τοὺς ἄπαιδας, ἐπειδὰν ἐπιδίετες ἡβῶσιν. *Post biennale pubescere. Demosthenes in sermone contra Stephanum. Didymus ait pro eo, si sedecim annorum facti. Nam pubescere est usque ad quatuordecim. Sed ephebi apud Athenienses fiunt octodecennes, & manent in ephebis annos duos, deinde Lexiarchico inscribuntur albo, prout ait Hyperides in tutorio sermone contra Charetem: Postquam vero inscriptus ego fui, & lex indulsit curam eorum, quae matri relicta erant, quae iubet auctores esse mulieris, ad quam pertinet hereditas, ac totius patrimonii, illos qui sine liberis essent, postquam post biennale pubescant*. Ac initio emendandum. Α''λλοι, ἔφηβοι παρ' Α'. *Alii, ephebi apud A.* Vult dicere, diversam aliorum de eius phraseos significatione sententiam esse; ut recte est apud Etymologici Auctorem. Eodem mendo laborat Suidas, obiter itidem corrigendus. Deinde in fine, in Hyperidae verbis. Κελεύει κυρίους εἶναι τῆς ἐπικλήρου, καὶ τ' οὐσίας ἁπάσης, τοὺς ἄπαιδας, ἐπὰν ἐπιδίετες ἡβῶσιν. *Iubet auctores esse mulieris, ad quam pertinet hereditas, & totius patrimonii, eos qui sine liberis sunt, postquam post biennale pubescant*. Legendum censeo. Τοὺς παῖδας, ἐπὰν ἑ. ἡ. *Filios, postquam p. b. p.* Nam lex de ipsis liberis loquebatur, qui annos octodecim excessissent; non de iis, qui liberos non haberent. Demosthenis locus in Oratione 11. Κατὰ Στεφάνου, quem respexit, iste est. Ἐὰν ἐξ ἐπικλήρου τις γένηται, καὶ ἅμα ἡβήσῃ ἐπιδίετες, κρατεῖν τῶν χρημάτων, τὸν δὲ σίτον μετρεῖν τῇ μητρί. *Si quis nascatur ex muliere, cuius est hereditas, & simul post biennale pubescat, obtinere pecunias, frumentum vero admetiri matri*. Sunt verba legis. Corruptus quoque Isaei locus Orat. Περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου. Τῶν δὲ χρημάτων οὐκ ἂν ἄλλοι γλυόμενοι παῖδες ἐκ τούτου καὶ ἐξ ἐκείνης, ὁπότε ἐπὶ διετὲς ἐβίωσαν. *Pecuniarum vero non alii nati filii ex hoc & ex illa, quando post biennale vixerint*. Restituo, Ὁπότε ἐπιδίετες ἡβῶσιν. *Quando post biennale pubescant*. Qui autem ea aetate esset, Ἐπιδίετης dicebatur. Pollux lib. 1. cap. VII. Ἐπιδιέτης δὲ, ἡβάσκων. ἢ, ἐξ ἐφήβων δύο ἔτη. *Postbiennalis vero, pubescens; aut, ex ephebis duo anni*. Paucis verbis repraesentat utramque explicationem.

CAP. XXV.

Dyscinetus, & Nicophemus, archontes Athenis; & quando. Demosthenes emendatus. Idem qua aetate fuerit, moriente patre; ac quando natus. Plutarchi, & Photii, error indicatus.

LOcus est Demosthenis Orat. in Steph. 11. ubi dicit, patrem suum obiisse Dysniceto, Phormionem Athenienscm factum esse Nicodemo praetore, Ὁ δὲ πατὴρ ἐτελεύτησεν ἐπὶ Δυσνικήτου ἄρχοντος. ὁ δὲ Φορμίων Α'θηναῖος ἐγένετο, ἐπὶ Νικοδήμου ἄρχοντος. δεκάτῳ ἔτει ὕστερον, ἢ ὁ πατὴρ ἡμῶν ἀπέθανε. *Pater autem mortuus est Dysniceto archonte. Phormion autem Athenienscs factus est Nicodemo archonte, decimo post anno, quam pater meus mortuus fuit*. Sed corrupta ibi τ' ἀρχόντων nomina. Ac primo legendum, ἐπὶ Δυσκινήτου ἄρχοντος. *Dyscineto archonte*. Summum Athenis magistratum gessit Dyscinetus hic Olymp. CII. an. III. Ita docet Anonym. in Descript. Olymp. ista Olymp. isto anno. Neque aliter nominatur a Diodoro Siculo lib. XV. Τῷ δὲ ἐνιαυσιαίου χρόνου διελη-λυθότος, Α'θήνησιν ἦρχε Δυσκίνητος. *Annuo tempore elapso archon fuit Athenis Dyscinetus*. Et Pausanias Messeniacis. Κατῆλθον δὲ εἰς Πελοπόννησον οἱ Μεσσήνιοι, καὶ ἀνεσώσαντο τὴν αὐτῶν, ἑπτὰ καὶ ὀγδοήκοντα καὶ διακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον μετὰ Ἴλιον ἅλωσιν, Δυσκινήτου μὲν ἄρχοντος Α'θήνησιν, τρίτῳ δὲ ἔτει τῆς δευτέρας καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Descenderunt vero in Peloponnesum Messenii, & suam regionem conservarunt septem & octoginta & ducentis annis post Iliae expugnationem, Dyscineto quidem archonte Athenis, tertio autem anno secundae & centesimae Olympiadis*. Decennio post factus est Athenienses Phormio, archonte Nicophemo, anno quarto Olympiadis centesimae quartae. Ecce seriem eo intervallo archontum, I. Dyscinetus, II. Lysistratus, III. Nausigenes, IV. Polyzelus, V. Cephisodorus, VI. Chion, VII. Timocrates, VIII. Chariclides, IX. Molon, X. Nicophemus. Ergo in Demosthenis sequentibus verbis rescribendum quoque. Ἐπὶ Νικοφήμου ἄρχοντος, *Nicophemo archonte*. Ita nominat Anonymus, quem laudavi, & Diodorus etiam Siculus in fine libri citati. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Α'θήνησι Νικοφήμου, τὴν ὑπατικὴν ἀρχὴν ἐν Ῥώμῃ διέλαβε Γάϊος Σουλπίκιος καὶ Γάϊος Λικίννιος. *Archonte autem Athenis Nicophemo, consularem magistratum Romae excepit C. Sulpicius & C. Licinius*. Observa autem de morte patris, quam ait Demosthenes incidisse in magistratum Dyscineti. Ergo amiserit patrem Orator puer fere, & annos dumtaxat undecim natus. Nam, ut ex eodem illo Anonymo discimus, natus est tribus annis post Aristotelem, Olympiadis XCIX. anno IV.

Digitized by Google

IV. quum magiſtratum ſupremum gereret Demophilus. Verba eius, in iſtius temporis notatione, ecce iſta. Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ, ἐγεν νήθη, τρίτῳ ἔτει μετὰ Ἀριστοτέλη. *Demoſthenes orator natus eſt tertio anno poſt Ariſtotelem.* Huic conſentit Dionyſius Halicarnaſſeus in Epiſtola ad Ammaeum, ubi natum eum dicit anno ante Olympiadem centeſimam. Οὗτος (ὁ Δημοσθένης) ἐγεννήθη μὲν ἐνιαυτῷ πρότερον τῆς ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Hic (Demoſthenes) natus eſt anno ante centeſimam Olympiadem.* Itaque ſub Timocrate, qui praeturam geſſit Olymp. CIV. anno I. ipſe aetatis iam annum impleverat XVII. Dionyſius ibidem. Ἄρχοντος δὲ Τιμοκράτους εἰς ἕτος ἦν ἐμβεβηκὼς ἑπταικαιδέκατον. *Archonte autem Timocrate ingreſſus erat annum ſeptimum decimum.* Idem Anonymus etiam notat. ΟΛ. ΡΔ. Α. ΤΙΜΟΚΡΑΤΗΣ. Δημοσθένης ἔτος ἄγων ιζ'. *Ol.* CIV. I. *Timocrates. Demoſthenes annum agens* XVII. Ergo errat Plutarchus lib. de x. Rhet. in Demoſthene. Δημοσθένης Δημοσθένους καὶ Κλεοβούλης τῆς Γύλωνος θυγατρὸς, τὸν δῆμον δὲ Παιανιεὺς, καταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐτῶν ἑπτά. *Demoſthenes Demoſthenis & Cleobules, quae filia Gylonis, populum vero Paeanienſis, relictus ab patre annorum ſeptem.* Iterum in Vita eius. Ἀπολειφθεὶς δὲ ὁ Δημοσθένης ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐπταέτης. *Relictus autem Demoſthenes ab patre ſeptennis.* Errat quoque, qui eum ſequitur Photius in Bibliotheca. Οὗτος ὁ Δημοσθένης, υἱὸς μὲν γέγονεν ἐκ Κλεοβούλης Δημοσθένους, τοῦ Παιανιέως, καταλειφθεὶς δὲ ὑπὸ πατρὸς ἐτῶν ἑπτά. *Iſte Demoſthenes filius quidem fuit Demoſthenis, Paeanienſis ex Cleobule, relictus autem ab patre ſeptem annorum.* Quin, ſi calculum ipſius ſequamur, fuerit, moriente patre, annorum XV. Nam Dexitheo praetore natum eum tradit; id eſt, annis totis IV. ante Demophilum, quem iam dixi. Iſta enim eius verba. Ἑπτὰ δὲ καὶ τριάκοντα ἔτη γεγονὼς, λογιζομένοις ἀπὸ Δεξιθέου ἐπὶ Καλλίμαχον, ἐφ' οὗ παρ' Ὀλυνθίων ἦλθε πρεσβεία. *Septem vero & triginta annos natus, computantibus ab Dexitheo ad Callimachum, quo archonte venit legatio ab Olynthio.* Et quae ſequuntur.

CAP. XXVI.

Vicus Sandaliaris Romae, iſque in qua Vrbis regione. Apollo Sandaliarius.

INter vicos Vrbis Romae quidam Sandaliaris fuit. Ecce in Inſcriptione quadam.

D. M.
M. AFRANI. HELIODORI
MAGISTRI. VICI
SANDALIARIS
M. AFRANIVS. IMMOL
PATRONO. FEC

Erat autem in regione Vrbis IV. Obſervo in alia Inſcriptione.

T
SEX. FONTEIVS. Ɔ. L. ROPHIMVS
CN. POMPEIVS. CN. L. NICEPHOR
MAG. VICI
SANDALIARI. REG.
IIII. ANNI XVIII.
D. D.

Meminit eius A. Gellius lib. XVIII. cap. IV. *In Sandaliario forte apud librarios fuimus, quum ibi in multorum hominum coetu Apollinaris Sulpicius, vir in memoria noſtra praeter alios doctus, iactatorem quempiam, & venditatorem Saluſtianae lectionis, irriſit.* Et Galenus lib. Περὶ τοῦ προγινώσκειν. Ἄνθρωπόν τινα Χαριλάμπους τοῦ κοιτωνίτου μὲν, ὡς ἅπαντες οἱ νῦν Ἕλληνες ὀνομάζουσι, σωματοφύλακος δὲ, ἵνα οἱ περιέργως Ἀττικίζοντες, νευρότρωτον χρώμενον, ἐθεράπευσα, μηδενὸς τῶν κατὰ τὴν αὐλὴν ἰατρῶν δυναμένου τοῦτο ποιῆσαι, καὶ μετὰ αὐτὸν ἐν τῷ Σανδαλαρίῳ ῥήτορος Διομήδους, ὃ μηδ' αὐτοῦ τῶν ἐκ τῆς αὐλῆς οἱ εὐδοκιμώτατοι τὴν διάθεσιν τοῦ νοσήματος ἠύρισκον. *Hominem quemdam Charilampus cubicularii quidem, prout omnes nunc Graeci nominant, ſed ſatellitis, prout curioſe Atticiſſantes, nervos vulneratum ſanavi, nemine aulae medico ad id ipſum idoneo. Et poſt illum in Sandaliario oratoris Diomedis, cuius nec ipſius vel celeberrimi in aula inveniebant morbi conſtitutionem.* Ab hoc vico, ut videtur, cognomentum Apollini, cui aedem ab Auguſto dedicatam memorat Suetonius in eius Vita cap. LVII. *Pretioſiſſima deorum ſimulacra mercatus, vicatim dedicabat; ut Apollinem Sandaliarium, & Iovem Tragoedum, aliaque.* Et P. Victor in IV. Vrbis regione diſerte ponit.

CAP. XXVII.

Anaxagoras quando natus; quando philoſophari coeperit, & quam diu: ac quando mortuus. Diogenes Laertius reſtitutus. Calliades archon. Diogenes iterum emendatus, & Anonymus in Deſcript. Olymp.

ANaxagoram philoſophum natum Olympiade LXX. mortuum vero anno I. Olymp. LXXVIII. tradit ex Apollodori Chronicis Diogenes Laertius in eius Vita lib. II. Φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς γεγωνέναι αὐτὸν τῇ ἑβδομηκοστῇ Ὀλυμπιάδι τεθνηκέναι δ' τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς ὀγδόης. *Dicit autem Apollodorus in Chronicis natum fuiſſe eum ſeptuageſima Olympiade, mortuum autem primo anno ſeptuageſimae octavae.* In natali anno nutabat magnus Caſaubonus, & legendum putabat, γεγενῆσθαι αὐτὸν τῇ ἑξηκοστῇ Ὀλυμπιάδι, *natum fuiſſe eum ſexageſima Olympiade.* Sed omnino nihil mutandum. Nam natus Anaxagoras Olymp. LXX. anno I. Diſerte notat Anonymus in Olymp. Deſcript. ad iſtud tempus. Ἀναξαγόρας Κλαζομένιος φιλόσοφος ἐγεννήθη. *Anaxagoras Clazomenius philoſophus natus eſt.* Sed in anno mortuali magnum mendum eſt. Nam ab Olymp. LXX. anno I. ad primum LXXVIII. ſunt tantum anni

Digitized by Google

anni xxxii. Atqui vixit annos ſupra LXX. Suidas mihi teſtis in Ἀναξαγόρας. Ἐξήγαγε ἑ τῦ ζῆν ἑαυτὸν, ἐτῶν ἑβδομήκοντα. *Eduxit autem ſe ex vita annorum ſeptuaginta.* Alii ſignate dicunt, vixiſſe annos LXXII. & vigeſimum exegiſſe in tranſitu Xerxis. Diogenes ibidem. Λέγεται δὲ κατὰ τὴν Ξέρξου διάβασιν εἴκοσιν ἐτῶν εἶναι· βεβιωκέναι δὲ ἑβδομήκοντα δύο. *Dicitur autem circa Xerſis tranſitum eſſe annorum viginti: vixiſſe vero ſeptuaginta duo.* Ecce, viginti annorum fuit in tranſitu Xerxis, qui incidit in Olymp. LXXV. annum I. eaque res dubitare non ſinit, quin ſit natus, uti dictum eſt Olymp. LXX. anno I. Diſtincte tranſitum iſtum coniicit in illum annum Anonymus, quem dixi, iſtis verbis. Διάβασις Ξέρξου ἐς Ἑλλάδα. *Tranſitus Xerxis in Graeciam.* His conſentiunt, quae poſtea dicit idem Diogenes, philoſophari incepiſſe ſub Callia archonte, quum annos natus eſſet viginti; & ab eo tempore Athenis annos triginta commoratum. Ἤρξατο ἑ φιλοσοφεῖν Ἀθήνησιν ἐπὶ Καλλίου, ἐτῶν εἴκοσιν ὤν. ὡς φησι Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων ἀναγραφῇ. ἔνθα καί φασιν αὐτῶν ἐτῶν διατρίψαι τριάκοντα. *Coepit autem philoſophari Athenis Callia magiſtratum gerente, quum eſſet annorum viginti, ut ait Demetrius Phalereus in recenſione archontum: ubi etiam dicunt eum verſatum fuiſſe per annos triginta.* Nam Callias iſte illo anno archon fuit; & poſtrema quoque verba mendum eſſe de anno mortuali evincunt. Nam qui ad annum quinquageſimum aetatis ſuae philoſophatus eſt Athenis, non potuit diem obiiſſe trigeſimo ſecundo. Ergo videamus, quomodo corrigi locus debeat. Produxit vitam ad annum LXXII. Igitur natus Olymp. LXX. anno I. oportet obierit primo itidem Olymp. LXXXVIII. quo ſummum Athenis magiſtratum Diotimus geſſit. Et expreſſe in iſto anno mortem eius Anonymus ille, toties nobis iam laudatus repraeſentat. Ἀναξαγόρας Κλαζομένιος φιλόσοφος ἐτελεύτησε. *Anaxagoras Clazomenius philoſophus mortuus eſt.* Quapropter apud Diogenem reſcribe. Τεθνηκέναι τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης. *Obiiſſe autem primo anno octogeſimae octavae.* Totis decem Olympiadibus eſt erratum (a). Sed in Diogene, illo ipſo loco, alterum item mendum reſtat. Dicit viginti annorum fuiſſe ſub Callia archonte; id eſt, Olympiad. LXXV. anno I. Et ita archontem iſtum nominat etiam Anonymus in illo anno. Verum illic etiam mendum; & reſcribendum apud Diogenem, Ἐπὶ Καλλιάδου, apud Anonymum Καλλιάδης. Nam non Callias iſtius anni archon dictus, ſed Calliades. Ipſum Diogenem pro me tibi teſtem dabo eodem libro in Vita Socratis. Ἀμφότεροι δὲ ἤκουσαν Ἀναξαγόρου, καὶ ἔτος καὶ Εὐριπίδης, ὃς καὶ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος ἐγεννήθη ἐπὶ Καλλιάδου. *Ambo autem audiverunt Anaxagoram, & ipſe & Euripides, qui etiam primo anno ſeptuageſimae quintae Olympiadis natus eſt archonte Calliade.* Dionyſius Halicarnaſſeus Rom. Antiquit. lib. IX. Ἐπὶ τὴν ἑβδομηκοστὴν καὶ πέμπτην Ὀλυμπιάδα, ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλιάδου. *Septuageſima & quinta Olympiade, archonte Athenis Calliade.* Et Diodorus Siculus lib. XI. Ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησι Καλλιάδου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Σπόριον Κάσσιον καὶ Πρόκλον Οὐεργίνιον Τρίκοστον. ἤχθη δὲ καὶ παρ' Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς πέμπτη πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα. *Nam archonte Athenis Calliade Romani conſtituerunt conſules Spurium Caſſium & Proclum Verginium Tricoſtum. Acta autem fuit ab Eleis Olympias quinta ſupra ſeptuaginta.* Herodotus lib. VIII. ubi Xerxis in Graeciam tranſitum commemorat, quem in hunc annum incidiſſe iam obiter diximus, & Hiſtoriae omnes conſentiunt. Ἀπὸ δὲ τῆς διαβάσιος τοῦ Ἑλλησπόντου, ἔνθεν πορεύεσθαι ἤρξαντο οἱ βάρβαροι, ἵνα αὐτοῦ διατρίψαντες μῆνα, ἐν τῷ διέβαινον ἐς τὴν Εὐρώπην, ἐν τρισὶ ἑτέροις μησὶ ἐγένοντο ἐν τῇ Ἀττικῇ, Καλλιάδεω ἄρχοντος Ἀθηναίοισι. *Ab tranſitu autem Helleſponti, unde barbari inceperunt progredi, ad eum manentes per menſem unum, in quo tranſierunt in Europam, intra tres menſes alios fuerunt in Attica, Calliade archonte apud Athenienſes.* Igitur, ut puto, ſatis certa emendatio noſtra (b).

CAP. XXVIII.

Coroebus Eleus, Oebotas Dymaeus, & Exaenetus Agrigentinus, quando Olympico certamine vicerint. Oebetae etiam ſtatua poſita oraculi iuſſu, ac quo tempore. Xenocles & Euripides quando inter ſe certaverint. Anonymus in Deſcript. Olymp. & AElianus, emendati. Straton Alexandrinus eodem tempore lucta & pancratio victor, idque quando. AElianus iterum correctus.

CORruptus eſt AEliani locus Var. Hiſt. lib. II. cap. VIII. Κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἑκατὸν Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος στάδιον, ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης· *Prima & ſexta Olympiade, qua vicit Exaenetus Agrigentinus ſtadium, commiſſi inter ſe ſunt ad certandum Xenocles & Euripides.* Dicit bis viciſſe ſtadium Exaenetum; ſemel prima, iterum ſexta Olympiade. Atqui in priore illa Coroebus Eleus, poſteriore vero Oebotas Dymaeus vicit. De Coroebo eſt videre apud Anonymum in Deſcript. Olymp. ΟΛΥΜΠ. Α. Κόροιβος Ἠλεῖος στάδιον. *Olymp. I. Coroebus Eleus ſtadium.* Et apud Pauſaniam Eliac. lib. I. Ἐξ ἧς γὰρ τὸ συνεχὲς ταῖς Ὀλυμπιάσιν ἐστὶ, δρόμου μὲν ἄθλα ἐτέθη πρῶτον, καὶ Ἠλεῖος Κόροιβος ἐνίκα. *Ex quo enim continens memoriis per Olympiadas eſt, curſus quidem certamina primum poſita ſunt, & Eleus Coroebus vicit.* Athenaeus lib. IX. Καὶ ὁ πρῶτος τῶν τὸν Ὀλυμπιάσιν ἀγῶνα ἀναδησαμένων Κόροιβος ὁ Ἠλεῖος, μάγειρος ἦν. *Et primus eorum qui per Olympias certamen rediimiti ſunt, Coroebus Eleus co-*

(a) Hanc emendationem ſequitur *Petavius*, & *Voſſius*, & *Palmerius*. *Origenes* tamen ſeu quicumque alius in φιλοσόφων. ea Olympiade non obiiſſe, ſed floruiſſe ait Anaxagoram.

(b) Conſule *Lib. II, De Archont. Athenienſ. Cap. VIII.*

Digitized by Google

coquus erat. De Oebota idem Anonymus ΟΛΥΜΠ. ς'. Οἰβώτας Δυμαῖ& σάδιον. *Olymp.* IV. *Oebotas Dymaeus Stadium*. Ita emendo. Nam perperam editur, Οἰβώλας Δ. ς'. *Oebolas D. ſ.* Oebotas enim, non Oebolas, dicebatur. Hic eſt ille ipſe, cui demum Olympiade LXXX. archonte Athenis Phraſiclide, ſtatua oraculi Delphici iuſſu collocata eſt ab Achivis. Notat idem infra ad Olympiadis iſtius annum primum. Οἰβώτᾳ ἀνδρὶ Δυμαίῳ σαδίῳ ἀνελομένῳ νίκλῳ Ὀλυμπιάδι ἕκτῃ. εἰκὼν κατὰ μάντευμα ἐκ Δελφῶν ἀνετέθη. *Oebotae viro Dymaeo quum Stadii victoriam abſtuliſſet Olympiade ſexta, ſtatua ex oraculo Delphico poſita eſt*. Meminit utriuſque, & victoriae Olympiade ſexta ablatae, & coronae poſtea octuageſima poſitae, Pauſanias Eliac. lib. II. Οἰβώτᾳ δὲ τὸν μὲν ἀνδριάντα Ἀχαιοὶ κατὰ πρόσαγμα ἀνέθεσαν τῷ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλων& ἐπὶ Ὀλυμπιάδ& ὀγδοηκοστῇς. ἡ δὲ τῷ σαδίῳ νίκη τῷ Οἰβώτᾳ γέγονεν Ὀλυμπιάδι ἕκτῃ, *Oebotae autem quidem ſtatuam Achaei ex iuſſu Apollinis Delphici poſuerunt Olympiade octogeſima; ſed Stadii victoria contigit Oebotae Olympiade ſexta*. Iterum in Achaicis. Οἰβώτᾳ γὰρ ἀνδρὶ Δυμαίῳ, σαδίῳ μὲν ἀνελομένῳ νίκλῳ Ὀλυμπιάδι ἕκτῃ, εἰκόν& δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ περὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα κατὰ μάντευμα ἐκ Δελφῶν ἀξιωθέντι, ἐπίγραμμά ἐστιν ἐπ' αὐτῷ. *Oebotae enim viro Dymaeo, Stadii quidem victoriam auferenti Olympiade ſexta, ſtatua autem Olympiae circa octogeſimam Olympiadem ex oraculo Delphico digno iudicato, inſcriptio eſt in eo*. Deinde, quomodo Olympiade iſta utraque certatum a Xenocle & Euripide, qui tunc nondum nati erant? Ergo manifeſtus ſatis mendi locus. Ego reſtituo. Κατὰ τὴν πρώτλω καὶ ἐνενηκοστὴν Ὀλυμπιάδλα. *Prima & nonageſima Olympiade*. Atque hoc verum eſt; quippe vicit hic Exaenetus Olympiade XCI. & XCII. Notat diſerte ad utramque iſtam Anonymus iam laudatus. Et circa prioris primum annum, quo archon Athenis Ariſtomnetus, Xenocles & Euripides concertarunt. Idem ibidem. Ἀντηγωνήσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς, καὶ Εὐριπίδης· καὶ πρῶτός γε ἦν Ξενοκλῆς Οἰδίποδι, καὶ Λυκάονι, καὶ Βάκχαις, καὶ Ἀθάμαντι Σατυρικῷ. Τούτῳ δευτερ& Εὐριπίδης ἦν Ἀλεξάνδρῳ, καὶ Παλαμήδει, καὶ Τρωσὶ, καὶ Σισύφῳ Σατυρικῷ. *Certarunt adverſarii Xenocles & Euripides: & primus erat Xenocles Oedipo, & Lycaone, Bacchis, & Athamante Satyrico: huic ſecundas tulit Euripides Alexandro, & Palamede, & Troibus, & Siſypho Satyrico*. Certa itaque emendatio noſtra (a). Porro alius quoque eſt eiusdem AEliani locus Var. Hiſtor, lib. IV. cap. XV. Καὶ Στράτων δὲ ὁ Κορράγου εἰς δέον ἔοικε νοσῆσαι. εὖ γὰρ γένους ἦκων, εὖ δὲ καὶ πλούτου, οὐκ ἐγυμνάζετο. καμὼν δὲ τὸν σπλῆνα, καὶ θεραπείας δεηθεὶς τῆς ἐκ τῶν γυμνασίων, τὰ μὲν πρῶτα ὡς ἐς τὸ ὑγιᾶναι ἐχρῆτο αὐτοῖς, χωρῶν ἤδη ἐς τὸ πρόσω τῆς τέχνης, καὶ ἐν ἔργῳ τιθέμεν& αὐτὴν, Ὀλυμπιάσι μὲν ἐνίκησεν ἡμέρᾳ μιᾷ πάλιν καὶ παγκράτιον, καὶ τῇ ἑξῆς Ὀλυμπιάδι, καὶ ἐν Νεμέᾳ δὲ, καὶ Πυθοῖ, καὶ Ἰσθμοῖ. *Sed & Straton Corrhagi filius opportune videtur aegrotaviſſe. Nam quum eſſet bene natus, & in lautis opibus, non exercitabatur. At quum ex liene laboraret, & indigens remedio quod dant exercitationes, primo quidem quaſi inde medicinam petens illis utebatur; ſed blandiente artis profectu, & opus hinc ſibi indicens, Olympiis quidem vicit uno die luctam & pancratium, & ſequuta Olympiade, & Nemeae, & Pytho, & Iſthmo*. Torquent hic ſe viri docti, & pro Ὀλυμπιάσι reſcribunt Ὀλυμπιάδι; pro μὲν, numerum reſtituendum volunt. Non admitto. Neque enim pluries Straton vicit, ſed ſemel tantum; & initio nihil mutandum, nam recte ſeſe verba habent. Ita autem emendandum omnino cenſeo. Ὀλυμπιάσι μὲν ἐνίκησεν ἡμέρᾳ μιᾷ πάλλω καὶ παγκράτιον ἐπὶ τῇ ῥοῇ. Ὀλυμπιάδι, καὶ ἐν Ν. δ. *Olympiis quidem vicit uno die luctam, & pancratium, Olympiade* CLXVIII. *& N.* Vicit Straton, Corrhagi filius, Alexandrinus lucta & pancratio Olympiade CLVIII. Ecce apud eumdem Anonymum in iſta Olympiade, quae hoc adſerunt. Ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας Στράτων Ἀλεξανδρεὺς παγκρατίῳ καὶ πάλῃ ἐνίκησε πέμπτ& ἀφ' Ἡρακλέους· ὃς Νεμέᾳ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ παίδων καὶ ἀγενείων τέσσαρας στεφάνους ἔσχεν. *Eodem die Straton Alexandrinus pancratio & lucta vicit quintus ab Hercule; qui Nemeae eodem die puerorum & imberbium quatuor coronas habuit*. Confirmat itidem Pauſanias Eliac. lib. II. Εἰσὶ γὰρ δὴ ἐν τοῖς γράμμασι τούτοις, Στράτωνα Ἀλεξανδρέα Ὀλυμπιάδι ὀγδόῃ μετὰ τὰς ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν ἐπὶ ἡμέρας ἀνελέσθαι τῆς αὐτῆς παγκρατίῳ καὶ πάλης νίκλω. *Eſt enim in illis litteris, Stratonem Alexandrinum Olympiade octava poſt ſeptuaginta & centum uno die abſtuliſſe victoriam pancratii & luctae* (b).

CAP. XXIX.

Lyſianae cuiusdam Orationis inſcriptio reſtituta; eaque Oratio in uno eodemque nomine pluribus locis emendata.

LYſiae Oratio quaedam exſtat, Κατὰ Παγκλέων&, ὅτι οὐκ ἦν Πλαταιεύς. *Contra Pancleonem, quod non eſſet Plataeenſis*. Sed contendere ego auderem, legendum omnino. Ὅτι οὐκ ἦν Πλωθαιεύς. *Quod non eſſet Plotheenſis*. Non vult oſtendere Orator, non eſſe Thebanum iſtum Pancleonem, Plataeenſem; ſed vero, non eſſe Atticum, e populo Plotheenſi. Nam inter Atticae populos erat Πλωθεὰ, ut nuper oſtendi libro ſingulari. Confirmat valide meam ſententiam ipſe Orator iſtis verbis, initio ſtatim Orationis. Ὡς δὲ ὀρθῶς τὴν δίκλω ἔλαχον τούτῳ Παγκλέωνι, οὐκ ὄντι Πλαταιεῖ τοῦτο ὑμῖν πειράσομαι ἀποδεῖξαι· ὡς γὰρ ἀδικῶν με πολὺν χρόνον οὐκ ἐπαύετο, ἐλθὼν ἐπὶ τὸ γναφεῖον, ἐν ᾧ ἐργάζετο, προσεκάλε-

(a) *Iac. Perizonius* ad hunc AEliani locum: *Veriſſime & optime emendatus iam eſt ex hiſteria hiſce locus a Meurſio, Caſaubono, & Scheffero. Accedit his MS. & Regius* 2083. *& Sluiskianus qui egregius eſt in hoc Capite. Diſerte exhibent illi Graecam numeri* XC. *notam*.

(b) Commendat Meurſii correctionem *Iac. Perizonius*, ſed locum omnino reſtitutum haud cenſet.

Digitized by Google

λεσάμιν αὐτὸν πρὸς τὸν πολέμαρχον, νομίζων μέτοικον εἶναι. ἐπόνιζε δὲ τούτῳ, ὅτι Πλαταιεὺς εἴη, ἠρώμιν ὁπότε δημοτεύοιτο. παραινέσαντός τινος τῶν παρόντων προσκαλέσασθαι καὶ πρὸ τὴν φυλὴν, ἧς τινος εἶναι σκήπτοιτο. ἐπειδὴ δὲ ἀπεκρίνατο ὅτι Δεκελειόθεν προσκαλεσάμενος αὐτὸν κ' πρὸς τοὺς τῇ Ἱπποθοωντίδι δικάζοντας, &c. *Verum iuſte me litem intendiſſe huic Pancleoni, qui non eſt Plataeenſis, id vobis tentabo demonſtrare. Quum enim longo tempore non ceſſaret iniuria me adficere, progreſſus ad fulloniam, in qua operabatur, vocavi eum ad Polemarchum, exiſtimans inquilinum eſſe. Illo autem dicente ſe Plataeenſem eſſe, rogabam quando populo eſſet inſertus; adhortante adſtantium aliquo citare quoque ad tribum, cuius alicuius eſſe ſe calumniabatur. Poſtquam vero reſpondit ex Decelia, vocans illum quoque ad eos qui Hippothoontidi iudicantes.* Attende, ſodes. Negans Pancleon inquilinum ſeſe eſſe, Plataeenſem dictitabat. Quid abſurdius, quaeſo, poteſt? ut ſe Atticum eſſe probet, non inquilinum, Plataeenſem Boeotum dicit. Quis non videt mendum verbi? Certe Plotheenſem ſeſe dicere voluit. Sic poſtea Deceleenſem dicit. Ergo per totam Orationem ubicumque editur, Πλαταιεὺς, Πλαταιέα, Πλαταιέων, Πλαταιέας, reſcribendum ſine dubio, Πλωθειεὺς, Πλωθειεῖ, Πλωθειέα, Πλωθειέων, Πλωθειέας.

CAP. XXX.

Χλωρὸς τυρός. *Caſeo recenti Attico ſacerdos Minervae Poliadis non utebatur, ſed extraneo. Heſychii, & Athenaei, loca mutila indicata. Forum ei vendendo proprium; ac quo die, & a quibus potiſſimum vendi conſueverit. Lyſiae locus recte explicatus.*

AThenienſibus caſeus recens Χλωρὸς τυρὸς dicebatur. Occurrit apud Pollucem lib. VI. cap. IX. ſect. II. Τυρῦ Ἰροφαλὶς, τυρὸς χλωρός. τὸν δὲ ξερὸν, ἰσχνὸν ἔλεγον. *Caſei alimentum* (a), *caſeus viridis: ſiccum vero dicebant tenuem.* Athenaeus lib. VIII. Λαμβάνοντας παρὰ τῶν προσφερόντων Ἰροφὰς, τάτε ἀπὸ τῶν ἱερείων σωλάγχνα, καὶ τυροὺς χλωρούς. *Accipientes ab offerentibus alimenta, & exta victimarum, & caſeos virides.* Heſychii locus iſte, Χλωρὸς Ἰυρὸς, mutilus cenſeri debet, & excidiſſe explicatio videtur, a ſupino librario omiſſa. Neque enim facile apud Graecos Scriptores ullos inventurus es, ubi Χλωρὸς ſimpliciter, & abſolute, pro caſeo recenti uſurpetur. Apud eumdem alio quodam loco legitur. Τράφαλλος, ὁ χλωρὸς τυρός. *Traphallus, viridis caſeus.* Eius uſu abſtinebat Minervae ſacerdos. Notat Athenaeus

(a) Vertendum videretur, *fruſtum*.

lib. IX. Καὶ νῦν δὲ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς ἱέρειαν ἔθος ὗ θύειν ἀμνὴν, οὐδὲ Ἰυρῦ γεύεσθαι. *Sed & nunc Minervae ſacerdotem mos (eſt) non immolare agnam, nec guſtare caſeum.* Sed ſine dubio & ille locus, pariter atque iſte Heſychii, quem praemiſimus, mutilus eſt exiſtimandus. Nam neque ſimpliciter caſeo quovis abſtinebat, ut verba iſta prae ſe ferunt, ſed tantum recenti, eoque Attico: extraneo vero uti licebat. Expreſſe Strabo lib. IX. Τινὲς δ' ἀπὸ τοῦ τὴν ἱέρειαν τῆς Πολιάδος Ἀθηνᾶς χλωρῦ Ἰυρῦ τὸ μὲν ἐπιχωρίου μὴ ἅπτεσθαι, ξενικὸν δὲ μόνον προσφέρεσθαι, χρῆσθαι δὲ κ' τῷ Σαλαμινίῳ, ξένῳ φασὶ τῆς Ἀττικῆς τὴν Σαλαμῖνα. *Nonnulli vero ab eo, quod ſacerdos Poliadis Minervae caſeum viridem, utique indigenam, non tangat, ſed ſolum peregrinum ſumat, utatur autem etiam Salaminio, hinc dicunt ab Attica alienam Salamina.* Non putandum eſt, Athenaeum, ut rerum omnium aliarum, ita etiam Atticarum peritiſſimum, hoc ignoraſſe; verum fraudem oſcitantis librarii eſſe. Proprium autem Athenis forum, in quo ille vendebatur; idque communi nomine Χλωρὸς Ἰυρὸς nuncupatum; quandoquidem uſitatum Atticis, nomen locis a venalibus rebus dare. Pollux lib. X. cap. II. Οἱ Ἀττικοὶ ἀπὸ τῶν πιπρασκομένων κ' τὰ χωρία ὠνόμαζον· λέγοντες, εἰς τὐφον· κ' εἰς τὰ μῦρα. κ' εἰς Ἰὸν χλωρὸν Ἰυρόν. κ', εἰς τὰ ἀνδράποδα. *Attici ab iis quae venduntur etiam loca nominabant; dicentes, ad obſonium, & ad unguenta, & ad caſeum viridem, & ad ſervos.* Ac vendebatur quidem maxime ad triceſimum diem cuiuſque menſis, idque potiſſimum a Plotheenſibus, Atticae populo, qui frequentes tunc ad forum, de quo dixi, convenere. Obſervare eſt apud Lyſiam in Orat. Καλὰ Παγκλέωνος. Πάνλες ἂν ἀγνοοῦντες τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἀκριβέσταλα ἂν ἔφασάν με πυθέσθαι, ἐλθόντα εἰς τὸν χλωρὸν Ἰυρὸν τῇ ἕνῃ κ' νέᾳ· ταύτῃ γὰρ τῇ ἡμέρᾳ Ἰῦ μηνὸς ἑκάστυ ἐκεῖσε συλλέγεσθαι τοὺς Πλωθειέας. *Omnes igitur ignorantes nomen eius, diligentiſſime dicebant me inquiſiviſſe, digreſſum ad viridem caſeum triceſimo die: hoc enim cuiuſque menſis die illic colligere Plotheenſes.* Ita enim legendum ibi, non Πλαταιέας, docui capite antecedenti. Non recte Interpres eruditus, Εἰς τὸν χλωρὸν Ἰυρὸν, vertit; *Ad viridem Tyrum.* Debuiſſet, *Ad forum caſei recentis.* Quod monendum obiter erat. De caſei autem recentis mercatu eſt Apuleii quoque locus Mileſia I. *Comperto itaque Hypatae, quae civitas cunctae Theſſaliae antepollet, eſſe caſeum recentem, & ſciti ſaporis, admodum commodo pretio diſtrahi, feſtinus adcucurri, id omne praeſtinaturus.*

ATTICARVM LECTIONVM

LIBER IV.

CAPVT PRIMVM.

Σεμναὶ θεαί, Earum templum; Ariſtophanis Scholiaſtes emendatus. Εὐμενίδες ubi dictae. Earum ſacerdotes. Λήτφραι. Hoſtiae quales immolatae.

Athenienſibus Σεμναὶ θεαὶ, *Venerabiles Deae*, dicebantur Erinnyes. Harpocration. Σεμναὶ θεαὶ, οὕτω καλοῦσιν Ἀθηναῖοι τὰς Ἐρινύας. *Venerabiles Deae, ita Athenienſes vocant Furias*. Phurnutus. Σεμναὶ δ' ὄντως αὗται αἱ θεαὶ, καὶ Εὐμενίδες. *Venerabiles autem revera iſtae Deae, & Eumenides*. Sophocles Oed. Col.

——— ὅπου θεῶν
Σεμνῶν ἕδραν λάβοιμι καὶ ξενόσασιν.
——— *Vbi Dearum*
Venerabilium ſedem accipiam, & peregrinam ſtationem.

Ac templum iis eo nomine iuxta Areopagum. Pauſanias in Atticis. Πλησίον δὲ (τοῦ Ἀρείου πάγου) ἱερὸν θεῶν ἐσιν, ἃς καλοῦσιν Ἀθηναῖοι Σεμνὰς, Ἡσίοδος δὲ Ἐρινῦς ἐν Θεογονίᾳ. *Prope autem (Areopagum) templum Deurum eſt, quas Venerabiles vocant Athenienſes. Heſiodus autem in Theogonia Erinnyas*. Et huc ſupplices, quemadmodum ad alia quoque templa, confugiebant. Hinc eſt illud apud Comicum in Equitibus.

Εἰ δ' ἀρέσκοι ταυτ' Ἀθηναίοισι, κατῆσθαί μοι δοκῶ
Εἰς τὸ Θησεῖον πλεύσαις, ἢ ἐπὶ τῶν Σεμνῶν θεῶν.
Si vero placent iſta Athenienſibus, ſedere mihi videor
In Theſei templum navigantibus, aut ad Venerabiles Deas.

Vbi Scholiaſtes. Εἰς τὸ Θησεῖον. ἐνταῦθα οἱ καταφεύγοντες τῶν ἱκετῶν ἀσυλίαν εἶχον. ἐπὶ τῶν Σεμνῶν, εἰς τὸ τῶν Ἐρινύων ἱερόν. καὶ ἐνταῦθα δὲ οἱ ἱκέται ἔφευγον. *In Theſei templum: illic qui confugerant ſupplices ſecuritate potiebantur. Ad Venerabiles, in templum Erinnyum; etiam illuc vero fugiebant ſupplices*. Ita locum illum emendo; nam perperam editur primo, τῶν οἰκετῶν, *ſervorum*: deinde, ἐνταῦθα δὲ οἰκέται ἔφευγον, *illic autem ſervi fugiebant*. Pauſanias loco citato (a). Καταφεύγουσιν εἰς τὸν Ἄρειον πάγον, καὶ ἐπὶ τῶν θεῶν, αἱ Σεμναὶ καλοῦνται, τὰς βωμούς. *Defugiunt in Areopagum, & ad Dearum, quae Venerabiles vocantur, aras*. Dinarchus Orat. in Demoſthenem. Ἐπιωρκηκὼς μὲν τὰς Σεμνὰς θεὰς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. *Peierans quidem per Venerabiles Deas in Areopago*. Mox iterum. Μαρτύρομαι τὰς Σεμνὰς θεὰς, ἄνδρες Ἀθηναῖοι. *Teſtor Venerabiles Deas, Viri Athenienſes*. Et deinde. Αὐταὶ αἱ Σεμναὶ θεαὶ τῇ πρὸς Ὀρέσῃ ἐν τούτῳ τῷ συνεδρίῳ κρίσει γινομένῃ, καὶ τούτου ἀληθείᾳ, συνοίκους ἑαυτὰς εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον κατέστησαν. *Ipſae Venerabiles Deae iudicio quod in hoc conſeſſu de Oreſte factum eſt, & eius veritate, domeſticas ſe in reliquum tempus conſtituerunt*. Philemon Comicus diverſas faciebat. Scholiaſtes Sophoclis Oed. Φιλήμων δ' ὁ Κωμικὸς ἑτέρας φησὶ τὰς Σεμνὰς θεὰς τῶν Εὐμενίδων. *Philemon vero Comicus alias dicit Venerabiles Deas Eumeniſin*. Nimirum Σεμναὶ θεαὶ ab Athenienſibus, Εὐμενίδες a Sicyoniis dicebantur. Pauſanias in Corinthiacis. Καὶ ἐν ἀριστερᾷ διαβάσι τὸν Ἄσωπὸν, ἐσὶν ἄλσος πρίνων, καὶ ναὸς θεῶν, ἃς Ἀθηναῖοι Σεμνὰς, Σικυώνιοι δὲ Εὐμενίδας ὀνομάζουσι. *Et in ſiniſtra tranſgreſſis Aſopum, eſt lucus abietum, & aedes Dearum, quas Athenienſes nominant Venerabiles, Sicyonii autem Eumenidas*. Sacerdotes illis feminae, quae Λήτφραι nuncupatae. Heſychius. Λήτφραι, ἱέρειαι τῶν Σεμνῶν θεῶν. *Letirae, ſacerdotes Venerabilium Dearum*. Sed quali illis hoſtia factum? Arbitror, ove nigra; quia ita Oreſtes fecerat. Obſervo apud Schol. Sophoclis loco citato. Ἔνιοι δὲ μεταβαλεῖν αὐτῶν φασι τὸ ὄνομα ἐπὶ Ὀρέσῃ. τότε γὰρ πρῶτον Εὐμενίδας κληθῆναι, εὐμενεῖς αὐτῷ γενομένας, κριθέντι νικᾶν παρ' Ἀθηναίοις, καὶ ὁλοκαυτώσαντι αὐταῖς ὄϊν μέλαιναν ἐν Καρνίᾳ τῆς Πελοποννήσου. *Nonnulli vero dicunt mutaviſſe illarum nomen propter Oreſten: tunc enim primo Eumenidas vocatas eſſe, propitias illi factas, quum iudicio vicißet apud Athenienſes, & immolaſſet illis ovem nigram in Carnia Peloponneſiae regionis*. Certe Sicyonii oves quoque illis immolabant, ſed praegnantes; pro libamine mulſum, pro coronis flores adhibentes. Pauſanias in Corinthiacis loco citato. Καὶ ναὸς θεῶν, ἃς Ἀθηναῖοι Σεμνὰς, Σικυώνιοι δὲ Εὐμενίδας ὀνομάζουσι. κατὰ δὲ ἔτος ἕκαστον ἑορτὴν ἡμέρᾳ μιᾷ σφίσιν ἄγουσι, θύοντες προβατα, ἐγκύμονα, μελικράτῳ δὲ σπονδῇ καὶ ἄνθεσιν ἀντὶ στεφάνων χρῆσθαι νομίζουσιν. *Et aedes Dearum, quas Athenienſes nominant Venerabiles, Sicyonii autem Eumenidas. Quotannis au-*

(a) Non loco citato, ſed in *Achaicis*.

autem festum uno die illis celebrant, immolantes oves praegnantes, mulso autem pro libatione & floribus pro coronis uti fas habent.

CAP. II.

Ptoeodorus. Apollo Πυθαιεὺς, *ubi cultus, unde dictus. Harpocration semel, atque iterum, emendatus.*

HArpocrationis locus est. Πτυόδωρος. Δημοσθένης, ὄνομα κύριον. *Ptyodorus. Demosthenes, nomen proprium.* Ita edidit Maussacus. In Aldina editione erat, Πωιόδωρος. Rescribe, Πτοιόδωρος. Ita recte est apud Suidam, qui haec transcripsit. Neque aliter scribitur apud Demosthenem, quem laudat; cuius locus exstat Orat. Περὶ παραβρεσ. Καὶ παρελθὼν Πτοιόδωρος αὐτῶν ἐξητήσατο, καὶ πλούτῳ, καὶ γένει, καὶ δόξῃ πρῶτος ὢν Μεγαρέων. *Et accedens Ptoeodorus illum expoposcit, & divitiis, & genere, & gloria primus Megarensium.* Hic ipse est, cuius meminit Thucydides lib. IV. Καὶ Πτοιοδώρῳ μάλις' ἀνδρὸς φυγάδος ἐκ Θηβῶν ἐσηγημένῳ, τάδ' αὐτοῖς παρεσκευάσθη. *Et Ptoeodoro maxime, viro exsule ex Thebis introducto, haec ab illis comparata sunt.* Et Plutarchus Dione. Λέγεται δέ ποτε τὸν Δίωνα τῷ Μεγαρέως Πτοιοδώρῳ δειπνῆσαι ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἐλθεῖν. ἦν δὲ, ὡς ἔοικεν τῶν πλουσίων τις καὶ δυνατῶν ὁ Πτοιόδωρος. *Dicitur autem aliquando Dionem ad domum Megarensis Ptoeodori petentis venisse. Erat autem, ut videtur divitum aliquis, & potentium hic Ptoeodorus.* Alius ab hoc, qui commemoratur apud Pindarum Olymp. Od. XIII.

——— Ἐν
Δ' ἀμφιάλοισι Ποσιδάονος τεθμοῖσι
Πτοιοδώρῳ σὺν πατρί.
——— *Sed in*
Maritimis Neptuni legibus
Ptoeodoro cum patre.

Apud eumdem Harpocrationem mox iste quoque locus habetur. Πύθια, Ὑπερείδης πρὸς Ἀπελλαῖον. ἄπορον πῶς ἀπὸ τούτου ἐσχημάτισται παρὰ τῷ Διδύμῳ, καὶ γὰρ οὐ δι' ὧν παρέθετο ὁ γραμματικὸς, ὠνόμασε τὰ Πύθια ἑορτὴν, ἀλλὰ τὸ Πύθιον Ἀπόλλωνα. *Pythia, Hyperides contra Apellaeum. Ambiguum quomodo ab eo formetur ab Didymo: etenim non per illa, quae adposuit grammaticus, nominavit Pythia festum, sed Pythium Apollinem.* Ita reposuit ediditque itidem Maussacus eruditissimus; cui neque hic adsentior. Non enim festum Apollinis, sed cognomen repraesentare Grammaticus voluit. Testantur abunde ista verba. Καὶ γὰρ οὐ δι' ὧν παρέθετο ὁ γραμματικὸς, ὠνόμασε τὰ Πύθια ἑορτὴν, ἀλλὰ τὸ Πύθιον Ἀπόλλωνα. *Etenim non per ea, quae adposuit grammaticus, nominavit Pythia festum, sed Pythium Apollinem.* In Aldina editione erat, Πυθαέα. Dicam quod res est. Transposita unica tantum litterula eruo veram huius loci lectionem. Restituo itaque, Πυθαιέα, vel Πυθαέα. Hyperides in Oratione, quam citat Harpocration Πρὸς Ἀπελλαῖον, Apollinem Πυθαιέα dixit, non Πύθιον. Hoc autem quomodo formaretur, incertum sibi dicit Harpocration; itaque mox in sequentibus eius verbis legendum. Ἄπορον πῶς ἂν τοῦτο ἐσχημάτισαι. *Ambiguum, quomodo id formatum sit.* Atqui a Πυθὼ ut Πύθιος, ita quoque Πυθαιεὺς, & Πυθαεὺς dicebatur. Clare Stephanus in Πυθώ. Καὶ ἀπὸ τῆς Πυθῆος γλυκείας Ἰωνικῆς, Πύθιος, ἐξ ἧς τὸ Πυθίου κτητικόν. καὶ Πυθαιεὺς, καὶ Πυθαεύς. *Et ab genitivo Ionico Pytheos, Pythius, a quo possessivum Pytheius, & Pythaeeus, & Pythaeus.* Immo Πυθαεὺς, sive Πυθαιεὺς, Apollo alius erat, quam Πύθιος, Isto enim cognomento Argivis colebatur, a Pythaeo ipsius filio. Pausanias Corinthiacis. Ἀπόλλωνος δέ εἰσι ναοὶ τρεῖς, καὶ ἀγάλματα τρία. καὶ τῷ μὲν ἐκ ἔξιν ἐπίκλησις, τὸν δὲ Πυθαέα ὀνομάζουσι, καὶ Ὄριον τὸν τρίτον. τὸ μὲν δὴ τοῦ Πυθαέως ὄνομα μεμαθήκασι παρὰ Ἀργείων. τούτοις γὰρ Ἑλλήνων πρώτοις ἀφικέσθαι Τελέσιλλά φησι τὸν Πυθαέα ἐς τὴν χώραν Ἀπόλλωνος παῖδα. *Apollinis autem aedes sunt tres, & statuae totidem; & uni quidem non est cognomen, alterum vero nominant Pythaea, & tertium Orium. Et nomen quidem Pytheos didicerunt ab Argivis: his quippe Graecorum primis venisse Telesilla dicit Pythaea in regionem filium Apollinis.* Et postea. Ἀργεῖοι δὲ ἐς ἔδαφος καταβαλόντες τὴν Ἀσίνην, καὶ τὴν γῆν προσορισάμενοι τῇ σφετέρᾳ, Πυθαέως τε Ἀπόλλωνος ὑπελέποντο ἱερόν. *Argivi autem complanata ad solum Asine, & regionem attribuentes suae, tum Pythaeos Apollinis reliquerunt templum.* Meminit etiam semel iterumque in Laconicis.

CAP. III.

Πυλαία, *Cereris quoque cognomentum; eiusque sacra* Πυλαῖα. Πυλαία, *& Πύλαι, quid in venis. Hesychius emendatus.*

NOtus ex Historia Graeca conventus Amphictyonum, isque Πυλαία dicebatur. Suidas. Πυλαία δὲ ἐκαλεῖτο ἡ εἰς τὰς Πύλας σύνοδος τῶν Ἀμφικτυόνων. *Pylaea autem vocabatur conventus Amphictyonum ad Pylas.* Etymologici Auctor. Πυλαία δέ ἐστιν ἡ εἰς Θερμοπύλας γινομένη σύνοδος τῶν Ἀμφικτυόνων. *Pylaea autem est conventus Amphictyonum ad Thermopylas fieri solitus.* Habes quoque apud Harpocrationem in Πύλαι. Elegans est Strabonis in hanc rem locus lib. IX. Αἱ γῦν πρῶται δώδεκα συνελθεῖν λέγονται πόλεις. ἑκάστη δ' ἔπεμπε Πυλαγόραν δὶς κατ' ἔτος ὅσης τῆς συνόδου, ἔαρός τε καὶ μετοπώρου. ὕστερον δὲ καὶ πλείους συνῆλθον πόλεις. τὴν δὲ σύνοδον Πυλαίαν ἐκάλουν. *Primae igitur duodecim dicuntur convenisse urbes; unaquaeque vero mittebat Pylagoram bis quotannis haberi solito conventu, vere & autumno: postea autem etiam plures convenere urbes. Conventum vero dicebant Pylaean.* In hoc conventu sacra quoque Cereri facta. Testatur Strabo loco citato. Ἐν Πύλαις συνάγουσι, ἃς καὶ Θερμοπύλας καλοῦσιν. ἔθυον τῇ Δήμητρι οἱ Πυλαγόραι. *Ad Pylus congregabantur, quas etiam Thermopylas vocant. Pylagorae sacrificabant Cereri.* Et hinc illa Ceres Πύλας, cognomento dicebatur, ibi culta proprio fano. Erotianus. Τόπος Θεσσαλίας, ἐν ᾧ καὶ τὸ τῆς Πυλαίας Δήμητρος ἱερὸν ἵδρυται. *Py-*

las, locus Theſſaliae, in quo etiam templum Pylaeae Cereris collocatum eſt. Et ſacra iſta Πυλαῖα nuncupata. Hoc Stephanus vult in Πύλαι, quum inquit. Λέγεται καὶ Πυλαῖα τὸ ὑδέτερον ἐπὶ τῆς θυσίας. *Dicuntur etiam Pylaea neutro genere, de ſacrificio.* Porro Πυλαία etiam dicebatur ab extiſpicibus media iecoris amplitudo. Scholiaſtes Demoſthenis ad Orat. De Corona. Πυλαία, ἡ μέση τοῦ ἥπατος. εὐρυχωρία παρὰ τοῖς θύταις. *Pylaea, media pars iecinoris; latitudo apud aruſpices.* Itaque emendandus Heſychius. Πυλαία, Ἀριστοφάνης Τελμισσεῦσιν, ὑπὸ τῶν θυτῶν λέγῃ. ἐκεῖνοι γὰρ ἐπισκέπτονται τὰς ἐκτροπὰς τοῦ ἥπατος καὶ τὰς φλέβας. *Pylaea, Ariſtophanes Telmiſſenſibus, ab aruſpicibus dicit. Illi enim inſpiciunt fibras iecinoris & venas.* Hodie editur, Πύλαι, Ἀριστοφάνης Τ. *Pylae, Ariſtophanes T.* Retrahendum erat α fugitivum in fine. Aliud enim erant Πύλαι in iecore, aliud Πυλαία. Neque confundi inter ſe debent. Hippocrates Περὶ ἀναλομῆς. Τὸ δὲ ἧπαρ ὁμορυτμίλιον ἔχει τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. αἱμορῤῥωδέστερον δ' ἐστὶ τῶν ἄλλων. ὑπερκορυφωσίας ἔχον δύο, ἃς καλέουσι πύλας. *Sed iecur convenientiam habet cum aliis omnibus. Eſt autem magis ſanguineum quam alia; habens duas altiſſimas ſummitates, quas vocant portas.* Xiphilinus in Antonino Caracalla. Αἱ τοῦ ἥπατος τοῦ ἱερείου πύλαι κέκλεινται. *Illae iecinoris victimae portae vocatae ſunt.*

CAP. IV.

Hyperidis Oratio Ἐπιτάφιος, *eiuſque ſcribendae cauſa. Naucrates Iſocratis collega. Dionyſius Halicarnaſſeus emendatus.*

INter Hyperidis Orationes, quas Temporis nobis invidia eripuit, Ἐπιτάφιος fuit. Meminit Dionyſius Longinus Περὶ Ὕψους. Τὸν δ' Ἐπιτάφιον (ὁ Ὑπερίδης) ἐπιδεικτικῶς, ὡς οὐκ ἂν οἶδ' εἴ τις ἄλλος, διέθετο. *Funebrem vero (Hyperides) demonſtrative, prout neſcio an quis alius, diſpoſuit.* Theon in Progymnaſm. Ἔγκωμα δὲ καὶ Ἰσοκράτους μὲν τὰ Ἐγκώμια, Πλάτωνος δὲ, καὶ Θουκυδίδου, καὶ Ὑπερίδου, καὶ Λυσίου τὸν Ἐπιτάφιον. *Habemus vero & Iſocratis quidem Encomia, Platonis vero, & Thucydidae, & Hyperidae, & Lyſiae Funebres.* Harpocration in Πύλαι· Ὅτι δέ τις ἐγίνετο σύνοδος τῶν Ἀμφικτυόνων εἰς Πύλας, Ὑπερίδης τε ἐν τῷ Ἐπιταφίῳ, καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ τριακοστῇ εἰρήκασιν. *Habitum vero conventum quemdam Amphictyonum ad Pylas, & Hyperides in Funebri, & Theopompus in trigeſima dixerunt.* Dionyſius Halicarnaſſeus in Arte cap. VI. quod inſcribitur. Μέθοδος ἐπιταφίων. Λυσίας τε, καὶ Ὑπερίδης, καὶ ὁ Παιανιεὺς, καὶ ὁ τοῦ Σωκράτους ἑταῖρος Ναυκράτης, πολλὰς ἡμῖν τοιαύτας ἰδέας παρέσχοντο. *Et Lyſias, & Hyperides & Paeanienſis, & Socratis amicus Naucrates, multas huiuſmodi formas nobis praebuerunt.* Scripta autem haec Oratio Leoſtheni, & qui cum eo bello Lamiaco fortiter pugnantes cecidiſſent. Plutarchus in eius Vita. Ἐκοινώνησε δὲ καὶ Δημοσθένει τοῦ Λαμιακοῦ πολέμου, καὶ ἐπὶ τοῖς πεσοῦσιν εἶπε τὸν Ἐπιτάφιον θαυμασίως. *Particeps autem cum Demoſthene fuit Lamiaci belli, & in eos qui ceciderunt admirabiliter dixit Funebrem.* Diodor. Sic. lib. XVIII. Καὶ συμπλοκῆς γενομένης, ὁ μὲν Λεωσθένης παρὰ βοηθῶν τοῖς ἰδίοις, καὶ πληγεὶς εἰς τὴν κεφαλὴν λίθῳ, παραχρῆμα ἔπεσε, καὶ λειποψυχήσας εἰς τὴν παρεμβολὴν ἀπενεμίσθη. τῇ τρίτῃ δ' ἡμέρᾳ τελευτήσαντι αὐτοῦ, καὶ ταφέντος ἡρωϊκῶς, διὰ τὴν ἐν τῷ πολέμῳ δόξαν, ὁ μὲν δῆμος τῶν Ἀθηναίων τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον εἰπεῖν προσέταξεν Ὑπερίδῃ τῷ πρωτεύοντι τῶν ῥητόρων τῇ τοῦ λόγου δεινότητι. *Et conflictu facto, Leoſthenes quidem ſuis ſuccurrens, & lapide caput ictus, ſtatim cecidit, & deficiens in caſtra delatus fuit. Sed tertia die illo mortuo, & heroice ſepulto, propter gloriam in bello, populus quidem Athenienſis funebrem laudationem dicere imperavit Hyperidae principi oratorum ob dicendi vehementiam.* Sed in verbis illis citatis Dionyſii Halicarnaſſei pene me fugerat admonere, mendum eſſe, legendumque. Καὶ ὁ τοῦ Ἰσοκράτους ἑταῖρος Ναυκράτης. *Et Iſocratis amicus Naucrates.* Nam Naucrates collega Iſocratis fuit in celebrando funebri Oratione Mauſolo rege, una cum Theodecte, & Theopompo; idque hortatu Artemiſiae. Vide quae hac de re notavimus infra lib. V. cap. XIV. ubi ſimile peccatum librariorum in Ariſtotele quoque oſtendimus.

CAP. V.

Pyrilampes, eiuſque factum. Antiphontis Oratio Περὶ τῶν ταῶν, *eiuſque ſcribendae cauſa. Demus, Pyrilampis F. Heſychius reſtitutus. Plato illuſtratus.*

PYrilampes, quod familiaris Pericli eſſet, iis mulieribus, quibuſcum ille conſueſceret, quia inſtructa aviaria habebat, pavones ſubiicere inſimulabatur. Plutarchus in Pericle. Εἴς τε τὰς Πυριλάμπους ὀρνιθοτροφίας, ὃς ἑταῖρος ὢν Περικλέους, αἰτίαν εἶχε ταῶνας ὑποβάλλειν ταῖς γυναιξὶν, αἷς ὁ Περικλῆς ἐπλησίαζε. *Et propter Pyrilampis avium nutritiones, qui amicus Periclis accuſabatur pavones ſubmittere mulieribus, quibuſcum conſueſcebat Pericles.* Erat autem Antiphontis Rhetoris filius. Vide iterum eumdem Plutarchum De Genio Socratis. Itaque ille, ad calumniam amovendam, Orationem ſcripſit, Περὶ τῶν ταῶν. Meminit eius Harpocration. Πυριλάμπης. Ἀντιφῶν ἐν τῷ Περὶ τῶν ταῶν, ὄνομα κύριον. *Pyrilampes. Antiphon in oratione De pavonibus, nomen proprium.* Ac laudat rurſus in Εὐοφθάλμως. Athenaeus lib. IX. Ἀντιφῶντι δ' τῷ ῥήτορι λόγος μὲν γέγραπται, ἔχων ἐπίγραμμα, Περὶ ταῶν. *Antiphonti autem oratori ſcripta eſt oratio, habens indicem, De pavonibus.* Fuit autem huic Pyrilampi filius Demus; eiuſque meminit Lyſias Orat. Ὑπὲρ τῶν Ἀριστοφάνους χρημάτων. Δῆμος γὰρ ὁ Πυριλάμπους, τριηραρχῶν εἰς Κύπρον, ἐδεήθη μου προσελθεῖν αὐτῷ. *Demus enim filius Pyrilampis, praefectus triremi verſus Cyprum, orabat me ut accederem ad*

ad ipsum. Erat autem formosus admodum. Hesychius. Δῆμος καλός. Πυριλάμπης υἱὸς ἦν ἔτος. Δῆμος, ὄνομα κάλλιστον. τὴν ὥραν κάλλιστος. *Demus pulcer. Pyrilampis hic filius erat. Demus nomen pulcerrimum; flore aetatis pulcerrimus*. Ita enim interpungendum illic censeo; quippe respexit ad locum istum Aristophanis Vespis.

Καὶ νὴ Δί' ἂν ἴδῃ γέ πω γεγραμμένον
Τὸν Πυριλάμπους ἐν θύρᾳ Δῆμον καλόν.
Et per Iovem si videat alicubi pictum
Pyrilampis in porta Demum pulcrum.

Vbi Scholiastes. Τὸν Πυριλάμπους. μέμνηται τούτου κ᾽ ἐν Πόλεσιν Εὔπολις·

Καὶ τῷ Πυριλάμπους Δήμῳ ἆρα κυψέλη
Ἔνεσιν. ——

Ἦν δὲ εὔμορφος ὁ Δῆμος. *Pyrilampis filium. Huius meminit quoque in Vrbibus Eupolis.*

Et Pyrilampis filio Demo utique sirpea
Adest. ——

Erat autem formosus Demus. Ludit in hoc vocabulo Plato in Gorgia. Λέγω δ' ἐννοήσας ὅτι ἐγώ τε κ᾽ σὺ νῦν τυγχάνομεν ταυτόν τι πεπονθότες, ἐρῶντε δύο ὄντε δυοῖν ἑκάτερος· ἐγὼ μὲν Ἀλκιβιάδου τε τοῦ Κλεινίου, κ᾽ φιλοσοφίας, σὺ δὲ δυοῖν, τοῦ τε Ἀθηναίων δήμου, κ᾽ τοῦ Πυριλάμπους. *Loquor autem considerans, me & te nunc idem aliquid pati, duosque amatores esse utrumque* (a); *me quidem & Alcibiadis Cliniae filii, & Philosophiae; te vero duorum, tum populi Athenienssium, tum filii Pyrilampis*. Hactenus is locus parum intellectus. Vir praestantissimus, Marsilius Ficinus, ita vertit. *Nempe animadverto idem quoque nobis accidere: quumque duo simus, duo quaedam amare. Nam ego Alcibiadem & Cliniam, ac philosophiam amo: tu vero populum Athenienssem, & Pyrilampum*. Posteriora non recte. Sic debebat. *Nam & ego Alcibiadem Cliniae, & philosophiam amo: tu vero Athenienssem populum, & Demum Pyrilampis*. Amphibologia est in vocibus δῆμος, & Δῆμος; quorum prius adpellativum est, alterum proprium; ut loquuntur Grammaticorum filii. Sed ultima illa in Graeco textu plus venustatis habent, quam Latina lingua repraesentare non potest. Et non de Pyrilampe ipso, sed de filio eius Demo, loqui Platonem, sequentia sta im verba ostendunt. Καὶ πρὸς τὸν Πυριλάμπους νεανίαν τ᾽ καλὸν τοῦτον τοιαῦτα ἕτερα πέπονθας. *Et ad Pyrilampis adolescentem illum pulcrum huiusmodi alia passus es*. Similis locus postea iterum occurrit. Οὐ γὰρ μιμητὴν τε εἶναι, ἀλλ᾽ αὐτοφυῶς ὅμοιον τούτοις, ἐὰ μέλλῃς τι γνήσιον ἀπεργάζεσθαι εἰς φιλίαν τῷ Ἀθηναίων δήμῳ, κ᾽ ναὶ μὰ Δία τῷ Πυριλάμπους γέ πως. *Non enim imitatorem esse, sed ex propria indole similem eis, siquidem aliquid vere ad amicitiam congruum effecturus es Athenienssium populo, & per Iovem! Pyrilampis filio praeterea*. Neque hic intellexit quidquam Marsilius, & minus recte item vertit. Meminit quoque Pyrilampis cuiusdam Messenii Pausanias Eliac. lib. II.

(a) Pessime versum. Interpretandum fuerat: *Quum duo simus, uterque nostrum duos amamus.*

CAP. VI.

Μορίαι, *oleae Minervae. Miraculum circa illas. Vbi fuerint*. Ἀ'ρχή. Πάλκυφος. *Panathenaeis oleum ex illis datum victoribus; idque solum Athenis exportare licitum. Eius praefectus*. Ἀρχέλας· *Minervae fanum. Iupiter* Καλιεβάτης, *&* Μόριος. *Oleae genera*. Σηκός.

OLeae Minervae sacrae Μορίαι dicebantur. Hesychius. Μορίαι, ἐλαῖαι ἱεραὶ τῆς Ἀθηνᾶς. *Moriae, oleae sacrae Minervae*. Pollux lib. I. cap. XII. Δὲ ἱερὰ ἐλαία, Μορία. *Sacra vero olea, Moria*. Erant autem in arce Vrbis. Scholiastes Aristophanis ad Nubes. Αἱ ἱεραὶ ἐλαῖαι τῆς Ἀθηνᾶς ἐν τῇ ἀκροπόλει Μορίαι ἐκαλοῦντο. *Sacrae oleae Minervae in arce vocabantur Moriae*. Et quidem in templo Erechthei. Herodotus lib. VIII. Ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλει ταύτῃ Ἐρεχθῆος, τὸ γηγενέος λεγομένου εἶναι, νηός, ἐν τῷ ἐλαία τε κ᾽ θάλασσα ἔνι. *Est in ea arce Erechthei, qui dicitur gigas esse, templum, in quo est & olea & mare*. Vide variam dictionis originem apud Scholiasten Comici loco citato: & Etymologici Auctorem in Μορίαν. His Lacedaemonii, quum Atticam popularentur, pepercerunt. Vnde est illud Sophoclis Oed. Col.

Φύτευμ' ἀχείρωτον αὐτόποιον
Ἐγχέων φόβημα δαΐων,
Οὗ τᾶδε θάλλει μεγίστᾳ χώρᾳ
Γλαῦκας παιδοτρόφου φύλλον ἐλαίας.
Planta non manu posita, sponte crescens
Infundens terrorem hostium,
Quae in hac floret maxima regione
Caeruleae puerorum nutricis folium oleae.

Vbi Scholiastes. Ὅτι ἀπέσχοντο τῶν ἐλαιῶν τ᾽ θεοῦ τῶν Μορίων ὀνομαζομένων οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἄλλοι ἱστοροῦσι, καὶ Φιλόχορος. *Abstinuisse oleis Deae Moriis nominatis Lacedaemonios, & alii referunt. & Philochorus*. Et quum Medi exussissent sacram olivam, postero die iterum enata est ad cubiti altitudinem. Narrat Herodotus lib. VIII. Sed variat Pausanias, qui & eo die excrevisse refert, & ad duorum cubitorum altitudinem. Locus est in Atticis. Atque haec quae in arce olea, etiam Ἀσκή, & Πάλκυφος indigetabatur. Hesychius. Ἀσκή, ἐλαία ἡ ἐν ἀκροπόλει, ἡ καλουμένη Πάλκυφος διὰ χθαμαλότητα. *Aske, oliva in arce, vocata Toticurva propter humilitatem*. Iterum alibi. Πάλκυφος, ἐλαίας εἶδός τι κατακεκυφὸς κ᾽ ταπεινὸν ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Toticurva, oleae genus quoddam decumbens, & humile in arce*. Meminit τῆς Ἀσκῆς etiam Eustathius ad Odyss. ά. Καὶ ἀσκήν. ἐλαίαν τὴν ἐκεῖθεν· κ᾽ μάλιστα τὴν ἐξ ἀκροπόλεως, τὴν κ᾽ ἱεράν. *Et Askam, urbanam, oleam illinc ortam; & maxime ex arce, quae etiam sacra*. Erant vero & Μορίαι in Academia. Aristophanes Nubibus.

Ἀλλ' εἰς Ἀκαδημίαν κατιὼν ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποτρέξεις.
Sed in Academiam descendens sub moriis decurres.

Habes quoque apud Pausaniam in citatis

At-

Atticis, ubi Academiam describit. Atque ex his oleum dabatur Panathenaeis Aristophanis Scholiastes loco citato. Ἀλλ' εἰς Ἀκαδημίαν. ἐνταῦθα γὰρ διέτριβον οἱ φιλόσοφοι. ἦν γὰρ καὶ γυμνάτιον ἀπὸ Ἀκαδήμου τινὸς καταλείψαντος τὴν κτῆσιν ἑαυτοῦ πρὸς ἐπισκευὴν τοῦ τόπου. περὶ αὐτὸν δ' ἦσαν αἱ ὄντως ἱεραὶ ἐλαῖαι τῆς θεοῦ, αἱ καλοῦνται Μορίαι· ἐξ ὧν τὸ ἔλαιον Παναθηναίοις. *Sed in Academiam. Illic enim versabantur Philosophi. Erat enim & gymnasium ab Academo quodam, qui reliquit possessionem suam ad institutionem loci. Circa illum vero erant illae vere sacrae oleae Minervae, quae vocantur Moriae; ex quibus oleum Panathenaeorum.* Scholiastes Sophoclis. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης καὶ τοῖς νικήσασι τὰ Παναθήναια ἐλαίου τοῦ ἐκ Μορίων γιγνομένου διδόσθαί φησι. *Aristoteles vero etiam illis, qui vicerant Panathenaea oleum ex Moriis factum dari dicit.* Ecce, qui Panathenaeis vicissent, oleum inde accipiebant; & quidem urceum totum. Scholiastes Comici. Κέραμον γὰρ ἐλαίου ἐλάμβανον οἱ νικῶντες. *Testam enim olei accipiebant vincentes.* Schol. etiam Pindari Nemeonic. Od. x. Διὰ δὲ τοῦτο σημαίνει τοὺς τὰ Παναθήναια νενικότας. τίθενται γὰρ Παναθηναίοις ἐν ἐπάθλου τάξει ὑδρίαι πλήρεις ἐλαίου. *Per hoc autem significat illos, qui vicerunt Panathenaea. Ponuntur enim Panathenaeis in praemii loco hydriae plenae oleo.* Mox iterum. Τοῖς ἀθληταῖς, τοῖς τὰ Παναθήναια νενικηκόσι, δίδοται ὑδρία ἐλαίου πλήρης. *Athletis, qui Panathenaea vicerant, datur hydria olei plena.* Et neque aliud oleum, neque aliis, exportare Athenis licebat. Idem Scholiastes loco citato. Οὐκ ἔξεστι δὲ ἐξαγωγὴ ἐλαίου ἐξ Ἀθηνῶν, ἐὰ μὴ τοῖς νικῶσι. *Non est autem olei evectio ex Athenis, nisi victoribus.* Quique huic distribuendo praefectus, Ἀρχέλας dicebatur. Hesychius. Ἀρχέλας. τὸν ἐπιστάτην τοῦ Λυκείου παρὰ τὴν ἀρχὴν οὕτως ὠνόμασαν. ἔνιοι δὲ τὸν ἄρχοντα τοῦ ἐλαίου θέλουσιν ἀκούειν. *Archelas; praefectum Lycei in principio sic nominabant; quidam vero praepositum oleo volunt audire.* Erant vero oleae istae Academiae ex arce translatae; numerus quoque certus habebatur, quem ignorare cogimur, quia locus Istri apud Scholiasten Sophoclis hodie mutilus. Ita habet. Ὁ δ' Ἴστρος καὶ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν δεδήλωκε, γράφων οὕτως .... εἶναι δὲ κλάδον τῆς ἐν Ἀκαδημίᾳ ἐλαίας, ἣν ἀπὸ τῆς ἐν ἀκροπόλει φυτευθῆναί φασιν. *Ister vero & numerum eorum significavit, scribens ita .... esse autem ramum oleae in Academia, quam ab ea, quae est in arce, productam dicunt.* Sed defectum hunc supplet Suidas: ex quo discimus duodecim fuisse. Μορίαι, ἐλαῖαι ἱεραὶ τοῦ Ἀθηνᾶς· ἐξ ὧν τὸ ἔλαιον ἔπαθλον ἐδίδοτο τοῖς νικῶσι τὰ Παναθήναια. Ἦσαν δὲ πρῶτον δώδεκα τὸν ἀριθμὸν, αἱ μεταφυτευθεῖσαι ἐκ τῆς ἀκροπόλεως εἰς Ἀκαδημίαν. *Moriae, oleae sacrae Minervae, ex quibus oleum dabatur praemium vincentibus Panathenaea. Erant vero primum numero duodecim, translatae ex arce in Academiam.* Et prope erat Minervae fanum; item ara Iovis Καταιβάτου, qui ea ex re Μόριος indigetatus. Ecce apud eumdem Scholiasten ex Apollodoro. Περὶ Ἀκαδημίαν ἐστὶν ὅ, τε τοῦ Καταιβάτου Διὸς βωμὸς, ὃν καὶ Μόριον καλοῦσι, τῶν ἐκεῖ Μορίων παρὰ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἱδρυμένων. *Circa Academiam est etium ara Iovis Descensoris, quem & Morium adpellant; moriis illic plantatis ad sacrum Minervae.* Ac meminit Sophocles.

Ὁ' γὰρ ἁσαὲι ὁρῶν κύκλος
Λεύσσῃ νιν Μορίου Διὸς,
Χ' ἀγλαυκῶπις Ἀθάνα.
Nam perpetuus montium ambitus
Videbit illum Morii Iovis,
Et caeruleis oculis Minerva.

Erant vero oleae tria genera; & ex his una proprie Ἐλαία, altera Μορία, tertia Σηκὸς nuncupata. Ecce apud Lysiam in Apologia. Γεωργῶν τοῦ σηκοῦ. Δύο δ' ἔτη ἐγεώργησεν, οὔτε ἰδίαν Ἐλαίαν, οὔτε Μορίαν, οὔτε Σηκὸν παραλαβών. *Biennium vero agricola fuit, nec Olivam propriam, nec Moriam, nec Secum accipiens.* In illa Oratione Μορίαι, & Σηκὸς, occurrunt pluries. Ἐλαία privatim quaelibet olea dicebatur; Μορία, & Σηκὸς, sacrae erant. De moria iam diximus. De seco ecce item Photius in Bibliotheca. Ὁ σηκὸς ὃ νῦν εἶδός ἐστιν ἱερᾶς ἐλαίας. *Secus vero nunc est genus sacrae olivae.* Etymologici Auctor Τὴν πολύκαρπον ἐλαίαν, *multiferam olivam* interpretatur. Alii Μορίαν, & Σηκὸν, eamdem statuunt. Harpocration. Τὰς μὲν ἰδιωτικὰς, ἐλαίας καλοῦσι· τὰς δὲ δημοσίας, Μορίας. Σηκὸν δὲ, ὡς ἔοικε, καὶ Μορίαν, ὀνομάζουσι τὴν αὐτήν. *Peculiares quidem vocabant Elaeas, publicas vero Morias; Secum vero, ut videtur, & Moriam nominant eamdem.* Eadem habes apud Suidam. Sane & Lysias citata illa Oratione easdem quoque facere videtur. Nam ecce de eadem re loquens modo dicit. Οὐ θαυμαστὸν εἰ τότε τὰς Μορίας ἐξέκοπτον. *Non mirum, si tunc Morias excidebant.* Modo vero, Φησὶ δὲ ὁ κατήγορος, ἐπὶ Συνιάδου ἄρχοντος Σηκὸν ὑπ' ἐμοῦ ἐκκεκόφθαι. *Dicit autem accusator, Suniade archonte excisum a me fuisse Secum* (a).

CAP. VII.

Simonidis Θρῆνοι. Harpocration restitutus.

PEccatum apud Harpocrationem in Ταμύναι, ubi hodie ita editur. Καὶ Σίμων ἐν τῷ εἰς Λυσίμαχον τὸν Ἐρετριέα θρήνῳ. *Et Simon in cantilena funebri in Lysimachum Eretriensem.* Rescribe, Καὶ Σιμωνίδης ἐν τ. *Et Simonides in c.* Origo mendo e simili compendio scriptionis. Καὶ Σίμων. ἐν τῷ. Adposita fuerat stigme post litteram ν. quae compendium significaret; eaque mox ab imperito librario omissa corrumpendo loco fuit. Inter Simonidis autem Poemata Θρῆνοι erant; ac laudat etiam Scholiastes Theocriti Idyll. XVI. Κράνων δὲ, πόλις Θεσσαλίας, ὅθεν Σκόπας ὁ Κρανώνιος, Κρέοντος καὶ Ἐχεκρατίας υἱός. καὶ Σιμωνίδης ἐν Θρήνοις. *Cranon vero, urbs Thessaliae, unde Scopas Cranonius, Creontis & Echecratiae filius; & Simonides in Threnis.* Vide Suidam in Σιμωνίδης, & Anonymum in Olymp. Descript. Olymp. LXXII. anno 1.

CAP.

(a) Adi *Leges Atticas, Ceramicum, & Panathenaea.*

Digitized by Google

CAP. VIII.

Σιπύη. Πευδρία. Σίφνις. *Hesychius restitutus.*

LOcus Hesychii est pariter & corruptus, & mutilus. Σιπύη, *σιδηρῶν ἀγγεῖον, ἀρτοθήκη. φησὶ δὲ* * *πευδρία. Sipye, ferreum vas, panis repositorium: dicit autem* * *peudria.* Restituo. Σιπύη, *σιτηρὸν ἀγγεῖον, ἀρτοθήκη. φησὶ δὲ καὶ πευδρία. Sipye, frumentarium vas, panis repositorium: dicit autem quoque peudria.* Harpocration. *Σιτηρὸν ἀγγεῖόν ἐστιν ἡ σιπύη. Frumentarium vas est sipye.* Porro dicebatur etiam Πευδρία. Ecce iterum apud eumdem Hesychium alibi. Πευδρία', *ἀρτοθήκη. Peudria, panis repositorium.* Ad Σιπύλω quod attinet, occurrit apud Aristophanem Pluto.

Η' *μὲν σιπύη μεστή 'στι λευκῶν ἀλφίτων.*

Sipye quidem plena est candidis panibus

Vbi Scholiastes. Σιπύη *δὲ, ἡ ἀρτοθήκη. Sipye vero, panis repositorium.* Pollux lib. x. capit. xxix. *Καὶ βακτηρίαι πρόσηκουσι γεωργοῖς, καὶ πίθοι, καὶ πιθάκναι, καὶ σίλακνίδες, καὶ σιπύαι. Et bacula conveniunt agricolis, & dolia, maximae, minoriſque, ac minimae formae, & panaria.* Etymologici Auctor. Σιπύη, *σημαίνει τὴν ἀρτοθήκην. οἱονεὶ σιτοβολή τις οὖσα, παρὰ τὸ ἐν αὐτῇ τὰ σιτία ἐμβάλλεσθαι. Sipye significat panarium; tamquam frumenti quaedam coniectio: quoniam in eam iniiciuntur esculenta frumentaria.* Scribo, *Οἱονεὶ σιτοβύη, tamquam frumenti stipatio.* Idque Sylburgio etiam placere animadverto. In hymnis Atticis, ut nonnulli interpretati, Σίφνις dicebatur. Pollux libro citato capit. xxxvi. Σίφνιν *δὲ ἐν τοῖς Ἀττικοῖς ὕμνοις, οὐ τὴν γῆν ἔνιοι ἀκούουσιν, ἀλλὰ τὴν σιπύλην, ἐξ ἧς ἡ Δημήτηρ πρόκομιζε τὰς τροφάς. Siphnin vero in Atticis cantibus, non terram quidam intelligunt, sed canistrum, ex quo Ceres protulit alimenta.* Agnoscit etiam Hesychius in istis verbis. Σίφνιν, *τὴν γῆν Ἀθηναῖοι, καὶ Δήμητρος σιπύλου. Siphnin, terram Athenienses, aut etiam Cereris canistrum.* Ita enim locum illum rescribendum plane arbitror. Hodie editur. Σίφνον, *τὴν γῆν Ἀθηναῖοι, καὶ ἡ Δημήτηρ, καὶ σιπύα. Siphnon, terram Athenienses, & Ceres, & panarium.*

CAP. IX.

Inquilini Panathenaeis ligones ferebant, ſummo cum ſilentio, ac punicea veſte induti. Dinarchi locus apud Harpocrationem reſtitutus. Σκαφεῖς. Σκάφαι. Σκαφηφόροι. *Eorum uxores, filiaeque, urceos & umbellas geſtabant. Pollux illuſtratus.* Υ'δριαφόροι. *Heſychius explicatus.*

MVtilus est Dinarchi iste locus Oratione Κατὰ Ἀγασικλέους, apud Harpocrationem in Σκαφηφόροι. Οἱ *ἀντὶ σκαφηφόρων ἔφηβοι εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀναβήσονται, οὐχ ὑμῖν ἔχοντες χάριν τῆς πολιτείας. ἀλλὰ τῷ ἀργυρίῳ. οὕτω γὰρ ἐσκαφηφόρουν Ἀθήνησι. Ephebi pro ligonum latoribus in arcem adſcendent, non vobis agentes gratias civitatis acceptae, ſed pecuniae. Sic enim ferebant ligonem Athenis.* Quid? an ephebi Athenis ligones ferebant? Nemo hoc dicet, qui antiquitatis Atticae peritus fuerit. Reſcribo ex Vaticano codice. *Ἀλλὰ τῷ τούτου ἀργυρίῳ. ἀντὶ τῶν μετοίκων. οὗτοι γὰρ ἐ. Sed pecuniae illius. pro inquilini. illi enim f.* Atqui hoc rectum. Nam inquilini Athenis ligones ferebant Panathenaeis; filiae vero eorum urceos, & umbellas (a). De ligonum latoribus locus est Hesychii. Σκαφηφόροι, *οἱ μέτοικοι οὕτως ἐκαλοῦντο. σκάφας γὰρ ἔφερον ἐν Παναθηναίοις, ἵνα ὡς εὖνοι ἀριθμῶνται ἐν ταῖς θυσίαις. Ligonum latores, inquilini ſic vocabantur. Ligones enim ferebant in Panathenaeis, ut tamquam illic nati numerarentur in ſacrificiis.* Meminit etiam Pollux lib. iii. cap. iv. Atque hinc Σκαφεῖς a Comicis dicebantur. Harpocration in Μετοίκιον. Ε'κάλουν δὲ οἱ Κωμικοὶ σκαφέας τοὺς μετοίκους, ἐπεὶ ἐν ταῖς πομπαῖς τὰς σκάφας ἐκόμιζον οὗτοι. *Sed Comici ſcapheas vocabant inquilinos, quia in pompis illis portabant ligones.* Item Σκάφαι, & Σκαφηφόροι. Apoſtolius. Καὶ *ὁπότε δὲ ἐβούλοντο μέτοικον δηλῶσαι, ἢ σκάφιον ἔλεγον, ἢ σκαφηφόρον. Et quando volebant ſignare inquilinum, aut ligonem dicebant, aut ligonis latorem.* Atque haec totidem verbis Suidas in συκομώτροφος, ex Theophrasti Περὶ νόμων lib. x. Incedebant autem inter geſtandum ſummo cum ſilentio. Diogenianus Cent. viii. Proverb. xii. Συκομώτροφος *σκάφης. ἐπὶ τῶν ἀπαρρησιάστων. ἀπὸ τῶν τὰς σκάφας μεταφερόντων ἐν ταῖς πομπαῖς. Os magis compreſſum habens, quam ligo: de illis, quibus eſt nulla libertas loquendi; ab illis qui transferebant ligones in pompis.* Ac ne hiscere quidem licebat. Zenobius Cent. v. Proverb. xcv. Συκομώτροφος *σκάφης. παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς σκάφας (b) φερόντων μετοίκων. διὰ τὸ ἀπορρησίαστον, οἷς οὐδὲ χανεῖν ἐφεῖτο. Os magis compreſſum habens, quam ligo: paroemia in inquilinos qui ſcaphas ferrent; propter ablatam veniam loquendi, quibus nec hiſcere permittebatur.* Quae totidem verbis Hesychius tradit. Ibant vero veste punicea induti. Etymologici Auctor. Ἀ'σκοφορεῖν, *ἐν ταῖς Διονυσιακαῖς πομπαῖς τὰ μὲν, ὑπὸ τῶν ἀστῶν πράττεσθαι. τὰ δὲ, τοῖς μετοίκοις ποιεῖν ὑπὸ τῶν νομοθετησάντων προστάττεσθαι. οἱ μὲν οὖν μέτοικοι, χιτῶνας ἐνδεδυμένοι χρῶμα ἔχοντας φοινικοῦν, καὶ τὰς σκάφας φέρουσιν. ὅθεν καὶ σκαφηφόροι λέγονται. Peram ferre. In Bacchicis pompis alia quidem ab urbanis aguntur; alia vero inquilinis exſequi ab legumlatoribus iniunctum eſt. Inquilini quidem igitur induti veſtes coloris punicei, & ligones ferunt; unde etiam ligonum latores dicuntur.* Vt vero viri ligones geſtabant, ita filiae eorum urceos, & umbellas. Harpocration in Σκαφηφόροι. Προσέταττεν ὁ νόμος τοῖς μετοίκοις ἐν ταῖς πομπαῖς, αὐτοὺς μὲν σκάφας φέρειν· τὰς δὲ θυγατέρας αὐτῶν ὑδρείας καὶ σκιάδια. *Lex iniunxit inquilinis in pompis ut ipſi quidem ferant ligones; filiae autem eo-*

(a) Conſule *Leges Atticas*, & *Panathenaea*.
(b) Obſerva originem noſtrae vocis *Zappa*. A σκάφη fit σκάπη, ſublata adſpiratione ut uſuvenit: σκ vero facile in ζ tranſit.

eorum urnas & umbellas. Pollux vero loco citato, non filias, ſed uxores, commemorat. Σκαφηφόρ@. οὕτω δὲ τὰς μετοίκους ὠνόμαζον. καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν ὑδριαφόρους· ἀπὸ τοῦ ἔργου ἑκατέρας. *Ligonis lator. Ita vero nominabant inquilinos; & uxores eorum urnigeras, utroſque ab opere*. Expediam rem totam. Vtraeque occupabantur; uxores, & filiae: illae mulieribus, hae virginibus operam navabant. Clare AElianus Var. Hiſt. lib. VI. cap. 1. Ἀθηναῖοι δὲ ὕβρισαν καὶ ἐκείνῳ τὴν ὕβριν. εὐτυχίας γὰρ λαβόμενοι τὴν εὐπραγίαν σωφρόνως οὐκ ἤνεγκαν. τὰς γοῦν παρθένους τῶν μετοίκων σκιαδηφορεῖν ἐν ταῖς πομπαῖς ἠνάγκαζον ταῖς ἑαυτῶν κόραις. τὰς δὲ γυναῖκας ταῖς γυναιξί. τοὺς δὲ ἄνδρας σκαφηφορεῖν. *Athenienſes etiam hac contumelia inſultaverunt. Nam felicitate rerum accedente, fortunam ſapienter non tulerunt. Itaque puellas inquilinorum ferre umbellas per ſacra coegerunt ſuis filiabus; coniuges vero coniugibus: maritos autem ferre ligones*. Vt autem viri Σκαφεῖς Σκάφαι, & Σκαφηφόροι, ita mulieres hac ex re Ὑδριαφόροι adpellatae. Obſervare eſt in Pollucis verbis iam citatis. Et inde capiendus Heſychius, quum inquit. Ὑδριαφόροι, μέτοικοι. *Vrnigeri, inquilini* (a),

CAP. X.

Stephanephori heroes duo. Suidas correctus. Στεφανηφόρ@, *domus Athenis. Puerperarum aedes coronatae.*

ANtiphon in Oratione Πρὸς Νικοκλέα nominavit Stephanephorum quemdam. Eam ob rem dubitare ſe Harpocration ait, an Athenis fuerit heroum Stephanephori, Herculis filii; an vero Attici Stephanephori: cuius utriuſque mentio apud Hellanicum locis diverſis. Verba eius ecce iſta. Στεφανηφόρ@. Ἀνῄφῶν ἐν τῷ Πρὸς Νικοκλέα. Στεφανηφόρου ἡρῶον, ὡς ἔοικεν, ἦν ἐν ταῖς Ἀθήναις· εἴη δ' ἂν ὁ Στεφανηφόρ@, ἤτοι τῶν Ἡρακλέους υἱέων εἷς, τῶν γνωμένων ἐκ τῶν Θεστίου θυγατέρων, οὗ μνημονεύει Ἑλλάνικος ἐν δεκάτῳ Φορωνίδος. ἢ μήποτε τοῦ Ἀττικοῦ Στεφανηφόρου τὸ ἡρῶον ἦν, ὃ πάλιν ὁ αὐτὸς Ἑλλάνικ@ ἐν δευτέρῳ Ἀτθίδος μέμνηται. *Stephanephorus. Antiphon in oratione contra Nicoclem. Stephanephori monumentum, ut videtur, erat Athenis. Fuerit igitur, Stephanephorus, aut Herculis filiorum unus, qui nati ſunt ex Theſtii filiabus, cuius meminit Hellanicus in decimo Phoronidis; aut niſi forte Attici Stephanephori monumentum fuerit, cuius rurſum meminit ipſe Hellanicus in ſecundo Atthidis*. Quae totidem verbis apud Suidam quoque leguntur, niſi quod illic Ἀστικοῦ Στεφανηφόρου ſit expreſſum. De neutro equidem Stephanephoro legere memini. Atque utinam exſtarent Hellanici iſta Opera, quam multa nos iſta ſine dubio docerent, quae nunc ignorare cogimur. Neque aliunde Moſchopulus. Στεφανηφόρ@, ὁ στέφανον ἐπιφερόμεν@. καὶ ὄνομα κύριον. ὃ καὶ ἡρῷόν, φασιν, ἐν Ἀθήναις ἦν. *Stephanephorus, qui coronam impoſitam fert: & nomen proprium; cuius etiam monumentum, dicunt, Athenis erat*. Ergo, ut dixi, de heroo Stephanephori res incerta: illud certum, fuiſſe Athenis domum quamdam, quae Στεφανηφόρ@ nuncupata. Obſervo apud Heſychium. Στέφανον φορεῖα, ἀπ' οἰκίας τινὸς καλουμένης Στεφανηφόρου. *Coronam ferentem, ab domo quadam vocata Coronigera*. Vt autem dicam, quod ſentio; arbitror apud Atticos Στεφανηφόρον dictam quamcumque domum, in qua nimirum puerpera eſſet. Mos enim illis eiuſmodi domos corona inſignire, ſi maſculus natus, oleagina; ſi femella vero, lanea. Docet nos alibi idem Heſychius. Ἔθ@ ἦν, ὁπότε παιδίον ἄρρεν γένοιτο παρὰ Ἀττικοῖς, στέφανον ἐλαίας τιθέναι πρὸ τῶν θυρῶν· ἐπὶ δὲ τῶν θηλειῶν, ἐρία, διὰ τὴν ταλασιουργίαν. *Mos erat, quando puerulus maſculus natus eſſet apud Atticos, coronam oleae ponere ante fores; ſed in puellis lanas propter lanificium*.

CAP. XI.

Minervae ſacerdotes duae. Κοσμώ. Τραπεζώ. Τραπεζοφόρ@. *Harpocration, Suidas, Etymologici Auctor, & Heſychius, emendantur.*

AThenis omnia Minervae ſacra feminae ſacerdotes duae ſimul adminiſtrabant; earumque una Κοσμὼ, altera Τραπεζὼ dicebatur: quae eadem Τραπεζοφόρ@ apud Lycurgum in Orat. Περὶ τῆς ἱερείας. Harpocration. Τραπεζοφόρ@. Λυκοῦργ@ ἐν τῷ Περὶ τῆς ἱερείας. ὅτι ἱεροσύνης ὄνομά ἐστιν ἡ Τραπεζοφόρ@. ὅτι αὐτή τε καὶ ἡ Κοσμὼ συνδιέπουσι πάντα τὰ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερεῖα, αὐτός τε ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ δεδηλωκε, καὶ Ἴσῃ@ ἐν ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ τῶν Ἀττικῶν συναγωγῶν. *Menſigera. Lycurgus in oratione De ſacerdote: ſacerdotii nomen eſſe Menſigeram; ipſamque & Coſmo ſimul adminiſtrare omnes Minervae victimas, & ipſe ille orator in eadem oratione declaravit, & Iſter in ſexta & decima Atticarum collectionum*. Sed corrupta leviter verba; ac reſcribo, Τὰ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὰ, *Minervae ſacra*. Idem mendum eſt apud Suidam, & Auctorem Etymologici, qui hinc ſua acceperunt, quae hac de re tradunt. De Trapezone, locus eſt Heſychii, itidem corrigendus. Τραπεζὼ, ἱέρειά τις Ἀθήνησιν. *Trapezo, ſacerdos quaedam Athenis*. Hodie editur, Τραπεζῶν, littera ultima abundante. Nam verum nomen erat Τραπεζὼ, ut Κοσμὼ, Βαυβὼ, Δηώ.

CAP. XII.

Venus Ψίθυρ@, *& Cupido. Suidas, & Heſychius, emendati. Euſtathii locus mutilus indicatus. Mercurius* Ψιθυριστής. *Pauſaniae Lexicon Atticon.*

VEnus quoque Ψίθυρ@ colebatur, & Cupido; quemadmodum Mercurius Ψιθυριστής. Harpocration. Ψιθυριστὴς Ἑρμῆς. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας. ἦν τις Ἀθήνησιν Ἑρμῆς, οὕτω καλούμεν@. ἐτιμᾶτο δὲ Ἀθήνησι καὶ Ψίθυρ@ Ἀφροδίτη, καὶ Ἔρως Ψίθυρ@. *Suſurrator*

(a) Conſule *Leges Aticas*, & *Panathenaea*.

Digitized by Google

tor Mercurius. Demoſthenes in oratione contra Neaeram. Erat quidam Athenis Mercurius, ita vocatus. Colebatur vero Athenis etiam Suſurrans Venus, & Cupido Suſurrans Ad quem locum vide quae adnotat, nóvum Galliae ornamentum, Philippus Mauſſacus. Emendandus autem hac ipſa in re Suidas, apud quem male hodie editur. Καὶ Ψίθυρ@ Ἀφροδίτη, καὶ Ἑρμῆς Ψίθυρ@. *Et Suſurrans Venus, & Mercurius Suſurrans.* Reſcribe, Καὶ Ἔρως Ψ. *Et Cupido S.* Veneris Ψιθύρου meminit etiam Heſychius, ſed ſtrictim. Ἀφροδίτη, Ψίθυρ@. *Venus, Suſurrans.* De Cupidine, corruptus eſt alter eiusdem locus. Ψιθύρα, ἐξ ὧν τὸ σύνηθες ἡ ἥρω@ Ἀθήνησιν ὄνομα. *Surri, ex quibus commune, & herois Athenis nomen.* Reſtituo. Καὶ Ἔρωτ@ Ἀθήνησιν ὄνομα. *Et Cupidinis Athenis nomen.* De utriuſque hoc cognomento eſt iſte locus Euſtathii, initio Commentarii ad Odyſſ. ύ. Καὶ Ψιθύρου Ἀφροδίτης καὶὰ Παυσανίαν ἱερὸν ἦν Ἀθήνησι, ἡ Ἔρωτ@ δὲ, ὃ Δημοσθένης, φησὶ, μέμνηται ἐν τῷ καὶὰ Νεαίρας. *Et Suſurrantis Veneris iuxta Pauſaniam fanum eſt Athenis, & vero Cupidinis; cuius etiam Demoſthenes, ait, meminit in oratione contra Neaeram.* Quo loco arbitror excidiſſe Mercurii nomen, ac reſcribendum, Καὶ Ἔρωτ@ δὲ, καὶ Ἑρμῆ· ὃ ἡ Δ. *Et Cupidinis vero, & Mercurii; cuius etiam D.* Nam Demoſthenes Mercurii meminit; non Veneris, aut Cupidinis. Ecce verba in ea Oratione, quae reſpexit. Καὶ εἰσάξει αὐτὴν ἡ τὰ παιδία εἰς οἰκίδιον, ὃ ἦν αὐτῷ παρὰ τ Ψιθυριστὴν Ἑρμῆν, μεταξὺ τῆς Δωροθέου τοῦ Ἐλευσινίου οἰκίας, καὶ τῆς Κλινομάχου. *Et inducit eam liberoſque in domunculam, quae illi erat prope Suſurratorem Mercurium, inter domum Dorothei Eleuſinii, & alteram Clinomachi.* Pauſaniae vero locum, quem deſignat Euſtathius, non invenies in Deſcriptione Graeciae, quam hodie habemus: ſed dixerat haec in Lexico Attico. Id commemorat ſaepenumero hic ipſe Euſtathius, cum in Commentario ſuo ad Homerum, tum etiam ad Dionyſium. Ecce tibi. Παυσανίας δὲ, ὃ τὸ Ἀττικὸν Λεξικὸν, ἄλλο τι ἐμφαίνῃ. *Pauſanias vero, cuius eſt Atticum Lexicon, aliud quid declarat.* Et Scholiaſtes Thucydidis lib. VI. Ἰστέον ὅτι Παυσανίας ἐν τῇ διατετυπωμένῃ αὐτῷ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγῇ, τὰς τραχήλους καὶ τὰ αἰδοῖα τοὺς Ἑρμᾶς περικοπῆναί φησι, καὶ τοὺς τοῦτο δράσαντας, Ἑρμοκοπίδας καλεῖσθαι. *Sciendum eſt Pauſaniam in elaborata illi Atticorum nominum collectione, cervices & pudenda Hermis praeciſa dicere, eoſque qui id fecerant, Hermituſores vocari* (a).

CAP. XIIII.

Ἀνθεστήρια. Πιθοιγία. Χόες. Χύτροι. *Dies celebrationis. Quando etiam ſervis vinum bibere licitum. Heſychius emendatus.* Δωδεκάτη. *Scholiaſtes Ariſtophanis emendatus. Bacchus* τῶν Χοῶν *praeſes. Largior potatio, & praemio invitata, eo feſto. Convitiorum etiam licentia, & certamen Poetarum. Mos exoletus a Lycurgo renovatus. Comoedi victores civitate donati, quod antea illicitum. Ariſtophanis Scholiaſtae error. Olla cocta cum ſeminibus omnis generis, e qua nemo aliquid guſtaret; idque cur. Sacra facta Mercurio* τῷ Χθονίῳ.

FEſtum Athenis, Ἀνθεστήρια, tribus diebus conſtans, e quibus primus Πιθοιγία, alter Χόες, tertius Χύτροι dicebatur. Ariſtophanis Scholiaſtes ad Acharnenſes. Φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρ@ Ἀνθεστήρια καλεῖσθαι κοινῶς τὴν ὅλην ἑορτὴν Διονύσῳ ἀγομένην. κατὰ μέρ@ δὲ, Πιθοιγίαν, Χόας, Χύτρας. *Dicit vero Apollodorus Antheſteria vocari communiter univerſum feſtum Bacchо celebratum; per partes vero, Pithoegian, Choes, Chytras.* Et Grammatici paſſim teſtantur. Ac Πιθοιγία quidem celebrabatur menſis Antheſterionis XI. Χόες, duodecimo; Χύτροι, decimotertio. De Pithoegia clare Plutarchus Sympoſ. libro III. Quaeſt. VII. Τῇ νέᾳ οἴνῳ Ἀθήνησι μὲν ἐνδεκάτῃ (τοῦ Ἀνθεστηριῶν@) μιλῶς κατάρχονται, Πιθοιγίαν τὴν ἡμέραν καλοῦντες. *Novi vini Athenis quidem undecima (Antheſterionis) menſis initia ſumunt, Pithoegian vocantes diem.* Ratio nominis, quia tunc nimirum dolia aperiebant, vinumque novum guſtabant. Idem Plutarchus Sympoſ. lib. IX. Quaeſt. X. Καὶ μὲν οἴνῳ τε τὸν νέον οἱ πρῳαίτατα πίνοντες Ἀνθεστηριῶνι πίνουσι μιλῶι μετὰ χειμῶνα, καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνῳ, ἡμεῖς μὲν Ἀγαθῷ Δαίμον@. Ἀθηναῖοι δὲ Πιθοιγίαν προσαγορεύουσιν. *Et quidem ex vino, qui novum maturrime bibunt, Antheſterione menſe bibunt poſt hiemem, & diem illam, nos quidem boni genii, Athenienſes vero Pithoegian cognominant.* Et neque cuiquam, ne ſervo quidem, vinum tunc fas prohibere; ſed peractis prius ſacris omnibus id communicabatur. Proclus ad Heſiodum lib. I. Καὶ ἐν τοῖς πατρίοις ἐστιν ἑορτὴ Πιθοιγία, καθ' ἣν ἔτε οἰκήτῃσι ἔτε μισθωτὸν εἴργειν τῆς ἀπολαύσεως τοῦ οἴνου θεμιτὸν ἦν, ἀλλὰ θύσαντας πᾶσι μεταδιδόναι τοῦ δώρου τοῦ Διονύσου. *Et in patriis ritibus eſt feſtum Pithoegia, quo neque ſervum vernam nec conductitium fas erat arcere fruitione vini, ſed qui ſacrificaſſent cum omnibus communicare domum Bacchi.* Male apud Heſychium. Πιθοίτα, ἑορτὴ Ἀθήνησι. *Pithoepa, feſtum Athenis.* Reſcribendum, Πιθοιγία. Idque Mauſſaco etiam viſum. Meminit quoque Euſtathius ad Iliad. ώ. Τῷ δὲ τοιούτῳ τῶν κακῶν πίθῳ εἴη ἂν ἡ Πιθοιγία, οὐχ' ἑορτάσιμ@ κατὰ τὴν παρ' Ἡσιόδῳ, ἐν ᾗ ἀρχομένῳ πίθῳ χρὴ κορέννυσθαι, ἀλλ' εἰς τὸ πᾶν ἀποφράς. *Sed huiuſmodi malorum dolii fuerit fortaſſis Pithoegia, non feriatus prout ille apud Heſiodum, in qua inchoante dolio*

(a) Conſulendae de hiſce *Athenae Atticae*.

dolio oportet ſatiari, ſed in perpetuum nefaſta. Die proxime inſequente duodecimo Χόες, decimotertio Χύτροι celebrabantur. De Choibus, diſerte Harpocration. Χόες Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῦ ὀνόματος. ἑορτή τις παρ' Ἀθηναίοις, ἀγομένη Ἀνθεστηριῶνος δωδεκάτῃ. *Choes, Demoſthenes in Oratione de nomine; feſtum aliquod apud Athenienſes, celebratum Antheſterionis duodecima*. Inde etiam Δωδεκάτη illis nomen. Heſychius. Δωδεκάτη, ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἣν Χόας ἔλεγον. *Duodecima, feſtum Athenis, quod Choas dicebant*. De origine, & nominis adpellatione, pleniſſime Scholiaſtes Comici ad Fabulam citatam. Φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος, ὅτι Ὀρέστης μετὰ τὸν φόνον εἰς Ἀθήνας ἀφικόμενος, ἦν δὲ ἑορτὴ Διονύσου Ληναίου, ὡς μὴ γένοιτό σφισιν ὁμόσπονδος, ἀπεκτονὼς τὴν μητέρα, ἐμηχανήσατο τοιόν δέ τι Πανδίων. Χοᾶς οἴνου τῶν δαιτυμόνων ἑκάστῳ παρασήσας, ἐξ αὐτῦ πίνειν ἐκέλευσε μηδὲν ὑπομιγνύντας ἀλλήλοις, ὡς μήτε ἀπὸ τοῦ αὐτῦ κρατῆρος πίοι Ὀρέστης, μήτε ἐκεῖνος ἄχθοιτο καθ' αὑτὸν πίνων μόνος. καὶ ἀπ' ἐκείνου Ἀθηναίοις ἑορτὴ ἐνομίσθη οἱ Χόες. *Dicit vero Apollodorus, Oreſte poſt caedem Athenas delato (erat autem feſtum Bacchi Lenaei, ut ne cum iis libationis ſieret particeps, qui occiderat matrem) tale quid Pandionem excogitaviſſe; Choem vini unicuique epulantium adponens, iuſſit ex eo bibere nihil commiſcentes inter ſe, ut ne ab eodem cratere biberet Oreſtes, neque ille aegre ferret ſingulatim ſolus bibens, & ab eo Athenienſibus feſtum habitum fuit Choes*. Meminit eorum Alciphron in Epiſtola Menandri ad Glyceram. Τῶν κατ' ἐτος Χοῶν, καὶ τῶν ἐν τοῖς θεάτροις Ληναίων. *Annuorum Choum, & iſtorum in theatris Lenaeorum*. Alii non duodecimo Antheſterionis celebrari Choas conſueviſſe tradunt, ſed Pyanepſionis octavo. Ariſtophanis Scholiaſtes. Εἰς τὰς Χόας. εἰς τὴν ἑορτὴν τῶν Χοῶν. ἐπετελεῖτο δὲ Πυανεψιῶνος ὀγδόῃ. οἱ δὲ, Ἀνθεστηριῶνος δεκάτῃ. *Ad Choas, ad feſtum Choum. Peragebatur autem Pyanepſionis octava; alii autem Antheſterionis decima*. Sed ſcribendum illic, Ἀνθεστηριῶνος δωδεκάτῃ, *Antheſterionis duodecima*. Nam duodecimus Antheſterionis dies feſto proprius erat, non decimus; ut iam oſtendi. Ac conſecratus ille dies Bacho erat, utque pridie apertis doliis vinum guſtaverant, ita tunc ſeſe largiter admodum invitabant, praemio etiam ordinato ei, qui plurimum potaſſet. Obſervo apud AElianum Var. Hiſt. lib. II. cap. XLI. Καὶ ἐν Διονύσῳ δὲ τῇ τῶν Χοῶν ἑορτῇ προὔκειτο ἆθλον τῷ πιόντι πλέον. *Sed & in Bacchi Choum feſto propoſitum erat praemium ei, qui plus biberet* (a). Item comeſſantes curribus vecti obvios deridebant, & convitiis inceſſebant. Apoſtolius. Τὰ ἐκ τῶν ἁμαξῶν. ἐπὶ τῶν ἀπερικαλύπτως σκωπτόντων. Ἀθήνῃσι γὰρ ἐν τῇ τῶν Χοῶν ἑορτῇ οἱ κωμάζοντες ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν τοὺς ἀπαντῶντας ἔσκωπτόν τε καὶ ἐλοιδόρουν. *Illa ex vehiculis, in eos, qui aperte iaciunt dicteria. Athenis enim in Choum feſto comeſſantes in vehiculis obvios dicteriis inceſſebant, & convitiis*. Quae totidem verbis apud Suidam.

(a) Praemium erat corona aurea: nam ſtatim ſequitur: στέφανος χρυσοῦς.

A Quod ad Chytros, eorum meminit AElianus Hiſtor. Animal. lib. IV. capitul. XLIII. Κεκήρυκται γὰρ Διονύσια, καὶ Λήναια, καὶ Χύτροι. *Celebrata ſunt enim Bacchanalia, & Lenaea, & Chytri*. Et Alciphron loco citato. Πῦ ὁ Θεσμοθέτας ἐν ταῖς ἱεραῖς κώμαις κεκισσωμένους; ποῖον περισχοίνισμα; ποίαν αἵρεσιν; ποίους Χύτρους. *Vbi enim Legislatores in ſacris vicis hedera coronatos? qualis funis in circuitu ſeptum? qualem ſectam? quales Chytros?* Hoc ideo autem dicit, quia tunc Poetae certabant. Ecce apud Diogen. Laert. in Platone lib. III. Τετράσι δράμασιν ἠγωνίζοντο, Διονυσίοις, Ληναίοις, Παναθηναίοις, Χύτροις. *Quaternis poematibus certabant, Bacchanalibus, Lenaeis, Panathenaeis, Chythris*. Morem hunc exoleſcentem renovavit Lycurgus, lege lata, ut Comoedi tunc certarent, victorque civitate donaretur, quod ante illicitum. Plutarchus in eius Vita. Εἰσήνεγκε δὲ καὶ νόμους, τὸν περὶ τῶν Κωμῳδῶν ἀγῶνα τοῖς Χύτροις ἐπιτελεῖν ἐφάμιλλον ἐν τῷ θεάτρῳ. καὶ τὸν νικήσαντα εἰς ἄστυ καταλέγεσθαι, πρότερον οὐκ ἐξόν, ἀναλαμβάνων τὸν ἀγῶνα ἐκλελοιπότα. *Introduxit vero & leges, nempe certamen de Comoedis peragere Chytris ſimile in theatro, & eum, qui viciſſet in civitatem adlegere, quod prius non licebat, reſuſcitans certamen obliteratum*. Celebrabantur vero, ut dixi, die menſis decimotertio, poſtridie Choum; quemadmodum Choes poſtridie Pithoegiae. Harpocration. Ἔστι δὲ καὶ Ἀττική τις ἑορτὴ Χύτρα, ἧς μνημονεύει Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πυθέᾳ, ἦγετο δὲ ἡ ἑορτὴ Ἀνθεστηριῶνος τρίτῃ ἐπὶ δέκα, ὥς φησι Φιλόχορος ἐν τῷ περὶ ἑορτῶν. *Eſt autem, & Atticum quoddam feſtum Chytri, cuius meminit Dinarchus in Oratione contra Pythean. Celebrabatur vero feſtum Antheſterionis tertiadecima, ut ait Philochorus in ſcripto de feſtis*. Errat Ariſtophanis Scholiaſtes, qui Choum, & Chytroum eumdem eſſe diem ſtatuit. Ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἄγονται οἵ τε Χύτροι καὶ οἱ Χόες Ἀθήνῃσι. *In una die celebrantur Chytri, & Choes Athenis*. Meminit utrorumque ſimul Comicus Acharnenſibus.

Ὑπὸ τὺς Χόας γὰρ οἱ Χύτρυς αὐτοῖσί τις
Ἤγγειλε λῃστὰς ἐμβαλεῖν Βοιωτίυς.
Sub Choas enim, & Chytros illis aliquis
Nunciavit latrones irrupiſſe Boeotios.

Ac Choibus quidem Mercurio Τῷ Χθονίῳ ſacra faciebant; Chytris vero, ollam omni ſeminum genere refertam coquebant, qui ex diluvio evaſiſſent, neque ex ea quiſquam quidquam guſtabat, Mercurii reverentia, quem placatum cupiebant. Scholiaſtes toties iam laudatus ex Theopompo. Θεόπομπος τὺς διασωθέντας ἐκ τῦ καταϰλυσμῦ ἐψῆσαί φησι χύτρας πανσπερμίας, ὅθεν ὕτω κληθῆναι τὴν ἑορτήν. καὶ θύειν τοῖς Χθονὶ Ἑρμῇ Χθονίῳ· τῆς δὲ χύτρας ἐδέναι γεύσασθαι, τῦτο δὲ ποιῆσαι τὺς περισωθέντας ἱλασκομένυς τὸν Ἑρμῆν. *Theopompus illos, qui ſalvi fuerunt ex diluvio, coxiſſe dicit ollas omnium ſeminum plenas; unde ita vocari feſtum, & immolare per Choas Mercurio terreſtri, ſed ex olla guſtare neminem; id autem feciſſe conſervatos ad propitiandum Mercurium*. Vbi ſimul obſerva originem nominis.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XIV.

Theagenides Archon. Lysias Andocide quot annis minor. Phrasiclidae Archontes duo. Diodorus Siculus correctus. Philocles Archon, & quot eo nomine. Andocidis mensa. Πώρινος λίθος. Plutarchus varie emendatus, Constantinus semel.

AIT Plutarchus in Andocide, natum eum Olympiade LXXVIII. Archonte Theogenide, ac maiorem Lysia esse annis circiter centum. Ἄρχει δὲ αὐτῷ τῆς γενέσεως Ὀλυμπιὰς μὲν ἑβδομηκοστὴ ὀγδόη, ἄρχων δὲ Ἀθήνησι Θεογενίδης. ὥστε εἶναι πρεσβύτερον αὐτὸν Λυσίου ἔτεσί πως ἑκατόν. *Initium vero dat eius exortus Olympias quidem septuagesima octava, Archon autem Athenis Theogenides; ita ut maior ipse sit Lysia annis ferme centum.* Primo leve mendum est in nomine Archontis, scribendumque, Θεαγενίδης. Ita Diodoro Siculo dicitur lib. XI. & Anonymo in Descriptione Olymp. Gessit autem is Magistratum, ut ex iis, quos laudavi, est cognoscere, Olympiadis istius LXXVII. anno I. Sed sequentia Plutarchi verba multo sane corruptiora. Quid enim? an annum circiter centesimum Andocides Lysiam antecesserit? Nego profecto. Eruditissimus Xylander videtur legisse, Ἔτεσί πως εἴκοσι, itaque vertit, *annis fere viginti*. Verum neque istud rectum. Expendamus. Natus Andocides, ut hic dicit, Archonte Theagenide, idest, Olympiadis LXXVIII. anno I. Lysias vero, Archonte Philocle; Olympiadis LXXX. anno II. Ipse Plutarchus in Lysia tradit. Γενόμενος Ἀθήνησιν ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος, τῷ μετὰ Φρασικλῆ, κατὰ τὸ δεύτερον τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ δευτέρας Ὀλυμπιάδος, τὸ μὲν πρῶτον συνεπαιδεύετο τοῖς ἐπιφανεστάτοις Ἀθηναίων. *Versatus Athenis Philocle Archonte, qui fuit post Phrasiclen anno secundo* LXXXII. *Olympiadis, primo quidem instituebatur cum nobilissimis Athenienſium.* Sed in illo loco duplex iterum mendum; ac primo corruptum Archontis nomen, scribendumque, Τῷ μετὰ Φρασικλείδῃ, *qui fuit post Phrasicliden*. Nam Phrasiclides, non Phrasicles dicebatur; ut certum ex Anonymo in Olymp. Descript. Et corrigendus leviter quoque Diodorus Sicul. lib. XI. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνητι Φρασικλείδου, Ὀλυμπιὰς μὲν ἤχθη ὀγδοηκοστή. *Archonte autem Athenis Phrasiclide, Olympias quidem acta fuit octogesima.* Hodie editur, Φασικλείδου, *Phasiclide*. Meminit etiam Phrasiclidae cuiusdam Pausanias Eliac. II, & Arcadicis, qui Archon fuit Olymp. CII. anno II. Eiusdem Diodorus lib. XV. & Anonymus suo loco. Verum enimvero hic iterum turbae non exiguae, de Magistratu huius Phrasiclidae. Diodorus Sicul. in verbis citatis, & Anonymus in Descript. Olymp. diserte statuunt Olympiade LXXX. anno I. Plutarchus anno II. Olymp. LXXXII. Itaque habes discrimina annorum VIII. Rescribendum aio, Κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Anno secundo octogesimae Olympiadis.* Illa verba, ᾗ δευτέρᾳ, nata ex supini librarii oscitantia, male geminantis praecedentia ista, τὸ δεύτερον. Ergo, ut recte computemus, a Theagenide Archonte, sub quo natus est Andocides, ad Philoclem, in cuius Magistratum Lysiae natalem incidisse dicit, anni sunt decem. Quamobrem hic Plutarchi locus ita restituendus. Ὥστε εἶναι πρεσβύτερον αὐτὸν Λυσίου ἔτος πως δέκατον. *Ita ut maior ipse sit Lysia decimo fere anno.* Atque haec est verissima lectio. Ait vero circa decimum annum antecessisse, quia in natali Lysiae non conveniunt Auctores. Alii enim anno post, Bione Archonte; alii biennio, Archonte Mnesithide, natum Oratorem illum dicunt. Ecce tibi verba Anonymi in Magistratu Bionis. Λυσίας ὁ ῥήτωρ ἐγεννήθη. *Lysias Orator natus est.* Et in sequenti Mnesithidis. Λυσίας ὁ Κεφάλου ῥήτωρ, Συρακουσίων ὢν γονέων, ἐγεννήθη κατὰ Διονύσιον. *Lysias Cephali filius, Orator, Syracusanis parentibus, natus fuit aetate Dionysii.* Observandum autem, quod dicat. Ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος τῷ μετὰ Φρασικλείδην. *Philocle Archonte, qui fuit post Phrasicliden.* Hoc discriminis causa facit. Nam alius quoque eiusdem nominis Archon fuit post Demostratum, Olymp. XCVII. anno I. alius rursum post Cephisodorum Olymp. CXIV. anno III. Apud eumdem Plutarchum in illo ipso Andocide, sequitur iste locus. Τούτου δὲ ἐπώνυμός ἐστι καὶ Ἑρμῆς ὁ Ἀνδοκίδου καλούμενος, ἀνάθημα μὲν ὢν φυλῆς Αἰγηίδος, ἐπικληθεὶς ὁ Ἀνδοκίδης, διὰ τὸ πλησίον· παροικῆσαι τὸν Ἀνδοκίδην. καὶ αὐτὸς δὲ ἐχορήγει κυκλίῳ χορῷ τῇ αὐτοῦ Φυλῇ ἀγωνιζομένῳ διθυράμβῳ, καὶ νικήσας ἀνέθηκε τρίποδα ἐφ' ὑψηλοῦ, ἀντικρυς τοῦ Πωρίνου Σελίνου. *Huic idem cognomen accepit quoque Hermes Andocidae vocatus, donarium quidem tribus AEgeidis, cognominatus autem Andocidae, quia in vicino habitabat Andocides, & ipse choragium praebebat cyclio choro in ipsius tribu certanti dithyrambo; & quum vicisset, dedicavit tripodem in edito, e regione Porini Selini.* Vbi & corrupta verba, & Interpres, quamvis doctissimus, non est satis mentem Plutarchi adsequutus. Ita vertit ista postrema. *Victoriaque potius tripodem dedicavit loco sublimi, e regione Porini Selini.* Atqui non vult dicere Plutarchus, mensam illum dedicasse e regione Porini Selini, sed Mercurii; qui, quod proxime domum ipsius positus esset, Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς vulgo dicebatur. Verba vero ita interpungenda, & restituenda. Καὶ νικήσας, ἀνέθηκε τρίποδα ἐφ' ὑψηλοῦ ἄντικρυς, πωρίνου τε λίθου. *Et quum vicisset, dedicavit tripodem in edito e regione, & quidem ex Porino lapide.* Posuerat Andocides mensam abse victore dedicatam in sublimi, e regione Mercurii, a nomine suo nuncupati, eamque e Porino lapide. Corruptum huius lapidis nomen item apud Constantinum Geoponic. lib. VII. cap. XII. Ἕτεροι λίθον τὸν καλούμενον πωρικὸν καύσαντες, ἐμβάλλουσι τῷ οἴκῳ. *Alii lapidem vocatum poricum cremantes, immittunt domui.* Rescribe itidem, λ. τ. καλούμενον πώρινον, *lapidem vocatum porinum*. Meminit πωρί-

πωρίνῳ λίθῳ etiam Herodotus lib. v. Οἷα δὲ χρημάτων εὖ ἥκοντες, καὶ ἐόντες ἄνδρες δόκιμοι ἐνέκαθεν ἔτι, τόν τε νηὸν ἐξεργάσαντο τῷ παραδείγματι κάλλιον, τά τε ἄλλα, καὶ συγκεκμένῳ σφι πωρίνῳ λίθῳ ποιέειν τὸν νηόν, Παρίῳ τὰ ἔμπροσθεν αὐτῷ ἐξεποίησαν. *Ceterum, ut, qui opibus essent beati, & viri spectati iam antiquitus, tum aedem perfecerunt exemplo melius, tum reliqua, etsi convenisset illis ex Porino lapide facere illam, Pario anteriora eius effecerunt.* Et Pausanias Eliac. II. Ἔστι δὲ λίθου πορίνου κρηπὶς ἐν τῇ Ἄλτει, πρὸς ἄρκτον τοῦ Ἡραίου. *Est autem lapidis Porini crepido in Alti, ad boream Iunonis templi.* Occurrit quoque apud Suidam in Πῶρος. Hesychius. Πώρινον, λίθινον. Ὁ δὲ Πῶρος, ὃ πᾶς λίθος. *Porinum, lapideum. Porus autem non quilibet lapis.* Qualis autem lapis fuerit porus, e Plinio est discere lib. XXXVI. capit. XVII. ubi ait Pario similem candore, & duritia, sed pondere vinci. *Parioque similis candore, & duritia, minus tamen ponderosus, qui Porus vocatur.*

CAP. XV.

Lysias quindecennis Sybarim profectus, quam diu illic manserit. Qua aetate Athenas redierit. Photius emendatus. Cum quot viris a Thuriis ejectus. Clearchus, sive Cleocritus, & Callias Archontes. Calliae nomine quot Archontes fuerint. Plutarchus varie illustratus, & restitutus.

APud eumdem Plutarchum in Lysia iterum corruptus locus. Ἐπὶ δὲ τὴν εἰς Σύβαριν ἀποικίαν, τὴν ὕστερον Θουρίους μετονομασθεῖσαν, ἔσελλεν ἡ πόλις, ᾤχετο σὺν τῷ πρεσβυτάτῳ ἀδελφῷ Πολεμάρχῳ (ἦσαν γὰρ αὐτῷ καὶ ἄλλοι δύο, Εὔδιδος καὶ Βράχιλλος) τοῦ πατρὸς ἤδη τετελευτηκότος, ὡς κοινωνήσων τῶν κλήρου, ἔτη γεγονὼς πεντεκαίδεκα, ἐπὶ Πραξιτέλους ἄρχοντος· κἀκεῖ διέμεινε παιδευόμενος παρὰ Τισίᾳ καὶ Νικίᾳ τοῖς Συρακουσίοις. κτησάμενός τε οἰκίαν, καὶ κλήρου λαχὼν, ἐπολιτεύσατο, ἕως Κλεάρχου τῶν Ἀθηνῆσιν ἄρχοντος, ἔτη ἑξήκοντα τρία. *Quum vero urbs misit coloniam in urbem Sybarin, quae deinde Thurii dicta est, abiit cum seniore fratre Polemarcho (habebat enim, & alios duos Eudidum, & Brachillum) patre iam mortuo, ut particeps futurus coloniae, & sortis, annos natus quindecim, Praxitele Archonte; ibique mansit institutus ab Tisia, & Nicia Syracusanis; iamque possidens domum, & sortem adeptus, in Magistratu fuit, usque ad Clearchum Athenis Archontem, per annos tres & sexaginta.* Vera est historia, quam commemorat quindecennem in coloniam abiisse. Meminit quoque Dionysius Halicarnasseus in Lysia. Ἔτη δὲ πεντεκαίδεκα γεγονὼς, εἰς Θουρίους ᾤχετο, πλέων σὺν ἀδελφοῖς δυσὶ, κοινωνήσων τῆς ἀποικίας, ἣν ἔσελλον Ἀθηναῖοί τε καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλάς. *Natus vero annos quindecim, ad Thurios abiit, navigans cum duobus fratribus, particeps futurus coloniae, quam miserunt Athenienses, & reliqua Graecia.* Et Anonymus in Descriptione Olympiadum anno I. Olymp. LXXXIV. Archonte hoc, quem Plutarchus nominat Praxitele. Λυσίας ὁ ῥήτωρ ἐτῶν γεγονὼς ιέ. ᾤχετο εἰς Σύβαριν ἀποικίαν, τὴν ὕστερον Θουρίους ἐπονομασθεῖσαν. *Lysias Orator quindecim annorum factus abiit in coloniam Sybarin, quae deinde Thurii nominata est.* Atque mansisse illic ad Archontem usque Calliam, Clearchi successorem, idest, annis sexaginta tribus. Sed corrupta necessario verba. Nam illo Archonte Lysias natus annos tantum XLVII. Anonymus in isto Callia. Λυσίας ὁ ῥήτωρ, ὢν ἐτῶν μζ' ὑπὸ τῶν Θουρίων καταστασιασθεὶς ὡς Ἀτλικίζων, παρεγένετο αὖθις εἰς Ἀθήνας. *Lysias Orator, annorum quadraginta septem, ab Thuriis seditione infectatus quasi Atheniensium factionis, rediit postea Athenas.* Dionysius Halicarnasseus in illa ipsa historia loco citato. Καὶ διετέλεσεν αὐτόθι πολιτευόμενος ἐν εὐπορίᾳ πολλῇ, μέχρι τῆς συμφορᾶς τῆς κατασχούσης Ἀθηναίους ἐν Σικελίᾳ. μετ' ἐκεῖνο δὲ τὸ πάθος, στασιάσαντος τοῦ δήμου, ἐκπίπτει σὺν ἄλλοις τριακοσίοις Ἀτλικισμὸν ἐγκληθεῖσι. καὶ παραγενόμενος αὖθις εἰς Ἀθήνας κατὰ ἄρχοντα Καλλίαν, ἕβδομον καὶ τεσσαράκοστὸν ἔτος ἔχων, ὡς ἄν τις εἰκάσειεν, ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου διετέλεσε διατριβὰς ποιούμενος Ἀθήνησι. *Et perseveravit illic Magistratus esse in magna rerum copia, usque ad calamitatem Athenientibus obortam in Sicilia. Sed post illam infelicitatem orta in populo seditione excidit cum aliis trecentis itidem accusatis, quod partes Atheniensium tuerentur. Atque iterum reversus Athenas Archonte Callia, septimum, & quadragesimum annum agens, prout quis subspicione collegerit, ex illo tempore permansit Athenis doctrinas habens.* Suidas quoque in Λυσίας. Γεγονὼς δὲ ἐτῶν ιέ. εἰς Θουρίους ᾤχετο σὺν ἀδελφοῖς δυσὶ, κοινωνήσων τῆς ἀποικίας. εἶτα ἐκπεσὼν ἐκεῖθεν ἐπ' Ἀτλικισμῷ, ἐπανῆλθεν εἰς Ἀθήνας ἄγων ἔτος μζ'. *Veniens vero ad annos quindecim abiit Thurios cum duobus fratribus, particeps coloniae futurus. Deinde expulsus inde ob Athenarum sectam, rediit Athenas agens annum quadragesimum septimum.* Ergo computemus tempus. Anno aetatis decimo quinto ad Thurios concessit, vixitque illic ad annum quadragesimum septimum. Ergo exegit ibidem annos circiter triginta tres. Quamobrem rescribe in Plutarcho, Ἔτη τριάκοντα τρία, *annos triginta tres.* Deinde in sequentibus verbis, Ἀτιαθεὶς Ἀτλικίζειν, ἐξέπεσε μετ' ἄλλων τριῶν. *Incusatus stare ab partibus Atheniensium, excidit cum aliis tribus.* Corruptus iterum numerus. Restitue, Ἐξέπεσε μετ' ἄλλων τριακοσίων, *excidit cum aliis trecentis.* Nam trecenti simul erant accusati, quod Athenienſibus studerent. Ecce apud Dionysium loco iam citato. Ἔπτα σὺν ἄλλοις τριακοσίοις Ἀτλικισμὸν ἐγκληθεῖσι, *excidit cum aliis trecentis accusatis Atheniensium factionis.* Origo mendi ex confusione numerorum Γ'. & Τ'. qui proclivis valde lapsus. Vetus autem illud esse, neque heri, aut hodie natum, animadvertere est ex Photii Bibliotheca, qui transscripsit eodem modo. Τῷ δὲ ἑξῆς ἐνιαυτῷ Ἀτλικίζειν αἰτιαθεὶς μεθ' ἑτέρων τριῶν, ἐξέπεσε. *Sequenti autem anno incusatus Atticismi cum aliis tribus, excidit.* Rescribe itidem, μεθ' ἑτέρων τριακοσίων, *cum aliis*

aliis trecentis. Nominat vero Clearcho praetori Calliam succeſſorem. Τῷ δὲ ἑξῆς Καλλίᾳ, Ὀλυμπιάδι ἐνενηκοστῇ δευτέρᾳ, *ſequenti autem Callia, Olympiade nonageſima ſecunda*. Atqui Clearchus iſte Diodoro Cleocritus nuncupatur lib. XIII. Τοῦ δὲ ἔτους τούτου διελθόντος (loquitur de anno IV. Olympiad. XCI.) Κλεόκριτος μὲν ἄρχων Ἀθηναίων ἦν. *Hoc autem anno elapſo Cleocritus quidem Archon Athenienſium erat*. Quin ipſe Plutarchus in verbis ſequentibus, quem Clearchum prius dixit, mox Cleocritum adpellat. Παραγενόμενος δὲ Ἀθήνησιν ἐπὶ Καλλίου, τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἄρχοντος, ἤδη τῶν τετρακοσίων κατεχόντων τὴν πόλιν, διέτριβεν αὐτόθι. *Quum vero veniſſet Athenas Callia Archonte, qui fuit poſt Cleocritum, iam quadringentis urbem tenentibus, illic moratus fuit*. Componam diſſidium. Video in Archontum Catalogo iſtum, de quo iam diſſerimus, controverti; & his Clearchum, illis Cleocritum indigetari. Hoc ipſum manifeſtum ſatis ex Anonymo, qui dicti anni incertos Archontes ita notat. Κλεόκριτος, οἱ δὲ, Κλέαρχος. *Cleocritus, alii vero Clearchus*. Ait praeterea illic Plutarchus, Ἐπὶ Καλλίου τῶν μετὰ Κλεόκριτον ἄρχοντος. *Tempore Calliae Archontis poſt Cleocritum*. Vt diſtincte tempus indicet. Nam eo nomine Archontes Athenis plures fuerunt. Vnus Olymp. LXXV. anno I. alter Olymp. LXXXI. anno I. tertius, de quo nunc agimus Olympiad. XCII. anno I. quique mox iterum Archon fuit Olymp. XCIII. anno IV. quartus Olymp. C. anno IV. (a)

CAP. XVI.

Verba AEſchinis apud Harpocrationem emendata. Dinarchus Κατὰ Φορμισίου, ἀσεβείας. *Dionyſius Halicarnaſſeus correctus. Lyſias* Κατὰ Πυθοδήμου. *Pollux reſtitutus. Aleuas Pyrrhi F. Harpocration, & Plutarchus emendati*,

HArpocration in Προσρόπαιον laudat verba ex Oratione AEſchinis, quae Περὶ Παραπρεσβείας inſcripta. Αἰσχίνης ἐν τῷ Περὶ τῆς παραπρεσβείας. Οἷα τε ὢν αὐτὸς τὸ τοιοῦτον προσρόπαιον. *AEſchines in Oratione de falſa legatione. Qualia igitur, & ipſe tantum purgamentum*. Sed corrupta. Ita reſtitue, Π. τ. παραπρεσβείας. Ἐάσατε ὦν αὐτὸν τὸ τ. π. *D. falſa legatione. Sinite ergo illum iſtud t. p.* Ibidem citat Dinarchum ἐν τῷ Κατὰ Φορμισίου, ἀσεβείας. Κεῖται δὲ τοῦτο τὸ ὄνομα καὶ παρὰ Δεινάρχῳ ἐν τῷ Κατὰ Φορμισίου, ἀσεβείας. *Poſitum vero eſt illud nomen quoque a Dinarcho in Oratione contra Phormiſium de impietate*. Emendandus Dionyſius Halicarnaſſeus in Catalogo τῶν δημοσίων γνησίων Dinarchi, ubi perperam haec Oratio inſcribitur, Κατὰ φωραπρεσβείας, *de furtiva impietate*. Reſcribendum cenſeo, Κατὰ Φορμισίου, ἀσεβείας, *contra Phormiſium impietatis*. Natum mendum ex compendio ſcriptionis. Inter Lyſiae Orationes una fuit, Πρὸς Πυθόδημον ἀπολογία. Harpocration in Τῆτες meminit, Τῆτες ἀντὶ τοῦ, τούτῳ τῷ ἔτει. Λυσίας ἐν τῇ πρὸς Πυθόδημον ἀπολογίᾳ. *Tetes, hoc eſt ipſo hoc anno. Lyſias in defenſione contra Pythodemum*. Laudat quoque Pollux, ſed emendandus lib. VII. capit. III. Ἐοικὲ δὲ τέννημα καὶ ἐν τῷ Λυσίου πρὸς Πυθόδημον ὑπὲρ ἀποστασίου. *Eſt vero nomen etiam in Oratione Lyſiae contra Pythodemum pro divortio*. Male editur, Πρὸς Παθόδημον, *contra Pithodemon*. Quando vero Harpocrationis ductu Dionyſium, & Pollucem reſtituimus, age, ipſius quoque nunc aliquem locum, corruptum hodie, corrigamus: ut gratiam illi referamus. Locus eſt in Τετραρχία. Καὶ Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῇ κοινῇ Θετταλῶν πολιτείᾳ, ἐπὶ Ἀλεύατου Πύρρου διηρῆσθαί φησιν εἰς τέτταρας μοίρας τὴν Θετταλίαν. *Sed & Ariſtoteles in communi Theſſalorum regimine, tempore Aleuati Pyrrhi diviſam dicunt in quatuor partes Theſſaliam*. Res, quam tractat, nota eſt ex Strabone lib. IX. Stephano, & Etymologici Auctore; ſed corrupta illa verba, atque emendanda, Ἐπὶ Ἀλεύα τοῦ Πύρρα, *tempore Aleuae Pyrrhi filii*. Erat Aleuas rex Theſſaliae, Pyrrhi, & Archedices filius; uti norunt, qui hiſtoriam veterem docti. Videndus etiam Plutarchus extremo lib. Περὶ Φιλαδελφίας, ubi corrigendus oraculi verſus:

Τὸν Πύρρου τοι φημὶ, τὸν Ἀρχεδίκη τέκε, παῖδα,
Pyrrhi ſane dico, quem Archedice peperit, filium.

Hodie perperam eſt, quod editur,

Τὸν Πύρρου τοι Φ.
Pyrrhum ſane d.

Et male vertit doctiſſimus Interpres,

Archedice peperit, quem rufum nomine, dico.

Debuerat,

Archedice peperit quem Pyrrho.

CAP. XVII.

Philemonis Σάρδιος. *Harpocration reſtitutus, & Philemonis verſus apud Pollucem*. Τριτήμορον.

PHilemonis fabula fuit Σάρδιος inſcripta. Ea corrupte admodum citatur ab Harpocratione in Τριτημόριον. Τριτημόριόν ἐστιν ἓξ χαλκοῖ. Φιλήμων ἐν ἀρχῇ τοῦ βίου διδάσκει. *Tritemorion, vel triens eſt ſex chalci. Philemon in principio vitae docet*. In Vaticano Codice erat, Ἐν ἀρχῇ τῷ Δίῳ, *in principio Dii*. Reſcribo, Ἐν ἀρχῇ τῷ Σαρδίῳ, *in principio Sardii*. Emendationis meae fundus ecce Pollux lib. IX. cap. VII. ubi de hac ipſa re diſſerit. Ὅτι δὲ τοὺς ἐξ χαλκοῦς τριτημόριον ὠνόμαζον, ἐστὶν εὑρεῖν ἐν τῷ Φιλήμονος Σαρδίῳ·

Χαλκοῦς ὀφείλεις πέντε μοι, μέμνησ', ἐγὼ
Σοὶ πέντε χαλκοῦς, σὺ δέ μοι τριτημόριον.
Τοὺς ἐξ ἀποδοὺς, τοὺς πέντε χαλκοῦς ἀπόλαβε.

Sex vero chalcos tritemorion nominaviſſe, eſt invenire in Philemonis Sardio;

Chalcos debes quinque mihi, memini, ego
Tibi quinque chalcos, tu vero mihi tritemorion.
Sex reddens, quinque chalcos recipe.

Sed

(a) Conſule *Lib. De Archont. Athenienſ. Tom.* I.

Sed ſecundo illic verſu repone obiter, verſus cauſa, Σὺ δέ μοι τριτήμορων, *tu vero mihi tritemoron*. Dicebant enim etiam Τριτήμορον, pro Τριτημόριον, ut Τεταρτήμορον, pro Τεταρτημόριον. Et Philemonem ita ſcripſiſſe clare teſtantur eiusdem quoque Pollucis verba mox ſequentia. Τὸ δὲ παρὰ Φιλήμονι τριτήμορον, τεταρτημόριον καλεῖ ἐνίοτε Πλάτων. *Sed tritemoron apud Philemonem, Plato interdum vocat tetartemorion*. Sic alibi item dixit in Πιτθοκοπυμένῳ.

Ἰδὺ, πάρεστιν, ὡς ὁρᾷς, τριτήμορον.
Ecce, adeſt, ut vides, tritemoron.

CAP. XVIII.

Hyacinthides, cuius filiae, & quae. Apollodorus, Apoſtolius, & Suidas correcti. Hyacinthus collis, & pagus. Via Hyacinthis. Hyacinti Lacedaemonii duo. Servius emendatus. Eiusdem, & Hygini error indicatus.

DE Hyacinthibus non conveniunt inter ſe Auctores. Harpocration tradit Hyacinthi Lacedaemonii filias eſſe. Ὑακινθίδες. Λυκοῦργος ἐν τῇ κατὰ Λυκόφρονος εἰσαγγελίᾳ. εἰσὶ δὲ θυγατέρες Ὑακίνθου τοῦ Λακεδαιμονίου. *Hyacinthides, Lycurgus in illatione contra Lycophronem; ſunt autem filiae Hyacinthi Lacedaemonii*. In eadem ſententia Apollodorum video, qui quatuor eas memorat, Antheidem, AEgleidem, Enthenidem, & Lytaeam; mactataſque ab Athenienſibus ex vetere oraculo pro ſalute publica ad tumulum Geraeſti Cyclopis. Verba eius in fine libri III. Γενομένου δὲ τῇ πόλει λοιμοῦ τε καὶ λιμοῦ, τὸ μὲν πρῶτον κατὰ λόγιον Ἀγλωσσῖον παλαιὸν τὰς Ὑακίνθου κόρας, Ἀνθίδα, Αἰγληίδα, Ἡνθηίδα, Λυταίαν, ἐπὶ τὸν Γεραίστου τοῦ Κύκλωπος τάφον κατέσφαξαν. τούτων δὲ ὁ πατὴρ Ὑακινθος ἐλθὼν ἐκ Λακεδαίμονος Ἀθήνας κατῴκει. *Exorta vero urbi peſte ſimul, & fame, primo quidem ex oraculo Athenienſi vetere filias virgines Hyacinthi, Antheidem, AEgleidem, Enthenidem, Lytaean, ad Geraeſti Cyclopis ſepulcrum mactarunt. Harum vero pater Hyacinthus digreſſus ex Lacedaemone Athenas coloniam ducebat*. Sed poſtremae nomen ibi corruptum, legendumque, H. Λυσίαν. *E. Luſian*. Nam ab ea Populus Atticae Λυσία dictus. Obſervo apud Stephanum. Λυσία, τῶν Ὑακίνθου θυγατέρων ἦν, ἀφ' ἧς ὁ δῆμος τῆς Οἰνηίδος φυλῆς. *Luſias, Hyacinthi filiarum erat, a qua Populus Oeneidis tribus*. Ita enim locum illum reſtituendum monui nuper libro meo De Populis Atticae. Alii Erechthei filias tradunt. In his Demoſthenes Orat. Fun. Ἠξίουν ἅπαντες Ἐρεχθεῖδαι τὸν ἐπώνυμον αὐτῶν Ἐρεχθέα, ἕνεκα τοῦ σῶσαι τὴν χώραν, τὰς αὐτοῦ παῖδας, ἃς Ὑακινθίδας καλοῦσιν εἰς πρῶτον θάνατον δόντα ἀναλῶσαι. *Noverunt omnes Erechthidae, illum unde nomen acceperunt, Erechthea, ad ſervandam regionem ſuas ipſius filias, quas Hyacinthidas vocant, in manifeſtam mortem donantem impendiſſe*. Apollodorus loco citato quatuor commemorat; alii eas ſex commemorant, Protogeniam, Pandoram, Procridem, Creuſam, Orithyiam, & Chthoniam; atque ex his Protogeniam, Pandoramque, mactandas ſeſe praebuiſſe in colle Hyacinthio, unde Hyacinthides dictae. Apoſtolius. Παρθένοι ἓξ ἐφάμιλλοι. ἐπὶ τῶν εὐψύχων καὶ σωφρόνων. τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας οὕτως ἔλεγον, καὶ ἐτίμησαν δὲ τὸν ἀριθμὸν ἓξ, πρεσβυτάτη μὲν ἐκαλεῖτο Πρωτογένεια, δευτέρα δὲ Πανδώρα, τρίτη Πρόκρις, τετάρτη Κρέουσα, πέμπτη Ὠρείθυια, ἕκτη Χθονία. τούτων λέγεται Πρωτογένειαν καὶ Πανδώραν δοῦναι ἑαυτὰς σφαγῆναι ὑπὲρ τῆς χώρας, στρατιᾶς ἐλθούσης ἐκ Βοιωτίας. ἐσφαγιάσθησαν δὲ ἐν τῷ Ὑακίνθῳ καλουμένῳ πάγῳ ὑπὲρ τῶν Σφενδονίων. διὸ καὶ οὕτω καλοῦνται, παρθένοι Ὑακινθίδες. *Virginibus ſex par. De magnanimis, & ſapientibus. Erechthei filias ita dicebant, & honorabant vero ſex numero. Maxima natu quidem dicebatur Protogenia, ſecunda autem Pandora, tertia Procris, quarta Creuſa, quinta Orithyia, ſexta Chthonia. Ex his dicitur Protogenian, & Pandoran dediſſe ſe mactandas pro regione, invadente exercitu ex Boeotia. Occiſae autem ſunt in Hyacintho, ut vocatur, pago ſuper Sphendonios. Idcirco etiam ſic vocantur virgines Hyacinthides*. Ita ibi emendo; nam perperam legitur, Τρίτη Πρόκρις, Δηκρήυσα, πέμπτη Ω'. *Tertia Procris, Decreuſa, quinta O.* Numeri quaternarii nota adhaeſerat nomini, atque inde mendum. Videndus item Suidas in Παρθένοι, ubi itidem ſcribendum, Καὶ ἐτίμησαν δὲ ἓξ, *& coluerunt vero ſex*. Non recte hodie vulgatur, Καὶ ἐτιμώρησαν δὲ, *& puniverunt autem*. Hyginus unam tantum memorat, Spariantidem: *Fabula* CCXXXVIII. *Hyacinthus (occidit) Spariantidem filiam ex reſponſo pro Athenienſibus*. Meminit Hyacinthidum etiam Heſychius. Ὑακινθίδες, ἐπώνυμοι Ἀπόλλωνος, ἀπὸ Ὑακίνθου. *Hacynthides, cognomines Apollinis, ab Hyacintho*. Ad Hyacinthum collem, quod attinet, ei ſubiectus quoque pagus, Ὑακινθόκωμον adpellatus, cuius meminit idem Heſychius in Ὑακινθος. Et hinc Ὑακινθὶς ὁδὸς, via quae illuc duceret. Invenio apud Athenaeum lib. IV. Δημήτριος δ' ὁ Σκήψιος ἐν ἑνδεκάτῳ τῆς Τροϊκῆς διακόσμου, ἐν τῇ Λακωνικῇ φησιν, ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, τῆς καλουμένης Ὑακινθίδος, ἱδρύσθαι ἥρωας, Δαίτωνα, καὶ Κεράωνα. *Sed Demetrius Scepſius in undecimo Troianae ordinationis, in Laconica dicit ad viam vocatam Hyacinthida collocatos eſſe heroas Daetonem, & Ceraonem*. Sed priuſquam hoc caput finiam, quando Hyacinthi Lacedaemonii quidam fuiſſe filias dicunt, ſciendum eſt duos eo nomine apud Lacedaemonios vixiſſe; unum Amyclae Regis filium, alterum Oebali, prioris ex Cynorta fratre nepotem. Prior iuvenis, ab Apolline diſco ictus, diem obiit ſine liberis; alterius fuerunt, de quibus iam dixi, filiae. De priore eſt locus Pauſaniae ipſo initio Laconicorum. Ἀμύκλας δὲ ὁ Λακεδαίμονος, βουλόμενος ὑπολιπέσθαι τι καὶ αὐτὸς εἰς μνήμην, πόλισμα ἔκτισεν ἐν τῇ Λακωνικῇ· γενομένων δὲ οἱ παίδων, Ὑακινθον μὲν, νεώτατον ὄντα, καὶ τὸ εἶδος κάλλιστον, κατέλαβεν ἡ πεπρωμένη πρότερον τοῦ πατρός. *Amyclas vero filius Lacedaemonis, volens*,

Digitized by Google

volens, & ipse aliquid relinquere ad memoriam, urbeculam condidit in Laconica. Sed quum ei nascerentur liberi, Hyacinthum quidem, natu minimum, & forma pulcerrimum, occupavit fatum ante patrem. Alterius meminit Hyginus Fab. CCLXXI. *Hyacinthus Oebali filius, quem Apollo amavit.* Servius etiam Eurotae filium tradi ait; qui tamen prioris avus, ut ex Pausania nobis constat loco citato. Quippe ex Eurota Amyclas natus, atque ex illo Hyacinthus prior. Servii locus, quem dixi, exstat ad AEneid. XI. sed insigni mendo insessus. *Sane Hyacinthus puer fuit Eurotae, vel, ut quidam volunt, Hybali filius.* Emendo, *ut quidam volunt, Oebali filius.* Inepte autem & ille, & Hyginus confundunt fabulam, quodque de priore traditum, alteri adscribunt.

CAP. XIX.

Ἀρρηφορία. Ἑρσηφορία. Ἀρρηφόροι. Quae illae, quot numero, ac qua aetate. Duae ex illis texturae pepli praefectae, & quando texere eum orsae. Panis illarum, & sphaeristerium in arce.

FEstum Athenis erat Minervae, mense Scirrhophorione, Ἀρρηφορία nuncupatum. Idem etiam Erssae celebrari solitum, Cecropis filiae; atque inde Ἑρσηφορία dictum. Observo e verbis Etymologici. Ἀρρηφορία, ἑορτὴ ἐπιτελουμένη τῇ Ἀθηνᾷ, ἐν Σκιῤῥοφοριῶνι μηνί. (λέγεται δὲ καὶ διὰ τοῦ ε. ἐρρηφορία) παρὰ τὸ ἄῤῥητα καὶ μυστήρια φέρειν. ἢ ἐὰν διὰ τοῦ ε. παρὰ τὴν Ἕρσην τὴν Κέκροπος θυγατέρα, ἑρσηφορία. ταύτην γὰρ ἦγον τὴν ἑορτήν. *Arrhephoria, festum celebratum Minervae mense Scirrophorione; (dicitur vero etiam per literam e. Errhephoria) ab arcanis, & mysteriis ferendis, aut si per literam e. ab Erse Cecropis filia, Ersephoria. Huic enim celebrarunt id festum.* Et apud Suidam. Διὰ τοῦ α. ἀῤῥηφορία, ἐπειδὴ τὰ ἄῤῥητα ἐν κίστῃς ἔφερον τῇ Θεῷ αἱ παρθένοι. ἃ δὲ διὰ τοῦ ε. ἑρσηφορία. τῇ γὰρ Ἕρσῃ ἐπόμπευον τῇ Κέκροπος θυγατρί. *Per literam a. Arrhephoria, quoniam arcana in cistis ferebant Deae virgines. Si vero per literam e. Ersephoria. Nam Ersae pompam ducebant Cecropis filiae.* Meminit τῆς ἀῤῥηφορίας Lysias in Orat. quae Ἀπολογία δωροδοκίας inscribitur. Χορὶς δὲ ἀρχιθεωρίας, καὶ ἀῤῥηφορίας, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, εἰς ἃ ἐμοὶ δεδαπάνηται πλέον ἢ τριάκοντα μναῖ. *Separatim vero principatus sacrarum legationum, & Arrephorias, & alia eiusmodi, in quae a me erogata sunt ultra triginta minas.* Celebrabant festum id virgines, eaeque Ἀῤῥηφόροι adpellatae. Eligebantur autem quatuor numero, genere nobili. Harpocration. Τέσσαρες μὲν ἐχῤῥοτονοῦντο δι' εὐγένειαν ἀῤῥηφόροι. *Quatuor quidem creabantur pro nobilitate Arrhephori.* Atque hae ipsae annis septem non minores, nec maiores undecim erant. Etymolog. Auctor. Τέσσαρες δὲ παῖδες ἐχῤῥοτονοῦντο κατ' εὐγένειαν ἀῤῥηφόροι, ἀπὸ ἐτῶν ἑπτὰ μέχρις ἕνδεκα. *Sed quatuor puellae eligebantur secundum nobilitatem Arrhephori, ab annis septem usque undecim.* Et insignis locus est apud Aristophanem Lysistrata, qui huc pertinent.

Ἑπτὰ μὲν ἔτη γεγῶσα
Εὐθὺς ἀῤῥηφόρουν.
Septem quidem annos nata
Statim Arrhephoros fui.

Vides clare initium ab anno septimo fuisse. Ex his duae eligebantur, quae texturae pepli praeerant. Etymologici Auctor de illis ipsis. Τούτων δὲ δύο διεκρίνοντο, αἱ διὰ τῆς ὑφῆς τοῦ πέπλου ἤρχοντο καὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ αὐτήν. *Sed ex his duae eximebantur, quae per texturam pepli inchoabant etiam alia circa illum.* Totidem pene verbis Harpocration. Ordiebantur vero peplum illum texere die trigesimo mensis Pyanepsionis, quo τὰ Χαλκεῖα celebrabantur. Suidas in Χαλκεῖα. Ἕκτῃ δὲ ἔνη καὶ νέα τοῦ Πυανεψιῶνος, ἐν ᾗ καὶ αἱ ἱέρειαι μετὰ τῶν ἀῤῥηφόρων διάζονται. *Est autem trigesima Pyanepsionis, in qua etiam sacerdotes cum Arrhephoris telam faciunt.* Eadem habes apud Etymologici Auctorem in eadem dictione. Gestabant autem vestem albam, & in ea aurum quoque. Etymologici Auctor. Λευκὴν δὲ ἐσθῆτα ἐφόρουν, καὶ χρυσία. *Candidam vero vestem ferebant, & aurea.* Et paulo ante. Ἀῤῥηφορεῖν, τὸ χρυσῆν ἐσθῆτα φορεῖν, καὶ χρυσία. *Arrhephorein* (est) *auream vestem ferre, & aurea.* Harpocration. Λευκὴν δ' ἐσθῆτα ἐφόρουν· καὶ εἰ χρυσία περιέθεντο, ἱερὰ ταῦτα ἐγίνοντο. *Candidam vero vestem gerebant, & si qua aurea circumdarentur, ea erant sacra.* Item panis illis proprius, Νασὸς indigetatus. Athenaeus lib. III. Κράτης δ' ἐν δευτέρᾳ Ἀττικῆς διαλέκτου, θάργηλον καλεῖσθαι τὸν ἐκ τῆς συγκομιδῆς πρῶτον γινόμενον ἄρτον, καὶ τὸν σαμίτην· οὐχ ἑώρακε δὲ οὐδὲ τὸν νασὸν καλούμενον, ὃς ταῖς ἀῤῥηφόροις γίνεται. *Crates autem in secunda Atticae dialecti* (scribit) *thargelum vocari ex messe primum confectum panem, & samitem. Sed non vidit neque nasum vocatum, qui fit Arrhephoris.* Sphaeristerium quoque in arce habebant. Plutarchus in Isocrate. Ἀνάκειται γὰρ ἐν ἀκροπόλει χαλκοῦς ἐν τῇ σφαιρίστρᾳ τῶν ἀῤῥηφόρων. *Nam aeneus in arce dedicatus est in sphaeristra Arrhephororum* (a).

CAP. XX.

Bacchus Κυαμίτης. Βλησρισμός. Ionis Ὀμφάλη. Plutarchus semel, Hesychius ter emendatus.

INter Bacchi cognomenta, quod hactenus ignoratum, Κυαμίτης fuit. Id nos docuerat Grammaticorum doctissimus Hesychius; sed corrupta eius verba. Κυαμήτης, ὁ πάγκοινος καλούμενος. *Cyametes, Pancus vocatus.* Restituo. Κυαμίτης, ὁ Βάκχος καλούμενος. *Cyamites, Bacchus vocatus.* Colebatur autem hoc cognomine in Attica, non procul a Cephisso flumine. Pausanias in Atticis. Διαβᾶσι δὲ τὸν Κηφισσὸν, βωμός ἐστιν ἀρχαῖος Μειλιχίου Διός, ἐπὶ τούτῳ Θησεὺς ὑπὸ τῶν ἀπογόνων τῶν Φυτάλου καθαρσίαν ἔτυχε, ληστὰς καὶ ἄλλους ἀπο-

(a) Vide *Panathenaea*, & *Cecropiam*.

ἀπεκτόνας, καὶ Σίνιν τὸν πρὸς Πιτθέως συγγενῆ· τάφος δέ ἐστιν αὐτόθι Θεοδέκτου τῶν Φασηλίτου. ἔτι δὲ Μνησιθέα. τοῦτον λέγουσιν ἰατρόν τε ἀγαθὸν γενέσθαι, καὶ ἀναθεῖναι ἀγάλματα, ἐν οἷς καὶ ὁ Ἴακχος πεποίηται. ᾠκοδόμηται δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ναὸς οὐ μέγας, καλούμενος Κυαμίτου. *Transgressis vero Cephissum, ara est vetus Iovis Propitii. In hac Thesεus ab posteris Phytalci accepit purgamenta, post latrones, & alios occisos, & Sinin ex Pittheo sibi cognatum. Sepulcrum vero illic est Theodectae Phaselitae; item Mnesithei. Hunc ferunt, & medicum bonum fuisse, & dedicasse statuas, in quibus etiam Iacchus factus est. Exstructa vero est ad viam aedes non magna, vocata Cyamitae.* Cum quo consentaneum est, quod Plutarchus iuxta Viam Sacram collocat, qua Eleusinem iter erat. Locus est in Isocrate. Καὶ Θεοδέκτης ὁ Φασηλίτης, ὁ τὰς τραγῳδίας ὕστερον γράψας, οὗ ἔστι τὸ μνῆμα ἐπὶ τὸν Κυαμίτην πορευομένοις, κατὰ τὴν ἱερὰν ὁδὸν τὴν ἐπ' Ἐλευσῖνα. *Et Theodectes Phaselites, qui postea tragoedias scripsit, cuius est sepulcrum euntibus ad Cyamiten, per viam sacram versus Eleusina.* Ita rescribo; nam hodie non recte editur, Ἐπὶ τὴς Κυαμῖτιν, *ad Cyamitin*. Sed, quando nunc in Hesychium incidi, unum, atque alterum etiam locum eius emendabo. Βλησύριμος, ὁ ἱπποσμὸς, καὶ *. ἄλυς. *Blesyrimos, equitatio, & * alys.* Restituo, Βλησρισμὸς ῥιπλασμὸς, καὶ ἄλυσμός. *Blesrismos, iactatio, & erratio.* Est enim Βλησρισμὸς vox antiqua, qua significatur, iactatio illa corporis, qua nimirum utuntur aegri, quando cum morbo aliquo conflictantur. Occurrit pluries apud Hippocratem, atque inter cetera De Morb. libro I. in AEgroto II. Ἄκρεα ψυχρά. πελιδνά. πολὺς Βλησρισμός. *Extrema frigida, livida, multa agitatio.* Vbi vide, quod doctissimus Foesius adnotat. Idem est, Ῥίπλασμὸς, & Ἄλυσμὸς, sive Ἄλυσις. Galenus in Lexico Hippocratis. Ἄλυσμὸν, ὅπερ καὶ ἄλυσίν τινες, καὶ ἀπορίαν, οἱ δὲ. καὶ ῥιπλασμὸν καλοῦσι. *Errationem, quod & anxietatem, & inopiam, alii vero quoque iactationem vocant.* Neque aliud est Ἄλυς, quam Ἄλυσμὸς, aut Ἄλυσις. Et videri posset in Hesychio etiam ferendum; nisi asteriscus indicaret, aliter locum ab ipso Hesychio conceptum fuisse. Alius quoque eiusdem locus est corruptissimus. Μαγάδις, αὐλοὶ κιθαριστήριοι. ὄργανον ψαλτικόν. ὅθεν, καὶ τὸ ψάλλειν, μαγάζειν λέγουσιν. οἷον ὀμφάλων, ἢ μαγαδὶς αὐλὸς, ἢ γηθηβοῆς. ἀντὶ τοῦ, ὁ συνάδων τῇ μαγάδι. *Magadeis, tibiae, ad citharam instrumentum psallendi; unde etiam psallere dicunt magazein; quale umbilicorum, aut magadae fistula, aut hilaris clamoris; hoc est, qui accinit magadi.* Rescribo, Καὶ τὸ ψάλλειν, μαγάζειν λέγουσιν. Ἴων Ὀμφάλῃ·

——— μάγαδις αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς.

ἀντὶ τοῦ, ὁ σ. τ. μ. *Et psallere dicunt magazein. Ion in Omphale;*

——— *magadis tibia inchoet clamorem.*

hoc est, q. a. m. Latebat illic fragmentum ex Ionis Poetae Omphale, quod in lucem ego protraho. Plenus versus ita se habebat.

Λυδός τε μάγαδις αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς.

Et Lyda magadis tibia praecinat clamori.

Atque ut nemo de veritate emendationis meae dubitare possit, ecce vadem Athenaeum lib. XIV. ubi de hoc ipso Musico instrumento. Ἴων δ' ὁ Χῖος ἐν Ὀμφάλῃ. ὡς περὶ αὐλῶν λέγει διὰ τούτων·

Λυδός τε μάγαδις αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς.

Ion vero Chius in Omphale, quasi de fistulis loquitur per haec;

Et Lyda magadis fistula praecinat clamori.

Fuit vero inter Ionis Fabulas, Ὀμφάλη. Qua de re nos fuse, si benignus Deus dabit, in Bibliotheca nostra Graeca.

CAP. XXI.

Ceres Θεσμοφόρος, *cur ita dicta. Idem Proserpinae cognomentum. Sacra,* Θεσμοφόρια. *A quo instituta. Lutatius emendatus. Variis locis celebrata, & quot diebus. Hesychii lapsus. Binae e singulis populis a mulieribus popularibus electae, quae praeessent; eaeque legitimo matrimonio natae; & sumtus a maritis omnium suppeditati.* Θεσμοφόρια ἐπιφέρων. *Quando ad celebranda illa* αἱ Θεσμοφοριάζουσαι *profectae.* Ἄνοδος. *Quum abirent, libros legales capitibus impositos eo ferebant. Castitatis, dum se praeparant, exercitium. Cneori illa in re, & viticis, ac conyzae usus; item pinus. Virgines publice ali solitae, quae sacris iisdem ministrarent.* Θεσμοφορεῖον. *Luciani locus illustratus.* Ἁγνεύειν. *In Casto esse. Arnobii, Hieronymi, & Tertulliani error. A coronis floreis, & mali Punici granis abstinentia; item ieiunium medio sacrorum illorum die, qui* Νηστεία *adpellatus. Isque quis fuerit. Quando inchoata sacra, quando finita. Clementis, & Theodoreti hallucinatio. Sacrificium arcanum.* Δίωγμα. Ἀποδίωγμα. *Eius origo.* Καλλιγένεια *invocata, nisi a solis Eretriensibus, ac quaenam illa. Hesychii locus restitutus. Carmen* Θεσμοφόριον. *Aliud iterum sacrificium.* Ζημία. *Captivi quoque dimissi, & a iure dicundo feriae.*

NObilissima sacra, Θεσμοφόρια, sed de iis nescio an aliquis particulatim hactenus dixerit. Inter Cereris cognomenta Θεσμοφόρος etiam fuit; ideo datum, quia leges prima dedisset, vitamque humanam ordinasset. Diodorus Sicul. lib. I. Θεῖναι δέ φασι καὶ νόμους τὴν Ἶσιν, (quam eamdem cum Cerere esse dixit verbis antecedentibus) καθ' ὃς ἀλλήλοις διδόναι τοὺς ἀνθρώπους τὸ δίκαιον, καὶ τῆς ἀθέσμου βίας καὶ ὕβρεως παύσασθαι, διὰ τὸν ἀπὸ τῆς τιμωρίας φόβον. διὸ καὶ τοὺς παλαιοὺς Ἕλληνας τὴν Δήμητραν Θεσμοφόρον ὀνομάζειν, ὡς τῶν νόμων πρῶτον ὑπ' αὐτῆς τεθέντων. *Posuisse vero dicunt etiam leges Isin, per quas sibi invicem homines dare ius, & destitisse ab illegitima violentia, & contumelia propter metum punitionis. Propterea etiam antiquos Graecos Cererem Legiferam nominare, utpote legibus primum ab ea positis.* Eadem iterum tradit mox lib. V. Meminit cognominis Plutar-

Digitized by Google

tarchus Περὶ σαρκοφαγίας, lib. I. Τί καταψεύδεσθαι τῆς γῆς, ὡς τρέφειν μὴ δυναμένης; τί τὴν Θεσμοφόρον ἀσεβεῖτε Δήμητραν; *Quid per mendacium ſuſpicari male de terra, quaſi quae nutrire nequeat? quid Legiferam impie vexatis Cererem?* Commune autem video fuiſſe etiam Proſerpinae eius filiae. Ecce apud Ariſtoph. Theſmoph. ubi Mneſilochus utramque invocat.

Ἀλλ', ὦ περικαλλῆ Θεσμοφόρω, δέξασθέ μα
Ἀγαθῇ τύχῃ. ——
Sed o perpulcrae Legiferae, excipite me
Propitia fortuna. ——

Et mox:

Εὔχεσθε ταῖν Θεσμοφόροιν,
Τῇ Δήμητρι καὶ τῇ Κόρῃ.
Vota facite duabus Legiferis,
Cereri, & Proſerpinae.

Occurrit ibidem ter, quater. Virgilio ἡ Θεσμοφόρος Ceres Legifera dicitur AEneid. IV.

—— *mactant lectas de more bidentes*
Legiferae Cereri. ——

Vbi Servius. *Leges enim ipſa dicitur inveniſſe. Nam & ſacra ipſius Theſmophoria.* Vel, quia leges ærae inciſae in templo eius adſervabantur. Servius ibidem: *An quia in aede Cereris ære inciſae poſitae leges fuerunt* (a). Inde ergo ſacra illi facta, Θεσμοφόρια nuncupata. Et inſtituit primus Orpheus, ut teſtantur Demoſthenes, Diodor. Siculus, ac Plutarchus, & ex illis Theodoretus Therapeut. lib. I. Ὅτι δὲ καὶ τῶν Διονυσίων, καὶ τῶν Παναθηναίων, καὶ μέντοι, καὶ τῶν Θεσμοφορίων, καὶ τῶν Ἐλευσινίων τὰς τελετὰς Ὀρφεὺς, ἀνὴρ Ὀδρύσης, εἰς τὰς Ἀθήνας ἐκόμισεν. καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀφικόμενος, τὰ τῆς Ἴσιδος καὶ τὸ Ὀσίριδος εἰς τὰ τῆς Δηοῦς καὶ τὸ Διονύσου μετατέθεικεν ὄργια, διδάσκει μὲν Πλούταρχος ὁ ἐκ Χαιρωνείας τῆς Βοιωτίας, διδάσκει δὲ καὶ ὁ Σικελιώτης Διόδωρος. μέμνηται δὲ Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ. *Sed & Bacchanaliorum, & Panathenaeorum, & Theſmophoriorum, & Eleuſiniorum initiationes Orpheum, virum Odryſen, Athenas detuliſſe, & in AEgyptum degreſſum Iſidis, & Oſiridis tranſtuliſſe in Orgia Cereris, & Bacchi, docet quidem Plutarchus ex Chaeronea Boeotiae, docet vero & Siculus Diodorus; meminit vero Demoſthenes Orator.* Aliis traditur fuiſſe Triptolemus Rex Athenienſium Lutatius ad Theb. II. *Poſtquam domum rediit (Triptolemus) Cepheus Rex eum, tamquam aemulus, interficere conatus eſt. Sed re cognita, iußu Cereris Triptolemo regnum tradidit, ibique oppidum conſtituit, quod ex patris ſui nomine Eleuſinum adpellavit. Cereri ſacra primus inſtituit, quae Theſmophoria adpellantur.* Sed corrupta paululum verba ita reſtitue, *Celeus Rex.* Nam Celeus Athenienſium Rex fuit, non Cepheus. Deinde, *Triptolemo regnum tradidit, ibi qui oppidum condidit.* Triptolemus enim Eleuſinem condidit, nomenque a patre Eleuſino impoſuit, non Celeus, quod prior lectio innuit. Verum hoc ὡς ἐν παρόδῳ. Herodotus lib. II. ad Danai filias refert, eaſque ex AEgypto ad Pelaſgicas feminas attuliſſe; poſtea vero Peloponneſo univerſa a Doribus everſa intercidiſſe; atque apud Arcades ſolos, quibus parcitum erat, remanſiſſe. Accipe verba. Καὶ τῆς Δήμητρος τελετῆς περὶ, τὴς οἱ Ἕλληνες Θεσμοφόρια καλέουσι, καὶ ταύτης μοι περὶ εὔχομαι κεῖσθαι, πλὴν ὅσον αὐτῆς ὁσίη ἐστὶ λέγειν. αἱ Δαναοῦ θυγατέρες ἦσαν αἱ τὴν τελετὴν ταύτην ἐξ Αἰγύπτου ἐξαγαγοῦσαι, καὶ διδάξασαι τὰς Πελασγιώτιδας γυναῖκας. μετὰ δὲ, ἐξανασάσης πάσης Πελοποννήσου ὑπὸ Δωριέων, ἐξαπώλετο ἡ τελετή. οἱ δὲ ὑπολειφθέντες Πελοποννησίων, καὶ οὐκ ἐξαναστάντες Ἀρκάδες, διέσωζον αὐτὴν μοῦνοι. *Et de ſacro Cereris, quod Graeci vocant Theſmophoria, & de illo faveam lingua non ultra, quam fas eſt dicere. Filiae Danai erant, quae iſtud ſacrum ex AEgypto evexerunt, docueruntque Pelaſgiotidas mulieres. Sed poſtea, omni Peloponneſo ſedes mutare coacta ab Dorienſibus, extinctum fuit id ſacrum. Qui vero Peloponnenſium relicti fuerunt, quique non emigrarant Arcades, ſoli illud ſervarunt.* Errat Arnobius lib. V. qui Theſmophoriorum originem narrat, quae erat Eleuſiniorum. Sciendum autem varia illa, & a variis celebrata omnino fuiſſe. Apud Lacedaemonios triduana erant. Heſychius. Τριήμερος, Θεσμοφόρια ὑπὸ Λακώνων. *Triduanum. Theſmophoria ab Laconibus.* Celebrabantur etiam Drymaeae apud Phocenſes. Pauſanias in Phocicis, Δήμητρος δὲ Θεσμοφόρου Δρυμαίοις ἱερὸν ἐστιν ἀρχαῖον, καὶ ἄγαλμα ὀρθὸν λίθου πεποίηται, καὶ αὐτῇ Θεσμοφόρια ἑορτὴν ἄγουσιν ἐπέτειον. *Cereris autem Legiferae apud Drymaeos eſt templum vetuſtum, & ſimulacrum rectum e lapide factum eſt; & ipſi feſtum annum celebrant Theſmophoria.* Quem locum laudat etiam Stephanus in Δρυμία. Item Thebis apud Boeotios. Plutarchus in Pelopida. Πεσθέντος δ' ἐκείνου, καὶ μὴ προσδοκῶσι τοῖς Θηβαίοις ἐπιθεμένου, Θεσμοφορίων ὄντων, καὶ τῆς ἄκρας κυριεύσαντος, Ἰσμηνίας μὲν συναρπασθεὶς εἰς Λακεδαίμονα, μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀνῃρέθη. *Qui quum admiſiſſet colloquium, & inopinantibus Thebanis ſuperveniret, quum eſſent Theſmophoria, & arce potiretur, Iſmenias quidem correptus, ductuſque Lacedaemona non longo poſt tempore occiſus fuit.* Et Mileti apud Iones. Obſervare eſt apud Stephanum in Μίλητος, ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις πίτυος κλάδον ὑπὸ τὴν σιβάδα, καὶ ἐπὶ τὰ τῆ Δήμητρος ἱερὰ κλωνίον πίτυος ἐτίθεσαν. *In Theſmophoriis ramum pineae ſub lecto, & ad Cereris ſacra ſurculum pineae ponebant.* Et hic quoque triduana erant, pariter atque apud Lacedaemonios. Obſervo apud Diogenem Laertium in Democrito Mileſio libro IX. Τελευτῆσαι δὲ τὸν Δημόκριτόν φησιν Ἕρμιππος τοῦτον τὸν τρόπον. ἤδη ὑπέργηρων ὄντα, πρὸς τὸ κατασφέρειν εἶναι. τὴν ἔν ἀδελφὴν λυπεῖσθαι, ὅτι ἐν τῇ τῶν Θεσμοφορίων ἑορτῇ μέλλοι τεθνήξεσθαι, καὶ τῇ Θεσμοφόρῳ τὸ καθῆκον αὐτὴν οὐ ποιήσειν. τὸν δὲ θαρρεῖν εἰπεῖν, καὶ κελεῦσαι αὐτοῦ προσφέρειν ἄρτους θερμοὺς ἡσημέραι. τούτους δὲ ταῖς χερσὶ προσφέρων, διεκράτησεν αὐτὸν τὴν ἑορτήν. ἐπεὶ δὲ παρῆλθον αἱ ἡμέραι (τρεῖς δὲ ἦσαν) ἀλυπότατα τὸν βίον προήκατο. *Democritum vero obiiſſe tali modo refert Hermippus; quum iam valde ſenex eſſet, adpropinquaſſe morti; ſororem igitur doluiſſe, quod in feſto Theſmophoriorum*

(a) Conſule *Solonem*.

moriturus esset, & Deae ipsam iusta non facturam. Illum vero monuisse, ut bono esset animo, ac iussisse, ut ad se deferret quotidie calidos panes; bos autem naribus admovendo eum superavisse festum. Qui dies quum praeteriissent (erant autem tres) sine ullo dolore vitam remisisse. Item Megaris. Pausanias in Atticis, ubi eam urbem describit. Ἔστι δὲ καὶ Δήμητρος ἱερὸν Θεσμοφόρου. *Est autem fanum Cereris Legiferae.* Huc pertinet illud Clementis in Protreptico. Ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις Μεγαρίζοντες χοίρους ἐκβάλλουσι. *In Thesmophoriorum festo Megarensium aemuli eiiciunt porcos.* Etiam Eretriae urbe Euboeae, ubi carnes, quas comederent, non ad ignem, sed ad solem assabant mulieres, neque Galligeniam quoque invocabant. Plutarchus in Graecis Quaest. Διὰ τί τοῖς Θεσμοφορίοις αἱ τῶν Ἐρετριέων γυναῖκες οὐ πρὸς πῦρ, ἀλλὰ πρὸς ἥλιον ὀπτῶσι τὰ κρέα, καὶ Καλλιγένειαν οὐ καλοῦσι. *Quamobrem in Thesmophoriis feminae Eretriensium non ad ignem, sed ad solem assant carnes, & Calligeniam non invocant.* Mihi propositum, de iis tantum hic differere, quae Athenis celebrari consueverunt. Ac initio de dierum numero dicam, quem incertum satis video. Hesychius ait, quatriduana fuisse. Τρίτη Θεσμοφορίων. ζητεῖται πῶς ἅμα μὲν λέγῃ τρίτῃ Θεσμοφορίων εἶναι, ἅμα δὲ μέσῃ, τεττάρων ὄντων ἡμερῶν. *Tertia (dies) Thesmophoriorum. Quaeritur, quomodo simul dicat tertiam Thesmophoriorum esse, simul vero mediam, quum quatuor sint dies.* Respexit autem versum istum Aristophanis Thesmoph.

Ἐπὶ τρίτῃ 'στι Θεσμοφορίων ἡ μέση.
Quoniam tertia est Thesmophoriorum media.

Certe, si tertius dies medius fuit, ut clarum est ex citatis Aristophanis verbis, errare equidem Hesychium existimo, qui de quatuor diebus ait. Legebantur ad haec celebranda, quae praeessent, in singulis populis feminae binae, legitimo matrimonio natae; fiebatque ea electio a mulieribus. Observo apud Isaeum in Orat. Περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου. Οὐ τοίνυν ἐκ τούτων δῆλόν ἐστι μόνον, ὅτι ἦν ἡμῶν ἡ μήτηρ θυγάτηρ γνησίου Κίρωνος, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν ὁ πατὴρ ἡμῶν ἔτραφε, καὶ ἐξ ὧν αἱ γυναῖκες αἱ τῶν δημοτῶν περὶ αὐτῆς ἐγίνωσκον. ὅτε γὰρ ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐλάμβανε, γάμους ἐποίησε, καὶ ἐκάλεσε τρεῖς αὐτοῦ φίλους μετὰ τῶν αὐτοῦ προσηκόντων, καὶ τοῖς φράτορσι γαμηλίαν ἐσήνεγκε, κατὰ τοὺς ἐκείνων νόμους. αἵ τε γυναῖκες ἐκ τῶν δημοτῶν μετὰ ταῦτα πρῶκριναν αὐτὴν μετὰ τῆς Διοκλέους γυναικὸς τῶν Πιθέως ἄρχειν τὰ Θεσμοφόρια. *Nonne igitur ex his manifestum est solum matrem nostram fuisse legitimam filiam Cironis, sed etiam ex illis, quae pater noster fecit, & ex illis, quae mulieres popularium in illa cognoscebant. Nam quum pater illam duxit, nuptiale epulum instituit, & vocavit tres eius amicos cum necessariis suis, & Tribulibus nuptiale donum intulit ex illorum legibus; sed & mulieres ex popularibus post haec praetulerant eam cum Dioclis uxore, cuius pater Pitheus praeesse Thesmophoriis.* Et ad sumtus contribuebant pro uxoribus mariti locupletiores: ac tunc Θεσμοφόρια εἰσφέρειν, *Thesmophoria inferre*, dicebantur. Animadvertere est apud eumdem Isaeum in Orat. Περὶ τοῦ Πύρρου κλ. Δῆλον γὰρ ὅτι, εἰ ἐπείσθη ἐγγυήσασθαι, ἐπείσθη ἂν καὶ γαμηλίαν ὑπὲρ αὐτῆς τοῖς φράτορσιν εἰσενεγκεῖν, καὶ εἰσαγαγεῖν τὴν ἐκ ταύτης ἀποφανθεῖσαν θυγατέρα, ὡς γνησίαν οὖσαν αὐτῷ. καὶ ἔν τε τῷ δήμῳ κεκτημένον τὸν τριτάλαντον οἶκον, εἰ ἦν γεγαμηκώς, ἠναγκάζετο ἂν ὑπὲρ τῆς γαμετῆς γυναικὸς καὶ θεσμοφόρια ἐς τοιαύτας γυναῖκας, καὶ τἆλλα, ὅσα προσῆκε λειτουργεῖν ἐν τῷ δήμῳ ὑπὲρ τῆς γυναικός, ἀπέβγε οὐσίας τηλικαύτης. *Manifestum quippe, si persuasum ei fuit sponsalia facere, persuasum quoque ei fuisse, ut nuptiale donum pro ea Tribulibus inferret, & introducere filiam ex ea progenitam, ut legitimam ei natam, & tum in populo possidens domum trium talentorum, si duxisset uxorem, adigeretur quoque pro nova nupta in tot feminas Thesmophoria, & alia quaecumque oportet ministrare in populo pro uxore, utique ab tanto patrimonio.* Celebrabant vero mense Pyanepsione, adscendebantque ad ea peragenda die XI. qui illa de causa Ἄνοδος nuncupatus fuit. Hesychius. Ἄνοδος, ἀνάβασις. ἡ ἑνδεκάτη τοῦ Πυανεψιῶνος, ὅτε αἱ γυναῖκες ἀνέρχονται εἰς τὰ Θεσμοφόρια, οὕτω καλεῖται. *Via in altum ducens, adscensus; undecima Pyanepsionis, quando mulieres adscendunt ad Thesmophoria, sic vocatur.* Adscendebant autem Eleusina, ubi celebrari solita pariter atque Eleusinia; quumque adscenderent, libros legales, in memoriam acceptarum a dea legum, capiti impositos deferebant. Theocriti Schol. Idyll. IV. Νόμος ἦν Ἀθηναίοις, κατ' ἔτος τελεῖν τὰ Θεσμοφόρια. καὶ παρθένοι γυναῖκες, καὶ τὸν βίον σεμναὶ, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς τελετῆς, τὰς νομικὰς βίβλους καὶ ἱερὰς ὑπὲρ τῶν κορυφῶν αὐτῶν ἀνετίθεσαν, καὶ ὡσανὲὶ λιτανεύουσαι, ἐπέρχοντο εἰς Ἐλευσῖνα. *Lex erat Athenienſibus, quotannis peragere Thesmophoria, & puellae gravitate vitae insignes, die festi legitimos, & sacros libros verticibus suis imponebant, & tamquam supplicantes incedebant versus Eleusina.* Ante tamen, quam sese illuc conferrent, castitati operam dantes per dies aliquot rebus Venereis abstinebant. Atque huc pertinet responsum Theanus Pythagoricae; quae interrogata, quoto die post viri congressum mulieri ad Thesmophoria sacra accedere liceret, a suo quidem, inquit, illico; ab alieno vero, numquam. Narrat Clem. Strom. IV. Τῆς αὐτῆς φέρεται σεμνότητος κἀκεῖνό τ' ἀπόφθεγμα. ἐρωτηθεῖσα γὰρ (ἡ Θεανὼ) ποσαία γυνὴ ἀπὸ ἀνδρὸς εἰς τὸ Θεσμοφόριον κάτεισιν; ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου, καὶ παραχρῆμα, ἔφη. ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου, οὐδεπώποτε. *Eiusdem gravitatis etiam fertur hoc dictum; rogata enim (Theano) quot dierum coniux ab marito ad Thesmophorium descendit? ab proprio quidem vel e vestigio dixit; ab alieno autem numquam.* Itaque cneorum substernebant sibi in lecto. Hesychius: Κνέωρον, φυτόν τι, ὃ τοῖς Θεσμοφορίοις ὑποστόρνυται. *Cneorum, planta quaedam, quae substernitur Thesmophoriis.* Iterum alibi in Βατύλλου. Ἀπὸ κνεώρου φυτοῦ, ᾧ ἐχρῶντο πρὸς κάθαρσιν. *Ab Cneoro planta, qua utebantur ad*

ad purgationem. Item viticem. Plinius libro XXIV. cap. IX. *Non multum a ſalice vitilium uſu vitex diſtat, foliorum quoque adſpectu niſi odore gratior eſſet, Graeci* Λύγον *vocant, alii* Ἄγνον; *quoniam matronae Theſmophoriis Athenienſium caſtitatem cuſtodientes, his foliis cubitus ſibi ſternunt*. Atque inde nomen Ἄγνῳ accepit. AElianus Hiſtor. Animal. lib. IX. cap. XXVI. Ἐλαύνει δὲ ἰσχυρῶς τῇ φυγῇ τὺς ὄφεις ἡ ἔνδροσός τε καὶ νοτερὰ καλαμίνθη, φασὶ, καὶ ὁ ἄγνος. τοῦτόν τοι καὶ ἐν Θεσμοφορίοις ἐν ταῖς ςιβάσι τὰ γύναια τὰ Ἀττικὰ ὑποςόρνυται. καὶ δοκεῖ μοι καὶ ἐχθρὸς εἶναι τοῖς δακέτοις ὁ ἄγνος. ἤδη δὲ καὶ ὁρμῆς Ἀφροδισίου κώλυμά ἐςι. καὶ ἔοικε τό γε ὄνομα λαβεῖν ἐνταῦθα. *Sed efficaciter ad fugam ſerpentes impellit roſcida, & uvida calamintbe, dicunt, & vitex. Itaque hunc in Theſmophoriis mulierculae Atticae ſubſternunt lectis. Et videtur mihi ſerpentibus quoque inimicus eſſe vitex. Iam vero etiam concitationis Venereae impedimentum eſt, & videtur nomen accepiſſe inde*; (nempe apud Graecos.) Dioſcorides lib. I. cap. CXXXV. Ὠνόμασαι δὲ ἄγνος, διὰ τὸ τὰς ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις ἁγνευούσας γυναῖκας εἰς ὑπόςρωμα χρῆσθαι αὐτῇ. *Nominatus vero vitex Graece, quia mulieres per Theſmophoria in caſto agentes ad culcitam uterentur eo*. Scholiaſtes Nicandri ad Theriaca. Πολυανθὴς δέ ἐςι ὁ λύγος τοῦ ἄγνου, ὃν ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις ὑπεςρώννυντο αἱ γυναῖκες. ἀντιπράττει γὰρ εἰς συνουσίαν. διὸ καὶ ἄγνος λέγεται, ἄγονός τις ὤσα. *Sed floridus eſt ramus viticis, quem in Theſmophoriis ſibi ſubſternebant mulieres. Officit enim ad concubitum; unde etiam agnos* (Graece) *dicitur, quaſi agonos improles*. Idem legere eſt apud Euſtathium Comment. in Odyſſ. ι'. Etiam conyzam ſubſternebant. Nicandri Scholiaſtes loco citato. Κόνυζα, εἶδος βοτάνης. καταψυκτικὴ δὲ αὕτη πρὸς συνουσίαν, διὸ καὶ τοῖς Θεσμοφορίοις ἐςρώννυτο. *Conyza, cunilago, genus herbae. Eſt autem illa refrigerans ad concubitum, unde & per Theſmophoria ſternebatur*. Item Theocriti ad Idyll. IV. Κνύζα, φυτὸν χορτῶδες, ὃ αἱ Θεσμοφοριάζουσαι διὰ τὴν ἁγνείαν ςιβαδοτοιοῦνται. δοκεῖ γὰρ ἡ βοτάνη, ψυχρὰ οὖσα, ἐπέχειν τὰς πρὸς συνουσίαν ὀρέξεις. *Cnyza, planta graminea, quam mulieres Theſmophoria celebrantes propter caſtitatem ſubſternunt. Videtur enim herba iſta, quae eſt frigida, inhibere adpetitus ad Venerem*. Eodem modo in rem eamdem Mileſiae pinus folia ſternebant. Stephanus in Μίλητος, verbis iam citatis. Ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις πίτυος κλάδον ὑπὸ τὴν ςιβάδα, καὶ ἐπὶ τὰ τῆς Δήμητρος ἱερὰ κλωνίον (a) πίτυος ἐτίθεσαν. *In Theſmophoriis pineae ramum ſub lecto, & ad Cereris ſacra ſurculum pineae ponebant*. Quin & feminae quaedam, quae ſacris nimirum miniſtrarent, in ſumma caſtitate publice alebantur; iſque locus ex re dictus Θεσμοφορεῖον. Obſervo apud Heſychium in Πρυτανεῖον. Τρίκ Ἀθήνησι συσσίτια, Πρυτανέα, Θεσμοφορεῖον. Πρυτανεῖον. *Tria Athenis convivia, Prytanea, Theſmophorion, Prytaneum*. Ab hac re capiendus eſt locus ille Luciani in Timone. Εἰ δέ τις ἔμπαλιν ἐλευθέραν γυναῖκα εἰς τὴν οἰκίαν

(a) Editio Batava Berkelii κοιῶν.

Ἀνόμῳ παραλαβὼν ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων, ὁ δὲ μήτε αὐτὸς προσάπλοιτο ἀκμαίας καὶ καλῆς παρθένου, μήτε ἄλλῳ προσβλέπειν ἐπιτρέποι, ἄγονον δὲ καὶ σεῖραν κατακλείσας παρθενεύοι, καὶ ταῦτα ἱερὸν φάσκων, καὶ δῆλος ὢν ἀπὸ τῆς χρόας, καὶ τῆς σαρκὸς ἐκτετηκυίας, ἐσθ' ὅπως ὁ τοιοῦτος ἂν παραπαίειν δόξειεν ἄν, δέον παιδοποιεῖσθαι, καὶ ἀπολαύειν τῆ γάμου, καταμαραίνων εὐπρόσωπον οὕτω καὶ ἐπέρασον κόρῳ, καθάπερ ἱέρειαν τῇ Θεσμοφόρῳ τρέφων διὰ παντὸς τοῦ βίου; *Si vero quis viciſſim ingenuam mulierem domum lege ducens ad quaerendos legitimos liberos, illic vero non admoveatur florenti, & pulcrae virgini, neque alteri concedat adſpicere, ſed ſine prole, & ſterilem includens ab Venere abſtineat, idque dicens ſe amare, & manifeſtus ex cute, & colore, & carne liquefacta, eſſne ut is homo non videatur mente captus, quum oporteret procreare liberos, & frui coniugio, marcidam reddens puellam ita laeto faciei filo, & prorſus amabilem, velut ſacerdotem nutriens Legiferae per totam vitam?* Hae puellae, quae ita publice alebantur, quaeque ſe ad ſacra obeunda praepararent mulieres, dum rebus Venereis abſtinerent, Ἁγνεύειν dicebantur Graecis; Latinis, *In caſto eſſe*. Non recte Theologi Latini veteres, Arnobius, Hieronymus, & Tertullianus, pro cibi abſtinentia poſuerunt; ac Ἁγνείαν, & Νηςείαν inter ſeſe confuderunt. Abſtinebant autem etiam coronis floreis, quibus uti illis nefas. Scholiaſt. Sophoclis Oedip. Colon. Αὔθις γοῦν φασι τὰς θεὰς ἀνθινοῖς μὴ κεχρῆσθαι, ἀλλὰ καὶ ταῖς Θεσμοφοριαζούσαις τὴν τῶν ἀνθινῶν ςεφάνων ἀπειρῆσθαι χρῆσιν. *Rurſus igitur dicunt Deas non uti floridis veſtibus, ſed & Theſmophoria celebrantibus interdictum eſſe uſu floridarum coronarum*. Item mali Punici grana non edebant. Clemens in Protreptico Καὶ αἱ Θεσμοφοριάζουσαι τ' ῥοιᾶς τὺς κόκκους παραφυλάττουσιν ἐσθίειν. *Etiam Theſmophoria celebrantes feminae cavent veſci granis mali Punici*. Medium vero diem, quem iam ante tertium dixi, totum ieiunio tranſigebant; atque inde Νηςεία ille dicebatur. Athenaeus lib. VII. Τούτων ποτὲ λεχθέντων ἐπὶ τῷ καλῷ τούτῳ ὄψῳ, τῶν Κυνικῶν τις ἑσπέρας ἐλθὼν, ἔφη, ἄνδρες φίλοι, μὴ καὶ ἡμᾶς Νηςείαν ἄγομεν, Θεσμοφορίων τὴν μέσην, ὅτι δίκην κρεῶν νηςεύομεν; *His aliquando dictis de pulcro illo cibo, Cynicorum aliquis veſpertinus veniens dixit, Viri amici, num etiam nos ieiunium agimus, mediam Theſmophoriorum, quia more mugilum ieiunamus?* Erat autem Pyanepſionis decimus ſextus. Plutarchus in Vita Demoſth. Κατέςρεψε δὲ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα Πυανεψιῶνος μηνὸς, ἐν ᾗ τὴν σκυθρωποτάτην τῶν Θεσμοφορίων ἡμέραν ἄγουσαι παρὰ τῇ Θεῷ νηςεύουσιν αἱ γυναῖκες. *Obiit autem ſexta poſt decimam Pyanepſionis menſis, in qua triſtiſſimam Theſmophoriorum diem agentes apud Deam ieiunant mulieres*. Et hinc colligere ſimul licet; initium ſacrorum celebrandorum in XIV. menſis iſtius, finem in decimum octavum incidiſſe; ab undecimo vero, quo adſcendiſſe eas oſtendi, uſque ad decimum quartum, ſeſe praeparaſſe. Atque hoc omnino obſervandum, neque enim aliunde temere diſcamus. Illud

alibi. Φαρμακὴ ἡ χύτρα, ἣν ἡτοίμαζον τοῖς καθαίρουσι τὰς πόλεις. *Pharmace, olla, quam parabant illis, qui purgabant urbes.* Fiebat autem haec luſtratio in Thargeliis; ut eſt obſervare ex citatis Harpocrationis verbis. Et quidem die ſexto menſis Thargelionis, ab iis ſacris nuncupati. Obſervo apud Diogenem Laertium in Vita Socratis lib. II. Θαργηλιῶνος ἕκτῃ, ὅτι καθαίρουσι τὴν πόλιν οἱ Ἀθηναῖοι. *Thargelionis ſexta, quando purgant urbem Athenienſes.*

CAP. XXIII.

Onomarchus, & Phayllus, Phocenſium tyranni. Harpocration, & Libanius, reſtituti.

NOn ignorantur in Hiſtoria Graeca Onomarchus, & Phayllus, Phocenſium tyranni. Meminit utriuſque pluries Diodorus Siculus lib. XVI. & Pauſanias in Phocicis. Item Athenaeus lib. VI. Ὀνόμαρχος ὁ, καὶ Φάϋλλος, καὶ Φάλαικος, οὐ μόνον ἅπαντα τὰ τοῦ θεοῦ ἐξεκόμισαν, ἀλλὰ τὸ τελευταῖον αἱ γυναῖκες αὐτῶν τόν τε τῆς Ἐριφύλης κόσμον ἔλαβον. *Onomarchus vero, & Phayllus, & Phalaecus non tantum omnia Deo donata extulerunt, ſed denique mulieres illorum & mundum muliebrem Eriphylae abſtulerunt.* Iterum lib. XIII. Θεόπομπος φιλογύναιον μέν φησι γεγονέναι Φάϋλλον τὸν Φωκέων τύραννον, φιλόπαιδα δὲ Ὀνομάρχον. *Theopompus quidem dicit Phayllum Phocenſium tyrannum fuiſſe mulieroſum, Onomarchum vero pueris deditum.* Corruptum Phaylli nomen apud Harpocrationem. Φαῦλος. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους. Ὀνόμαρχός τις ἦν Φωκέων τύραννος, τούτῳ δὲ ζῶντι συνῆρχεν ὁ ἀδελφὸς Φαῦλος. *Phaylus. Demoſthenes in oratione contra Ariſtocraten. Onomarchus aliquis erat Phocenſium tyrannus. Huic autem vivo collega imperii fuit frater Phaylus.* Reſcribe utrobique, Φάϋλλος. Locus Demoſthenis, quem ibi laudat, ecce iſte eſt. Ἐὰν δὲ καὶ Μενέστρατος ἡμᾶς ὁ Ἐρετριεὺς ἀξιοῖ ταῦτα καὶ αὐτῷ ψηφίσασθαι, ἢ Φάϋλλος ὁ Φωκεὺς, ἤ τις ἄλλος δυνάστης. *Quod ſi & Meneſtratus Eretrienſis nos roget illa quoque ſibi decernere, aut Phayllus Phocenſis, aut quis alius dynaſta.* Emendandus quoque inſignis locus Libanii Declam. XVI. Ἀνήρηκε Φωκέας. Ὀνομάρχῳ δεῖ μέλειν, Φαύλλῳ μέλειν. *Suſtulit Phocenſes. Onomarcho oportet curae eſſe, Phayllo curae eſſe.* Perperam editur, Ὀ. δεῖ μέλειν, Φατάλῳ μέλειν. *Onomarcho oportet curae eſſe, Phatalo curae eſſe.* De hoc ipſo etiam Phayllo agit Parthenius Erotic. XXV.

CAP. XXIV.

Χαλκεῖα, *quando celebrata.* Ἀθήναια *etiam, &* Πάνδημον, *dicta. Feſtum prius totius populi, poſtea artificum dumtaxat; & Minervae initio ſacrum, deinde Vulcano. Harpocration reſtitutus. Menandri Comoedia,* Χαλκεῖα.

APud Athenienſes feſtum erat, Χαλκεῖα dictum; omnium artificum manuariorum proprium, ſed maxime fabrorum. Ac celebrabatur trigeſimo die menſis Pyanepſionis. Etymologici Auctor. Χαλκεῖα, ἑορτὴ ἀρχαία καὶ παλαιὰ δημώδης. *AErea, feſtum antiquum & vetus populare.* Harpocration. Τὰ Χαλκεῖα, ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις. ἀγομένη Πυανεψιῶνος ἕνῃ καὶ νέᾳ, χθρώναξι κοινὴ, μάλιστα δὲ χαλκεῦσιν, ὡς φησιν Ἀπολλώνιος ὁ Ἀχαρνεύς. Φανόδημος δ' οὐκ Ἀθηνᾷ φησιν ἄγεσθαι τὴν ἑορτὴν, ἀλλ' Ἡφαίστῳ. *AErea, feſtum apud Athenienſes, celebrari ſolitum Pyanepſionis trigeſima, opificibus ſellulariis commune, maxime vero fabris aerariis; ut ait Apollonius Acharnenſis. Phanodemus autem non Minervae dicit celebrari feſtum, ſed Vulcano.* Initio toti populo commune erat, poſtea vero ad artifices pertinere tantum coepit; quia Vulcanus artem fabrilem in Attica inſtituiſſe tradebatur. Etymologici Auctor loco citato. Ὕστερον δὲ ὑπὸ μόνων ἤγετο τεχνιτῶν, ὅτι ὁ Ἥφαιστος ἐν τῇ Ἀττικῇ χαλκὸν εἰργάσατο. *Poſtea autem ab ſolis celebrabatur artificibus, quia Vulcanus in Attica aes fuit operatus.* Idem Euſtathius docet ad Iliad. β'. Ὅτι δὲ πρῶτοι Ἀθηναῖοι ἐχαλκούργησαν, δηλοῖ ὁ εἰπὼν, ὅτι Χαλκεῖα ἑορτὴ ἀρχαία δημοτελής. ὕστερον δὲ ὑπὸ μόνων ἤγετο τῶν τεχνιτῶν ἑνὶ καὶ νέᾳ Πυανεψιῶνος, ἐπείτερ Ἥφαιστος ἐν τῇ Ἀττικῇ χαλκὸν εἰργάσατο. *Primos vero Athenienſes officinam aeris exercuiſſe declarat dicens AErea feſtum vetus ab populo peractum: poſtea vero ab ſolis celebrabatur artificibus triceſima Pyanepſionis, quoniam Vulcanus in Attica in aere laboravit.* Ac principio Minervae quidem hoc feſtum ſacrum; quum nimirum omnium commune eſſet, & Ἀθήναια quoque, ac Πάνδημον, diceretur. Accipio ex Suida, cuius iſta verba. Χαλκεῖα, ἑορτὴ Ἀθήνῃσι δημώδης καὶ ἀρχαία πάλαι· ἃ τινες Ἀθήναια καλοῦσιν. οἱ δὲ, Πάνδημα, διὰ τὸ ὑπὸ πάντων ἄγεσθαι. *Chalcia, AErea, feſtum Athenis populare & valde antiquum, quod nonnulli Athenaea vocant; alii vero Pandemum; quia ab omnibus agebatur.* Et Ἀθήναια quidem, quia in Minervae honorem celebrabatur, dictum fuit: Πάνδημον vero, quia omnium artificum commune eſſet; quibus ea dea tutelaris; unde & Ἐργάνη cognomento nuncupata (*a*). Poſtea, quum fabris proprium eſſe coepit, Χαλκεῖα adpellatum; & Vulcano, eorum Deo, conſecratum. Hinc eſt apud Pollucem lib. VI. cap. XXIV. Χαλκεῖα, ἑορτὴ ἐν τῇ Ἀττικῇ Ἡφαίστῳ. *Chalcia, AErea, feſtum in Attica Vulcani.* Apud Scripto-

(*a*) Minervae ἐργάνης ſimulacrum marmoreum exſtat in Medicea Gaza, manuque radium textorium geſtat. Idem exhibetur *Tom. III. Muſei Florent. Tabul.*

Digitized by Google

ptores veteres controverſum fuiſſe video, Minervae an Vulcano ſacrum hoc feſtum: & hi Minervae, illi Vulcano adſcribebant. Patet ex iſtis Harpocrationis verbis. Φανόδημος οὐκ Ἀθηνᾷ φησιν ἄγεσθαι τὴν ἑορτὴν, ἀλλὰ Ἡφαίστῳ. *Phanodemus vero non Minervae dicit celebrari feſtum, ſed Vulcano.* Sed cur Phanodemi teſtimonium profert contra Apollonium Acharnenſem? quia ſcilicet ille dixerat, Minervae ſacrum. Hoc Harpocration ſine dubio in verbis praecedentibus poſuerat; ac facile adparet attento Lectori, mutilum hunc locum: nam, ut nunc quidem ille habet, nuſquam hoc dicitur. Ergo excidit nomen Minervae, quod repono, & reſcribo. Χαλκεῖα, ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις τῇ Ἀθηνᾷ ἀγομένη Πυανεψιῶνος ἕνη καὶ νέᾳ. *Chalcia, AErea, feſtum apud Athenienſes, Minervae celebratum Pyanepſionis triceſima.* Ita demum integer locus; & poſteriora verba antecedentibus, ad quae referebantur, reſpondent. Porro diſſenſum recte conciliavimus; & alterum beneficium nobis antiquitas illuſtrata debet, alterum Harpocration reſtitutus. Praeterea Menandri quoque quaedam Fabula, iſto titulo. Harpocration loco citato. Γέγραπται δὲ καὶ Μενάνδρῳ δρᾶμα, Χαλκεῖα. *Scripta eſt vero fabula Menandro, Chalcia.* Et laudat Athenaeus lib. XI. Μένανδρος δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Χαλκεῖά φησι·

——— τοῦτο δὴ τὸ νῦν ἔθος,
Ἄκρατον ἐβόων τὴν μεγάλην ψυκτῆρά τις
Πρόπινεν αὐτοῖς ἀθλίοις ἀπολλύων;

Menander vero in fabula inſcripta Chalcia, dicit;

——— *Hic ſcilicet nunc mos,*
Merum clamabant illum magnum Pſyctherem quis
Propinavit illos miſeros perdens?

Meminit quoque Stobaeus Serm. CXV. (a)

CAP. XXV.

Ἀπραγμοσύνη, planta in Academia. Interpretum quorumdam error indicatus.

ERat in Academia planta quaedam, Ἀπραγμοσυνη adpellata. Heſychius. Ἀπραγμοσύνη, ἀργία. ἢ φυτὸν ἐν Ἀκαδημίᾳ. *Apragmoſyne, inertia, vel planta in Academia.* Suidas florem facit. Ἀπραγμοσύνη, εἶδος ἄνθους. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Μίλακος ὄζων καὶ Ἀπραγμοσύνης.

ἀντὶ τοῦ, πάσης εὐωδίας ὄζων καὶ ἀσφαλείας. ἢ οὐ πολυπραγμόνων· οἱ δέ, ὅτι Ἀπραγμοσύνη φυτὸν ἐν Ἀκαδημίᾳ φυόμενον. *Apragmoſyne, ſpecies floris. Ariſtophanes Nubibus;*

Smilacem vel taxum olens & Apragmoſynen.

hoc eſt, omnia bona odorifera olens, & ſecuritatem; aut non curioſus; alii vero, quia Apragmoſyne planta in Academia naſcens. Locus Ariſtophanis, quem deſignat, iſte eſt.

Ἀλλ' εἰς Ἀκαδημίαν κατιὼν ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποθρέξεις
Στεφανοσάμενος καλάμῳ λευκῷ μετὰ σώφρονος ἡλικιώτου,
Μίλακος ὄζων καὶ Ἀπραγμοσύνης.

Sed in Academiam deſcendens ſub moriis ſpatiaberis
Coronatus arundine alba cum ſobrio aequali,
Smilaca olens & Apragmoſynen.

Vbi Scholiaſtes. Μίλακος· εἶδος βοτάνης. παρέμιξε τὸ Ἀπραγμοσύνης· Ἀπραγμοσύνη ἢ φυτὸν, ὡς Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς, ἐν Ἀκαδημίᾳ φυόμενον. *Smilacis, genus herbae. immiſcuit illud Apragmoſynes. Apragmoſyne vero planta, ut Ariſtophanes Grammaticus, in Academia naſcens.* De Ariſtophanis porro loco expreſſus eſt iſte Philoſtrati Iconum lib. II. ubi Ξένια deſcribit. Ὁ δὲ, λύεται τάχα, Πραμνείους ἢ Θασίους βλέπων, ἐξὸν τῆς γλυκείας τρυγὸς ἐπὶ τῇ τραπέζῃ πιεῖν ὡς ἐς ἄκυν κατιὼν, ὄζοι σεμφύλου, καὶ Ἀπραγμοσύνης, καὶ κατὰ τῶν ἀκυλρίβων ἐρεύγοιτο. *Ille vero lavatur forſan, Praminios aut Thaſios videns, quum liceat dulcem vindemiam in menſa bibere; ut in urbem deſcendens, oleat vinaceas & Apragmoſynen, & in urbanos eructet.* Non recte vero viri doctiſſimi utrobique Ἀπραγμοσύνην *Ocium* interpretantur.

CAP. XXVI.

Aceſtorides bis archon Athenis. Iſchomachus Crotoniates bis ſtadio victor. Dionyſius Halicarnaſſeus, & Anonymus in Notitia Olympionicarum, emendati.

CORruptus eſt Dionyſii Halicarnaſſei locus lib. V. Ἐνιαυτῷ δὲ πέμπτῳ μετὰ τὴν ἐκβολὴν τῶν βασιλέων, Ὀλυμπιὰς μὲν ἦν ἐννάτη καὶ ἑξηκοστὴ, ἣν ἐνίκα στάδιον Ἰσχόμαχος Κροτωνιάτης, Ἀθήνησι δὲ τὸ δεύτερον ἄρχων Ἀκεστορίδης. *Anno autem quinto poſt expulſionem regum, Olympias quidem erat nona, & ſexageſima, qua vicit ſtadium Iſchomachus Crotoniates, Athenis vero ſecundum archon Aceſtorides.* Verum quidem, bis eo magiſtratu functum Athenis Aceſtoridem; primum hac LXIX. Olympiade, quam nominavit, anno primo: iterum vero Olymp. LXXVI. anno III. Teſtis clarus Anonymus in Deſcript. Olymp. Ergo quomodo in primo anno ſecundum ei magiſtratum adſcribit. Adfirmo tranſpoſita eſſe verba, ac reſtituendum. Ἦν ἐνίκα στάδιον Ἰσχόμαχος Κροτωνιάτης τὸ δεύτερον, Ἀθήνησι δὲ ἄρχων Ἀκεστορίδης. *Qua vicit ſtadium Iſchomachus Crotoniates ſecundum, Athenis vero archon Aceſtorides.* Nam Iſchomachus ille bis ſtadio victor; ſemel, Olymp. LXVIII. iterum vero, Olympiade hac proxime ſequenti LXIX. Anonymus, quem dixi, diſerte notat in priore Olympiade. Ἰσχόμαχος ὁ Κροτωνιάτης στάδιον. *Iſchomachus Crotoniates ſtadium.* In altera autem. Ἰσχόμαχος Κροτωνιάτης τὸ δεύτερον. *Iſchomachus Crotoniates ſecundum.* Et ecce primam eius victoriam ipſe quoque Dionyſius commemoravit eodem libro, ſub initium. Ἐπὶ ᾧ τῷ τελευταίῳ βασιλέως τυραννὶς γνωμένη, διὰ ταύτας τὰς προφάσεις ὑπὸ τούτων κατελύθη τῶν ἀνδρῶν, Ὀλυμπιάδος μὲν ὀγδόης καὶ ἑξη-

(a) De hoc feſto conſule *Graeciam Feriatam Tom. III.*

ἑξηκοστῆς, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἰσχόμαχος Κροτωνιάτης. *Sed tyrannis exercita ſub poſtremo rege, per has cauſas ab iſtis viris diſſoluta fuit, Olympiade quidem octava & ſexageſima, qua vicit ſtadium Iſchomachus Crotoniates.* Ergo certa emendatio noſtra. In Iſchomachi porro nomine corruptus etiam Anonymus in Notitia Olympionicarum. Ἑξηκοστὴ ὀγδόη (Ὀλυμπιὰς) Ἰσόμαχος Κροτωνιάτης στάδιον. Ἑξηκοστὴ ἐννάτη· ὁ αὐτὸς τὸ δεύτερον. *Sexageſima octava (Olympias.) Iſomachus Crotoniates ſtadium. Sexageſima nona; is ipſe ſecundum.* Reſcribe, Ἰσχέμαχος Κ. *Iſchomachus C.*

CAP. XXVII.

Chryſippus quando natus, & mortuus. Diogenes Laertius emendatus. Parmenides quando floruerit. Diogenes Laertius iterum reſtitutus.

DE Chryſippi morte ait in Vita eius Diogenes Laertius lib. VII. Ἀπελθεῖν ἐξ ἀνθρώπων βιώσαντα ἔτη κατὰ τὴν τρίτην καὶ τετταρακοστὴν Ὀλυμπιάδα τρία καὶ ἑβδομήκοντα καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς. *Abiiſſe ex hominibus, quum vixiſſet annos tertia & quadrageſima Olympiade tres & ſeptuaginta, prout dicit Apollodorus in Chronicis* (a). Sed corruptus ſine dubio locus. Nam quo pacto mori potuit Olympiade XLIII. qui natus demum fuit CXXV? Facile eſt, ſimul tempus mortis, & emendationem invenire. Natus eſt, ut dixi, CXXV. anno I. quum archon Athenis eſſet Gorgias. Clare docet Anonymus in Deſcript. Olymp. ad iſtum annum. Χρύσιππος ὁ φιλόσοφος ἐγεννήθη. *Chryſippus philoſophus natus eſt.* Age itaque, computemus ab iſto tempore annos tres & ſeptuaginta, quibus vixit; neceſſe eſt ut diem obierit Olymp. CXLIII. anno II. Ergo numerus centenarius in Diogenis verbis exciderit. Et diſerte Suidas notat in Χρύσιππος. Καὶ τελευτήσας ἑβδομήκοντα καὶ τριῶν ἐτῶν, ὑπὸ τοῦ πιεῖν ἄκρατον, καὶ ἰλιγιάσαι. κατὰ δὲ τοὺς ἄλλους, ὑπὸ γέλωτος ἀπείρου. ἐπὶ ἑκατοστῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος. *Et mortuus annorum ſeptuaginta & trium, ideo quod merum biberet, & vertigine corriperetur: ſed iuxta alios ab riſu immodico, Olympiade centeſima quadrageſima tertia.* Eſt eiusdem Diogenis locus in Parmenide lib. IX. Ἤκμαζε δὲ κατὰ τὴν ἐννάτην καὶ εἰκοστὴν Ὀλυμπιάδα (b). *Floruit vero nona & vigeſima Olympiade.* Ecce, floruiſſe eum dicit Olympiade XXIX. Sed ſine dubio etiam hic mendum eſt. Nam Xenophanis fuit auditor, quem floruiſſe narrat paulo ante circa Olympiadem LX. Quomodo ergo Parmenides natus Olymp. XXIX. Omnino reſtituendum cenſeo. Ἤκμαζε δὲ κατὰ τὴν ἐννάτην ἑβδομηκοστὴν Ο. *Floruit vero nona & ſeptageſima Olympiade.* Atque hoc verum eſt. Circa Olymp. LXXIX. floruit Parmenides. Diſerte notat Anonymus in Olympiadis iſtius anno primo. Παρμενίδης ὁ φιλόσοφος ἤκμαζεν. *Parmenides philoſophus floruit.*

CAP. XXVIII.

Odeum Athenis, in quem uſum, & a quo extructum. Quale fuerit. In propinquo templum Bacchi, orcheſtram, & fontem Callirhoen habuit; ad introitum, ſtatuas regum AEgyptiorum. Ius ibi dictum, & farinae menſuratae. Ab Ariſtione incenſum, ab Ariobarzane reſtauratum.

CEleberrimum Athenis Odeum fuit, itaque inter ſpectatu digniſſima commemorat Strabo lib. IX. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ Ἀκαδημία, καὶ οἱ Κῆποι τῶν φιλοσόφων, καὶ τὸ Ὠδεῖον, καὶ ἡ Ποικίλη στοὰ, καὶ κατὰ (c) πόλιν ἱερὰ, ἔχοντα πάντα ἔργα τεχνιτῶν μνήμης ἀξίων. *Similiter autem & Academia, & Horti philoſophorum, & Odeum, & Varia Porticus, & fana per urbem, omnia habentia opera artificum memoria dignorum.* Erat autem locus, in quo rhapſodi ac citharoedi, priuſquam theatrum extructum eſſet, contendebant. Heſychius, Ὠδεῖον, τόπος ἐν ᾧ, πρὶν τὸ θέατρον κατασκευασθῆναι, οἱ ῥαψῳδοὶ καὶ οἱ κιθαρῳδοὶ ἀγωνίζοντο. *Odeum, locus in quo, ante extructionem theatri, certabant rhapſodi & citharoedi.* Inter ſapientiae gymnaſia recenſet Plutarchus lib. De Exſilio. Ὅτι δόξαν ἔτοι καὶ τιμὰς ἐθήρευον, ἐπὶ τοὺς σοφοὺς ἦλθε, καὶ τὰς σόφας Ἀθήνησι σχολὰς καὶ διατριβάς. ἀναπέμπασαι τὰς ἐν Λυκείῳ, τὰς ἐν Ἀκαδημίᾳ, τὴν Στοὰν, τὸ Παλλάδιον, τὸ Ὠδεῖον. *Quia gloriam illi & honores venabantur, ad ſapientes venito, & iſtas ſapientes Athenis ſcholas ac diatribas. renumera illas in Lyceo, in Academia, illum Porticum, Palladium, Odeum.* Meminitque iterum lib. De Aud. Et theatri formam habebat. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Veſpas. Τόπος (τὸ Ὠδεῖόν) ἐστι θεατροειδὴς, ἐν ᾧ εἰώθασι τὰ ποιήματα ἀπαγγέλλειν, πρὶν τῆς εἰς τὸ θέατρον ἀπαγγελίας. *Locus (Odeum) eſt ad theatri formam, in quo ſoliti fuerunt poemata pronunciare, ante illam pronunciationem in theatro.* Suidas. Ὠδεῖον Ἀθήνησιν ὥσπερ θέατρον. ὃ πεποίηκεν, ὥς φασι, Περικλῆς, εἰς τὸ ἐπιδείκνυσθαι τοὺς μουσικούς. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ Ὠδεῖον ἐκλήθη ἀπὸ τῆς Ὠδῆς. *Odeum Athenis tamquam theatrum, quod fecit, ut dicunt, Pericles, ut in eo exhiberent muſici. Propterea enim Odeum quoque vocatum fuit ab ode, vel cantu.* Exſtruxit Pericles; ut vides in citatis illis Suidae verbis. Vitruvius lib. V. cap. IX. *Odeum quod Athenis Pericles columnis lapideis diſpoſuit, naviumque malis, & antennis, e ſpoliis Perſicis pertexit.* Plutarchus quoque docet in eius Vita. Τὸ δ' Ὠδεῖον, τῇ μὲν ἐντὸς διαθήσει πολύεδρον καὶ πολύσυλον, τῇ δ' ἐρέψει περικλινὲς καὶ κάταντες ἐκ μιᾶς κορυφῆς πεποιημένον, εἰκόνα λέγουσι γρυέσθαι, καὶ μίμημα τῆς βασιλέως σκηνῆς, ἐπιστατοῦντος καὶ τούτῳ Περικλέους. *Odeum autem interna quidem diſpoſitione multis*

(a) Locus hic ita legendum iuxta Editionem Amſtelaedamenſem: ἀπελθεῖν ἐξ ἀνθρώπων, τρία ϛ ἑβδομήκοντα ἔτη κατὰ τὴν τρίτην ϛ τετταρακοστὴν ϛ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα, &c. *Defunctum eſſe, quum ſeptuaginta & tres vixiſſet annos, Olympiade, ut ait Apollodorus in Chronicis, CXXXXIII.*

(b) Editio Amſtelaed. habet ἐνάτην καὶ ἑξηκοστήν. *Menagius* haec adnotat: *Scaliger ad oram libri* καὶ ἑβδομηκοστήν. *Heraldus quoque* οὐ. *Adverſar. Lib. Cap. 2. Grentemenilius, verosimilius,* κατὰ τὴν ἑξηκοστήν.

(c) Editio Amſtelaedamenſis anni 1707. κατὰ τὴν πόλιν.

Digitized by Google

tis ſedibus inſtructum multiſque columnis, tecto autem deflexum, & declive ex uno vertice factum, imaginem dicunt fuiſſe, & inſtar regii tabernaculi, curationem quoque huius Pericle nacto. Vbi formam ſimul obſerva, & qualitatem. Dicit, ecce, ſedilia intus columnaſque plurimas habuiſſe, tectumque adclive, & in faſtigium unum adſurgens, ad inſtar tabernaculi regii. Inter cetera Bacchi illic ſimulacrum, ſpectatu dignum. Pauſanias in Atticis. Ἐς δὲ τὸ Ἀθήνησιν ἐσελθοῦσιν Ὠιδεῖον, ἄλλα τε ἐν Διόνυσος κεῖται, θέας ἄξιος. *Athenis autem ingredientibus Odeum, & alia, & Bacchus poſitus eſt, ſpectatu dignus.* Ante illud, priuſquam intrares, ſtatuae regum AEgyptiorum. Idem Pauſanias in iisdem Atticis alio loco. Τῷ θεάτρῳ δέ, ὃ καλοῦσιν Ὠιδεῖον, ἀνδριάντες πρὸ τῆς ἐφόδου βασιλέων εἰσὶν Αἰγυπτίων. *Theatri autem, quod vocant Odeum, ante ingreſſum ſtatuae regum ſunt AEgyptiorum.* In propinquo templum Bacchi, & orcheſtra. Animadverto apud Andocidem in Orat. Περὶ τῶν μυς. Ἐπὶ δὲ παρὰ τὸ προπύλαιον τοῦ Διονύσου ἦν ὁρᾶν ἀνθρώπους πολλοὺς ἀπὸ τοῦ Ὠιδείου καταβαίνοντας εἰς τὴν ὀρχήστραν. *Poſtquam autem ad veſtibulum Bacchi erat videre homines multos ab Odeo deſcendentes in orcheſtram.* Etiam videre eſt apud Vitruvium lib. v. cap. ix. *Athenis porticus Eumenici, patriſque Liberi fanum; & exeuntibus e theatro, ſiniſtra parte, Odeum.* Item fons Callirhoe, Ἐννεάκρουνος, *nonus fons*, poſtea dictus. Pauſanias in citatis iam Atticis. Πλησίον δὲ (τοῦ Ὠιδείου) ἐστὶ κρήνη. καλοῦσι δὲ αὐτὴν Ἐννεάκρουνον. *Prope autem (Odeum) eſt fons. vocant autem ipſum nonum fontem.* Ius vero illic etiam dicebatur. Ariſtophanes ingerit in Veſpis.

Οἱ μὲν ἡμῶν ὕπερ ἄρχων· οἱ δὲ παρὰ τὰς ἕνδεκα.
Οἱ δ' ἐν Ὠιδείῳ δικάζουσι οἱ δὲ πρὸς τοῖς ταχίοις.
Hi quidem noſtrum ubi Archon. alii autem apud undecim.
Hi autem in Odeo iudicant; hi autem ad muros.

Hinc eſt quod Suidas dicit. Ἔστι δὲ ἐν αὐτῷ δικαστήριον τοῦ ἄρχοντος. *Eſt autem in illo tribunal Archontis.* Aliquando etiam farinae illic menſurabantur, iis qui in Vrbe habitabant; quemadmodum in longa porticu, iis qui in Piraeeo. Demoſthenes Orat. in Phorm. Ἔτι δ' ἐν τῷ τοιούτῳ καιρῷ, ἐν ᾧ ὑμῶν οἱ μὲν ἐν τῷ ἄστει οἰκοῦντες, διεμετροῦντο ἄλφιτα ἐν τῷ Ὠιδείῳ. οἱ δ' ἐν τῷ Πειραιεῖ, ἐν τῷ νεωρίῳ διελάμβανον κατ' ὀβολὸν τὰς ἄρτους, καὶ ἐπὶ τῆς μακρᾶς στοᾶς τὰ ἄλφιτα καθ' ἡμίεκτον μετρούμενοι. *Adhuc autem in illo tempore, in quo veſtrum alii quidem in urbe habitantes, dimenſas accipiebant farinas in Odeo: alii autem in Piraeeo, in navali accipiebant in obolum panes, & in longa porticu farinas binis ſemiſextariis metientes.* Hoc ipſum vult etiam Suidas, quum ait. Διεμετροῦτο ἢ καὶ ἄλφιλα ἐκεῖ. *Dimetiebantur autem & farinas illic.* Meminit bis terve Xenophon Hiſtor. Graec. lib. ii. Incendit bello Mithridatico Ariſtion, ne ex eius lignis materiem ad arcem oppugnandam Sulla pararet. Narrat Appianus lib. De Bell. Mithrid. Καὶ Ἀριστίων αὐτοῖς συνέφευγεν, ἐμπρήσας τὸ Ὠιδεῖον, ἵνα μὴ ἑτοίμοις ξύλοις αὐτίκα ὁ Σύλλας ἔχοι τὴν ἀκρόπολιν ἐνοχλεῖν. *Et Ariſtion cum ipſis fugit, incenſo Odeo, ne paratis lignis ſtatim Sulla poſſet arcem vexare.* Poſtea a rege Ariobarzane reſtitutum. Vitruvius loco ſemel iterumque citato. *Idem autem (Odeum) etiam incenſum Mithridatico bello, rex Ariobarzanes reſtituit* (a)

CAP. XXIX.

Corcinas Lariſſaeus ſtadio victor. Diodorus Siculus emendatus. Hellanodicarum numerus, iſque auctus, & minutus, diverſo tempore. Etymologici Auctor reſtitutus. Pauſanias illuſtratus. Harpocrationis locus imperfectus indicatus.

COmmemoratur a Diodoro Siculo Olymp. xciv. anno i. ſtadio victor Corcinas Lariſſaeus. Locus eſt initio lib. xiv. Ἤχθη ἡ Ὀλυμπιὰς κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν τετάρτη πρὸ ταῖς ἐννενήκοντα, καθ' ἣν ἐνίκα Κορυίνας Λαρισαῖος. *Agebatur autem Olympias circa hunc annum quarta ſupra nonageſimam, in qua vicit Corcinas Lariſſaeus.* Sed corruptum illic leviter Olympionicae iſtius nomen; nam Crocinas, non Corcinas, dicebatur. Anonymus in Deſcript. Olymp. ad iſtam Olympiadem ita notat. Κροκίνας Λαρισαῖος στάδιον· ὡς δ' ἄλλοι, Λασθένης ὁ Θηβαῖος. *Crocinas Lariſſaeus ſtadium. ut autem alii, Laſthenes Thebanus.* Item alter in Catalogo Olympionicarum. Ἐννενηκοστὴ τετάρτη (Ὀλυμπιάς.) Κροκίνας Λαρισαῖος στάδιον. *Nonageſima quarta (Olympias.) Crocinas Lariſſaeus ſtadium.* Xenophon Hiſt. Graec. lib. ii. Τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει, ἐν ᾧ ἦν Ὀλυμπιάς, ἣ τὸ στάδιον ἐνίκα Κροκίνας Θετταλός. *Inſequente vero anno, in quo erat Olympias, qua ſtadium vicit Crocinas Theſſalus.* Vbi Theſſalum vocat, quem Lariſſaeum alii; quia Lariſſa, uti notum, urbs Theſſaliae. Verum, age, ab Olympionica, ad certaminis Olympici praeſides Hellanodicas tranſeamus. De eorum numero corruptus eſt Auctor Etymologici in Ἑλλανοδίκαι. Καὶ ἦσαν ἔτοι τὸ μὲν πάλαι, ἐννέα. εἶτα, δύο. καὶ τὸ τελευταῖον, ὀκτώ. *Et erant hi quidem olim novem; deinde, duo; & poſtremum octo.* Aio locum mutilum pariter & luxatum; nam bini prius fuerunt, quam noveni; nec ſtatim poſt hos octoni conſtituti. Dicam de tota re accurate. Initio Iphitus ſolus fuit, & ab eo ſinguli permanſerunt uſque ad Olympiadem l. tum bini demum conſtituti: iſque numerus conſervatus ad Olympiadem ciii. tunc pro tribuum duodecim numero totidem dati, e ſingulis ſinguli. Olympiade mox ſequente civ. bello Arcadico attriti Elei, & multati parte agri, amiſſiſque tribubus quatuor, quum octo tantum ſupereſſent, factum ut Hellanodicae etiam non plures octo ſtatuerentur. cv. unus acceſſit, ac novem facti. cvi. decem

(a) De Odeo, & fonte Ennearuno conſule *Athenas Atticas Tom. I.*

Digitized by Google

cem tandem ordinati; & confirmatus ille numerus denuo CVIII. exinde manſit uſque ad tempora Hadriani Imperat. De ſingulari vero numero, qui initio, eoque deinde duplicato Olympiade L. clare Pauſanias Eliac. lib. I. Τὰ δὲ ἐπὶ τοῖς ἀγωνοθετοῦσιν, ὰ καὶ τὰ αὐτὰ ἀ καθεσηκότα ἦν ἐξαρχῆς, καὶ ἐφ' ἡμῶν ἐς αὐτοὺς νομίζουσιν, ἀλλὰ Ἴφιτος μὲν τὸν ἀγῶνα ἔθηκεν αὐτὸς μόνος. καὶ μετὰ Ἴφιτον ἐτίθησαν ὡσαύτως οἱ ἀπὸ Ὀξύλου. πεντηκοστῇ δὲ Ὀλυμπιάδι, ἀνδράσι δύο ἐξ ἁπάντων λαχοῦσιν Ἠλείων ἐπετράπη ποιῆσαι τὰ Ὀλύμπια. καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἀπὸ ἐκείνου διέμεινε τῶν ἀγωνοθετῶν ὁ ἀριθμὸς τῶν β'. *Quae autem ad certaminum praeſides ſpectant, non ſecundum illa, quae conſtituta erant in principio, etiam noſtro tempore, de illis legitima habent. Sed Iphitus quidem certamen poſuit ipſe ſolus: & poſt Iphitum poſuerunt ſimiliter Oxyli poſteri. Quinquageſima vero Olympiade viris duobus ex omnibus ſortitis Eleorum commiſſum fuit facere Olympia, & ad plurimum ab illo permanſit certaminum praeſidum numerus, ut eſſent duo.* De binario Anonymus eadem omnia teſtatur in Olympiade L. Accipe verba. ΟΛ. Ν. Ἐπιτελίδης Λάκων στάδιον. Ἀγωνοθέται δύο ὑπ' Ἠλείων κατεστάθησαν κληρωτοί. *OL.* L. *Epitelides Laco ſtadium. Certaminum praeſides duo ab Eleis conſtituti ſunt ſorte electi.* De duodecim quae dixi, Olympiade CIII. inſtitutis, idem clare. ΟΛ. ΡΓ. Πυθόστρατος Ἀθηναῖος στάδιον. Δώδεκα Ἑλλανοδίκαι κατεστάθησαν, εἷς ἀφ' ἑκάστης φυλῆς. *OL.* CIII. *Pythoſtratus Athenienſis ſtadium. Duodecim Hellanodicae conſtituti ſunt, unus ab unaquaque tribu.* De octonis, & imminutionis cauſa, mox in CIV. ΟΛ. ΡΔ. Ὀκτὼ Ἑλλανοδίκαι εἷς ἐξ ἑκάστης φυλῆς κατεστάθησαν, τὰς λοιπὰς τέσσαρας Ἀρκάδων πολέμῳ ἀποτεμένων. *OL.* CIV. *Octo Hellanodicae ſinguli ex unaquaque tribu conſtituti ſunt, reliquas quatuor Arcadibus bello abſcindentibus.* De novenis, in CV. ΟΛ. ΡΕ. Πῶρος Κυρηναῖος στάδιον. Ἐννέα Ἑλλανοδίκαι κατεστάθησαν *OL.* CV. *Porus Cyrenaeus ſtadium. Novem Hellanodicae conſtituti ſunt.* De denis, in CVI. ΟΛ. ΡΣ', Πῶρος Μαλιεὺς στάδιον. Δέκα Ἑλλανοδίκαι κατέστησαν. *OL.* CVI. *Porus Malienſis ſtadium. Decem Hellanodicas conſtituerunt.* Deque iis confirmatis, in CVIII. ΟΛ. ΡΗ. Πολυκλῆς Κυρηναῖος στάδιον. Οἱ Ἑλλανοδίκαι ἐπανῆλθον αὖθις ἐς ἀνδρῶν δέκα ἀριθμόν. *OL.* CVIII. *Polycles Cyrenaeus ſtadium. Hellanodicae acceſſerunt rurſus ad virorum decem numerum.* Obſcurior in hac commemoratione eſt Pauſanias; & pro ratione numeri agit, non temporis. Hinc eſt quod Olympiadem CV. nominat ante CIII. & CIV. Deinde CVI. nuncupat ſecundam a CV. quod monendum exiſtimavi, ne quis, rem non recte tenens, neque ſatis etiam attendens, temere impingeret; ac CII. potius intelligendum arbitraretur. Sed locum ipſum ob oculos ponam. Eſt eo ipſo, quem citavi Eliac. lib. I. Poſtquam de ſingulari, & deinde binario numero, quae propoſuit paulo ante, commemoravit, mox ſubiungit. Πέμπτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι καὶ εἰκοστῇ (legendum) ἑκατοστῇ, *centeſima*, eſſe oſtendi ſupra lib. II. cap. XXIII. ἐννέα Ἑλλανοδίκας κατέστησαν. τρισὶ μὲν δὴ ἐπετέτραπτο ἐξ αὐτῶν ὁ δρόμος τῶν ἵππων· τοσούτους δὲ ἑτέροις ἐποπτεύειν εἶναι τῷ πεντάθλῳ· τοῖς δ' ὑπολοίποις τὰ λοιπὰ ἔμελε τῶν ἀγωνισμάτων. Δευτέρᾳ δὲ ἀπὸ ταύτης Ὀλυμπιάδι, προσετέθη καὶ ὁ δεκατὸς ἀθλοθέτης. Ἐπὶ δὲ τῆς τρίτης καὶ ἑκατοστῆς, φυλαί τε Ἠλείοις δώδεκα, καὶ εἷς ἀπὸ φυλῆς ἑκάστης ἐγένετο Ἑλλανοδίκης· πιεσθέντες δὲ ὑπὸ Ἀρκάδων πολέμῳ, μοῖράν τε ἀπέβαλον τῆς γῆς, καὶ ὅσα τῶν δήμων ἦσαν ἐν τῇ ἀποτμηθείσῃ χώρᾳ, καὶ ὕστερα ἐς ὀκτώ τε ἀριθμὸν φυλῶν ἐπὶ τῆς τετάρτης συνεκάλεσαν Ὀλυμπιάδος καὶ ἑκατοστῆς, καὶ Ἑλλανοδίκαι σφίσιν ἴσοι ταῖς φυλαῖς ἠρέθησαν. Ὀγδόῃ δὲ ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν Ὀλυμπιάδι, ἐπανῆλθον αὖθις ἐν ἀνδρῶν δέκα ἀριθμόν. καὶ ἤδη τὸ ἀπὸ τότε διαμεμένηκεν ἐς ἡμᾶς. *Quinta autem Olympiade & viceſima novem Hellanodicas conſtituerunt. Tribus quidem ex ipſis committebatur utique curſus equorum; totidem autem aliis inſpectoribus eſſe quinquertii: reliquis autem curae erant reliqua certaminum. Secunda autem poſt hanc Olympiade, adiectus eſt & decimus iudex. Tertia vero & centeſima, tribus apud Eleos duodecim, & ſinguli ab ſingulis tribubus facti fuerunt Hellanodicae. Preſſi autem ab Arcadibus bello, & partem terrae amiſerunt, & quotquot populorum erant in abſciſſa terra, & ita in octo numerum tribuum quarta contracti ſunt Olympiade & centeſima, & Hellanodicae ipſis aequales tribubus delecti ſunt. Octava autem ſupra centum Olympiade, reverſi ſunt rurſus ad virorum decem numerum. & iam ab eo tempore permanſit ad nos.* Illuſtrandus omnino erat iſte locus; & corrigi debet ad hiſtoriae veritatem alter illo Etymologici, quem. propoſui. Imperfectus etiam ſatis Harpocration in Ἑλλανοδίκαι, ubi de duodenis, octonisque, nullum omnino verbum exſtat.

CAP. XXX.

Vinum, & forum, ubi id venale, communi nomine Οἶνος *dictum. Ac forum quidem ubi fuerit, quodque pretium vinum habuerit, inquiſitum.* Τριπότυλος οἶνος. Τρίγλα, *locus Athenis; & Hecates Triglatinae ibidem ſtatua. Ei deae etiam triglae immolatae; qua de cauſa, & quaenam.*

APud Athenienſibus Οἶνος dicebatur non tantum vinum; ſed & forum, ubi illud venale haberi ſolebat. Pollux lib. IX. cap. V. Ἐν δὲ τῶν κοινῶν. βιβλιοθῆκαι, ὡς Εὔπολίς φησιν, ἔνθα τὰ βιβλία ὤνια. καὶ αὐτὴ ἐφ' αὑτῆς, οὕτω γὰρ τὸν τόπον, ἐν τὰ βιβλία, οἱ Ἀττικοὶ ὠνόμαζον. ὥστερ καὶ τὴς ἄλλης τόπους ἐκ τῶν πιπρασκομένων. ὡς ἐφαίνετο. ἀπῆλθον εἰς τέγος· καὶ, εἰς τὸν οἶνον· καὶ, εἰς τὸ ἔλαιον· καὶ, εἰς τὰς χύτρας. *Vnum autem publicorum bibliothecae, ut Eupolis ait, ubi libri venales. & haec in ſe. ita enim locum, non libros, Attici nominabant; ut & alia loca ab venalibus rebus; ut quum ſi dicerent, abii in obſonium; & in vinum; & in oleum; & in ollas.* Sed ubinam illud forum fuit? Invenio iuxta minorem Ceramici portam. Ecce apud Iſaeum in Orat. Περὶ τῆς Φιλοκλήμ. κλ. Τὴν δ' ἄνθρωπον ταύτην τὴν Ἀλκὴν καθίσησιν

Εὐ-

Εὐκτήμων ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἐν Κεραμεικῷ συνοικίας τῆς παρα τὴν πυλίδα, ἔ ὁ οἶνος ὠνιος. *Hominem vero hanc Alcen constituit Euctemon ut curaret in Ceramico viciniam, quae est apud portam, ubi vinum venale.* Vino autem quod proprie pretium? Non puto facile illud dictu; & pro genere etiam eius, ac qualitate, varium fuisse. Tamen, si quis coniecturae locus datur, arbitror obolo, aut praeter propter, heminam venisse; ideoque factum etiam, si quod vilius, ut Τριχότυλος οἶνος, *Trium heminarum vinum*, diceretur; quippe cuius tres heminae, propter vilitatem suam, uno obolo venderentur: quum alias boni hemina tantum unica pretium istud haberet. Est vero hoc, quod dico, apud Hesychium; cuius ista alibi glossa. Τριχότυλος οἶνος, ἔ τρεῖς κοτύλαι ὀβολοῦ πωλοῦνται. *Trium heminarum vinum, cuius tres heminae obolo venduntur.* Verum quando Hesychii nunc meminimus, alterum quemdam eius locum illustremus. De trigla ait. Τρίγλα, ἰχθῦς θαλάσσιος. καὶ τόπος τις. *Trigla, piscis marinus, & locus aliquis.* De pisce, notum est; de loco vero, non temere invenias. Erat autem ipsis Athenis, & statuam Hecates Triglatinae habebat. Eustathius notat ad Iliad. ύ. Ὅτι δὲ καὶ τόπος τις Ἀθήνησι Τρίγλη ἐκαλεῖτο, καὶ ὡς ἀνάθημα ἦν ἐκεῖ Τριγλαθίνη Ἑκάτη, δηλοῦσι καὶ αὐτὸ οἱ παλαιοί. *Quod autem etiam locus aliquis Athenis Trigle vocaretur, & quomodo donarium erat illic Triglathinae Hecatae, notant etiam hoc antiqui.* Et Athenaeus lib. VII. Ἀθήνησι δὲ καὶ τόπος τις Τρίγλα καλεῖται, καὶ αὐτόθι ἐστὶν ἀνάθημα τῆ Ἑκάτη Τριγλαθίνη. *Athenis autem locus quidam Trigla etiam vocatur, & illic est donarium Hecatae Triglathinae.* Immolabatur autem ei Deae etiam trigla piscis, ob nominis convenientiam, quippe quae triformis esset. Athenaeus eodem libro. Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν τοῖς περὶ θεῶν τῆ Ἑκάτη φησὶ θύεσθαι τρίγλιν διὰ τὴν τοῦ ὀνόματος οἰκειότητα. τρίμορφος γὰρ ἡ θεός. *Apollodorus vero in scriptis de Diis Hecatae dicit sacrificari triglam propter nominis convenientiam. triformis enim Dea.* Et quidem AExonensis, tamquam ceteris praestantior. Observo ex Nausicrate comico in Ναυκλήροις: cuius fragmentum mox producit Athenaeus libro citato. Ναυσικράτης δὲ ὁ κωμῳδοποιὸς ἐπαινεῖ τὰς Αἰξωνικὰς τρίγλας, ἐν Ναυκλήροις, λέγων οὕτως·

——— μετ' αὐτῶν εἰσιν ἐκπρεπεῖς φύσιν
Αἱ ξανθοχρῶτες, ἃς κλύδων Αἰξώνικος
Πασῶν ἀρίστας ἐν τρόποις παιδεύεται.
Αἷς καὶ θεὰν τιμῶσι Φωσφόρον κόρην.
Δείπνων, ὅταν πέμπωσι δῶρα ναυτίλοι.
Τρίγλας λέγοις. ———

Nausicrates autem comicus laudat AExonenses triglas, in Naucleris, dicens ita;

——— *Cum illis sunt insignes specie*
Flavicolores, quas fluctus AExonicus
Omnium optimas in moribus castigat:
Quibus & deam venerantur luciferam virginem
Caenarum, quando mittunt dona nautici.
Triglas dicis (a). ———

Meursii Tom. II.

(a) Consule librum De Popul. Attic. in Αἰξωνή.

CAP. XXXI.

Isaei Oratio, Περὶ τῦ Φιλοκτήμονος κλήρυ, *quando scripta. Aristomnetus archon. Isaeus emendatus. Lysimachides archon. Diogenes Laertius restitutus.*

ISaei Oratio, Περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου, *De Philoctemonis patrimonio*, quando scripta ex ipsa facile colligi potest. Exstat enim in ea iste locus. Τῇ μὲν γὰρ στρατιᾷ ἀφ' ἔ ἐξέπλευσεν εἰς Σικελίαν ἤδη ἐστὶ δυο καὶ πεντήκοντα ἔτη ἀπὸ Ἀριμνήστυ ἄρχοντος. *Nam exercitui quidem a quo enavigavit in Siciliam iam sunt duo & quinquaginta anni ab Arimnesto archonte.* Sed corrigendum, ἀπὸ Ἀριστομνήστυ ἄρχοντος, *ab Aristomnesto archonte.* Ita mox quoque. Οὕτω ὑπὲρ εἴκοσιν ἔτη ἀπὸ Ἀριστομνήστυ ἄρχοντος. *Nondum supra viginti annos ab Aristomnesto archonte.* Perperam etiam istic editur, Ἀπὸ Ἀριμνήστυ, *ab Arimnesto.* Erat autem Aristomnestus hic archon Olymp. XCI. anno I. Notat Anonymus in Descript. Olymp. ad istud tempus. Et Diodorus Siculus extremo lib. XII. Παρ' Ἀθηναίοις μὲν ἦν ἄρχων Ἀριστόμνηστος, ἐν Ῥώμῃ δ' ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλίαρχοι τέσσαρες κατεστάθησαν, Τίτος Κλαύδιος, καὶ Σπόριος Ναυτιος, ἔτι δὲ Λέκιος Σέντιος καὶ Σέξτος Ἴουλιος. ἐπὶ δὲ τούτων παρὰ μὲν Ἠλείοις ἤχθη Ὀλυμπιὰς πρώτη πρὸς τ ἐνενήκοντα. *Apud Athenienses quidem erat archon Aristomnestus, Romae autem pro consulibus tribuni militum quatuor creati erant, Titus Claudius, & Spurius Nautius, adhuc autem Lucius Sentius, & Sextus Iulius. Horum tempore autem apud Eleos quidem acta est Olympias prima ad nonagesimam.* Itaque si ab hoc archonte numeremus annos quinquaginta duos, habebimus primum Olympiadis centesimae quartae, quo supremum magistratum Timocrates gessit; idque est tempus, quo Oratio ista scripta. Verum ut archontis nomen apud Isaeum nunc restituimus, ita quoque Diogeni Laertio faciamus. Is Lysimachum nobis nominat Olymp. ex anno II. Exstat locus in Xenocrate lib. IV. Διεδέξατο δὲ Σπεύσιππον, καὶ ἀφηγήσατο τῆς σχολῆς πέντε καὶ εἴκοσι ἔτη, ἐπὶ Λυσιμάχυ ἀρξάμενος, κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Excepit autem Speusippum, & praefuit scholae quinque & viginti annos, tempore Lysimachi incipiens, secundo anno decimae & centesimae Olympiadis.* Scribe, Ἐπὶ Λυσιμαχίδυ ἀρξάμενος, *tempore Lysimachidae incipiens.* Nam anno isto archon Lysimachides fuit, non Lysimachus. Ita Anonymus eum nominat, iam citatus; & Diodorus etiam Siculus lib. XVI. Τῷ δ' ἐνιαυτῷ τούτῳ διελθόντος Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Λυσιμαχίδης. *Anno autem hoc praeterito, Athenis quidem archon fuit Lysimachides.* Loquitur de hoc ipso anno, & Olympiade. Meminit eius item Dionysius Halicarnasseus in Epistola ad Ammaeum. Ταῦτα γράψας κατὰ Θεόφραστον ἄρχοντα γεγονέναι, τῷ μετ' ἐκεῖνον ἐνιαυτῷ τὰ πραχθέντα μετὰ τὴν λύσιν τ εἰρήνης ἐπὶ Λυσιμαχίδυ ἄρχοντος διεξέρχεται. *Haec scribens Theophra-*

phrasto archonte facta esse, quae post illum annum acta sunt post solutionem pacis Lysimachide archonte narrat. Ac pluries illic eum nominat.

CAP. XXXII.

Tabella Athenienſium, in qua nomen uniuscuiusque, & populi paterni. Harpocrationis error. Demoſthenis locus explicatus.

EXſtat apud Demoſthenem locus in Orat. Πρὸς Βοιωτὸν, περὶ τοῦ ὀνόματος. *Ad Boeotum, de nomine.* Ecce verba. Τὸ δυοῖν πινακίοιν τὸν ἕνα κληρῶσθαι, τί ἄλλο ἐστίν; *Duas tabulas unum accepiſſe, quid aliud eſt?* Haec in animo habuit Harpocration, quum ſcriberet. Πινάκια, τὰ καθιέμενα ἀντὶ κλήρων ὑπὸ τῶν κληρονόμων. ἔοικε δ' εἶναι ταῦτα χαλκᾶ, ὡς ὑποσημαίνει Δημοσθένης ἐν τῷ Περὶ τοῦ ὀνόματος. *Tabulae, quae demittuntur pro ſortibus ab heredibus. Videntur autem eſſe hae aeneae, ut ſignificat Demoſthenes in oratione de nomine.* De aeneis quod coniecturam facit, ex iſtis Oratoris verbis, quae praecedunt ſine dubio acceperit. Πλὴν εἰ μὴ σημεῖον ὥσπερ ἄλλῳ τινὶ τῷ χαλκείῳ προσέσται. *Tamen niſi ſignum ſicut alii cuidam laminae aeneae adſit.* Sed quod vult, Πινάκια illic interpretanda, τὰ καθιέμενα ἀντὶ κλήρων ὑπὸ τῶν κληρονόμων, *Tabulas, quae demittuntur pro ſortibus ab heredibus*, plane reiicio. Nam, ut recte attendamus; movet hic Mantitheus quidam adverſario ſuo litem, quod quum primum Boeoti nomen accepiſſet, ubi in tribules tum pater ipſius referri curaſſet; poſtea, defuncto parente, iterum ſeſe a tribulibus inſcribi feciſſet, ac Mantithei ſibi nomen pro Boeoti vindicaſſet: atque ita duplices iam tabellas nactus eſſet. Sciendum enim, morem Athenienſibus fuiſſe, ut qui a parentibus in tribules referretur, tabellam quamdam buxeam acciperet, in quo nomen tum ipſius, tum paterni quoque populi, ad quem ille pertineret, inſcriptum eſſet. Docet nos hanc rem Heſychius, cuius iſte alibi locus Χαλκᾶν, πινάκιον Ἀθηναῖοι εἶχον ἕκαστος πινάκιον πύξινον, ἐπιγεγραμμένον τὸ ὄνομα τοῦ αὐτοῦ, καὶ τοῦ δήμου πατρόθεν. *AEneum, tabula. Athenienſes habebant ſinguli tabulam buxeam inſcriptam nomine ipſius, & populi, quem a patre habebat.* Neque ulla controverſia eſt, quin ab hoc antiquo more explicari Demoſthenes debeat (a).

(a) Hunc morem probant etiam Inſcriptiones antiquae, quas ad *Populos Aſticos* produximus *Tom. I.*

CAP. XXXIII.

Populus alba, & nigra, Athenis. Ad nigram tabulata poſitae, e quibus ſpectarent, ante theatrum exſtructum. Αἰγείρου θέα. *Suidas, & Heſychius, emendati. Vbi illa fuerit. Sycophantarum tabellae ſuſpendi inde ſolitae; unde* Αἴγειροι *illi dicti, &* Οἱ ἀπ' αἰγείρων. *Heſychius iterum reſtitutus.*

DVas eſſe populi ſpecies albam, & nigram, earumque nigram Αἴγειρον, albam proprie Λεύκην dictam, res eſt nota. Vtraque Athenis diſtincto loco cernebatur. Ac iuxta nigram priuſquam exſtructum theatrum eſſet, tabulatum figebatur, e quo ſpectarent; quique in tabulato iſto locum nullum invenirent, ipſam arborem conſcendentes ex ea ſpectabant, unde Αἰγείρου θέα dicebatur. Suidas. Αἰγείρου θέα. αἴγειρος ἦν Ἀθήνησι πλησίον τοῦ ἱεροῦ· ἔνθα, πρὶν χωσθῆναι θέατρον, τὰ ἰκρία, ἐπήγνυον, ἀφ' ἧς αἰγείρου οἱ μὴ ἔχοντες τόπον ἐθεώρων. *Populi ſpectaculum. Populus nigra erat Athenis prope templum: illic, antequam eſſet theatrum, ſedilia pangebant. a qua populo non habentes locum ſpectabant.* Ait autem fuiſſe, πλησίον τοῦ ἱεροῦ, *prope templum.* Sed quodnam eſt illud fanum? Viri docti deeſſe putant, Διονύσου, & interpretantur, *prope Bacchi templum.* Verum rogo, uti ignoſcant, ſi non probem. Theatrum quidem, quod poſtea exſtructum, prope Bacchi templum erat; ſed non nigra iſta populus, ad quam erectum tabulatum, antequam illud exſtructum eſſet. Atque idem tamen Heſychius dicit, cuius verba plane eadem de re eadem. Αἰγείρου θέα· αἴγειρος ἦν Ἀθήνησι πλησίον τοῦ ἱεροῦ, ἔνθα, πρὶν χωσθῆναι θέατρον, τὰ ἰκρία ἐπήγνυον. *Populi ſpectaculum. Populus erat Athenis prope templum: illic, antequam eſſet theatrum, ſedilia pangebant.* Adfirmo ego, mendum eſſe; & ſcribendum utrobique, πλησίον τοῦ ἰκρίου, *prope tabulatum.* Haec eſt vera loci lectio; eiuſque emendationis vadem ipſum tibi Heſychium dabo, cuius iſta alibi verba. Παρ' αἰγείρου θέα. Ἐρατοσθένης φησὶ, ὅτι πλησίον αἰγείρου τινὸς θέα. αἴγειρος δέ ἐστι φυτῷ εἶδος, ἐγγὺς τῶν ἰκρίων. ἕως ἂν τούτου τοῦ φυτοῦ ἐξετείνετο καὶ κατεσκευάζετο τὰ ἰκρία, ἃ ἐστιν ὀρθὰ ξύλα, ἔχοντα σανίδας προσδεδεμένας, οἷον βαθμούς, ἐφ' αἷς ἐκαθέζοντο, πρὸ τοῦ κατασκευασθῆναι τὸ θέατρον. *Iuxta populum ſpectaculum. Eratoſthenes dicit, prope quamdam populum ſpectaculum. Populus autem eſt plantae ſpecies, prope ſedilia Vſque igitur hanc ſtirpem extendebantur & exſtruebantur ſedilia, quae ſunt recta ligna habentia tabulas adfixas tamquam gradus, quibus inſidebant, antequam exſtructum eſſet theatrum.* Meminitque idem eiusdem loci iterum alibi. Θέα παρ' αἰγείρῳ· τόπος αἴγειρον ἔχων, ὅθεν ἐθεώρουν· εὐτελὴς δὲ ἐδόκει ἡ ἐντεῦθεν θεωρία. μακρόθεν γὰρ ἦν, καὶ εὐώνου ὁ τόπος ἐπωλεῖτο. *Spectaculum iuxta populum: locus populum habens, unde ſpectabant. vilis autem videbatur illic ſpectatio, procul enim erat, & vili pretio locus vendebatur.* Et Sui-

Digitized by Google

Suidas quoque. Α'π' αἰγείρυ θέα. ἢ, ἐπ' αἰγείρυ. ἡ ἀπὸ τῶν ἐσχάτων. αἴγειρ@· γὰρ ἐπάνω ἦν τῦ θεάτρυ, ἀφ' ἧς οἱ μὴ ἔχοντες τόπον ἐθεώρυν. *Ab populo ſpectaculum; & in populo; quae ab ultimis. Populus enim erat ſuper theatrum, a qua qui locum non habebant ſpectabant.* Item Euſtathius ad Odyſſ. ε. Η' δὲ ἱςορία ἔχει ϰ᾽ ἐν Α'θήναις αἴγειρον ἐπιμεληθῆσαν. ὃ πάσχα παρὰ τοῖς φιλοκάλοις ϰ᾽ ἡ κυπάριτ@·. ἦν γῶν, φασὶν, αἴγειρ@· Α'θήνησιν ἐπάνω τῦ θεάτρυ, ἀφ' ἧς ἐθεώρυν οἱ μὴ ἔχοντες τόπον. ὅθεν ϰ᾽ ἡ ἀπ' αἰγείρυ θέα ἐλέγελο· ϰ᾽ παρ' αἰγείρῳ θέα, ἡ ἀπὸ τῶν ἐσχάτων. ϰ᾽ ἦν, φασὶν, εὐωνοτέρα ἡ παρ' αἰγείρῳ θέα. *Habet vero hiſtoria & Athenis populum curatam. quod patitur ab pulcritudinis amatoribus etiam cupreſſus. Erat igitur, dicunt, populus Athenis ſupra theatrum, a qua ſpectabant qui non habebant locum; unde & ab populo ſpectaculum dicebatur: & iuxta populum ſpectaculum, quae ab ultimis. & erat, dicunt, viliori pretio iuxta populum ſpectatio.* Sed eſtne ſcire, in quo Vrbis loco fuerit iſta αἴγιφρ@·. Invenio ego in foro fuiſſe, atque ex

A ea tabellas ſuas ſuſpendiſſe ſycophantas; qui Αἴγειροι etiam, & Οἱ ἀπ' αἰγείρων, *qui ab populis nigris*, inde dicti. Obſervo apud doctiſſimum Heſychium. Α'π' αἰγείρων. Α'νδροκλέα τ᾽ ἀπ' αἰγείρων, ἀντὶ τῦ, συκοφαντῶν. ἐπειδὴ ἐϰ τ᾽ ἐν τῇ ἀγορᾷ αἰγείρυ τὰ πινάϰια ἐξῆπτον. *Ab populis nigris. Androclem qui ex populis nigris. pro ſycophantis: quoniam in foro ex populo tabulas adpendebant.* Ita reſtituo; nam non recte hodie editur. Α'παιγείρων. Α'νδροκλέα τ᾽ ἀπαιγείρων. *Apaegirorum. Androclem eorum qui apaegiri.* Iam quod de alba populo dixi, eam itidem quodam in loco Athenis fuiſſe manifeſte Andocides ingerit, Orat. Περὶ τῶν μυϛηρίων. Α'γύρρι@· γὰρ ὑτοσὶ, ὁ ϰαλὸς ϰἀγαθὸς ἄρχων, εἷς ἐγένελο τῆς πεντηϰοϛῆς τρίτον ἔτ@·, ϰ᾽ ἐωρίατο τριάϰοντα ταλάντων. μετέσχον δ᾽ αὐτοὶ ὗτοι πάντες οἱ παρασυλλεγένλες ὑπὸ τὴν λευϰήν. *Nam Agyrrius hic, pulcer, & bonus archon, unus factus eſt quinquageſimae tertio anno, & emebatur triginta talentis. Participes autem erant illi ipſi omnes qui adcongregati fuerunt ſub alba.*

ATTICARVM LECTIONVM

LIBER V.

CAPVT PRIMVM.

Θῆτται. Lex Athenienſium de virginibus egenis maritandis.

APud Athenienſes ſi quae virgines egenae eſſent, neque propter dotis defectum virum invenire poſſent, Θῆσσαι, vel Θῆτται, dicebantur; eaſque, quicumque genere proximus, elocare, ac dotem dare lege praeſcriptam tenebatur. Auctor Etymologici. Θῆττα ἐπίϰλω. ὐϰ ἔχυσα φερνὴν, πενιχρὰ ϰαταλ᾽φθεῖσα ὑπὸ τῦ πατρὸς, ϰ᾽ ὑπὸ τῶν ἀγχιϛέων προιϰιζοτένη ϰατὰ νόμον. *Theſſa vel Thetta cognomine, non habens dotem, egena relicta a patre, & ab proximis dote donata ſecundum legem.* Quod ſi quis recuſaret, ipſe ducere cogebatur. Iulius Pollux lib. III. cap. III, Η' μέντοι ϰλῆρον ὐϰ ἔχυσα πατρῴων, Θῆσσα ϰαλεῖται· ἦν ὁ ἀγχιϛεὺς ἐϰδίδωσιν, ἂν ἑτέρᾳ συνοιϰῇ, ἢ πάντως γαμεῖ. *Quae quidem patrimonium non habet ab patre, Theſſa vocatur: quam proximus elocabat, ſi aliam duxerat, aut ipſe ducit omnino.* Atque ita capiendus Terentius Hecyra Act. I. Scen. II.

Lex eſt, ut orbae, qui ſint genere proximi.
Eis nubant: & illos ducere eadem haec lex iubet.

Dotem autem lex praeſcribebat minas quinque. Harpocration in Ε'πίδιϰ@·. Δείϰνυται ϰ᾽ ὅτι τὰς ἀπορυμένας ϰόρας ἐξεδίδοσαν οἱ ἄγχιϛα γένυς, πέντε μνᾶς ἐπιδιδόντες. *Oſtendit etiam, quod egentes virgines elocant proximi genere, quinque minas dantes.* Iterum in Θῆτες. ἐπάναγϰες δὲ ἦν τοῖς ἔγγιϛα γένυς τὰς Θήσσας, ἢ λαμβάνειν πρὸς γάμον, ἢ πέντε μνᾶς διδόναι. *Neceſſe autem erat proximos genere Theſſas aut recipere in matrimonium, aut quinque minas dare.* Et ecce in Phormione Terentii Act. II. Sc. III.

Etſi mihi facta iniuria eſt, verum tamen
Potius quam lites ſectler, aut quam te audiam,
Itidem ut cognata ſi ſit, id quod Lex iubet
Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe.

Suidas de quingentis drachmis ait, quod tantumdem eſt. Θῆτλα. ἐπίϰληρ@· ὐϰ ἔχουσα φερ-

Digitized by Google

φερνὴν, πενιχρὰ καταλειφθεῖσα ὑπὸ τῦ πατρός. ὑπὸ δὲ τῶν ἀγχιστέων προικιζομένη κατὰ τὸν νόμον τῶν πεντακοσίων δραχμῶν. *Thetta; puella orba non habens dotem, inops relicta a patre: ab adgnatis vero dotata secundum legem quingentis drachmis.* Eodem modo est apud Diodorum Siculum lib. XII. Τρίτῳ δὲ ὁ νόμῳ διωρθώθη ὁ κὴ παρὰ Σόλωνος κέμψαντος· Ἐκέλευε γὰρ τῇ ἐπικλήρῳ ἐπιδικάζεσθαι τὸν ἐγγιστα γένους. ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ἐπίκληρον τῷ ἀγχιστεῖ. ᾧ ἦν ἀνάγκη συνοικεῖν, ἢ πεντακοσίας ἐκτίσαι δραχμὰς εἰς προικὸς λόγον τῇ πενιχρᾷ ἐπικλήρῳ. *Tertia autem lex emendata est etiam a Solone lata. Iubebat enim pupillae adiudicari genere proximum. Similiter vero pupillam proximo, cui erat necesse ducere, aut quingentas exsolvere drachmas in dotis rationem pauperi orbatae.* Sed sciendum, discrimen fuisse inter pentacosiomedimnos, equites, & zygitas. Nam quingentas has drachmas sive quinque minas, primi illi tantum pendebant; equites trecentas drachmas, sive tres minas: zygitae centum quinquaginta drachmas, sive sesquiminam. Observo ex Demosthene Orat. in Macartatum. Τῶν ἐπικλήρων, ὅσαι θητικὸν τελοῦσιν, ἐὰν μὴ βούληται ἔχειν ὁ ἐγγύτατα γένους, ἐκδιδότω ἐπιδιδοὺς, ὁ μὲν πεντακοσιομέδιμνος, πεντακοσίας δραχμὰς, ὁ δ' ἱππεὺς τριακοσίας, ὁ δὲ ζυγίτης ἑκατὸν πεντήκοντα πρὸς τοῖς αὐτῆς. *Pupillas, quae in numerum thetarum referuntur, nisi velit habere proximus genere, elocato donans, ille quidem qui quingentos medimnos habet, quingentas drachmas, eques autem trecentas, plebeius vero centum quinquaginta ad illius bona.* Ad pentacosiomedimnos quod adtinet, postea, quum id parum esse videretur, decem minas dotem istarum esse placuit. Eustathius ex Aristophane Grammatico ad Iliad. Φ'. Θῆσσα μέντοι παρ' αὐτῷ καινότερόν τι δηλοῖ. Θῆσσα γάρ, φησι, ἣν πατὴρ καταλέλοιπε πένης ὤν. αὕτη δέ, φησιν, ἐπὶ τὸν πλησίον τῦ γένους πορεύεται κατὰ νόμον ἀναγκάζοντα τῦτο. κὴ ὁ μὴ αἱρέμενος γῆμαι, πέντε μνᾶς ἀποτίνει, ὡς ἔταξε Σόλων· ἐν δὲ τοῖς ἐπικαινισθεῖσι νόμοις μετέδοξε τῦτο ὡς μικρὸν, κὴ ἐγένοντο δέκα μναῖ. *Thessa quidem apud eum magis quid novum notat. Thessa enim, dicit, quam pater reliquit pauper. Illa vero, dicit, ad proximum genere pergebat secundum legem cogentem hoc; & qui non eligeret ad ducendam, quinque minas exsolvit, sicut iussit Solon. Verum in renovatis legibus videbatur hoc nimis parvum, & factae sunt decem minae.* Eugraphius in citatum e Terentii Phormione locum. *In lege scriptum est. Orbam proximus ducat, aut decem millia dotis det, ut accepta dote discedat.* Decem illa millia aeris quae dicit, idem erant, quod mille drachmae. Eodem modo est apud Fortunatianum Art. Rhet. lib. I. *Est orba, proximo nubat: vel si eam noluerit in matrimonium ducere, det decem millia.* Quod si plures eodem gradu cognatam contingerent, pro rata quisque contribuebant: ac si plures autem cognatae, is qui proximus, unam tantum elocare tenebatur: & si quispiam recusaret, eum cuilibet deferre licebat ad archontem, qui legi satisfacere cogeret. Ille A vero si muneri deesset, drachmis mille, id est, minis decem, Iunoni sacris, multabatur. Demosthenes loco citato. Ἐὰν δὲ πλείους ὦσιν ἐν αὐτῷ γένει τῇ ἐπικλήρῳ, πρὸς μέρος ἐπιδιδόναι ἕκαστον. ἐὰν δ' αἱ γυναῖκες πλείους ὦσι, μὴ ἐπάναγκες εἶναι πλέον ἢ μίαν ἐκδοῦναι τῷ ἐν γένει. ἀλλὰ τὸν ἐγγύτατα δεῖ ἐκδιδόναι, ἢ αὐτὸν ἔχειν. ἐὰν δὲ μὲν ἔχῃ ὁ ἐγγυτάτω γένους, ἢ μὴ ἐκδῷ, ὁ ἄρχων ἐπαναγκαζέτω ἢ αὐτὸν ἔχειν, ἢ ἐκδοῦναι. ἐὰν δὲ μὴ ἐπαναγκάζῃ ὁ ἄρχων, ὀφειλέτω χιλίας δραχμὰς, ἱερὰς τῇ Ἥρᾳ. ἀπογραφέτω δὲ τὸν μὴ ποιοῦντα ταῦτα ὁ βουλόμενος πρὸς τὸν ἄρχοντα. *Si vero plures habet in eodem genere pupilla, partem dare unumquemque; si autem mulieres plures sunt, non necesse esse plus quam unam elocare cuidam in eo genere. Sed proximum oportet elocare, aut ipsum habere. Si vero non habeat proximus genere, nec elocet, archon cogat aut ipsum ducere, aut elocare. Si vero non cogat archon, debeat mille drachmas, sacras Iunoni. Scribat autem dicam illi haec non facienti quicumque velit ad archontem* (a).

CAP. II.

Isaei Oratio Πρὸς Λυσίβιον. *Etymologici Auctor, & Suidas, emendati.* Κατὰ Καλλιφῶντος, *Orationes eiusdem duae. Harpocration, & Suidas iterum, restituti.*

LAudatur inter Isaei Orationes perditas una inscripta, Πρὸς Λυσίβιον. Meminit eius Iulius Pollux lib. X. cap. I. Ἴσαιος ἐν τῷ περὶ τῦ Ἀρχεπόλιδος κλήρῳ. Διαθηκῶν δὲ τεττάρων ὑπ' αὐτῶν ἐσκευοποιημένων. ὁ δὲ αὐτὸς ῥήτωρ ἐν τῷ πρὸς Λυσίβιον ἔφη· τοιαῦτα μὲν τοιούτοις ἐπὶ τῷ τεθνεῶτι σκευοποιοῦντες. *Isaeus in oratione de Archepolidis hereditate: Testamentis autem quatuor ab ipso instructis. Idem autem rhetor in oratione ad Lysibium dicit; talia quidem talibus de mortuo concinnantes.* Et Harpocration in Ἐπίδικος. Ὁ δὲ Ἴσαιος ἐν τῷ πρὸς Λυσίβιον τὴν ἐπίκληρον, ἐπικληρῖτιν κέκληκεν. *Isaeus autem in oratione contra Lysibium illam orbam vulgo epiclerum dictam, adpellat epicleritin.* Etymologici Auctor in Ἐπίδικος corruptissimus. Ἰσοκράτης δὲ τὴν ἐπίκληρον ἐν τῷ πρὸς Λυσίαν ἐπικληρῖτιν ἐκάλεσεν. *Isocrates autem talem epiclerum in oratione contra Lysiam epicleritin vocavit.* Rescribo, Ἴσαιος δὲ τὴν ε. ἐν τῷ πρὸς Λυσίβιον ἐπικληρῖτιν ε. *Isaeus autem t. e. in oratione contra Lysibium epicleritin v.* Suidas in eadem voce totidem verbis. Sed idem in Τέως emendandus. Ἴσαιος ἐν τῷ πρὸς Λυσίβιον. *Isaeus in oratione contra Lysibium.* Non recte hodie editus, ἐν τῷ πρὸς Ἀνσίβιον, *in oratione contra Ansibium.* Idem Orator duas Orationes scripsit, Κατὰ Καλλιφῶντος. Nominat secundam Etymologici Auctor in Ἐπιτρίταις. Ἴσαιος ἐν τῷ δευτέρῳ κατὰ Καλλιφῶντος· Ἴσαιος ἐν τῷ κατὰ Καλλιφῶντος. *Isaeus in secunda contra Calliphontem.* Excidit numerus apud Harpocrationem in eadem dictione. Ἴσαιος ἐν τῷ κατὰ Καλλιφῶνλος. *Isaeus in oratione contra Callipbontem.* Resti-

(a) De his consule *Leges Atticas*, & *Solonem*.

Digitized by Google

ſtitue. Ἰσαῖος ἐν τῷ δευτέρῳ κατὰ Κ. *Iſaeus in ſecunda contra C.* Apud Suidam vero non numerus tantum Orationis, ſed & ipſius Oratoris nomen excidit. Editur enim hodie, Ἐπιτρίταις. ἐν τῷ κατὰ Καλλιφῶντος, *in oratione contra Calliphontem*. Repone ad praeſcriptum (a).

CAP. III.

Ἐπιμήνιον. Ἐπιμηνία. Sacra Athenienſium ſingulis menſibus pro felici urbis ſtatu.
Ἐπιμήνιοι. Heſychius, & Suidas, correcti.

AThenienſes ſingulis menſibus pro felici urbis ſtatu ſacra faciebant; idque ſacrificium Ἐπιμήνιον, & Ἐπιμηνία dicebatur. Harpocration. Ἔοικεν εἶναι ἐπιμήνια, ἤτοι τὰ καθ' ἕκαστον μῆνα θυόμενα, ἢ τὰ ὑπὲρ ὅλου μηνὸς ἅπαξ ποτὲ γιγνόμενα θύματα. *Videntur eſſe menſtrua, ſive per ſingulos menſes ſacrificari ſolita, aut pro toto menſe ſemel quandoque fieri ſolita ſacrificia.* Videndi etiam Auctor Etymologici, & Suidas; apud quem mendum. Ἐπιμήνια, τὰ καθ' ἕκαστον μῆνα φυόμενα. *Menſtrua, per ſingulos menſes nata.* Reſcribo. Γὰ καθ' ἕκαστον μῆνα θυόμενα. *Per ſingulos menſes ſacrificari ſolita.* Fiebant autem haec ſacra novilunio; quique peragebant, Ἐπιμήνιοι dicebantur. Docuerat illud nos Heſychius; ſed corruptus hodie locus. Ἐπίμηνον, οἱ ἱεροποιοί· ἐκαλεῖτο δὲ καὶ θυσία τις, ἐπιμηνία, ἡ κατὰ μῆνα τῇ νουμηνίᾳ συντελουμένη. *Menſtruum, ſacrificuli; adpellatur autem quoque ſacrificium quoddam; menſtrua, quae per menſem novilunio perficitur.* Reſtituendum cenſeo, Ἐπιμήνιον, οἱ ἱεροποιοί. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ θυσία τις Ἐπιμηνία, ἡ κατὰ μῆνα τ. ν. σ. *Menſtrui, ſacrificuli; vocabatur autem quoque ſacrificium quoddam Menſtrua, quae per menſem n. p.*

CAP. IV.

Centumviralis iudicii Athenis origo. a quo, & qui lecti. Apoſtolius, & Suidas, reſtituti. Mox adiuncti iis Areopagitae. Palladium a Demophonte raptum, & Conſtantinopoli quoque adſervatum.

NOtum Athenis centumvirale iudicium, Ἐπὶ Παλλαδίῳ dictum. Eius origo talis commemoratur ab Harpocratione. Ἔσχε δὲ τὸ δικαστήριον τὴν τῶν Παλλαδίου ἐπωνυμίαν, καὶ οἱ δικασταὶ τὴν τῶν Ἐφετῶν ἐντεῦθεν. Ἀγαμέμνονος μετὰ τῶν Ἀργείων σὺν τῷ Παλλαδίῳ προσενεχθέντος Ἀθήναις ἐξ Ἰλίου, Δημοφῶν ἁρπάζει τὸ Παλλάδιον, καὶ πολλοὺς τῶν διωκόντων ἀναιρεῖ. Ἀγαμέμνων δὲ δυσχεράνας δίκην, τὸν ἁρπάζοντα ἀναιρεῖ, καὶ συνίσταται τὸ κριτήριον ἐπὶ πεντήκοντα μὲν Ἀθηναίων, πεντήκοντα δὲ Ἀργέων, οὓς Ἐφέτας ἐκάλεσαν, παρὰ τὸ ἀμφοτέρων ἐφεθῆναι αὐτοῖς τὰς τῆς κρίσεως. *Habet autem tribunal cognomentum Palladii, & iudices, hinc Ephetarum. Agamemnone cum Argivis cum Palladio adpropinquante Athenis ex Ilio, Demophon rapit Palladium, & multos perſequentium occidit. Agamemnon autem indignatus iudicii modum, raptorem interfecit, & conſtituit iudicium ex quinquaginta quidem Athenienſibus, Argivis autem quinquaginta, quos Ephetas vocaverunt, quod utriuſque commiſſum eſſet illis iudicium.* Ergo occiſo ab Agamemnone ob ſubreptum Palladium Demophonte conſtituti ſunt centum Iudices, Ἐφέται ex re dicti; quinquaginta Athenienſes, & totidem Argivi. In eamdem rem Euſtathius ad Odyſſ. ά. Κλειτόδημος δέ φησιν, Ἀγαμέμνονος σὺν τῷ Παλλαδίῳ προσενεχθέντος ταῖς Ἀθήναις, Δημοφῶντα τὸ Παλλάδιον ἁρπάσαι, καὶ πολλοὺς τῶν διωκόντων ἀνελεῖν. τοῦ δὲ Ἀγαμέμνονος δυσχεραίνοντος, κρίσιν αὐτοὺς ὑποσχεῖν ἐπὶ πεντήκοντα Ἀθηναίων, καὶ τοσούτων Ἀργείων, οὓς Ἐφέτας κληθῆναι. *Clitodemus autem dicit, Agamemnone cum Palladio adpropinquante Athenis, Demophontem Palladium rapuiſſe, & multos perſequentium trucidaviſſe. Agamemnone autem indignante, iudicium eos ſubiviſſe coram quinquaginta Athenienſibus & totidem Argivis, quos Ephetas vocatos eſſe.* Rem totidem pene verbis narrat Apoſtolius in Ἐπὶ Παλλαδίῳ, ſed corruptus valde locus eſt. Editur enim. Ἐπὶ ὀκτὼ Ἀθηναίων, καὶ ὀκτὼ Ἀργείων. *Coram octo Athenienſibus, & octo Argivis.* Reſcribe. Ἐπὶ πεντήκοντα Ἀθηναίων, καὶ πεντήκοντα Ἀργείων. *Coram quinquaginta Athenienſibus, & quinquaginta Argivis.* Origo mendi ex confuſione numerorum η. & ν'. Verum & Suidas hic corruptus. Ἐφέται, ἄνδρες, οἵ τινες π'. ὄντες ἐδίκασον. *Ephetae, viri, qui quum eſſent octoginta, iudicabant.* Omnino reſcribendum cenſeo, Οἵ τινες ρ'. ὄντες. *Qui quum eſſent centum.* Poſtea reiecto Argivorum numero ex Athenienſibus conſtituti quinquaginta unus. Pollux lib. VIII. capit. X. Ἐφέται, τὸν μὲν ἀριθμὸν εἷς καὶ πεντήκοντα. *Ephetae, numerum quidem unus & quinquaginta.* Sic eſt in verbis legis apud Demoſthenem Orat. in Macartatum. Γνῶσι δ' οἱ πεντήκοντα καὶ εἷς Ἐφέται ἄκοντα κτεῖναι· *Sciunt autem quinquaginta & unus Ephetae invitum occidiſſe.* Lecti autem primum Οἱ Ἐφέται a Dracone, ex optimis quibuſque, quoſque virtutis fama commendaret. Pollux loco citato ſubiungit. Δράκων δ' αὐτοὺς κατέστησεν. ἀριστίνδην αἱρεθέντας. *Draco autem illos conſtituit, pro praeſtantia electos.* Et in verbis legis apud Demoſthenem Oratione citata. Οἱ πεντήκοντας καὶ εἷς ἀριστίνδην εἱρεθέντες. *Quinquaginta & unus ex ratione praeſtantiae eligantur.* Quin & aetatis habita ratio; placuitque, ut ſupra annum quinquageſimum eſſent. Suidas. Ἐφέται, ἄνδρες ὑπὲρ ν'. ἔτη γεγονότες. καὶ ἄριστα βεβιωκέναι ὑπόληψιν ἔχοντες· *Ephetae, viri ſupra quinquaginta annos nati, & optime vitae tractae opinionem habentes.* Quae totidem verbis Etymologici Auctor. Mox Solon adiunxit his Areopagitas. Pollux loco citato. Σόλων δ' αὐτοῖς προσκατέστησε τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλήν. *Solon vero illis ultra conſtituit ex Areopago ſenatum.* Atque hoc volunt illa Plutarchi in eius Vita. Οἱ μὲν οὖν πλεῖοι τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλήν. ὥσπερ εἴρηται, Σόλωνα συνήσασθαί φασι· καὶ μαρτυρεῖν αὐτοῖς μάλιστα δοκεῖ

(a) Conſule *Bibliothecam Atticam*.

κεῖ τὸ, μηδαμῶ τὸν Δράκοντα λέγειν μηδ' ὀνομάζειν Ἀρεοπαγίταις, ἀλλὰ τοῖς Ἐφέταις ἀεὶ διαλέγεσθαι περὶ φονικῶν. *Itaque plurimi quidem ex Areopago ſenatum, ut dicitur, Solonem conſtituiſſe dicunt: & teſtimonium dare illis potiſſimum videtur, quod nuſquam Draco nec dicat nec nominet Areopagitas, ſed Ephetis ſemper dixerit de caedibus.* Origo autem Ephetarum, ut in Harpocrationis verbis vidimus, Demophontis ob Palladium raptum caedes. Eam rem tradunt etiam Pauſanias Atticis, Polyaenus lib. 1. Clemens Protreptico, Euſtathius ad Iliad. *α.* Sunt qui tradant illud ipſum Palladium poſtea Conſtantinopolim translatum; & ſuo illic tempore exſtitiſſe teſtatur Olympiodorus in Meteor. lib. 1. Ἐπεὶδὴ κὴ πάνυ ἀναγκαίως ἐφρόντιζον οἱ παλαιοὶ τῶν διιπετῶν ἀγαλμάτων, ὡς δηλοῖ τὸ Παλλάδιον, μέχρι νῦν ἐν τῷ Βυζαντίῳ ὄν. *Quoniam etiam plane neceſſario curam gerebant Veteres ex coelo delapſorum ſimulacrorum, ut declarat Palladium, uſque adhuc Byzantii exſiſtens.*

CAP. V.

Ἐπώνυμοι duplices. Etymologici Auctor correctus. Ad eorum ſtatuas propoſitae leges. Suidas emendatus. Archon Ἐπώνυμος, a quo nomen anno. Minerva Ἐπώνυμος,

DVplices Athenis Ἐπώνυμοι fuerunt. Ex his antiquiſſimi omnium, a quibus denominatae tribus, decem erant, Pandion, Cecrops, AEgeus, Oeneus, Leo, Aiax, Acamas, Antiochus, Hippothoon, Erechtheus. Vlpianus in Orat. contra Timocratem. Ἐπώνυμοι ἐκαλοῦντό τινες ἀνδριάντες ἡρώων, ἐξ ὧν ἐκαλοῦντο καὶ αἱ δέκα φυλαὶ ἐπ' ὀνόματι τούτων, εἰς ἰδίας τινὰς θυσίας. τὰ δὲ ὀνόματα τῶν ἡρώων ταῦτα, Ἀθηναίων ὄντων, ἐκτὸς Αἴαντος τοῦ Σαλαμινίου. Πανδίων, Ἐρεχθεύς, Κέκροψ. Αἰγεύς, Οἰνεύς, Λέων, Αἴας, Ἀκάμας, Ἀντίοχος, Ἱπποθόων. *Cognomines vocabantur quaedam ſtatuae heroum, a quibus adpellabantur etiam decem tribus nomine ipſorum, ad propria quaedam ſacrificia. Nomina autem heroum haec, omnium Athenienſium, excepto Aiace Salaminio; Pandion, Erechtheus, Cecrops, AEgeus, Oeneus, Leo, Aiax, Acamas, Antiochus, Hippothoon.* Adeundus quoque Pauſanias in Atticis. Ac corrigendus Etymologi Auctor in Ἐπώνυμοι, ubi perperam Ἄλμας legitur, pro Ἀκάμας. Ad horum ſtatuas, qui legem novam ferre vellent, prius eam proponebant, an Athenienſibus placeret, nec ne. Suidas. Παρὰ γοῦν τὰς εἰκόνας τῶν ἐπωνύμων εἰσηγοῦντο τοὺς νόμους, πρὶν ἢ γράφεσθαι κυρίους, ἵν' ἐνλυγχάνοντες αὐτοῖς οἱ βουλόμενοι κατηγορεῖν. *Ad imagines igitur cognominum introducebant leges, antequam eſſent ſtabilitae, ut legentes eas qui volebant, accuſarent.* Idque ex Solonis lege. Demoſthenes in Leptinea. Καὶ πρὸ τούτων γε ἐτάξεν (ὁ Σόλων) ἐκθεῖναι (τοὺς νόμους) πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων καὶ τῇ γραμματεῖ παραδοῦναι. *Et ante haec iuſſit (Solon) exponere (leges) ante cognomines, & ſcribae tradere.* Ad quem locum Vlpianus. Ἀνδριάντες ἦσαν τῶν ἡρώων (οἱ ἐπώνυμοι) ἀφ' ὧν καὶ αἱ φυλαὶ ἐπώνυμοι ἦσαν. κατὰ δὲ πρόσταξιν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐγένοντο παρ' οἷς ὁ βουλόμενος νομοθετεῖν προετίθετο, ἵνα πάντες Ἀθηναῖοι ἴδοιεν, πότερον ἀρέσκει, ἢ ὄ. *Statuae erant heroum (Cognomines) a quibus etiam tribus cognominatae erant. Secundum vero mandatum Apollinis fiebant. ad quas qui vult legem ferre proponebat, ut cuncti Athenienſes videant, num placeat nec ne.* Meminit eorum Lucianus de Gymn. Ὥστε εὐεργέτης ὑμῶν ὁ ἀνὴρ ἀναγεγράφθω, κὴ χαλκοῦν αὐτὸν ἀναστήσατε παρὰ τοὺς ἐπωνύμους ἐν πόλει, παρὰ τὴν Ἀθηνᾶν. *Itaque bene meritus de nobis vir conſcribatur, & aeneum ipſum ſtatuite apud Cognomines in urbe apud Minervam.* Atque hic primus fuit τῶν Ἐπωνύμων ordo, tributus in priſcos illos decem heroas, a quibus nomina tribubus ſuis impoſuerunt Athenienſes. Ab hoc alter erat, qui quadraginta duos complectebatur. De utroque Harpocration. Διττοί εἰσιν οἱ ἐπώνυμοι. οἱ μὲν, δέκα τὸν ἀριθμὸν, ἀφ' ὧν αἱ φυλαί. ἕτεροι δὲ, δύο καὶ τεσσαράκοντα, ἀφ' ὧν αἱ ἡλικίαι προσαγορεύονται τῶν πολιτῶν καθ' ἕκαστον ἔτος. ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν μέχρις ἑξήκοντα. *Duplices ſunt Cognomines: hi quidem decem numero, a quibus tribus. Alteri autem duo & quadraginta; a quibus aetates adpellantur civium ſecundum ſingulos annos, ab octavo & decimo uſque ad ſexageſimum.* Itaque emendandus Suidas, cuius verba hodie corrupta. Διττοί εἰσιν οἱ ἐπώνυμοι. οἱ μὲν δέκα τὸν ἀριθμὸν, ἀφ' ὧν αἱ φυλαί. ἕτεροι δὲ δύο, καὶ τοῖς μὲν, ἀφ' ὧν αἱ ἡλικίαι προσαγορεύονται τῶν πολιτῶν. *Duplices ſunt Cognomines: hi quidem decem numero, a quibus tribus. Alii autem duo, & his quidem a quibus aetates adpellantur civium.* Reſtituo. Ἕτεροι δὲ, δύο ἐπὶ τοῖς μ'. ἀφ' ὧν αἱ ἡ. *Alii vero, duo ſupra quadraginta, a quibus ae.* Ad hos pertinebat militia, Η' ἐν τοῖς ἐπωνύμοις, *quae in cognominibus*, dicta, de quibus infra ſum dicturus. Sed & ſeorſim ex novem archontibus maxime inſignis unus erat, qui Ἐπώνυμος dicebatur, & Ἄρχων per excellentiam adpellabatur. Pauſanias in Laconicis. Καὶ Ἀθηναίοις τῶν καλουμένων ἐννέα Ἐπώνυμός ἐστιν εἷς Ἄρχων. *Et Athenienſibus eorum qui dicuntur novem Eponymus eſt unus Archon.* Et ab hoc nomen anno datum. Pollux lib. VIII. cap. IX. Ἀρχόντων Ἀθήνησιν ὀνόματα οἱ ἐννέα ἄρχοντες. εἰσὶ δὲ, ὁ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐπώνυμος ἄρχων, Βασιλεὺς, πολέμαρχος, κὴ θεσμοθέται ἕξ. *Archontum Athenis nomina novem archontes. ſunt vero Archon annum denominans, Rex, belli Imperator, & ſex Legumlatores.* Libanius in Argumento Orationis contra Androtionem. Κατ' ἔτος οἱ ἐννέα ἄρχοντες αὐτῇ προσετίθεντο· ὡς δέ τινες, ὅτι κὴ ἐξ μόνον θεσμοθέται. ἦσαν γὰρ ἓξ θεσμοθέται, οἱ περὶ ἑταιρήσεως δικάζοντες. ἦσαν δὲ κὴ ἄλλοι τρεῖς. εἷς, Ἐπώνυμος· ἐξ οὗ καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἐπώνυμος ὠνομάζετο. *Quotannis novem archontes huic attribuebantur: ut autem quidam, quod etiam ſex ſolum legumlatores. Erant enim ſex legumlatores, de lenocinio iudicantes. Erant vero etiam alii tres; unus, Eponymus: ex quo & annus cognominis nominabatur.* Elegans hac de re locus eſt apud Philonem lib. Περὶ Ἀβραάμ.

βραάμ. Ὁ ποιητὴς Ὅμηρος, μυρίων ὄντων ποιητῶν, κατ' ἐξοχὴν λέγεται. καὶ τὸ μέλαν, ᾧ γράφομεν, καί τοι παντὸς, ὃ μὴ λευκόν ἐστι, μέλανος ὄντος. καὶ Ἄρχων Ἀθήνησιν ὁ Ἐπώνυμος, καὶ τῶν ἐννέα ἀρχόντων ἄριστος, ἀφ' οὗ οἱ χρόνοι καταριθμοῦνται. *Poeta Homerus, quum ſint infiniti poetae, per excellentiam dicitur. Et atramentum, quo ſcribimus, quamvis omne, quod non eſt album, nigrum eſt. Et Archon Athenis Eponymus, & novem archontum optimus, a quo tempora numerantur.* Quin etiam Minerva Ἐπώνυμος culta ab Athenienſibus. Vlpianus in Orat. contra Midiam. Τοὺς θεοὺς τούτους, οὓς τῶν ἄλλων ἐξοχωτάτους ὀμνύουσι. Ἥ τε Ἀπόλλω, λέγοντες ἥλιον, τὴν δὲ Ἀθηνᾶν, σελήνην. τὸν δὲ Δία, τὸν συνέχοντα τὸ πᾶν. εἰσὶ δὲ καὶ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις μάλιστα ἔτοι τιμώμενοι. ὁ μὲν, Πατρῷος. ἡ δὲ, Ἐπώνυμος, ὁ δὲ, Πολιοῦχος. *Per hos deos, per quos prae aliis excellentiſſimos iurant: Apollinem, dicentes ſolem; Minervam autem, lunam; Iovem autem, continentem omne. Sunt autem quoque apud Athenienſes potiſſimum hi honorati: Hic quidem Patrius; Haec vero, Eponymos; Hic autem, Cuſtos urbis.* Dion Chryſoſtomus Orat. LXIV. Ἀρχαῖον ἦν γένος τῶν αὐτοχθόνων καὶ πρώτων Ἀθηναίων. μητέρα μὲν τὴν γῆν αὐχοῦνται, τροφὸν δὲ καὶ Δήμητρα, ἐπώνυμον δὲ καὶ σύμμαχον καὶ Ἀθηνᾶν. *Antiquum quidem genus terra natorum & primorum Athenienſium. Matrem quidem terram gloriantur, nutricem autem Cererem, Eponymon vero & auxiliatricem Minervam.* Habes apud Oratores Graecos non ſemel (a).

CAP. VI.

Iupiter & Apollo Πατρῷοι *cur Athenienſibus, & quando coli coepti. Creuſa, Erechthei filia, Xuthi uxor, Ionis mater. Ariſtophanis Scholiaſtes reſtitutus.*

IVpiter & Apollo Πατρῷος, Athenienſibus privatim culti. Res ſatis nota; ſed non origo; quam obſervo bifariam relatam apud Scholiaſten Ariſtophanis ad Nubes. Ecce enim. Πατρῷος Ζεὺς μὲν, μετὰ τὴν ἐν Ἀρκαδίᾳ, ἢ ὡς ἕτεροι, μετὰ τὴν ἐν Κρήτῃ ἀνατροφὴν, ὅτε πρῶτον ταῖς Ἀθήναις ἐπέστη, καὶ ἐφάνη τοῖς πατεράσιν αὐτῶν. οἵ τινες ταύτῃ τῇ προσηγορίᾳ τετιμήκασιν αὐτόν· Ἀπόλλων δὲ, ὅτι Ἐρεχθέως θυγατέρα ἔγημε τὴν Κρέουσαν, ἐξ ἧς γίνεται ὁ Ἴων. *Patrius Iupiter quidem, poſt illam in Arcadia, aut ut alii, poſt educationem in Creta, quum primum Athenas advenit, & adparuit patribus illorum. Hi adpellatione iſta honoraverunt eum. Apollo vero, quod Erechthei filiam duxit Creuſam, ex qua naſcitur Ion.* Et mox ibidem. Τιμᾶται παρ' Ἀθηναίοις Ζεὺς Πατρῷος, καὶ Ἀπόλλων, διὰ τὸ πρώτους ὑποδέξασθαι τὸν Θεὸν εἰς τὴν χώραν, καὶ θυσίας συντελέσαι κατὰ φρήτρας καὶ δήμους καὶ συγγενείας μόνους Ἑλλήνων. *Colitur apud Athenienſes Iupiter Patrius, & Apollo, quia primi Deum utrumque exceperant in eam regionem, & ſacrificia perfecerunt ſecundum tribus & populos & cognationes ſoli Graecorum.* Haec non alibi temere occurrunt. Sed in prioribus illis verbis iſtud

(a) Adi *Archontes Athenienſ. Lib. I.*

A mirum, quod Apollinem duxiſſe dicat Erechthei filiam Creuſam, & ex ea Ionem ſubſtuliſſe. Atqui Veteres omnes teſtantur Creuſam hanc, Erechthei liam, Xutho nupſiſſe, eique Ionem peperiſſe. Vnum tibi e multis dabo Apollodorum; is lib. III. ita narrat. Γήμας δὲ Ἐρεχθεὺς Πραξιθέαν τὴν Φρασίμου, καὶ Διογενείας τῆς Κεφισοῦ, ἔσχε παῖδας Κέκροπα, Πάνδωρον, Μητίωνα· θυγατέρας δὲ, Πρόκριν, Κρέουσαν, Χθονίαν, Ὠρείθυιαν, ἣν ἥρπασε Βορέας. Χθονίαν μὲν οὖν ἔγημε Βούτης, Κρέουσαν δὲ Ξοῦθος, Πρόκριν δὲ Κέφαλος ὁ Δηϊονέως. *Duxit autem Erechtheus Praxitheam filiam Phraſimi, & Diogeniae Cephiſi filiae, habuit filios Cecropem, Pandoram, Metionem: filias vero, Procrin, Creuſam, Chthoniam, Orithyiam, quam rapuit Boreas. Chthoniam quidem igitur duxit Butes, Creuſam vero Xuthus, Procrin autem Cephalus Deionei.* Ego puto corruptum pariter mutilumque Scholiaſtae locum, atque ita omnino reſtituendum. Ἀπόλλων δὲ, ὅθεν Ξοῦθος Ἐρεχθέως θυγατέρα ἔγημε. τ. κ. *Apollo autem, quum Xuthus Erechthei filiam duxit C.*

CAP. VII.

Hermae Hipparchi. Heſychii locus emendatus.

AThenis Hermae erant Ἱπποάρχειοι dicti, quia Hipparchus Piſiſtrati filius ſtatuiſſet. Harpocration. Ἐκαλοῦντό τινες καὶ Ἱππάρχειοι Ἑρμαὶ ἀπὸ Ἱππάρχου τοῦ Πεισιστράτου. *Vocabantur quidam Hipparchii etiam Hermae ab Hipparcho Piſiſtrati filio.* Elegans etiam de his locus eſt apud Heſychium, ſed leviter corruptus. Ἱππάρχειοι Ἑρμαὶ, ἃς ἀνέστησεν Ἵππαρχος στήλας, ἐγγράψας εἰς αὐτὰς ἐλεγεῖα, ἐξ ὧν ἔμελλον βελτίους εἶναι οἱ ἀναγινώσκοντες. *Hipparchii Hermae, quas ſtatuit Hipparchus columnas, quum ſcripſiſſet in illis elegeia, ex quibus futuri erant meliores illi qui legerent.* Reſcribo, Ἐγγράψας εἰς αὐτὰς, *quum inſcripſiſſet in illis.* Nam quod Mauſſacus eruditiſſimus tentabat, Στήλας ε. γράψας εἰς αὐτὰς ε. *Pilas quinque, quum ſcripſiſſet in illis e.* Ignoſcet mihi, quod probare non poſſim ingenioſam quidem coniecturam; ſed veritate deſtitutam. Hipparchus enim ille non quinque tantum Hermas poſuit, verum multo plures: nam in ſingulis Vrbis triviis, & unoquoque etiam populo collocavit. Plato de eo in Dialogo cognomine. Ἔστησεν αὐτοῖς Ἑρμᾶς κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐν μέσῳ τῇ ἄστεος, καὶ τῶν δήμων ἑκάστων. κἄπειτα ὑπὸ σοφίας τῆς αὐτοῦ, ἣν τε ἔμαθε, καὶ ἣν αὐτὸς ἐξεῦρεν, ἐκλεξάμενος, ἃ ἡγεῖτο σοφώτατα εἶναι, ταῦτα αὐτὸς ἐνθέναι εἰς ἔλεγεῖον, αὐτοῦ ποιήματα καὶ ἐπιδείγματα τῆς σοφίας ἐπέγραψεν. *Statuit illis Hermas per vias in medio urbis, & ſingulorum populorum. Et poſtquam per ſapientiam ſuam, tum quam didicit, tum quam ipſe adinvenit, eligens, quae putabat ſapientiſſima eſſe, haec ipſe extendens in elegiacum, ſua poemata & documenta ſapientiae adſcripſit.* Quae verba unice hunc Heſychii locum illuſtrant (b).

(b) Conſule *Athenas Atticas*, & *Piſiſtratum Tom. I.*

Digitized by Google

CAP. VIII.

Erythra an a Neleo, Codri filio condita. Harpocration emendatus. Cnopus, Codri filius nothus. Pausanias restitutus. Κνωπόπολις.

ERythram urbem a Neleo conditam ex Hellanico refert Harpocration. Ἐρυθρὰ, μία τῶν ὑπὸ Νηλέως τῦ Κέδρυ κτισθεισῶν, ὡς φησιν Ἑλλάνικος ἐν Ἀτθίσιν· *Erythra, una ab Neleo Cedri filio conditarum, ut dicit Hellanicus in Atthisin.* Sed corruptus leviter locus, emendandumque, Γ'ὼὸ Νηλέως τῦ Κόδρυ, *Ab Neleo Codri filio.* Nam Nelei pater Codrus erat, ut notum ex Historiis. Verum de Erythrae conditore dissentiunt Auctores alii. Velleius lib. 1. *Iones, duce Ione, profecti Athenis, nobilissimam partem regionis maritimae occupavere, quae hodieque adpellatur Ionia; urbesque constituere, Ephesum, Miletum, Colophona, Prienen, Lebedum, Myuntem, Erythram, Clazomenas, Phocaeam.* Pausanias in Achaicis conditorem tradit Erythrum, Rhadamanti filium; qui urbi a se nomen dederit: ac postea Cleopum, Codri filium, collecta Ionum multitudine urbem habitatoribus frequentiorem effeciisse. Ἐρυθραῖοι ἦ, inquit, τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἀφικέσθαι σὺν Ἐρύθρῳ τῷ Ῥαδαμάντυος φασιν ἐκ Κρήτης, καὶ οἰκῆσαι τῇ πόλει ὀνομασθῆναι τὸν Ἐρυθρον. ἐχόντων ἦ αὐτὴν ὁμοῦ τοῖς Κρησὶ Λυκίων καὶ Καρῶν τε καὶ Παμφύλων, Κλέοπος ὁ Κόδρυ συλλέξας ἐξ ἁπασῶν τῶν ἐν Ἰωνίᾳ πόλεων ὅσας δὲ παρὰ ἑκάστων, ἐπισήγαγεν Ἐρυθραίοις συνοίκους (a). *Erythrei autem a principio quidem perveniisse cum Erythro Rhadamanthi filio dicunt ex Creta, & conditorem urbis fuisse Erythrum. Quum vero illam tenerent simul cum Cretensibus Lycii, & Cares, & Pamphylii, Cleopus Codri filius colligens ex omnibus in Ionia urbibus, quotcumque poterat per singulas, introduxit Erythraeis contubernales.* Sed non recte locus habet, legendumque, Κνῶπος ὁ Κόδρυ, *Cnopus Codri filius.* Erat autem Cnopus hic nothus Codri. Strabo initio lib. XIV. Ἐρυθρὰς ἦ Κνῶπος, (κτίζει.) καὶ ἔστιν υἱὸς Κόδρου νόθος. *Erythras autem Cnopus (condit) & ille filius Codri nothus.* Polyaenus lib. VIII. Τῆς ἦ Ἰωνικῆς ἀποικίας ἐς τὴν Ἀσίαν ἀφικομένης, τοῖς Ἐρυθρὰς κατέχουσιν ἐπολέμει Κνῶπος τῦ Κοδριδῶν γένους. *Quum vero Ionica colonia in Asiam perveniisset, cum Erythras tenentibus bellabat Cnopus Codridarum generis.* Et postea. Χρυσάμη ταῦτα ἰδοῦσα, τὸν Κνῶπον ἐκέλευσε θᾶττον τάχους ὁπλίσαι τὴν στρατιὰν, καὶ τοῖς πολεμίοις ἐπάγων, ἀμύνασθαι μὴ δυναμένοις. οὕτω ἦ Κνῶπος ἀνελὼν ἅπαντας, ἐκράτησε τῆς Ἐρυθραίων πόλεως. *Chrysame his visis, Cnopum iussit cito armare exercitum, & in hostem ducere, non valentem se defendere. Ita autem Cnopus interficiens omnes, potitus est Erythraeorum urbis.* Huc pertinet, quod etiam Κνωπόπολις, *Cnopi urbs*, dicta ab hoc ipso Cnopo; ut memorat Stephanus. Ἐρυθρὰ, πόλις Ἰώνων. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· ἐκαλεῖτο ἦ Κνωπόπολις, ἀπὸ Κνώπυ. *Erythra, urbs Ionum; Hecataeus Asiae. Vocabatur autem Cnopi urbs ab Cnopo.* Meminit Cnopi non semel etiam Athenaeus lib. VI. (b)

(a) Multa his interiecta a *Meursio* praetermissa sunt.
(b) Vide *Reges Atheniens. Tom. I.*

CAP. IX.

Εὐανδρία. *Suidas emendatus, & Andocides.*

INter certamina Panathenaeis peragi solita Εὐανδρία erat. Suidas hac de re corruptus. Εὐανδρία. Δέναρχος ἀγὼν ἦγετο. *Evandria. Dinarchus certamen agebatur.* Interpungo, & emendo. Εὐανδρία· Δέναρχος· Εὐανδρίας ἀγὼν ἦγετο. *Evandria. Dinarchus. Virilitatis certamen agebatur.* Harpocration. Παναθηναίοις Εὐανδρίας ἀγὼν ἦγετο. Ἀνδοκίδης ἦ ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδυ, καὶ Φιλόχορος. *Panathenaeis Virilitatis certamen agebatur. Andocides vero in oratione in Alcibiadem, & Philochorus.* Suidas laudat in ea re Dinarchum, sed incerto loco. Meminerat autem eius certaminis Rhetor ille in Oratione Κατ' Ἀγασικλέους. Harpocration. Εὐανδρία, Δέναρχος ἐν τῷ κατ' Ἀγασικλέους. *Evandria, Dinarchus in oratione contra Agasiclem.* Sed in prioribus istis verbis Andocidem quoque in Oratione contra Alcibiadem meminisse refert Harpocration. Atqui is locus, quem designat, exstat Oratione extrema, sed corruptis verbis. Καί τοι τυγχάνω νενικηκὼς ἐν ἀνδρίᾳ, καὶ λαμπάδι, καὶ τραγῳδοῖς, ἃ τύπτων τὺς ἀντιχορηγῦντας, ὥσθ' αἰσχυνόμενος ἐὰ τῶν νόμων ἔλαττον δύναμαι. *Verum tamen sum victor in virtute, & lampade, & tragoedis, non verberans alterius choragi homines, nec erubescens si legibus minus valeam.* Rescribendum censeo, νενικηκὼς εὐανδρίᾳ, καὶ λαμπάδι, *victor evandria (virilitate) & lampade.* Apud Thesprotos eo nomine barathrum adpellabatur. Hesychius. Εὐανδρίας ἀγών. βάραθρον οὕτως ἐκαλεῖτο ἐν τῇ Θεσπρωτίᾳ. *Evandriae certamen. barathrum ita vocabatur in Thesprotia* (c).

(c) Consule *Panathenaea.*

CAP. X.

Euneus, Eunidae citharoedi, & quis eorum usus. Pollux, Harpocration, & Suidas, correcti. Cratini Εὐνεΐδαι. *Photius emendatus; Item Philostratus, & Interpres Statii. Apollodori recta lectio vindicata. Euneus Graecis Troiam obsidentibus vinum mittit, & aes ferrumque recipit.*

IAsonis & Hypsipyles filius fuit Euneus, ab eoque denominati Athenis Eunidae citharoedi. Etymologici Auctor. Εὐνεῖδαι, γένος, Ἀθήνησι μουσικὸν, ἀπὸ Εὐνέως τῦ Ἰάσονος καὶ Ὑψιπύλης. γράφεται ἦ διὰ τῆς ει διφθόγγυ, ὡς ἀπὸ τῶν εἰς ευς. *Eunidae, genus Athenis musicum ab Euneo Iasonis & Hypsipyles filio. scribitur autem per ei diphthongum, sicut illa, quae ab vocibus in eus (desinentibus deri-*

rivantur.) Hesychius. Εὐνᾶδαι, γένος ἀπὸ Εὐνήου κεκλημένου τοῦ Ἰάσονος υἱοῦ, οἷον γένος ἀρχηγῶν, καὶ κιθαριστῶν. ἐνταῦθα γὰρ ᾤκησαν οἱ ἀπόγονοι αὐτοῦ, οἱ δὲ γένος τι Ἀθήνησι κιθαριστῶν. *Eunidae, genus ab Euneo nominatum Iasonis filio, quale genus saltatorum, & citharistarum. Illic enim habitaverunt posteri eius. Alii vero genus quoddam Athenis citharistarum.* Varie autem hoc nomen scribebatur; neque enim Εὐνεὺς tantum, sed etiam Εὔνηος, & Εὔνεως. Eustathius ad Iliad. ψ'. Ἰστέον δέ, ὡς οὐ μόνον Εὔνηος τὸ κύριον, ἀλλὰ καὶ Εὔνεως· ὅθεν Εὐνᾶδαι, γένος μυστικὸν, ἀπὸ Εὐνέως δηλαδή φασι, τοῦ Ἰάσονος. *Sciendum autem, sicut non solum Euneus proprium, sed etiam Eunoes; unde Eunidae, genus musicum, ab Euneo videlicet dicunt, Iasonis filio.* Emendandus Pollux lib. VIII. cap. IX. Κῆρυξ, ὁ μέν τις τῶν μυστικῶν, ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ καὶ Πανδρόσου τῆς Κέκροπος· ὁ δὲ, περὶ τοὺς ἀγῶνας. οἱ δὲ περὶ τὰς πομπὰς, ἐκ τῶν Εὐνειδῶν γένους. *Praeco, alius quidem mysticorum aliquis, ab Ceryce Mercurii, & Pandrosi Cecropis filiae filio; alius autem, circa certamina: hi autem circa pompas, ex Eunidarum genere.* Mendosum est, quod hodie editur, ἐκ τῶν Εὐοινεάδων γένους. *Ex Evoenidarum genere* (a). Et observa, usum illorum in pompis fuisse. Harpocration. Γένος ἐστὶ παρ' Ἀθηναίοις οὕτως ὠνομαζόμενον Εὐνᾶδαι. ἦσαν δὲ κιθαρῳδοὶ, πρὸς τὰς ἱερουργίας ἔχοντες ἢ χρείαν. *Genus est apud Athenienses ita vocatum Eunidae. Erant autem citharoedi, ad sacrificia habentes suum usum.* Male illic scribitur, Εὐνίδαι, & ἱεραρχίας, *sacra imperia*. Rectius Suidas, nisi quod illic quoque, Εὐνίδαι. Sed & Cratini Comoedia quaedam inscripta Εὐνίδαι citaturque ab Athenaeo lib. XV. ut recte ibidem emendandum censet, vir praestantissimus, Isaacus Casaubonus. Ego apud Photium quoque restituo in Excerptis Ptolemaei Hephaestionis lib. V. Τὰς δὲ Κολυμβᾶσας Ἀλκμᾶνος πρὸς τῇ κεφαλῇ Τιτωνύχου τοῦ Χαλκιδέως φασὶν εὑρηθῆναι. τὰς δὲ Ὑβρεστοδίκας Εὐπολιδος, πρὸς τῇ Ἐφιάλτου, τὰς δὲ Εὐνείδας Κρατίνου. πρὸς τῇ Ἀλεξάνδρου τοῦ Βασιλέως Μακεδόνων. *Colymbosas vero Alcmanis iuxta caput Titonychi Chalcidensis dicunt inventas esse: Hybristodicas autem Eupolidis iuxta Ephialtae: Euneidas autem Cratini, iuxta Alexandri regis Macedonum.* Editur minus recte, Τὰς γὲ Εὐνίδας Κρατίνου, *Eunidas autem Cratini*. Eunci vero, a quo Eunidae hi nominati, meminit etiam Apollodorus lib. I. Ὑψιπύλη δὲ Ἰάσονι συνευνάζεται, καὶ γεννᾷ παῖδας, Εὔνηον καὶ Νεβροφόνον. *Hypsypile vero cum Iasone concumbit, & parit filios, Euneum, & Naebrophonum*. Ita recte editur in editione Romana; male vero in Commeliniana, Εὔλωον Homerus Iliad. ψ'.

Πατρόκλῳ ἥρωι Ἰησονίδης Εὔνηος.
Patroclo heroi Iasonides Euneus.

Emendandus Philostratus Ἡρωϊκοῖς in Philoctete. Οὓς δὲ ἐτρίβοντο οἱ Ἀχαιοὶ χρόνον ἐν τῷ Ἰλίῳ, τοῦτον ὁ Φιλοκτήτης Εὐνήῳ τῷ Ἰάσονος συνεξήρει τὰς μικρὰς τῶν νήσων, Κᾶρας ἐξελαύνων, ὑφ' ὧν κατέχοντο. *Quod vero tempus Achivi* A *terebant in Ilio, hoc Philoctetes cum Euneo Iasonis filio depopulatus est parvas insulas, Cares expellens, a quibus tenebantur.* Hodie scribitur. Εὐναίῳ τῷ Ἰάσονος, *Eunaeo Iasonis filio*. Item Placidus Lactantius ad Statii Theb. lib. V. *Hypsipyle ex Iasone duos filios procreavit, Euneum & Thoantem.* Perperam editur, *Oeneum & Thoantem*. Atque hic Euneus vinum Graecis submisisse fertur, dum Troiam obsiderent. Theodoretus meminit De Curat. Graec. Adfect. lib. II. B Ἰάσονος δέ ἐστιν υἱὸς ὁ Εὔνηος, ὁ τὸν οἶνον ἐκ Τροίαν πέμπων τοῖς Ἀχαιοῖς. *Iasonis vero est filius Euneus, vinum in Troiam mittens Achivis*. Ac pro illo aes ac ferrum Graeci remiserunt. Aristides testatur Orat. Plat. II. Εἰ μὴ καὶ ὁ Εὔνεως προῖκα τὸν οἶνον ἔπεμπε τοῖς Ἀχαιοῖς, ὅτι οὐκ ἀργύριον αὐτῷ διέλυον. ἀλλ' οἱ μὲν χαλκὸν, ἄλλοι δ' αἴθωνα σίδηρον. *Nisi etiam Euneus gratis vinum mittebat Achivis, quod argentum illi non persolvebant. Sed alii quidem aes, alii autem splendidum ferrum.* C Meminit etiam Eunei cuiusdam Atheniensis Plutarchus Theseo.

CAP. XI.

Lycurgi Rhetoris de AEschylo, Sophocle, & Euripide honorando lex. Philini ea de re Oratio. Harpocrationis locus restitutus, item Pausaniae.

D LOcus Harpocrationis est in Θεωρικὰ, huius ista verba. Φιλῖνος δὲ ἐν τῇ πρὸς Σοφοκλέους καὶ Εὐριπίδου εἰκόνος περὶ Εὐβούλου λέγων φησίν. *Philinus autem in oratione contra Sophoclis & Euripidis imaginem de Eubulo dicens ait.* Ita habet Lutetiana Mausiaci editio. In Aldina utraque erat, Ἐν τῇ περὶ Σοφοκλέους, *In oratione de Sophocle*. Puto excidisse nomen AEschyli, ac rescribendum, Ἐν τῇ πρὸς Αἰσχύλου, καὶ Σοφοκλέους, καὶ Εὐριπίδου εἰκόνας. *In oratione ad AEschyli, & Sophoclis, & Euripidis imagines*. Vt emendationem hanc meam firmem, res scienda est. E Lycurgus Orator legem tulit, ut AEschylo, Sophocli, & Euripidi, statuae aeneae ponerentur: item ut Tragoediae eorum exscriptae publice adservarentur, ac deinceps non ab histrione, ut antea, recitarentur, sed a scriba civitatis. Plutarchus commemorat in eius Vita lib. de X. Rhet. Τὸν γ', (νόμον εἰσήνεγκε) ὡς χαλκᾶς εἰκόνας ἀναθεῖναι τῶν ποιητῶν, Αἰσχύλου, Σοφοκλέους, Εὐριπίδου· καὶ τὰς τραγῳδίας αὐτῶν ἐν κοινῷ γραψαμένας φυλάττειν, καὶ τὸν τῆς πόλεως γραμματέα παραγινώσκειν τοῖς ὑποκρινομένοις. οὐκ ἐξεῖναι γὰρ αὐτὰς ὑποκρίνεσθαι. *Hanc autem (legem intulit) ut aeneae statuae ponerentur poetarum, AEschyli, Sophoclis, Euripidis: & tragoedias illorum in publico scriptas servarent, & urbis scribam recitare hypocritis. Non licere enim illas agi per histrionem.* Quod in Harpocratione dixi, idem in Pausaniae Atticis faciendum arbitror isto loco. Εἰσὶ δὲ Ἀθηναίοις εἰκόνες ἐν τῷ θεάτρῳ, καὶ τραγῳδίας καὶ κωμῳδίας ποιητῶν αἱ πολλαὶ τῶν ἀφανεστέρων. ὅτι μὴ γὰρ Μενάνδρου, οὐδὲν ἦν ποιητοῦ κωμῳδίας τῶν ἐς δόξαν ἡκόντων. τραγῳδίας δὲ

(a) Hanc correctionem MSS. Codices, & omnes viri docti confirmant.

Digitized by Google

κεῖνται τῶν φανερῶν Εὐριπίδης, καὶ Σοφοκλῆς. *Sunt autem Athenienſibus imagines in theatro, & tragoediae & comoediae poetarum multae obſcuriorum. Quippe niſi aliquando Menander, nullus erat poeta comoediae qui ad gloriam venerunt. Tragoediae vero poſitae ſunt ex illuſtribus Euripides & Sophocles.* Puto ſimiliter excidiſſe nomen AEſchyli, ac reſcribendum, τ. φανερῶν Αἰσχύλος, Εὐριπίδης, καὶ Σ. *illuſtrium AEſchylus, Euripides, & S.* Arguunt ſatis vel ſequentia, in quibus iudicium ſuum expromit de eius ſtatua. Τὴν δὲ εἰκόνα τοῦ Αἰσχύλου πολλῷ τε ὕστερον τῆς τελευτῆς δοκῶ ποιηθῆναι καὶ τῆς γραφῆς, ἣ τὸ ἔργον ἔχει δ' ἐν Μαραθῶνι. *Statuam autem AEſchyli puto factam multo poſt mortem, & picturam, quae habet opus peractum Marathone.* Atque hanc in rem Oratio iſta Philini fuerit.

CAP. XII.

Pecunia in theatro data pro loco ſpectandorum ludorum. Quantum illud, quod dabatur, fuerit; & cui dederint. Pollucis obſcuriſſimus locus illuſtratus.

PRo loco ſpectandis ludis capiendo drachmam primitus ſolvebant. Suidas. Ἔδοξε τῷ δήμῳ μηκέτι προῖκα θεωρεῖν. ἐκμισθῶν ὃ ταῖς θέαις τὰς τόπους. περιόντων δὲ τῶν πενήτων, διὰ τὸ ῥᾳδίως τοῖς πλουσίοις πλέον τιμᾶς τοῦτο γίνεσθαι, ἐψηφίσαντο ἐπὶ δραχμῇ καὶ μόνον εἶναι τὸ τίμημα, θεωρικὸν αὐτῇ θέντες ὄνομα. *Viſum fuit populo non amplius gratis ſpectare, ſed elocare in ſpectaculis loca. Quum autem ſuperarentur pauperes, quia facile a divitibus maiore pretio iſtud fieret, decreverunt drachma & ſolum eſſe pretium, theoricum (ſpectatorium) illi ponentes nomen.* Philochorus lib. III. Ἀτθίδι apud Harpocrationem. Τὸ δὲ θεωρικὸν ἦν τὸ πρῶτον νομισθὲν δραχμὴ τῆς θέας, ὅθεν καὶ τοὔνομα ἔλαβε. *Theoricum autem erat primo decretum drachma ſpectaculi, unde etiam nomen accepit.* Mox minutum illud pretium, & ad tertiam eius partem, id eſt, obolos duos reductum; quos pauperes, ne excludi per egeſtatem viderentur, e publico aerario capiebant. Accipio ex Libanio in Argumento Olynth. I. Καὶ ἕκαστον ἔδει διδόναι δύο ὀβολοὺς, καὶ καταβαλόντα, θέας ἔχειν. Ἵνα δὲ μὴ δοκῶσιν οἱ πένητες τῷ ἀναλώματι λυπεῖσθαι, ἐκ τοῦ δημοσίου λαμβάνειν ἕκαστον ἐτάχθη τοὺς δύο ὀβολούς. *Et unumquemque oportebat dare duos obolos, & quum pependiſſet, ſpectaculum habere; ne vero viderentur pauperes ſumtu triſtari, ex publico accipere quemque ſtatutum eſt duos obolos.* Et Suidas alibi. Τὸ παλαιὸν ὄχλου γιγνομένου ἐν τοῖς θεάτροις, καὶ τῶν ξένων τὰς θέας προκαταλαμβανόντων, διεδίδοτο τοῖς πολίταις τὸ θεωρικὸν, ὅπερ ἦν δύο ὀβολοί. *Antiquitus turba facta in theatris, & peregrinis ſpectacula occupantibus, diviſum fuit civibus theoricum, id quod erat duo oboli.* Vlpianus ad Olynth. I. hoc etiam addit; alterum tantum ex his dediſſe, alterum vero cibo emendo ſibi ſervaſſe. Χρήματα ἔχοντες στρατιωτικὰ οἱ Ἀθηναῖοι, ἀναγκαῖα αὐτὰ ποιήσασι θεωρικά. ὥστε λαμβάνειν ἐν τῷ θεωρεῖν ἕκαστον τῶν ἐν τῇ πόλει δύο ὀβολοὺς, ἵνα μὲν τῶν ἕνα καθάπαξ εἰς ἰδίαν τροφὴν, τὸν δὲ ἄλλον, παρέχειν ἔχωσι τῷ ἀρχιτέκτονι τοῦ θεάτρου. *Pecunias habentes militares Athenienſes, nuper illas fecerunt ſpectatorias; ut acciperent ad ſpectandum ſinguli eorum, qui in urbe erant, duos obolos, ut quidem unum retinerent ad proprium victum; alterum vero, praebere poſſent architecto theatri.* Vbi hoc quoque obiter obſerva, ſolvi τὰ θεωρικὰ conſueviſſe theatri architecto. Apud Pollucem haec intricata lib. VIII. cap. IX. ſect. XXXII. Θεωρικὰ δὲ χρήματα εἰς τὰς ἑορτὰς, καὶ θεῶν τιμὰς, τῷ πλήθει νεμόμενα. καὶ τὸ διδόμενον ἐκαλεῖτο θεωρικὸν, ὥσπερ καὶ τὸ ἐκκλησιαστικὸν, καὶ τὸ δικαστικὸν, ὅπερ καὶ τριώβολον, καὶ δυώβολον, καὶ ὀβολός. *Theoricae vero pecuniae in feſta, & deorum honores, plebi diſtributae: & quod dabatur, vocabatur theoricum; ſicut etiam eccleſiaſticum, & iudiciale, quod etiam triobolus, & duo oboli, & obolus.* Nam τὸ δικαστικὸν, erat triobolus, ut infra dicemus; τὸ θεωρικὸν, duobolus; ut adparet ex iis quae diximus: τὸ ἐκκλησιαστικὸν, obolus unicus, ut ſupra oſtendimus, quum de Agyrrhio ageremus. Obſcuriſſimus certe ille Pollucis locus, atque ita omnino illuſtrandus.

CAP. XIII.

Rerum fiſco addictarum decima Minervae ſacra. Ἐπιδέκατον. Ἐπιπέμπτον. *Calumniatorum poena.* Ἐπωβελία. *Ariſtophanes illuſtratus. Suidas, & Heſychius, emendati.*

BOnorum, quae fiſco addixiſſent, decimam Minervae conſecrabant; eaque Ἐπιδέκατον dicebatur. Verba legis exſtant apud Andocidem in Orat. Περὶ τῶν μυστηρίων. Καὶ τὰ χρήματα δημόσια ἔστω, καὶ τῆς θεοῦ τὸ ἐπιδέκατον. *Et pecuniae eius publicae ſunto, & deae ad decimum.* Xenophon Hiſt. Graec. lib. I. Ἂν δὲ δόξωσιν ἀδικεῖν, θανάτῳ ζημιῶσαι, καὶ τοῖς ἕνδεκα παραδῶναι, καὶ τὰ χρήματα δημοσιεῦσαι· τὸ δ' ἐπιδέκατον τῆς θεοῦ εἶναι. *Si vero videantur iniuria adficere, morte multare, & undecim tradi, & pecunias publicari: ad decimum vero deae eſſe.* Et mox iterum. Τὰ χρήματα αὐτοῦ (κελεύει) δημευθῆναι, καὶ τῆς θεοῦ τὸ ἐπιδέκατον εἶναι. *Pecunias autem eius (iubet) publicari, & deae ad decimum eſſe.* Plutarchus in Vita Antiphontis Rhetoris in Decreto. Ἐτιμήθη τοῖς ἕνδεκα παραδοθῆναι, καὶ τὰ χρήματα δημόσια εἶναι, καὶ τῆς θεοῦ τὸ ἐπιδέκατον. *Damnatus eſt undecim tradi, & pecunias publicas eſſe, & deae ad decimum.* Harpocration ſimpliciter tantum explicat. Ἐπιδέκατον, τὸ δέκατον. *Epidecaton, decima pars, ad decimum.* Vt autem Ἐπιδέκατον pro Δέκατον, ita quoque Ἐπίπεμπτον pro Πέμπτον dicebant. Harpocration ibidem. Καὶ ἐπίπεμπτον εἰώθασι λέγειν τὸ πέμπτον. *Et Epipemptum ſolebant dicere quintam partem.* Et alibi. Ἐπίπεμπτον. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Κριτόδημον, καὶ Πλάτων, ἀντὶ τοῦ ἀπλοῦ τοῦ πέμπτου. *Epipemptum. Lyſias in oratione contra Critodemum, & Pla-*

Digitized by Google

& Plato, pro ſimplici quinta parte. Ariſtophanes Δειταλεῦσι, apud eumdem.

Εἰ μὴ μεταλάβῃ τὠπίτεμπλον κλαέτω.

Niſi accipiat quintam partem vapulato.

Qui Ariſtophanis locus interpretandus ex lege Athenienſium tali. In accuſatione qui vel quintam ſaltem ſuffragiorum partem non habuiſſet, infamia notabatur. Id indicat hic verſus Comici, quem ſine dubio reſpexit Etymologici Auctor, quum ſcribit. Τὠπίτεμπλον. οἱ γὰρ μὴ καταλαβόντες τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, ἄτιμοι ἦσαν. οὕτως Ἀριστοφάνης. *Quinta pars: qui enim non accipiebant quintam partem ſuffragiorum inbonorati erant. ita Ariſtophanes.* Andocides in Orat. Περὶ τῶν μυς. Ἐὰν γὰρ μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, καὶ ἀτιμωθῇ, ὁ ἐνδείξας ἐμὲ ὁ Κηφίσιος οὑτοσὶ, οὐκ ἔξεσιν αὐτῷ εἰς τὸ ἱερὸν τοῖν θεοῖν εἰσιέναι. *Nam niſi accipiat quintam partem calculorum, & inbonoratus ſit, illi cui detulit me Cephiſius hic, non licet in templum deorum ingredi.* Poena autem varia erat, pro qualitate actionis. Interdum multabantur ſexta pecuniae parte, quae Ἐπωβελία dicebatur, quia in unamquamque drachmam obolum pendebant. Harpocration. Ἐπιτίμιόν ἐστιν ἡ ἐπωβελία τὸ ἕκτον μέρος τοῦ τιμήματος, ὃ ἐπράττοντο οἱ γραψάμενοί τινας, καὶ μὴ ἑλόντες, αὐτοῖς τοῖς γραφεῦσιν. ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως, ὅτι καθ' ἑκάστην δραχμὴν ὀβολὸς ἦν, ὅπερ ἕκτον ἐστὶν, ἐν ἓξ ὀβολοῖς τῆς δραχμῆς λογιζομένης. *Multa eſt epobelia ſexta pars multae, quam exigebantur illi, qui ſcripſerant aliquibus dicam, & non damnaſſent, illis ipſis qui accuſati erant. Vocabatur autem ita, quod ſecundum ſingulas drachmas obolus erat, qui ſexta eſt pars, in ſex obolis computata drachma.* Videndi Etymologici Auctor, & Suidas. Pollux lib. VIII. cap. VI ubi ἡ φάσις indicationem deſcribit. Ὁ δὲ μὴ καταλαβὼν τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, τὴν ἐπωβελίαν προσωφλίσκανε. ἦν δὲ ἕκτον τοῦ τιμήματος. *Qui vero non accipit quintam partem calculorum, epobeliam ultra debebat. Erat autem ſexta pars multae.* Rurſum ubi τὴν ἀντιγραφὴν *reſcriptum.* Καὶ ἡ παραγραφὴ ᾗ ἀντιγραφῇ ἔοικε, διὸ καὶ προεισέρχεται, ὁ δὲ ἀντιγραψάμενος, μὴ κρατήσας, τὴν ἐπωβελίαν προσωφλίσκανε. *Et exceptio autem reſcriptioni ſimilis videtur, quapropter etiam ante ingreditur. Qui vero reſcripſerat, non victor, epobeliam debebat.* Et lib. IX. capit. VI. Ἡ μέντοι δραχμὴ εἶχεν ὀβολοὺς ἕξ. ὅθεν καὶ ἐπωβελία, τὸ ἕκτον τοῦ τιμήματος. *Drachma quidem, habebat obolos ſex; unde etiam epobelia, ſexta pars multae.* Corrigendus vero Suidas ea voce. Ἀθηναῖοι ζημίαν ἔταξαν κατὰ συγκαλούντων ὀβολὸν ἐκτίνειν. εἰ μὴ, καθ' ὧν ἐνεκάλουν, τέτυς ἕλοιεν. *Athenienſes multam ſtatuebant contra convitiantes obolum exſolvere, niſi eos, quos inceſſebant, vincebant.* Male hodie editur, Ὀβολὸν ἐτείνειν, *Obolum porrigere.* Sed Heſychius hac in re multo corruptior. Ἐπωβελία, περιβόλιον τῆς δίκης· ἔστι δὲ τὸ ἀκόλουθον τὸ τῆ καταδίκης, τίμημά τι * ὅλημα ὡς Δίδυμος. τὸ ἕκτον μέρος τοῦ τιμήματος, οἱ δὲ τὸ δέκατον. *Epobelia, circumiectus iudicii. Eſt autem conſequens damnationis, multa aliqua * noxa ut Didymus; ſexta pars multae, alii vero decimam.* Reſtituo, & interpungo, Ἐπωβελία, παραβόλιον τῆς δίκης. ἔστι δὲ τὸ ἀκόλουθον τῷ τῆς καταδίκης τιμήματι ὅλημα, τὸ ἕκτον μ. τ. τ. *Epobelia, acceſſio iudicii. Eſt autem conſequens damnationis multa debitum, ſexta p. m.* Et obſerva in illis verbis interpretationis varietatem; atque eſſe, qui τὴν Ἐπωβελίαν non ſextam partem ſtatuant, ſed decimam. Inde eſt illud Euſtathii ad Odyſſ. ά. Καὶ Ἐπωβελία, τὸ ἐπιδέκατον, κατὰ τοὺς παλαιούς. *Et Epobelia decima pars apud Veteres.* In nonnullis actionibus mille drachmas ſolvere tenebantur. Pollux lib. VIII. capit. VI. Καί τοι γε ὁ Θεόφραστος τοὺς μὲν ἄλλας γραφὰς γραψαμένους, χιλίας τ' ὀφλισκάνειν, ἐὰν τοῦ πέμπτου τῶν ψήφων μὴ καταλάβωσιν ἢ προσατιμοῦσθαι. τοὺς δὲ εἰσαγγέλλοντας, μὴ ἀτιμοῦσθαι μὲν, ὀφλεῖν δὲ τὰς χιλίας· *Quamvis Theophraſtus alias quidem lites ſcribentes, & mille drachmis multari, niſi quintam partem calculorum accipiant, & inſuper infamia notari; citatores vero non quidem infamari, verum cogi ſolvere iſtas mille.* Idem obſervare eſt apud Plutarchum in AEſchine. Οὐ μεταλαβὼν δὲ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, ἔφυγε εἰς τὴν Ῥόδον, χιλίας δραχμὰς ὑπὲρ τῆς ἥττης ὑ βουληθεὶς καταθέσθαι. *Non accipiens autem quintam partem calculorum, fugit Rhodum, mille drachmas propter amiſſam litem nolens deponere.* Atque huc pertinent illa Demoſthenis Orat. in Midiam. Ὅσοι δ' ἂν γράφωνται γραφὰς ἰδίας καθ' τὸν νόμον, ἐάν τις μὴ ἐπεξέλθῃ, ἢ ἐπεξιὼς μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, χιλίας δραχμὰς τῷ δημοσίῳ. *Quicumque vero ſcribunt dicas privatas ſecundum legem, ſi quis non perſecutus fuerit actionem, aut perſequutus non accipiat quintam partem calculorum, ſolvat mille drachmas aerario.* Et Orat. in Theocrinem. Ἐὰν ἐπεξιών τις μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, χιλίας ἀποτίνειν· κἂν μὴ ἐπεξίῃ, ὦ Θεοκρίνη, χιλίας ἑτέρας. *Si perſequutus quis nos accipiat quintam partem calculorum, mille ſolvere: ſi etiam non perſequatur, o Theocrine, mille alias.* Anonymus in Argumento iſtius Orationis. Κατὰ τῶν ἑτέρωσέ ποι κὴ μὴ Ἀθήναζε σεσιτηγηκότων ἐμπόρων, ἢ ναυκλήρων Ἀθηναίων, φάσις ἦσαν δεδομέναι, νόμος δὲ ἦν, ἐάν τις τινὰ φήνα μὴ ἐπεξίῃ, ἢ ἐπεξιὼν μὴ λάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, χιλίας ἐκτίνειν τῷ δημοσίῳ. *Mercatores aut naviculares Athenienſes qui alio quopiam quam Athenas frumentum vexerant, licebat deferre. Lex autem erat, ſi quis aliquem detuliſſet nec perſequeretur, aut perſequutus non acciperet quintam partem calculorum, mille exſolvere aerario.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. XIV.

Theramenis caedes. Socratis auxilium. Plutarchi error indicatus. Isocratis Oratio Ἐπιτάφιος *in Mausolum. Aristoteles, & Suidas, emendati. De Theramene, Libanius; de Agnone, eius patre, Plutarchus restitutus.*

THeramenes propter fidele in Remp. ſtudium, accuſante Critia, a xxx. Tyrannis neci datus eſt. Fuſe rem narrat Xenophon Hiſt. Graec. lib. II. & Diodorus Siculus lib. XIV. cap. v. In ea re narratur Socrates philoſophus, quum ad aram proſiliret Theramenes, opem ei ferre voluiſſe. Diodorus loco citato. Σωκράτης ὁ φιλόσοφος, καὶ δύο τῶν οἰκέων προσδραμόντες ἐνεχείρουν κωλύειν τοὺς ὑπηρέτας. *Socrates autem philoſophus, & duo domeſticorum accurrentes conabantur prohibere miniſtros.* Et mox iterum. Οἱ δὲ περὶ τὸν Σωκράτη, τῶν μὲν ἄλλων οὐδένα βοηθὸν ἔχοντες, τὴν δὲ τῶν ὑπερεχόντων ἀνάσασιν ὁρῶντες αὐξανομένην ἡσυχίαν εἶχον. *Socrates autem, nullum alium quidem adiutorem habens, ſed potentum inſurrectionem videns auctam, quievit.* Idem adverſus eumdem Critiam feciſſe Socratem, quum Leontem Salaminium ad mortem per vim abduceret, teſtatur Diogenes Laertius in eius Vita lib. II. Ἦν δὲ καὶ ἰσχυρογνώμων, καὶ δημοκρατικὸς, ὡς δῆλον ἔκτε τῇ μὴ εἶξαι τοῖς περὶ Κριτίαν, κελεύουσι Λέοντα τὸν Σαλαμίνιον, πλούσιον ἄνδρα, ἀγαγεῖν πρὸς αὐτοὺς, ὥστε ἀπολέσθαι. *Erat autem ſententiae conſtantis & popularis, ut adparet & ex eo, quod non ceſſerit Critiae, iubenti Leontem Salaminium, divitem virum, ad ſe ducere, ut interficeretur.* Itaque errare Plutarchum arbitror, ſimilitudine nominis inductum, qui de Iſocrate prius illud tradat in eius Vita. Παῖς μὲν ὢν ἐπαιδεύετο εὐδενὸς ἧττον Ἀθηναίων, ἀκροώμενος Προδίκου τε τοῦ Κέω, καὶ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου, καὶ Τισίου τοῦ Συρακουσίου, καὶ Θηραμένους τοῦ ῥήτορος. ἔτι καὶ συλλαμβανομένου ὑπὸ τῶν τριάκοντα, καὶ φυγόντος ἐπὶ τὴν Βυλαίων Ἑστίαν, ἁπάντων καταπεπληγμένων, μόνος ἀνέσχη βοηθήσων. *Puer quidem inſtituebatur nullo minus Athenienſium, audiens Prodicumque Cium, & Gorgiam Leontinum, & Tiſiam Syracuſanum, & Theramenem rhetorem. Huic comprehendi iuſſo ab triginta tyrannis, & fugienti ad Veſtam Curialem, omnibus perculſis, ſolus ſubrexit ſuppetias laturus.* Sed corruptus in eius nomine Ariſtoteles Rhet. lib. I. cap. IX. Ὥσπερ γὰρ ὁ Σωκράτης ἔλεγεν, οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις λέγειν. *Sicut enim Socrates dixit, non difficile eſſe Athenienſes in Athenienſibus dicere.* Et ubi dixit hoc Socrates in Epitaphio. Ecce iterum poſtea lib. III. cap. XIV. Οὐ γὰρ λέγει Σωκράτης ἐν τῷ Ἐπιταφίῳ, ἀληθὲς, ὅτι οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους, ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινεῖν. ἀλλὰ ἐν Λακεδαιμονίοις. *Quod enim dicit Socrates in Epitaphio, verum, quod non difficile ſit Athenienſes in Athenienſibus laudare, ſed in Lacedaemoniis.* Vtrobique reſtituendum, Ἰσοκράτης, pro Σωκράτης. Intelligit vero Iſocratem iuniorem, Amiclae filium, maioris huius diſcipulum, & ſucceſſorem. Hic enim hortatu Artemiſiae Orationem Ἐπιτάφιον ſcripſit Mauſolo eius marito; eamque hic deſignat Ariſtoteles. Atque in ea contendit cum Theodecte, Naucrate, & Theopompo. Suidas in eius Vita. Οὗτος δὲ ὁ Ἰσοκράτης καὶ Θεοδέκτῃ τῷ ῥήτορι, καὶ τραγῳδοποιῷ, καὶ Θεοπόμπῳ τῷ Χίῳ, ἅμα τῷ Ἐρυθραίῳ Ναυκράτῃ, (ita ſcribo. non Ναυκρατίτῃ) διηγωνίσατο περὶ λόγων εἰς τὸν Ἐπιτάφιον Μαυσώλου. *Hic autem Iſocrates etiam cum Theodecte rhetore, & tragico, & Theopompo Chio, ſimul Erythraeo Naucrate, certavit de orationibus in funebrem laudationem Mauſoli.* Anonymus in Deſcript. Olymp. Θεοδέκτης Ἀριστάνδρου Φασηλίτης ἐκ Λυκίας, ῥήτωρ ἅμα καὶ τραγῳδοποιὸς, καὶ Ναυκράτης Ἐρυθραῖος, καὶ Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ, καὶ Θεόπομπος, εἶπον ἐπιτάφιον ἐπὶ Μαυσώλῳ, Ἀρτεμισίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ προτρεψαμένης. *Theodectes Ariſtandri filius Phaſelita ex Lycia, rhetor ſimul & tragicus. & Naucrates Erythraeus, & Iſocrates rhetor, & Theopompus, dixerunt funebrem ſermonem in Mauſolum, Artemiſia uxore eius provocante.* Vt vero ad Theramenem redeam, emendandus de eo Libanius Declam. XXIX. Ἔστιν ὃν εἰπεῖν, ὅτι μετέσχεν ἀνὴρ τῆς τῶν τετρακοσίων ὀλιγαρχίας, ἢ τῶν τριάκοντα παρανομίας. τὸν Πείσανδρον ἐπιμήσατο, μετὰ Ῥαμένους ἐξήτασαι. *Dicendum igitur eſt, participem fuiſſe eum virum quadringentorum Dominationis, aut ſequentium triginta iniquitatis. Piſandrum imitatus fuit; cum Ramene cenſus fuit.* Reſcribo, μετὰ Θηραμένους ἐξήτασαι. Pater autem Therameni huic Agnon fuit, ut ex Hiſtoria ſatis notum; nec monerem, niſi mendum apud Plutarchum viderem in Lyſandro, hactenus non animadverſum. En iſta verba. Ταύτῃ δὲ προσεδέξαντο τὴν σκυτάλην οἱ Ἀθηναῖοι, Θηραμένους τοῦ Ἄγνωνος συμβουλεύσαντος. *Hanc vero acceperunt ſcytalam Athenienſes, Theramene Anconis ſuaſore.* Omnino ſcribendum, Θηραμένους τοῦ Ἄγνωνος. Itaque deceptus eruditus Interpres non recte vertit, *Theramene Anconis auctore.* Debuiſſet, *Th. Agonis a.*

CAP. XV.

Θησεῖον, *idque duplex. Vnum intra Vrbem, alterum extra eam. Vtrumque ubi. In Vrbano carcer erat.* Θησεῖδτριψ. *Ariſtophanes explicatus. Feſtum Theſei, & in eo farinae pauperibus datae.*

AThenienſes mortuo Theſeo templum exſtruxerunt, quod Θησεῖον adpellatum. Diodorus Siculus lib. IV. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι μεταμεληθέντες τά τε ὀστᾶ μετήνεγκαν, καὶ τιμαῖς ἰσοθέοις ἐτίμησαν αὐτὸν, καὶ τέμενος ἄσυλον ἐποίησαν ἐν ταῖς Ἀθήναις τὸ προσαγορευόμενον ἀπ' αὐτοῦ Θησεῖον. *Athenienſes autem poenitentia ducti oſſa retulerunt, & honoribus divinis honoraverunt eum, & fanum inviolabile fecerunt Athenis nominatum ab eo Theſeum.* Meminit eius Plutarchus De Exſilio. Οὐχ ὁρῶμεν ὥσπερ τὴ Παρθενῶνα, καὶ τὸ Ἐλευσίνιον, οὕτω καὶ τὸ Θη-

Θησεῖον ἅπαντες προσκυνοῦσι. *Nonne videmus, ſicut Parthenona, & Eleuſinium, ita etiam Theſeium omnes adorare.* Apollonius Grammaticus in AEſchinem. Καὶ παῖδας ἔχοντα διδάσκειν γράμματα πρὸς τῷ Θησείῳ. *Et pueros habentem docere litteras ad Theſeium.* Obſervo autem duplex fuiſſe; unum intra Vrbem, alterum extra eam. Ecce prius diſerte nominat Thucydides lib. IV. Καί τινα μίαν νύκτα καὶ ἐκάθευδον ἐν Θησείῳ τῷ ἐν πόλει ἐν ὅπλοις. *Et quamdam unam noctem etiam dormierunt in Theſeio, quod in urbe in armis.* Alterum, quod extra Vrbem, deſignat Andocides in Orat. Περὶ μυστηρίων: videturque non procul a muro longo abfuiſſe. Ἀνακαλέσαντες δὲ τοὺς στρατηγοὺς, ἀνεῖπεν ἐκέλευσαν, Ἀθηναίων τοὺς μὲν ἐν ἄστει οἰκοῦντας, ἰέναι εἰς τὴν ἀγορὰν, τὰ ὅπλα λαβόντας· τοὺς δ' ἐν μακρῷ τείχει, εἰς γε Θησεῖον. *Revocatos vero duces, proclamare tuſſerunt, Athenienſium quidem eos qui in urbe habitant, ire in forum, arma capientes: illos vero in longo muro, ad Theſeium.* Et ad mare etiam ſitum. Colligo ex iſto Ariſtophanis loco in Equitibus.

Εἰ δ' ἀρέσκει ταῦτ' Ἀθηναίοις, καθῆσθαί μοι δοκῶ
Εἰς τὸ Θησεῖον πλεύσαις, ἢ ἐπὶ τ' Σεμνῶν Θεῶν.
Si autem placent haec Athenienſibus, ſedere mihi videor
Ad Theſeium navigantibus, aut ad venerabiles deas.

Strabo lib. IX. Ὁρῶ τὴν ἀκρόπολιν, καὶ τὸ περὶ τῆς τριαίνης ἔχει τι σημεῖον. ὁρῶ τὴν Ἐλευσῖνα, καὶ τῶν ἱερῶν γέγονα μύστης. ἐκεῖνο Λεωκόριον. τοῦτο Θησεῖον. οὐ δύναμαι δηλῶσαι καθ' ἓν ἕκαστον. ἡ γὰρ Ἀττικὴ θεῶν ἐστι κτίσμα. *Video arcem, & circa tridentem quod habet ſignum. Video Eleuſina, & ſacrorum factus ſum myſta. Illud eſt Leocorion. Hoc Theſeium. Non poſſum explicare ſingula per ſe. Attica enim deorum eſt opus.* Quod in urbe, prope Gymnaſium erat. Pauſanias in Atticis. Πρὸς δὲ τῷ γυμνασίῳ Θησέως ἐστὶν ἱερόν. *Sed ad Gymnaſium Theſei eſt templum.* Et carcer illic. Diſcimus ex Heſychio, cuius iſta verba. Θησεῖον, νεὼς Θησέως, ἐφ' ὃν οἱ ἀποδιδράσκοντες καθέφευγον. δηλοῖ δὲ καὶ φυτόν τι ποιόν, καὶ τὸ δεσμωτήριον παρὰ Ἀθηναίοις. *Theſeium, templum Theſei, ad quod fugitivi defugiunt. Notat autem & plantam quamdam, & carcerem apud Athenienſes.* Idem tradit etiam Auctor Etymologici, ex quo amplius diſcas: etiam ius ibi dici ſolitum. Θησεῖον· τέμενός ἐστι τοῦ Θησέως. ὃ τοῖς οἰκέταις ἄσυλον ἦν. ἐλέγοντο δὲ δίκαι ἐνταῦθα. ἢ ναὸς τοῦ Θησέως, ἐφ' ὃν οἱ ἀποδιδράσκοντες δοῦλοι προσέφευγον. Φιλόχορος δὲ, οὐ μόνον τοὺς οἰκέτας τὸ παλαιὸν φησι καταφεύγειν εἰς τὸ Θησεῖον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑποσῶν ἱκετεύοντας. δηλοῖ δὲ καὶ φυτόν τι ποιὸν, καὶ τὸ δημοσιώτριον παρὰ Ἀθηναίοις. *Theſeium, fanum eſt Theſeo; quod ſervis aſylum erat. Dicebantur vero iura illic. aut templum Theſei, ad quod fugitivi ſervi confugiebant. Philochorus autem, non ſolum ſervos antiquitus dicit ad Theſeium fugiſſe, ſed etiam quoſcumque ſupplices. Notat autem, plantam quamdam, & carcerem apud Athenienſes.* Erat autem etiam aſylum & perfugium ſervorum, ac ſupplicium; ut videmus in citatis illic A verbis. quemadmodum item in Heſychii, Ariſtophanis, & Diodori, quae produximus. Atque hoc de utroque accipiendum; nam ius dicebatur in Vrbano tantum, & ibidem carcer erat. Et inde Θησειότριψ facete ab Ariſtophane in Polyido dicitur, qui Colonus carceris Plauto. Etymologici Auctor. Θησειότριψ, ὁ ἐν τῷ Θησείῳ διατρίψας, Ἀριστοφάνης Πολυΐδῳ. *Theſeii habitator, in Theſei moratus. Ariſtophanes Polyido.* Suidas aliter explicat. Θησειότριψ, ὁ ἐν τοῖς Θησείοις διατρίψας. *Theſeii habitator, qui in Theſeiis moratur.* Nec contemnenda etiam iſta interpretatio. Quaſi dicere voluiſſet Comicus, hominem egenum atque inopem, quique in feſtis Theſei, quot menſibus celebrari ſolitis, ſemper farinas, quae illic diſtribuebantur pauperibus, accipere conſueviſſet. Nam in Theſeis exhibitas pauperibus farinas pauculas, obſervare eſt apud eumdem Comicum Pluto.

Ὦ πλεῖστα Θησείοις μεμιγυλλημένα,
Γέροντες ἄνδρες, ἐπ' ὀλιγίστοις ἀφίτοις.
O plurimo labore in Theſei feſtis ſoliti haurire in excavato pane,
Senes viri, perpaucas polentas.

CAP. XVI.

Ἱερὰ Ὁδός. *Polemonis liber de ea.* Ἱερὰ Συκῆ. *Vnde nomen acceperit. Suburbium Athenienſe, ab ea dictum. Interquieſcere in iſto myſtae ſoliti, ſacra Eleuſine reducentes. Philoſtratus.* Ἱερὰ Πύλη.

QVae via Athenis Eleuſinem ducebat, Ἱερὰ Ὁδὸς dicebatur. Pauſanias in Atticis. Ἰοῦσι δὲ ἐπ' Ἐλευσῖνα ἐξ Ἀθηνῶν, ἣν Ἀθηναῖοι καλοῦσιν Ὁδὸν Ἱερὰν, Ἀνθεμοκρίτου πεποίηται μνῆμα. *Euntibus autem Eleuſina Athenis, quam Athenienſes vocant Viam Sacram, Anthemocriti factum eſt monumentum.* Plutarchus in Vita Iſocratis. Οὗ ἐστι τὸ μνῆμα ἐπὶ τὴν Κυαμῖτιν πορευομένοις, κατὰ τὴν Ἱερὰν Ὁδὸν τὴν ἐπ' Ἐλευσῖνα. *Huius eſt monumentum ad Cyamitin pergentibus, per Sacram Viam Eleuſina.* Occurrit quoque apud Ariſtidem in Panathenaica. Inde autem datum nomen, quod per eam incedentes myſtae ſacra Eleuſinia celebrarent. Etymologici Auctor. Ἱερὰ Ὁδὸς, ὁδός τις ἦν ἡ εἰς Ἐλευσῖνα ἄγουσα, ἣν ἀτιμάζουσιν οἱ μύσται. *Sacra Via, via quaedam erat Eleuſinem ducens, per quam ibant myſtae.* Suidas. Ἱερὰ Ὁδὸς, ἣν οἱ μύσται πορεύονται ἀπὸ τοῦ ἄστεως ἐπ' Ἐλευσῖνα. *Sacra Via, per quam proficiſcuntur myſtae ab urbe Eleuſina.* Et proprius de ea liber Polemoni ſcriptus. Harpocration. Βιβλίον ὅλον Πολέμωνι γέγραπται περὶ τῆς Ἱερᾶς Ὁδοῦ. *Itaque liber totus a Polemone ſcriptus eſt de Sacra Via.* Erat in illa via ficus, quae etiam Ἱερὰ adpellabatur. Heſychius id nos docet. Ἱερὰ θυσία, κειμήλια, ἡ συκῆ ἐν τῇ εἰς Ἐλευσῖνα ἀγούσῃ ὁδῷ. *Sacra, ſacrificium, pretioſa, aut ficus in via Eleuſinem ducente.* Inde autem nomen accepit, quia illic ficus primum nata. Athenaeus lib. III. Ἡ συκῆ, ἄνδρες φίλοι, ἡγεμὼν τοῦ καθαρίου βίου τοῖς ἀνθρώποις ἐγένετο.

δη-

δῆλον δὲ τοῦτο ἐκ τοῦ καλεῖν τοὺς Ἀθηναίους Ἱερὰν Συκῆν τὸν τόπον, ἐν ᾧ τὸ πρῶτον εὑρέθη. *Ficus, viri amici, dux mundae vitae hominibus fiebat. Manifestum enim hoc ex eo quod vocant Athenienses Sacram Ficum locum, in quo primum inventa est.* Et ex eo Eustathius ad Odyss. ω. Ἀθήνησιν ὁ τόπος, ἐν ᾧ πρῶτον (ἡ συκῆ) εὑρέθη, Ἱερὰ Συκῆ ἐκλήθη. *Athenis locus, in quo primum (ficus) inventa est, Sacra Ficus adpellatus est.* Destituit memoria virum praestantissimum Isaacum Casaubonum Animadvers. in Athenaeum lib. III. cap. II. quum negaret reperisse se ullum locum in urbe Athenis, aut agro Attico, qui diceretur Ἱερὰ Συκῆ. Erat nempe in via illa, quam iam dixi; in suburbio, quod & ab ea nomen habebat. Animadverto apud Philostratum in Vita Apollonii Atheniensis Sophistae lib. II. Ἐτάφη ὃ ἐν τῷ προαστείῳ τῆς ἐς Ἐλευσῖνα λεωφόρου. ὄνομα τῷ προαστείῳ, Ἱερὰ Συκῆ. τὰ δὲ Ἐλευσίνοθεν ἱερά, ἐπειδὴ ἐς ἄστυ ἄγουσιν, ἐκεῖ ἀναπαύουσιν. *Sepultus autem est in suburbio publicae viae Eleusina ducentis, nomen suburbio Sacra Ficus. Sacra vero Eleusinia, quum in urbem feruntur, illic requiescunt.* Et observa, interquievisse illic mystas, quum sacra Eleusine in urbem reducerent. Ita autem Philostrati illum locum restituo. Hodie editur, τὸ ἐν Ἐλευσῖνι λεωφόρου. Alius mihi animus fuit, quum in libro De Populis Atticae Eleusinis suburbium esse scriberem. Nunc retracto. Porro & porta, qua Eleusinem ibatur, Ἱερὰ itidem nuncupata. Observo apud Plutarchum in Sulla. Τὸ μεταξὺ τῆς Πειραϊκῆς πύλης, καὶ τῆς Ἱερᾶς, καλασκάψας καὶ καταπρανύνας. *Medium inter Piraicam portam, & Sacram, evertens, & complanans* (a).

CAP. XVII.

Hipparchi quatuor. Harpocration restitutus.

HIpparchi quatuor ab Harpocratione commemorantur. Vnus, Eretriae tyrannus; alter, Pisistrati: tertius, Charmi F. quartus, histrio. Verba eius ista. Ἵππαρχος, Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος. τύραννος ἦν ἔτος Ἐρετρίας. ἕτερος δ' ἐστὶν Ἵππαρχος, περὶ οὗ Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονος φησιν, Ἵππαρχος ὁ Πεισιστράτου· ἄλλος δ' ἐστὶν Ἵππαρχος ὁ Χάρμου, ὡς φησι Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λεωκράτους. *Hipparchus, Demosthenes in oratione contra Ctesiphontem. Tyrannus erat hic Eretriae. Alter autem est Hipparchus, de quo Lycurgus in oratione contra Lycophronem dicit, Hipparchus Pisistrati filius. Alius autem est Hipparchus, Charmi filius, de quo Lycurgus in oratione contra Leocratem.* Et mox. Ἄλλος δ' ἐστὶν Ἵππαρχος ὑποκριτής, οὗ μνημονεύει Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας. *Alius autem est Hipparchus histrio, cuius meminit Demosthenes in oratione in Neaeram.* Sed de tertio, mendosa lectio. Magnus Scaliger ad Eusebium emendabat. Ἵππαρχος ὁ Χαρίνου. *Hipparchus Charini filius.* Rescribo, Ἵππαρχος ὁ Τιμάρχου. *Hipparchus, Timarchi filius.* Auctor mihi emendationis Lycurgus, quem laudat. Cuius in ea Oratione iste est locus, quem designat. Ἵππαρχον γὰρ τὸν Τιμάρχου οὐχ ὑπομείναντα τῆς προδοσίας ἐν τῷ δήμῳ κρίσιν, ἀλλ' ἔρημον τὸν ἀγῶνα ἐάσαντα, θανάτῳ τοῦτον ζημιώσαντες, ἐπειδὴ τῆς ἀδικίας οὐκ ἔλαβον τὸ σῶμα ὅμηρον, τὴν εἰκόνα αὐτοῦ ἐξ ἀκροπόλεως καθελόντες, καὶ συγχωνεύσαντες, καὶ ποιήσαντες στήλην, ἐπεψεφίσαντο εἰς ταύτην ἀναγράφειν τοὺς ἀλιτηρίους, καὶ τοὺς προδότας. *Hipparchum enim Timarchi filium non subeuntem proditionis in populo iudicium, sed desertum certamen sinentem, morte illum multantes, postquam iniquitatis non acceperunt corpus obsidem, imaginem eius ex arce detrahentes, & conflantes, & facientes columnam, decreverunt in illas inscribere pestes, & proditores.*

CAP. XVIII.

Ὀστρακισμός. *Quale id exsilii genus. Diodorus Siculus emendatus. Vbi de eo, & a quibus, agi solitum. Ioannis Tzetzae error ostensus. De eius origine sententiae variae. Quando desierit.* Κεραμικὴ μάξις. Πεταλισμός.

CEleberrimum apud Athenienses supplicii genus, Ὀστρακισμός, sive Ἐξοστρακισμός. Eustathius ad Iliad. σ'. Ἔτι δὲ καὶ τὸ ὄστρακον, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἐξοστρακίζειν, ὁ παρ' Ἀθηναίοις ἐθὼν ἦν, ὡς ἐν εἴδει ἀφορισμοῦ, ἤγουν ἐξορίας. *Verum adhuc etiam testa, a qua & testis in exilium mittere, quod apud Athenienses mos erat, tamquam in specie seposition, vel exsilii.* Plutarchus in Pericle. Ὥστε τὴν μὲν ἀφαιρεθῆναι τὰς πλείστας κρίσεις δι' Ἐφιάλτου, Κίμωνα δ', ὡς φιλολάκωνα καὶ μισόδημον, ἐξοστρακισθῆναι. *Ita ut illi quidem plurima iudicia ademta fuerint per Ephialtem, Cimonem vero, ut Lacedaemoniis amicum & populi osorem, testarum iudicio pelli.* Et occurrit rursum in Alcibiade, atque Aristide. Thucydides de Themistocle lib. I. Ἔτυχε γὰρ ὠστρακισμένος, καὶ ἔχων δίαιταν μὲν ἐν Ἄργει. ἐπιφοιτῶν δὲ καὶ ἐς τὴν ἄλλην Πελοπόννησον. *Erat autem ostracismo pulsus, & agens exsilium Argis. ventitans autem quoque in aliam Peloponnesum.* Mos vero, ut rem teneamus, iste erat. Si quis nimia in Republica potentia molestus, aut suspectus esset, ut se metu liberarent, ac immodica aliorum studia coercerent, nomina eorum cives singuli inscripta testis exhibebant; quique maiore testarum parte damnabatur, is Vrbe excedere ad decennium tenebatur. Narrat distincte Diodorus Siculus lib. XI. Ἕκαστος τῶν πολιτῶν εἰς ὄστρακον ἔγραφε τὸνομα τοῦ δοκοῦντος μάλιστα δύναθαι καταλῦσαι τὴν δημοκρατίαν· ᾧ δ' ἂν ὄστρακα πλείω γένηται, φεύγειν ἐκ τῆς πατρίδος ἐτέτακτο πενταετῆ χρόνον. *Vnusquisque civium in testa scribebat nomen eius qui videbatur potissimum posse evertere populi imperium. cui autem plures testae contigissent, fugere ex patria quinque annorum tempus iubebatur.* Sed de tempore corruptus locus est, ac rescribendum, δεκαετῆ χρόνον. *Decem annorum tempus.* Nam decen-

(a) Consule *Athen. Attic. Lib. III.* & *Eleusinia.*

Digitized by Google

cennale illud erat. Aristides Oratione Platonica II. Ἀλλὰ Θεμιστοκλῆς μὲν καὶ Κίμων ἐξωστρακίσθησαν. τοῦτο δ' ἦν οὐ μῖσος, οὐδ' ἀλλοτρίωσις τοῦ δήμου πρὸς αὐτούς· ἀλλ' ἦν νόμος αὐτοῖς περὶ ταῦτα· ἔχων μὲν ὅπως δήποτε· ἐῶ γὰρ εἰ μὴ σφόδρα ἄν τις ἐπαινέσαι τὸν νόμον. τὸ δ' οὖν ἁμάρτημα οὐκ ἀπαραίτητον αὐτῶν, ἀλλ' ἔχον ὡς ἐν τούτοις εὐπρέπειαν. νόμῳ γὰρ ὥσπερ εἴπομεν ἐγίγνετο. ἦν δ' οὗτος ὁ νόμος. ἐκέλευον τοὺς ὑπερέχοντας μεθίστασθαι ἔτη δέκα. *Sed Themistocles quidem & Cimon testis in exsilium pulsi sunt. Hoc autem erat non odium; nec abalienatio populi in eos. Sed erat lex illis de his, habens quidem quocumque modo: sino enim nisi valde quis laudet legem. Itaque vero peccatum non inexorabile illorum, sed habens ut in his speciem decoris. Nam lege ut diximus fiebat. Erat autem talis lex. Iubebant praestantiores secedere annos decem.* Et mox. Τοῦτο τὸ τὰ φρονήματα ἐπισχεῖν, τοῦτο τὸ εἶδος τῆς φυγῆς ἐνόμισαν. *Super inhibitionem ingeniorum se efferentium, tale genus exsilii putabant.* Fiebat autem id in foro, loco septo. Plutarchus loco citato. Ἐφερον εἰς ἕνα τόπον τῆς ἀγορᾶς περιπεφραγμένον ἐν κύκλῳ δρυφάκτοις. *Ferebant in unum locum fori circumseptum in orbem cancellis.* In hunc per decem aditus intrabat populus, in totidem tribus distributus, praesidentibus novem archontibus ac senatu; & nisi sex mille ad minimum testulis aliquis damnatus esset, non tenebatur urbe exire. quem autem tot testulae condemnassent, eum intra decem proximos dies in exsilium ire necesse erat. Clare Scholiastes Aristophanis ad Equites. Ὁ τρόπος τοιοῦτος τῷ ἐξοστρακισμῷ· προεχειροτόνει ὁ δῆμος ὄστρακον εἰσφέρων. καὶ ὅταν δόξῃ, ἐφράττετο σανίσιν ἡ ἀγορὰ, καὶ καταλείπουσι εἴσοδοι δέκα. δι' ὧν εἰσιόντες κατὰ φυλὰς ἐτίθεσαν ὄστρακον, ἐντιθέντες τὴν ἐπιγραφήν· ἐπεσάτουν δὲ, οἵ τε ἐννέα ἄρχοντες, καὶ ἡ βουλή. ἀριθμηθέντων δὲ, ὧν πλεῖστα γένοιτο, καὶ μὴ ἐλάττω ἑξακισχιλίων. τοῦτον ἔδει ἐν δέκα ἡμέραις μεταστῆναι τῆς πόλεως. εἰ δὲ μὴ γένοιτο ἑξακισχίλια, ἀθῴος ἦν. *Modus talis exostracismi: primo suffragia ferebat populus testam importans. Et quando videretur, sepiebatur asseribus forum, & relinquebantur introitus decem; per quos ingredientes secundum tribus ponebant testam, imposita inscriptione. Praeerant vero & novem archontes, & senatus. Numeratis autem quorum plurimae essent, & non minus sex millibus, hunc oportebat intra decem dies abire ex urbe; si vero non essent sex millia, non exsulabat.* Iulius Pollux lib. VIII. cap. V. ubi de ostracismo agit. Περισκηνίσαντες (a) δέ τι τῆς ἀγορᾶς μέρος, ἔδει φέρειν εἰς τὸν περιορισθέντα τόπον Ἀθηναίων τὸν βουλόμενον ὄστρακον ἐγγεγραμμένον τοὔνομα τοῦ μέλλοντος ἐξοστρακίσεσθαι (b), ἕως δὲ ἑξακισχίλια γένοιτο τὰ ὄστρακα, τοῦτον φυγεῖν ἐχρῆν. *Circumsepta vero tabernaculis parte quadam fori, oportebat ferre in designatum locum quicumque Atheniensium volebat testam inscripto nomine exsulaturi. Cui vero sex millia erant testarum, hunc fugere oportebat.* Plutarchus in Aristide. Ὄστρακον λαβὼν ἕκαστος, καὶ γράψας ὃν ἐβούλετο μετασῆσαι τῶν πολιτῶν, ἔφερεν εἰς ἕνα τόπον τῆς ἀγορᾶς, περιπεφραγμένον ἐν κύκλῳ δρυφάκτοις. οἱ δ' ἄρχοντες πρῶτον μὲν διηρίθμουν τὸ σύμπαν ἐν ταυτῷ τῶν ὀστράκων πλῆθος. εἰ γὰρ ἑξακισχιλίων ἐλάττονες οἱ γράψαντες εἶεν, ἀτελὴς ἦν ὁ ἐξοστρακισμός. ἔπειτα τῶν ὀνομάτων ἕκαστον ἰδίᾳ θέντες, τὸν ὑπὸ τῶν πλείστων γεγραμμένον ἐξεκήρυττον εἰς ἔτη δέκα, καρπούμενον τὰ ἑαυτοῦ. *Testam sumens quisque & scribens quem volebat exsulare civium, ferebat in unum locum fori, circumseptum in orbem cancellis. Archontes autem primum quidem pernumerabant omnem in unum testarum multitudinem. Si enim sex millibus pauciores essent scriptores, imperfectus erat exostracismus. Postea nominum unumquodque seorsum ponentes, illum a plurimis scriptum evocabant in annos decem, fruentem suis.* Etymologici Auctor. Ἐξοστρακισμὸς, ἐξορισμὸς, φυγή. πῆξμα δὲ γίνεται ἐν τῇ ἀγορᾷ, εἰσόδους ἔχον, δι' ὧν εἰσιὼν πολίτης ἕκαστος, ὄστρακον ἐτίθει γεγραμμένον. ἑξακισχιλίων δ' γινομένων, φυγὴ δεκαετὴς ψηφίζεται τῷ κρινομένῳ. *Exostracismus, exsilium, fuga. tabulatum autem fit in foro, introitus habens, per quos ingredientes singuli cives, testam ponebant inscriptam; sex millibus autem factis, fuga decennis decernitur damnato.* Magnus autem error est Ioannis Tzetzae, qui de mille testulis tradit, locumque in Cynosarge statuit. Ecce Chil. XIII. cap. CCCCLXXXIX.

Οἱ Ἀθηναῖοι μέλλοντές τινα ὑπερορίζειν,
Οὐ πρότερον ἐξώριζον ἐκεῖνον τῆς πατρίδος,
Μέχρις ἂν συνετάξαντο ἡμέραν ὡρισμένην,
Καὶ μέχρι ταύτης ἤκουσαν χιλίων κατηγόρων,
Συμπεσουμένων ἀριθμῷ τῶν κατ' αὐτοῦ λεγόντων.
Ἐς ὄστρακον γὰρ γράφοντες τὸ ὄνομα ἐκείνου,
Ἔρριπτον εἰς Κυνόσαργες· τόπος δ' Ἀθήναις τοῦτο.
Οὗ καὶ τοὺς νόθους ἔρριπτον ταῖς χρόνοις τοῖς πρωτέροις.
Ἔκεισε καὶ τὰ ὄστρακα ἐξοριῶν ἔρριπτον.
Ἂν ἐν ἡμέρᾳ τῇ τακτῇ χιλία ἐφευρέθη,
Ἀσυμπαθῶς ἐξέλλετο πρὸς τὴν ὑπερορίαν.
Εἰ δ' ἦσαν ἀποδέοντα τὰ ὄστρακα χιλίων,
Ἐν τῇ πατρίδι μένων ἦν, ἐπιτυχὼν συγγνώμης.

Athenienses volentes aliquem in exsilium mittere,
Non prius expellebant illum patria,
Donec constituerant diem definitum,
Et usque ad hunc audiebant mille accusatores,
Simul numeratis in hoc numero illis, qui contra eum dicebant.
In testa enim scribentes nomen illius,
Coniiciebant in Cynosarges: locus autem Athenis hoc,
Vbi & nothos coniiciebant temporibus prioribus.
Illic etiam testas exsiliorum coniiciebant.
Si itaque constituta die mille inventae sint,
Sine misericordia mittebatur in exsilium.
Si vero erant pauciores testae mille,
In patria manebat, accipiens veniam.

Differebat autem ab exsilio ostracismus, quod illic bona etiam publicata, hic non item; deinde ostracismo electis tempus, ac locus

(a) Editio Amstelaedamensis 1706. περιχωσάντων habet, quare vertendum *funiculo circumdantes certam fori partem.*

(b) Lege ἐξοστρακίζεσθαι, ut habet etiam laudata editio.

Digitized by Google

praefinita, quod exſulibus non fiebat. Suidas docet. Ὀστρακισμὸς φυγῆς διαφέρει. ὅτι τῶν μὲν φυγῆς ἁλόντων, αἱ οὐσίαι ἐδημεύοντο. τῶν δὲ ὀστρακισμῷ ἀποστάντων, οὐκ ἀφῄρει τὰ χρήματα ὁ δῆμος. καὶ τοῖς μὲν χρόνος ἐνδέκνυται, καὶ τόπος. οἱ δὲ φεύγοντες, οὐδέτερον ἔχουσιν. *Ostraciſmus ab exſilio differt. Quod in exſilium quidem miſſorum bona publicabantur; oſtraciſmo vero egreſſis non auferebat bona populus; & his quidem tempus definitur, & locus; exules autem nihil horum habent.* Quae totidem verbis Scholiaſtes Ariſtophanis loco citato, & iterum ad Veſpas. Salvas illis facultates ſuas manſiſſe, patet etiam ex Plutarcho in Ariſtide. Τὸν ὑπὸ τῶν πλείστων γεγραμμένον ἐξεκκυτλον εἰς ἔτη δέκα, καρτούμενον τὰ ἑαυτοῦ. *Et a plurimis ſcriptum evocabant in annos decem, fruentem ſuis.* Sed age, de origine eius dicamus, quam incertam valde video. Nonnullis placet, primum Cliſthenem inſtituiſſe, & expertum etiam eſſe. AElianus Var. Hiſt. lib. XIII. cap. XXIV. Κλεισθένης δὲ ὁ Ἀθηναῖος τὸ δεῖν ἐξοστρακίζεσθαι πρῶτος εἰσηγήσατο, αὐτὸς ἔτυχε τῆς καταδίκης πρῶτος. *Cliſthenes autem Athenienſis, qui teſtarum iudicio in exſilium pelli oportere primus introduxerat, ipſe nactus fuit illam damnationem primus.* Diodorus Siculus lib. XI. poſt eiectos Vrbe Tyrannos Piſiſtratidas inſtitutum clare tradit, ubi de Themiſtocle agit. Πρῶτον μὲν οὖν αὐτὸν ἐκ τῆς πόλεως μετέστησαν, τοῦτον τὸν ὀνομαζόμενον ὀστρακισμὸν ἐπαγαγόντες αὐτῷ, ὃς ἐνομοθετήθη ἐν ταῖς Ἀθήναις μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν τυράννων τῶν περὶ Πεισίστρατον. *Itaque primo quidem ipſum urbe eiecerunt, hunc quem nominabant oſtraciſmum immittentes illi, qui lege conſtitutus erat Athenis poſt diſſolutionem tyrannorum Piſiſtrati, & cognatorum.* Ab hoc non abit Harpocration, qui ex Androtione refert, primum Hipparchum exſtitiſſe, lege illa tunc recens lata. Περὶ οὗτος Ἀνδροτίων ἐν τῇ δευτέρᾳ φησιν, ὅτι συγγενὴς ἦν Πεισιστράτου τοῦ τυράννου, καὶ πρῶτος ἐξωστρακίσθη, τοῦ περὶ τῶν ὀστρακισμῶν νόμου τότε πρῶτον τεθέντος. *De hoc vero Androtion in ſecunda dicit, quod cognatus erat Piſiſtrati tyranni, & primus teſtarum iudicium expertus eſt, lege de oſtraciſmo tum primum lata.* Et Plutarchus in Nicia, qui Hipparchum hunc Cholargenſem fuiſſe commemorat. Πρῶτος δ' (ἐξοστρακίσθη) Ἵππαρχος ὁ Χολαργεὺς, συγγενής τις ὢν τοῦ τυράννου. *Primus autem (teſtarum iudicio damnatus eſt) Hipparchus Cholargenſis cognatus quidam tyranni.* Heraclides De Rebuſpubl. ipſius Piſiſtrati filium Hippiam auctorem facit. Ἱππίας δὲ πικρότερον ἐτυράννει, καὶ τὸν περὶ ὀστρακισμοῦ νόμον εἰσηγήσατο, ὃς ἐτέθη διὰ τοὺς τυραννιῶντας. *Hippias autem amarius tyrannum ſe gerebat, & legem de oſtraciſmo introduxit, quae lata eſt per tyrannidis liguritores.* Alii referunt ad Achillem Lyſonis filium. Photius in Excerptis ex Ptolemaei Hephaeſtionis libro VI. Καὶ ὁ τὸν ὀστρακισμὸν ἐπινόησας Ἀθήνησιν, Ἀχιλλεὺς ἐκαλεῖτο, υἱὸς Λύσωνος. *Et qui oſtraciſmum commentus eſt Athenis, Achilles vocabatur, filius Lyſonis.* Sunt, qui antiquiorem adhuc faciant, & in Theſeum reiiciant.

A Suidas in Ἀρχὴ Συρία, ex Theophraſti Καιρῶν lib. I. Ὀστρακισθῆναι δὲ πρῶτον Ἀθηναίοις Θησέα ἱστορεῖ Θεόφραστος ἐν τοῖς πρώτοις καιροῖς. *Teſtarum iudicio primum Athenis damnatum eſſe Theſeum narrat Theophraſtus in primis temporibus.* Huic conſentit Euſebius in Chronico. Θησεὺς Ἀθηναίους κατὰ χώραν ἐσπαρμένους εἰς ἓν συναγαγών, ἤτοι εἰς μίαν πόλιν, πρῶτος ἐξωστρακίσθη αὐτὸς, πρῶτος θεὶς τὸν νόμον. *Theſeus Athenienſibus per regionem diſperſis in unum coactis, ſive in unam Vrbem, primo teſtarum iudicio pulſus eſt ipſe, primus quum legem tuliſſet.* Idque Lyco maxime impulſore factum. Ariſtophanis Scholiaſtes ad Plutum. Μετὰ τὸ χαρίσασθαι τὴν δημοκρατίαν τοῖς Ἀθηναίοις τὸν Θησέα, Λύκος τις συκοφαντήσας, ἐποίησεν ἐξοστρακισθῆναι τὸν ἥρωα. *Poſtquam donaverat Democratiam Athenienſibus Theſeus, Lycus quidam calumniis eum circumveniens, effecit damnari teſtarum iudicio heroem.* Vides quam ſint variae ſententiae. Ergo, quando inceperit, incertum. Illud certum, deſiiſſe in Hyperbolo; indignante nimirum populo, hominem nequam, conſpirante Nicia, & Alcibiade, eo genere penae eiectum, quo in viros tantum praeſtantiſſimos ad id temporis uſi eſſent. Plutarchus in Nicia, ubi id factum commemoravit, hoc diſertis verbis addit. Καὶ τὸ πέρας, οὐδεὶς ἔτι τὸ παράπαν ἐξωστρακίσθη μετ' Ὑπέρβολον, ἀλλ' ἔσχατος ἐκεῖνος. *Et tandem, nemo adhuc omnino oſtraciſmo expulſus eſt poſt Hyperbolum, ſed ultimus ille.* Dicebatur autem oſtraciſmus vulgari verbo, Κεραμικὴ μάστιξ, *figulinum flagrum*. Suidas. Κεραμικὴ μάστιξ, ὀστρακισμός. *Figulinum flagrum, teſtarum iudicium*. Cauſam exponit nobis Heſychius, quia nimirum in teſtulis figulinis inſcribi ſolita fuerint nomina. Iſta eius verba ſunt. Κεραμικὴ μάστιξ, τὸν ὀστρακισμὸν λέγουσι, μάστιγα μὲν, διὰ τὸ βασανίζειν τοὺς ὀστρακιζομένους, καὶ κολάζειν. κεραμικὴν δὲ διὰ τὸ ἐκ κεράμου τὰ ὄστρακα εἶναι. *Figulinum flagrum, oſtraciſmum dicunt. Flagrum quidem, quia cruciabant exulaturos, & caſtigabant; figulinum autem, quia ex luto teſtae erant.* Vſi vero oſtraciſmo non Athenienſes tantum, ſed aliae quoque urbes, in quibus democratia obtinebat. Ariſtoteles Politic. lib. III. capit. XIII. Τίθενται τὸν ὀστρακισμὸν αἱ δημοκρατούμεναι πόλεις. *Statuunt oſtraciſmum democratiam uſurpantes urbes.* In his Argivi quoque, Mileſii, & Megarenſes. Ariſtophanis Scholiaſtes ad Equites. Οὐ μόνον δὲ Ἀθηναῖοι ὀστρακοφόρουν, ἀλλὰ, καὶ Ἀργεῖοι, καὶ Μιλήσιοι, καὶ Μεγαρεῖς. *Non tantum Athenienſes teſtis ſententiam ferebant, ſed etiam Argivi, & Mileſii, & Megarenſes.* Huic ſimilis erat Πεταλισμὸς, *foliorum iudicium*, in quo foliis vicem teſtularum ad inſcribenda nomina utebantur; unde etiam adpellatio. Heſychius. Πεταλισμὸς, ὁ διὰ φύλλων ὀστρακισμὸς γενόμενος. *Foliorum iudicium, per folia oſtraciſmus fieri ſolitus.* Obtinebat vero apud Syracuſanos tantum, qui inſtituerunt Olympiadis LXXX. anno III. Archonte Athenis Ariſtone, ſed non multo poſt iterum abrogarunt. Anonymus in Deſcriptione Olympiad. ad iſtud tem-

tempus ita notat. Οἱ παρὰ Συρακυσίοις πεταλισμὸς, παραπλήσιος τῷ τῶν Ἀθηναίων ὀστρακισμῷ, εἰσήχθη ἅμα καὶ μετ' ὀλίγον κατελύθη. *Apud Syracusanos foliorum iudicium, simile Atheniensium ostracismo, introductum simul fuit, & post paulo remissum.* Narrat fuse Diodorus Siculus lib. XI. Discrimen, ut dixi, quod pro testulis illic folia, & quidem olivae adhiberent, deinde non decennii tempus exulantibus praescriptum, sed quinquennii. Diodorus loco citato. Πλεονάκις δὲ τούτου γενομένου, καὶ τῶν ἀνδρῶν τυραννίδος ἐπιθυμούντων, ὁ δῆμος (τῶν Συρακυσίων) ἐπιωέχθη μιμήσασθαι τοὺς Ἀθηναίους, καὶ νόμον θέναι παραπλήσιον παρ' ἐκείνοις γεγραμμένῳ περὶ ὀστρακισμοῦ. παρὰ Ἀθηναίοις ἕκαστον τῶν πολιτῶν ἔδει γράφειν εἰς ὄστρακον τοὔνομα τῶν δοκούντος μάλιστα δύνασθαι τυραννεῖν τῶν πολιτῶν. παρὰ δὲ τοῖς Συρακυσίοις, εἰς πέταλον ἐλαίας γράφεσθαι τὸν δυνατώτατον τῶν πολιτῶν. διαριθμηθέντων δὲ τῶν πετάλων, τὸν πλεῖστα πέταλα λαβόντα, φεύγειν πενταετῆ χρόνον. *Saepius hoc fieri solito, & viris tyrannidem cupientibus, populus (Syracusarum) eo delatus est, ut imitaretur Athenienses, & legem statueret similem apud illos scriptae de ostracismo. Apud Athenienses oportebat singulos cives scribere in testa nomen eius, qui videbatur maxime posse tyrannidem occupare civium. Apud Syracusanos autem, in folio olivae scribere potentissimum civium. Pernumeratis vero foliis, plura folia adeptum fugere quinquennii tempus.* Et postea. Οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι τοῦτο τὸ γένος τῆς νομοθεσίας ὠνόμασαν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ὀστρακισμόν, οἱ δὲ Συρακούσιοι πεταλισμόν. ὅτος δὲ ὁ νόμος διέμεινε παρὰ μὲν τοῖς Ἀθηναίοις ἐπὶ πολὺν χρόνον, παρὰ δὲ τοῖς Συρακυσίοις κατελύθη ταχύ. *Itaque Athenienses quidem hoc genus legislationis nominaverunt ab eo, quod contingebant ostracismum, Syracusani autem petalismum. Haec vero lex permansit apud Athenienses per multum tempus, apud Syracusanos autem soluta est cito.*

CAP. XIX.

Hippodamus Milesius Piraeeum ab Vrbe separat, & forum illic extruit. Ἱπποδάμου Ἀγορά. *Novum item aedificandi modum invenit.*

HIppodamus Milesius, Euryphontis filius, Piraeeum ab Vrbe separavit. Aristoteles Polit. lib. II. cap. VIII. Ἱπποδάμος δὲ Εὐρυφῶντος Μιλήσιος, ὃς τὴν τῶν πόλεων διαίρεσιν εὗρε, καὶ τὸν Πειραιᾶ κατέτεμε. *Hippodamus autem Euryphontis filius Milesius, qui etiam Vrbium divisionem invenit, & Piraeeum dissecuit.* Meminit huius rei etiam Hesychius. Τὸν Πειραιᾶ Ἱπποδάμου Εὐρυφῶντος παῖς, ὁ καὶ μετεωρολόγος, διᾶλεν Ἀθηναίοις. *Piraeeum Hippodamus Euryphontis filius, qui etiam de caelestibus disputat, divisit Atheniensibus.* Scholiastes Aristophanis ad Equites. Οὗτος δ' Ἱππόδαμος. ὅτος ἐν Πειραιεῖ κατῴκει, καὶ οἰκίαν εἶχε, ἥντερ ἀνῆκε δημοσίαν εἶναι. ὃς πρῶτος αὐτὸς ὁ Πειραιᾶ κατὰ τὰ Μηδικὰ συνήγαγε. *Hic autem Hippodami filius. Hic in Piraeeo habitabat, & domum habuit, quam remisit publicam esse, & primus ipse Piraeeum tempore Medici belli congregavit.* Et forum illic exstruxit, quod ab ipso Ἱπποδάμου Ἀγορὰ, *Hippodamium forum*, nuncupatum. Meminit Xenophon Hist. Graec. lib. II. Οἱ δὲ ἐκ τοῦ ἄστεος εἰς τὴν Ἱπποδάμου Ἀγορὰν ἐλθόντες, πρῶτον μὲν ξυνετάξαντο. *Qui vero ex urbe in Hippodamium forum veniunt, primum quidem constituerunt.* Andocides in Orat. Περὶ τῶν μυστηρίων. Ἀναπαλέσαντες δὴ τοὺς στρατηγοὺς, ἀνέπραξαν ἐκέλευσαν, Ἀθηναίων τοὺς μὲν ἐν ἄστει οἰκοῦντας, ἰέναι εἰς τὴν ἀγορὰν, τὰ ὅπλα λαβόντας. τοὺς δ' ἐν μακρῷ τείχει, εἴς γε Θησεῖον. τοὺς δ' ἐν Πειραιεῖ, εἰς τὴν Ἱπποδαμείαν ἀγοράν. *Revocatos autem duces, proclamare iusserunt, Atheniensis quidem in urbe habitantes ire ad forum arma capientes; hos autem in longo muro, ad Theseium, hos vero in Piraeeo, ad Hippodamium forum.* Demosthenes κατὰ Τιμοθέου. Βοηθησόντων αὐτῷ, καὶ καλουμένων εἰς ἡ οἰκίαν, ἡ ἐν Πειραιεῖ, ἡ ἐν τῇ Ἱπποδαμείᾳ, ἑσπέρας ἤδη ὔσης. *Auxiliaturis ei, & deductis ad domum, quae in Piraeeo in Hippodamio, quum iam esset vespera.* Vbi non recte interpretatur doctissimus VVolphius. *In eius aedes in Piraeeo, quae sunt in Equidomitorio.* Debuisset, *quae sunt in foro Hippodamio.* Non enim ab equis ibi domitis nomen datum, sed ab Hippodamo Milesio. Suidas. Ἱπποδάμεια ἀγορὰ, ἐν Πειραιεῖ. ὕτω καλουμένη ἀπὸ Ἱπποδάμου Μιλησίου ἀρχιτέκτονος, τοῦ οἰκοδομησαμένου Ἀθηναίοις τὸν Πειραιᾶ. *Hippodamium forum in Piraeeo; ita dictum ab Hippodamo Milesio Architecto, qui aedificavit Atheniensibus Piraeeum.* Videatur quoque Harpocration in Ἱπποδάμεια. Porro Hippodamus hic novum aedificandi morem invenit. Observare est apud Aristotelem Politic. lib. VII. cap. XI. Ἡ δὴ τῶν ἰδίων οἰκήσεων διάθεσις, ἡδίων μὲν νομίζεται, καὶ χρησιμωτέρα πρὸς τὰς ἄλλας πράξεις, ἂν εὔτομος ᾖ καὶ κατὰ τὸν νεώτερον καὶ Ἱπποδάμειον τρόπον. *Privatarum vero aedium dispositio dulcior quidem putatur, & utilior ad alia opera, si bene secta sit, & iuxta recentiorem, & Hippodamium modum.*

CAP. XX.

Atheniensis in quatuor classes distributi. Harpocration ea in re correctus. Suidae error ostensus. Minervae mater Coryphe. Harpocration semel, iterumque emendatus.

ATheniensis in quatuor classes a Solone distributos, quorum hi Πεντακοσιομέδιμνοι, illi Ἱππεῖς, isti Ζυγῖται, ultimi Θῆτες nuncupati, vix quisquam ignorat. Itaque miror tam crassum mendum accuratissimi Maussaci oculos praeterire potuisse. Locus in Ἱππέας iste est. Ἀριστοτέλης δ' ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ φησὶν, ὅτι Σόλων εἰς δύο διᾶλε τέλη τὸ πᾶν πλῆθος Ἀθηναίων, Πεντακοσιομεδίμνους, καὶ Ἱππέας, Ζυγίτας, καὶ Θῆτας. *Aristoteles autem in Atheniensium Republica dicit, Solonem in duas classes divisisse omnem multitudinem Athe-*

Digitized by Google

thenienſium, Pentacoſiomedimnos, & Equites, Zygitas, & Thetas. Quis non videt ſcribendum eſſe? Εἰς δ'. διᾶλε τέλη. *In quatuor diviſiſſe claſſes.* Et mox. Καὶ Ἱππέας, ἢ Ζυγίτας, *Et Equites, & Zygitas.* Neque enim Pentacoſiomedimni, & Equites una claſſis erant, neque Zygitae, & Thetes altera; ſed ſinguli ſuam claſſem conſtituebant. Res nota eſt, nec demonſtrari opus habet. Vide illum ipſum Harpocrationem, ut ceteros omittam in Θῆτες. Certe valde nugatur Suidas, qui in quinque claſſes factam hanc diſtributionem dicit. Ecce verba eius. Ἱππάς. ὁ Σόλων τοὺς νόμους Ἀθηναίοις γράψας, εἰς έ. τέλη τὸ πᾶν πλῆθος αὐτῶν διέταξε τῶν κατὰ τὰς οὐσίας τιμημάτων· καὶ τῷ πρώτῳ ὄνομα ἦν, πεντακοσιομεδίμνων. τῷ δευτέρῳ, ἱππέων. τῷ τρίτῳ, ζευγιτῶν. τῷ τετάρτῳ, θητῶν. τῷ δὲ πέμπτῳ, ἱππάς. *Hippas. Solon, qui leges Athenienſibus ſcripſit, in quinque claſſes omnem multitudinem illorum diſtribuit ſecundum facultates aeſtimationibus; & primae nomen erat. Pentacoſiomedimnorum, ſecundae Equitum, tertiae Zeugitarum, quartae Thetarum, quintae Hippas.* Nihil poteſt ineptius (*a*). Apud eumdem Harpocrationem in Ἱππία Ἀθηνᾶ, corruptum nomen matris Minervae. Μνασαίας ἐν πρώτῃ Εὐρώπης, τὴν Ἱππίαν Ἀθηνᾶν Ποσειδῶνος εἶναί φησι θυγατέρα καὶ Πολύφης τῆς Ὠκεανοῦ. *Mnaſeas in primo Europae, Hippiam, vel Equeſtrem Minervam Neptuni filiam eſſe dicit, & Polyphes Oceani filiae.* Reſtituo, Καὶ Κορύφης τῆς Ω. *Et Coryphes Oceani f.* Mater Minervae huius erat Coryphe, Oceani F. Etymologici Auctor. Ὅτι Ποσειδῶνος ἦσα θυγάτηρ, καὶ Κορυφῆς τῆς ὠκεανοῦ, ἔχουσα ἅρμα, ὅτως ἐγεννήθη. *Quod Neptuni filia, & Coryphes Oceani filiae, habens currum, ſic nata eſt.* Et hinc Κορυφατία nuncupata Minerva. Cicero De Nat. Deorum lib. III, ubi Minervas enumerat. *Quarta Iove nata, & Coryphe Oceani filia, quam Arcades Coryphaſiam nominant, & quadrigarum inventricem ferunt.* In hoc dumtaxat diſcrimen, quod Iove natam, non Neptuno, tradat. Sed de eo non eſt laborandum. Arnobius lib. IV. *Deſiſtetne, & illa Minervam ſe dicere, cui Coryphaſiae nomen, vel ex Coryphae matris ſigno?* Idem mendum apud Suidam quoque; & nos id dudum monuimus ad Arnobium.

CAP. XXI.

Hermippus Περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν. *Harpocration emendatus.*

ISaeum Iſocratis diſcipulum fuiſſe ex Euripo quodam Περὶ τῆ Ἰσοκράτους μαθημάτων. *De Iſocratis doctrinis*, tradit Harpocration. Ἰσαῖος, εἷς ἐστι τῶν δέκα ῥητόρων ὅτος. μαθητὴς δ' ἦν Ἰσοκράτους, διδάσκαλος δὲ Δημοσθένους, Ἀθηναῖος τὸ γένος, καθά φησιν Εὔριπος ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθημάτων. *Iſaeus unus eſt decem rhetorum hic. Diſcipulus vero erat Iſocratis, magiſter autem Demoſthenis Athenienſis genere, ſicut dicit Euripus in ſecundo de Iſocratis doctrinis.* Qui locus mendis duobus inſeſſus eſt; ac primo corruptum Auctoris nomen, deinde Operis. Reſtituo, Καθά φησιν Ἕρμιππος ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν. *Sicut dicit Hermippus in ſecundo de Iſocratis diſcipulis.* Hermippi tres fuerunt; unus Athenienſis, alter Berytius, tertius Smyrnaeus. Prior Comicus, reliqui duo Grammatici. De ſingulis accurate nos in Bibliotheca noſtra. Vt autem emendationem noſtram firmemus, ea tantum proferemus, quae huc pertinent. Scripſit Hermippus hic, Περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν, *De Iſocratis diſcipulis.* Id hic Opus laudaverat Harpocration. Laudat quoque Athenaeus lib. VIII. Καὶ ὁ Ἕρμιππος δέ φησιν ἐν τρίτῳ περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν. ἐωθινὸν τὸν Ὑπερείδην ποιεῖσθαι νῦν τοὺς περιπάτους ἐν τοῖς ἰχθύσιν. *Et Hermippus vero dicit in libro tertio de Iſocratis diſcipulis, matutinum Hyperidem facere nunc ambulationes in piſcibus, vel piſcario foro.* Iterum lib. X. Θεοδέκτην δὲ τὸν Φασηλίτην φησὶν Ἕρμιππος ἐν τοῖς περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν, ἱκανώτατον γεγονέναι ἀνευρεῖν τὸν προβληθέντα γρῖφον. *Theodectem autem Phaſelitam ait Hermippus in libris de Iſocratis diſcipulis, aptiſſimum fuiſſe ſolvendo propoſitum griphum, vel intricatam quaeſtionem.* Et Dionyſius Halicarnaſſeus in Iſaeo. Οὐδὲ γὰρ ὁ τοὺς Ἰσοκράτους μαθητὰς ἀναγράψας Ἕρμιππος, ἀκριβὴς ἐν τοῖς ἄλλοις γενόμενος, ὑπὲρ τοῦδε τοῦ ῥήτορος οὐδὲν εἴρηκεν, ἔξω δυοῖν τούτοιν, ὅτι διήκουσε μὲν Ἰσοκράτους, καθηγήσατο δὲ Δημοσθένους. *Nam non Hermippus, qui Iſocratis diſcipulos recenſuit, accuratus in aliis quum ſit, de hoc rhetore nihil dixit, praeter haec duo, quod audiverit quidem Iſocratem, docuerit autem Demoſthenem.* Quae haec ipſa ſunt, quae ex eo Harpocration hoc loco profert.

CAP. XXII.

Ζειρά, Ζιρά. Ἡμίζαρον. *Axius fluvius, Harpocration, Gloſſae Herodoti, Heſychius, Pollux, & Suidas varie emendati.*

COrruptus numerus librorum Xenophontis apud Harpocrationem in Ζειρά. Ita inquit. Ζειρὰ, ἤτοι σειρὰ, ὡς τινες· ἢ ἔνδυμά τι, ὃ ἐπενδύοντο, μετὰ τὰς χιτῶνας, ὥσπερ ἐφαπτίδας. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Φιλίππου, εἰ γνήσιος, καὶ Ξενοφῶν ἐν ἕκτῃ ἀναβάσεως, περὶ Θρακῶν λέγων φησὶ, καὶ ζειρὰς μέχρι ποδῶν ἐπὶ τῶν ἵππων ἔχον, ἀλλ' οὐ χλαμύδας. *Zeira, ſive Seira, ut quidam, aut veſtimentum quoddam, quod induebant ſuper tunicas, ſicut ephaptides. Lyſias in oratione contra Philippum, ſi genuina, & Xenophon in ſexto Expeditionis de Thracibus loquens inquit, & veſtimenta, vel ziras ad pedes uſque in equis habebant, ſed non chlamydes.* Reſcribe, Ἐν ἑβδόμῃ ἀναβάσεως, *In ſeptimo Expeditionis.* Origo mendi ex confuſione numerorum ϛ'. & ζ. Nam locus ille, quem citat, eſt Xenophontis lib. VII. Καὶ ζειρὰς μέχρι ποδῶν ἐπὶ τῶν ἵππων ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ χλαμύδας· *Et veſtimenta ad pedes uſque in equis habent, ſed non chlamydes.* Et hic quo-

(*a*) Conſule *Solonem*.

Digitized by Google

quoque apud Harpocrat. repone, ἔχυσιν, pro εἶχον, *habent*, pro *habebunt*, Deinde apud eumdem in verbis antecedentibus scribe, Ἦν ἔνδυμά τι, pro, ἢ ἔνδυμά τι. *Erat vestis quaedam*, pro, *aut vestis quaedam*. Quod vero ad vocem Ζειρὰ attinet, corrigendae etiam Glossae Herodoti. Ζειρὰ, μίτρα, ζώνη. *Zeira, cingulum, zona*. Hodie editur, Εἰρὰ. Item Hesychius non parum corruptus. Ζειρὰ, μίτρα, ταινία, πέρα. *Zeira, matrix, taenia, ultra*. Rescribe, Ζειρὰ, μίτρα, ταινία, τιάρα. *Zeiras, mitra, taenia, tiara*. Et mox iterum, Ζειροφόρους, χωνοφόρους. *Zeiras gestantes, chonophoros*. Rescribe, Ζ. Ζωνοφόρους. *Zonas gestantes*. Nec minus grave mendum apud Pollucem lib. VII. cap. XIII. ubi varia vestium genera recenset. Μασσαλιωτῶν δὲ, ὁ χορταῖος. ὡς ἡ ῥίζα Θρακῶν, εἴτε περίβλημά ἐστιν, εἴτε ζῶμα. *Massiliensium autem hirsutus, sicut radix Thracum, sive amictus est, sive cinctus*. Omnino scribendum censeo, Ὡς ἡ ζιρὰ Θρακῶν. *Sicut zyra Thracum*. Nam indifferenter scribebant, ζειρὰ, & ζιρά. Sic alibi apud Hesychium, Ζειραὶ, χιτῶνες ἀνάκολλοι, *Zyrae tunicae glutinatae*. Vbi iterum mendum, scribendumque, Χιτῶνες. ἀνάκωλοι, *Tunicae brevissimae*. Idem mendum apud Suidam etiam in Ζειραί. Hinc corrupte Lycii Ἡμίζαρον, *Semizarum* dixerunt. Eustathius ad Iliad. λ'. Οὕτω δέ φασι, ἡ ζειρὰ ἐξ ὁμοίας τροπῆς ἐγένετο. συγκριμένη ἡ αὐτὴ παρὰ τὸ δεῖν, ἤτοι δεσμεῖν, καὶ τὸ εἶρον. σημαίνει δέ φασι ζώνην, καὶ χλαμύδα, ἣν μέχρι καὶ ἐς ἄρτι παραφθέροντες οἱ Λυκιακοὶ, ἡμίζαρον λέγουσιν. *Ita autem dicunt, & zeira ex simili mutatione facta est; composita, & ipsa ab verbo* dein, *quod est ligare, sive vincire, &* eirein. *Notat autem dicunt zonam, & tunicam, & chlamydem, quam usque etiam nunc leviter corrumpentes Lycii semizarum dicunt*. Apud eumdem Harpocrationem corruptissimus iterum locus est in Καβύλη. Καὶ Ἀναξιμένης ἐν ὀγδόῳ Φιλιππικῶν, ἔτος ὃ φησιν αὐτὸ ἱδρύσασθαι πρὸς τῷ Τάξῳ ποταμῷ, κατὰ μέσον τὸν Θράκης. *Et Anaximenes in octavo libro Philippicorum, hic autem dicit illud situm esse ad Taxum fluvium in medio Thraciae*. Taxum Thraciae flumen, quod ibi commemorat, ignorant Geographi veteres; neque quisquam est, qui meminerit. Mirum unde haec hauserit Harpocration; nam Suidas certe, ut solet, ex eo transscripsit. Apud VVilhelmum Tyrium De bello sacro lib. XIV. capit. XII. nominatur Taxus urbs Episcopalis primae Caesareae maritimae subiecta. Sed hoc nihil ad hunc locum, quem corruptum ego autumo, ac emendandum, πρὸς τῷ Ἀξίῳ ποταμῷ, *ad Axium fluvium*. Axius fluvius notissimus in illo tractu, qui postea Bardarius dici coepit. Vide quae de ea re a nobis notata in Glossario in Βαρδαριῶται. Concludam hoc caput; si alterum Harpocrationis locum in Κάθετος emendavero. Τῷ μέντοι Σωκράτης τὰς μαχίμους νόμους λέγοντος κωλύεσθαι ἀποδημεῖν, οἱ περὶ Ἀριστοτέλη τοὺς πάντας Λακεδαιμονίους φασίν. *Isocrate nihilominus pugnaces leges dicente vetari in peregrinationem ire, Aristotelici* (a) *omnes Lacedaemonios dicunt*. Legendum censeo, τὰς μαχίμους μόνους, *milites solos*. Evincit ratio antitheseos. Isocrates dicit, solos militares peregrinatione prohibitos fuisse, Aristoteles vero omnes indifferenter Spartanos.

CAP. XXIII.

Andocides Leogoram patrem prodit. Lysiae in eam rem contra ipsum Oratio. Iohannes Tzetzes emendatus.

ANdocides mysteriorum proditorum accusatus, ita evasit, ut fontium nomina proditurum se promitteret, quod mox praestitit, & inter eos ipsum quoque patrem suum Leogoram nominavit. Narrat Plutarchus in eius Vita. Eapropter impietatis eum accusavit Lysias Oratione propria, quam inscripsit, Κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας, *contra Andociden de impietate*. Laudat eam Harpocration in Κατάπληξ. Leogoras vero pater abdicavit eum, & a Senatu nuptias petiit, ut liberos tolleret, quando adoptivus tantum Andocides esset. Habes apud Iohannem Tzetzem Chil. VI. cap. XLIX. cuius ista inscriptio. Περὶ Ἀνδοκίδου τοῦ ῥήτορος, ὃ μέμνηται Λυσίας ὁ ῥήτωρ, ὡς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα μεμψυκότος. *De Andocide rhetore, cuius meminit Lysias Orator, ut qui suum ipse patrem detulerit*. Deinde ita rem narrat.

Ὁ Ἀνδοκίδου ῥήτορος πατὴρ ὁ Λεογόρας
Γ'π' Ἀνδοκίδου προδοθεὶς, νικήσας τε τῇ δίκῃ,
Τὰς δικαστὰς ἱκέτευε γυναῖκα σχεῖν εἰς γάμον,
Ὅπως δὲ παῖδας ἐξ αὐτῆς γεννήσῃ τῶν γνησίων.
Ὁ Ἀνδοκίδης γὰρ θεὸς ἦν παῖς Λεωγόρᾳ.
Χρήμασιν υἱοποιηθεὶς αὐτῷ δι' ἀπαιδίαν.
Andocidae rhetoris pater Leogoras
Ab Andocide prodituus, & quum vicisset iudicio,
Supplicavit iudicibus uxorem habere in matrimonio,
Vt nempe liberos ex ea procrearet legitimos.
Andocides enim deus erat filius Leogorae,
Pecuniis filius ei factus propter defectum sobolis.

Versu penultimo insigne mendum est, quod tollendum. Paulus Lacisius rescribendum arbitrabatur.

Ὁ Ἀνδοκίδης γὰρ νόθος ἦν παῖς τοῦ Λ.
Andocides enim spurius erat filius L.

Et ita quoque vertit. Sed nimis longe a vulgata lectione abit. Evidens emendatio nostra.

Ὁ Ἀνδοκίδης γὰρ θετὸς ἦν παῖς τοῦ Λ.
Andocides enim adoptivus erat filius L.

CAP.

(a) Non vertendum *Aristotelici*, sed *Aristoteles*, ut patet, & filii Grammaticorum docent.

Digitized by Google

CAP. XXIV.

Dinarchi Τυρρηνικὸς, *&* Συνηγορία Αἰσχίνου κατὰ Δεινίου. *Harpocration, Dionyſius Halicarnaſſeus, & Suidas reſtituti.*

INter Dinarchi Orationes una fuit, inſcripta Τυρρηνικός. Emendandus Harpocration in Κέρκυρ@, ubi perperam editur, Δέναρχ@ Τυραννικῷ, *Dinarchus Tyrannico*. Scribe, Δ. Τυρρηνικῷ, *D. Tyrrhenico*. Idem mendum eſt apud eumdem in Λιπάρα. Recte ibidem in Περίσασιν. Δέναρχ@ Τυρρηνικῷ. *Dinarchus Tyrrhenico*. Emendante Mauſsaco. Apud Dionyſium Halicarnaſſeum in Catalogo τῶν δημοσίων γνησίων recenſetur quaedam, Πιρηνικὸς, *Pirenicus*. Reſtituendum cenſeo, Τυρρηνικός. *Tyrrhenicus*. Inter eiusdem Rhethoris Orationes altera quaedam fuit, cuius inſcriptio, Συνηγορία Αἰσχίνου κατὰ Δεινίου. Mendoſus de eadem locus Harpocrationis in Κλιμάζει. Δέναρχ@ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ συνηγορία. Αἰσχίνης κατὰ Δινίου. *Dinarchus in Oratione, quae inſcribitur Defenſio. AEſchines contra Dinian.* Interpungo, & reſtituo, Δ. ἐ. τ. ἐπιγραφομένῳ, συνηγορία Αἰσχίνου κατὰ Δεινίου. *D. i. o. quae inſcribitur Defenſio AEſchinis contra Dinian.* Corruptus quoque Dionyſius Halicarnaſſeus in eodem Catalogo. Ita enim hodie legitur. Κατὰ Λυκούργου εὐθύναι. οἶδα ὅτι, κἂν μηδὲν ὑμῖν συνηγορία αἰσχύνη κατὰ Δινίου. βουλοίμην ἄν, ὦ ἄνδρες. *Contra Lycurgum rationum petitio. Scio etiamſi vobis defenſio plane non pudorem incutiat contra Dinian. Vellem, o viri.* Omnino reſtituendum cenſeo, Κατὰ Λυκούργου, εὐθύναι. Οἶδα ὅτι, κἂν μηδὲν ὑμῖν. Συνηγορία Αἰσχίνου κατὰ Δεινίου. βουλοίμην ἄν. *Contra Lycurgum, rationum petitio. Scio etiamſi nihil vobis. Defenſio AEſchinis contra Dinian. Vellem utique.* Suidas in Κλιμακίζειν ſimpliciter nominat. τὴν ὑπὲρ Αἰσχίνου συνηγορίαν, *Defenſionem pro AEſchine*. Corrigo enim etiam illic, Μέμνηται Δέναρχ@ ἐν τῇ ὑπὲρ Αἰσχίνου συνηγορίᾳ. *Meminit Dinarchus in Defenſione pro AEſchine*. Perperam editur, Ἐν τῇ ὑπὲρ Αἰσχίνου ἰσηγορίᾳ, *in aequabilitate iuris pro AEſchine* (a).

CAP. XXV.

Hyperidae Orationes quot genuinae. Suidas emendatus.

FErebantur Hyperidis Orationes LXXVII. & ex illis genuinae tantum LII. Plutarchus in Vita eius. Φέρονται δ' αὐτοῦ λόγοι ἑβδομήκοντα ἑπτὰ ὧν γνήσιοί εἰσι πεντήκοντα δύο. *Feruntur autem eius Orationes ſeptuaginta ſeptem, quarum genuinae ſunt quinquaginta duae.* Et Photius in Bibliotheca. Ἀνεγνώσθησαν Ὑπερίδου λόγοι διάφοροι, τούτων οἱ μὲν εἰς τὸ τῦ ῥήτορ@ ἀναφερόμενοι γνήσιον, δύο καὶ πεντήκοντά εἰσιν οἱ δ' παρασχόντες ἀμφισβήτησιν, πέντε καὶ εἴκοσι. τὸ γὰρ ὅλον αὐτῶν πλήρωμα εἰς ἑπτὰ συντείνει καὶ ἑβδομήκοντα. *Lectae ſunt Hyperidis Orationes diverſae; quarum quidem, quae ad rhetoris proprium laborem referuntur, duae, & quinquaginta ſunt, quae vero praebent ambiguitatem, quinque & viginti; univerſus enim earum numerus contendit ad ſeptem, & ſeptuaginta.* Ergo Suidas de genuinis tantum Orationibus dicere voluit, quum ſcriberet in Ὑπερίδης. Εἰσὶ δὲ οἱ πάντες λόγοι αὐτῦ νς'. *Sunt vero omnes Orationes eius quinquaginta ſeptem.* Sed mendoſus locus, ſcribendumque, Οἱ πάντες λόγοι αὐτῦ νβ'. *Omnes orationes eius quinquaginta duae* (b).

CAP. XXVI.

Thucydidis nomine quot. Anus ex iis Meleſiae filius, Plutarchus, Marcellinus, & Ariſtophanis Scholiaſtes emendati. Thucydidis Athenienſis librorum numerus. Eiusdem locus reſtitutus.

DE Thucydide, Periclis adverſario, locus eſt Plutarchi in Pericle. Διαμνημονεύεται δέ τις καὶ Θουκυδίδου τῦ Μιλησίου λόγ@, ὡς τὴν δεινότητα τοῦ Περικλέους μετὰ παιδιᾶς εἰρημέν@. *Percrebuit vero aliqua etiam Thucydidis Mileſii Oratio, contra vehementiam Periclis cum riſu dicta.* Sed an Mileſius ille fuit? ita videtur, neque Interpres eruditus aliter vertit. Atqui Alopecenſis fuit; clare ille ipſe Plutarchus non multo poſt. Θουκυδίδην τὸν Ἀλωπεκῆθεν, ἄνδρα σώφρονα, καὶ κηδεστὴν Κίμων@, ἀντέσησαν ἐναντιωσόμενον. *Thucydides ab Alopeca, virum ſapientem, & adfinem Cimonis, impediverunt obviam iturum.* Eodem modo Marcellinus in Vita Thucydidis, ubi enumerat, quot illo nomine fuerint. Καὶ δεύτερ@, δημαγωγὸς Μιλησίου υἱός. *Et ſecundus populi ductor, Mileſii filius.* Et Ariſtophanis Scholiaſtes ad Veſpas. Θουκυδίδου τὸν Μιλησίου λέγει, τὸν Ἀλωπεκῆθεν. *Thucydidem Mileſii filium dicit, domo Alopece.* Iam Alopecae inter Atticae Populos fuit, uti notum. Quomodo ergo Mileſius fuiſſe dici poteſt? Emendo levi mutatione, Θουκυδίδου τοῦ Μελησίου. *Thucydidis Meleſiae filii.* Fuit Thucydides iſte Meleſiae filius. Plato in extremo Theage. Ἦκων δὲ καταλάμβανε μετ' ἐμοῦ διατρίβοντα Θουκυδίδην τὸν Μελησίου υἱόν. *Veniens vero deprehendit mecum verſantem Thucydidem Meleſiae filium*, Confirmat, quod ipſe alterum filiorum de patris nomine Meleſium adpellavit. Ecce apud eumdem Platonem Menone, Ἐνθυμήθη ὅτι Θουκυδίδης αὖ δύο υἱεῖς ἔθρεψε, Μελησίαν καὶ Στέφανον, καὶ τούτους ἐπαίδευσε τἆλλα εὖ, καὶ ἐπάλαισαν κάλλιστα Ἀθηναίων. *In mentem venit Thucydidem rurſus duos filios educaviſſe, Meleſian, & Stephanum, eoſque erudiviſſe tum cetera bene, & luctando praeſtiterunt omnibus Athenienſibus.* Ac meminit rurſum bis, terve initio Lachetis; quemadmodum etiam Athenaeus Dipnoſophiſt. lib. XI. Celebrantur vero Thucydidae quatuor; unus iſte, de quo dixi, Alopecenſis Meleſiae filius, alter Gargettius, tertius Theſſalus, urbe Pharſalo, quartus

(a) Conſule *Bibliothecam Atticam*.

(b) Adi *Bibliothecam Atticam*.

Digitized by Google

tus Athenienſis Olori filius, & rebus geſtis, & Hiſtoria ſcripta, clariſſimus. Ariſtophanis Scholiaſtes ad Acharnenſes. Οὗτος δὲ ὁ Θουκυδίδης Μελησίου παῖς ἦν, γεγόνασι δὲ τέσσαρες. ὁ ἱστορικός. ὁ Γαργήττιος, ὁ Θετταλός. ὁ Μελησίου υἱός. *Ille autem Thucydides Meleſiae filius erat. Fuerunt vero quatuor; Hiſtoricus, Gargettius, Theſſalus, Meleſiae filius.* Corruptus idem eſt ad Veſpas. Θουκυδίδης Μιλησίου υἱὸς Περικλεῖ ἀντιπολιτευσάμενος. τέσσαρες δέ εἰσι Θουκυδίδαι Ἀθηναῖοι. ὁ ἱστοριογράφος, καὶ ὁ Γαργήττιος, καὶ ὁ Θετταλὸς, καὶ ὅτι, ἄριστος ῥήτωρ τυγχάνων. *Thucydides Mileſii filius, qui contrarias Pericli partes in Republica fovit. Quatuor vero ſunt Thucydidae Athenienſes; Hiſtoricus, & Gargettius, & Theſſalus, & iſte, optimus Orator.* An enim omnes Athenienſes? Nihil falſius. Reſtituo, Θουκυδίδης Μελησίου υἱὸς, Περικλεῖ ἀντιπολιτευσάμενος. τέσσαρες δέ εἰσι Θουκυδίδαι. Ἀθηναῖος, ὁ ἱστοριογράφος, καὶ, &c. *Thucydides Meleſiae filius, contrariam ſectam Pericli ſequutus. Quatuor autem ſunt Thucydides. Athenienſis, Hiſtoricus, &*, &c. Quem vero hic Theſſalum vocat, eum ego Pharſalium ſtatuo, laudatum Thucydidi Hiſtorico lib. VIII. ubi ait. Καὶ Θουκυδίδῃ τῷ Φαρσαλίῳ, τῷ προξένου τῆς πόλεως, παρόντος. *Et Thucydidae Pharſalii, hoſpitio cum civitate iuncti praeſentis.* Quem Gargettium iſti faciunt, Marcellinus in Vita Thucydidis Acherduſium eſſe refert. Μὴ ἀγνοῶμεν δέ, ὅτι ἐγένοντο Θουκυδίδαι πολλοί, οὗτος (a) ὁ τῷ Ὀλόρου παῖς, καὶ δεύτερος δημαγωγὸς, Μιλησίου, ὃς καὶ Περικλεῖ διεπολιτεύσατο. Τρίτος δὲ γένει Φαρσάλιος, οὗ μέμνηται Πολέμων ἐν τοῖς περὶ ἀκροπόλεως, φάσκων αὐτὸν εἶναι πατρὸς Μένωνος. Τέταρτος ἄλλος Θουκυδίδης, ποιητὴς, τὸν δῆμον Ἀχερδέσιος. *Non autem ignoramus multos fuiſſe Thucydidas, hunc Olori filium, & ſecundum in Republica populari verſatum, Mileſii filium, qui etiam contrarias Pericli partes ſequutus fuit; tertium vero genere Pharſalium, cuius meminit Polemon in ſcriptis de arce, dicens eum patre cenſeri Menone. Quartus alius Thucydides Poeta, Populum Acherduſius.* Praecipuus autem inter hos fuit Athenienſis Olori filius, Hiſtoricus graviſſimus, cuiuſque etiamnum hodie Hiſtoriarum libri octo ſuperſunt. Quamquam, ut hoc nunc dicamus, de numero Veteres variaverint. Alii enim in novem diſtribuerunt. Diodorus Siculus lib. XII. Οὕτως μὲν ἓν ὁ πόλεμος διέμεινεν ἐπὶ ἔτη εἰκοσιεπτά. ὁ δὲ Θουκυδίδης ἔτη δύο πρὸς τοῖς εἴκοσι γέγραφεν ἐν βιβλίοις ἑπτά, ὡς δέ τινες διαιροῦσιν, θ'. *Hoc quidem igitur bellum duravit ad annos viginti ſeptem. Thucydides autem duos annos ad viginti ſcripſit in libris* VIII. *ut vero alii dividunt, novem.* Anonymus in Deſcript. Olympiad. Ἐνταῦθα Θουκυδίδης τὴν ἱστορίαν κατέστρεψε, περιλαβὼν κβ'. ἐτῶν χρόνον ἐν βιβλίοις ἑπτά· τινὲς δὲ ἐν θ' διαιροῦσιν εἰς θ'. *Ibi Thucydides hiſtoriam ſuam finivit, comprehendens duorum, & viginti annorum tempus in libris octo; nonnulli vero diviſerunt in novem.* Alii etiam XIII. fecerunt. Marcellinus in eius Vita. Ἰστέον δὲ ὅτι τὴν πραγματείαν αὐτῶν οἱ μὲν κατέτεμον εἰς τρισκαίδεκα ἱστορίας, ἄλλοι δὲ ἄλλως. *Sciendum vero hiſtoriam eius alios ſecuiſſe in tredecim hiſtorias, alios vero aliter.* Sed corrigendus per occaſionem eius locus lib. II. in deſcriptione peſtis illius celeberrimae Οἰκιῶν γὰρ οὐχ ὑπαρχουσῶν, ἀλλ' ἐν καλύβαις πνιγηραῖς ὥρᾳ ἔτους διαιτωμένων, ὁ φθόρος ἐγίγνετο. *Nam quum domus non eſſent, ſed in tuguriis ſqualidis, & aeſtuoſis tempore anni viventium pernicies exſiſtebat.* Et natum mendum non ita pridem; nam & Scholiaſtes agnoſcit. Quod enim fuit illud anni tempus, quo graſſata iſta peſtis? Diſerte id expreſſerat Hiſtoricus, ſcripſeratque, ὥρᾳ θέρους δ. *tempore aeſtatis* IV. Et poſtea pluribus item verbis, ὁ φθόρος κατὰ τὸ σῶμα ἐγίγνετο, *noxa corpori accidebat.* Atque ita repraeſentat Galenus περὶ ἐπιφορᾶς πυρετῶν, lib. I. cap. V. Ἔνιοι δ' ὅτε κατάρχῃ μὲν ἄμετρος θερμασία τῷ περιέχοντος, ὡς ἐπὶ τῷ καταλαβόντος Ἀθηναίους λοιμῷ, καθά φησιν ὁ Θουκυδίδης· Ἀλλ' ἐν καλύβαις πνιγηραῖς ὥρᾳ θέρους διαιτωμένων ὁ φθόρος κατὰ τὸ σῶμα ἐγίγνετο. *Interdum vero initium quidem facit immodicus calor aeris, ut in peſte, quae Athenienſes corripuit, quod inquit Thucydides. Sed in tuguriis aeſtuantibus tempore aeſtatis viventium corruptela in corpore exſiſtebat.* Ergo ſic reſtituendum.

(a) Editio Amſtelaedam. 1731. Οὗτός τε.

CAP. XXVII.

Xenophon quando floruerit maxime. Epaenetus an Euaenetus, an Exaenetus, an Xenaenetus, an Xynaenetus Archon. Diogenes Laertius emendatus. Quando in exſilium actus, & quando mortuus. Eubulus, & Eubulides Archontes. Diogenes Laertius iterum correctus. Callidemides, an Callimedes Archon.

QVonam tempore maxime Xenophon floruerit, controverſum apud Veteres fuiſſe narrat Diogenes Laertius in eius Vita lib. II. Quidam tradebant circa Olymp. XCIV. annum IV. Ecce iſta eius verba. Ἤκμαζε δὲ κατὰ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς τετάρτης καὶ ἐνενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, καὶ ἀναβέβηκε σὺν Κύρῳ ἐπὶ ἄρχοντος Ξεναινέτου. *Floruit autem quarto anno quartae, & nonageſimae Olympiadis, & adſcendit cum Cyro Archonte Xenaeneto.* Sed in nomine Archontis iſtius non conſentiunt. Anonymus in Olymp. Deſcript. ab his Epaenetum, ab aliis Xynaenetum adpellari tradit. Diodorus Siculus Exaenetum nominat lib. XIV. certe Xenaenetum nominat etiam Lyſias Orat. Περὶ δημοσίων χρημάτων. Καὶ ἐδικάσατο ἐπὶ Ξεναινέτου ἄρχοντος. *Condemnavit Xenaeneto Archonte.* Hoc ἐν παρόδῳ. Alii potiſſimum floruiſſe Xenophontem volunt circa Olymp. LXXXIX. Idem Diogenes paulo poſt. Εὗρον δὲ ἀλλαχόθι ἀκμάσαι αὐτὸν περὶ τὴν ἐνάτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, σὺν τοῖς ἄλλοις Σωκρατικοῖς. *Sed alibi reperi eum floruiſſe circa nonam & octogeſimam Olympiadem cum aliis Socraticis.* Sed haec lectio vereor uti ſit mendoſa, commutatis dictionum finibus, legendumque, Περὶ τὴν ἐνενηκοστὴν καὶ ὀγδόην, *circa*

circa nonagesimam, & nonam (a) Habeo auctorem emendationis huius Anonymum in Olymp. Descript. ad Olympiadis illius istum annum, cuius ista ibi verba. Ξενοφῶν ἤκμασε σὺν τοῖς ἄλλοις Σωκρατικοῖς. *Xenophon floruit cum aliis Socraticis*. Porro hic ipse Xenophon, quod Lacedaemoniorum partibus favere videretur, in exsilium ab Athenien-
B sibus actus fuit. Narrat Diogenes loco citato. Παρ' ὃν καιρὸν ἐπὶ Λακωνισμῷ φυγὴν ὑπ' Ἀθηναίων κατεγνώσθη. *Quo tempore propter Laconum partes praelatas fuga ab Athenien-sibus multatus fuit*. Meminitque ipse de Exped. Cyri lib. v. & VII. Sed quonam illud tempore factum? Diogenes ibidem ex Istro commemorat, incidisse exsilii tempus in Eubuli Magistratum. Ἴστρος φησὶν αὐτὸν φυγεῖν κατὰ ψήφισμα Εὐβούλου, καὶ κατελθεῖν κατὰ ψήφισμα τοῦ αὐτοῦ. *Ister ait eum fugisse ex decreto Eubuli, & reversum esse ex decreto eiusdem*. Verum hic iterum omnino mendum esse in nomine Archontis ostendemus. Obiit Xenophon Olympiad. CV. anno I. Archonte Callidemide. Anonymus, quem laudavi in isto anno. ΚΑΛΛΙΔΗΜΙΔΗΣ. Ξενοφῶν ὁ Γρύλλου κατέτρεψε τὸν βίον. *CALLIDEMIDES. Xenophon Grylli finivit vitam*. Et Diogenes etiam alibi. Κατέτρεψε δέ, καθά φησι Στησικλείδης, ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων καὶ Ὀλυμπικῶν ἀναγραφῇ, ἔτει πρώτῳ τῆς πέμπτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ ἄρχοντος Καλλιδημίδου. *Finivit autem, prout ait Stesiclides Athenien-sis in Archontum, & Olympionicarum recensione, anno primo quintae, & centesimae Olympiadis Archonte Callidemide*. Atqui Eubulus Magistratum demum gessit totis annis quindecim post, idest, Olympiad. CVIII. anno IV. Ergo satis manifestus mendi locus Diogenis; censeoque restituendum. Κατὰ ψήφισμα Εὐβουλίδου, *ex decreto Eubulidae*. Eubulides fuerit, non Eubulus, qui Athenis Magistratum summum gessit Olymp. XCVI. anno III. ut discimus ex Anonymo iam aliquoties laudato, & Diodoro Siculo lib. XIV. Obiter vero, quando per hanc occasionem de morte Xenophontis dixi, admonendum, variari Archontis nomen istius anni; Callimedemque eum vocari, non Callidemidem, apud Diodorum Sicul. initio lib. XVI. Ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνῃσι Καλλιμήδου, Ὀλυμπιὰς μὲν ἤχθη πέμπτη πρὸς ταῖς ἑκατόν. *Nam Archonte Athenis Callimede, Olympias quidem acta fuit quinta supra centum*. Eodem modo apud Dionysium Halicarnassaeum in Dinarcho.

CAP. XXVIII.

Πεντηκοστή. Πεντηκοστεύεσθαι. Πεντηκοστολογεῖν. *Suidas emendatus. Quale illud tributum fuerit, & quantum inde aerario redierit.*

APud Athenienses inter cetera tributa, Πεντηκοστὴ erat; quam qui pendebant, Πεντεκοστεύεσθαι, qui exigebant, Πεντηκοστολογεῖν, dicebantur. Suidas. Πεντηκοστὴ, καὶ Πεντηκοστεύεσθαι, καὶ Πεντηκοστηλόγοι. Πεντηκοστὴ μὲν, τὸ

A τέλος ὁ τελοῦσι. Πεντηκοστολόγοι δέ, οἱ τοῦτο ἐκλέγοντες. Πεντηκοστεύεσθαι δὲ, τὸ πράττεσθαι τὴν Πεντηκοστήν. ταῦτα δέ ἐστιν εὑρεῖν ἐν τῷ Κατὰ Μειδίου, καὶ ἐν τῷ πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφήν. Δημοσθένης καὶ Ὑπερίδης ἐν τῷ περὶ τῶν Εὐβούλου δωρεῶν. *Quinquagesima, & Quinquagesimam solvere, & collectores Quinquagesimae. Quinquagesima quidem vectigal, quod solvunt. Quinquagesimae autem collectores, qui id exigunt. Quinquagesimari vero, exigi Quinquagesimam. Haec vero licet invenire, in oratione contra Midian, & in altera contra exceptionem Lacriti. Demosthenes, & Hyperides in Oratione de Eubuli donationibus*. Sed mendum illic est, scribendumque, Καὶ ἐν τῷ πρὸς τὴν Λάκριτου παραγραφὴν Δημοσθένους. καὶ Υ. *Et in Oratione Demosthenis contra Lacriti exceptionem, & H.* Habes totidem pene verbis apud Harpocrationem. Pollux lib. II. cap. IV. sect. XXIV. Δεκατηλόγους δὲ, καὶ Πεντηκοστηλόγους, εἶπε Δημοσθένης. *Decimae vero collectores, & Quinquagesimae collectores, dixit Demosthenes*.
C Iterum lib. IX. cap. V. Πεντηκοστολόγοι, ἢ Πεντηκοστολογεῖν, ἐν Φιλωνίδου Κοθόρνοις ἐστὶν εἰρημένον. *Quinquagesimae collectores, & Quinquagesimam exigere in Philonidae Cothurnis est dictum*. Quidnam autem tributi fuerit, nomen loquitur, & diserte Auctor Etymologici explicat, qui ait, mercium peregrinarum, quotquot Piraeeum adpellerent, Quinquagesimam mercatoribus indictam fuisse. Verba ecce eius ista in Πεντηκοστευόμενον. Τῶν εἰσαγομένων εἰς τὸν Πειραιᾶ Φορτίων ἐκ τῆς ἀλλοδαπῆς Πεντηκοστὴν ἐτέλουν οἱ ἔμποροι. *Mercium, quae in Piraeeum devehebantur ex aliena regione Quinquagesimam solvebant mercatores*.
D Et animadvertere est apud Demosthenem Orat. adversus Lacritum. Οὗτοι δὲ περιεπάτουν ἐν τῷ Δείγματι τῷ ἡμετέρῳ· καὶ ἡμεῖς προσιόντες διελεγόμεθα, καὶ ἐλελεύομεν τούτους ἐπιμελεῖσθαι, ὅπως ἂν ὡς τάχιστα ἀπολάβοιμεν τὰ χρήματα. οὗτοι δὲ ὡμολόγουν τε, καὶ ἔλεγον, ὅτι αὐτὰ ταῦτα περαίνοιεν. καὶ ἡμεῖς τούτοις προσῄμεν, καὶ ἄλλα ἐπεσκοποῦμεν, εἴ τι ἐξαιρεῖνται πόθεν ἐκ τοῦ πλοίου, ἢ πεντεκοστεύονται. ἐπειδὴ δὲ ἡμέραι τε ἦσαν συχναὶ ἐπιδημοῦσι τούτοις, ἡμεῖς τε οὐδ' ὁτιοῦν εὑρίσκομεν ὅτε ἐξῃρημένον, ὅτε πεντεκοστευόμενον ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτων, ἐνταῦθα ἤδη μᾶλλον προσεκείμεθα ἀπαιτοῦντες. *Illi vero ambulabant in Digmate nostro, & nos accedentes colloquuti fuimus iussimusque eos curare, ut quam celerrime reciperemus pecunias. Illi vero consenserunt, dixeruntque se illud effecturos. Et nos illis adfuimus, & alia inspiciebamus, si quid alicunde ex navi eximeretur, aut Quinquagesima exigeretur. Sed postquam dies erant satis multi illis hic agentibus, neque nos quidquam invenimus vel exemtum, vel Quinquagesimae praetextu solutum nomine illorum, ibi iam magis institimus exigentes*. Meminit etiam Lycurgus Κατὰ Λεωκράτους. Ἔτι δὲ καὶ πεντηκοστῆς μετέχων ἐτύγχανεν, ἣν οὐκ ἂν καταλιπὼν κατ' ἐμπορίαν ἀπεδήμει. *Sed praeterea etiam Quinquagesimae particeps fuit, quam non sane relicturus in mercaturam abiit*. Iterum. Ὡς καὶ μεγάλα καὶ βλάβους εἴη, τῆς πεντηκοστῆς μετέχων αὐτοῖς. *Vt etiam magna, & damno forent, Quinquagesimae illis particeps*. Sed quan-

(a) Vertendum *octava*.

Digitized by Google

quanti ex hoc tributo reditus? Obſervo talenta circiter triginta. Ecce enim apud Andocidem in Orat. Περὶ τῶν μυςηρίων. Ἀργύριος γὰρ ὑτοσὶ, ὁ καλὸς κἀγαθὸς ἄρχων, εἰς ἐγένετο τῆς πεντηκοςῆς τρίτον ἔτος, καὶ ἐπρίατο τριάκονλα ταλάνλων. *Argyrius enim iſte, pulcer & bonus Archon, unus fuit Quinquageſimae tertio anno, & emit triginta talentis.*

CAP. XXIX.

Euthymus pugil, non luctator; ter victor, ſemel victus. Demoſthenes, Anonymus in Deſcript. Olympiad. Plinius, & Suidas reſtituti. Theagenes ter Pythionica, non Olympionica. Dionis Chryſoſtomi ἀμάρτημα μνημονικὸν indicatum.

NON leviter corruptus eſt Demoſthenis locus in Oratione adverſus Midiam. Εὔθυμον τὸν παλαίσαντά ποτε, ἐκεῖνον τὸν νεανίσκον, καὶ Σώφιλον τὸν παγκρατιαςήν. *Euthymum quondam palaeſtritam, illum adoleſcentem, & Sophilum pancratiaſten.* Ac primum reſcribo, Εὔθυμον τὸν π. *Euthymum pal.* Euthymus enim, non Euthynus dicebatur. Plinius libro VII. cap. XLVIII. *Conſecratus eſt vivus, ſentienſque oraculi eiusdem iuſſu, & Iovis deorum ſummi adſtipulatu, Euthymus pycta, ſemper Olympiae victor, & ſemel victus.* AElianus Var. Hiſt. lib. VIII. cap. XVIII. Εὔθυμος ὁ Λοκρὸς τῶν ἐν Ἰταλίᾳ, πύκτης ἀγαθὸς ἦν, ῥώμῃ τε σώματος πεπίςευται θαυμασιώτατος γενέσθαι. *Euthymus Locrenſis ex Locris, qui ſunt in italia, pugil egregius erat, & robore corporis creditus fuit perquam admirabilis fuiſſe.* Et obſerva, pugilem vocari a Plinio pariter, atque AEliano, quum Demoſthenes luctatorem eum dicat. Certe pugilem etiam Suidas fuiſſe tradit. Εὔθυμος, Λοκρὸς τῶν Ἐπιζεφυρίων, ὃς ἠγωνίσατο πυὺξ πρὸς Θεαγένλω τὸν Θάσιον καὶ ὑπερεβάλλετο μὲν ὁ Θεαγένης ἐπερεάσας τὸν Εὔθυμον, ὁ μέντοι ἐν παγκρατίῳ λαβεῖν ἐδυνήθη τὸν κότινον, προκατεργασμένος ὑπὸ Εὐθύμυ. ἐνίκησε δὲ Εὔθυμος τὰς ἑφεξῆς Ὀλυμπιάδας τρεῖς, καὶ ἐςεφανώθη, τῷ Θασίῳ μὴ κατασάντος οἱ ἐς πυγμὴν, ἀλλ' ἑτέρων. *Euthymus Locrenſis Epizephyriorum, qui certavit pugilatu contra Theagenen Thaſium; & ſuperavit quidem Theagenes, debilem faciens Euthymum. Non tamen in pancratio potuit nanciſci coronam oleaſtri, ante debellatus ab Euthymo. Euthymus vero vicit inſequentes Olympiadas tres, & coronatus fuit; Thaſio non congreſſo cum eo pugilatu, ſed aliis.* Decertavit autem Olympiadibus continuis quatuor, LXXIV. LXXV. LXXVI. LXXVII. Ac primo certamine quum viciſſet, ſecundo victus, tertio, & quarto rurſum vicit. Legimus rem totam apud Pauſaniam Eliac. lib. II. Τότε μὲν δὴ (τῷ Ἀςυκλέους) παῖδα εἶναι λέγεται τὸν Εὔθυμον. ἀνελομένῳ δὲ οἱ πυγμῆς ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκλω τετάρτῃ πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα Ὀλυμπιάδλι. ὃ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐς τὴν ἐπιοῦσαν Ὀλυμπιάδα ἔμελλε χωρήσειν. Θεαγένης γὰρ ὁ Θάσιος, Ὀλυμπιάδι ἐθέλων τῇ αὐτῇ πυγμῆς τε ἀνελέωθαι καὶ παγκρατίυ νίκας, ὑπερεβάλλετο πυκτεύων τὸν Εὔθυμον, ὃ μὴν ὐδὲ ὁ Θεαγένης ἐπὶ τῷ παγκρατίῳ λαβεῖν ἠδλυνήθη τὸν κότινον, ἅτε προκατεργασθεὶς τῇ μάχῃ πρὸς τὸν Εὔθυμον. *Huius quidem (Aſtyclis) filium eſſe dicitur Euthymum. Qui quum abſtuliſſet pugilatu Olympiae victorium Olympiade quarta ſupra ſeptuaginta, non ei ceſſura res erat pari modo Olympiade ſequente. Theagenes enim Thaſius, cupiens eadem Olympiade & pugilatus, & pancratii auferre palmas ſuperabat pugil Euthymum. Attamen nec Theagenes in pancratio potuit nanciſci coronam oleaſtri, quippe defatigatus pugna contra Euthymum.* Et mox. Ἕκτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι ἐπὶ ταῖς ἑβδομήκοντα, τὸ μὲν τῷ θεῷ τοῦ ἀργυρίυ γιγνόμλνον ἐξέτισεν ὁ Θεαγένης, καὶ ἀμειβόμλνον αὐτὸν οὐκ ἐσῆλθεν ἐπὶ τὴν πυγμήν. καὶ ἐπ' ἐκείνης τε αὐτῆς, καὶ ἐπὶ τῆς μετ' ἐκείνλω Ὀλυμπιάδος τὸν ἐπὶ πυγμῇ ςέφανον ἀνείλετο ὁ Εὔθυμος. *Sed ſexta Olympiade ſupra ſeptuaginta, argenti, quod Deo debebatur, exſolvit Theagenes, & commutans eum non ingreſſus fuit ad pugilatum, & tum illa ipſa, tum ſequente iſtam Olympiade coronam ex pugilatu obtinuit Euthymus.* Ecce, ſemper pugilatu decertavit hicce Euthymus, numquam lucta. Nam Anonymus, apud quem bis luctatus legitur, duabus nempe poſtremis illis Olympiadibus, omnino vitii manifeſtus eſt. Inſpiciamus. In Olympiade LXXIV. haec notat. Εὔθυμος Ἀςυκλέους Λοκρὸς Ἐπιζεφύριος ἀνδρῶν πυγμήν. *Euthymus Aſtyclis Locrus Epizephyrius virorum pugilatum.* In Olympiade LXXVI. Εὔθυμος Ἀςυκλέους Λοκρὸς Ἐπιζεφύριος πάλλω τὸ δεύτερον. *Euthymus Aſtyclis Locrus Epizephyrius luctam ſecundum.* Atqui prima eius victoria fuit pugilatu, quomodo ſecundum lucta vicit? Igitur erravit manus oſcitantis librarii, ſcribendumque, Εὔ. Α. Λ. Ἐπιζεφύριος πυγμὴν τὸ δ. *Eu. A. L. Epizephyrius pugilatum ſ.* Sic in Olympiade ſequenti LXXVII. Εὔθυμος Ἀςυκλέους Λοκρὸς Ἐπιζεφύριος πάλλω τὸ τρίτον. *Euthymus Aſtyclis filius Locrus Epizephyrius luctam tertium.* Idem error eſt commiſſus, iterumque reſcribendum, Πυγμὴν τὸ τρίτον, *pugilatum tertium.* Sine dubio idem peccatum a librario in Demoſthene eſt commiſſum, reſcribendumque omnino erit. Εὔθυμον τὸν πυκτεύσαντά ποτε. *Euthymum, qui pugilatu quondam certavit.* Et in Plinio quoque mendum neceſſario eſt. Attendamus enim verba. *Euthymus pycta, ſemper Olympiae victor, & ſemel victus.* Quo pacto, quaeſo, ſemper victor ille dicetur, qui ſemel victus (a)? Emendaverim, *Euthymus pycta, ſed ter Olympiae* v. Quater decertavit Euthymus, ac ſemel victus, ter victoriam reportavit. Verum neque in Suida recte eſt. Ἔνικησε δὲ Εὔθυμος τὰς ἑφεξῆς Ὀλυμπιάδας τρεῖς, καὶ ἐςεφανήθη. *Vicit autem Euthymus inſequentes Olympiadas tres, & coronatus fuit.* Nam neque tres ex ordine victorias retulit; quando medio inter primam, & ſecundam certamine victus a Theagene Thaſio ipſe fuit, neque, quod dicere velle videtur, poſt ſecundum certamen ter vicit, ſed bis dumtaxat. Ergo reſcripſerim, Τὰς ἑφεξῆς Ὀλυμπιάδας δύο, *inſequentes Olympiadas duo.* Origo mendi fuerit a confuſione nu-

(a) Ita tamen habet etiam vetuſtiſſimus Codex Riccardianus:

ne numerorum β'. & γ'. Sed quia in Theagenis Thasii mentionem incidimus, amplius aliquid de eo nobis est dicendum. Celeberrimus ille fuit pluribus victoriis: adeoque ut semel Olympiis, ita ter Pythiis, novies Nemeis, decies Isthmiis, pugilatu pancratiove victor evasit. Tradit Pausanias Eliac. lib. 11. Τὴν δὲ Ὀλυμπιάδα τὴν ἐπὶ ταύτῃ παγκρατιάζων ὁ Θεαγένης ἐκράτει. γεγόνασι δ' αὐτῷ καὶ Πυθοῖ νίκαι τρεῖς, αὗται μὲν ἐπὶ πυγμῇ, Νεμέων δὲ ἐννέα, καὶ Ἰσθμίων δέκα, παγκρατίου τε ἀναμίξ καὶ πυγμῆς. *Olympiadem vero sequutam pancratio certans Theagenes obtinuit. Sed etiam contigerunt ei in Pythiis victoriae tres, hae quidem ex pugilatu, Nemeorum vero novem, & Isthmiorum decem, nunc pancratii, nunc pugilatu.* Memoria lapsus est Dion Chrysostomus, qui Olympiis ter vicisse eum tradit. Locus exstat Orat. xxxi. Θεαγένης ἦν Θάσιος ἀθλητής. ἔτος ἐδόκει ῥώμῃ διενεγκεῖν τοὺς καθ' ἑαυτόν, καὶ δὴ σὺν ἑτέροις πολλοῖς, καὶ τὸν Ὀλυμπιάσι τρὶς ἀλῆφει στέφανον. *Theagenes erat Thasius athleta. Ille videbatur robore antecellere suos aequales; & cum multis aliis etiam Olympiadibus ter accepit coronam.*

CAP. XXX.

Balnea Serangii, & Thrasylli. Vtraque terrae Atticae loca; illud Piraeei, hoc Amphitropae. Harpocrationis explicatio reiecta.

BAlnea duo in agro Attico animadverto; unum Serangii in Piraeeo, alterum Thrasylli in Amphitropensi populo. De Serangio, ecce Hesychius. Σηράγγιον, βαλανεῖον, *Serangium balneum*. Meminitque Isaeus in Orat. Περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου. Ἀποδίδοται ἀγρὸν μὲν Ἀθμονεῖ, πέντε καὶ ἑβδομήκοντα μνῶν, Ἀντιφάνει· τὸ δ' ἐν Σηραγγίῳ βαλανεῖον, τρισχιλίων, Ἀριστολόχῳ. *Reddit agrum quidem Athmonensem, quinque & septuaginta minis Antiphani, balneum vero in Serangio tribus millibus Aristolocho.* Erat autem Serangium locus Piraeei. Suidas. Σηράγγιον, χωρίον τοῦ Πειραιῶς. *Serangium, regiuncula Piraeei.* Harpocration. Σηράγγιον Λυσίας ἐν τῷ κατ' Ἀνδροτίωνος χωρίον τι τοῦ Πειραιῶς ἄνω; ἐκαλεῖτο. μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Γεωργοῖς. *Serangium. Lysias in Oratione contra Androtionem; regiuncula quaedam Piraei ita vocabatur. Meminit vero eius quoque Aristophanes in Agricolis.* De Thrasylli vero balneo, elegans locus est Alciphronis in Epistola Platylaemi ad Erebintholeontem. Ὡς ἐν ἡσθόμην ἐκ εἶναί μοι εἰς ταῦτα εἰσιτητὸν, ἐραμὼν ἐπὶ τὸ Θρασύλλου βαλανεῖον ἰδιωτικῆς οἰκίας, εὗρον τοῦτο κένον. καὶ καταλαβὼν ὀβολὼ δύο, καὶ τὸν βαλανέα τούτοις ἵλεων καταστήσας, ἐθερόμην ἄχρις οὗ τὸν νιφετὸν μὲν πηγυλὶς διεδέξατο, καὶ ὑπὸ τοῦ κρύους τοῦ μεταξὺ διερῷ παγέντος πρὸς ἀλλήλους ἐδέδεντο οἱ λίθοι. *Vt igitur sensi non esse mihi ad ista adeundi licentiam, cursu sumto ad Thrasylli balneum privatarum aedium, inveni illud vacuum, & erogans duos obolos, iisque balnearium propitium reddens, calefaciebam me usque dum madidam nivem quidem exciperet adstringens gelu, & per istud frigus humore, qui medius fuerat, compacto sibi invicem illigarentur lapides.* Thrasyllum autem erat locus quidam Amphitropae, quemadmodum Aulon. Observo apud AEschinem in Timarchum. Φοβηθεὶς γὰρ τὰς λειτουργίας, ἀπέδοτο & ἦν αὐτῷ κτήματα ἄνευ τῶν ἀρτίως εἰρημένων χωρίων. Κηφισιᾶσιν ἕτερον ἀγρὸν, Ἀμφιτροπῆσιν ἐργαστήρια δύο ἐν τοῖς ἀργυρείοις, ἓν μὲν ἐν Αὐλῶνι, ἕτερον δὲ ἐπὶ Θρασύλλῳ. *Metuens vero publica ministeria vendidit quas habebat possessiones, absque illis, qui modo dicti sunt fundis; Cephisiis alium agrum, Ampbitropis officinas duas in argenti metallis, unam quidem Aulone, aliam vero ad Thrasyllum.* Meminit eius etiam Demosthenes Orat. in Pantaenetum. Καταστήσας Ἀντιγένλω, τὸν ἑαυτοῦ οἰκέτλω εἰς τὸ ἐργαστήριον τὸ ἐμὸν, τὸ ἐπὶ Θρασύλλῳ, κύριον τῶν ἐμῶν, ἀπαγορεύοντος ἐμοῦ. *Constituens Antigenem servum suum ad officinam meam, quae est ad Thrasyllum, dominum mearum rerum, recusante me.* Nec puto recte sentire Harpocrationem, qui interpretatur, Ἐπὶ τῷ Θρασύλλω μνήματι, *ad Thrasylli sepulcrum.*

CAP. XXXI.

Ceres Γεφυραία. *Stephanus emendatus. Gephyraei unde Athenas advenerint, atque ubi sedem sibi acceperint. Ceres* Ἀχαία, *unde dicta.* Γεφυρίδης. *Pons inter Athenas, & Eleusinem, e quo convitia sparsa in mystas.* Γεφυρίζειν. Γεφυρισαί. Γεφυρισμοί. *Ammonius correctus.*

GRavi mendo infestus est quidam Stephani locus. Γέφυρα, πόλις Βοιωτίας. τοὺς αὐτοὺς δὴ φασι καὶ Ταναγραίους, ὡς Στράβων, καὶ Ἑκαταῖος. ἀφ' ὧν καὶ Γεφυραία ἡδύν. *Gephyra, urbs Boeotiae. Hos ipsos vero dicunt etiam Tanagraeos (a), ut Strabo, & Hecataeus; unde etiam Gephyraea hedyn.* Certe monstrum verbi est postremum illud, ἡδύν. Aut plurimum fallor, aut vere corrigendum censeo, Ἀφ' ὧν καὶ Γεφυραία ἡ Δηώ. *Vnde etiam Gephyraea Deo, vel Ceres.* Ceres ibi colebatur, a loco Γεφυραία dicta. Etymologici Auctor. Γεφυρεῖς, δῆμος Ἀττικός. ὅθεν καὶ Γεφυραία Δημήτηρ. *Gephyrenses, populus Atticus unde etiam Gephyraea Ceres (b).* Adpellat autem δῆμον Ἀττικὸν, tamquam Atticae habitatorem; nam inter veteres, veroque eius regionis populos minime fuit, itaque nos libello nostro De Populis Atticae nuper in Catalogo eorum non posuimus. Hoc ideo moneo, ne quis nobis, ceu commissum imperitia, improperet. Vnde autem, & quomodo ad Athenienses venerit, certis tantum conditionibus ab ipsis accepti, tradit Herodotus lib. v. Οἱ δὲ Γεφυραῖοι, τῶν ἦσαν οἱ φονέες Ἰπποάρχου, ὡς μὲν αὐτοὶ λέγουσιν. ἐγεγόνεσαν ἐξ Ἐρετρίης τὴν ἀρχήν. ὡς δὲ ἐγὼ ἀναπυνθανόμενος εὑρίσκω, ἦσαν Φοίνικες τῶν σὺν Κάδμῳ ἀπικομένων Φοινίκων ἐς γῆν τὴν νῦν Βοιωτίαν καλεο-

(a) *Iac. Gronov.* Nam male citavit *Meursius*, φασι, Ταναργαίους.
(b) Haec *Meursii* coniectura maxime, probatur a *Berckelio* ad hunc locum *Stephani*.

Digitized by Google

λεομένῳ. οἴκεσον δὲ τῆς χώρης ταύτης ἀπολαχόντες τὴν Ταναγρικὴν μοίρῳ. ἐνθεῦτεν δὲ Καδμείων πρότερον ἐξαναστάντων ὑπ' Ἀργείων, οἱ Γεφυραῖοι οὗτοι δεύτερα ὑπὸ Βοιωτῶν ἐξαναστάντες ἐτράποντο ἐπ' Ἀθηναίων. Ἀθηναῖοι δὲ σφέας ἐπὶ ῥητοῖσι ἐδέξαντο, σφέων αὐτῶν εἶναι πολιήτας, πολλῶν τέων καὶ ἄλλων ἀξιαπηγήτων ἐπιτάξαντες ἔργεσθαι. *Gephyraei vero, ex quibus erant interfectores Hipparchi, ut quidem ipsi dicunt, venerunt a principio ex Eretria; ut autem ego inquirens reperio, erant Phoenices, ex iis Phoenicibus, qui cum Cadmo venerunt in terram nunc Boeotiam adpellatam. Habitabant autem sortitione nacti regionis eius partem Tanagricam. Hinc vero quum antea Cadmei expulsi essent ab Argivis, Gephyraei isti secunda vice ab Boeotis eiecti conversi sunt ad fines Athenienſium. Athenienſes autem eos certis conditionibus receperunt, ut essent sui cives, multis quibusdam nec dictu memorabilibus abstinere iniungentes.* Et templum seorsim, ut quibusdam aliis diis, ita Cereri exstruxerunt; quae Ἀχαΐα ab ipsis cognominata. Herodotus loco citato. Οἱ δὲ Γεφυραῖοι ὑπολειφθέντες ὕστερον ὑπὸ Βοιωτῶν, ἀναχωρέουσι ἐς Ἀθήνας. καί σφι ἱρά ἐσι ἐν Ἀθήνῃσι ἱδρυμένα, τῶν ὧδε μετὰ τοῖσι λοιποῖσι Ἀθηναίοισι, ἄλλα τε κεχωρισμένα τῶν ἄλλων ἱρῶν καὶ δὴ καὶ Ἀχαιΐης Δήμητρος ἱρόν τε καὶ ὄργια. *Sed Gephyraei relicti deinde ab Boeotis, discedunt Athenas, & sunt ipsis fana condita Athenis, quibus nihil ad reliqua Athenienſia, & alia segregata ab aliis fanis, tum & Cereris Achaiae templum, & sacra.* Mentio eius apud Aristophanem in Acharnensibus.

Οὐδ' ἂν τὴν Ἀχαΐαν ῥᾳδίως ἠνέσχετο.

Neque ipsam Achaeam facile tolerabat.

Vbi Scholiastes. Οὐδὲ τῆς Δήμητρος ἠνέσχετο, ἡνίκα ἦν νέα. Ἀχαΐαν δὲ τὴν Δήμητρα ἐκάλουν, ἀπὸ τοῦ κτύπου τῶν κυμβάλων, καὶ τυμπάνων, τοῦ γενομένου κατὰ ζήτησιν τῆς Κόρης. ἢ ἀπὸ τοῦ ἤχου ὃν παρεῖχον ἐν τοῖς περὶ τὴν θυγατέρα ἄχους. *Neque ipsam Cererem sustinebant, quum fuit adolescens. Achaeam vero vocabant Cererem ab strepitu cymbalorum, & tympanorum, quem fecit in vestigatione Proserpinae, vel ab sono quem praebebant in illis per pontem Athenas gradientibus; aut ab moerore circa filiam.* Etymologici Auctor. Ἀχαΐα, ἡ Δημήτηρ παρὰ Ἀττικοῖς εἴρηται παρὰ τὸ ἄχος τῆς Κόρης. ἢ ὅτι μετὰ κυμβάλων ἠχοῦσα τὴν Κόρην ἐζήτει. *Achaea, Ceres apud Atticos, dicta est ob moerorem Proserpinae; aut quod cum cymbalis sonans (a) quaerebat Proserpinam.* Et quae sequuntur. Vide etiam Hesychium in Ἀχαΐα. Atque haec est, quae ab Athenienſibus, quod a Gephyraeis coleretur, vocabatur. Quia vero peregre advenae Gephyraei, ut iam dixi; hinc Γεφυρίδες etiam dicebantur mulieres peregrinae, atque aliunde introductae. Suidas. Γεφυρὶς, ξένη, καὶ ἐπείσακτος. οἱ γὰρ Γεφυραῖοι ξένοι καὶ ἐπήλυτοι ὄντες Ἀθήνησιν ᾤκησαν. *Gephyris, peregrina, & aliunde introducta; nam Gephyraei peregrini, & advenae quum essent Athenis habitarunt.* Nomen illis Etymologici Auctor adsignat a ponte, per quem mystae Eleusinem irent. Εἴρηται ἀπὸ τοῦ ἔχειν γέφυραν, δι' ἧς ἐπὶ Ἐλευσῖνα κάτεισιν οἱ μύσται. *Dicta est ab eo, quod haberet pontem, per quem descendunt Eleusina mystae.* Sed, ut iam a me ostensum est, ita nuncupati fuerunt, priusquam in Atticam venirent. Hoc tamen ex eo loco discimus, ubinam illis Athenienses sedem dederint; nempe ad pontem inter Athenas, & Eleusinem. Cephissus enim illic fluvius Athenas, & Eleusinem dirimebat, itaque ut iter ultro, citroque commeantibus esset, ponte hoc stratus ille fuit. Observo apud Strabonem lib. IX. Ποταμοὶ δ' εἰσὶν, ὁ μὲν Κηφισὸς ἐκ Τριναμέων τὰς ἀρχὰς ἔχων, ῥέων δὲ διὰ τοῦ πεδίου, ἐφ' ᾧ καὶ οἱ γεφυρισμοί. διὰ δὲ τῶν σκελῶν, τῶν ἀπὸ τοῦ ἄστεος εἰς τὸν Πειραιᾶ καθηκόντων, ἐκδίδωσιν εἰς τὸ Φαληρικόν. *Fluvii autem sunt, Cephissus quidem ex Trinemensibus habens initia, fluens vero per campum, in quo etiam pons, & istae subsannationes. Sed per crura, quae ab urbe pertinent ad Piraeeum, exonerat se in Phalericum* (b). Ergo per hunc pontem necessario quoque transibant, qui mysteria celebrare vellent mystae. Sedebantque in eo, qui isto festo transeuntes convitiis incesserent, unde factum, ut Γεφυρίζειν usurparetur pro convitiari. Suidas. Γεφυρίζων, χλευάζων. *In ponte versans, subsannans, vilipendens.* Item, Γεφυρισταί. Maledici. Convitiatores. Hesychius. Γεφυρισταὶ. οἱ σκῶπται. ἐπὶ ἐν Ἐλευσῖνι ἐπὶ τῆς γεφύρας τοῖς μυσηρίοις καθεζόμενοι ἔσκωπτον τοὺς παριόντας. *Gephyristae, vel pontani convitiatores; quoniam in Eleusine in ponte per mysteria considentes convitiabantur transeuntes.* Et Γεφυρισμοὶ, in citatis Strabonis verbis. Apud Ammonium De Diff. Voc. scribitur, Γεφυριασμὸς, & alia quoque origo datur. Σκῶμμα Γελοίου, Εὐτραπέλου, καὶ Γεφυριασμοῦ διαφέρει. *Convitium differt ab ridiculo versuto, & pontis dicterio.* Et mox. Γεφυριασμὸς δὲ, ἀπὸ τοῦ τοῖς Ἀθήνησιν ἐπὶ τῶν γεφυρῶν ἐπιγράφειν ἤτοι ἔμμετρα, ἢ καὶ δίχα μέτρων, ἀπασυρμούς τινων. *Pontis dicterium est ab eo, quod Athenis in pontibus inscriberent aut carmina ad metrum composita, aut etiam sine metris, nempe derisiones quorundam.* Sed scribendum est, Γεφυρισμοῦ, & Γεφυρισμὸς; nam Γεφυρίζω dicebant, non Γεφυριάζω. Praeterea Γεφυρισμοὶ indigetabantur, ut videtur, ab hac actione, ipsi festi Eleusinii dies, quibus sacra ducentes, ac reducentes, per pontem istum commearent. Observo apud Aelianum Hist. Anim. lib. IV. cap. XLIII. *Καὶ τί δεῖ καταλέγειν τε, καὶ ἐπαντλεῖν τὸν τοιοῦτον ὄχλον; κεκήρυκται γὰρ Διονύσια, καὶ Λήναια, καὶ Χύτροι, καὶ Γεφυρισμοί. Et quid oportet enumerare, & adhaurire tantam turbam? Celata enim sunt Bacchanalia, & Lenaea, & Chytri, & Pontis dicteria.*

(a) Nos in primo horum operum volumine Cereris, ut existimat *Vvhelerus*, simulacrum exhibuimus, quae Cymbala manibus tenet; & in gremio Leonem cubantem habet. Quamquam autem Cybele magis dici possit; tamen exploratum est Cybelen, & Cererem idem numen esse, Tellurem videlicet. Anne heinc repetenda ratio cur Cymbala Cybeli tribuantur, ut praeter alia innumera monumenta, adparet etiam ex eleganti nummo maximi moduli, qui ex Medicea Gaza erutus quarto Musei Florentini volumine quamprimum produceretur?

(b) Vide *Eleusinia*.

CAP. XXXII.

Eumenidibus ſacra cum ſilentio facta, praefectiſque iis Ἡσυχίδαι. *Heſychius heros, eique aries ſemper prius immolatus. Fanum idem ubi habuerit.* Κιμώνιον τεῖχος, *pars muri, qui arcem cingebat. Vnde nomen acceperit. Novem iuxta eum portae. Polemonis locus apud Scholiaſtem Sophoclis emendatus.* Λήτειραι. *Eumenidum templo, qui prohibiti. Heſychius correctus.*

EVmenidibus ſummo cum ſilentio ſacra faciebant. Hinc ſunt illa Sophoclis Oed. Col.

Ὡς σφᾶς καλοῦμεν Εὐμενίδας· ἐξ εὐμενῶν
Στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην σωτήριον,
Αἰτοῦ σύ γ' αὐτὸς, κεἴτις ἄλλος ἀντὶ σοῦ.
Ἄπυστα φωνῶν, μήδε μηκύνων βοήν.
Vt eas vocamus Eumenidas, ex propitiis
Cordibus accipere ſupplicem incolumem,
Pete tu & ipſe, & quicumque alius pro te,
Inexplorata clamans, neque producens clamorem,

Vbi Scholiaſtes. Ἄπυστα φωνῶν, ἀνήκουστα, ἀντὶ τοῦ, ἡρέμα, καὶ συντόμως. τοῦτο ἀπὸ τῆς δρωμένης θυσίας ταῖς Εὐμενίσι φησί. μετὰ γὰρ ἡσυχίας τὰ ἱερὰ δρῶσι. *Inexplorata clamans, inaudita; hoc eſt, tacite, & breviter. Illud ab ſacrificio, quod peragitur Eumenidibus dicit. Nam cum quiete faciunt ſacra.* Hinc Ἡσυχίδαι, qui ab Heſychio heroe genus ducebant, ſacris iſtis faciendis praefecti. Scholiaſtes ille ibidem. Καὶ διὰ τοῦτο οἱ ἀπὸ Ἡσύχου καταγόμενοι θύουσιν αὐταῖς. *Et propterea ab Heſycho deducentes genus ſacrificant eis.* Polemon in Opere, quod inſcripſerat, Τὰ περὶ Ἐρατοσθένην. Τὸ δὲ τῶν Εὐπατριδῶν γένος οὐ μετέχει τῆς θυσίας ταύτης (τῶν Εὐμενίδων,) *Sed Patriciorum genus non habet partem illius ſacrificii* (*Eumenidum.*) Et mox. Τῆς δὲ πομπῆς ταύτης Ἡσυχίδαι. ὁ δὴ γένος ἐστὶ παρὰ τὰς Σεμνὰς θεὰς, καὶ τὸν ἡγεμονίαν ἔχει. καὶ προθύονται πρὸ τῆς θυσίας ταύτης κριὸν Ἡσύχῳ ἱερὸν ἥρωι, τοῦτον οὕτω καλοῦντες διὰ τὴν εὐφημίαν. ὃ τὸ ἱερόν ἐστι παρὰ τὸ Κυδώνιον, ἐκτὸς τῶν ἐννέα πυλῶν. *Huius autem pompae Heſychidae, quod genus eſt apud venerabiles Deas, & habet principatum; & ante iſtud ſacrificium immolant ſacrum arietem Heſycho heroi, ita eum vocantes propter bonum nominis omen, cuius fanum eſt ad Cydonium extra novem portas.* Ecce ſacris iſtis Eumenidum praefecti Heſychidae; &, priuſquam illis facerent, arietem Heſycho, generis ſui auctori, immolabant; eratque fanum eius ad Cydonium extra novem portas. Sed de Cydonio, corruptus locus eſt, neque enim temere Athenis invenias. Legendum vero, παρὰ τὸ Κιμώνιον, *ad Cimonium.* Nam Athenis Κιμώνιον, τεῖχος, *Cimonius murus*, dicebatur, ea pars muri, quae arcem ambibat, a Cimone exſtructa; quemadmodum Πελασγικὸν τεῖχος, *Pelaſgicus murus*, quam Pelaſgi aedificarant. Nam murus arcis partim a Cimone conditus, Miltiadis filio, partim a Pelaſgis. Pauſanias in Atticis. Τῇ δὲ ἀκροπόλει, πλὴν ὅσον Κίμων ὠκοδόμησεν αὐτῆς ὁ Μιλτιάδου περιβαλεῖν τὸ λοιπὸν λέγεται τοῦ τείχους Πελασγούς. *Sed arci, niſi in quantum eius circumdediſſe dicitur Pelaſgos.* Iam novem illic portas fuiſſe, de quibus loquitur, clarum ex Clidemi verbis apud Suidam in Ἄπεδλα. Καὶ ἐπέδλιζον τὴν ἀκρόπολιν, περιέβαλλον δὲ ἐννάπυλον τὸ Πελασγικόν. *Et arcem complanarunt, circumiecerunt vero illud novem portarum Pelaſgicum* (*a*). Ad τὰς Ἡσυχίδας, quod attinet, meminit eorum etiam Callimachus.

Νηφαλίαι κὴ τῆσιν ἀεὶ μελιηδέας ὄμπας
Λήτειραι καίειν ἔλλαχον Ἡσυχίδαι.
Sobriae etiam illis ſemper mellitas libas
Sacerdotes adolere ſortitae ſunt Heſychidae.

Et doctiſſimus Grammaticus Heſychius. Ἡσυχίδαι, γένος Ἀθήνησιν ἐπηγενῶν. *Heſychidae, genus Athenis indigenarum.* Meminit quoque Apollodorus apud citatum Scholiaſten De Diis lib. XVII. Καὶ Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν τῇ περὶ θεῶν ἑπλακαιδεκάτῃ περὶ τοῦ τῶν Ἡσυχιδῶν γένους, καὶ τῆς ἱερᾶς, φησί. *Et Apollodorus vero in ſeptima decima de diis de Heſychidarum genere, & ſacra dicit.* Quae vero Eumenidibus ſacra facere ſolitae mulieres, Λήτειραι dicebantur, ut ex Heſychio docui ſupra, libri huius capite primo. Occurritque earum mentio in citato Callimachi diſticho.

Λήτειραι καίειν ἔλλαχον Ἡσυχίδαι.

Templo vero Eumenidum harum prohibebantur, qui mortem obiiſſe nuntiati, iuſtiſque iam eo nomine factis, adhuc vivi, & incolumes rediiſſent. Obſervo apud Heſychium. Δευτερόποτμος. ὁ ὑπό τινων ὑςερόποτμος. οὕτω δὲ ἔλεγον, ὁπόταν τινὶ ὡς τεθνεῶτι τὰ νομιζόμενα ἐγένετο καὶ, ὕςερον ἀνεφάνη ζῶν. ὁ δὲ Πολέμων καὶ ἀπειρῆσθαι τοῖς τοιούτοις εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν τῶν Σεμνῶν φησι θεῶν. *Alterum fatum habens, qui ab aliis poſterius fatum habens. Sic autem dicebant, quando alicui, ut mortuo iuſta eſſent facta, & poſtea adpareret vivus. Sed Polemon etiam interdictum eſſe talibus introitu in templum venerabilium ait Dearum.* Ita locum illum hodie corruptum, emendandum arbitror (*b*).

CAP. XXXIII.

Εὐδένομοι, & Εὐδάνεμος. *Ara ubi. Dionyſii Halicarnaſſei locus adſertus, & explicatus.* Κήρυκες. *Vnde genus ducant. Ab AEgyptiis translati. Quo loco habiti. Dionyſii locus correctus.* Φοίνικες. *Eius locus iterum adſertus.*

INter Orationes publicas ψευδεπιγράφους Dinarchi una commemoratur a Dionyſio Halicarnaſſeo inſcripta, Διαδικασία Εὐδανέμων πρὸς Κήρυκας ὑπὲρ τοῦ κανῶς. *Diſceptatio Eudanemorum contra Cerycas (ſacros praecones) pro caniſtris.* Poſtrema verba non iniuria vitii

(*a*) De muro Pelaſgico conſule *Cecropiam*.
(*b*) Etiam inter Chriſtianos Haeretici quidam, ob quietem animi, in orando Deum, adfectatam, iactatamque, conſimili nomine, Ἡσυχασταὶ, & *Quietiſtae* dicti ſunt.

vitii ſuſpecta habet doctiſſimus Sylburgius, ac de Auctoribus, quoſcumque edidit, praeclare meritus; initio vero non recte reponendum putat, Διαδικασία Εὐωνυμέων, *Diſceptatio Euonymenſium*. Non ignoro Euonymenſes Atticae Populum; & nuper de illis etiam egi libro proprio; ſed eos huius loci eſſe, illud nego. Nam Εὐδἀνεμοι apud Athenienſes dicti, qui propter Εὐδανέμου aram habitabant; quae promiſcue Εὐδανέμα nuncupata ab eo, qui ſacra erat, & Εὐδανέμον, a vicinis. Erat vero in Ceramico, non longe a templo matris deum. Obſervo apud Arrianum De Exped. Alexandri libro III. Καὶ ταύτας Αἰθιωπίοις πέμπει ὀπίσω Ἀλέξανδρος. κ᾽ νῦν κεῖνται Ἀθήνηςιν ἐν Κεραμεικῷ αἱ εἰκόνες, ᾗ ἄνιμεν ἐς πόλιν, καταντικρὺ μάλιςα τῦ Μητρώυ ὑ μακρὰν τῶν Εὐδανέμων τῦ βωμῦ. ὅτις δὲ μεμύηται ταῖν θεαῖν ἐν Ἐλευσῖνι, οἶδε τὸν Εὐδανέμου βωμὸν, ἐπὶ τῦ δαπέδυ ὄντα. *Et has mittit Athenienſibus retro Alexander; & nunc poſitae ſunt iſtae imagines in Ceramico Athenis, qua adſcendimus ad urbem, e regione maxime matris deorum templi, non procul ab Eudanemorum ara. Qui vero initiatus eſt deabus in Eleuſine, novit aram Eudanemi, in pavimento poſitam.* Iam Εὐδάνεμος cognomentum Angeli erat. Heſychius docet. Εὐδάνεμος Ἄγγελος, παρὰ Αἰθιωπίοις. *Eudanemus, nuncius apud Athenienſes.* Et Angelus hic erat Neptuni filius. Meminit Pauſanias Achaicis. Καὶ ἀπὸ τύτυ Ποσειδῶνα τῷ παιδὶ ὄνομα θέσθαι Χῖος. συγγενέσθαι δὲ αὐτὸν κ᾽ ἑτέρᾳ νύμφῃ, κ᾽ γενέσθαι οἱ παῖδας Ἄγγελόν τε κ᾽ Μέλανα. *Et ab eo Neptunum filio nomen poſuiſſe Chius. Coiſſe autem illum, & cum alia nympha, & proveniſſe ei liberos Angelum, & Melanem.* Quos vero Κήρυκας vocat Inſcriptio; ita enim illic ſcribendum, non κήρυκας, tamquam eſſet adpellativum; familia Athenienſis erat, a Ceryce Mercurii filio oriunda. Heſychius in Κήρυκες. Ἐκαλεῖτο δὲ κ᾽ γένος ἰθαλενῶν, ἀπὸ Κήρυκος τῦ Ἑρμῦ. *Sed vocabatur etiam genus indigenarum, ab Ceryce Mercurii filio.* Suidas. Κήρυκες, γένος ἐν Ἀθήναις, ὠνομασμένον ἀπὸ Κήρυκος τῦ Ἑρμῦ. *Ceryces, familia Athenis, nominata ab Ceryce Mercurii filio.* Translatos eos ab AEgyptiorum paſtophoris tradit Diodorus Siculus lib. I. Τοὺς μὲν γὰρ Εὐμολπίδας ἀπὸ τῶν κατ᾽ Αἴγυπλον ἱερέων μετενηνέχθαι, τὺς δὲ Κήρυκας ἀπὸ τ παραφόρων. *Nam Eumolpidas quidem ab ſacerdotibus in AEgypto translatos, Cerycas vero ab paſtophoriis, vel thalamiferis.* Cenſebanturque in numero coquorum, & victimariorum. Elegans hac de re locus eſt apud Athenaeum lib. XIV. Ὅτι δὲ σεμνὸν κ᾽ ἡ μαγειρικὴ, μαθεῖν ἔξιν ἐκ τῶν Ἀθήνηςι Κηρύκων. οἵδε γὰρ μαγείρων κ᾽ βυτύπων ἐπεῖχον τάξιν, ὥς φησι Κλείδημος ἐν Πρωτογονίας πρώτῳ. *Eſſe autem venerabile quid etiam artem coquinariam, diſcere licet ex Cerycibus Athenarum; illi enim coquorum, & victimariorum obtinebant numerum, ut ait Clidemus in primo Protogeniae.* Et mox. Ἔδρων δὲ οἱ Κήρυκες ἄχρι πολλῦ βυτυπῦντες, φησὶ, κ᾽ σκευάζοντες, κ᾽ μιςύλλοντες, ἔτι δ᾽ οἰνοχοῦντες· Κήρυκας δὲ αὐτὺς ἀπὸ τῦ κρείττονος ὠνόμαζον. *Faciebant vero Ceryces longo tempore ferientes boves, dicunt & adparentes, & ſecantes, inſuper vero invergentes vina. Cerycas vero illos ab praeſtantiore nominabant.* Meminitque eorum Pauſanias Atticis. Τελευτήσαντος δὲ Εὐμόλπυ, Κήρυξ νεώτερος λείπεται (a) τ παίδων, ὃν αὐτοὶ Κήρυκες θυγατρὸς Κέκροπος Ἄγλαύρυ κ᾽ Ἑρμῦ παῖδα εἶναι λέγυσιν, ἀλλ᾽ ὐκ Εὐμόλπυ. *Defuncto autem Eumolpo, Ceryx iunior relinquitur ex filiis, quem ipſi Ceryces filiae Cecropis Aglauri, & Mercurii filium eſſe dicunt, ſed non Eumolpi.* Et Auctor innominatus apud Suidam in Εὐμολπίδαι. Ἐπηράσαντο δὲ αὐτῷ Εὐμολπίδαι, κ᾽ Κήρυκες. *Diris vero eum exſecrati ſunt Eumolpidae, & Ceryces.* Iterum. Εἶτα μέν τοι παρ᾽ οὐδὲν θέμενος τὰ σεμνὰ Εὐμολπιδῶν κ᾽ Κηρύκων, κ᾽ τῶν ἄλλων γενῶν, ἱερῶν τε ὄντων κ᾽ θεοφιλῶν, ἐπίῤῥητον δὲ κ᾽ θείαν σοφίαν προσελόμενος. *Attamen deinde pro nihilo ducens venerabilia iſta Eumolpidarum, & Cerycum, & aliarum familiarum, quae ſacrae, & numinibus gratae habentur, ſed vituperabilem, ac muliebrem ſapientiam anteponens.* Porro apud eumdem Dionyſium inter eiuſdem iterum Dinarchi Orationes publicas genuinas una inſcripta celebratur. Διαδικασία Φαληρέων πρὸς Φοίνικας, ὑπὲρ τῆς ἱερωσύνης τῦ Ποσειδῶνος. *Diſceptatio Phalerenſium contra Phoenicas, de ſacerdotio Neptuni.* Rurſum Sylburgius negat convenire illic nomen Φοίνικας. Dubitat tamen, an reſcribi debeat, Κήρυκας. Immo vero rectum quoque eſt illud Φοίνικας, nam Athenis familia quaedam Φοίνικες dicta. Heſychius. Φοίνικες, γένος τι Ἀθήνηςιν. *Phoenices, genus quoddam Athenis* (b).

AT-

(a) Legendum λείπεται.

(b) Conſule *Bibliothecam Atticam*.

Digitized by Google

ATTICARVM LECTIONVM

LIBER VI.

CAPVT PRIMVM.

Τεῖχος Πελασγικὸν Athenis. Vbi, & a quibus conditum. Habitare illic nefas. Libanii locus illustratus. Item tondere, ac fodere; eamque in rem poena constituta. Eius cura ad quos pertinuerit. Novem portas habuit. Etiam Πελαργικὸν, *cur ab Aristophane adpellatum.*

ATheni erat Πελασγικὸν τεῖχος, *Pelasgicus murus*. Herodotus lib. v. Κλεομένης δὲ ἀπικόμενος ἐς τὸ ἄστυ ἅμα Ἀθηναίων τοῖσι βουλομένοισι εἶναι ἐλευθέροισι, ἐπολιόρκεε τοὺς τυράννους ἀπερσμένους ἐν τῷ Πελασγικῷ τείχεϊ. *Cleomenes vero in urbem veniens cum Atheniensibus illis, qui volebant liberi esse, oppugnabat tyrannos, coercitos in Pelasgico muro.* Mentio eius apud Philostratum Sophist. libro II. in Herode. Ἐκ κεραμεικοῦ δὲ ἄραντα χιλίᾳ κώπῃ, ἀφεῖναι ἐπὶ τὸ Ἐλευσίνιον. καὶ περιβαλεῖν αὐτὸ, παραμεῖψαι τὸ Πελασγικόν. *Ex Ceramico autem solverunt mille remis, ut cursum darent versus Eleusinium; & illo circumflexo praetergredi ad Pelasgicum.* Et Lucianum in Bis Accusato. Καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου, ἡ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλυγξα ταύτην ἀπολαβόμενος, οἰκεῖ μικρὸν ὑπὸ τὸ Πελασγικόν, ἐς τὸ μετοικικὸν συντελῶν. *Et ab eo tempore, speluncam illam sub arce adeptus, habitat paulo infra Pelasgicum, inter inquilinos habitus.* Condiderunt autem Tyrrheni, & ab iis datum nomen. Hesychius. Πελασγικὸν τειχίον οὕτω ἐν Ἀθήναις καλούμενον, Τυρρηνῶν κτισάντων. *Pelasgicum murum, sic apud Athenienses vocatum, Tyrrhenis condentibus.* Atque hi Pelasgi prius dicti. Dionysius Halicarnasseus Antiquitat. Rom. lib. I. Ἑλλάνικος δὲ ὁ Λέσβιος τοὺς Τυρρηνοὺς φησι, Πελασγοὺς πρότερον καλουμένους. ἐπειδὴ κατῴκησαν ἐν Ἰταλίᾳ, παραλαβεῖν ἣν ἔχουσι προσηγορίαν. *Hellanicus autem Lesbius ait Tyrrhenos, Pelasgos primum vocatos, postquam in Italia habitarunt, adsumpsisse quam habent adpellationem.* Conditi ab ipsis muri huius meminit quoque Pausanias Atticis; ex quo etiam discere licet, circum arcem fuisse. Ecce verba eius. Τῇ δὲ ἀκροπόλει, πλὴν ὅσον Κίμων ὠκοδόμησεν αὐτῆς ὁ Μιλτιάδου, περὶ βαλεῖν τὸ λοιπὸν λέγεται τὸ τείχος Πελασγοὺς, οἰκήσαι τὰς ποτε ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν. *Arcem vero, nisi in quantum Cimon Miltiadis filius eius condidit, auxisse muri reliquum dicitur Pelasgos, habitantes aliquando sub arce.* Diris vero devoverant Athenienses, si quis illic habitaret. Thucydides lib. II. Τό, τε Πελασγικὸν καλούμενον, τὸ ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν. ὃ καὶ ἐπάρατόν τε ἦν μὴ οἰκεῖν, καί τι καὶ Πυθικοῦ μαντεῖον ἀκροτελεύτιον τοιόνδε διεκώλευε, λέγον ὡς·

——— τὸ Πελασγικὸν, ἀργὸν ἄμεινον.

Et Pelasgicum vocatum id, quod arci subiacet, quodque non habitare nefas erat, etiam Pythici oraculi extremus versus huiusmodi vetabat sic sonans;

——— *Pelasgicon vacuum melius.*

Hinc est illud Libanii Πρεσβευτικῷ. Ἐξάγιος ἡ πόλις, ὡς ὁ Κιρραίων λιμὴν, ἐπάρατος, ὡς τὸ Πελασγικὸν ἐκεῖνο. *Nefanda urbs, quemadmodum Cirrheorum portus; exsecrabilis, quemadmodum illud Pelasgicon.* Causa devotionis istius, quia insidias ex illo loco Atheniensibus Pelasgi struxissent. Scholiastes ad verba citata. Οἱ γὰρ Πελασγοὶ αὐτὸ οἰκήσαντες, ἐπεβούλευσαν τοῖς Ἀθηναίοις· οὓς διώξαντες πάλιν οἱ Ἀθηναῖοι, κατηράσαντο τὸν τόπον μὴ οἰκισθῆναι. *Pelasgi enim illud inhabitantes, insidiati sunt Atheniensibus; quos Athenienses rursus persequuti exsecratione damnaverunt locum, ne aedificaretur.* Deinde, ut habitare ibi minime licitum; ita etiam tondere, ac fodere. Qui deliquisset, tribus drachmis mulctabatur. Eaque cura ad nomothetas (a) pertinebat, qui praetori delinquentem tradebant. Pollux lib. VIII. cap. IX. sect. XIX. Οὗτοι (οἱ νομοθέται) παρεφύλαττον, μή τις ἐντὸς τοῦ Πελασγικοῦ κέρει, ἢ κατὰ πλέον ἐξορύττοι. καὶ τῷ ἄρχοντι δὲ παρεδίδοσαν. τὸ δὲ τίμημα ἦν τρεῖς δραχμαὶ, καὶ ἁπλοῦν τὸ βλάβος. *Illi (Legislatores) observabant, ne quis inter Pelasgicum meteret, vel ulterius foderet; & hoc archonti attribuerunt; mulcta autem erat tres drachmae, & simplex damnum.* Habuit vero portas novem. Observo ex Clidemi verbis apud Suidam in Ἔπεδα, quae ista. Καὶ ἐπέδιζον τὴν ἀκρόπολιν, περιέβαλλον δὲ ἐννεάπυλον τὸ Πελασγικόν. *Et complanarunt arcem, cinxerunt autem Pelasgicum novem portarum.* Aristophanes Avibus Πελαργικὸν adpellat.

Τίς

(a) Fallitur *Meursius*; nam omnes MSS. reclamant, & de Magistratu a Nomothetis diverso in hisce agi adserunt. Praeponit his vocibus titulum πάρεδροι MS. *Falckemburgis*, sicque omnia rectissime se habent. Nam φύλακες, quos loco παρέδρων habet C. A. sunt iidem. *Etymolog.* in πάρεδροι.

Digitized by Google

Τίς δ' ἂν καθέξει τ' πόλεως τὸ Πελαργικόν; *Quis autem continebit civitatis Pelargicum?* Vbi Scholiastes. Ο"τι Α'θήνησι τὸ Πελαργικὸν τεῖχος ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Quod Athenis murus Pelargicus erat in arce.* Causa, quia Tyrrheni Πελαργοὶ nuncupati, Dionysius Halicarnasseus loco citato. Μύρσιλος τὰ ἔμπαλιν ἀποφαινόμενος Ε'λλανίκῳ, τοὺς Τυρρηνοὺς φησιν, ἐπειδὴ τὴν ἑαυτῶν ἐξέλιπον, ἐν τῇ πλάνῃ μετονομασθῆναι πελαργοὺς, τῶν ὀρνέων τοῖς καλουμένοις πελαργοῖς ἀκαθέντας, ὡς κατὰ ἀγέλας ἐφοίτων εἴς τε τὴν Ε'λλάδα καὶ ἡ βάρβαρον· κ) τοῖς Α'θηναίοις τὸ τεῖχος τὸ περὶ τὴν ἀκρόπολιν, τὸ Πελασγικὸν καλούμενον, τούτους περιβαλεῖν. *Mursilus contrarium decernens Hellanico, dicit Tyrrhenos, postquam suam reliquerunt patriam, vagantes alio nomine dictos esse Pelargos, comparatos avibus, quae vocantur Pelargi, quod gregatim proficiscebantur & in Graeciam, & Barbarorum regionem, & murum, qui circa Athenienſium arcem erat, Pelasgicum vocatum, hos condidisse.* Et respexit sine dubio huc Hesychius, quum inquit, Πελαργικὸν, ἀντὶ τοῦ Πελασγικόν. πελαργοὺς γάρ φασι τὴν Α'ττικὴν οἰκῆσαι, ἀπὸ τῶν Πελασγῶν μεταφέροντες ἐπὶ τὰ πτηνά. *Pelargicum, pro Pelasgicum; Pelargos enim dicunt Atticam regionem inhabitaviſſe ab Pelasgis traducentes ad aves.*

CAP. II.

Harpocrationes apud Veteres quot ſcriptis clari. Sopater, & AEneas Gazaeus illuſtrati. AEneas etiam emendatus. Harpocrationis Lexici vera ἐπιγραφή.

HArpocrationes scriptis clari quinque omnino apud Veteres fuerunt. Vnus Argivus Philosophus Platonicus, Iulii Caesaris convictor. Alter Sophista, Caius dictus. Tertius Valerius, Alexandrinus Rhetor. Quartus AElius etiam Sophista. Quintus Mendesius. Quatuor priores, & eorum scripta, Suidas. Quintum Athenaeus commemorat. De singulis fuse, & erudite admodum, ut alia solet, Philippus Maussacus in adcuratissima illa Dissertatione ad Harpocrationem. Addo ego, AElium Harpocrationem Sophistam mihi videri, quem laudat Sopater ad Hermogenem, istis verbis. Α'ρποκρατίων ἢ βέλεται ἀδιάφορον εἶναι ἢ τάξιν, *Harpocration autem vult indifferentem eſse ordinem.* Citatur & ab AEnea Gazaeo in Theophrasto alius aliquis. Πλοτῖνος γοῦν καὶ Α'ρποκρατίων, ἀμέλει, καὶ Βοηθὸς, καὶ Νουμήνιος, τὸν τοῦ Πλάτωνος ἰκτῖνον παραλαβόντες, ἰκτῖνον παραδιδόασιν. *Plotinus igitur, & Harpocration ſcilicet, & Boethus, & Numenius, Platonis milvum accipientes, milvum tradiderunt.* Arbitror Argivum illic designari, quem Philosophum Platonicum fuisse ex Suida accipimus. Corrigendum autem locum puto, Α'ρποκρατίων, Α'μέλιος, κ) Βοηθός. *Harpocration, Amelius, & Boethus.* De Amelio Philosopho in Bibliotheca nostra dicemus. Quod ad Valerium autem attinet, cuius Opus longe eruditissimum ab Aldo editum, in manibus hodie doctorum versatur, titulus iste circumfertur, Λεξικὸν τῶν ῥητόρων. Sed librarios ita illum formasse sciendum est. Ipse Auctor inscripsit, Λέξεις, non Λεξικόν. Habeo testem certum Suidam. Α'ρποκρατίων ὁ Βαλέριος χρηματίσας ῥήτωρ Α'λεξανδρεὺς (ἔγραψε) λέξεις τῶν ῥητόρων. *Harpocration Valerius cognominatus rhetor Alexandrinus (ſcripſit) rhetorum decem vocabula.* Sic Argivus ille Harpocration simile Opus inscripserat, Λέξεις Πλάτωνος, *Vocabula Platonis*, quemadmodum ex Suida discimus.

CAP. III.

Abaris, quo tempore ad oraculum acceſſerit. Aglaurus, templumque eius, ſacra, & ſacerdotes. Α'γλαυρίδες. *Heſychius reſtitutus. Iuramentum per illam fieri ſolitum. Eius templum Athenis etiam in Cypro. Harpocration illuſtratus.*

QVum pestis ingens totum orbem pervagaretur, omnium nomine vota Athenienses fecerunt. Venit quoque ad oraculum Abaris Scytha, sed quo tempore variant Auctores. Alii Olympiade tertia factum tradunt, alii circa Croesi tempora, alii demum Olympiade vigesima prima. Locus est Harpocrationis. Λοιμῶ δέ φασι κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην γεγονότος, ἀνεῖλεν ὁ Α'πόλλων μαντευομένοις, Ε"λλησι κ) Βαρβάροις, τὸν τῶν Α'θηναίων δῆμον ὑπὲρ πάντων εὐχὰς ποιήσασθαι. πρεσβευομένων δὲ πολλῶν ἐθνῶν πρὸς αὐτὸν, καὶ Α"βαριν ἐξ Υ'περβορέων πρεσβευτὴν ἀφικέσθαι λέγουσιν. ὁ δὲ χρόνος, ἐν ᾧ παραγέγονε, διαφωνεῖται. Ι'πποκράτης μὲν γὰρ κατὰ τὴν τρίτην αὐτὸν Ο'λυμπιάδα λέγει παραγενέσθαι, ὁ δὲ Πίνδαρος, κατὰ Κροῖσον τὸν Λυδῶν βασιλέα, ἄλλοι δὲ, κατὰ τὴν εἰκοστὴν καὶ πρώτην Ο'λυμπιάδα. *Peſte autem, inquiunt, per totam terram graſſante, Apollo reſpondit oraculum conſulentibus, Graecis, & Barbaris, populum Athenienſium vota pro omnibus facturos. Multis autem gentibus legationem ad eos mittentibus, & Abarim ex Hyperboreis legatum veniſſe dicunt. Tempus autem, quo advenerit, in ambiguo eſt. Hippoſtratus enim quidem tertia Olympiade eum veniſſe tradit; Pindarus autem Croeſi tempore Lydorum Regis; alii autem vigeſima prima Olympiade.* Ac cum Hippostrati quidem sententia consentit Anonymus in Descript. Olymp. qui diserte in Olympiadis tertiae anno primo ita ait. Α"βαρις ἐξ Υ'περβορέων πρεσβευτὴς εἰς τὴν Ε'λλάδα ἦλθε. *Abaris ex Hyperboreis legatus venit in Graeciam.* In eodem Harpocratione locus est obscurus valde. Α"γλαυρος, ἡ θυγάτηρ Κέκροπος. ἔστι δὲ κ) ἐπώνυμον Α'θηνᾶς. *Aglaurus, Cecropis filia; eſt autem quoque cognomen Minervae.* De Aglauro Cecropis filia, sive Agraulo, nam utroque modo scribitur, res est nota. Fanum eius Athenis fuisse, docet nos Pausanias Atticis. Υ'πὲρ ᾧ τῶν Διοσκούρων τὸ ἱερὸν Α'γλαύρου τέμενός ἐστιν. *Super Dioſcuros autem templum eſt ſacratum Aglauri.* Huius meminit praeter alios Polyaenus Strateg. lib. 1. in Pisistrato. Οἱ ἐπίκουροι προελθόντες, καὶ τὰ ὅπλα

ὅπλα ἀράμενοι, κατήνεγκαν εἰς τὸ ἱερὸν τ' Ἀγραύλου. *Auxiliatores progressi, & arma tollentes, detulerunt in templum Agrauli.* Erat autem in arce, ut infra doceo hoc ipso libro, capite ultimo. Ac sacra illi fieri solita. Meminit Athenagoras Orat. pro Christ. Καὶ Ἀγραύλῳ Ἀθηναῖοι καὶ τελετὰς, καὶ μυστήρια ἄγουσι. *Et Athenienses Agraulo tum sacrificia tum mysteria celebrant.* Feminaeque eius sacerdotes Ἀγραυλίδες dicebantur. Docuit hoc nos Hesychius, sed locus hodie corruptissimus. Ἀγλαυρίδης, μύραι περὶ ἀρηναίας. *Aglaurides myrae circa Arenaeas.* Restituo, Ἀγραυλίδες, ἱέρειαι παρὰ Ἀθηναίοις. *Agraulides, sacerdotes apud Athenienses.* Et iurabant quoque per eam. Hesychius. Ἄγλαυρος, θυγάτηρ Κέκροπος. παρὰ δὲ Ἀττικοῖς καὶ ὀμνύουσι κατ' αὐτῆς. *Aglaurus Cecropis filia; sed apud Atticos etiam iurant per eam.* Intelligit autem iuramentum, quod ephebi, postquam pueritiae annos excessissent, in eius aede iurabant armati, se pro patria ad mortem usque pugnaturos. Narrat rem omnem Vlpianus ad Demosthenis Orat. Κατὰ Λεπτίνου. Ac corrigendus per occasionem Philostratus in Apollonii Tyanei Vita lib. IV. cap. VII. Οἱ πάλαι μὲν ὤμνυσαν ἐς Ἀγραύλου φοιτῶντες, ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανεῖσθαι, καὶ ὅπλα σήσεσθαι. *Veteres quidem iuraverunt euntes in Agrauli templum, se pro Patria morituros, & arma gestaturos esse.* Hodie excidit vox, legiturque, Ὤμνυσαν ἀγραύλου φοιτῶντες. Neque recte vertit Interpres. *Quondam tamen in agro pugnaturi iurastis pro patria potius esse morituros.* Sed quid hoc est, quod ait Harpocration? Ἔστι δὲ καὶ ἐπώνυμον Ἀθηνᾶς. *Est autem quoque cognomen Minervae.* Quaerit eruditissimus Maussacus. Ego nodum hunc expediam. Colebatur Minerva, cognomento Ἄγλαυρος, apud Athenienses, eique τὰ Πλυντήρια peragebantur. Vide quae supra adnotamus lib. II. cap. XIII. Porro etiam Salamine Cypri colebatur, eratque uno septo inclusum templum Agrauli, Minervae, ac Diomedis: & illic homo ei immolabatur, usque ad Diomedis tempora, mense Aphrodisio. Porphyrius docet Περὶ ἀποχῆς lib. II. Ἐν δὲ τῇ νῦν Σαλαμῖνι, πρότερον δὲ Κορωνίδι ὀνομαζομένη, μίαν κατὰ Κυπρίους Ἀφροδισίῳ, ἐθύετο ἄνθρωπος τῇ Ἀγραύλῳ τῆς Κέκροπος, καὶ νύμφης Ἀγραυλίδος. καὶ διέμενε τὸ ἔθος ἄχρι τῶν Διομήδους χρόνων. εἶτα μετέβαλεν· ὥστε τῷ Διομήδει τὸν ἄνθρωπον θύεσθαι. ὑφ' ἕνα δὲ περίβολον ὅ, τε τῆς Ἀθηνᾶς νεὼς, καὶ ὁ τῆς Ἀγραύλου, καὶ Διομήδους. *In urbe autem nunc Salamine, antea autem Coronide nominata, mense apud Cyprios Aphrodysio, immolabatur homo Agraulo Cecropis, & nymphae Agraulidis filiae. & permansit hic mos usque ad Diomedis tempora. deinde mutatus est; ut Diomedi immolaretur homo; sed in uno septo, & Minervae templum, & Agrauli, & Diomedis.* Meminit cultus, & victimae humanae. Theodoretus Therapeut. VII. Καὶ ἐν Σαλαμῖνι τῆς Κύπρου ἄνθρωπος ἐθύετο τῇ Ἀγραύλῳ. *Salamine Cypri immolabatur homo Agraulo.*

CAP. IV.

Agyrrhius, poetarum mercedem accidit, ac primus τὸ Ἐκκλησιαστικὸν *dedit. Diodorus Siculus. Demosthenes, Andocides, Aristophanes & Scholiastes, ac Suidas, correcti. Pronomus tibicen.* Τὸ Ἐκκλησιαστικὸν *quale fuerit.*

NOtus in Rep. Athenienſium olim Agyrrhius; nempe hic Thrasybulo duci in Lesbi praefectura successit. Observo apud Diodorum Siculum lib. IV. Θρασύβουλος ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς, ἐκ τῆς Λέσβου κομιζόμενος μετὰ τοῦ στόλου πρὸς Ἄσπενδον, ὥρμισε τὰς τριήρεις εἰς τὸν Εὐρυμέδοντα ποταμόν. *Thrasybulus autem dux Athenienſium, ex Lesbo cum classe vectus ad Aspendum, cum triremibus in Eurymedonte fluvio stationem capiebat.* Et mox. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι, πυθόμενοι τὴν Θρασυβούλου τοῦ στρατηγοῦ τελευτὴν, Ἀγύρριον στρατηγὸν ἐξέπεμψαν. *Athenienſes autem, intellecto interitu ducis Thrasybuli, emiserunt Agyrrhium ducem.* Ita malo scribere, quam, Ἀγύριον. Itaque emendandum puto Aristophanis Scholiasten Ἐκκλησιαζ. Ἀγύρριος στρατηγὸς θηλυδριώδης, ἄρξας ἐν Λέσβῳ. *Agyrrhius, dux effeminatus, qui praefuit Lesbo.* Perperam editur, ἄρξας ἐν Λήμνῳ, *qui praefuit Lemno.* Idemque mendum apud Suidam in hac voce. Recte est apud Isocratem in Trapezitica. Προπέμπων Ἀγύρριον, ὃν θ' ἡμῖν ἀμφοτέροις ἐπιτήδειον, ἠξίου Μενέξενον ἀπαλλάττειν. *Immittens Agyrrhium, & illum utrique nostrum familiarem, volebat Menexenum dimittere.* Et apud Aristophanem Fabula citata.

Ἀγύρριος γὰρ τὸν Προνόμου πώγων' ἔχων
Λέληθε.

Agyrrhius igitur Pronomi barbam habens, Latuit.

Non item apud eumdem Pluto.

Ἀργύριος δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον πέρδεται;

Argyrius nonne hunc propter pedit?

Reſcribe, Ἀγύρριος. Item apud Andocidem Orat. Περὶ τῶν μυστηρίων. Ἀργύριος γὰρ οὗτοσὶ, ὁ καλὸς κἀγαθὸς ἄρχων, εἷς ἐγένετο τῆς πεντηκοστῆς τρίτον ἔτος. καὶ ἐπρίατο τριάκοντα ταλάντων. *Argyrius enim hic, honestus & probus archon, unus fuit quinquagesimae anno tertio; & emit triginta talentis.* Itidem scribendum, Ἀγύρριος. Sed & apud Demosthenem mendum est, Orat. in Timocratem. Εἶτα Ἀργύριον τὸν Κολυττέα, ἄνδρα χρηστὸν καὶ δημοτικὸν, καὶ περὶ τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον πολλὰ σπουδάσαντα. *Deinde Argyrium Colyttensem, hominem benignum & popularem, multaque propter populum vestrum sedulo agentem.* Nam Ἀγύρριον scripsisse ipsum, fidem nobis Harpocration abunde fecerit, istis verbis. Ἀγύρριος, δημαγωγῶν ἔτος ἐκ ἀφανής. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους. *Agyrrhius quidam ex demagogis haud obscurus. Demosthenes in oratione contra Timocratem.* Et ex eo Suidas quoque, qui per occasionem hanc corrigendus. Ἀγύρριος, δημαγωγὸς Ἀθηναίων ἐκ ἀφανὴς, Ἀγύρριος τὸν Προνόμου πώγων' ἔχων λέληθε. *Agyrrhius, demagogus Athenienſium non obscu-*

ſcurus, Agyrrhius Pronomi barbam habens latuit. Et mox. Ὁ δὲ Πρόνομος, *αὐλητὴς ἦν, μέγαν πώγωνα ἔχων. Pronomus autem tibicen erat, magnam habens barbam.* Corruptum eſt, quod hodie illic Πατρονόμου, & Πατρόνομος, editur. Non recte citat verſum Ariſtophanis a nobis iam prolatum. Erat autem Pronomus Thebanus tibicen, qui primus tibiis tres harmonias cecinit. Athenaeus lib. XIV. Πρόνομος δ' ὁ Θηβαῖος πρῶτος ἠύλησεν ἀπὸ τῶν αὐτῶν αὐλῶν τὰς τρεῖς ἁρμονίας. *Pronomus autem Thebanus primus cecinit tibiis & quidem ex iisdem tres harmonias.* Ad Agyrrhium autem quod attinet, ille poetarum mercedem accidiſſe, & τὸ ἐκκλησιαστικὸν primus dediſſe commemoratur. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Concionantes de eo. Καὶ τὸν μισθὸν τῶν ποιητῶν συνέτεμε, καὶ πρῶτος ἐκκλησιαστικὸν δέδωκεν. *Et poetarum mercedem corripuit, & primus eccleſiaſticum dedit.* Quae ipſa apud Suidam quoque occurrunt. Erat autem illud obolus unus. Obſervo apud Pollucem lib. VIII. cap. IX. ſect. XXXII. Καὶ τὸ διώβολον ἐκαλεῖτο θεωρικὸν ὥσπερ καὶ τὸ ἐκκλησιαστικὸν, καὶ τὸ δικαστικόν. ὅπερ καὶ τριώβολον, καὶ δυώβολον, καὶ ὀβολός. *Et quod dabatur, theoricum dicebatur, quemadmodum & concionale, & iudiciale, quod & triobolus, & duo oboli, & obolus.* Nam obolus referri debet ad τὸ Ἐκκλησιαστικὸν, ut infra oſtendimus, ubi de pecuniis theoricis agimus.

CAP. V.

Invalidi Athenis, ſi infra tres minas poſſiderent, ex aerario quid acceperint. Harpocration, & Heſychius, emendati. Lyſianae Orationis hac de re ἐπιγραφή.

QVi membris mutili, atque invalidi, intra minas tres poſſiderent, ii in dies ſingulos ex aerario obolum unum, vel, ut alii, duos accipiebant: alii drachmas novem in menſem, id eſt, obolos quinquaginta quatuor accepiſſe tradunt. Harpocration. Ἀδύναλοι, οἱ ἐντὸς τριῶν μνῶν κεκτημένοι τὸ σῶμα πεπηρωμένον. ἐλάμβανον ἢ ἔτοι, δοκιμασθέντες ὑπὸ τῆς βουλῆς, δύο ὀβολοὺς τῆς ἡμέρας ἑκάστης, ἢ ὀβολὸν, ὡς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. ὡς δὲ Φιλόχορός φησι, ἐννέα δραχμὰς κατὰ μῆνα. ἔστι δὲ καὶ λόγος τις Λυσίου περὶ τοῦ ἀδυνάτου, ἐν ᾧ ὡς ὀβολὸν λαμβάνοντος μέμνηται. *Invalidi, qui intra tres menſes poſſidebant corpus mutilum. Hi autem accipiebant, a ſenatu adprobati, duos obolos ſingulis diebus, vel obolum, ut ait Ariſtoteles in Republica Athenienſium: ut autem Philochorus dicit drachmas novem in menſem. Eſt autem & Lyſiae quaedam oratio de invalido, in qua ut unum obolum accipientis meminit.* Sed corruptus, locus ſcribendumque, Οἱ ἐνδὸς τριῶν μνῶν κεκτημένοι, τὸ σῶμα πεπηρωμένοι. *Qui intra tres minas poſſidebant, corpus mutili.* Nimis mutilus eſt Heſychii locus. Ἀδύνατοι· οἱ ἐντὸς κεκτημένοι τριῶν περὶ Ἀτθικοῖς. *Invalidi; qui intra tres poſſidebant in Atticis.* Supple, & emenda, Οἱ ἐνδὸς κεκτημένοι τριῶν μνῶν παρὰ Ἀτθικοῖς. *Qui minus poſſidebant tribus minis apud Atticos.* Atque hinc intelligenda illa Lyſiae in Orat. Καλλὰ Φιλ. δοκιμ. Ἔδωκεν εἰς τὴν ἐαυτῆς ταφὴν τρεῖς μνᾶς ἀργυρίου, παραλιπὼν τοῦτον υἱὸν ὄντα ἑαυτῆς. *Dedit ad eius ſepulturam tres minas argenti, praetermittens hunc filium ipſius.* Erant vero illi numero quingenti. Suidas. Ἀδύναλοι, οἱ πεπηρωμένοι τὸ σῶμα· ἐλάμβανον δὲ ἔτοι δοκιμασθέντες ὑπὸ τῆς βουλῆς, οἱ μὲν πενταικόσιοι ἑκάστης ἡμέρας ὀβολοὺς δύο. *Invalidi, corpus mutili. Hi autem a ſenatu adprobati accipiebant quingenti quidem ſingulis diebus duos obolos.* In quibus verbis etiam illud obſervandum, nullum in eorum numerum receptum fuiſſe, niſi adprobante ſenatu. Eſtque idem animadvertere in citatis Harpocrationis verbis. Quod vero ait Harpocration. Καὶ λόγος τις Λυσίου περὶ τοῦ ἀδυνάτου. *Et oratio quaedam Lyſiae de invalido.* Eius Orationis hodie inſcriptio eſt. Περὶ τοῦ μὴ δίδοσθαι τῷ ἀδυνάτῳ ἀργύριον. *De eo quod non dabatur invalido argentum.* Suidas citat. Περὶ τοῦ διδομένου τοῖς ἀδυνάτοις ὀβολοῦ. *De obolo invalidis dari ſolito.* Vide eum in ἀνάπηρον ψυχήν. In illa Oratione, ait Harpocration, unius oboli meminit Lyſias. Ea de re locus illic iſte eſt. Τί με κωλύει κληροῦσθαι τῶν ἐννέα ἀρχόντων; καὶ ὑμᾶς ὁμοῦ μὲν ἀφελέσθαι τὸν ὀβολὸν ὡς ὑγιαίνοντος. *Quid me prohibet ſorte legi inter novem archontes? & vos mihi quidem auferre obolum tamquam ſano.* Item alter. Οὔτε ἀρχὴν ἄρξας ἀδημίαν, εὐθύνας ὑπέχω νῦν αὐτῆς, ἀλλὰ περὶ ὀβολοῦ μόνου ποιοῦμαι τοὺς λόγους. *Qui neque praefecturam ullam adminiſtravi, rationes eius nunc ſubeo, ſed de obolo ſolo verba facio.* Quem priorem locum negligentius repraeſentat Suidas in verbis indicatis.

CAP. VI.

Novem Ἄρχοντες, & eorum coronae, quae e myrto: Theſmothetarum etiam interdum ex hedera. Μύρρινοι. Μυρρίνων. *Eae coronae in menſa quadam portari ſolitae. Si quis archontem coronatum percuſſiſſet, aut convitiis inceſſiſſet, infamiae poena adficiebatur.*

NOn ignotum eſt, novem Athenis Ἄρχοντας fuiſſe; ex quibus primus per excellentiam Ἄρχων dictus: alter Βασιλεύς: tertius, Πολέμαρχος: at ſex reliqui, Θεσμοθέται. His autem inſigni honoris, coronae erant. Itaque legere eſt apud Demoſthenem Orat. in Midiam. Καὶ δεῖ' ἐνταῦθα ἔξη τῆς ὕβρεως, ἀλλὰ τοσοῦτον αὐτῷ περιῆν, ὥστε τὸν ἐστεφανωμένον ἄρχοντα διέφθειρε. *Neque etiam eo ſubſtitit iniuriae, ſed tantum ei ſupererat, ut coronatum archontem perderet.* AEſchines in Timarchum. Ἂν τις Ἀθηναίων, φησὶν, ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέσω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι· ὅτι, οἶμαι, στεφανηφόρος, ἡ ἀρχή. *Si quis, inquit, Athenienſium ſcortabitur (a), non liceat illi fieri ex novem archontibus; quia, opinor, eſt magiſtratus coronam gerens.* Et quidem e myrto. Obſervo apud Pollucem lib. VIII. cap. VIII. Μυρρίνη δὲ οἱ ἄρχοντες ἐστεφανοῦντο. *Myrto autem ar-*

(a) Non eſſe vertendum *ſcortabitur*, iam monuimus ad *Solonem*.

archontes coronabantur. Ariſtophanis Scholiaſtes Veſpis. Μυρρίναις ἐςεφανῶνλο οἱ ἄρχονλες. *Myrteis coronabantur archontes*. Hinc Μυρρῖνοι dicti οἱ ἄρχονλες. Heſychius. Μύρρινοι. ἐπεὶ δὴ μύρρινον ςέφανον περιελίθενλο. *Myrtei, quoniam myrteam coronam circumdabant*. Deinde. Μυρρίνων, ὁ δηλοῖ, ἐπί τινα ἀρχήν. ὕτως δὲ ἔοικεν ἐσχηματίσθαι, διὰ τὸ τὰς ἄρχονλας ταῖς μυρρίναις ςέφεσθαι. *Myrtei; quod ſpectat ad quoddam imperium; ſic autem videtur figuratum eſſe, quia archontes myrtis coronabantur*. Et Μυρρινῶν, qui magiſtratum illam adpeterent. Suidas. Μυρρινῶν, ἀρχῆς ἐπιθυμῶν. μυρρίναις γὰρ ςεφανῶνλαι οἱ ἄρχοντες. *Myrtinaus, magiſtratum adpetens. Myrtis enim archontes coronantur*. Scholiaſtes Ariſtophanis loco citato. Μυρρινῶν, ἀρχῆς ἐπιθυμῶν. *Myrtinans, imperium concupiſcens*. Ac ſolitae hae coronae in menſa ante eos portari. Obſervo ex altero Pollucis loco lib. x. cap. xix. Ἐπὶ δ' ὧν εἴρηται ὁ τραπεζοφόρος, ἐςὶ καλαχρῆσθαι τῷ ὀνόμαλι ὡς ῥηθένλι ἐπὶ τῇ λὴν τράπεζαν φέροντος, ἣ ἐπῆσαν τοῖς ἄρχυσιν αἱ μυρρίναι. *Quoniam igitur dictus eſt menſae gerulus, abuti licet hoc nomine tamquam de eo dicto qui menſam gerit, cui impoſitae erant mirti archontibus*. Theſmothetis etiam interdum coronae ex hedera. Alciphron in Epiſtola Menandri ad Glyceram. Πῦ δὲ (ὄψομαι) δημοκραλικὸν ὄχλον οὕτως ἐλευθεριάζονλα; πῦ δὲ θεσμοθέτας ἐν ταῖς ἱεραῖς κώμαις κεκισσωμένυς. *Vbi autem (videbo) popularem turbam ita libere agentem? ubi autem legislatores hedera in ſacris coronatos*. Quod ſi vero archontem aliquis percuſſiſſet, dum is coronatus eſſet, aut convitiis petiiſſet, infamiae pena adficiebatur. Demoſthenes Orat. in Midiam. Καὶ πάλιν γε ἢ ἄρχονλα, ταυτὸ ἦτο. ἐὰν μὲν ἐςεφανωμένον παλάξη τις. ἢ κακῶς εἴπῃ, ἄτιμος. *Et rurſus, ſi principem, hoc ipſum: ſi quidem coronatum percuſſiſſet quis, vel maledixerit, infamis* (a).

CAP. VII.

Δρυπελής. Ἀγρίππωϊον. *Alciphron ter emendatus.*

INter Alciphronis Epiſtolas locus eſt in ea, quam ſcribit Conopoſphrantes Iſcholimo, minus rectus. Σιτῆται δ' ὐδὲν τῶν πολυτελῶν, ἀλλ' ἄρτου τῶν ἐξ ἀγορᾶς, καὶ ὄψον. εἴποτε εὐμερίας εὐημέραν ἐπιτελοίη, δορυπελῆς, ἢ Φαυλίας. *Non autem ſumtuoſis veſcitur, ſed pane ex foro, & opſonio; ſiquando felicis facti diem celebret, olivis caducis aut vilibus*. Reſcribo Δρυπελῆς, ἢ Φ. Notum ex Grammaticis Graecis quae ſint Δρυπελῆς olivae. Apud eumdem in epiſtola Thaidis ad Euthydemum. Ὁ δὲ εἰς ἑτέρας ὁμιλῶν, τυραννίδας ὀνειροπολεῖ, καὶ ςασιάζει τὰ κοινά. *Ille autem in alterius* (v. feminae domum) *ſe conferens, tyrannides in ſomnio fingit, & novas res publico concitat*. Reſtituo, ἑταίρας ὁμιλῶν, *ad meretrices viſitans*. Rurſum in epiſtola ultima, quae eſt Menandri ad Glyceram. Μὰ τὸν Πῖραια, καὶ τὸ Ἀγρίδιον, καὶ τὴν Μυνυχίαν. *Per Piraeum, & Agridium, & Munychiam*. Corrigo, Καὶ τὸ Ἀγρίππωϊον, *& Agrippeum*. Erat Athenis theatrum, Ἀγρίππωϊον dictum, in Ceramico. Philoſtratus Sophiſtarum lib. ii. in Alexandro. Ξυνελέγοντο μὲν δὴ ἐς τὸ ἐν τῷ Κεραμεικῷ θέατρον. ὃ δὴ ἐπωνύμαζο Ἀγρίππειον. *Confluebant ſane quidem ad theatrum in Ceramico, quod cognominabatur Agrippeon*. Meminitque eius iterum in Philagro. Ταῦτα μὲν δὴ ἐν τῷ Ἀγριππείῳ ἐπράχθη. *Illa ergo quidem facta ſunt in Agrippeo* (b).

CAP. VIII.

Barus. Barbarus. Verus, Albinus Conſules. Caſſiodori error. Faſti Siculi, & Caſſiodorus; emendantur, item Philoſtratus. Appius Annius Bradua, & M. Atilius Metilius Bradua, Conſules. Philoſtratus iterum correctus.

SEd quia in Philoſtratum incidimus, huius quoque locum unum atque alterum emendemus Sophiſtarum lib. in Polemone.

Ἐςι

(a) Vide Inſcriptionem, quae de Corona habetur in *Eleuſiniis*.

(b) De Agrippeio conſule quae habentur in *Athenis Atticis*, & *Ceramico*. Lubet tamen heic adſcribere, quae in quadam Epiſtola obſervabat ad hunc locum vir eruditus, & mihi amicus *Petrus Maria Ferrarius*. *Pel contrario*, inquit, *Stefano Bergler nella ſua Edizione di Alcifrone in Lipſia 1715. in ottavo nelle note ſopra l' Epiſtola 4. del lib. 2. pag. 286. rigettando la correzione del Meurſio dice:* Docere debuiſſet (*Meurſius*) Menandri aetate fuiſſe Athenis theatrum ita dictum, quod opinor nemo poterit. ſed ſi vel fuiſſet, unde ſciebat Glyceram de illo relinquendo potius eſſe ſolicitam, quam de agello? videtur tunc nimis feſtinaſſe Meurſius, ut vel ex illo adparet, quod ſcribit quaſi haec Epiſtola ultima ſit Menandri ad Glyceram.

Poſto cio, non v' è dubbio, che il Meurſio sbaglia nel titolo della lettera; perocchè il luogo da eſſo corretto non ſta nella lettera di Menandro a Glicera, ma in quella di Glicera a Menandro, e queſto ſcambiamento eſſer dee avvertito, ed emendato.

Se poi Bergler ragionevolmente rigetti la correzione del Meurſio lo vedrà meglio il Signor Lami di me. Certamente non pare veriſimile, che Alcifrone, uomo eruditiſſimo uſaſſe così poca diligenza, e naturalezza ne' ſuoi fingimenti, ſe in verità il Teatro Agrippeo non era ancora in Atene ne' tempi di Menandro, come in realtà pare probabiliſſimo, che non vi foſſe; imperocchè noi abbiamo nel Cronico di Euſebio, che Menandro morì l'anno 4. dell' Olimp. CXXI. prima di Criſto anni 293. e l' Agrippeo, ſe pure ebbe queſto nome da Agrippa, come pare veriſimile, ſarebbe ſtato a tempo di Auguſto. In verità nè Suida, nè Folluce, i quali pure de' luoghi coſpicui di Atene fanno menzione, non mai di queſto ci danno notizia alcuna, ſegno chiaro, che negli antichi Autori non l' hanno incontrato giammai, e certamente ſe vi foſſe, il Meurſio medeſimo ſottiliſſimo ricercatore di ſimili antichità l' avrebbe tratto fuora; ma egli ſemplicemente ci porta due autorità di Filoſtrato, Autore che fiorì ſotto Severo, e morì imperando Filippo Auguſto. Quindi pare ragionevole il rifiuto di Bergler per la ſconvenevolezza del tempo.

Dall' altro lato, io non potrei mai acconſentire a ciò che aggionge Bergler. Sed ſi vel fuiſſet &c. *perocchè ſe a' tempi di Menandro vi era l' Agrippeo, chi non vede eſſere la correzione Meurſiana vera, e legittima? Anzi quell' Ἀγρίδιον,* Agellum, *che vi legge Bergler pare a me, che vi ſtia ſcomodiſſimo. Non niego, che Glicera poteſſe eſſere ſollecita più del ſuo piccolo campo, che di tutti i teatri di Grecia; ma quel mettere in ſchiera co' magnifici, e famoſi porti di Pireo, e Munichia la ſua poſſeſſioncella, e piantarvela giuſto in mezzo, comecchè ciò faccia una donna, non mi fa ſpecie di molto bella coſa, ne di giudizioſa.*

Digitized by Google

Ε"ϛι μὲν καὶ Η'ρώδῃ μαθεῖν ἐν μιᾷ τῶν πρὸς τὸν Βάρβαρον ἐπιϛολῶν εἰρημένων. *Diſcere quidem etiam eſt in una Herodis dictarum epiſtolarum ad Barbarum.* Et mox. Ε'ρομένῃ δὲ αὐτὸν κ᾽ Βαρβάρῳ τῷ ὑπάτῳ, τίσι διδασκάλοις ἐχρήσατο, τῷ δεῖνι μὲν, καὶ τῷ δεῖνι, ἔφη, παιδευόμῃ. *Interrogante autem hunc Barbaro Conſule, quibus magiſtris uteretur; iſto, & iſto, dixit, inſtitutus.* Vides illic Barbarum Conſulem, ſed quem Hiſtoria, & Faſti, ignorant. Reſcribo primo, Πρὸς τὸν Βάρον, *ad Barum.* Deinde, Καὶ Βάρῳ τῷ ὑπάτῳ, *& Bari conſulis.* Origo mendi ex duplicatione ſyllabae prioris. Conſul fuit T. Vibius Barus cum Appio Annio Bradua anno ultimo imperii Antonini Pii, ut eſt videre in Faſtis Capitolinis. Meminitque Inſcriptio Vetus.

APPIO. ANNIO BRADVA
T. VIBIO. BARO. COS
MAGISTRI. FONTIS. LOLLIANI

In Chronico Euſebii. Βάρ@-, καὶ Βραδοῦας Male in Caſſiodori Chronico Verus (a) dicitur, & ſecundum Conſul indigetatur. nam quod quinquennio ante itidem Conſulem commemoret cum Sabino, vehementer errat. Neque enim eo anno Conſules Verus & Sabinus; ſed, Severus Imp. & Septimius Albinus Caeſar; ut recte habent Faſti Capitolini. Itaque corrigendi etiam Siculi. Σεβήρῳ Αὐγούϛῳ, κ᾽ Α'λβίνῳ. Male editur, Καὶ Σαβίνῳ. In Chronico Alexandrino, a Radero vulgato, eſt, Σεβήρῳ τὸ ϛ'. κ᾽ Σαβινιανοῦ. Itidem emenda ad Capitolinos. Sed ad Barum hunc noſtrum Conſulem ut redeamus, ſciendum eſt; etiam mendoſum eſſe Chronicon Alexandrinum, in quo legitur: Βραδοῦα κ᾽ Οὐήρῳ. Scribe, Βραδέᾳ κ᾽ Οὐάρῳ. Sed de Bradua, mox dicemus. In eodem legitur, triennio ante, Βαρβάρῳ κ᾽ Ρ'ηγύλῳ (b), quemadmodum etiam in Faſtis Siculis: ſed ibi Βαρβάτῳ reſtituendum, ex Capitolinis, & Caſſiodori, atque Euſebii Chronico. Obſerva autem in praecedentibus collegam in Conſulatu Bari huius, Appium Annium Braduam. Meminit huius, ſed corrupto iterum nomine, idem Philoſtratus in Herode Sophiſtarum lib. II. Ε'πὶ τούτοις, ὡς ἀληθέϛι, γράφεται αὐτὸν φόνῳ Βραδείας, ὁ τῆς Ρ'ηγίλλης ἀδελφὸς, εὐδοκιμώτατ@- ὢν ἐν ὑπάτοις. *Poſt haec tamquam vera, poſtulat eum homicidii Bradua, Regillae frater, laudatiſſimus inter conſules.* Hodie ſcribitur illic, Βραδείας. Per ει diphthongum ſcribunt etiam Faſti Siculi. Alius autem ne confundas, M. Atilius Metilius Bradua, qui ſub Commodo Imp. ſemel cum Triario Materno; iterumque ſexennio poſt cum Caſſio Aproniano. Secundum conſulatum eius omittit Chronicon Alexandrinum, & Faſti Siculi. Vtriuſque meminere Chronicon Caſſiodori, Euſebii, & Inſcriptiones Antiquae. Prioris iſta.

DEDIC. KAL. DECEMB
MATERNO. ET. BRADVA. COS

Poſterioris iſta.

I. O. M.
Q. RAONIVS
DIODORVS. EX
VOTO. POSVIT
LIBES. MERITO
IIII. IDVS. MAIAS
APRONIANO. ET
BRADVA. COS

Ita recte iſtic emendatum a magno viro. Illud mirum, & hic quoque adnotandum; eumdem hunc Braduam in iisdem Inſcriptionibus Conſulem item commemorari cum Appio Annio Trebonio Gallo, id eſt, annis undecim ante iſtum conſulatum, quem cum Triario Materno geſſit. Ecce in iſta.

IOVI. STYGIO. SACRVM
P. ARVANTVS. P. F. OVF. NIGER
D. D. XII. KAL. IVLI
APPIO. ANNIO. TREBONIO. GALLO
M. ATILIO. METILIO. BRADVA. COS

Item in iſta.

IOVI. VICTORI
TREBONIVS. GALLVS. COS
PORTICVM
EX. VOTO. FECIT
DEDICAVIT. X. KAL. MAIAS
APPIO. ANNIO. M. ATI..... COS

Et in illa.

AP. ANNIO. GALLO. M. ATILIO.
BRADVA. COS
EX. RAT.
FESTI. VRBASI. CAES. NOS. SER
NVM. CCCXV.

Rurſum in illa, in qua Bradua *Metellus*, non *Metilius*; & Appius *Trebonianus*, non *Trebonius*, ſcribitur,

SILVANO
SANCTO
C. C. IVLI
EVTYCHIO
ET. EVTYCHIA
NVS. FIL.
D. D.
DEDICAVERVNT
QVE. XI. K. MAIAS
APPIO. ANNIO. TREBONIANO.
GALLO
M. ATILIO. METELLO. BRADVA
COS

Mirum hoc, inquam. Nam Faſti Siculi pariter & Capitolini, Chronicon Alexandrinum, Caſſiodori, & Euſebii, Appio Annio Trebonio Gallo collegam dant Flaccum, non hunc Braduam.

(a) Forte legendum *Varus*, quod idem ac Βάρ@-.

(b) Forte Ρ'ηγύλῳ.

Digitized by Google

CAP. IX.

Secundus Ἐπίιρος *dictus. Herodis Sophistae praeceptor. Aspasius Antonino Imp. ab Epistolis. Philostratus bis, Suidas semel emendatus.*

SEcundus Sophista Athenienſis, tamquam fabri filius, Ἐπίιρος cognomento dictus fuit. Ea de re emendandus inſignis Philoſtrati locus in Secundo Sophiſt. lib. 1. Μηδὲ Σεκόνδου τοῦ Ἀθηναίου ἀμνημονῶμεν, ὃν ἐκάλουν Ἐπίιρόν τινες, ὡς τέκτονος παῖδα. *Neque ſilentio Secundum Athenienſem praetereamus, quem quidam Epiurum vocabant, tamquam fabri filium.* Hodie editur, ὃν ἐκάλουν Ἐπίθυρόν τινες, *quem vocabant Epithyrum nonnulli.* Fundus meae emendationis eſt Suidas. Σεκοῦνδος, Ἀθηναῖος σοφιστής· ὃς ἐχρημάτιζε Πλίνιος, ἐπωνομάζετο δὲ Ἐπίιρος, ὡς υἱὸς τέκτονος· καθηγητὴς δὲ γέγονε καὶ Ἡρῳδότου τοῦ σοφιστοῦ. *Secundus, Athenienſis ſophiſta; qui vocabatur Plinius; cognominabatur autem Epiurus, tamquam fabri filius; praeceptor autem fuit etiam Herodoti Sophiſtae.* Sed in illis Suidae verbis quis eſt Herodotus Sophiſta. Nego alibi mihi lectum. Quin ſcribendum omnino adfirmo, Καὶ Ἡρώδου τοῦ σοφιστοῦ. *Et Herodis Sophiſtae.* Nam Herodis Sophiſtae praeceptor fuit Secundus iſte. Philoſtratus loco citato. Ἡρώδῃ δὲ ἐκπαιδεύσας, ἐς διαφορὰν αὐτῷ ἀφίκετο παιδεύοντι ἤδη. *Herodem autem quum edocuiſſet, cum illo in controverſiam venit iam docente.* In eodem Philoſtrato corrupta eſt primae Epiſtolae inſcriptio, in qua de charactere epiſtolari diſſerit; & ita habet, Ἀσπασίᾳ. Cenſeo ſcribendum, Ἀσπασίῳ. Et iſte Aſpaſius, de quo Suidas. Ἀσπάσιος Δημητριανοῦ τοῦ κριτικοῦ μαθηματικοῦ, Ῥαβεννατῶν, σοφιστής. γεγονὼς ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμαίας. πρὸς τοὺς φιλολοιδόρους, καὶ πρὸς Ἀρίσωνα, λόγους διαφόρους. ἠκροάσατο δὲ Παυσανίου καὶ Ἱπποδρόμου. καὶ ἐσοφίσευσεν ἐν Ῥώμῃ διατρέψας μέχρι πολλοῦ. *Aſpaſius Demetriani Critici mathematici* (filius) *Ravennas, ſophiſta; qui vixit tempore Alexandri Mamaeae; contra maledicos & Ariſtonem diverſas orationes. audiverat autem Pauſaniam, & Hippodromum. & Sophiſtam egit longo tempore Romae egregie vigens.* Amplius addam, quodque magis firmet. Ab Epiſtolis eum ſibi eſſe iuſſit Antoninus Imperator; & per illam occaſionem ſcripta Philoſtrato illa epiſtola. Auctorem habeo cognominem Philoſtratum in Aſpaſio Sophiſtarum lib. II. Ἡ δὲ συγγεγραμμένη ἐπιστολὴ τῷ Φιλοστράτῳ, περὶ τοῦ πῶς χρὴ ἐπιστέλλειν. πρὸς τὸν Ἀσπάσιον τείνει· ἐπειδὴ παρελθὼν ἐς τὰς βασιλέως ἐπιστολὰς, τὰς μὲν, ἀγωνιστικώτερον τοῦ δέοντος ἐπέστελλε. τὰς δὲ, οὐ σαφῶς. ὧν ἀμφότερον βασιλέα πρέπον. *Haec autem epiſtola conſcripta ab Philoſtrato, de eo quemadmodum oporteat ſcribere epiſtolas, ad Aſpaſium ſpectat; poſtquam promotus ad regias epiſtolas, has quidem ad certamen elegantiae ultra modum ornatas mitteret; illas vero non perſpicue & clare; quorum neutrum principi convenit.*

CAP. X.

Αἰγέαι apud Libyes quid, Αἰγίδες apud Graecos. Harpocrationis locus partim defenſus, partim reſtitutus.

ESt locus Harpocrationis iſte in Αἰγίς. Αἰγίδας ἐκάλουν τὰ ἐκ τῶν σεμμάτων πλέγματα, καὶ τὰ διὰ σεμμάτων πεπλεγμένα δίκτυα. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ τῆς διοικήσεως, καὶ Ἡρόδοτος ἐν τετάρτῃ. Νυμφόδωρος δὲ ταύτας φησὶν ὑπὸ Λιβύων αἰγέας καλεῖσθαι. *AEgidas adpellabant nexilia ex vittis, & retia ex ſertis contexta. Lycurgus in ſcripto de adminiſtratione, & Herodotus in quarta. Nymphodorus autem has inquit a Libyis Aegeas vocari.* Mauſſacus, etſi invitis manuſcriptis codicibus omnibus, immutat ordinem; atque ita conſtituit. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ τῆς διοικήσεως, καὶ Νυμφόδωρος Ἡρόδοτος δ' ἐν τετάρτῃ ταύτας. φ. *Lycurgus in ſcripto de adminiſtratione, & Nymphodorus. Herodotus autem in quarta has dicit.* Negatque hoc dicere Nymphodorum propter iſtum Heſychii locum. Νυμφόδωρος δὲ καὶ τὸν θώρακα αἰγίδα λέγεσθαί φησιν ὑπὸ Λακώνων. *Nymphodorus autem dicit a Laconibus & thoracem aegida dici.* Quod ſi hanc tranſpoſitionem, ac diſtinctionem eius, admittamus; iam non dicet Nymphodorus, id quod ille vult; ſed, quod prius dixerat Harpocration. Αἰγίδας eſſe τὰ ἐκ τῶν σεμμάτων πλέγματα, καὶ τὰ διὰ σεμμάτων πεπλεγμένα δίκτυα. *AEgidas eſſe nexilia ex vittis. & retia ex ſertis contexta.* Mihi ita concipiendus verborum iſtorum ordo cenſetur. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ διοικήσεως. καὶ Ἡρόδοτος ἐν τετάρτῃ ταύτας φησὶν ὑπὸ Λιβύων αἰγέας καλεῖσθαι. Νυμφόδωρος δὲ *** *Lycurgus in ſcripto de adminiſtratione. & Herodotus in quarta. has dicit a Libyis aegeas vocari. Nymphodorus autem* *** ut ſit mutilus iſte locus, ac ſupplendus ex Heſychio. Νυμφόδωρος ὃ, καὶ τὸν θώρακα αἰγίδα λέγεσθαί φησιν ὑπὸ Λιβύων. *Nymphodorus autem, & thoracem aegida ab Libyis vocari dicit.* Herodoti locus, quem reſpexit Harpocration, ecce iſte eſt circa finem libri IV. Τὴν δὲ ἄρα ἐσθῆτα, καὶ τὰς αἰγίδας τῶν ἀγαλμάτων τῆς Ἀθηναίης, ἐκ τῶν Λιβυστέων ἐποιήσαντο οἱ Ἕλληνες. πλὴν γὰρ ὅτι σκυτίνη ἡ ἐσθὴς τῶν Λιβυστέων ἐστὶ, καὶ αἱ θύσανοι οἱ ἐκ τῶν αἰγίδων αὐτῇσιν ἀντὶ ὄφιές εἰσι. ἀλλὰ ἱμάντινοι. τὰ δὲ ἄλλα πάντα κατὰ ταὐτὸ ἔσταλται. καὶ δὴ καὶ τὄνομα κατηγορέει ὅτι ἐκ Λιβύης ἥκει ἡ στολὴ τῶν Παλλαδίων. αἰγέας γὰρ περιβάλλονται ψιλὰς περὶ τὴ ἐσθῆτα θυσανωτὰς αἱ Λίβυσσαι, κεχριμένας ἐρευθενδάνῳ, ἐκ δὲ τῶν αἰγέων τυτέων αἰγίδας οἱ Ἕλληνες μετωνόμασαν. *Hanc ergo veſtem, & aegidas ſimulacrorum Minervae, ab Libyſſis mutuati ſunt Graeci. Praeterquam enim quod veſtis coriacea Libyſſarum ſit, & pendentes ex aegidibus fimbriae non ſint ſerpentes, ſed ex corio factae; cetera autem omnia pari modo ornata ſunt; & nomen quoque teſtificatur, quod ex Libya veniat Palladiorum ſtola. Libyſſae enim caprinis pellibus amiciuntur nudis circum veſtem fimbriatis, delibutis rubrica. Ex his autem caprinis aegidas denominaverunt.*

Digitized by Google

runt. Et hunc locum ob oculos habuit Eustathius Iliad. v. Φησὶ γῦν Ἡρόδοτος, ὅτι τὴν ἐσθῆτα, καὶ τὰς αἰγίδας τῶν ἀγαλμάτων τῆς Ἀθηνᾶς, ἐκ τῶν Λιβυστῶν ἐποιήσαντο οἱ Ἕλληνες. *Dicit igitur Herodotus, vestem, & aegidas statuarum Minervae ab Libyssis mutuatos fuisse Graecos*. Agnoscit significationem hanc etiam alibi Hesychius. Αἰγὶς, ὀξεῖα πνοή. καὶ ἦν αἱ Λίβυσσαι φέρουσι δοράν. *AEgis, acutus flatus; & quam Libyssae gerunt pellem*.

CAP. XI.

Demosthenis Ἐπιτάφιος, *an sit eius*.

INter Demosthenis Orationes una est, quae Ἐπιτάφιος inscribitur. Ea an ipsius esset, video inter Veteres dubitatum. Certe Harpocration in Αἰγεῖδαι inquit. Δημοσθένης ἐν τῷ ἐπιταφίῳ, εἰ γνήσιος. *Demosthenes in oratione funebri, si genuina*. Dionysius Halicarnasseus. Περὶ τὴν Δημοσθ. δεινότ. Τοῦτον δὴ παραλήψομαι τὸν λόγον (τὸν ἐπιτάφιον) καὶ παρ' αὐτὸν ἐξετάσω Δημοσθένους λέξεις τινὰς· ἐκ ἐκ τούτου. τὸν μὲν γὰρ ὑχ ἡγοῦμαι ὑπ' ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς γεγράφθαι. ἀλλ' ἐκ τῶν ἄλλων αὐτοῦ λόγων, ὅσοι περί τε τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἀρετῆς εἴρηται· *Hanc ergo adsumam orationem (funebrem) & praeter hanc examinabo aliquas Demosthenis dictiones. Non ex hac. Quippe hanc quidem non arbitror ab isto viro scriptam fuisse. Sed ex aliis eius orationibus, quaecumque & de honesto & virtute dicuntur*. Et alibi in eodem opere. Πάντας γὰρ ἔγωγε τοὺς ἀναφερομένους εἰς αὐτὸν ἀλλοτρίους εἶναι πείθομαι, καὶ οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἔχοντας τὸν ἐκείνου χαρακτῆρα, ὅτ' ἐν τοῖς νοήμασι, τῆς δὲ συνθέσεως ὅλῳ καὶ τῷ παντὶ λειπομένους. ὧν ἐστιν ὅτε φορτικὸς καὶ κενὸς καὶ παιδαριώδης ἐπιτάφιος. *Omnes enim ego quidem, quae ad eum referuntur alienas esse persuadeo, neque vel parva parte habentes eius formam, nec in sententiis, compositione autem prorsus & universim inferiore; quarum est etiam ille molestus, & inanis, & puerilis funebris*. Et quae sequuntur. Photius in Bibliotheca, ubi de Demosthene, eiusque Orationibus, iudicium fert. Καὶ τὸν κατὰ Νεαίρας δὲ λόγον ὑπτιότητός τινες αἰτιώμενοι, τῶν Δημοσθενικῶν ἀποκρίνουσι λόγων, ὥσπερ καὶ τὸν περὶ ἔρωτος, καὶ τὸν ἐπιτάφιον. *Sed & orationem contra Neaeram supinitatis quidam arguentes, abiudicant ab Demosthenis orationibus; quemadmodum & illam de amore, & funebrem* (a).

CAP. XII.

Alcibiadae IV. *Andocides emendatus, & Plato. Alcibiades nomen Laconicum. Alcibiades maior a quo dictus. Error Scholiastae Thucydidis. Herodoti locus examinatus. Alcibiadis genus controversum, & matris nomen*.

ALcibiadas quatuor fuisse tradit Scholiastes Aristophanis extremis Ranis, ubi de Alcibiade. Γεγόνασι δὲ Ἀλκιβιάδαι τέσσαρες. *Fuerunt autem quatuor Alcibiadae*. Investigemus. Vnus, Cliniae F. in historia Graeca celeberrimus, cuius vitam habemus apud Plutarchum, & AEmilium Probum. Alter, eius proavus ostracismo bis electus. Meminit utriusque Harpocration. Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου. ἦν δὲ καὶ ἕτερος, πρόπαππος τοῦ προειρημένου, ὃν φησι Λυσίας ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδου λειποταξίου, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, αὐτόν τε καὶ τὸν πρὸς μητρὸς πάππον δὶς ἐξοστρακισθῆναι. *Alcibiades Cliniae filius; erat autem quoque alter, proavus eius, quem dixi, quem memorat Lysias in oratione contra Alcibiadem de ordine deserto, si genuina oratio, & eum, & eius avum maternum bis in exsilium ostracismo electum fuisse*. Lysiae vero locus, quem respexit, ecce iste est. Ἁπάντων χρὴ καὶ τοῦτου πατέρα αἴτιον ἡγεῖσθαι, καὶ ἐνθυμηθῆναι, ὅτι Ἀλκιβιάδῃ μὲν τὸν πρόπαππον αὐτοῦ, καὶ τὸ πρὸς μητρὸς Μεγακλέα, οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι δὶς ἀμφοτέρους ἐξωστράκισαν. *Oportet putare patrem eius quoque omnium fuisse auctorem, & in animum revocare Alcibiadem quidem eius proavum, & Megaclem eius avum maternum, vestri maiores bis utrumque ex civitate ostracismo eiecerunt*. Itaque emendandus Andocides in Orat. Κατ' Ἀλκιβιάδου. Ἀλκιβιάδης δὲ μάλιστα πάντων Ἀθηναίων. καὶ γὰρ ὁ τῆς μητρὸς πατὴρ Μεγακλῆς, καὶ πρόπαππος Ἀλκιβιάδης, ἐξωστρακίσθησαν ἀμφότεροι. *Alcibiades autem supra omnes Athenienses. Nam & avus eius maternus Megacles; & proavus Alcibiades uterque ostracismo electus est*. Hodie editur, Καὶ ὁ πάππος Ἀλκιβιάδης, *& avus Alcibiades*. Isocrates in Orat. Περὶ ζεύγους, ubi ita Alcibiadem tertium introducit loquentem. Ἀλκιβιάδης, καὶ Κλεισθένης, ὁ μὲν πρὸς πατρὸς, ὁ δὲ πρὸς μητρὸς ὢν πρόπαππος τοῦ πατρὸς τοὐμοῦ. *Alcibiades, & Clisthenes, hic quidem paternus, ille vero maternus erat proavus patris mei*. Vis scire stemma? dabo tibi. Alcibiadis primi filius erat Axiochus; eius Clinias; eius Alcibiades secundus; eius tertius. Observo apud Platonem Euthydemo, ubi de Clinia, Alcibiadis minoris patruele. Ἔστι δ' οὗτος, Ἀξιόχου μὲν υἱὸς, τοῦ Ἀλκιβιάδου τοῦ παλαιοῦ, αὐταναψιὸς δὲ τοῦ νῦν ὄντος Ἀλκιβιάδου. ὄνομα δ' αὐτοῦ Κλεινίας. ἔστι δὲ νέος. *Est autem ille, Axiochi quidem filius, Alcibiadis prisci nepos, consobrinus autem Alcibiadis eius, qui nunc est: sed nomen & Clinias; sed est iuvenis*. Sed manifestus mendi locus. Quomodo enim patruelis Alcibiadis minoris fuerit; si Axiochi, eius avi, filius? Certe nepos ex filio altero fuerit oportet, cuius nomen memoriae haud proditum: itaque legendum, Ἀξιόχου μὲν υἱωνὸς, *Axiochi quidem nepos*. Ortum erit mendum ex compendio scriptionis. Hi ergo duo priores Alcibiadae. Veniamus nunc ad tertium. Is secundi huius filius. Eum commemorat ex Antiphontis quadam Oratione Harpocration loco citato. Ἄλλος δέ ἐστιν Ἀλκιβιάδης, οὗ μνημονεύει Ἀντιφῶν ἐν τῇ πρὸς τὴν Δημοσθένους γραφὴν ἀπολογίᾳ. *Alius autem est Alcibiades, cuius meminit Antiphon in apologia adversus Demosthenis accusationem*. De eo est Oratio Isocratis Περὶ ζεύγους, *de Iugo*; in eum vero illa Lysiae, inscripta, Κατὰ Ἀλκιβιάδου λειποταξίου, *contra Alci-*

(a) Consule *Bibliothecam Atticam*.

Digitized by Google

Alcibiadem de ordine deſerto. Quartum ego his addo, Lacedaemonium; cuius meminit Polybius Legat. Ecloga XLII. Ἔκ τε τ῀ς Σπάρτης Ἀρεὺς κ῀ Ἀλκιβιάδης ἐπρέσβευσαν τ῀ ἀρχαίων φυγάδων, τῶν ὑπὸ τ῀ Φιλοποίμενος, καὶ τῶν Ἀχαιῶν, νεωστὶ κατηγμένων εἰς τὴν οἰκίαν. *Et ex Sparta Areus, & Alcibiades legationem obierunt. Hi autem erant ex antiquis exſulibus, qui ab Philopoemene, & Achaeis nuper erant reducti in patriam*. Pauſanias Achaicis. Τότων δὲ πλέονα ἐνεκάλων Ἀχαιοῖς Ἀρεὺς κ῀ Ἀλκιβιάδης οἱ Λακεδαιμόνιοι, δόκιμοι μὲν τὰ μάλιστα ἐν τ῀ Σπάρτῃ, τὰ δὲ ἐς Ἀχαιοὺς ὐ δίκαιοι. *Areus autem, & Alcibiades Lacedaemonii plura his accuſabant Achaeos, maxime probati quidem Spartae, ceterum in cauſa Achaeorum parum iuſti*. Livius lib. XXXIX. *Vbi Areus etiam, & Alcibiades, ambo exſules ſuo beneficio reſtituti, legationem Romam adverſus gentem Achaeorum, ita de ipſis meritam, ſuſcepiſſent*. Quin hoc ſciendum; Laconicum proprie illud nomen fuiſſe: & maiori Alcibiadi impoſitum a patre, quia is Alcibiadis Spartani hoſpitio uſus eſſet. Accipio ex Thucydide lib. VIII. Ξυνέπραττε γὰρ αὐτοῖς κ῀ Ἀλκιβιάδης, Ἐνδίῳ ἐφορεύοντι παλρικὸς ἐς τὰ μάλιστα ξένος ὤν. ὅθεν κ῀ τὄνομα Λακωνικὸν ἡ οἰκία αὐτῶν κατὰ τὴν ξενίαν ἔσχεν. Ἐνδίου γὰρ Ἀλκιβιάδῃ ἐκαλεῖτο. *Adiuvabat eos enim & Alcibiades, qui Endio ephoro tunc paternus maxime hoſpes erat; unde & cognomen Laconicum eorum familia per hoſpitium habebat. Endius enim Alcibiadis vocabatur*. Errat Scholiaſtes, qui minorem Alcibiadem ibi deſignari putat. Ait enim. Ἀλκιβιάδης, Λακωνικὸν ἦν ὄνομα, ὃς ἦν πατὴρ τ῀ Ἐνδίου. Κλεινίας ὁ Ἀθηναῖος τῷ Ἀλκιβιάδῃ ξένος γεγόμενος, τὸ ὄνομα τῷ ἰδίῳ παιδὶ ἔθετο. *Alcibiades, Laconicum erat nomen, qui erat Endii pater, Clinias autem Athenienſis Alcibiadis hoſpes factus, nomen filio proprio impoſuit*. Quomodo enim per minorem nomen illud in familiam illatum eſt, quum iam proavus eius id habuiſſet? Nugae. Certe maior Alcibiades fuit, qui ius hoſpitii cum Lacedaemoniis, & inter eos Alcibiade, exercebat; cui poſtea renuntiavit Axiochus filius, Alcibiadis ſecundi avus, quodque ſecundus renovare animum induxit. Obſervo apud eumdem Thucydidem lib. V. Ἦσαν δὲ ἄλλοι τε, κ῀ Ἀλκιβιάδης, ὁ Κλεινίου, ἀνὴρ ἡλικίᾳ μὲν ἔτι τότε ὢν νέος, ὡς ἐν ἄλλῃ δὲ πόλει ἀξιώματι προγόνων τιμώμενος (a). ᾧ ἐδόκει μὲν κ῀ ἄμεινον εἶναι πρὸς τοὺς Ἀργείους μᾶλλον χωρεῖν, ὑ μέντοι ἀλλὰ κ῀ φρονήματι φιλονεικῶν ἐναντιοῦτο, ὅτι Λακεδαιμόνιοι διὰ Νικίου κ῀ Λάχητος ἔπραξαν τὰς σπονδάς, αὐτὸν κατὰ τὴν νεότητα ὑπεριδόντες, κ῀ κατὰ τὴν παλαιὰν προξενίαν πολὺ ὄντα ὑ τιμήσαντες· ἦν τοῦ πάσχειν ἀπειπόντος αὐτοὺς τοὺς ἐκ τ῀ νήσου αὐτῶν αἰχμαλώτους θεραπεύων, διενοεῖτο ἀνανεώσασθαι. *Erant autem & alii, & Alcibiades Cliniae, vir aetate adoleſcens tunc quidem, ut in alia autem urbe, commendatione maiorum honoratus; cui videbatur quidem, & melius eſſe, ad Argivos potius accedere; nihilominus & ferocia contendens adverſabatur, quod Lacedaemonii per Niciam, & Lacheten foedera fecerunt, ipſum propter iuventutem contemnentes, & iuxta antiquum hoſpitium quod aliquando fuerat non honoraverant; quod avo repudiante ipſe proſequendo & curando ex inſula eorum captivos, exiſtimaverat renovaviſſe*. Porro de Alcibiade ſecundo, in confeſſo eſt, Cliniae illum filium eſſe. Niſi quis forte dicere velit, etiam Alcibiadis primi patrem Cliniae nomen habuiſſe. Atque id verum eſſe poteſt. Sed Herodoto quid faciemus, qui filium Alcibiadis Cliniam facit. Locus eſt lib. VIII. Τῶν δὲ Ἑλλήνων κατὰ ταύτων τὴν ἡμέραν ἠρίστευσαν Ἀθηναῖοι, κ῀ Ἀθηναίων Κλεινίης ὁ Ἀλκιβιάδεω. *E Graecis autem eo die exſtitere praeſtantiſſimi Athenienſes, & ex Athenienſibus Clinias Alcibiadis pater*. Putare poſſis, Alcibiadis filium nomine avi exſtitiſſe; ac de eo loqui illum. verum hiſtoria, in ſequentibus verbis expreſſa, valide vetat. Ὃς δαπάνῃσι οἰκηίῃσι παρεχόμενος, ἐστρατεύετο ἀνδράσι τε διηκοσίοισι κ῀ οἰκηίῃ νηΐ. *Qui ſumtum domeſticum exhibens, militabat & viris ducentis & navi propria*. Nam iſte Clinias Alcibiadis pater erat. Plutarchus initio Alcibiadis. Ὁ δὲ πατὴρ αὐτῷ Κλεινίας ἰδιοσόλῳ τριήρει περὶ Ἀρτεμίσιον ἐνδόξως ἐναυμάχεσεν. *Pater autem eius Clinias glorioſe commiſerat navale proelium triremi ſuis ſumtibus parata circa Artemiſium*. Sed ſciendum ellipſin eſſe, & ſubintelligi debere πατὴρ, non υἱός. Itaque errat Interpres doctiſſimus, qui vertit, *Clinias Alcibiadis filius*. Sic apud AElianum Var. Hiſt. lib. XIII. cap. XXX. Ὀλυμπιὰς ἡ Ἀλεξάνδρου πυθομένη ὅτι πολὺν χρόνον ὁ παῖς αὐτ῀ς ἄταφος μένοι. *Olympias Alexandri quum audiviſſet, filium ſuum longo tempore inſepultum manere*. Itidem in verbis iſtis, ἡ Ἀλεξάνδρου, ſubaudiendum, μήτηρ. Et ſunt loca eiuſmodi plura apud Auctores (b). Quando autem hoc nunc agimus; etiam de genere Alcibiadis moneamus, in quo non conſentiunt Auctores. Paternum e patriciis fuiſſe, maternum vero ex Alcmaeonidis, narrat apud Iſocratem, Oratione iam citata, idem ſecundi filius. Ὁ γὰρ πατὴρ ἦν, πρὸς μὲν ἀνδρῶν, εὐπατριδῶν, ὧν τὴν εὐγένειαν ἐξ αὐτ῀ς τ῀ ἐπωνυμίας ῥᾴδιον γνῶναι· πρὸς γυναικῶν δὲ, Ἀλκμαιωνιδῶν, οἳ τοῦ μὲν πλούτου μέγιστον σημεῖον κατέλιπον. *Pater enim erat, ab viris quidem, patriciorum, quorum nobilitas ex ipſo cognomento facile cognoſcitur: ab feminis autem, Alcmaeonidarum, qui quidem divitiarum maximum ſignum reliquerunt*. Hunc ſequutus Plutarchus in initio Vitae eius. Τὸ Ἀλκιβιάδου γένος ἄνωθεν Εὐρυσάκει τὸν Αἴακος ἀρχηγὸν ἔχειν δοκεῖ. πρὸς δὲ μητρὸς Ἀλκμαιωνίδης ἦν. *Alcibiadis genus a principio Euryſacen Aiacis filium principem habere videtur. a matre autem Alcmaeonida erat*. Aliter plane Demoſthenes κατὰ Μειδίου; qui ad Alcmaeonidas paternum genus refert, maternum vero ad Hipponicum. Ἐκεῖνος γὰρ (ὁ Ἀλκιβιάδης) ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λέγεται πρὸς πατρὸς μὲν, Ἀλκμαιωνιδῶν εἶναι. τούτους δέ φασιν, ὑπὸ τ῀ τυράννων ὑπὲρ τοῦ δήμου στασιάσαντας ἐκπεσεῖν· κ῀ δανε-

(a) ὡς ἐν ἄλλῃ πόλει, ἀξιώματι δὲ προγόνων τιμώμενος. Editio Amſtelaed. 1707.

(b) Vide quae in hanc rem adnotavimus ex *Ionſio* in *Tom. I.*

δανεσαμένης χρήματα ἐκ Δελφῶν, ἐλευθερῶσαι τὴν πόλιν, καὶ τοὺς Πεισιστράτου παῖδας ἐκβαλεῖν· πρὸς δὲ μητρὸς, Ἱππονίκου, καὶ ταύτης τῆς οἰκίας, ἧς ὑπάρχουσι πολλαὶ καὶ μεγάλαι πρὸς τὸν δῆμον εὐεργεσίαι. *Ille enim (Alcibiades) viri Athenienſes, dicitur ab patre quidem, Alcmaeonidarum eſſe; hos autem dicunt; ſub tyrannis propter populum ſeditionem inventes excidiſſe, & fenore accipientes pecunias ex Delphis liberaviſſe urbem, & Piſiſtrati liberos eieciſſe. A matre autem, Hipponici, & illius familiae, cuius exſtant multa & magna in populum beneficia.* In eamdem ſententiam Libanius Declam. IX. Ἀλλ' ὁ θεὸς, ἀλλ' ἄνθρωπος Ἀλκιβιάδης· ἀλλ' ἐξ Ἱππονίκου, καὶ τῆς μεγάλης οἰκίας. *Sed non deus, verum homo Alcibiades: ſed Alcmaeonida; ſed ex Hipponico, & magna familia.* Eodem reſpexit Declam. XXIX. Τί οὖν, ἄν τις Ἀλκιβιάδῃ κατηγορήσῃ ποτὲ, ὅτι τὴν Ἀλκμαίωνα καὶ τὸν Ἱππόνικον ἀκούων, τὸ προαιρέσεις γυναίας, καὶ πράξεις ἐφαμίλλους, καὶ Κλεινίαν, καὶ μάχας, καὶ τελευτὴν ἔνδοξον, φρονήματος ἔγεμε, δυοῖν οἰκίαιν γνωριμωτάταιν πρέπον; ἢ ὅτι καλὸν αὐτὸν ἡ μήτηρ τέκοι. *Quid igitur, ſi quis Alcibiadem accuſarit quandoque, quod Alcmaeonem & Hipponicum audiens, conſilia generoſa, facta paria, & Cliniam, & pugnas, & mortem glorioſam, ſuperbia plenus fuit, duabus notiſſimis familiis conveniente, aut quod pulcrum eum mater pepererit.* Vides litem; quam quis dirimet? Eodem modo in matris nomine variatur. Hanc Dinomachen, Megaclis filiam, adpellat Plutarchus loco citato. Πρὸς δὲ μητρὸς Ἀλκμαιωνίδης ἦν, ἐκ Δεινομάχης γεγονὼς τῆς Μεγακλέους. *A matre autem Alcmaeonides erat, ex Dinomache Megaclis filia natus.* Libanius itidem loco citato. Καὶ Μεγακλέα, καὶ Κλεινίαν, καὶ τὸν πρὸς μητρὸς Περικλέα, καὶ τὴν Δεινομάχου αὐχῶν. *Et Megaclem, & Cliniam; & illum a matre Periclem, & Dinomachen iactans.* Plato in Alcibiade I. Εἴ τις εἴποι τῇ βασιλέως μητρὶ, Ξέρξῃ δὲ γυναικί. Ἀμαυρίδι, ὅτι ἐν νῷ ἔχει σὺ τῷ υἱεῖ ἀντιτάττεσθαι ὁ Δεινομάχης υἱὸς (ὁ Ἀλκιβιάδης) ἢ ἐστι κόσμος ἴσως ἄξιος μνῶν πεντήκοντα, ἢ πάνυ πολλῶν. *Si quis dicat regis matri, Xerxis vero uxori, Amaſtridi; in animo habet tuo filio repugnare Dinomaches filius (Alcibiades) cui eſt ornatus fortaſſe dignus minis quinquaginta, ſeu plane pluribus.* Plinius vero Demaraten nominat lib. XXXIV. cap. VIII *Nec minus Niceratus omnia, quae ceteri, adgreſſus, repraeſentavit Alcibiadem, lampadeque accenſa matrem eius Demaraten ſacrificantem.*

CAP. XIII.

Anthene urbs Cynuriae, non Laconicae. Harpocrationis locus explicatus.

AIt Harpocration Anthenen eſſe Laconicae urbem. Iſta eius verba ſunt. Ἀνθήνη, πόλις τῆς Λακωνικῆς. *Anthene, urbs Laconicae.* Non recte dixit, ſi ſtricte accipias. Nam Anthene Cynuriae urbs erat, non Laconicae. Sed ſciendum de Cynuria, in confinio ſita, contentionem fuiſſe inter Argivos ac Lacedaemonios: urbes vero eius, Thyream, & Anthenen, Lacedaemoniis ſubditas fuiſſe. Atque ita explicari debet hic locus. Obſervo rem apud Thucydidem lib. V. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον οἱ Ἀργεῖοι ἠξίουν δίκης ἐπιτροπὴν σφίσι γενέσθαι, ἢ εἰς πόλιν τινὰ, ἢ ἐς ἰδιώτου, περὶ τῆς Κυνουρίας γῆς, ἧς ἀεὶ πέρι διαφέρονται, μεθορίας οὔσης. ἔχει δ' ἐν αὐτῇ Θυρέαν, καὶ Ἀνθήνην πόλιν. νέμονται δ' αὐτὴν Λακεδαιμόνιοι. *Et primo quidem Argivi putabant iudicii commiſſionem ipſis fieri, ſive ad urbem quamdam, ſive ad privatum, de Cynuria regione, de qua ſemper litigant, quum ſit in confiniis. Habet autem in ſe Thyream, & Anthenen urbem. Verum poſſident illam Lacedaemonii.*

CAP. XIV.

Mos Athenienſium. Περισχοίνισμα. *Imago Demoſthenis, & ara* XII. *deorum.*

MOris erat Athenis, ut quum ius dicendum eſſet, iubente rege, forum funibus circumdaretur. Pollux docet lib. VIII. cap. X. Τὸ δὲ δικαστήριον περιεσχοινίζετο, τοῦ μὲν βασιλέως προσαγγέλλοντος (a), τῶν δὲ θεσμοθετῶν πληρούντων τὸ δικαστήριον. τὸ δὲ περισχοίνισμα ἀπὸ πεντήκοντα ποδῶν ἐγίνετο, καὶ οἱ ὑπηρέται ἐφεστήκεισαν, ὅπως μηδεὶς ἀνεπόπτευτος προσῇ. *Tribunal vero fune circumducebatur, rege quidem iubente, legumlatoribus vero replentibus tribunal. Funis autem circumductio ab quinquaginta pedibus fiebat, & miniſtri adſtabant, ut nemo ſubſpectus adeſſet.* Obſervare eſt hunc morem apud Demoſthenem Orat. I. contra Ariſtogitonem, Ὅταν γὰρ ἡ βουλὴ περισχοινίσηται, ὡς αὐτός φησι, τότε οἱ ἄλλοι πάντες ἐσὶν ἀπεσχοινισμένοι. *Quando enim ſenatus fune circumducitur, ut ipſe dicit, tunc alii omnes fune interſepti ſunt.* Hinc Περισχοίνισμα, locus, ubi duci funis ſolebat. Alciphron in Epiſtola Menandri ad Glyceram. Ποῖον περισχοίνισμα. ποίαν αἵρεσιν. ποίους χύτρους. κεραμεικόν. ἀγοράν. δικαστήρια. *Quale ſepimentum, qualem ſectam, quales ollas, ceramicum, forum, tribunalia.* Erat ibi imago Demoſthenis, & ara XII. deorum. Plutarchus lib. De X. Rhet. in Demoſthene. Κεῖται δὲ εἰκὼν πλησίον τοῦ περισχοινίσματος, καὶ τοῦ βωμοῦ τῶν δώδεκα θεῶν. *Poſita autem eſt imago prope locum ubi funi circumducitur, & arae duodecim deorum.*

CAP. XV.

Συγγραφεῖς *quot Athenis. Anthes. Harpocrationis locus unus emendatus, alter adſertus.*

LOcus eſt apud Harpocrationem. Ἀπόλεξις, εἷς τῶν νῦν συγγραφέων. *Apolexis, unus nunc ſcriptorum.* Eruditiſſimus Mauſſacus valide propugnat contra codices manu exaratos, qui omnes habent. Εἷς τῶν ν'. συγγραφέων. *Vnus quinquaginta ſcriptorum.* Ego quidem, etſi veram illam quoque lectionem negem, aio tamen ad veram nobis gradum ſtruere; legendumque. Εἷς τῶν λ'. συγ-

(a) Editio Amſtelaedamenſ. 1706. παραγγείλαντος.

Digitized by Google

συγγραφέων. *Vnus triginta ſcriptorum*. Nam triginta Συγγραφᾶς, *Scriptores*, erant, non quinquaginta. Ipſe Harpocration infra in illa voce teſtatur. Ἦσαν δὲ οἱ μὲν συγγραφᾶς τριάκοντα οἱ τότε αἱρεθέντες, καθά φησιν Ἀνδροτίων τε καὶ Φιλόχορος, ἑκάτερος ἐν Ἀτθίδι. *Erant autem ſcriptores quidem triginta qui tunc erant lecti, ut dicit & Androtion & Philochorus, uterque in Atthide*. Idem obſervare eſt apud Etymologici Auctorem, & Suidam. In eodem Harpocratione verbo Ἄτλις, locus alter eſt. Τὰ δὲ περὶ αὐτὸν δεδήλωκε Νεάνθης. *Quae autem celebrantur de illo, declaravit Neanthes*. Illud ex Caſauboni emendatione in textum recepit Philippus Mauſſacus. Nollem factum. Magna mihi in litteris Caſauboni auctoritas; ſed ignoſcet, ſi diſſentio. Non ignoro nomen Neanthis, de quo nos in Bibliotheca: ſed id, voce priſtina ejecta, temere hoc loco reſtituere, minime auſim. Primitus edebatur, Δεδήλωκεν ὁ Ἄνθης. *Significavit Anthes*. Atqui Anthes inter veteres Scriptores erat. Stephanus. Ἁλικαρνασσὸς, πόλις Καρίας. Ἄνθης φησὶν, ἀπὸ τῆ ἁλίᾳ περιέχεσθαι τὴν Καρίαν. *Halicarnaſſus, urbs Cariae. Anthes dicit, quia mari circumitur Caria*. Plutarchus de Muſica inter veteſtiſſimos Poetas nominat, eiuſque Hymnos commemorat. Κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν καὶ Λῖνον τὸν ἐξ Εὐβοίας θρήνους πεποιηκέναι λέγῃ, καὶ Ἄνθιν τὸν ἐξ Ἀνθηδόνος τῆς Βοιωτίας ὕμνους. *Circa eamdem autem tempeſtatem & Linum ex Euboea lugubria carmina feciſſe dicit, & Anthen ex Anthedone Boeotiae hymnos*.

CAP. XVI.

Erichthonii parentes. Harpocration emendatus.

DE Erichthonii parentibus corruptus eſt locus Harpocrationis in Αὐτόχθονες. ὁ δὲ Πίνδαρος, καὶ ὁ τὴν Δαναΐδα πεποιηκώς, φασιν. Ἐριχθόνιον καὶ Ἥφαιστον ἐκ Γῆς φανῆναι. *Pindarus autem, & qui Danaida compoſuit, dicunt: Erichthonium & Vulcanum ex Terra adparuiſſe*. Ecce, Erichthonium & Vulcanum Terrae filios dicit; quod de Erichthonio quidem verum: ſed de Vulcano quiſnam Veterum umquam tradit? Adfirmo corrupta eſſe verba, ac reſtituenda levi pariter tranſpoſitione & mutatione. Ἐριχθόνιον ἐκ Γῆς καὶ Ἥφαίστῳ καὶ φανῆναι. *Erichthonium ex Terra, & Vulcano adparuiſſe*. Erichthonius Vulcani, & Terrae filius fuit. Pauſanias in Atticis. Πατέρα δὲ Ἐριχθονίῳ λέγουσιν ἀνθρώπων μὲν οὐδένα εἶναι. γονέας δὲ Ἥφαιστον καὶ Γῆν. *Patrem autem Erichthonio dicunt hominem quidem nullum eſſe. Parentes autem Vulcanum, & Terram*. Clare rem narrat Apollodorus lib. III. ubi de Erichthonio loquitur. Τοῦτον οἱ μὲν Ἥφαίστης τῆς Κρανάης θυγατρὸς Ἀτθίδος εἶναι λέγουσιν. οἱ δὲ, Ἥφαίστῳ καὶ Ἀθηνᾶς, ὕστερον. Ἀθηνᾶ παρεγένετο πρὸς Ἥφαιστον, ὅπλα κατασκευάσαι θέλουσα. ὁ δὲ ἐγκαταλειμμένος ὑπὸ Ἀφροδίτης, εἰς ἐπιθυμίαν ἦλιθε τῆς Ἀθηνᾶς καὶ διώκειν αὐτὴν ἤρξατο· ἡ δὲ ἔφευγεν. ὡς δὲ ἐγγὺς αὐτῆς ἐγένετο, πολλῇ ἀνάγκῃ, ἦν γὰρ χωλὸς, ἐπειρᾶτο συνελθεῖν· ἡ δὲ, ὡς σώφρων, καὶ παρθένος οὖσα, οὐκ ἠνέσχετο· ὁ δὲ ἀπεσπέρμησεν εἰς τὸ σκέλος τῆς θεᾶς. ἐκείνη δὲ μυσαχθεῖσα, ἐρίῳ ἀπομάξασα τὸν γόνον, εἰς γῆν ἔρριψεν. Φευγούσης δὲ αὐτῆς, καὶ γονῆς εἰς γῆν πεσούσης, Ἐριχθόνιος γίνεται. *Hunc alii quidem Vulcaniae Cranaes filiae Atthidis eſſe dicunt; alii autem Vulcani, & Minervae, ita. Minerva acceſſit ad Vulcanum, arma fabricari volens. Hic autem domi relictus a Venere, in cupiditatem lapſus eſt Minervae, & proſequi illam incepit; haec vero fugit. Quum autem illi propinquus eſſet, multa neceſſitate, erat enim claudus, conabatur congredi. Haec autem, ut caſta, & virgo, non ſubſtinebat; hic vero ſemen emiſit in femur deae. Haec autem abominata, lana quum abſterſiſſet ſemen, in terram iecit. Fugiente autem hac, & ſemine in terram lapſo, Erichthonius natus eſt*. His adde, quae Hyginus Fab. CLVI. & Poetici Aſtronomici lib. II. in Heniocho (a).

CAP. XVII.

Porticus Athenis Βασιλείῳ *una tantum, non duae; eaque de re emendatus Heſychius. Vnde dicta. In ea ſedere Rex ſolitus. Prope eam iuramentum, & Templum Vulcani. Agri Chalcidenſium iuxta eius columnas elocati. AElianus correctus. Porticus* Διὸς Ἐλευθερίου, *& inibi ſcuta*.

PORticus Athenis varias invenio. In primis erant duae coniunctae, una Βασιλέως, *Regis*, dicta; altera, Διὸς Ἐλευθερίου, *Iovis Liberatoris*. Regiae meminit Plato in Euthyphrone. Τί νεώτερον, ὦ Σώκρατες, γέγονεν, ὅτι σὺ τὰς ἐν Λυκείῳ καταλιπὼν διατριβὰς, ἐνθάδε νῦν διατρίβεις, περὶ τὴν τοῦ βασιλέως στοάν; *Quid magis novum, Socrates, factum eſt, quod tu derelictis in Lyceo ſcholis, illic nunc moraris, circa Regis porticum*. Alterius vero idem etiam in Theage. Βάλει ἴν δεῦρο εἰς τὴν τοῦ Διὸς τοῦ Ἐλευθερίου στοὰν ἐκποδὼν ἀποχωρήσωμεν. *Vis igitur huc in Iovis Liberatoris porticum ſtatim proficiſcamur*. Vtriuſque ſimul Demoſthenes contra Ariſtogitonem Orat. I. Δύο εἰσὶ στοαὶ παρ' ἀλλήλας· ἥ τε τοῦ Ἐλευθερίου Διὸς, καὶ ἡ βασιλείῳ. *Duae ſunt porticus apud ſe invicem; & Liberatoris Iovis, & regia*. Euſtathius Odyſſ. α. Ἦν δέ, φασιν, Ἀθήνησιν ἀρχή τις βασιλεύς. καὶ ἡ ἐκείνου, βασιλίς. καὶ βασιλείῳ ἐκεῖ στοὰ, πλησίον τῆς τοῦ Ἐλευθερίου Διὸς στοᾶς. *Erat autem, dicunt, Athenis Magiſtratus quidam Rex. Et uxor illius Regina. Et regia illic porticus, prope Liberatoris Iovis porticum*. Prior a Magiſtratu-noto Athenienſi, qui Βασιλεὺς, *Rex*, nuncupabatur. Itaque animadvertendus locus Heſychii. Βασιλείῳ στοά. δύο εἰσὶν Ἀθήνησι βασίλειοι στοαὶ, ἥτε λεγομένη τοῦ βασιλέως Διὸς, καὶ ἡ τοῦ Ἐλευθερίου. *Regia porticus; duae ſunt Athenis regiae porticus, & haec dicta Regis Iovis, & illa Liberatoris*. Mire hic illudit librarius. Primum neque Iupiter cognomento Βασιλεὺς ab Athenienſibus colebatur; deinde neque ab eo porticus denominata, ſed a Magiſtratu,

(a) Conſule *Libros De Regibus Athenienſ. Tom. I.*

Digitized by Google

tu, ut dixi. Clarus Euſtathius in verbis citatis; & confirmat Pauſanias Atticis. Πρώτη δ' ἐστὶν ἐν δεξιᾷ καλουμένη στοὰ βασιλείου, ἔνθα καθίζει βασιλεὺς ἐνιαυσίαν ἄρχων ἀρχήν. *Prima autem eſt in dextra vocata porticus regia, illic ſedet Rex annuum regens imperium.* Et obſerva; Regem illic ſedere ſolitum. Praeterea unica tantum, & quidem illa, Βασίλειος, *Regia*, erat, non duae; altera Διὸς Ἐλευθερίου, *Iovis Liberatoris*, vel Διὸς ſimpliciter dicebatur. Ecce de poſteriore apud Diogenem Laertium in cognomine Cynico libro VI. Καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἔφασκε, δεικνὺς τὴν τοῦ Διὸς στοάν, καὶ πομπεῖον (a) αὐτῷ κατεσκευακέναι ἐνδιαιτᾶσθαι. *Et Athenienſes dixit, oſtendens Iovis porticum, etiam ferculum ſibi condidiſſe, ut veſceretur illic.* Ergo reſtituenda Heſychii verba, male a librario traiecta, legendumque, Βασίλειος στοά· δύο εἰσὶν Ἀθήνησι στοαί· ἥτε βασιλὶς λεγομένη, τοῦ βασιλέως· ἥτε Διὸς τοῦ Ἐλευθερίου. *Regia porticus, duae ſunt Athenis porticus; & haec regia dicta, regis; & iſta Iovis Liberatoris.* Non dubitamus quin Heſychius ita ſcripſerit. Iuxta porticum regiam iurabant Theſmothetae Athenienſes in leges patrias. Pollux de iis lib. VIII. cap. IX. Ὤμνυον δὲ ἔτοι πρὸς τῇ βασιλείῳ στοᾷ. *Iurabant autem illi ad regiam porticum.* Et prope erat templum Vulcani. Pauſanias Atticis. Ὑπὲρ δὲ τὸν Κεραμεικὸν, καὶ στοὰν τὴν καλουμένην βασίλειον, ναός ἐστιν Ἡφαίστου. *Verum ſupra Ceramicum, & porticum vocatam regiam, templum eſt Vulcani.* Ad eius columnas Athenienſes partem agri Chalcidenſis elocarunt. Ea de re elegans eſt AEliani locus Var. Hiſt. lib. VI. cap. I. Ἀθηναῖοι κρατήσαντες Χαλκιδέων, κατακληρούχησαν αὐτῶν τὴν γῆν εἰς τεσσαράκοντα κλήρους, τὴν ἱπποβοτον καλουμένην χώραν, τεμένη δὲ ἀνῆκαν τῇ Ἀθηνᾷ, ἐν τῷ Λιλάντῳ ὀνομαζομένῳ τόπῳ. τὴν δὲ λοιπὴν ἐμίσθωσαν, καὶ τὰς στήλας τὰς πρὸς τῇ βασιλείῳ στοᾷ ἐσηκυίας, αἱ περὶ τῶν μισθώσεων ὑπομνήματα εἶχον. *Athenienſes devictis Chalcidenſibus, ſorte diviſernnt illorum terram in quadraginta ſortes, Hippobotum, vel equis paſcendis aptam vocatam regionem. Templa autem remiſerunt Minervae in Lilanto nominato loco. Reliquam vero elocarunt, & columnas ad regiam porticum ſtantes, quae igitur elocationum monumenta habebant.* Sed corrupta verba ita reſtituo. τ. δ. λ. ἐμίσθωσαν κατὰ στήλας τὰς π. τ. β. σ. r. v. *elocarunt ad columnas a. r. p.* (b) Meminit porticus iſtius Eunapius in AEdeſio. Τὰ πλεῖστα δὲ ἐν δικαστηρίοις, ὥσπερ ὁ Σωκράτης περὶ τὴν τοῦ βασιλέως στοάν, ἐκινδύνευεν. *Potiſſimum vero in Tribunalibus, ſicut Socrates circa regis porticum, periclitatus fuit.* Alterius mentio eſt apud Xenophontem Oeconom. Ἰδὼν ἔν ποτε αὐτὸν ἐν τῇ τοῦ Διὸς τοῦ Ἐλευθερίου στοᾷ καθήμενον, ἐπεὶ ἔδοξε σχολάζειν, προσῆλθον αὐτῷ. *Videns igitur aliquando illum in Iovis Liberatoris porticu ſedentem, poſtquam mihi viſus eſt otiari, adibam illum.* Atque in ea ſuſpenſa ſcuta, ab hoſtibus devictis reportata; quae poſtea Sulla, cum aliis Athenienſium inſignibus ſuſtulit. Meminit Pauſanias Phocicis. Τοῦτο μὲν δὴ ἐπεγέγραπτο, πρὶν ἢ τὸν ὁμῶ Σύλλα, καὶ ἄλλα τῶν Ἀθηνησι, καὶ τὰς ἐν τῇ στοᾷ τοῦ Ἐλευθερίου Διὸς καθελεῖν ἀσπίδας. *Hoc quidem ſane inſcriptum erat, antequam illi, qui cum Sulla erant, & alia quae Athenis ſunt, & in porticu Liberatoris Iovis tollerent ſcuta.*

CAP. XVIII.

Porticus Ποικίλη *unde dicta; olim* Πῳσιανάκτιος. *Anonymus in Ariſtidem emendatus. Aliae quoque porticus nonnullae. Helena Zeuxidis.*

ALiae etiam Athenis porticus, in quibus celeberrima ἡ Ποικίλη, *Varia*, a qua nomen ſectae philoſophorum. Ita dicta eſt poſtquam picta, quum antea Πῳσιανάκτιος diceretur. Plutarchus in Cimone. Καὶ διὰ τοῦτό φασιν ἐν τῇ Πῳσιανακτίῳ τότε καλουμένῃ, Ποικίλῃ δὲ νῦν στοᾷ, γράφοντα τὰς Τρωάδας, τὸ τῆς Λαοδίκης πρόσωπον ἐν εἰκόνι τῆς Ἐλπινίκης, *Et ideo dicunt in Piſianactio tunc vocato, nunc autem Poecile, vel varia porticu, pingentem Troadas, Laodices formam exibuiſſe in imagine Elpinices.* Diogenes Laertius in Zenone lib. VII. Ἀνακάμπτων δὲ ἐν τῇ Ποικίλῃ στοᾷ, τῇ καὶ Πῳσιανακτίῳ καλουμένῃ, ἀπὸ δὲ τῆς γραφῆς τῆς Πολυγνώτου, Ποικίλῃ, διέθετο τοὺς λόγους. *Revertens autem in Poecile porticu, Piſianactio etiam vocato ab Pictura Polygnoti Poecile componebat orationes.* Corrupta hac de re Harpocrationis, & Suidae loca eleganter reſtituit eruditiſſimus Mauſſacus, quibus ego tertium addo Anonymi in Argumento Miltiadis apud Ariſtidem. Ἐφ' οὗ ἐψηφίσαντο Ἀθηναῖοι γραφῆναι τὴν Πῳσαναξτίαν στοὰν, ἥτις ὕστερον ἐκλήθη Ποικίλη. *Cuius tempore Athenienſes decreverunt pingi Piſianactiam porticum, quae poſtea Poecile vocata fuit.* Hodie editur, Τὴν πισίαν ἀκτίαν στοάν, *Porticum piſian litoralem.* Erat etiam, quae Τῶν Ἑρμῶν dicebatur. AEſchines in Oratione contra Cteſiphontem. Καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ δῆμος τιμὰς μεγάλας, ὡς τότ' ἐδόκει, τρεῖς λιθίνους Ἑρμᾶς στῆσαι ἐν τῇ στοᾷ τῇ τῶν Ἑρμῶν. *Et magnos honores his populus dedit, quemadmodum tunc videbatur, tres lapideos Mercurios ſtare in Mercuriorum porticu.* Menecles, ſive Calliſtratus, ἐν τῷ περὶ Ἀθηνῶν, *in oratione de Athenis*; apud Harpocrationem. Ἀπὸ γὰρ τῆς Ποικίλης, καὶ τῆς τοῦ Βασιλέως στοᾶς, εἰσὶν οἱ Ἑρμαὶ καλούμενοι. διὰ γὰρ τὸ πολλοὺς κεῖσθαι καὶ ὑπὸ ἰδιωτῶν, καὶ ἀρχόντων, ταύτῃ ἐλη-

(a) Haec verba διηκοὸς τὴν τοῦ Διὸς στοὰν καὶ πομπεῖον parentheſi duplici includi debere recte monet *Iſ. Caſaubonus*. Quare vertendum *Iovis porticum, & Pompeion oſtendens*, ut recte etiam facit *Aldobrandinus*.

(b) Hanc *Meurſii* correctionem laudat ad hunc locum eruditiſſimus *Perizonius*, & probat, ſed deinde ſubdit: *Haec quum iam ita ſcripſiſſem, perlatae ſunt ad me litterae eruditiſſimi Boivinii, quibus ſuam de hoc loco coniecturam mecum communicavit. Subſpicatur ille legendum forſan, κατὰ ταῖς στήλαις, ταῖς πρὸς τῇ βασιλείῳ στοᾷ ἐσηκυίας, ἐτήρουν τὰ τ. μ. ὑπομνήματα deleto εἶχον. Coniectura haec eſt, ſed commodi ſenſus; & coniecturis agi oportet, ubi MSS. conſpirant, ut hic faciunt, in manifeſtum errorem.*

φέναι τὴν προσηγορίαν συμβέβηκεν. *Nam ab Poecile, & Regis porticu, ſunt qui Mercurii vocantur; quia enim ſunt multi dedicati etiam ab privatis, & principibus, illud accepiſſe nomen, evenit.* Andocides Orat. Περὶ τῶ μυςηρ. Τεῦκρος ἐπὶ τοῖς Ἑρμαῖς ἐμήνυσεν Εὐκτήμονα. *Teucer ad Mercurios Euctemona indicabat.* In propinquo tonſtrina erat. Obſervo apud Lyſiam in Oratione Κατὰ Παγκλέωνος, Ἐλθὼν ἐπὶ τὸ κυρῆον, τὸ παρὰ τὰς Ἑρμᾶς. *Veniens ad tonſtrinam, quae eſt prope Mercurios.* Erat Μακρά. Pauſanias in Atticis. Ἔςι δὲ τῆς ςοᾶς τῆς Μακρᾶς ἔνθα καθέςηκεν ἀγορὰ τοῖς ἐπὶ θαλάσσῃ. *Eſt autem Porticus Macrae, vel Longae, ubi forum conſtitutum eſt litoralibus.* Ariſtophanis Scholiaſtes Avibus. Οὕτω μέρος τι νῦν σύνηθες γέγονε τὸν Κολωνὸν καλεῖν, τὸ ὄπισθεν τῆς Μακρᾶς ςοᾶς. *Sic quandam partem nunc in conſuetudinem venit Colonon, vel aggerem vocare, poſticum Porticus Macrae.* Meminit alibi etiam Demoſthenes. Conſtabatque ex quinque, ut doceo lib. De Popul. Attic. in Πφραιεύς. Illic vide, quae mihi ante biennium hoc adnotata; neque enim nunc repetere libet. Eadem eſt, quae Ἡ ἐπὶ θαλάσσῃ vocatur apud Pauſaniam Atticis. Τῆς δὲ ἐπὶ θαλάσσῃ ςοᾶς ὄπισθεν ἑςᾶσι Ζεὺς καὶ Δῆμος, Λεωχάρους ἔργον. *A tergo autem porticus, quae ad Mare eſt, ſtant Iupiter, & Populus, Leocharis opus.* Erat etiam ad macellum. Animadverto ecce apud Terentium in Fabula palliata Adelphis Act. IV. Sc. 11.

S. *Noſtin' porticum hanc apud macellum deorſum?*
D. *quid ni noverim?*
S. *Praeterito hac recta platea ſurſum.* ——

Erat item τῶν Θρακῶν. Harpocration. Ὅτι δὲ καὶ Θρακῶν ςοά τις ἐλέγετο, δεδήλωκε καὶ Ἀντιφῶν ἐν τῶ πρὸς Νικοκλέα. *Quod autem etiam porticus quaedam Thracum dicebatur, indicavit quoque Antiphon in Oratione contra Nicoclem.* Etiam τῶν Ἀλφίτων, inde dicta, quod farinae ibi venderentur. Heſychius. Ἀλφίτων ςοὰ, ἐν ᾗ τὰ ἄλφιτα ἐπωλεῖτο. *Farinarum porticus, in qua farinae vendebantur.* Eratque ibi Helena Zeuxidis. Euſtathius ad Iliad. λ'. Ἦν δέ, φασι καὶ ἀλφίτων ςοὰ ἐν Ἀθήναις, ἐν ᾗ καὶ ἡ τοῦ Ζευξιδος ἀνέκειτο Ἑλένη. *Erat autem, dicunt, & Athenis farinarum porticus, in qua etiam Helena Zeuxidis poſita erat.* Commemoratur item Eumenici apud Vitruvium lib. V. capit. IX. *Itemque Athenis porticus Eumenici, patriſque Liberi fanum.* Sed corruptum locum cenſeo; non enim Eumenicum aliquem in Hiſtoria antiqua Attica legere memini. Neque tamen temere emendem (a),

(a) Conſule de his Porticibus *Athenas Atticas Tom. I.*

CAP. XIX.

Baubo. Harpocration, Heſychius, & Suidas emendati.

MVltum negotii faceſſunt Mauſſaco, egregie de Harpocratione merito, iſta verba. Βαβῦς, Βαβώ. ὄνομα γυναικός. *Babus, Babo; nomen feminae.* Iam ante XVII. hos annos monui legendum, Βαυβῦς, Βαυβώ, *Baubus, Baubo.* Nam verum nomen mulieris huius, quam deſignat, Baubo erat. Ecce apud Arnobium lib. V. *Eleuſinos etiam pervehitur fines, (pagi iſtud nomen regione in Attica conſtituti) qui illud temporis has partes incolebant, terrigenae; quibus nomina haec fuerunt, Baubo, Triptolemus.* Haec Baubo Cererem, quum filiae Proſerpinae inquirendae Atticam pervagaretur, hoſpitio excepit. Arnobius ibidem. *Igitur Baubo illa, quam incolam fuiſſe Eleuſinii diximus pagi, malis multiformibus fatigatam accipit hoſpitio Cererem.* Clemens Protreptico. Ὤκουν δὴ τηνικάδε τὴν Ἐλευσῖνα οἱ γηγενεῖς. ὀνόματα δὲ αὐτοῖς Βαυβὼ, καὶ Δυσαύλης. *Inhabitabant autem tunc temporis Eleuſinem terrigenae; nomina autem horum erant Baubo, & Duſaules.* Et mox. Ξενίσασα ἡ Βαυβὼ τὴν Δηὼ, ὀρέγει κυκεῶνα αὐτῇ. *Quum hoſpitio Cererem excepiſſet Baubo, ei potum miſtum praebet.* Et Orpheus.

Χειρί τε μιν ῥίπτεσκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ πολπτοις.

Et manu illam ridens Baubus in ſinus coniecit.

Nec hoſpitio tantum Cererem excepit, ſed & nutrix eius fuit. Heſychius. Βαυβὼ, τιθήνη Δήμητρος, *Baubo, Cereris nutrix.* Ita corrigo. Perperam hodie editur, Βαυμώ, Nunc ad Suidam veniamus, qui ingentes hic turbas dat. Alibi enim Βαβὼ, Βαθὼ, & Βαρὼ, ſcribitur. Ecce. Βαρὼ, καὶ Δημὼ, ὀνόματα σοφῶν γυναικῶν. ἐξένισεν ἡ Βαρὼ τὴν Δημώ. *Baro, & Demo, nomina ſapientum mulierum; Baro hoſpitio excepit Demo.* Alibi. Δημὼ ὄνομα κύριον, ἐξένισεν ἡ Βαθὼ τὴν Δημώ. *Demo, nomen proprium. Batho hoſpitio excepit Demo.* Sed priore loco ſcribendum eſſe Βαυβὼ, facile evincit ordo literarum; quum ponatur inter eas dictiones, quae incipiunt a Βαυ. De poſteriore non valde laborandum. Praeterea ut eadem opera emendare etiam Suidam inſtituam; monachus ille, qui ſua non pauca Collectaneis illis infarſit (b), vel ipſe quoque Suidas in mendoſum inciderit codicem, atque inde huc transfuderit. Verba Auctoris cuiusdam antiqui ſunt, quem non nominat. Ἐξένισεν ἡ Βαρὼ, ſive Βαβὼ τὴν Δημώ. *Baro, ſive Babo, hoſpitio accepit Demo.* Illa autem ſic corrigenda cenſeo, Ἐξένισεν ἡ Βαυβὼ τὴν Δηώ. *Accepit hoſpitio Cererem Baubo;* nam Δηὼ eſt Ceres, ut notum. Sine dubio autem in mente illi fuerint iſta verba Clementis in Pro-

(b) Varia quidem iudicia ſunt de Suida, & Suidae Lexico, Conſule *Gyraldum Syntagm. De Poetis. Voſſium De Hiſtor. Graecis. Caveum De Script. Eccleſ.* & *Oudinum* pariter *De Scriptor. Eccleſ.*

Digitized by Google

Protreptico, ubi historiam fabulosam de Cerere, & Baubone narrat. Ξενίσασα ἡ Βαυβὼ τὴν Δηὼ, ὀρέγει κυκεῶνα αὐτῇ. *Quum bospitio Cererem accepisset Baubo, potum mistum ei praebet.* Ab hoc mendo illae lacrimae. Itaque iterum apud Harpocrationem in Δυταύλης scribendum erit, συνοικήσαντα δὲ Βαυβοῖ. *Vna autem habitantem cum Baubone* (a).

CAP. XX.

Βεβαιώσεως δίκη. *Harpocration, Suidas, & Hesychius emendati.*

ELegans locus est Harpocrationis in Βεβαιώσεως, istis verbis. Δίκης ὄνομά ἐστιν, ἣν δικάζονται οἱ ὠνησάμενοί τι τῷ πωλουμένῳ, ἂν ἕτερος μὲν ἀμφισβητῇ, τῷ προσθέντι δὲ μὴ βέβαιοι. *Controversiae nomen est, quam emtores venditori intendebant, si alter quidem litigaret, de vendita re autem non confirmet.* Quid sit ἡ βεβαιώσεως δίκη, *confirmationis ius*, explicat etiam Pollux lib. VIII. cap. VI. Sed Harpocrationis hic locus ab interpunctione laborat, dein mendosus est; &, si recte attendas, mutilus quoque. Pro, τοῦ προσθέντος, legendum, τῷ ὠνησαμένῳ. Deinde, ut plenus sit sensus, inseruerim, οἱ πωλήσας. Ecce isto modo. Ἣν δικάζονται οἱ ὠνησάμενοί τι τῷ πωλουμένῳ, ἂν ἑτέρος μὲν ἀμφισβητῇ τοῦ ὠνησαμένου, ὁ πωλήσας δὲ μὴ βεβαιοῖ. *Quod intendebant emptores venditori, si alter quidem litigaret de vendita re, venditor autem non confirmet.* Profecto mutilum esse locum, nec constare sensum, facile illi constabit, cui sensus. Supple igitur ad istum, vel similem modum. Quod τοῦ προσθέντος legi debeat, non τοῦ προσθέντος, tam verum est, quam illa, quae apud Sagram. Porro corrigendus hac ipsa voce Suidas, apud quem perperam legitur, ἣν δικάζονται οἱ ὡρισάμενοί τι. *Quam intendebant, qui quid definiebant.* Et Hesychius, apud quem, Ἐπὶ τῶν ὁρισαμένων τὸ μετὰ ταῦτα ἀμφισβητούμενον, *De bis, qui aliquid confirmaverunt, quod postea est ambiguum.* Rescribe apud illum, ὠνησάμενοί τι, *qui quid emunt.* Apud hunc, τῶν ὠνησαμένων, *qui emunt.* Haec est vera lectio.

CAP. XXI.

Xuthus ne, an Ion, Athenienses bello contra Eumolpum iuverit. Erechthei filiae. Hyginus bis correctus.

SVidas, ubi explicat quid sit Βοηδρομία, ita ait. Ἔστι δὲ ἡ βοηδρομία, ἑορτή τις Ἀθήνησι καλουμένη, καθ' ἣν ἡμέραν ἐβοήθησεν ὁ Ξοῦθος πολλῇ σπουδῇ πολεμουμένοις Ἀθηναίοις ὑπὸ Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος. Βοηδρομία *autem est, festum aliquod vocatum Athenis, quo die Xuthus celeri studio opem tulit Athenienſibus, quum ab Eumolpo Neptuni filio armis infestarentur.* Totidem verbis Auctor Etymologici. Ecce, dicit Xuthum opem tulisse Athenienſibus bello contra Eumolpum. Alii Ionem eius filium commemorant. Strabo lib. VIII. Ἴωνα ὃν τὸν μετ' Εὐμόλπου νικήσας Θρᾷκας, ὅτως ηὐδοκίμησεν, ὥστ' ἐπέτρεψαν αὐτῷ τὴν πολιτείαν Ἀθηναῖοι. *Ion autem quum superavisset Thracas, ita probatus est, ut Athenienſes Rempublicam illi commiserint.* Et Harpocration ex Philochoro. Βοηδρομία, ἑορτή τις οὕτω καλουμένη, ἣν φησι Φιλόχορος ἐν δευτέρᾳ νενομίσθαι, ἐπειδὴ Ἴωνος ὁ Ξούθου ἐβοήθησε σπουδῇ πολεμουμένοις Ἀθηναίοις ὑπὸ Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος Ἐρεχθέως βασιλεύοντος. Βοηδρομία. *Festum aliquod ita vocatum, quod inquit Philochorus in libro secundo institutum fuisse, postquam Ion Xuthi filius opem promte tulit Athenienſibus, qui ab Eumolpo Neptuni filio premebantur bellis regnante Erechteo.* Alii diversa tradunt, & dicunt; adiutos ab Ione Athenienses bello non contra Eumolpum, sed contra Eleusinios. Diserte Etymologici Auctor. Βοηδρομιών, μὴν παρὰ Ἀθηναίοις εἴρηται, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐτιμᾶτο Βοηδρόμιος Ἀπόλλων, τὴν δὲ ἀρχὴν ἔλαβεν, ὅτι πολέμου συστάντος Ἀθηναίοις καὶ Ἐλευσινίοις, συμμαχήσαντος Ἴωνος κατὰ συγγένειαν, οἱ ἐνίκησαν Ἀθηναῖοι. *Boedromion, mensis ab Athenienſibus dicitur, quod in eo honorabatur Boedromius Apollo; sumsit autem initium, quod bello inter Athenienses, & Eleusinios vigente, Ione simul propter cognationem adiuvante, Athenienses victoriam reportarunt.* Vbi sibi contrarius nunc Ionem nominat, quum antea Xuthum nominaverit. Pausanias in Corinthiacis. Δυταύλου δέ φασιν ἀδελφὸν Κελεοῦ παραγενόμενον σφίσιν ἐς τὴν χώραν, κατασήσασθαι τὴν τελετήν. ἐκβληθῆναι δὲ αὐτὸν ἐξ Ἐλευσῖνος ὑπὸ Ἴωνος, ὅτε Ἴων Ἀθηναίοις ὁ Ξούθου πολέμαρχος τῷ πρὸς Ἐλευσινίους ἠρέθη πολέμῳ. *Dysaulem vero dicunt Celei fratrem, quum ad illos in regionem istam venisset, instituisse initiationem; eum autem electum fuisse ex Eleusine ab Ione, quando Ion Xuthi filius apud Athenienses Polemarchus belli contra Eleusinios electus est.* Et iterum in Achaicis. Τότε δὲ ἐπὶ τῆς Ἴωνος βασιλείας πολεμησάντων Ἀθηναίοις Ἐλευσινίων, καὶ Ἀθηναίων Ἴωνα ἐπαγομένων ἐπὶ ἡγεμονίᾳ τοῦ πολέμου. *Tunc autem regnante Ione, Eleusiniis contra Athenienses bellantibus, & Athenienſibus ad belli imperium Ionem adsciscentibus, &c.* Herodotus lib. VIII. meminit, Ἴωνος τοῦ Ξούθου στρατάρχεω γενομένου Ἀθηναίοισι. *Ionis Xuthi filii belli ducis apud Athenienses facti.* Sed de bello distincte non dicit. Ad Eumolpi bellum, quod attinet, eius quoque mentio apud Aristidem in Panathenaico. Λέγεται γὰρ Ἐρεχθεὺς μὲν ἐν τῷ πρὸς Εὔμολπον τούτῳ πολέμῳ τὴν θυγατέρα ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐπιδόναι, τοῦ θεοῦ χρήσαντος. *Dicitur enim Erechtheus quidem in illo contra Eumolpum bello filiam pro urbe tradidisse, Deo vaticinante.* Lycurgus in Orat. Κατὰ Λεωκράτους. Φασὶ γὰρ Εὔμολπον τὸν Ποσειδῶνος καὶ Χιόνης μετὰ Θρακῶν ἐλθεῖν, τῆς χώρας ταύτης ἀμφισβητοῦντα. τυχεῖν δὲ καὶ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βασιλεύοντα Ἐρεχθέα, γυναῖκα ἔχοντα Πραξιθέαν τὴν Κηφισοῦ θυγατέρα. *Dicunt enim Eumolpum Neptuni, & Chiones filium cum*

(a) Consule de his *Eleusinia*.

cum Thracibus veniſſe, de hac regione contendentem; ſed & circa illa tempora regnare Erechtheum, uxorem habentem Praxithean Cephiſi filiam. Et quae ſequuntur. Hyginus Fab. XLVI. *In eo tempore Eumolpus Neptuni filius Athenas venit oppugnaturus, quod patris ſui terram Atticam eſſe diceret. Is victus cum exercitu, quum eſſet ab Athenienſibus interfectus, Neptunus, ne filii morte Erechtheus laetaretur, expoſtulavit, ut eius filia Neptuno immolaretur. Itaque Otionia filia quum eſſet immolata, ceterae, fide data, ſe ipſae interfecerunt.* Sed nuſquam hic neque Xuthi, neque Ionis, ulla mentio. Recta autem eſt ſententia illorum, qui de Ione dicunt, idque temporis ratio evincit. Porro idem eſt bellum, quod hi cum Eumolpo, illi cum Eleuſiniis geſtum dicunt. Eleuſinii enim bello iſto ducem ſibi Eumolpum adſciverant. Apollodorus libro III. Καὶ πολέμῳ ἐνστάντ@ πρὸς Ἀθηναίους καὶ Ἐλευσῖν ἐπικληθεὶς (ὁ Εὔμολπ@) ὑπὸ Ἐλευσινίων, μετὰ πολλῆς συνεμάχῃ Θρακῶν δυνάμεως. *Et exorto contra Athenienſes, & Eleuſinios bello, invocatus (Eumolpus) ab Eleuſiniis, cum magnis Thracum copiis auxiliabatur.* Thucydides lib. II. Καί τινες καὶ ἐπολέμησάν ποτε αὐτῶν, ὥσπερ καὶ Ἐλευσίνιοι μετ' Εὐμόλπου πρὸς Ἐρεχθέα. *Et quidam illorum etiam bella geſſerunt aliquando, quemadmodum, & Eleuſinii cum Eumolpo contra Erechtheum.* Scholiaſtes Euripidis Phoeniſſis, ubi de hoc Eumolpo, & bello cum Athenienſibus geſto. Οὗτ@ (Εὔμολπ@) συνεμάχησεν Ἐλευσινίοις. τασιάζουσι κατὰ τοῦ βασιλέως Ἐρεχθέως, ᾗ ἠτιμῆσθαι ἐφονεύθη. *Hic (Eumolpus) arma cum Eleuſiniis conſociavit, tumultuantibus contra Regem Erechtheum, & ſuperatus interfectus eſt.* In verbis vero illis Hygini, quando occaſio eſt, tollendum mendum, ſcribendumque, *Itaque Chthonia filia.* Nam quatuor Erechtheo filiae fuerunt, Procris, Creuſa, Chthonia, Orithyia. Apollodorus loco citato. Γήμας δὲ Ἐρεχθεὺς Πραξιθέαν τὴν Φρασίμου, ᾗ Διογενείας τῆς Κηφισοῦ, ἔσχε παῖδας, Κέκροπα, Ἀνθωρον. Μητίονα. Θυγατέρας δὲ. Πρόκριν, Κρέουσαν, Χθονίαν, Ὠρείθυιαν. *Quum autem duxiſſet Erechtheus Praxitheam filiam Phaaſimi, & Diageniae Cephiſi filiae, habuit filios, Cecropem, Pandorum, Metionem; filias autem, Procrin, Creuſam, Chthoniam, Orithyiam.* Itaque iterum corrigendum apud eumdem Hyginum Fab. CCXXXVIII. *Erechtheus Pandionis filius Chthoniam (occidit) ex ſortibus pro Athenienſibus.* Hodie editur, *Erechtheus Pandionis filius Colophoniam.*

CAP. XXII.

Βυφόνια, quae, quando celebrata, & cur inſtituta. Thaulon. Scholiaſt. Ariſtophanis emendatus. Βύτης. Βυφόν@. *Quo ritu celebrari ſolita. Bovem interficere capitale.*

Βουφόνια feſtum Athenis erat, in quo multi boves mactabantur, unde nomen. Celebrabatur autem menſis Scirophorionis

XIV. Etymologici Auctor. Ἑορτή τις παρὰ Ἀθηναίοις τὰ βυφόνια, ἐν ᾗ πολλοὶ ἐθύοντο βόες. καὶ ἤγετο αὕτη Σκιροφοριῶν@ μιᾷ δὲ τετάρτῃ ἐπὶ δέκα. *Feſtum quoddam apud Athenienſes eſt Buphonia, ſeu Bovicidia, in quo multi mactabantur boves; & hoc celebrabatur decimo quarto menſis Scirophorionis.* Origo inde, quod Diipoliis bos molam ad ſacrificium praeparatam devoraſſet, eaque de cauſa a Thaulone ſecuri interfectus eſſet, Suidas. Βυφόνια, ἑορτὴ παρὰ Ἀθηναίοις πάνυ ἀρχαία. ἐν γὰρ Διϊπολίοις φασὶ τὸν βοῦν τὸ πόπανον φαγεῖν, τὸ παρεσκευασμένον εἰς θυσίαν. Θαύλωνα δέ τινα ὡς εἶχε τῷ πελέκει ἀποκτεῖναι τὸν βοῦν, ὡς Ἀνδροτίων φησί. *Buphonia, vel Bovicidia, feſtum apud Athenienſes valde antiquum. Etenim Diipoliis dicunt bovem placentam ad ſacrificium paratam comediſſe; Thaulonem vero quemdam, ut erat, ſecuri interfeciſſe bovem, ut inquit Androtion.* Et mox iterum. Βυφόνια, ἑορτὴ παλαιὰ, ᾗ φασιν ἄγεσθαι τὰ μυστήρια. ὅτε καὶ τὸν βοῦν ἔθυον εἰς ὑπόμνησιν τοῦ πρώτου φονευθέντ@ ἐν ἀκροπόλει βοὸς ἁψαμένου τῷ πελέκει ἐν τῇ θυσίᾳ τῶν Διϊπολίων. *Buphonia, vel Bovicidia, feſtum priſcum, in quo dicunt myſteria celebrari; quando & bovem mactabant ad memoriam primi mactati bovis in arce, qui tetigerat molam in Diipoliorum ſacrificio.* Vide eumdem rurſus in Θαύλων. Strictim Heſychius rem commemorat. Βουφόνια, ἑορτὴ Ἀθήνησιν. ἐν γὰρ τοῖς Διιπολίοις φασὶ βοῦν καταφαγεῖν τὸ παρεσκευασμένον πόπανον τῇ θυσίᾳ. οἷον πλακούντιον ἐξ ἄρτου. *Buphonia, vel Bovicidia, feſtum Athenis; ibi enim Diipoliis dicunt bovem comediſſe molam ad ſacrificium praeparatam, quaſi placentulam ex pane.* Corrigendus Ariſtophanis Scholiaſtes ad Nubes, ubi male hodie editur, Βαύλωνα δέ τινα ὡς εἶχε πελέκει ἀποκτεῖναι ἢ βοῦν. *Baulonem autem quemdam, ſicut erat, ſecuri bovem interfeciſſe.* Reſcribe, ut apud Suidam eſt, Θαύλωνα δέ τινα, *Thaulonem autem quemdam.* Item. Ἐν τῇ ἑορτῇ Διϊπολίων, *in ſacro Diipoliorum.* Perperam editur, Ἐν τῇ ἑορτῇ Διονυσίων, *in feſto bacchanaliorum.* Nam accidit haec res in feſto non Bacchi, ſed Iovis Poliei; de quo eſt videre apud Pauſaniam in Atticis, qui refert Erechtheo Rege contigiſſe. Videndus etiam Porphyrius Περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, lib. II. qui autem haec ſacra peragebat, Βύτης dicebatur. Heſychius. Βύτης, ὀρίγαν@ ὑπὸ Κυδωνιατῶν, ᾗ Βυκόλ@. ᾗ παροιμία ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως συντελουμένων. καὶ ὁ τοῖς Διϊπολίοις τὰ βυφόνια δρῶν, *Butes, origanum ab Cydoniatis, & bubulcus, & proverbium de eis, quae facile peraguntur, & qui Diipoliorum feſto bovicidia committit.* Vel etiam, Βυφόν@. Pauſanias in Atticis. Τοῦ Διὸς τοῦ Πολιέως κριθὰς καταθέντες ἐπὶ τὸν βωμὸν μεμιγμένας πυροῖς ἀδεμίαν ἔχυσι φυλακήν. ὁ βοῦς δὲ, ὃν ἐς τὴν θυσίαν ἑτοιμάσαντες φυλάσσουσιν, ἅπλετα τῶν σπερμάτων, φοιτῶν ἐπὶ τὸν βωμόν. καλοῦσι δέ τινα τῶν ἱερέων βυφόνον. καὶ ταύτῃ τὸν πέλεκυν ῥίψας, (οὕτω γάρ ἐστιν οἱ νόμ@) οἴχεται φεύγων. οἱ δὲ ἅτε τὸν ἄνδρα, ὃς ἔδρασε τὸ ἔργον οὐκ εἰδότες, ἐς δίκλω ὑπάγουσι τὸν πέλεκυν. ταῦτα μέν τρόπον τὸν εἰρημένον δρῶσιν. *Iovis Polienſis bordea quum ad aram depoſuerunt tritico*

tico mista nullam curam habent; bos autem quem, qui ad sacrificium paraverant, custodiunt, veniens ad aram semina devorat; quemdam autem sacerdotum bovis mactatorem vocant, & illic securim abiiciens (ita enim illi lex erat) aufugiens se proripit; hi autem, utpote ignorantes virum, qui hoc factum perpetraverat, securim in ius vocant. Haec quidem ad dictam formam efficiunt. In quibus verbis vides sacrificii ritum, & τὸν βυφόνον, simul bovem interfeciſſet, abiecta ſecuri, aufugere conſueviſſe; Athenienſes vero, ceu ignorato caedis auctore, in ſecurim ſententiam pronuntiaſſe. Ecce iterum apud eumdem Pauſaniam alio loco. Ἀθηναίων βασιλεύοντος Ἐρεχθέως, τότε πρῶτον βοῦν ἔκτεινεν ὁ βυφόνος ἐπὶ τῷ βωμῷ τῷ Πολιέως Διός. καὶ ὁ μὲν ἀπολιπὼν ταύτῃ τὸν πέλεκυν, ἀπῆλθεν ἐκ τῆς χώρας φεύγων. ὁ δὲ πέλεκυς παραυτίκα ἀφέθη κριθεὶς, καὶ ἐς τόδε ἀνὰ πᾶν ἔτος κρίνεται. *Regnante apud Athenienſes Erechtheo, tunc primum mactavit bovem victimarius in ara Iovis Polienſis; & ille quidem abiiciens ibi ſecurim, aufugiens ſe ex regione proripit; ſecuris autem ſtatim in iudicium adducta meruit abſolvi; & hucuſque anno quolibet iudicatur.* AElianus Var. Hiſt. lib. VIII. cap. III. Ἀττικὸν τοῦτο τὸ ἔθος, ὅταν ὁ βοῦς ἀποσφαγῇ, τῶν μὲν ἄλλων ἀποψηφίζονται, κρίνοντες ἕκαστον ἐν τῷ μέρει φόνου· καταγινώσκουσι δὲ τῆς μαχαίρας, καὶ λέγουσι ταύτην ἀποκτεῖναι αὐτόν· καὶ ἐν ᾗ ταῦτα ἡμέρᾳ δρῶσι, Διϊπόλια τὴν ἑορτὴν καλοῦσι, καὶ βουφόνια. *Atticus hic mos eſt, quum bos mactatus eſt, alios quidem abſolvunt, ſingulos ordine citantes crimine caedis; ſolam vero machaeram condemnant, & dicunt illam ipſum mactaſſe; & in quo die haec faciunt, vocant feſtum Diipolia, & Bupbonia, vel Bovicidia.* Et obſervandum, reum caedis etiam fuiſſe, qui bovem occidiſſet; quippe in Attica, & Peloponneſo, capitale id crimen erat. Varro De Re Ruſt. lib. II. cap. V. ubi de bove agit. *Hic ſocius bominum in ruſtico opere, & Cereris minister. Ab hoc antiqui manus ita abſtineri voluerunt, ut capite ſanxerint, ſi quis occidiſſet. Qua in re teſtis Attice, teſtis Peloponneſos.* AElianus Var. Hiſt. lib. V. cap. XIV. Νόμος καὶ ἔτος Ἀττικὸς..... βοῦν ἀρότῳ, καὶ ὑπὸ ζυγὸν πονήσαντα σὺν ἀρότρῳ, ἢ καὶ σὺν τῇ ἁμάξῃ, μηδὲ τοῦτον θύειν, ὅτι καὶ ἔτος εἴη ἂν γεωργὸς, καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις καμάτων κοινωνός. *Haec & lex fuit Attica, bovem aratorem, & ſub iugo laborantem cum aratro, vel etiam cum plauſtro, ne hunc mactes, quod & ille eſt agricola, & humanorum laborum ſocius* (a).

(a) Non tamen id fuiſſe perpetuum, feſtum βουφόνια dictum, de quo hic agitur, oſtendit. Verum hic adſcribenda *Perizonii* verba ad *Cap.* XIV. *Var. Hiſtor. AElian. Lib.* V. *Vnum ego addam ab illis praetermiſſum, quod tamen vel maxime ad hunc locum pertinet; Auctorem ſcilicet Legibus de ſepultura mortuorum agentibus hanc de bove non immolando haud temere addidiſſe, quia nempe Solon diſerte, & in perpetuum ſanxit, non generatim, ſed tantum in funere, μὴ ἐναγίζειν βοῦν, bove non parentare, ut refert Plutarchus. Ceteroquin enim bubus, certe poſtea, adeo non abſtinebant aliis in ſacris, ut Iſocrates in Areopagitica exprobret ſui temporis hominibus, trecentos boves eos ſacris devoviſſe.* Adi Leges *Atticas*.

CAP. XXIII.

Demoſthenis Oratio Κατὰ Νεαίρας *an ſit illius.*

COntroverti apud Veteres video, an Demoſthenis Oratio Κατὰ Νεαίρας genuina ſit Oratoris iſtius. Phrynichus in Ecloga Dictionum Atticarum. Γενικώτατον ἡμῖν ἐκόμισας μάρτυρα, τὸν συγγράψαντα τὸν κατὰ Νεαίρας. ὃς διάτε τἄλλα ὑποπτεύθη μὴ εἶναι Δημοσθένους, καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα τῶν ἀδοκίμων ὀνομάτων. *Ingenioſiſſimum nobis protuliſti teſtem, qui conſcripſit orationem contra Neaeram; quae & propter alia in ſubſpicionem venit non eſſe Demoſthenis, & propter talia improbatorum nominum.* Harpocration in voce Γέρρα. Ἐν δὲ τῷ κατὰ Νεαίρας, ἐὰ γνήσιος ὁ λόγος, φησὶν (ὁ Δημοσθένης) οὕτω. *Sed in Oratione contra Neaeram, ſi genuina ſit Oratio, ita loquitur* (*Demoſthenes*) Dionyſius Halicarnaſſeus. Περὶ τῆς Δημοσθ. δεινότ. Εἰ μέντοι ἔνιοι ψευδεπίγραφοί εἰσι λόγοι ἀηδεῖς, καὶ φορτικαὶ, καὶ ἄγροικοι κατασκευαὶ, ὡς ἐν τῇ κατ' Ἀριστογείτονος β'. καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ τῶν δώρων, καὶ ἐν τῷ μὴ ἐνδοῦναι Ἅρπαλον, καὶ ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας. *Ceterum, ſi quae falſo inſcriptae ſunt Orationes iniucundae, & illepidae, agreſteſque compoſitiones, ut in illa contra Ariſtogitonem ſecunda, & in defenſione donorum, & in illa, Harpalum non cedere, & in illa contra Neaeram.* Athenaeus lib. XIII. Δημοσθένης δὲ ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας λόγῳ, εἰ γνήσιος. *Demoſthenes autem rhetor, in Oratione contra Neaeram, ſi genuina.* Photius in Bibliotheca. Καὶ τὸν κατὰ Νεαίρας δὲ λόγον ὑπτιότητός τινες αἰτιώμενοι τῶν Δημοσθενικῶν ἀποκρίνουσι λόγων. *Et orationem contra Neaeram ſupinitatis quidam accuſantes reiiciunt ab Demoſthenis Orationibus.*

CAP. XXIV.

Suus cuique Athenis in foro locus; ibique merces ſub tentoriis venditae. Demoſthenes, & Theophraſtus explicati.

AThenis, qui res venales in mercatum adferrent, non promiſcue, quem vellent, locum in foro capiebant; ſed ſtatutum, ac certum habebant. Accipio ex Platone De Leg. lib. XI. Ὅσα δὲ διά τινος ἀνῆς ἢ καὶ πράσεως ἀλλάττεταί τις ἕτερος ἄλλῳ, διδόντα ἐν χώρᾳ τῇ τεταγμένῃ ἑκάστοις κατ' ἀγοράν, καὶ δεχόμενον ἐν τῷ παραχρῆμα τιμὴν, οὕτως ἀλλάττεσθαι, ἄλλοθι δὲ μηδαμοῦ μηδ' ἐπὶ ἀναβολῇ πρᾶσιν μηδὲ ὠνὴν ποιεῖσθαι μηδενός. *Quaecumque autem aliqua emtione, ſeu etiam venditione aliquis cum alio commutat, dantem in loco ſtatuto ſingulis ad forum, & accipientem in continenti pretium, ita commutare; alibi nequa-*

quaquam neque cum dilatione emtionem, vel venditionem fieri alicuius rei. Illo in loco tentoria ponebant, & sub illis merces suas exponebant. Hinc intelligendus Demosthenes Oratione pro Ctesiphonte. Τούς τε ἐκ τῶν σκιῶν τῶν κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐξῆργον, καὶ τὰ γερρία ἀνετίμπλασαν. *Et hos ex tentoriis, quae iuxta forum erant, arcuerunt, & septa impleverunt*. Harpocration in Σκιωμήτης. Ἐν σκιαῖς ἐπιπράσκετο πολλὰ τῶν ὠνίων. *In tabernaculis multa venalium rerum vendebantur*. Quae apud Suidam quoque leguntur. Ex eodem more capiendus Theophrasti locus in Charact. Eth. Περὶ ἀλαζονείας. Προσελθὼν δ' ἐς τὸς ἵππους τὸς ἀγαθὸς πωλοῦσι, προσποιήσασθαι ὠνητιῶν. καὶ ἐπὶ τὰς κλίνας ἐλθὼν, ἱματισμὸν ζητῆσαι δύο τάλαντα. *Accedens autem in forum ubi boni equi prostant, simulat se emturire, & ad lectos veniens, vestimentum quaerere duobus talentis*. Sed haec corrupta autumat, & varie medicinam tentat, V. Cl. Isaacus Casaubonus in suis illis Notis. Mihi initio sola interpunctione opus videtur, πρ. δ' ἐς τὸς ἵππους, τὸς μεγίστους πωλοῦσι προσποιήσασθαι ὠ. *a. a. ad equos, maximos vendentibus simulare e*. Vt πωλοῦσι sit dativus pluralis participii, *vendentibus*. Denique pro κλίνας rescribit σκιὰς; neque male omnino. Verum ego nihil opus mutare quicquam censeo; nam κλίνη, quod repositum vellet, idem est, quod σκιὰ, Hesychius. Κλισία, κλίνη σκηνή. *Tabernaculum lectus, tentorium*.

CAP. XXV.

Γραμματεῖς *tres, sorte lecti. Ex his duo,* τῆς Βουλῆς; *tertius,* τῆς Πόλεως *adpellatus. Singulorum munus, & vilitas.*

Γραμματεῖς Athenis tres erant, ac sorte eligebantur. Suidas. Κληρωτοὶ δὲ ἦσαν (οἱ γραμματεῖς) τὸν ἀριθμὸν τρεῖς, γράφοντες τὰ δημόσια, ἄμισθος δὲ ἦσαν οἱ γραμματεῖς ὅτοι κύριοι, ἀλλ' ἢ τῦ γράφειν, καὶ ἀναγνῶναι. *Sorte autem lecti erant (scribae) numero tres, scribentes, quae ad Rempublicam pertinebant, nullius autem erant hi scribae domini, praeterquam scribendi, & legendi*. Sed ille minus accurate. Prior servabat tabulas, & decreta, alter leges, tertius Populo, ac Senatui praelegebat. Iulius Pollux lib. VIII. cap. IX. Γραμματεὺς, ὁ κατὰ πρυτανείαν κληρωθεὶς ὑπὸ τῆς βουλῆς, ἐπὶ τῷ γράμματα φυλάττειν, καὶ τὰ ψηφίσματα. καὶ ἕτερος ἐπὶ τὸς νόμους ὑπὸ τῆς βουλῆς χειροτονέμενος. ὁ δὲ ὑπὸ τῦ δημοσίυ (a) αἱρεθεὶς γραμματεὺς ἀναγινώσκει τῷ τε δήμῳ, καὶ τῇ βουλῇ. *Scriba, qui pro prytanis magisterio a Senatu sorte electus est, ad tabulas servandas, & decreta; & alter delectus ab Senatu ad leges; sed qui ab publico electus scriba legit & populo, & Senatui*. Priores duo a Senatu legebantur, ut est videre in citatis Pollucis verbis; & τῆς Βουλῆς dicebantur, ut est observare apud Demosthenem in Orat. pro Corona; tertius a populo, & τῆς Πόλεως nuncupabatur. Observo apud Thucydidem lib. VII. Ὁ δὲ γραμματεὺς πόλεως παρελθὼν ἀνέγνω τοῖς Ἀθηναίοις, δηλῦσαν τοιάδε. *Sed urbis scriba accedens legit Athenienſibus, indicantem talia*. Horum munus contemtum Athenis, contra quam apud Syracusanos, ubi honoratum. Vlpianus in Orat. contra Leptinem. Εἶτα ἐξάρας τὴν τῶν Συρακυσίων ἰσχὺν, τὸν κεκρατηκότα λίαν ἠλάττωσε, γραμματέα καὶ ὑπηρέτην προσεπῶν, ὀνόματα παρ' Ἀθηναίοις ἀπερρίμμενα. *Postea quum Syracusanorum exsurrexisset vires, diminuit vehementer eum, qui potens rerum fuerat, scribam, & ministrum adpellans, nomina apud Athenienses abiecta*. Et mox subiungit. Εἴρηται δὲ ὑπό τινος, ὡς οἱ παρὰ τοῖς Συρακυσίοις γραμματεῖς σεμνοί τε εἰσὶ καὶ ἔνδοξοι, καὶ οὐχ ὡς οἱ παρ' Ἀθηναίοις. *Est autem dictum ab aliquo, scribas apud Syracusanos, & venerabiles, & honoratos esse, & non sicut apud Athenienses*. Libanius in Argumento Orat. Περὶ παραπρεσβείας. Παραδέδοται δὲ αὐτὸς ὁ τραγωδιῶντε ὑποκριτὴς γενόμενος, καὶ γραμματεὺς τῆς πόλεως, ἥτις ἦν εὐτελὴς ὑπηρεσία. *Ipse autem AEschines traditus fuit, & tragoediarum histrio, & scriba urbis, quod est vile ministerium*.

CAP. XXVI.

Βρυτιάδαι, *Suidas, Harpocration, & Hesychius emendati.*

FAmilia nomen Athenis erat, Βρυτιάδαι. Demosthenes meminit Orat. in Neaeram. Καὶ εἰς τὸς Βρυτιάδας, ὧν καὶ αὐτός ἐστιν ὁ Φράσωρ γεννητής. *Et in Brytiadas, quorum & ipse est Phrastor eiusdem generis*. Mox iterum. Καὶ ὅτι ἀληθῆ ταῦτα λέγω, τούτων ὑμῖν μάρτυρας τὸς παρόντας Βρυτιαδῶν παρέξομαι. *Et haec vere me dicere, horum vobis dabo testes Brytiadarum praesentes*. Deinde non multo post. Μαρτυρῦσιν εἶναι καὶ αὐτὸς, καὶ Φράσορα τὸν Αἰγιλιέα, τῶν γεννητῶν, οἱ καλῦνται Βρυτιάδαι. *Testantur esse & ipsos, & Phrastora AEgilienſem, ex eis cognatis, qui vocantur Brytiadae*. Apud Suidam. Βρυτίδαι, ὄνομα γένους Ἀττικῦ. *Brytidae nomen familiae Atticae*. Apud Harpocrationem est, Βρυνίδαι. Rescribo utrobique, Βρατίνας. Corruptus quoque Hesychii locus. Βρυτίνας, γένος παρὰ Ἀθηναίοις. *Brytinas, familia apud Athenienses*. Itidem rescribe, Βρυτιάδας, γένος π. Α. *Brytiadas, familia apud A.*

CAP. XXVII.

In Quingentorum curia simulacrum Iovis Βυλαίυ, *& Minervae* Βυλαίας; *idque ab ingressis adoratum. Demosthenes illustratus. Vesta* Βυλαία. *Perque eam iuratum.*

IOvis Βυλαίυ simulacrum erat in Quingentorum curia. Pausanias Atticis. Ὠικοδόμηται δὲ καὶ μητρὸς θεῶν ἱερὸν, ἣν Φειδίας ἐργάσαλο, καὶ πλησίον τῶν πενλακοσίων καλυμένων βυλευτήριον, οἳ βυλεύυσιν ἐνιαυτὸν Ἀθηναίοις. Βυλαίυ δὲ ἐν αὐτῷ κεῖται ξώανον Διός. *AEdificatum autem quoque est Deorum matris templum, quam Phi-*

(a) Δήμου legit Editio Amstelaedamensis 1706.

Digitized by Google

Phidias fecit, & prope Quingentorum, qui dicuntur Senatorum curia, qui Athenienſibus per annum Senatores erant; in illa autem Iovis Conſiliatoris ſimulacrum poſitum eſt. Etiam Minervae Βυλαίας erat. Ibique Senatores, quum Senatum ingreſſi eſſent, pro felici introitu vota nuncupabant. Antiphon περὶ τῦ χορευτῦ. Καὶ ἐν αὐτῷ βυλευτηρίῳ Διὸς Βουλαίου, καὶ Ἀθηνᾶς Βουλαίας, ἱερόν ἐϛι. καὶ εἰσιόντες οἱ βουλευταὶ προσεύχονται. *Et in illa curia Iovis Conſiliatoris, & Minervae Conſiliatricis, templum eſt, & ingredientes Senatores vota nuncupabant.* Hoc ipſum eſt, quod Demoſthenis dixit, εἰσιτήρια ὑπὲρ τῆς βουλῆς ἱεροποιῆσαι. *Introitus de Conſilio, vel Senatu immolaviſſe.* Locus eſt Orat. in Midiam. Καὶ τῦτο πράγμα ἐπαγαγὼν, εἴασέ μέν με εἰσιτήρια ὑπὲρ τῆς βουλῆς ἱεροποιῆσαι. *Et quum tale factum induxiſſet, permiſit quidem me introitum de conſilio immolare.* Erat item Veſta Βουλαία. Plutarchus in Vita Iſocratis. Καὶ φυγόνϒ ἐπὶ τ Βουλαίαν Ἑϛίαν, ἁπάντων καταπεπληγμένων, μόνος ἀνέϛη βοηθήσων. *Et fugiente ad Veſtam Senatoriam omnibus attonitis, ſolus ſurrexit ſubpetias laturus.* Diodorus Siculus lib. XIV. Ὁ δὲ φθάσας ἀνεπήδησε μὲν πρὸς τὴν Βουλαίαν Ἑϛίαν, ἔφησε δ πρὸς τὺς θεὺς καταφεύγειν, οὐ σωθήσεσθαι νομίζων, ἀλλὰ σπεύδων τοῖς ἀνελῦσιν αὐτὸν περιποιήσασθαι τὴν εἰς τὺς θεὺς ἀσέβειαν. *Ille autem praeveniens exſilivit quidem ad Veſtam Senatoriam, dixit autem ad Deos confugere, non ſervatum iri putans, ſed hoc agens, ut illis, qui ipſum ſubſtituiſſent, contraheret in Deos impietatem.* Agit uterque de circumvento in Senatu Theramene. AEſchines; & Περὶ πα απρεσβ. Ἐπαινέτης ἦν ἡμῶν Δημοσθένης πρὸς τὺς βουλεύονϛας, καὶ τ Ἑϛίαν ἐπώμοσε τ Βουλαίαν. *Laudator noſter erat Demoſthenes apud Senatores, & iurabat Veſtam Senatoriam.* Et obſerva per illam iuratum. Sic Dinarchus ἐν τῇ κατὰ Καλλισθένους ἐνδέξει, *in iudicio contra Calliſthenem.* Apud Harpocrationem. Μαρτύρομαι τὴν Ἑϛίαν τὴν Βουλαίαν, *Iuro per Veſtam Senatoriam.*

CAP. XXVIII.

Γάνϑ. Γανίς. Libanius, Harpocration, & Suidas reſtituti.

MOns Thraciae fuit Γάνϑ, eique ſubiectus ager Γανὶς dicebatur. Obſervo apud AEſchinem Orat. in Cteſiphontem. Οὗτός ἐϛιν, ὦ Ἀθηναῖοι, ὁ πρῶτϑ ἐξευρὼν Σέρριον τεῖχϑ, καὶ Δορίσκον. καὶ Ἐργίσκλω, καὶ Μοργίσκην, καὶ Γάνϑ, καὶ Γανίδα. *Ipſe eſt Athenienſes, qui primus invenit Serrium murum, & Doriſcum, & Ergiſcam, & Morgiſcam, & Ganum, & Ganida.* Huic loco ſimilis eſt Libanii in Demoſthenis Apologia. Σέρριον, καὶ Δωρίσκνο. καὶ Μυρτῖνον, καὶ Γάνϑ, καὶ Γανίδα χώραν. *Serrium, & Doriſcum, & Myrtinum, & Ganus, & Ganida regionem.* Ita reſtituo. Hodie enim corruptiſſime editur, Καὶ Μυρτῖνον. καὶ Γάδϑ, καὶ Σανίδα χώραν. *Et Myrtinum, & Gadus, & Sanida regionem.* Corrigendus etiam Harpocration, qui citatum AEſchinis locum reſpexit. Γάνϑ Θηλυκῶς, καὶ Γανίδα. Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντϑ. χωρία ἐϛὶ Θρακικά. *Ganus feminino genere, & Ganida. AEſchines contra Cteſiphontem; loca ſunt Thracia.* Perperam editur, καὶ Γανιάδα. Eodem modo apud Suidam peccatum eſt; itidem reſtituendum. Miror nullam huius montis, aut agri, apud veteres Geographos, qui quidem exſtent, mentionem fieri. Laudat Harpocration Artemidorum, cuius Γεωγραφικὰ interciderunt. Meminit Xenophon De Expeditione Cyri lib. VII. Καὶ τέως μὲν ἀεὶ ἐμέμνητο, ὡς ἐπειδὰν ἐπὶ θάλατταν ἀπέλθοι, παραδώσει αὐτῷ Βισάνθην, καὶ Γάνον, καὶ νέον τεῖχος. *Et hucuſque quidem ſemper reminiſcebatur, tunc quum ad Mare venturus eſſet, traditurum ei Biſanthen, & Ganon, & novum murum.* Inſpice locum, & videbis in Thracia quoque collocari. Recentiores neutro genere efferunt, non feminino. Nicephorus Gregoras lib. IV. ubi de Scytharum in Thraciam irruptione tractat. Τὴν γὰρ αὐτῶν φθάσας ἔφοδον, ἔλαθε διὰ τῶν περὶ τὸ Γάνος ὀρῶν εἰς θάλασσαν κατιών. *Sed horum praeveniens iter, furtim deſcendit per montes circa Ganos ad Mare.* Nicetas in Alexio Angelo libro III. qui verſus Macedoniam collocat. Εἰς γὰρ τέσσαρα διαιρεθέντες ϛρατεύματα, πᾶσαν τὴν Μακεδονίαν ἐπῆλθον, διατειχάσμασι καὶ πόλεων εὐτειχίσων, καὶ κορυφὰς ἐπανιόντες ὀρῶν, ὥϛε καὶ τὸ Γάνϑ τὸ ὄρϑ διερευνησάμενοι, πολλὰ φρουρτισήρια ἐσκύλευσαν. *In quatuor enim diviſi agmina, omnem invaſerunt Macedoniam, tentantes quoque bene munita oppida, & adſcendentes montium iuga, ut & Ganos montem perſcrutati, multa Monaſteria expilaverint.*

CAP. XXIX.

Gylon. Democbares. Suidas, & Tzetzes emendati. Plutarchi de Demoſthenis matre dubitatio reiecta.

DE Gylone notum ex Hiſtoria Graeca, proditi Nymphaei inſimulatum, in Scythiam profugiſſe; ubi ducta uxore locupletiſſima quum filias duas ſubſcepiſſet, eas iam grandes Athenas remiſiſſe, ubi altera Demochari, altera Cleobulo nupſit. Suidas. Γύλων, ἔϛϑ αἰτίαν ἔχων ἐπὶ τῇ τῦ Νυμφαίυ τῦ ἐν Πόντῳ χωρίυ προδοσίᾳ, ἔϕυγεν. ἐλθὼν δὲ εἰς Σκυθίαν, ἔγημε· δύο δ ἔχων θυγατέρας, ἔπεμψεν εἰς τὴν πατρίδα. ὧν τὴν μὲν μίαν ἔγημε Φιλόχαρις, τὴν δὲ ἑτέραν Κλεόβυλϑ. *Gylon, hic accuſatus proditionis Nymphaei, qui locus eſt in Ponto, aufugit; veniens autem in Scythiam uxorem duxit, duas autem habens filias in patriam miſit; quarum alteram quidem duxit Philocharis, alteram autem Cleobolus.* Sed mendum eſt, legendumque, Τὴν μὲν μίαν ἔγημε Δημοχάρης. *Alteram quidem duxit Democbares.* Demoſthenes in Aphobum Or. II. Πρῶτον μὲν γὰρ Δημοχάρης, ἔχων ἀδελφὴν τῆς ἐμῆς μητρὸς, θυγατέρα δὲ Γύλωνϑ, ἐκ ἀποκέκρυπται τὴν ὐσίαν. *Nam primo quidem Democbares, habens ſororem meae matris, filiam autem Gylonis, non celavit patrimonium.* AEſchines Orat. in Cteſiphontem Democharis no-

Digitized by Google

ris nomen silentio praeterit; & pro Cleobulo, qui apud Suidam, Demosthenem Paeanienſem nominat, Demosthenis Oratoris patrem; cum quo consentire Demosthenes ipse loco citato videtur. Verba AEschinis ecce ista, Γύλων ἦν ἐκ Κεραμέων. ἔτ@ προδοὺς τοῖς πολεμίοις Νύμφαιον τὸ ἐν τῷ Πόντῳ, τότε τ' πόλεως ἐχούσης τὸ χωρίον τοῦτο, φυγὰς ἐκ τῆς πόλεως ἐγένετο, θανάτῳ καταγνωσθέντ@ αὐτοῦ, τὴν κρίσιν οὐκ ὑπομείνας, καὶ ἀφικνεῖται εἰς Βόσπορον, κἀκεῖ λαμβάνει δωρεὰν παρὰ τῶν τυράννων τοὺς ὠνομασμένους Κήπους. καὶ γαμεῖ γυναῖκα πλουσίαν μὲν νὴ Δία, καὶ χρυσίον ἐπιφερομένην πολύ, Σκύθιν δὲ τὸ γένο@. ἐξ ἧς γίνονται αὐτῷ θυγατέρες δύο. ἃς ἐκεῖν@ μὲν μετὰ πολλῶν χρημάτων ἀποστέλλας, συνοίκισε τὴν μὲν ἑτέραν ὅτῳ δήποτε, ἵνα μὴ πολλοῖς ἀπεχθάνωμαι, τὴν δὲ ἑτέραν ἔγημε, παριδὼν τοὺς τῆς πόλεως νόμους, Δημοσθένης ὁ Παιανιεύς. ἐξ ἧς ὑμῖν ὁ περίεργ@ καὶ συκοφάντης γεγένηται Δημοσθένης. *Gylon erat ex Cerameis. Hic quum hostibus Nymphaeum, quod est in Ponto, prodidisset, urbe tunc adhuc habente regionem banc, profugus ex urbe evasit, quum capite condemnatus esset, iudicium non subiens, & pervenit ad Bosporum, ibique praemium accepit ab tyrannis Cepos ita locum nominatum, & per Iovem, duxit locupletem quidem uxorem, multumque adferentem auri, Scythicam autem natione, ex qua ei natae sunt duae filiae; quas ille huc cum multis opibus quum misisset, alteram quidem cuicumque in matrimonium dedit, ne multis displiceam; altera autem nupsit, urbanas spernenti leges, Demosthenis Paeanienſi; ex qua vobis curiosus hic, & calumniator Demosthenes natus est.* His consentanea sunt, quae Plutarchus in Demosthene. Δημοσθένης, ὁ πατὴρ Δημοσθένους, ἦν μὲν τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν. (ὡς ἱστορεῖ Θεόπομπ@) ἐπεκαλεῖτο δὲ Μαχαιροποιὸς, ἐργαστήριον ἔχων μέγα, καὶ δούλους τεχνίτας τοῦτο πραττούσας. ὁ δ' Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ εἰρηκε περὶ μητρὸς, ὡς ἐκ Γύλωνός τιν@ ἐπ' αἰτίᾳ προδοσίας φυγόντ@ ἐξ ἄσε@ ἐγεγόνει, καὶ βαρβάρᾳ γυναικὸς, οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν, εἴτ' ἀληθῶς εἴρηκεν, εἴτε βλασφημῶν, καὶ καταψευδόμεν@. *Demosthenes pater Demosthenis, erat quidem ex honestis, & probis viris; (ut narrat Theopompus) cognominabatur autem Machaerarum faber, magnam habens officinam, & servos opifices eam exercentes, quae vero AEschines Orator dixit de matre, tamquam nata ex Gylone quodam propter proditionis crimen fugiente ex urbe, & barbara femina non habemus decernere, utrum vere dixerit, an blasphemans, & mentitus.* Sed de matre temere dubitat, & in dubium vocat AEschinis fidem, quum ipse Demosthenes, verbis iam citatis, ita se rem habuisse testetur. Corrigendus autem Ioannes Tzetzes Chil. VI. cap. XXXVII. ubi de Demosthene agit.

Μητρὸς πατὴρ τοῦ ῥήτορ@ ἦν Κεραμεύς τις Γύλων.

Matris pater Oratoris erat Cerameus quidam Gylon.

Perperam illic hodie editur, Κεραμεύς τις Γλύκων. *Cerameus aliquis Glycon.*

CAP. XXX.

Daochus. Eurylochus Laryssaeus. Scopas Cranonius. Libanius bis emendatus.

INter eos, qui Thessalorum libertatem prodiderunt, Daochus fuit. Meminit Demosthenes in Orat. De Corona. Τὺς ὑπάρχοντας ἕκας@ πολίτας ἐξαπατῶντες, κ) διαφθάροντες, ἕως δούλους ἐποίησαν, Θετταλὺς, Δάοχ@, Κινέας, Θρασύδαι@. *Quisque cives quos habebat decipiens, & corrumpens, donec in servitutem redegerunt Thessalos, Daochus, Cineas, Thrasidaeus.* Plutarchus in Demosthene eius quoque mentionem facit. Ἔπεμψε δὲ κ) Φιλιππ@, ὡς Μαρσύας φησὶν, Ἀμύνταν μὲν κ) Κλέαρχον Μακεδόνας, Δάοχον δὲ, κ) Θεσσαλὸν, κ) Θρασύδαιον ἀντερροῦντας. *Misit autem & Philippus, ut Marsyas inquit, Amyntam quidem, & Clearchum Macedonas, Daochum autem, & Thessalum, & Thrasidaeum contradicturos.* Harpocration Δάοχ@. Εἷς ἔτ@ τῶν προεμένων Φιλίππῳ τὰ Θετταλῶν πράγματα. *Daochus, unus hic eorum, qui Philippo Thessalorum res prodidere.* Emendandus autem Libanius Declam. XIII. Οὐ γὰρ ἀθρήσει τὺς προδόντας, τὸν Δάοχον, τὸν Ἱερώνυμον, τὸν Μνασέαν, τ' Ἀξίθεον. *Non enim videbit proditores, Daochum, Hieronymum, Mnaseam, Axitheum.* Hodie editur, Τὸν Δόαχον. Quando vero in Libanium incidi, alterum eius locum producam, gravius corruptum in re diversa. Ecce Declamat. XXIX. Πολλῶν παρ' αὐτοῖς ἐκπεπληγμένων τὴν ἀρετὴν Σωκράτυς. νομίζοντες πρέπειν ταῖς ἐξουσίαις αὐτῶν καὶ ταύτην τὴν θέαν. καὶ διὰ τοῦτο ἐκάλει μὲν ὁ Εὐρύλοχ@ ὁ Χαρίσι@. ἐκάλει δὲ Σκόπας ὁ Καρώνι@. οὐχ' ἥκιστα δὲ ὁ Μακεδόνων ἄρχων, Ἀρχέλα@. *Multis apud illos virtutem Socratis admirantibus; existimantes potestatibus ipsorum conveniens esse id quoque spectaculum; ideoque vocabat quidem Eurylochus Charistius; vocabat autem Scopas Caronius; non minime autem Macedonum princeps Archelaus.* Restituo, Ἐκάλει μὲν ὁ Εὐρύλοχ@ ὁ Λαρίσσαῖ@. ἐκάλει δ' Σκόπας ὁ Κρανώνι@. *Vocabat quidem Eurylochus Larissaeus; vocabat autem Scopas Cranonius.* Socrates ob virtutis famam vocatus fuit ab Eurylocho Larissaeo, Scopa Cranonio, & Archelao Macedone, sed venire ad illos noluit. Meminit quoque Diogenes Laertius in eius Vita lib. II. Παρεφώνησε δὲ Ἀρχελάῳ τοῦ Μακεδόν@, καὶ Σκόπα τῷ Κρανωνίῳ, καὶ Εὐρυλόχου τῷ Λαρισσαίῳ. *Despiciebat autem Archelaum Macedonem, & Scopam Cranonium, & Eurylochum Larissaeum.*

CAP. XXXI.

Datus. Stephanus correctus, & Hesychius.

DE Dato, Thraciae urbe, corruptus est Stephani locus. Δάτον, πόλις Θράκης. Ἡρόδοτ@ πέμπτῃ. *Datum Thraciae urbs; Herodotus quinta.* Referibendum, Ἡρόδοτ@ ἐνάτῃ.

Digitized by Google

νάτῃ, *Herodotus nona*. Locus enim Herodoti, quem designat, iste est lib. IX. Αὐτὸν ὦ Σωφάνεα χρόνῳ ὕστερον τουτέων κατέλαβε, ἄνδρα γενόμενον ἀγαθὸν, Ἀθηναίων στρατηγέοντα ἅμα Λεάγρῳ τῷ Γλαύκωνος, ἀποθανέειν ὑπὸ Ηδώνων ἐν Δάτῳ, περὶ τῶν μετάλλων τῶν χρυσέων μαχεόμενον. *Contigit autem post aliquanto ipsum Sophanen, virum exstitisse egregium, Athenienſium belli ducem una cum Leagro Glauconis filio, occubuisse sub Edonibus apud Datum, de aureis certantem metallis*. Ortum mendum ex confusione notarum ε. & ι. Ptolemaeus in Macedonia ponit, ad Thraciae tamen confinia. Cum eo facit Eustathius ad Dionysium, qui in ripa Strymonis collocat, Macedoniae fluvii. Καὶ τὸ Δατὸν συνώκισε, πόλιν ἔνδοξον περὶ τὴν τοῦ Στρυμόνος παραλίαν. *Et Datum Colonia, ornavit urbem insignem in littorali parte Strymonis*. Itaque corrigendus insignis locus apud Hesychium. Δάτος, ὁ τρυγετὸς, ἢ πόλεως ὄνομα ὑπὸ Μακεδονίων. *Datus, vindemia, vel urbis nomen sub Macedonibus*. Male hodie editur, Τ'πὸ Λακεδαιμονίων, *Sub Lacedaemoniis*.

CAP. XXXII.

Τὰ γέλγη. Mos Athenienſium. Eupolidis verſus apud Pollucem in lucem protracti, & constituti. Lucianus emendatus.

MOS Athenienſibus rerum venalium nomine ipsa loca, ubi illae venirent, nuncupare. Harpocration in Δεῖγμα. Ε'ςι δὲ τὸ ἔθος Ἀττικὸν, τὸ σημαίνειν ἀπὸ τῶν ἐν τῷ τόπῳ τὰς τόπους αὐτούς. *Attici autem moris est, ſignum dare locis a rebus, quae in illo loco venduntur*. Iulius Pollux lib. IX. capit. V. Ε'ν δὲ τῇ κοινῶν, βιβλιοθήκαι, ὡς Εὔπολίς φησιν, ἃ τὰ βιβλία ὤνια, καὶ αὐτὸ ἐφ' αὑτοῦ. οὕτω γὰρ τὸν τόπον, ἃ τὰ βιβλία, οἱ Ἀττικοὶ ὠνόμαζον. ὥσπερ καὶ τοὺς ἄλλους τόπους ἐκ τῶν πιπρασκομένων. ὡς εἰ φαῖεν. ἀπῆλθον εἰς τὸψον, καὶ εἰς τὸ οἶνον, καὶ εἰς τὸ ἔλαιον, καὶ εἰς τὰς χύτρας. καὶ κατὰ τὸ Εὔπολιν, περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα, καὶ τὰ κρόμμυα, καὶ τὸ λιβανωτὸν, καὶ εὐθὺ τὸ ἀρωμάτων, καὶ περὶ τὰ γέλγη. *Est autem unum publicorum bibliothecae, ut Eupolis inquit, ubi libri venales sunt, & ipsum in se; sic enim hunc locum, non libros, Attici nominabant; ut & reliquos locos ab rebus venditis, ut si dixerint; abierunt in obsonium, & in vinum, & in oleum, & in ollas, & secundum Eupolim, circumierunt in allia, & caepas, & tus, & recta in aromata, & circa merces*. Vbi latentes Eupolidis versus in lucem protraho, & constituo.

Περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα, καὶ τὰ κρόμμυα,
Καὶ τὸ λιβανωτὸν, κ' εἴ τι τὸ ἀρωμάτων,
Καὶ περὶ τὰ γέλγη. ———
Circumierunt in allia, & caepas,
Et tus, & si quid aromatum,
Et circa merces. ———

Iterum lib. IX. capit. II. Οἱ Ἀττικοὶ ἀπὸ τῶν πιπρασκομένων καὶ τὰ χορία ὠνόμαζον, λέγοντες εἰς τὸψον· καὶ εἰς τὰ μύρα· καὶ εἰς τὸ χλωρὸν τυρόν· καὶ, εἰς τὰ ἀνδράποδα. *Attici a rebus venditis etiam loca nominarunt, dicentes in obsonium, & in recentem caseum, & in mancipia*. Observa autem in Eupolidis extremis verbis, Καὶ περὶ τὰ γέλγη. Emendandus per hanc occasionem locus Luciani in Lexiphane. Καίτοι προηγόρευτο αὐτῷ ἐπὶ τὰ γέλγη ἀπαντῶν. *Quamquam praenunciaretur ei occurrere circa merces*. Hodie editur, ἐπὶ τὰ στέλγη.

CAP. XXXIII.

Arx Athenarum, ubi sita; antea Πόλις *adpellata; item* Κεκροπία, *a conditore. A quibus muro cincta.* Πελασγικὸν τεῖχος. *Primitus palis spinosis septa, & extrinsecus oleastris. Ab una parte loco praerupto sita. In ea Mercurii* Προπυλαίᾳ, *& gratiarum simulacra. Agrauli templum, item* Παρθένων, *& spbaeristerium arrbepborarum virginum.* Ὀπισθόδομος, *in quo aerarium. Pollucis, & Vlpiani error indicatus. Iovis* Σωτῆρος *statua, etiam Pluti videntis alata, & aurea. Aristophanes illustratus. Item Pandionis, & Mercurii* τῆς Ἀγωνίου. *Etiam aquae marinae scaturigo; nempe in Erechthei templo, in quo item draco unus, aut alter, ad custodiam arcis; cui placenta e melle adposita. Aries ingens aeneus, & aves Meleagrides. Minervae quot ibi simulacra, atque templa, & quibus ea cognomentis, quaeque singulorum occasio. Pandrosi aedes cum Minervae* τῆς Πολιάδος *coniuncta.* Παρθένιον *herba, eaque unde nomen suum acceperit. Etiam olea, propter quam capra arce probibita; quemadmodum etiam cornix, & canis. Ara Iovis* τοῦ Ἑρκαίου, *& Verecundiae. Noctua illic consecrata. Propylaea a quo, quando, quo curante, quanto tempore, & qua impensa aedificata; quotque item portas babuerint. Perdicis fanum. Heliodori libri* XV. Περὶ τῆς ἀκροπόλεως. *Polemonis* IV. Περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει.

PRimum Operis caput fuit, de Athenis ultimum de arce erit. Ea in medio Vrbis sita. Accipio ex Aphthonio in arcis Alexandrinae Descriptione. Καὶ τὴν μὲν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν μέσος Ἀθηνῶν περιέληφε χῶρος. ἄκραν δὲ, ἣν Ἀλέξανδρος τῆς οἰκείας τίθεται πόλεως, ὡς προσηγόρευσεν εἴργασαι. πρὸς ἄκρον γὰρ ἔστησε πόλεως. καὶ γνησιώτερον αὐτὴν ἔστι προσεῖπεν ἀκρόπολιν, ἢ ἐφ' ᾗ φρονεῖν Ἀθηναῖοι παρέλαβον. *Et Athenienſium quidem arcem medius Athenarum (a) circumdedit locus. Arcem vero, quam Alexander condidit suae urbis, prout adpellavit, facta est. Stat enim in editissimo urbis, & magis est proprium, ipsam adpellare arcem, quam illam, ab qua Athenienses gloriari didicerunt*. Ac primitus πόλις dicebatur. Pausanias in Atticis. Τὸ δὲ ἁγιώτατον ἐν κοινῷ πολλοῖς πρότερον νομισθὲν ἔτεσι συνῆλθεν ἀπὸ τῶν δήμων, ἐστὶν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἐν τῇ σὺν ἀκροπόλει, τότε δὲ ὀνομαζομένῃ πόλει. *Sanctissimum autem illud in communi multis ante annis existimatum confluxit ab aliquo populorum; est Minervae statua in arce, ut bodie, tunc autem urbe nominata*. Thucyd. lib. II. Τὸ γὰρ πρὸ τούτου ἡ ἀκρόπολις, ἡ νῦν οὖσα, πόλις ἦν, καὶ τὸ ὑπ' αὐτὴν πρὸς νότου μάλιστα τετραμμένον. *Nam antebac*

(a) Nam male *Meursius* edidit, περιέληφε, & mox οἷς προσηγόρευσεν. *Iac. Gronov.*

Digitized by Google

tebac arx, quae nunc est, urbs erat, & quod sub ea ad notum maxime spectat. Quin etiam hoc nomine vocabatur adhuc Thucydis tempore. Ipse testatur non multo post libro iam citato. Καλεῖται δὲ διὰ τὴν παλαιὰν ταύτην κατοίκησιν καὶ ἡ ἀκρόπολις μέχρι τοῦδε ἔτι ὑπὸ Ἀθηναίων πόλις. *Vocatur autem propter vetustam hanc habitationem quoque arx usque ad hoc tempus ab Atheniensibus urbs.* Neque aliter adpellat AEschines Orat. in Timarchum. Οἰκίαν μὲν γὰρ ὄπισθε τοῦ πόλεως, ἐσχατιὰν δὲ Σφηττοῖ, Ἀλωπεκῆσι δὲ ἕτεροι χωρίον. *Domum autem a tergo urbis, extremam autem Sphetto, Alopecis autem alterum locum.* Nam erat illa domus intra Vrbem, retro arcem. Et intra Vrbem fuisse, clarum ex mox sequentibus verbis, ubi de iis omnibus sermonem repetit. Τὴν μὲν γὰρ οἰκίαν ἣ ἐν ἄστει ἀπέδοτο ἑταῖρος Ναυσικράτει, τῷ κωμικῷ ὑποκριτῇ. *Nam domum quidem, quae in urbe erat, hic vendidit Nausicrati, Comico histrioni.* Ergo necessario intelligi debet Orator, retro arcem dicere voluisse. Immo, ut observo, passim tunc arces Πόλεις vocabantur. Plutarchus docet in Pelopida. Τὰς γὰρ ἀκροπόλεις ἐπιεικῶς οἱ τότε πόλεις ὠνόμαζον. *Arces enim probabiliter tunc urbes nominabant.* Antiquissimum nomen erat, Κεκροπία, a Cecrope conditore. Plinius lib. VII. capit. LVI. *Domos constituerunt primi Euryalus, & Hyperbius fratres Athenis; antea specus erant pro domibus. Gellio Doxius (a), Coeli filius, lutei aedificii inventor placet, exemplo sumto ab birundinum nidis. Oppidum Cecrops a se adpellavit Cecropiam, quae nunc est arx Athenis.* Muros eius partim Cimon, Miltiadis F. partim Pelasgi exstruxerunt. Pausanias in Atticis. Τῇ δὲ ἀκροπόλει, πλὴν ὅσον Κίμων ᾠκοδόμησεν αὐτῆς ὁ Μιλτιάδου, περιβεβλῆσθαι τὸ λοιπὸν λέγεται τοῦ τείχους Πελασγοὺς, οἰκήσαντάς ποτε ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν. *Arci autem, nisi quod eius Cimon Miltiadis filius exstruxit, reliquum muri circumiecisse Pelasgos dicitur, habitantes aliquando sub arce.* Ac quae pars a Pelasgis structa, Πελασγικὸν τεῖχος, *Pelasgicus murus*, nuncupabatur. Vide quae notamus libri huius cap. I. Antea autem palis spinosis septa erat. Syrianus in Hermogenem. Ξέρξῃ ἐπόντος ἔχρησεν ὁ θεὸς,

Τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρυόπα Ζεύς,
ᾗ οἱ μὲν, συμβαλεύσιν ἔχεσθαι τῆς ἀκροπόλεως, ῥάχῃ γὰρ ἐπέφρακτο· οἱ δὲ ἐμβαίνειν εἰς τὰς ναῦς. *Xerse adveniente Deus oraculum dedit.*

Murum Minervae ligneum dat late sonans Iupiter.

& hi quidem, suadent retinere arcem, vallis enim septa erat; hi vero conscendere naves. Vel oleastris, ut alii tradunt. Sopater alibi ad eumdem. Τῷ θεῷ χρήσαντος,

Τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρυόπα Ζεύς·
οἱ μὲν, εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀξιοῦσι καταφεύγειν, κοτίνως τότε πυκνοῖς κατατεφρωμένῳ· Θεμιστοκλῆς δὲ, πρὸς τὰς τριήρεις κελεύει κατασκευάζεσθαι. *Deo vaticinato,*

Murum Minervae ligneum dat late sonans Iupiter;

hi quidem in arcem volunt confugere, densis tunc oleastris obseptam. Themistocles autem ad triremes iubet comparari. Nempe septum istud extrinsecus oleastris circumdatum erat, atque ita conciliandum hoc dissidium puto. Ab una parte locus admodum praeruptus erat, ac pene inaccessus; ubi nempe templum Agrauli in propinquo. Herodotus docet lib. VIII. Ἔμπροσθεν ὦν πρὸ τῆς ἀκροπόλιος, ὄπισθεν ὑπὸ τὸν πυλέων, καὶ τῆς ἀνόδου, τῇ δὴ ὀκατέ τις ἐφύλαξε, οὔτ' ἂν ἤλπισε λήκοτέ τις κατὰ ταῦτα ἀναβαίη ἀνθρώπων, ταύτῃ ἀνέβησάν τινες κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Κέκροπος θυγατρὸς Ἀγλαύρου, καίτοιπερ ἀποκρήμνου ἐόντος τοῦ χώρου. *Igitur ante arcem, post portas autem, & adscensum, qua parte nemo excubabat, neque quisquam hominum speravit per ea adscensurum, illac adscenderunt nonnulli ad fanum Aglauri filiae Cecropis, quamquam abrupto, ac praecipiti illo spatio.* In introitu simulacra erant Mercurii Προπυλαίου, *Propylaei*, & Gratiarum a Socrate facta. Pausanias in Atticis. Κατὰ δὲ τὴν εἴσοδον αὐτὴν ἤδη τὴν ἐς ἀκρόπολιν, Ἑρμῆν, ὃν Προπύλαιον ὀνομάζουσι, καὶ Χάριτας Σωκράτη ποιῆσαι τὸν Σωφρονίσκου λέγουσι. *In introitu autem ipso iam in arcem, Mercurium, quem Propylaeum cognominant, & Charites Socratem Sophronisci filium feciisse dicunt.* Gratiarum meminit Diogenes Laertius in Vita Socratis lib. II. Δῆρις δέ φησι καὶ δυσκεῦσαι αὐτόν (φησι) καὶ ἐργάσασθαι λίθους. εἶναί τε αὐτοῦ καὶ τὰς ἐν ἀκροπόλει Χάριτας ἔνιοί φασιν, ἐνδεδυμένας ὕσας. *Duris autem quoque eum servivisse (dicit) & lapides sculpsisse, & esse eius in arce Charites vestitas, nonnulli tradunt.* Et Aristoph. Schol. Nub. Πὴ τὰς Χάριτας. οὐχ ἁπλῶς ὄμνυσι κατὰ τῶν Χαρίτων. ὀπίσω γὰρ τῆς Ἀθηνᾶς ἦσαν γλυφεῖσαι αἱ Χάριτες ἐν τῷ τοίχῳ, ἃς ἐλέγετο ὁ Σωκράτης γλύψαι. τὰ γὰρ πρῶτον λιθογλύφῳ ἦν τέχνῃ. *Per Charites, non simpliciter iurant per Charites. Nam retro Minervam erant caelatae Charites in pariete, quas Socrates caelavisse dicebatur; erat enim artificio primum sculptor lapidum.* Erat in ea Παρθενῶν, de quo vide quae supra tradidi lib. III. cap. XVI. Item sphaeristerium arrhephorarum, ut ex Plutarcho docui lib. IV. cap. XIX. Etiam Ὀπισθόδομος, ubi aerarium. Hesychius. Ὀπισθόδομος, ἐν τῇ ἀκροπόλει, ἔνθα τὸ δημόσιον ἀργύριον ἀπέκειτο. *Postica domus, in arce, ubi publica pecunia reponebatur.* Nomen inde, quia erat retro templum Minervae. Etymol. Auctor. Ὀπισθόδομος, τὸ ὄπισθεν πάντως οἰκήματος. Ἀθηναῖοι δὲ, τὸ ταμιεῖον τῶν ἱερῶν χρημάτων. ἐπεὶ ἦν ὄπισθεν τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀθηνᾶς. *Postica domus, quod a tergo est totius domicilii. Athenienses vero, repositorium pecuniae sacrae; quoniam erat a tergo templi Minervae.* Suidas. Ὀπισθόδομος, μέρος τι τῆς ἀκροπόλεως τῶν Ἀθηναίων, ἔνθα ἦν τὸ ταμιεῖον, ὄπισθεν τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς νεῶ, ἐν ᾧ ἀπετίθεντο τὰ χρήματα. *Postica domus, pars quaedam arcis Atheniensium, ubi erat aerarium, post Minervae templum, ubi pecuniae reponebantur.* Harpocration in Ὀπισθόδομος. Ὁ οἶκος ὁ ὄπισθεν τοῦ νεὼ τῆς Ἀθηνᾶς οὕτω καλεῖται, ἐν ᾧ ἀπετίθεντο τὰ χρήματα. *Postica domus; domus, quae a tergo Minervae templi est, ita vocatur, in qua pecuniae reponebantur.* Pollux retro arcem collocat lib. IX. cap. V. Τὸ κατόπιν τῆς ἀκροπόλεως, Ὀπισθόδομον. *A tergo arcis, posticam domum.* Et Vlpianus in Or. contra Timocrat.

(a) Codex MS. Riccardianus *Toxius*.

Χρήμα-

Χρήματα καὶ τῶν ἄλλων ἱερὰ θεῶν, καὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ἔκειτο ἔν τινι οἰκήματι, ὀπίσω τῆς ἀκροπόλεως τῆ Ἀθηναίων, τῦ καλυμένυ Ὀπισθοδόμυ. *Pecuniae, & aliorum deorum ſacrae, & Minervae, repoſitae ſunt in quodam conclavi, ab poſtico Athenienſium arcis, quae poſtica domus vocatur.* Sed voluit uterque dicere, certe debuit, Ὀπίσω τῦ ναῦ τῆς Ἀθηνᾶς, τῦ ἐν τῇ ἀκροτόλει, *a tergo templi Minervae, quod eſt in arce.* Nam quandoquidem arx in media Vrbe ſita, nihil illi anticum erat, nihil poſticum, niſi pro ratione habitantium. Ergo error eſt. Certe poſt templum Minervae fuiſſe, & quidem in media arce teſtatur. Schol. Ariſt. extrema Pluto ad illum verſ.

Τὸν Ὀπισθόδομον ἀεὶ φυλάττων τῆς θεῦ

Ὀπίσω, inquiens, τῦ νεὼ διπλῆς τοίχου τῆς καλυμένης Πολιάδος Ἀθηνᾶς, ἔχων θύραν, ὅπυ ἦν θεσαυροφυλάκιον· ἐπειδὴ τὰ χρήματα ἐν τῷ Ὀπισθοδόμῳ ἀπέκειτο. μέσον δέ ἐςι τῆς ἀκροπόλεως, ἔνθα ἦν ταμιεῖον, ὄπισθεν τῦ τῆς Ἀθηνᾶς ναῦ·

Poſticam domum Deae ſemper ſervo.

Ab tergo templi Minervae vocatae Poliadis duplex murus habens ianuam, ubi erat theſaurorum cuſtodia, quoniam pecuniae in poſtica domo deponebantur; medium autem eſt arcis, ubi erat aerarium a tergo templi Minervae. Erat ibi ſtatua Iovis Σωτῆρος, qui ut Vrbem, ita aerarium quoque, animam Reipublicae ſervaret. Poſtea adpoſita quoque Pluti, & quidem videntis, non caeci, ut alias fingebatur; aurea inſuper, & alata. Philoſtratus docet Iconum lib. II. Ἐφέστηκε τῇ ἀκροπόλει καὶ ὁ δαίμων ὁ Πλοῦτος. γέγραπται δὲ πτηνὸς μὲν, ὡς εὐνεφῶν. χρυσῦς δὲ, ὡς ἀπὸ τῆς ὕλης, ἐν ᾗ ἐφάνη· γέγραπται καὶ βλέπων. ἐκ προνοίας γὰρ αὐτοῖς ἀφίκετο. *Daemon quoque Plutus adſtabat arci, ſed alatus quidem pictus erat, tamquam ex nubibus; aureus autem, utpote ab materia, in qua adparuit; videns quoque pictus eſt, ex conſulto enim ad illos venit.* Hinc intelligendus Ariſtophanes Pluto, ubi ludens introducit Carionem, volentem eum quum viſum accepiſſet in arce in locum Iovis Σωτῆρος collocare.

ΚΑΡ. Θάρρει· καλῶς ἔσαι γὰρ, ἢν θεὸς θέλῃ.
Ὁ Ζεὺς ὁ Σωτὴρ γὰρ πάρεσιν ἐνθάδε,
Αὐτόματος ἥκων ΙΕΡ. Πάντ' ἀγαθὰ τοίνυν λέγῃς.
ΚΑΡ. Γ' ὀρυσομεσθ' ἓν αὐτίκ', ἀλλὰ περίμενε,
Τὸν Πλοῦτον, ὅτερ πρότερον ἦν ἱδρυμένος·
Τὸν Ὀπισθόδομον ἀεὶ φυλάττων τῆς θεῦ.

CAR. *Bono animo eſto; bene enim erit, ſi Deus velit.*
Iupiter Servator enim adeſt hic,
Qui ſponte ſua venit. SAC. *omnia bona ergo narras.*
CAR. *Igitur, ſed exſpecta, ſtatim collocabimus Plutum, ubi antea erat collocatus.*

Poſtremam templi partem Deae ſemper ſervans. Etiam Pandionis ſtatua ibidem. Pauſan. Attic Παυδίονι δὲ καὶ ἄλλος ἀνδριάς ἐςιν ἐν ἀκροπόλει, θέας ἄξιος. *Eſt autem in arce quoque alia Pandionis ſtatua, ſpectatu digna.* Et Mercurii τῦ Ἀμυήτου. Heſychius. Ἑρμῆς Ἀμύητος Ἀθήνησιν ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Mercurius non initiatus Athenis in arce.* Erat ſcaturigo etiam aquae illic marinae. Pauſanias in Arcadicis. Θαλάσσης δὲ ἀναφαίνεσθαι κῦμα ἐν τῷ ἱερῷ τύτῳ λόγος ἐςὶν ἀρχαῖος. ἐοικότα δὲ καὶ Ἀθηναῖοι λέγυσιν ἐς τὸ κῦμα τὸ ἐν ἀκροπόλει. *Maris autem adparere undam in templo illo ſermo eſt antiquus; ſimilem autem quoque dicunt Athenienſes de unda, quae eſt in arce.* Nempe in Erechthei templo, quod ibi loci. Herodotus libro VIII.

(a) Conſule ea, quae diſſerimus in *Praefat. I. Volum.*

Ἔςι δὲ ἐν τῇ ἀκροπόλει ταύτῃ Ἐρεχθῆος, τῦ γηγενέος λεγομένυ εἶναι, νηὸς, ἐν τῷ ἐλαίη τε καὶ θάλασσα ἔνι. *Eſt autem in arce iſta Erechthei, qui dicitur fuiſſe terrigena, templum, in quo olea eſt, & mare.* In hoc quoque draco unus, vel ut alii volunt, duo: ad tutelam, & cuſtodiam arcis, cui & placenta e melle adponebatur. Heſychius. Οἰκυρὸν ὄφιν, τὸν τῆς Πολιάδος φύλακα δράκοντα. καὶ οἱ μὲν ἕνα φασὶν, οἱ δὲ δύο, ἐν τῷ ἱερῷ τῦ Ἐρεχθέως. τῦτον δὲ φύλακα τῆς ἀκροπόλεώς φασιν, ᾧ καὶ μελίτετα παρατίθεσθαι. *Domus cuſtodem ſerpentem draconem cuſtodem Poliadis; & hi quidem unum dicunt, hi autem duo in Erechthei templo; hunc autem cuſtodem arcis dicunt, cui etiam placentam ex melle adponi.* Meminit draconis huius etiam Etymolog. Auct. in Δράκαυλος (a). Spectabatur ibi tiam aries ingens aeneus. Heſychius. Ἦν ἐν τῇ ἀκροπόλει κριὸς ἀνακείμενος μέγας χαλκῦς. ἀσελγόκερων δὲ αὐτὸν εἶπε Πλάτων ὁ Κωμικὸς, διὰ τὸ μέγαν εἶναι. καὶ συναριθμεῖ αὐτῷ τὸν γε Δέριον ἵππον. *Erat in arce aries ingens aeneus dedicatus; hunc autem cornibus laſcivientem dicit Plato Comicus, quia magnus erat, & connumerat ei ipſum equum Durium.* Erant item aves Meleagrides. Heſychius alibi. Μελεαγρίδες ὄρνεις, αἳ ἐνέμοντο ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Meleagrides aves, quae paſcebantur in arce.* Eſtque legere apud Suidam. Viſebantur item, ſed diverſis tribus locis, tria Minervae ſimulacra; unum antiquiſſimum oleaginum, τῆς Πολιάδος, alterum aeneum, τῆς Προμάχυ, tertium aureum, atque eburneum, τῆς Παρθένυ. Scholiaſtes Demoſthen. ad Orat. in Androtionem. Τρία ἀγάλματα ἦν ἐν τῇ ἀκροπόλει τῆς Ἀθηνᾶς ἐν διαφόροις τόποις· ἓν μὲν ἐξ ἀρχῆς γενόμενον ἐξ ἐλαίας, ὅπερ ἐκαλεῖτο Πολιάδος Ἀθηνᾶς, διὰ τὸ αὐτῆς εἶναι τὴν πόλιν. δεύτερον δὲ τὸ ἐκ χαλκῦ μόνυ, ὅπερ ἐποίησαν νικήσαντες οἱ ἐν Μαραθῶνι. ἐκαλεῖτο δὲ τῦτο Προμάχυ Ἀθηνᾶς, τρίτον ἐποιήσαντο ἐκ χρυσῦ καὶ ἐλέφαντος, ὡς πλυσιώτεροι γενόμενοι ἐκ τῆς ἐν Σαλαμῖνι· νίκης, ὅσῳ καὶ μέζων ἡ νίκη. καὶ ἐκαλεῖτο τῦτο Παρθένυ Ἀθηνᾶς. *Tria erant in arce Minervae ſimulacra in diverſis locis; unum quidem, quod ab principio fuit ex olea, quod Poliadis Minervae dicebatur, quia eius urbs erat. Secundum vero ex ſolo aere, quod fecerunt victores in Marathone; illud autem Propugnatricis Minervae dicebatur. Tertium fecerunt ex auro, & ebore, tamquam locupletiores facti ex victoria in Salamine, quanto etiam maior haec victoria, & illud virginis Minervae vocabatur.* Quartum vero his tribus addo τῆς Ὑγείας, quod Pericles ſtatuit, idque ex aere, ob reſtitutum ſanitati Mneſiclem Architectum, oſtendente medicinam dea. Plutarchus hiſtoriam totam narrat in Vita eius, & mox addit. Ἐπὶ τύτῳ δὲ καὶ τὸ χαλκῦν ἄγαλμα τῆς Ὑγείας Ἀθηνᾶς ἀνέθηκεν ἐν ἀκροπόλει. *Ob id vero etiam aeneum ſimulacrum Hygeae Minervae erexit in arce.* Medicina autem oſtenſa, erat Parthenium herba, quae nomen accepit a Minerva, cui Παρθένος cognomentum, eidem conſecrata. Haurio ex Plinio libro XXII. cap. XVII. ubi de ea illi ſermo. *Vernula* (b) *carus Pericli, Athenienſium principi, quum is in arce templum aedificaret, repſiſſetque ſuper altitudinem faſtigii, & inde cecidiſſet, hac herba dicitur ſanatus, monſtrata Pericli ſomnio a Minerva. Quare Parthenium vocari coepta eſt, adſignaturque ei deae.* Creſcebat nempe ea herba in arce, eo loco, quo Minervae τῆς Παρθένυ templum Pericles aedificabat; ac poſtea in huius rei memoriam curatum

(b) Codex Riccardianus habet *Verna.*

Digitized by Google

ratum fuit, ut ſemper eſſet. Obſervo ex Plutarcho in Sylla, ubi fame preſſos Athenienſes comediſſe eam commemorat. Χιλίων δραχμῶν ὠνίου τοῦ μεδίμνου τ῀ πυρῶν ὄντ῀ ἐν ἄσ῀ τότε, τ῀ ἀνθρώπων σιτουμένων τὸ περὶ τ῀ ἀκρόπολιν φυόμενον παρθένιον. *Medimno frumenti tunc venali in urbe mille drachmis, hominibus comedentibus Parthenium, quod in arce naſcebatur*. Erat porro olea illic, Minervae ſacra, quae Μορία dicebatur. De qua ſupra lib. IV. cap. VI. Ac propter illam, ne virgulta eius depaſceret, capra introitu in arcem prohibebatur. Diſco ex Athenaeo lib. XIII. Θαλλῷ χαίρουσιν αἱ αἶγες, διόπερ οὐδ' εἰς ἀκρόπολιν ἄπεισι τὸ ζῶον. *Virgulto caprae gaudent, quare nec adſcendit hoc animal in arcem*. Sed neque cani intrare licitum. Philochorus Ἀτθίδ῀ lib. IX. Ἐν ἀκροπόλει σημεῖον ἐγένετο τοῦτο. κύων εἰς τὸν τ῀ Πολιάδ῀ νεὼν εἰσελθοῦσα, κ῀ δῦσα εἰς τὸ Πανδρόσιον, ἐπὶ τὸν βωμὸν ἀναβᾶσα τοῦ Ἑρκείου Διός, ὑπὸ τ῀ ἐλαίᾳ κατέκειτο. πάτριον δέ ἐστιν Ἀθηναίοις, κύνα μ῀ ἀναβαίνειν εἰς ἀκρόπολιν. *In arce illud miraculum factum eſt. Canis in Poliadis templum ingreſſa, & ſubiens in Pandroſi fanum, quum in aram Iovis Hercei adſcendiſſet, ſub olea decumbebat. Eſt autem Athenienſibus patrium, canem non adſcendere in arcem*. Et obſerva obiter Iovis quoque ibi Hercei aram. Exſtat autem fragmentum hoc praeclariſſimum apud Dionyſ. Halicarn. in Dinarcho, & Anonymus in Olymp. Deſcr. Olymp. CXVIII. anno III. Vt autem capra arce prohibita, ita cornix. Apollonius Hiſtor. Mirab. cap. VIII. Κορώνη ἐν τ῀ Ἀττικ῀ εἰς τὴν ἀκρόπολιν οὐδεμίαν ἑώραται εἰσερχομένη. *Cornix nulla in Attica in arcem ingredi cernitur*. Et Antigonus Paradox. capit. XIV. Τ῀ δὲ κορώνῃ, διὰ τ῀ κακαγγελίαν, εἰπεῖν, ὡς εἰς ἀκρόπολιν οὐ θέμις αὐτ῀ ἔσαι ἀφικέσθαι· *Cornici autem, propter malum nuncium dixiſſe, non ei fas eſſe in arcem venire*. Inſpice illic, ſi tanti eſt cauſam. Habebat quoque aram Verecundiae. Heſychius, Αἰδοῦς βωμὸς Ἀθήνησιν ἐν τ῀ ἀκροπόλει. *Verecundiae ara Athenis in arce*. Et noctua illic a Phaedro dicata. Idem Heſychius alio loco. Γλαὺξ ἐν πόλει. παροιμία ἐπὶ τ῀ ἀληθείας. ἀνέκειτο γὰρ ὑπὸ Φαίδρου ἐν τ῀ ἀκροπόλει. *Noctua in urbe, proverbium in veritate; dicata enim eſt a Phaedro in arce*. Maxime autem memorabilia propylaea arcis, quorum non ſemel apud Oratores Graecos mentio. Ea a Pericle aedificata, Architecto Mneſicle, de quo diximus, & quinquennio abſoluta. Plutarch. in Vita eius teſtatur. Τὰ δὲ προπύλαια τ῀ ἀκροπόλεως ἐξειργάσθη μὲν ἐν πενταετίᾳ, Μνησικλέους ἀρχιτεκτονοῦντ῀. *Propylaea vero arcis abſoluta ſunt quinquennio, Mneſicle Architecto*. Inchoata archonte Euthymene, impenſaque in opus totum talentorum duo millia duodecim, & habebant portas quinque per quas in arcem iretur. Harpocration in Προπύλαια. Περὶ οὗ τ῀ προπυλαίων τ῀ ἀκροπόλεως, ὡς ἐπὶ Εὐθυμένους ἄρχοντος οἰκοδομεῖν ἤρξαντο Ἀθηναῖοι, Μνησικλέους ἀρχιτεκτονοῦντος, ἄλλοι τε ἱστορήκασι, κ῀ Φιλόχορος ἐν τ῀ τετάρτῃ. Ἡλιόδωρος δ' ἐν πρώτῃ περὶ τ῀ Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως, μεθ' ἕτερα κ῀ ταῦτά φησιν. Ἐν ἔτεσι μὲν πέντε παντελῶς ἐξεποιήθη· τάλαντα δὲ ἀνηλώθη σὺν χίλια δώδεκα. πέντε δ' πύλας ἐποίησαν, δι' ὧν εἰς τ῀ ἀκρόπολιν εἰσίασιν. *De Propylaeis autem arcis, quemadmodum Athenienſes Euthymene archonte coeperunt aedificare, Mneſicle architecto, & alii memorarunt, & Philochorus in quarta. Heliodorus autem in prima de arce Athenis, poſt alia etiam haec narrat. Quinque annis quidem omnino abſoluta ſunt; impenſa autem talentorum duo millia duodecim, fecerunt autem quinque portas, per quas arcem ingrediuntur*. Quae totidem pene verbis Suidas commemorat, & Anonymus in Olymp. Deſcr. in archonte Euthymene, qui fuit Olymp. LXXXV. anno IV. iuxta arcem Perdicis erat fanum Eupalami filiae. Suidam in Πέρδικος ἱερὸν παρὰ τ῀ ἀκροπόλει. *Perdicis templum iuxta arcem*. Sed, benigne Lector, vide quam multa ignoremus, & dole mecum. Integrum de arce hac Athenienſi opus ſcripſit Heliodor. Periegetes. Laudat Harpocr. loc. cit. & in Θετταλὸς. Εἰς τ῀ Κιμων῀ παίδων Θετταλὸς ἐκαλεῖτο. ὥς φησιν Ἡλιόδωρος ἐν πρώτῳ περὶ ἀκροπόλεως. *Vnus filiorum Cimonis Theſſalus vocabatur, ut inquit Heliodorus in primo de arce*. Iterum in Νίκη Ἀθηνᾶ. Ὅτι δ' ἐτιμᾶτο παρ' Ἀθηναίοις, δεδήλωκεν Ἡλιόδωρ῀ ὁ Περιηγητὴς ἐν τ῀ πρώτῃ Περὶ ἀκροπόλεως. *Quod ab Athenienſibus colebatur, docuit Heliodorus Periegetes in prima de arce*. Athenaeus lib. IX. Ἡλιόδωρος δ' ὁ Περιηγητὴς ἐν πρώτῳ Περὶ ἀκροπόλεως, τ῀ τ῀ πυρῶν, φησὶν, ἐψήσεως ἐκνοηθείσης, οἱ μὲν παλαιοὶ δὲ πύανον, οἱ δὲ νῦν ὁλόπυρον προσαγορεύουσιν. *Heliodorus vero Periegetes in primo de arce, frumentum, inquit, coctura inventa, priſci fabam, hi vero nunc olopyrum, vel merum frumentum, cognominant*. Meminit quoque Anonymus in Deſcr. Olymp. loc. cit. Fuitque id Opus in lib. XVI. diſtributum. Docet Athenaeus lib. VI. Ἡλιόδωρ῀ ὁ Ἀθηναῖος ἐν τοῖς περὶ ἀκροπόλεως, (πεντεκαίδεκά ἐστι ταῦτα τὰ βιβλία) Ναυκρατίτιν εἶναι γένο῀. *Heliodorus Athenienſis in libris de arce, (quindecim ſunt hi libri) Naucratitem eſſe genere*. Neque Heliodorus hic tantum de ea ſcripſit, ſed etiam Polemon. Marcellinus in Vita Thucyd. Καὶ Πολέμων δ῀ ἐν τῷ περὶ ἀκροπόλεως μαρτυρεῖ. *Et Polemon autem in ſcripto de arce teſtatur*. Athenaeus lib. XI. Πολέμων δ' ἐν πρώτῃ περὶ τ῀ Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως ὑδετέρως ὠνόμασεν, εἰπὼν· τὰ χρυσᾶ θηρίκλεια ὑπόξυλα Νεοπτόλεμο῀ ἀνέθηκεν. *Polemon autem in prima de Athenarum arce neutro genere nominat, dicens; aurea thericlea ſublignea Neoptolemus dedicavit*. Iterum. Ἦν δὲ ἔθν῀ τὸ γένο῀ Βοιώτι῀ ἐξ Ἐλευθερῶν, υἱὸς Μύρων῀ τοῦ ἀνδριαντοποιοῦ, ὡς Πολέμων φησὶν ἐν πρώτῳ Ἀκροπόλεως. *Erat autem hic genere Boeotius ex Eleutheriis filius Myronis ſtatuarii, ut inquit Polemon in primo arcis*. Ac meminit rurſum lib. XIII. Harpocration in Νεμέας χαράδρα. Ὁ δὲ Πολέμων ἐν τοῖς περὶ ἀκροπόλεως παρατίθεται. *Polemon autem in ſcriptis de arce adponit*. Erat vero illud Opus non tam in genere, De ipſa arce, quam in ſpecie, De donariis, quae illic viſerentur; diſtribueratque Auctor in libros IV. Animadverto apud Strabonem lib. IX. Πολέμων ὁ Περιηγητὴς τέτταρα βιβλία συνέγραψε, περὶ τ῀ ἀναθημάτων τ῀ ἐν τ῀ ἀκροπόλει. *Polemon Periegetes quatuor libros conſcripſit, de donis quae in arce*. Ad ſtatuas vero, & donaria eius, quod attinet, tam plena certe illis erat, ut tota donarium unum, aut ſtatua videretur. Eſtque ea de re elegans locus apud Ariſtidem in Panathenaica. Καὶ μέντοι κἂν τούτοις αὖ πάλιν ἡ πόλις τοσοῦτον, ὅσονπερ ἐν αὐταῖς ταῖς πράξεσι διενεγκοῦσα φανήσεται. κ῀ τοῦτο μὲν γὰρ τ῀ ἀκρόπολιν κατεκόσμησε τοῖς τ῀ ἔργων ὑπομνήμασι· κ῀ τῷ τ῀ φύσεως κάλλει, τὸ παρὰ τοῦ πλούτου κ῀ τ῀ τέχνης ἐφάμιλλον προσέθηκεν. ὥς' εἶναι πᾶσαν ἀντ' ἀναθήματο῀, μᾶλλον δὲ ἀντ' ἀγάλματος. *Et ſi quoque quidem iis rurſum urbs tantum quantum in ipſis rebus antecellens adparebit, etiam illud quidem enim arcem exornavit operum monumentis, & naturae pulcritudini iſtud propter opes, & artem aemulum adpoſuit; adeo ut tota ſit loco donarii, potius autem quaſi ſtatua*. In hoc deſino.

FINIS.

Digitized by Google

Quum nos ſuperius *Col.* 469. Kalendarium Atticum a Viro doctiſſimo *Sam. Petito* concinnatum produxerimus, & poſtea Vir Clariſſimus *Eduard. Corſinius* alterum, quod ad Athenienſium feſta adtinet, compoſuerit, & *Par. II.* ſuorum *Faſtorum Atticorum* ediderit, & ad meliorem normam exactum eſſe adfirmaverit, nos illud huic Volumini addere operae pretium eſſe exiſtimavimus. Eſt autem quod ſequitur.

I.

Hecatombaeon.

1.
2.
3.
4.
5. Leucŕica Victoria.
6.
7. Connideia
8. Theſeia
9.
10.
11.
12. Saturnalia.
13.
14. Panathenaea minora
15.
16. Metoecia
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28. Panathenaea maiora
29.
30.

Diebus ignotis
Hecatombaea
Haloa *
Androgeonia *

II.

Metagitnion.

1.
2. Metagitnia ignoto die
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.

III.

Boedromion.

1.
2.
3. Victoria Plataica, & Eleutheria
4.
5.
6. Victoria Marathonia
7.
8.
9.
10.
11.
12. Chariſteria, vel reditus ex Phyle
13.
14.
15. Agyrmus ┐
16. Ad mare Myſtae │
17. Sacrificia. │ Eleuſinia
18. Calathi, Ciſtarumque proceſſio │ ſive
19. Lampadum dies │ Myſteria
20. Bacchus, & Victoria Salaminia │
21. Certamen Eleuſine │
22. Epidauria │
23. Plemochoe ┘
24.
25. Victoria Arbelica
26.
27.
28.
29.
30.

Diebus ignotis
Aglauria *
Boedromia
Panis Feſtum *
Gallorum Certamen

IV.

Maemacterion.

1. Maemacteria
2. ignoto die
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.

V.

Pyanepſion.

1.
2.
3.
4.
5.
9.
7. Pyanepſia, & Oſchophoria
8.
9.
10.
11. Adſcenſus Eleuſinam ad
12. Theſmophoria
13.
14. Prima dies ┐
15. Secunda │ Theſmo-
16. Ieiunium │ phoria
17. Quarta │
18. Quinta ┘
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30. Chalcia, ſive Pandemon

Diebus ignotis
Dorpia, Anarrhyſis, Cureotis } Apaturia
Proeroſia

VI.

Poſideon.

1. Diebus ignotis
2. Aſcholia
3. Dionyſia
4. Theoenia
5. Aloa *
6. Neptunalia
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.

Ga-

Digitized by Google

VII.

Gamelion.

1. Gamelia die ignoto
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.

VIII.

Anthesterion.

1. Hydrophoria
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11. Pithoegia } Anthe-
12. Choes } steria
13. Chytri }
14. Lenaea
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.

Diebus ignotis
Eleusinia minora
Diasia Iovi Milichio

IX.

Elaphebolion.

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8. Asclepiea
9.
10.
11. Phellos
12. Dionysia urbana
13.
14. Pandia
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.

X.

Munychion.

1.
2.
3.
4.
5.
6. Delphinia
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16. Munychia, & Victoria Salaminia in Cypro
17.
18.
19. Diasia equestria
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.

Diebus ignotis
Adonia *
Cybernesia

XI.

Thargelion.

1.
2.
3.
4.
5.
6. Thargelia, & Chloia
7. Thargelia
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19. Callynteria
20. Bendidia
21.
22.
23.
24.
25. Plynteria
26.
27.
28.
29.
30.

Diebus ignotis
Delia annua

XII.

Scirrhophorion.

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12. Scira, & Victoria Mantiniaca
13.
14. Buphonia, & Diipolia
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28. Herculana
29.
30.

Diebus ignotis
Arrephoria

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google